NUCLEUS, DISCURSUUM SEV DISPUTATIONUM HACTENUS IN JURE Publico editarum.

IN QVO

DE STATU SACRI ROMANI IMPERII, SUMMA SUMMI IMPERATORIS MAJESTATE, ORIGINE AC ELECTIONE REGIS ROMANORUM, Imperii vicariorum, Electorum, Episcoporum, Principum, Comitum, Baronum, Equitum, Nobilium, Civitatum Imperialium, aliarumq; universitatum, harumq; potestate, Jurisdictione, Privilegiis, Regalibus, uti & de Tutela ac Successione Electorali.

PACTIS ITEM GENTILITIIS ILLVSTRIVM PERSONARVM, IMPERII COMITIIS, SESSIONIBVS, CONTRIBUTIONIBUS, Collectis, Exemptionibus, Pace Religionis, Salvo conductu, Iure territoriali, ac aliis quàm plurimis connexis Iuris Publici materiis graviter disseritur.

CUJUS ELENCHUM ET NOMINA AUTHORUM PROXIMA POST DEDICATIONEM DEMONSTRABIT PAGINA.

Collectus & in ordinem aliqualem redactus curâ & studio

NICOLAI HAMPELII TYPOGRAPHI ACADEMICI.

Vino per se vendibili suspensa hædera non est opus.

GIESSÆ HESSORUM,
Sumptibus & Typis HAMPELIANIS.
M DC XXI.

4 Bde. in 1



Rara 978



ILLVSTRISSIMO CELSISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO,

DN. JOHANNI CASIMIRO,

DUCI SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, BERGÆ: LANDGRAVIO THURINGIÆ; MARchioni Misniæ; Comiti Marchæ & Ravenspurgi; Domino Ravensteini, &c. Domino suo Clementissimo.

NEmini non constat, ex diversis vehementerq; contrariis Elementis, quæ tamen admirabili quadam harmoniâ temperata sunt, omnia hæc sublunaria à Deo ter Opt. Max. confecta & perfecta esse, Elementorumq; naturam pro certâ quadam symmetria imitari: quædam enim suapte natura sursum, quædam deorsum, magno nisu & conatu tendere videmus, alia etiam in orbem circumrotari, perpetuoq; suo motu nullam quietis vicem percipere animadvertimus: non alio planè modo & more Rem publicam constitutam esse quotidianâ experientiâ comprobatissimum redditur, cõstat enim diversis hominum & Studiis & Statibus, illa horũ quasi subsequa esse deprehenduntur, hi illorum duces & præambulones sua auctoritate meritissimè sese efferunt. Reges enim, Principes & qui Magistratus cũ nomine tum munere fungũtur, ut absq; subditis esse minimè possunt, ita nulli reperiuntur subjectionis vinculo ulli adstricti, nisi simul existant in eminentiore aliqui statu, quos revereantur quibusq; debitum obsequium præstent & paritionẽ: tam mutuó sese respiciũt Principes & Subditi, summi & imi, duces & subsequi, ut alteri, (quod jam demonstratum est,) absque alteris vivere & esse non queant; haud aliter ac corpus suas vires

absq; animæ adminiculo aut anima suas absq; corporis ministerio exerere nequaquam valet. Quemadmodum enim Anima & Corpus Hominē constituunt, rationisq; & intellectus participem reddunt, & ad omnia sublimi & terrestria, æterna & caduca, quantum primævæ facultatis supereſt, efficienda habilem idoneumq; faciunt, ita ex Magistratu & Populo Reipublicæ systema compositum vires & potestatem suam per omnes sui partes exercet & hinc in mandando & dominando illius in obsequendo & serviendo efficacissimé extendit, suaq; munia ac officia, varia illa ac multiplicia per diversos ordines distribuit, id quod in hodierno Sacri Rom. Imperii statu obtinere extra omnem controversiam est, ibi enim Cæsaria Majestas, supremam potentiam tuetur, summamq; potestatem in legitimis per cunctos regnorum suorum fines exerit, reliqui verò & subordinati Status, quantum quisq; tenetur, parent & summis mandatis obsequuntur, imò etiam suis quisq; populis jus dicunt, leges præscribunt, eosq; ad obedientiam sibi præstandam verbis & factis firmissimé devinciunt: quod ut eò meliore ordine & fato feliciore procedere possit, certa statuta, ordinata sunt, ad quorum normam non solùm magnæ illius Reip. gubernatio dirigitur, sed etiam inferiores Status & regimina conformantur. Cæsarem enim apud Germanos Serenissimorum Septemvirorum consentiens vox atq; votum cum Deo regnorum gubernaculis admovere solet, ut ea quasi amplissimum Imperii patrimonium adeptus prosperrimo cum successu moderetur & dirigat, eorumq; continuationem ad successores suos longé majore in trāquillitate transmittat, nulloq; modo patiatur, tam felicem statum ullo motu concuti aut é cardinibus suis vel tantillum moveri, quam ad rem non mediocri ingenio opus est sed summo studio maximaq; vigilantia id agendum, ut validus & inconcussus diutissimé conservari queat. Hinc natæ fuerunt jam á multis seculis tot leges Imperii fundamentales, hinc ordinatæ fuerunt tot constitutiones salubriter introductæ de serenissimorum Electorum, Illustrissimorum Principum & generosissimorum Comitum Imperii Iurisdictione, successionibus, Prærogativis, Primogenituris, confraternitatibus, de Comitiis & sessionibus, de Contributionibus & Collectis, de Exemtionibus, & quod caput rei est est,

de.

de Religionis pace, salvo conductu, atque aliis quàm plurimis quæ in subjecto indice Lectorum oculis subjiciuntur & ad jus hoc, Publicum quod dicitur, jure merito referuntur, quæ omnia jam olim à celeberrimis viris magna cum solertia copiosissimé pertractata, ac certis aliquot Disputationibus, quæ non modò in illustri hac Academia. Sed etiam in aliis publicé ventilata, & suasu clarissimorum virorum à me non sine magnis impensis in hoc volumen congesta, typisq; meis exscripta fuerunt, ut ita harum rerum Studiosi, aliiq; viri, qui jam Reipubl. clavo admoti sunt quorumq; consiliis Duces & Principes in administranda Rep. utuntur habeant, unde sibi vel Eruditionem comparatam amplificare vel officio suo non minimum adminiculum ascíscere valeant, Reiq; publicæ gubernaculum sine offensione rectè atq; ordine regere possint. Cùm verò mihi de Patrono quodam, cui opus hoc Reip. salutare & utile inscriberem, circumspiciendum esset, ac verò ex Magnorum virorum consensu usuq; jam diu approbato summorum & illustrium Principum nomina hujusmodi operibus præscribi soleant, non diu mihi dispiciendum fuit quem Patronum seligerem cujus celsissimo nomini hunc qualemcunque honorem haberem, opusq; hoc laudabile & multis sudoribus comparatum dedicarem atque consecrarem. Tua enim illustrissime Princeps celsitudo prima clementissimo vultu sese animo meo obtulit, quam etiam fama & fides publica hisce studiis singulariter favere, eaq; omni conatu promovere deprædicant, inde spes mihi haud immeritò suboritur, fore, ut C°. T^a. hunc meum laborem clementissimis oculis aspectura sit: quam spem magis magisq; incendit, quòd Reverend & Clariss. Dn. D. CASPARUS FINCKIUS, Theologus celeberrimus, in illustri Casimiriano Professor & Superintendens generalis, Affinis & Compater meus honorandus, Cu. T^a. liberalissimam munificentiam quotiescunque literis suis me alloquitur, laudare & prædicare sufficienter non possit. Non itaque opus tui quin hunc Tomum de Iure publico sub Cu. T^a. nomine, in publicum emitterem, submissâ animi devotione rogans, C°. T^a. hoc quicquid est muneris, sibi gratissimum esse patiatur. Deus æternus, Pater noster omnipotens C^em. T^am. unà cum tota illustrissima familia Saxonica suis

alis adversus omnia imminentia mala, qui hisce temporibus Germaniam nostram infestant clementissimé tueatur, & ab omni infortunio diutissimé uná cum illustrissima sua conjuge salvam & incolumem custodiat. Dab. Giessæ die 11. *Martii æquinoctiali. Anno* 1621.

Illustrissimam Celsitud. Tuam

Submissé colens

Nicolaus Hampelius, Academiæ
Giessenæ Typographus.

CANDIDO LECTORI S. P. TYPOGRAPHVS.

CUM paucis abhinc annis, Candide & amice Lector, volumina quædam Disputationum, *de jure Publico*, ut quidem in prima fronte satis largé promittebant, in lucem emissa essent, eaque in magnam molem concrescerent, neque parvis sumtibus comparari facilé possent; Doctissimi quidam & Clarissimi viri deprehenderunt, plurimas hisce permixtas esse, quę nomen illud, quod in fronti spicio promissum erat, nequaquam tueri possent, auctores mihi & instigatores fuerunt, ut selectiores saltem ex istis voluminibus colligerem, quæ huic studio proprié inservirent easdemq; meis typis conjunctim ederem, ut ita *Studiosi Iuris & Politices* longé minori precio sibi eas comparere possent. Accipe igitur, amice Lector, in hoc fasciculo, excellentissimorum aliquot virorum lucubrationes ac meditationes, summa cum diligétia nec minore industria conscriptas, easq; tuo usui, á me collectas, impensisq; maximis jam evulgatas in Reipublicæ commodum & emolumétum totas converte, & hisce alias consimiles proximé ex officina mea libraria expecta, siquidem aliæ quoq; restant, quæ volumen hoc justę alioquin magnitudinis magis magisq; extendissent, quas tamen ubi hunc meum laborem tibi non ingratum fuisse intellexero, propediem tecum communicaturus sum. VALE.

INDEX AVCTORVM ET MATERIARVM, quæ in hoc opere continentur.

1. De ſtatu Romani Imperii Sylloge Rerum Quotidianarum, Autore Joachimo Cluten JC. & in Academia Argentinenſi Profeſſore Juris publico, pag. 1.

2. De Sacro Romano nationis Germanorum imperio, Autore Juſto Gebharden J. U. D. pag. 95.

3. De ſumma ſummi Imperatoris poteſtate, quam Majeſtatem appellamus, Autore Richardo Dieteri, JCto. & Cameræ Imperialis Adſeſſore meritiſſimo, p. 103.

4. De Poteſtate & Juriſdictione Imperatoria. Autore Georgio Chriſtophoro Meyſiſch von Kranchſpurg/ J. U. D. pag. 130.

5. De Regis Romanorum Electione, Deſignatione & Juris dictione concluſiones ex Aurea Bulla deprompte. Autore Henrico Zolner Smalkaldiâ Franco, J. U. D. pag. 141.

6. De vicariis Imperii Romano-Germanici horumq; jure & officiis. Autore Juſto Sinolt cognomento Schütz/ J. U. D. pag. 163.

7. De origine & poteſtate modernorum Electorum in Imperio Romano-Germanico. Autore Michaële Schiferer Carpona Pannonio, pag. 214.

8. De jure Epiſcopali Tractatus Canonico-Politicus in quatuor partes ſecundum ſumma iſtius juris capita diſtributus: cujus præludia, quæ rationem ac diſpoſitionem totius inſtituti aperiunt, theſibus aliquot comprehenſa. Autore Laurentio Ohm/ J. U. D. & Archiepiſcopalis Magdeburgenſis Scabinatus apud Hallenſes Adſeſſore, pag. 225.

9. De Jure Principatus. Autore Johanne Nordermanno JCto Weſtphalico, pag. 260.

10. De Comitibus & Baronibus Imperii Germanico-Romani. Auctore Chriſtophoro Beſoldo JCto & Profeſſore Juris Tübengenſi celeberrimo, pag. 352.

11. De Ordine Equeſtri Libero Imperioque immediate ſubjecto. Auctore eodem D. Beſoldo, pag. 366.

12. De Jure & Imperio Imperialium Civitatum. Auctore D. Chriſtophoro Beſoldo, pag. 377.

13. De Jure Imperialium Civitatum in immutenda Religione. Auctore D. Chriſtoph Beſolden, pag. 388.

14. De ſtatu Nobilium civili eorumque juribus privilegiis & immunitatibus. Autore Joſia Nolden Waldecco, J. U. D. pag. 394.

15. De variis univerſitatum ſpeciebus earumque juribus Diſſertatio ad præſentem Germaniæ ſtatum accommodata. Autore Henrico Bruningi JCto Bremenſi, pag. 471.

16. De Jure Imperii Germanici SS. Cęſareæ Majeſtati Electoribus Principibus viris ſingulari & hoc maximè ſeculo controverſo. Autore Antonio Colero, J. U. D. Patritio Lubecenſi, pag. 543.

17. De SS. Cæſareæ Majeſtatis Cameræ, ſtatuũ Imp. & aliorum Magiſtratuum juriſdictione Concluſiones Theorico-Practicæ ad præſentem Germanorum Reipublicæ

blicæ formam & usum accommodatæ. Autore Thoma Michaëlis JCto Susatensi & Cam. Imp. olim Adsessore gravissimo, pag. 595.

18. De successione in Electoratibus ex jure primogenituræ. Autore Arnoldo Engelbrecht, J.U.D. Reverendissimi Archiepiscopi Magdeburgensis Consiliario, p. 679.

19. De Confraternitatibus sive pactis successoriis illustrium familiarum Disputatio. Præside Excellentissimo ac Consultiss. Dn. D. Hefrico Ulrico Hunnio. Respondente Casparo Gutich Franco, pag. 722.

20. De Comitiis Imperii Romano-Germanici. Autore Bernhardo Bertram Quedlinburg. Saxon. J.U.D. pag. 752.

21. De sessionis prærogativa. Autore Dominico Arumæo JCto & Antecessore in Academia Jenensi, pag. 803.

22. Disputatio Theorica Practica de securitate & salvo conductu ejusq; variis speciebus cum quibusvis aliis tum præcipué de salva guardia **Schutz vnd Schirm** de salvo conductu **von vnnd zum Rechten** / itemque de conductu illo in Imperio nostro Romano-Germanico maximé celebrato periculosissimarum litium materiam frequentissimé prębente vulgó **das Geleidt**. Autore Johan. Georgio Bechtio, JCto & Consiliario Argentinensi, pag. 809.

23. De superioritate territoriali & ejusdem Juribus adfinibus. Autore Christophoro Myngio Silesio, J. U. D. pag. 929.

24. De Contributionibus hodie ut plurimum in Imperio usitatis. Autore Casparo **Klocken** / JCto & Reipublicæ Brunovicensis Syndico, pag. 989.

25. Disceptatio, de Jure vectigalium moribus hodiernis & Praxi maximé Imperii Rom. accommodata. Autore Henrico **Klocken** / J.U.D. & Cam. Imperialis Advocato dignissimo, pag. 1028.

26. De causis exemptionum Imperii. Autore Zacharia Victore, JCto & Generosissimorum Comitum de **Waldeck** Cancellario, pag. 1155.

27. De Pace Religionis in Comitiis Augustanis Anno Christi 1555. solemni more condita promulgataq; Dissertatio Analitico-nomica. Autore Petro Syringo Hildes. J. U. D. pag. 1231.

DISPV-

DISPVTATIO I.

D. JOACHIMI CLUTEN Sylloge rerum quotidianarum.

Conclusio I.

AUGUSTISSIMUM Romanum Imperium ab Urbe condita cœpit, *a*) & ad noſtra uſque tempora duravit, *b*) cui perennem & cum ævo duraturam felicitatem divina oracula ominantur. *c*)

a) Non tamen ſemper unius generis fuit; ſed ſæpé ejus forma mutata & converſa. Eſt autem Romanum Imperium primum ſive vetus, & ſecundum ſive ultimum. Primi ſive Veteris 1. Origo hæc eſt. Anno Mundi 3197. ante Chriſtum natum 751. Romulus & Remus, Colonia ex Urbe Alba & aliis vicinis locis deducta, Romam Urbem condiderunt, fundamentis ejus jactis 21. April. ſecundùm Varronem. Imperium aliquandiu regale fuit, quod Tarquinii Superbi tyrannis, inviſum populo Romano reddidit, A.M. 3441. A. C. N. 507. 2. Incrementum: tempore Ariſtocratiæ, cùm ordo patrum ſive optimatum imperabat, apud quem non modó auſpicia erant, & judicia, ſed & ſummi magiſtratus. 3. Vigor & ſtatus bonus tempore Democratiæ, cum ſummum conſulare imperium plebi communicaretur, poſt Urbem á Gallis captam ac recuperatam. 4. Summus vigor & ſtatus, cùm fatali circulo confecto, ad unius Imperatoris, nimirum Octavii Auguſti poteſtatem iterum res Romana recidit. 5. Decrementum. Defuncto Auguſto uſque ad obitum Conſtantini. 6. Caſus. Cùm Gothi, Vandali iterum iterumq; Italiam, Africam, Hiſpaniam & alias nationes devaſtarunt. Secundum ſive ultimum Romanum Imperium eſt triplex: Orientale, Imperatorum Græcorum; Novo-Romanum Pontificiale; Occidentale Romano-Germanicum. Orientalis Imperii Imperatorum Græcorum. 1. Origo á Conſtantino uſque ad Juſtinianum. 2. Incrementum á Juſtiniano ad Nicephorum Phocam. 3. Status á Nicephoro ad Baſilium & Conſtantinum Porphyrogennetam. 4. Decrementum á Baſilio ad Andronicum II. Palæologum. 5. Caſus ab Andronico ad excidium Conſtantinopolitanum. Novo-Romanum Pontificiale. In ſumma Romani Imperii diſturbatione Pontifices Romani ſe in partem ejus inſinuare & non tantùm de rebus Eccleſiaſticis, ſed etiam politicis paulatim ſancire & ſtatuere Phaëtontæa plané audacia conati fuerunt.

Triſtius haud illùm noſtrum, nec ſævior ulla
Peſtis & ira Deûm, Stygiis ſeſe exſulit undis,

Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris
Inguvies uncæq; manus, & pallida semper
Ora fame. Virgil. 3. Æn.

1. Origo ejus á Sylvestro I. ad Constantinum Svrum. 2. Incrementum á Constantino usq; ad Gregorium I. 3. Status á Gregorio ad Bonifacium III X. 4. Decrementum á Bonifacio ad Leonem X. 5. Casus á Leone X. ad nostra usq; tempora. Occidentale Romano-Germanicum. 1. Origo ejus á Longobardis. 2. Incrementum á Carolo M. ad Ottonem III. 3. Status ab Ottone ad Rodolphum I. 4. Decrementum á Rodolpho ad Carolum V. 5. Casus τῶν ἐν γένεσι κεῖται. *b)* Quocirca Petri Cbstalli, *Adversariorum parte 1. ad l. de quibus, 32. D. de legibus*, affectatam ignorantiam non immeritó mitamur & detestamur, dum ait: *Hæc autem ad eos populos, qui sub Romano Imperio sunt rectiús dicuntur, quod an sit, aut ubinam sit, non planè scio.* Reputavit fortè secum, quód paria sint, non esse, & non apparere, *text. in c. fin. de probat. & in l. Duo sunt Titii, D. de testam. tut. text. in l. in lege, D. de contrah. empt. l. si fuerit, D. de reb. dubiis, Gail. 1. obs. 105. nu. 14.* Annón supina hæc est ignorantia, & quæ nullam excusationem meretur, id velle nescire, quod nemini, nisi in navibus enutrito, ignotum esse potest. Minimé veritatem dissimulavit Bartolus Saxo ferratensis, magnus iste legista, *Anchoran. cons. 429.* Lumen juris, Hier. Buticell. *in l. 1. n. 50.* & auriga. *in § si quis ita. n. 11 n. fin.* & maximæ auctoritatis. *in d. l. 1. n. 101. D. de V. O.* dum ait: Imperator est mundi Dominus. *in l. si duas, §. Grammatici, n. 2. D. de excusat. tut.* Dominus totius mundi universalis, *in extravag. ad Reprimendũ in verb. totius orbis, n. 18.* Imperator ab imperio universalis & totius mundi dominus est, *in præfat. Institut. n. 11.* & qui diceret Imperatorem nõ esse dominum & monarcham totius orbis, esset fortè hæreticus *in t. Hostes, n. 7. D. de captiv. & postlim. reversi.* Non negavit Andr. Alciat. *in lib. de formula Rom. Imperii.* Non P. Gregorius Tolosan. *de Repub. lib. 7. c. 15. n. 18. & c. 19. n. 17. vers. convenit etiam & ab eo allegati.* Non innumeri Itali, Galli, Hispani, qui paucis exceptis, veritati potiús, quám invidiæ calculũ dare maluerunt: Quorum nomina si hoc loco enumerare vellem, non multó breviorem catalogum texerem, quám est Homericus Græcarum navium. *c) Dan. 2. & 7.* ubi quartam Monarchiam, quæ Romanorum est, ut infrá latiús dicetur, Propheta de statua agens, non abs re in cruribus & femoribus ferreis collocat, *d. c. 2. vers. 40. & seqq.* de bestiis verò tractans, depingit imagine belluæ immanis, monstrosæ, ac robustæ, quæ dentibus suis ferreis longé latéq; sit grassatura, pedibusque omnia conculcatura, *c. 7. vers. 19. & seqq.* Pulchré Q. Septim. Florens Tertullianus *lib. ad Scapulam: Christus* ait, *salvum vult totum Imperium Romanum, quousq; seculum stabit. P. de Andlo tr. de Rom. Imp. lib. 1. c. 7.*

2. Prophetícum, imó divinum oraculum, *a)* in gemina ista Colossi & bestiarum visione nominari & numerari quatuor illa orbis terrarum summa & Catholica imperia, quæ Monarchias appellamus: Assyriacum nempe, sive Babylonicum, Persicum, Græcum sive Macedonicum, & Romanum. *b)*

a) Daniel. 2. & 7. *b)* Constans est, non vulgi opinio, sed magni nominis Theologorum, unanimi consensu multis seculorum ætatibus comprobata sentẽtia, Romanam Monarchiam in duabus illis visionibus Colossi, & quatuor bestiarum

tum apud Danielem Propheram adumbrari. Ita ſentiunt Lutherani ad unum omnes. Et Joannes Calvinus *ad Daniel. 2. p. 21.* ſic inquit: Hoc (ὄραμα ſtatuæ) extra controverſiam, quicunq; præditi ſunt ſano judicio, & candidé etiam cupiunt mẽtem Prophetæ exponere, intelligunt de quatuor Monarchiis. Et *p. 22.* Interea verum eſt, quod dixi, nempe interpretes, qui & mediocri judicio pollent, & candore, omnes ad unum, hunc locum exponere de Monarchia Babylonica, Perſica, Græca & Romana. Aſtipulatur Joan. Oecolampadius *ad d. c. 2. & 7. Danielis*, ubi fideliſſimé explicat. Quare autem non ita diſertis verbis quarta hæc Monarchia, ut cæteræ, exprimatur, ratio procul dubio hæc eſt, quód non ex una gente, ſed ex plurimis diverſiſſimisq; nationibus, diverſiſſimæque conditionis hominibus illa conſtituenda erat; nihilominús tamen iis figuris & notis deſcribitur, quę ipſo eventu cõprobatæ ſunt, & etiamnum hodié comprobantur. Quarta enim beſtia á Daniele deſcribitur, ut ferociſſima & terribilis admodum, quæ dentibus ferreis omnia devoret ac comminuat, & reliquum pedibus conculcet, quæque á præcedentibus omnibus plané diverſa ſit. Hoc in nullum aliud præterquam in Romanum Imperium quadrare, res ipſa loquitur. Nullum enim aliud, tantâ potentiâ inſtructum, ſucceſſit. Et inſuper ex eo liquet, quód ejus tempore Chriſtus naſci debuit, *Daniel. 2. verſ. 34.* Sic enim interpretantur noſtri Theologi lapidem de monte exciſum. Quid eſt (*inquit Auguſtinus*) mons, unde præciſus eſt lapis ſine manibus? Regnum Judæorum: Quid eſt præciſus de monte ſine manibus? Natus de gente Judæorum ſine opere hominum. Chriſtus verò natus eſt ſub imperio Auguſti, qui imperavit πάσης τῆς οἰκουμένης, univerſæ terræ, *Luc. 2. v. 1.* Deinde, beſtia gerens decem cornua denotat quartum imperium, *Dan. 7. v. 7.* Sed tale eſt Romanum, *ut patet ex Apocal. 13. v. 1. 2. & c. 17. v. 10. 18. Henr. Bulling. in Homiliis ſuper Apoc. c. 13. Conc. 55. Ioan. Winckelman. d. c. 13. & c. 17. & reliqui interpretes ferè omnes.* Illud quoq; hic obſervari poteſt *Apocal. d. c. 13. v. 2.* huic beſtiæ omnia attribui, quæ in præcedentibus ſingula fuerunt, *ſicuti rectè monuit Hieronymus.* Eſt enim ſimilis pardo, habet os leonis, pedes urſi, atque ita veluti conflata eſt ex prioribus, & ferociâ potentiâque omnes ſuperat. Et quemadmodum Pardus ferus & celer, Urſus vorax & truculentus, Leo crudelis, animoſus, iracundus & rex animalium reliquorum: ita ſine dubio horum animalium natura Romani Imperii ingenium quaſi & ſtudium adumbrat, propter prudentiam, crudelitatem, rapacitatem, dominandi libidinem. Et hæc forté cauſa eſt, cur Daniel *d. c. 7.* nullum nomen, nec certam beſtiæ ſpeciem exprimat. Prætereá, ſub Chittæorum nomine, quos navibus adverſus Syriæ regem venturos Daniel *c. 11. v. 30.* vaticinatur, (ſunt autem Chittæi propriè Cilices) Romanos omninó intelligit, qui in Cilicię portubus navalia ſua habuerunt: indéq; éúm in alias maris Mediterranei oras, tum in Syriam quoq; impetum facere ſoliti fuerunt. Nec eventu oraculum deſtituitur: Nam anno V. C. 585. M. Popilius Romanorum legatus, cum exercitu per mare in Ægyptum miſſus, Antiochum Epiphanem, Syriæ Regem, virgâ, quam in manu tenebat, circumſcripſit, & ab armis atque Ægypto juſſit diſcedere. Ad hæc Propheta *d. c. 2. verſ. 40. & ſeqq.* de ſtatua agens, nõ abs re in cruribus & femoribus ferreis eam collocat: & de beſtiis tractans, depingit imagine belluæ immanis, monſtroſæ ac robuſtæ, quæ dentibus ſuis ferreis longé latéq; ſit graſſatura, pedibusq; omnia conculcatura, *d. c. 7. v. 19. & ſeqq.* Et ſané hæc Monarchia inſtar ferri, robore & duritie cuncta metalla ſuperan-

tis, superiora regna fortitudine ac perpetuitate longé vincit; ejusq; robur & majestas hactenus semper mansit invicta: adeó ut nec á gravissimis calamitatibus comminui, nec á ferocissimis nationibus, ne excidio quidem urbis Romæ, infringi potuerit. Deinde, huic non potentissimę Resp. non opulentissima regna, non bellicosissimi populi, non deniq; fortissimi exercitus resistere valuerunt, quin omnia victrici impetu afflixerit, exsciderit, deleverit. Deniq;, hæc Monarchia præ cæteris hoc quasi proprium habet, quód illis certa vitæ, hoc est, durationis tempora constituta fuerint, ipsa verò ad finem usq; mundi duratura sit, *ut in th præc. dictum.* Quod attinet Bestiæ diversitatem pedum, eorundémq; digitorũ, ait Propheta *d.c.2.v.42.* Digitos pedum ex parte ferreos, ex parte fictiles; id ipse de visione regni interpretatur, quód modò major, modó minor potentia imperii futura. Hoc ipsa ferri & luti natura evidenter arguit: Illud siquidem scabrâ rubigine eroditur atq; exeditur: hoc verò maximé fragile & caducum. Mixturæ istius ferri & luti Historiæ innumera feré exempla suppeditant. Ferreum & luteum fuit Imperium tempore Hadriani & L. Veri & Constantini M. Justiniani. Ferreum fuit sub Carolo M. Rubigo ferreo robori insedit tempore Adolphi Nassovii, Wenceslai Bohemi. Ferreum etiam fuit sub nostris Imperatoribus, Henrico Aucupe, tribus Othonibus, Henrico IV. duobus Fridericis, Maximiliano I. Carolo V. &c. Per fissionem pedum in digitos & cornua, denotatur divisio Provinciarum Imperii Romani in totidem regna, Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam, Britanniam, Sarmatiam, Pannoniam, Asiam, Græciam sive Macedoniam & Ægyptum. Aliter alii sentiunt, *vid. Fr. Iunium & Brugtonum.* Ad extremum, per ferri lutiq; mixturã Propheta innuit, Imperium Romanũ, partim forte, partim imbecillum, quæsiturum sibi præsidia, seq; affinitatibus & fœderibus cum Regibus, non verò ampliús Romano Imperio adhærentibus, (ut reges Galliæ, Angliæ, Hispaniæ) nec tamen omninó separatis, muniturum. Verùm sicut ferrum & lutum non coalescunt, (licét enim limus, dum humorem habet, videatur ferro agglutinari, mox tamen, ubi aruerit, decidit) ita etiam inter ipsos conjunctionem istam neutiquam fore firmam, stabilem & constantem. Et sanè affinitates constantem atque sinceram amicitiam minimé efficiunt, nisi Deus ipse hominum corda conjungat, & charitatis vinculo consocier. Quid multis? Affinitates majorum potiús simultatum atq; odiorum, quám cõstantis & sinceræ amicitiæ occasionem præbuerunt. Exempla suppeditat historia antiqua plurima, nova & novissima non pauca, quæ, cùm odiosa fortè futura sint, sicco pede prætereo. *b)* Suidas quoq; *in historico opere, verbo, ἐμπαίων*, ita seriem Monarchiarum recenset: Romanorum imperium, Regna Assyriorum & Persarum & Macedonum Veterum. Et Dioys. Halicarnass. *lib. 1 proœm.* ubi summas ἀρχὰς enumerat Assyriorum, Medorum, Persarum, Græcorum, Romanorum, *Matth. Dresserus in orat. de I V. Monarchiis*, Diss. nonnulli, qui per quatuor metalla statuæ, *Dan.* 2. & quatuor bestias, *Dan* 7. intelligunt, 1. Babylonios, 2. Persas, 3. Alexandrum M. 4. Alexandri successores decem usq; ad Antiochum Epiphanẽ. Hujus opinionis auctor primus est Porphyrius, Christiani quondam nominis hostis acerrimus, quem refutavit Hieron. in Danielem, & Theodoretus. & neotericos sequitur Joan. Piscator *in edit. Biblior. in not. ad d. c. 2. Danielis, p. (mihi)* 481. ut & Amand. Polanus *in Comm. super Danielem, c. 2. in vers.* 40. Aliter Joan. Bodin. *in Method. Hist. c. 7. & lib. 4. de Repub. c. 2.* & Matth. Beroaldus, qui judaizantes per quatuor bestias intelligunt Medos,

dos, Persas, Græcos, Parthos, quatenus Babylonem subegerint. Moventur Plinii loco *lib.* 5. *c.* 23. Sed mera ἄτοπα, mera παραλλαγὴ de quarta Monarchia colligunt, dum clarissima SS. vaticinia in dubium vocant, *ut notat Philip. Nicolai de Regno Christi, lib.* 1 *c.* 6. *p.* (*mihi*) 159. 160.

3. Antiquissimi Romani Imperii spolia opima, exuvias nitidas, triumphos splendidos, titulos innumeros Germania nostra sola excepit, *a*) quæ & sola & unica monarchicâ, eâq; divinâ præeminentiâ omnia alia regna longo post se intervallo relinquit. *b*)

a) Nec curat Germania nostra Joannis Bodini *in Meth. Hist. c.* 7. *& lib.* 4. *de Repub* 2. *circa fin.* & aliorum Germano-mastigarum maledicentiam, qui Germanos tantâ majestate & prærogativâ indignos putant, & cur Gallis, aut Hispanis, aut ipsis etiam Turcis illa dignitas divinâ quâdam virgulâ nõ obtigerit, satis mirari nequeunt. Nos in divina voluntate acquievimus. *b*) Andius sine Bono ait: Quis tam stupidus erit, qui Germanos orbis Romani Monarchas esse adstruat, qui, Norico & Vindeliciâ exceptis, nullam non solùm Imperii Romani partem possident, sed nec habent, quod Turcarum Principi, agros ipsorum populanti, opponant. Hæc ille: Minùs sanè commodè: Imperia catholica non populorum multitudine, nõ regionum amplitudine, non victoriarum felicitate, imó ne religione quidem ipsâ, sed potentiâ & fortitudine sunt metienda: & hæc ipsa potentia non ex rationis judicio, sed ex Dei verbo tota ponderanda, & dijudicanda. Non, si quod regnum forsan potentius, majus, ac robustius in terris reperiatur, propterea monarchiæ nomen merebitur: Nec, si quis monarcha quosvis tyrannos compescere nequeat, monarcha idcirco esse desinet. Et quamvis populi quidam Majestatem Romani Imperii, quâ divinitùs armatum est, non agnoscant, multi ignorent, plerique effugiant: non tamen iccircó summum ipsi imperii jus, & orbis universi dominium denegabimus. Quemadmodum homo jure creationis omnium & piscium in mari, & volucrum in aëre, & bestiarum in terrâ dominium adeptus, nequaquam horum omnium dominus esse desinit, quód vel pisces, vel aves, vel bestias sibi mancipare nequeat omnes: aut quód maxima feré pars neq; dominum cognoscat ipsa, nec â domino cognoscatur. Errat & Andius iste, dum Germanos, præter Vindeliciam & Noricum, nullam imperii Romani partem possidere magno conatu asserit. Annon partem veteris Galliæ haud exiguam habent? Annon in ipsa Italia sua jura & dominia, quibus nondum renunciarunt, habent? Annon habent & gentes Septentrioni objectas usque ad Oceanum.

4. Romanum Imperium á Græcis ad Francos *a*) esse translatum, & hinc ad familiam Othonum & gentem Saxonum transiisse, *b*) summi Pontificis auctoritate, narrant Pontificii, *c*) & eorum assentatores; *d*) sed veritati magis consentaneum, id adquisitum, divinâ favente clementiâ, *e*) á Carolo Magno, *f*) partim jure belli, *g*) partim S.P.Q. Romani voluntate, electione & suffragio; *h*) partim deniq; Imperatorum Constantinopolitanorum consensu atq; approbatione; *i*) ejusq; majestatem etiamnum citra Pontificis assensum & auctoritatem penes Germanos sartam tectam manere. *k*)

 a) Non

a) Non Gallos, *uti existimat Bodinus, Carolus Degrassalius Carcassonensis lib. 1. Regal. Franciæ, p. (mihi) 60.* sed Germanos. *Ioan. Nauel. Chron. gener. 27.* Nostro quoq; idiomate diversa sunt, Francken & Frantzosen. *b*) Otthoni I. ad imperium nihil de fuit ante Papæ coronationem: Patris Henrici testamento, consensu primorum regni, successor electus, & Aquisgrani ab Hildeberto Archiepiscopo Moguntino inauguratus, Joannem 12. Papam sede Pontificiâ deturbavit, & Leonem VIII. surrogavit. Sic & cæteri duo Otthones, primi filius & nepos Papas dedêre, & in Romanos, ut subditos, animadvertere. *c*) Hadrianus VI. omnium fere Pontificum impudentissimus, primus hoc affirmare non erubuit: epistolam ad Frid. Imp. Ænobarbum vide apud Radevicum *lib. 3. de reb. gest. Frid. I. c.* 10. & meminit Güntherus in Ligurino *lib. 6.* Ubi Jacob. Spiegel *in notis* alteram ejusdem Adriani ad Fridericum epistolam haud dissimili argumento, una cum elegantissima responsione Imp. Friderici, refert. Confer superbam & Thrasonicam legati Pontificii orationem, quam recenset Aventinus *lib. 6. fol. 636.* Non degeneravit successor Joannes XII. cui Imp. Otho juramentum præstitisse fertur, *can. tibi domino. distinct. 63. Petr. de Andlo de Rom. Imp. lib. 2. cap 2. in fin.* Innocent. III. *in c. Venerabilē, de Elect.* scribit, jus & potestatem eligendi Imperatorem ad Principes ab Apostolica sede perveniisse, quæ Romanum Imperium in personam Magnifici Caroli á Græcis transtulit in Germanos, *Ibid. Bernard & gloss. in Verb. in Germanos. Clem. Romani, de jurejur.* ex qua gl. *in c. in apibus, 7. q.* 1. infert: Quód, qui dicat Imperatorem jurisdictionem habere sine Papa, dicat nos Imperatore carere. Sed an illud juramentum sit fidelitatis, dubium est. Cùm Imp. Henricus VII. cum Roberto Siciliæ Rege inimicitias exerceret, Papâ Siculi partibus contra Imp. adhærente, negabat eam esse formulam fidelitatis. Neq; enim imperium tanquam beneficium seu feudum aliquod sibi á Papa recognoscendum existimabat, quod etiam ante ipsum Fridericus I. strenuè negaverat Adriano Pontifici. Sed Clemens V. qui sedem Pontificiam Româ transtulit Avenionem, in Concilio, quod Viennæ in Gallia habuit, defuncto jam Imp. Henrico, ita eam declaravit, ut omninó jusjurandum fidelitatis complectatur, *d Clem. unic. de jurejur.* Verùm Ottho Magnus Joanni 12. Papæ fidelitatem non juravit, cùm potiùs Papa, vice versâ, Imperatori tunc jurare solitus sit, quietam creandi Pontificis jus potestatémq; eâ ætate habebat *sup. lit. b.* & patet *ex can. 9 22. & 25. dist. 63* sed tantùm Ottho Joanni 12. tanquam dominus, non tanquam vasallus Papæ operam suam pollicitus fuit, ac fidelem operam adversus Berengarium, qui tunc in Italia, pro Imperatore se gerens, Pontificem opprimebat. Ita putat Cujac. *lib. 2 Feud. cap 7.* & eum secutus Amicus meus incomparabilis p.m. Dn. Cunrad. Rittershus. *lib. 1 partit. feud. c.* 10. *q.* 11. Quid si suspectam, futilē, ac nullius momenti istam formulam juramenti esse asseram? Ne verbulum enim extat, quis ille fuerit Joannes & quotus ejus nominis, quotus etiam Ottho: & sanè quis crederet Imperatorem virtute constantiâ, fide ac religione præstantissimum, isti monstro, quod homicidii, perjurii, sacrilegii, incestus crimine pollutissimū esse sciebat, quódque convocatâ Synodo, Pontificali sede dejiciendum dixit, jurejurando obstringi voluisse? Et ut id factum fuerit, subsequente Leonis constitutione eo Otthonem liberatum, ac jura imperialia eum non tantùm recepisse, sed & ad posteros transmisisse constat. Nam & Ottho III. Gregorium V. Pontificem creâsse, eumq; factione Joannis 18. pulsum, in sedem restituisse legitur, Antipapæ,

oculis

oculis prius effossis, Pontificatu simul & vitâ privato. Et Heinricus, cognomine Claudus, juris istius possessionem, Benedicto contra adulterinum Pontificé defenso, Imperatoribus firmavit. d) Zonaras *tom. 3. Annal in vita Constantini & Irenes*, Georgius Cedrenus, *in compendio historiarum, in vita Constantini & Irenes*, Paul. Diac. *lib.* 23 *Rer Rom.* Egmarth *in vita Caroli*, Ammonius *lib.* 4. *de reb gest. Francor. c* 90. Ado Episc. Viennensis *in Chron ætate* 6. Regino Abbas Prumicensis *lib.* 2. *Chronici*, Witichindus Corbejensis Monachus *lib.* 3 *gest. Saxon.* Luitprandus Diaconus Ticinensis 6. *Histor.* 6 Hermannus Contractus *in Chronic.* Marianus Scotus *Chronici lib.* 3. Dodechinus Mariani continuator, Lambertus Schaffnaburgensis, *in Hist. German.* Otho Episcopus Frisingensis *lib* 5. *c.* 31. Godefridus Viterbiensis *in Chronico universali, quod Pantheon appellavit*, Conradus Abbas Urspergēsis *in Chronico*, Lupoldus de Bebenburg *in proœmio libri de Iuribus Imperii*, Matthæus Palmeri⁹ *in Chronico anni* 801. Blondus Flavius *Decad.* 2. *lib.* 1. Joan. Trithemius Abbas Spanheimensis, *in Catal scriptorū, in nomine Leon. III.* Antonin. *in historia part.* 2. *t.* 14. *c.* 4. Joannes Nauclerus *in Chronogr. gener.* 27. Robert. Ganguinus *lib* 4. *Compendii, de reb. gest. Francor.* Philip. Bergomensis, *lib.* 11. *supplement.* Joan. Cuspinianus *in vita Caroli M. & Caroli Calvi*, Jacobus Wymphelingius *in Epit. Rerum Germanic. c.* 9. Polydor. Virgilius *lib.* 4. *de Inventorib. rer.* Raphael Volaterranus *lib.* 3. *Geographiæ*, Donatus Acciaiolus *in vita Caroli M.* Albertus Krantzius *lib.* 2. *Saxoniæ*, *c.* 18. Augustinus Triumphus *in summa de potestat. Ecclesiastica, q.* 37. *De Imperii translatione, art.* 2. 3. & 4. Alphonsus Alvarez Guerrerus *in speculo utriusq; dignitatis, c.* 56. *n.* 4. P. de Andlo *de Romano Imperio, lib.* 2. *c.* 9. Robertus Bellar. *de translatione Imp. Rom. ad Græcos adversus Matth. Flaccium Illyricum, lib.* 1. *c.* 4. 5. 6. Lancellot. *in templ. omnium Iudic. lib.* 1. *c.* 1. §. 2. *q.* 2. Hier. Gigas *de crimine læs. Majest. lib.* 1. *Rubr. Qual. & á quib. crim. læs. maj. com.* ubi imperium secundùm veram Dd. conclusionem ab Ecclesiâ dependere tradit. Omnes hosce Historicos & auctores si perlustraveris, nihil ferè aliud inde colligere poteris, quàm Pontifices Imperatores consecrâsse, unxisse. Indè ne sequitur Papam in temporalibus Imperatore majorem, & eum illius vasallum esse? Minimè gentium. Fraudem Pontificiam deprehēdes. Unctio ab Hebræis cœpit, apud quos, ut in Bibliis est, oleum super capite fusum, regiæ consecrationis & sacerdotalis electionis signum habitum fuit, 1. *Reg.* 9. 2. *Reg.* 2. 3. *Reg.* 1. *Levit.* 8. Translato Imperio Constantinopolitano, cæteris electionis regiæ ceremoniis imitatione Hebræorum hæc addita fuit, ut qui primùm Imperator renunciatus esset á Patriarcha Constantinopolitano, in magna Byzantii basilica unctus, diademate aureo coronaretur. Sic Justinus á Joanne Pontifice unctus. Postea Constantinopolitani Patriarchæ hanc ceremoniam retinuerunt, non, quòd quid juris in Imperium sibi arrogarent, sed secundùm ritum Ecclesiæ Græcæ, nimirum, si Imperator coronæ accipiendæ gratiâ manifestis delictis pollutus venisset, donec pœnitētiam egisset, liberrimè arceretur. Sic Leo Papa III. Carolum M. cum filio Pipino in magno illo natalis Salvatoris nostri die, anno salutis 850. oleo unxit & diademate insignivit. Hunc morem postea tam Pontificatus, quàm imperii successores religiosè observarūt, non quòd jurisdictionē se inde consequi arbitrarentur, sed Ecclesiæ precibus & benedictione ea dona sibi interius conferri & augeri cuperent, quæ exterior atq; visibilis unctio præfiguraret; ut Albericus de Rosate, *in l. Benè á Zenone in* 19. *C. de Quadrien. præscr. ex c.* 1. *de Sacra unct.* existimat. Unde & Frisingensis, Sigisbertus,

bertus, Urspergensis, Nauclerus, & alii, ejus ritus mentionem facientes, benedictionis appellatione eum nominare consueverunt. Heinricus Auceps titulo regio contentus, consecrationem respuit. Utinam idem reliqui successores fecissent, non tam Pontificia tyrannis adaucta, Germania tot vanis sumptibus vexata, deniq; suo sanguine aliquoties repleta non fuisset. Nimis carum istud Oleum, magno civitatum ac prædiorum imperialium munere Imperatores istud mercati sunt. Postea Pontifices superbientes, cùm piâ Imperatorum beneficentiâ & ditati, auctiq; potentiâ essent, contra institutum, morémque majorum, sub ritu seu unctionis, seu benedictionis, Imperatoriam majestatem suo suffragio confirmare, eamque sibi fidelem & subditam esse voluerunt. Annon præclarus hic conatus? Verùm Romani Principes, postquam sæpiùs patientiâ ipsorum læsâ, præposteram illam Pontificum ambitionem minimé ferendam, imperiive auctoritatem summam projiciendam esse censuerunt: unde tanta bellorum & certaminum semina nata sunt, ut Germania sæpiùs sanguine redundans, cædibus magis, quám oleo Cæsares suos consecratos possit dicere, Cuspin. *in vita Friderici*: O oleum pessimé olens, Mephitim diceres! Mali hujus causa auctor fuit Hildebrandus. *Aventin. lib.* 5. Successores ejus in omnes Fimbriæ Papalis extendendæ occasiones intenti, Imp. Heinricum parricidiali filiorum conspiratione eó redegerunt, ut Imperio se abdicare cogeretur. Lotharius Saxo, coronam accipiendo, sese ad pedes Pontificis abjecit. Quod ut Romanistæ in præjudicium aliorum Imperatorum factũ contorquerent, & ad posteros transmitterent, eo abeunte, in palatio Lateranensi picturam cum hac inscriptione posuerunt:

Rex venit ante fores, jurans priùs urbis honores,
Póst homo fit Papæ, sumit quo dante coronam.

Hæc pictura Friderico I. displicuit. Nam Papæ hominem fieri, idem ei erat ac servum vel subditum. Pontifex legatos ad eum misit sat importunos; *ut supra lit. c. dictum.* Imperator debitam indignationem concepit. Proceres omnes tantâ irâ exarsêre, ut Otho de Wittelspach stricto ense in legatum irruerit, confossurus, nisi Imperator interceßisset. Hac ratione vana Pontificis jactantiâ, aliquandiu repressâ, conquievit, donec Heinrico filio Friderici defuncto, Germania novis motibus, ob discordem electionem Othonis V I. & Philippi Imperatoris, implicata. Atq; ita Innocentius I I I. occasionem illorum, quę hactenus dubia & controversa fuissent, ex animi sui libidine definiendi nactus est, constituitque, ut ea, quibus Imperialis culminis majestas non leviter depressa, Pontificio examini subjicerentur. Sed de his plenius Historici. *e*) Imperium Cæsari á cœlesti Majestate traditum, ait Justinianus *in l. 1. Cod. de vet. jur. enucl. in pr. Constit de Concept. Digest. Nov. 28. c. 4. in fin. Ibi: Hanc nos gratiam Deo referendam putamus, qui Imperii nobis coronam imposuit, Nov. 37. in pr. c. 1 §. 1. de prohib. feud. alien per Lothar. R. M. de Anno 1570. Spirę in pr. c. si Imperator, c. cùm ad verum, dist. 96* Sic communi Septemvirûm Imperii decreto, Anno Christi 1338. tempore Pontificis Benedicti XII. publicato, referente Aventino *lib.* 8. cautum est, *art.* 2. Imperatorem nullum superiorem cognoscere, sed imperium immediatè á Deo tenere. Ludov. Bavarus *in Constit. de potest. elect. Imp. quam refert Albericus de Rosate, in l. Benè á Zenone, C. de quad. præscr.* Declaramus, inquit, quód Imperialis dignitas & potestas est immediatè á solo Deo: quod & Fridericus I. non semel ad Papas scripserat. Sigon. *lib. 9. Hist. Ital.* Cardinal. Cusan. *lib. 3. de Concord. Cathol.*

Cathol. c. 5. ubi elegantur. Nam Dei gratiâ Reges regnant, *Prov. 8. v. 15. & seq. c. Quo jure dist. 8.* & potestas á Deo est, *Rom. 13. v. 1. Sapient. 6. v. 4. Dan. 2. v. 21. Esa. 45. v. 1. & 2.* Hinc illud vulgatum in Diplomatibus Imperatorum: Wir N. von Gottes Gnaden / non: Von des allerheiligsten Vatters des Bapsts gnaden. Eleganter Leo M. PP. *sermone 1. in natali Petr. & Paul. Ibi: ut autem hujus inenarrabilis gratiæ per totum mundum diffunderetur effectus, Romanum regnum divina providentia præparavit, &c.* Prosper. Aquitanicus *lib. 2. de vocat gent. cap. 16.* Ad cujus rei effectum, ait, credimus Providentiâ Dei Romani regni latitudinem præparatam, &c. Bellarminus tamen *lib. de Summ. Pontif. c. 7. lib. de translat. Imper. cap. 9 in Respons. ad 8. propos. pro causa Veneta, Prop. 1.* Covarr. *pract. qq. c. 1. num 6.* negat reges immediatè á Deo suam habere potestatem, quia succedunt, aut lege hęreditatis, aut electionis, aut donationis, aut jure belli, qui sunt tituli humani, non divini. Sed distinguere debuissent inter potestatem, quæ concessa est Principibus á Deo sine medio, & modos eam potestatem acquirendi, qui sunt humani; Matthiæ Apostoli vocatio procul dubio immediatè erat á Deo; sors tamen interveniebat perinde, ut in electione Saulis. Papa etiam eligitur á Collegio Cardinalium, an propterea ejus institutio non est á Deo? quod tamen Bellarminus mordicùs defendit, nec adducit locum Scripturæ, quo probet, Papæ suam potestatem immediatiùs communicari, quàm Regibus. *f)* Carolus M. Romano-Francus, non Gallus, quos Bodinus captiosâ περιεργίᾳ in Germaniam migrâsse, indéque in Galliam rediisse, astruere conatur, sed Germanis Francis suis stipatus, jure bellico Italiæ dominium nactus, Papâ & Româ jam antè in clientelam acceptis, missò ad se Urbis vexillo, missis S. Petri clavibus, justâ & legitimâ transactione intercedente, Romani Imperii majestatem in Germanos suos derivavit. Frustrà igitur Galli hunc sibi vendicant, & nimiùm inepté, cùm Germanus fuerit & patriâ & linguâ & moribus. Pater etiam ipsius in Francia Germanica ortus & educatus, quòd tàm nomina villarum & oppidorum ab ipso appellatorum, quàm monasteriorum fundationes plurimorum, quorum diplomata extant, evidentissimè simul ac apertissimè demonstrant. *Cuspinian in vita Caroli.* *g)* Hoc impudentissimè negat Bellarminus *d. lib. 1 de translat. Imper. c 7.* Sed utut sit, modus hujus imperii acquisiti non fuit alius quàm Monarchiæ Assyriacæ, Persicæ, Græcæ, & Romanæ: Rerum publicarum & regnorum fatalis quædam est fortuna; quâ agente ad gentem illa justissimo Dei judicio propter ἀσέβειαν, ἀδικίαν καὶ ἀσέλγειαν transferuntur, *Syrac. 10. v. 8.* Christophorus Sturcius *de Imperio Germanor. 1. num. 7. & seq.* Nec medium fuit aliud, quàm quo illa imperia fuerunt constituta. Vi & armis primum suum imperium Nimrodus peperit, qui robustus fuit venator coram Domino, homines enim ceu bestias in suam ditionem potestatemque redegit. Vi & armis Cyrus Persicum imperium constituit Babylone captâ. Vi & armis Alexander M. tertiæ Monarchiæ dominus factus. Vi & armis noster etiam Carolus acquisivit imperium, qui sub regni sui auspiciis Aquitaniâ & Vasconiâ recuperatâ, primus in Vangionum urbe Wormatiâ celebratis de pacanda Germania comitiis, cùm Saxones á pietate Christiana alieni, in Francicos fines excursiones facere non desisterent, armis suis rebellatos, ad pacem petendam coëgit. Consule Historicos. *h)* Quomodo ergo Leo Papa Occidentis imperium ad Carolũ transferre potuit, quod ab Imperatoribus Orientalibus nunquam accepit, & præter Pentapolim & Exarchatum

Ravennatem, noviter á Pipino Caroli M. patre concessum, possidebat nihil? Quanquam autem Imperii coronam Leo Papa Carolo imposuit, accedente solenni & unanimi totius cleri populique acclamatione: Carolo piissimo, perpetuó Augusto, á Deo coronato, Magno ac Pacifico Imperatori, vita & victoria; *Cuspin. in vit. Carol.* hæc tamen & ipsa nihil faciunt ad jus potestatemq; in sede Imperatoria collocandi Carolum, sed electum & confirmatum saltém declarant. Ergo sola electio S. P. Q. R. quam præcessisse acclamatio ista arguit, hîc locum habet, ad quem jus illud Imperii, á Græcis Impp. ut jampridem desertum, recidit. *i*) Cùm enim Carolus, ut & domi Virtutis exemplum, & foris Imperator optimus esset, videreturque alto fruens pectoris sulco probi, consilia ex quo germinabant pulcherrima, intelligeret, inauguratione suâ derogari imperatoribus Orientalibus, suisque humeris imponi onus, cujus nullum emolumentum, nullúsque fructus appareret; titulo Augustali penitús abstinuit: donec legitima & justa quasi ἐπιλείχεια, quæ erat Imperatorum Constantinopolitanorum assensio, eam roborasset. Ut ergo hos placaret, diversos legatos ablegavit, per quos illorum amicitiam & pacem sempiternam expetiit, quæ post triennium tandem, Anno forté 803. *referente Alberto Krantz. lib. 3. Saxoniæ*, hoc pacto constituta: Ut deinceps in omne tempus Imp. Carolus, omnesque ejus posteri in Imperio Germanico nomen titulumque Romani & Latini Imperatoris in Occidẽte, veteriq; Roma gererent: Nicephorus veró & posteri ejus, Imperatores novæ Romæ in Oriente audirent, & quod infra Neapolim in Italia est, ad Constantinopolitanum, reliquum ad Romanum pertineret imperium. Hanc transactionem Michaël quoque, Nicephori successor, ratam habuit. *k*) Ludovicus IV. Bavaricus, qui á tribus Rom. Pontificibus indigna perpessus est, teste Marsilio Mainardino Patavino *in Defensore Pacis*, (de Marsilio hoc vide judicium Bernardini Scardeonii, *lib. 2. Antiquit. urbis Patavii, class. 7 pag.* (*mihi*) 149. Francofurti solenni conventu indicto, pro Imperialis dignitatis assertione, omnia feré Pontificia acta atque decreta ad nihilum redegit, *Alb. Krantz lib. 9. Saxon. c. 15.* Inter alia veró, quód electus á Principibus, aut á majore & saniore parte, administrationem habeat, citra assensum Pontificis. Nam ea quæ præter hæc introducta sunt, nec divino jure, nec ullâ patrum ordinatione, sub blandâ quorundam assentatione & spontaneâ ingestione Romanorum Pontificum provenerunt. Electus Imperator insinuetur Romano Pontifici, quód sit Princeps catholicus, justus, peteturq; coronatio, quæ (nisi obstiterit manifesta causa) si negetur, sumatur consecratio, á quovis cathólico Pontifice: Omnes enim illæ solennitates per Ecclesiam introductæ fuerunt. Quis enim Romanus Pontifex consecravit Constantinopolitanos Imperatores? & quis ante Carolum multos Christianos Cæsares? & ante Constantinum quis consecravit Ethnicos Imperatores? Deinde ordinatum est, quód Imperator præstabit Pontifici & Ecclesiæ, devotionis & humilitatis, non fidelitatis, homagii, aut subjectionis juramentum, quia temporalis dominii Papa Imperatori nihil tribuit, imó Ecclesia omnia sumpsit ab Imperio. Gladius enim uterque nihil habet commune, cùm alter animam, alter corpus conficiat. Præterea decreto ibi firmatum est, quód Papa Vacantis imperii administrationem habeat, nullâ scripturâ, nullâ ratione, sed solâ usurpatione introductum. Atque hæc tum Principibus Imperii congregatis visa fuêre in rem Christianam observanda. Hisce decretis Ludovicus minimé contentus fuit, sed etiam constitutionem edidit, quam

refert

refert Albericus de Rosate, *in l. Bené á Zenone, C. de Quadrien. præscr.* Hier. Balbus Episc. Gurzens. *in lib. de Coronat. Caroli V. Imp. (mihi) pag.* 39. quâ, qui Imperatorem electum confirmatione Pontificiâ indigere, ac imperium á Papa pendere dicerent, læsæ majestatis reos, & omnibus feudis ac privilegiis, quæ ab Imperio haberent, ipso facto & jure privatos esse sanxit. Utinam inviolabiliter ad hæc usque tempora hæc constitutio observata fuisset, non ea, quæ jam ex Pontificiæ auctoritatis defensione, animorum disjunctio, ac alienatio conspicitur, maxima cum Imperii jactura enata fuisset, nec pleriq; Pontificis, quám Imperialis majestatis dignitati addictiores esse invenirentur. Observavit Ludovici sanctionem æternâ memoriâ dignissimus Rudolphus Habspurgensis, qui nunquam Italiam vidit, multó minùs Romæ coronatus, causamq;, curad Pontificis Nicolai instantiam Romam ingredi recusaret, apologetico illo scité exprimere solitus:

——— *Me vestigia terrent,*
Omnia te adversùm spectantia, nulla retrorsum.

Sic Maximilianus I. coronam Imperialem á Romano Pontifice accipere minimé sibi necessarium videri, cùm Imperii Majestatem ab Ordinibus acceperit, coram statibus publicé professus est. Ferdinandus, Maximilianus II. Rudolphus II. Matthias I. Invictissimi Imperatores, nunquam Romæ coronati sunt. Et ita præter historicos omnes juris Cæsarei interpretes sentiunt.

5. Duæ enim sunt distinctæ potestates, *a*) temporalis & spiritualis, *b*) ab uno & eodem dependentes principio, *c*) una ab altera non effluit, neutra ab altera dependet. *d*) Illa secularibus præest negotiis, *e*) quæ Cæsari; *f*) hæc divina, *g*) quæ Ecclesiasticis commissa: *h*) hæ duæ potestates apud Christianos conjungi nequeunt, *i*) nec sufficit unius hominis ingenium ad sustinendum officium tam Ecclesiasticum quám Politicum. *k*)

a) Ut & duæ sunt vitæ, carnalis & spiritualis, *c. nisi*, §. *pen. de renunciat.* duo genera Militum, Ecclesiæ & Seculi, *c. Clericum, dist.* 50. & duo sunt fora, Papę & Imperatoris, *Driden. lib.* 1. *de libert. Christiana.* *b*) Francisc. Duar. *lib.* 1. *de Sacr. Eccles. Minist. c.* 1. *Vna*, ait, *potestas in corporibus, altera in spiritibus occupata est:* quam phrasin desumpsit *ex c. Valentinianus, dist.* 63. Et duę distinctæ jurisdictiones. Gl. Abb. & Dd. *ad c. Novit. de judic. c. Adrianus, c. Valentinianus, dist.* 63. *c. quæsitum*, 23. *q.* 4. *c. Solita. de Major. & obed c. si duobus*, §. *deniq; de appellat. c. causam*, 2 *qui filii sint legit.* Et *c. per venerabilem, eod. gl. in Nov.* 6. *verb. conferens generi. gl ad c quoniam, dist.* 10. Hostiens. *in summa, qui fil sint legit.* §. *quis & á quo*, Hier. Balb. *in lib. de Coronat. Imp.* Alberic. de Rosate *ad d. l. bené á Zenone, Cod. de Quadr. præscr.* Anton. de Butrio *ad c. Venerabilem de Elect.* Mart. Laudens. *tr. de principe, q.* 1. Driedo *d. lib.* 1. *de Libert. Christian.* Guiliel. Barclaj. *de Potest. Papæ, c.* 2. Pulchré Justinian. *Nov.* 6. *inpr.* Maxima sunt in hominib. dona Dei, á superna collata clementia, sacerdotium & Imperium, *Domin. á Soto de I. & I lib.* 4. *q* 4. *art.* 1. *Rob. Bellarmin. contra Barclaj d. c.* 2. Quorum tanta est distinctio, ut unum non possit misceri cum altero, ut Bernh. *lib.* 2. *Consid. ad Eugen.* scripsit: Si utrumq; simul habere voles, perit utrumque. Henr. Imp. de Hildebrando ad Episcopos rectè: *Vnus cùm utrumq; sibi vendicavit, utrumq; dissipavit: nec in uno profuit, qui in neutro prodesse voluit, nec potuit. Abbas Vrspergensis in Chronico.*

Matth. Flac. in Catal. teſt. verit. Quemadmodum enim miles prohibetur ſe ingerere in cauſas civiles, *l. militares, C. de re milit. l. repetita*, 41. *C. de Epiſc. & Cler.* ita multó probabiliori ratione Miles Spiritualis ab iiſdem abſtinere debet, *arg. c. reprehenſibile*, 23 *q.* 8. non tantúm, ne juriſdictiones confundantur quarum confuſione nihil deterius; ſed etiam, ne alterutrum officiorum negligentius obeatur, *Ambroſ. de fuga ſeculi, c. 2. c. cui portio*, 12. *q.* 1. *Paulus*, 2. *ad Timoth.* 2. *v* 4. Duobus enim Dominis ſervire impoſſibile, & cauſæ ſeculares longé diſcrepant á divinis, *c. celebritatem, diſt.* 3. *de conſecr.* maléq; ſonat Pſalterium eum Cythara. *Ferrarienſ. in form. libell. reſpon. rei convent. gl.* 18. *nu.* 1. Imó opprobrium eſt Clericis, ſe peritos oſtendere velle rerum forenſium, *arg. l placet*, 17. *d. l. repetita*, 41. *v. abſurdum, C. de Epiſc. & Cler. l. Conſulta Divalia, C. de Teſtam. c. cúm ad verum, diſt.* 96. *c. ſacerdotib. c. Sed nec procurationes. & t. t. ne Cler. vel Monach. ſecul. negot. c.* 1 2. *& ſeqq.* 21. *q.* 3. *Can. Sanct. & venerab. Epiſc.* 80 *&* 82. *Nov. Leonu* 86. c) *Nov. 6. ibi: ex uno eodémq; principio utraq; procedentia humanam exornant vitam.* Card. Cuſan. *lib.* 3. *Concord. Cathol. c.* 5. affirmat, quód Imperatoris celſitudo ſit independens, quoad ſui naturam, primó & ſupremó diſtincta á ſpirituali, habens dependentiam immediaté á Deo. d) Quia una determinatio reſpiciens duo determinabilia, æqualiter videtur determinare, *l. quamvis, C. de Impub. & aliis ſubſtit. l. jam hoc jure*, 4. *§. f. D. de vulg. & pupill.* Et in ſeparatis, quorum eſt ſeparata ratio, non infertur de uno ad alterum *l. ſi maritus, C. de Don. int. vir. & ux. Hieron. Muſcorn. de juriſd. nu* 2. *&* 3. Idq; non tantúm ex jure Civili conſtat, ſed & Canonico, *c. duo ſunt diſt.* 96. Bonifacius *in c. unam ſanctam. In Extravag Comm. de Major. & Obed.* ait, *quæ ſunt, á Deo ordinata ſunt: Non autem ordinata eſſent, niſi gladius eſſet ſub gladio, & tanquam inferior reduceretur per alium in ſuperiora.* Jam ordo eſt ſubalternatio plurimorum ad unum primum, per unam regulam ſeu directionem. Non cadit autem in hos duos fines eadem directio, niſi ſecundúm quid. Ideoq; nec ſubalternatur, niſi ſecundúm quid, & poteſtas Eccleſiaſtica nequit dirigere ſecularem, niſi quatenus hæc tendit ad illius finem, qui eſt vita æterna, nec hæc poteſt immiſceri illi, niſi quatenus in vita præſenti eget ejus patrocinio & defenſione. e) *d. Nov. 6. in pr. d. c. cúm ad verum, diſt* 96. *Matth.* 20 *v.* 25. *& c.* 22. *v.* 21. *Marc.* 10. *v.* 42. *& ſeq. & c.* 12. *v.* 16. *&* 17. *Luc.* 22. *v.* 25. *& ſeq. Ioan.* 18. *v.* 36. 1. *Petr.* 2. *v.* 13. Hujus finis eſt ſalus Reipublicæ, quicquid huic fini per ſe non inſervit, id minimé ad poteſtatem politicam revocari debet. Non ergo falcem in alienam meſſem mittat. Ozias percuſſus fuit leprâ, quód niteretur adolere incenſum ſuper altare thymiamatis, nec audiret Azariæ Sacerdotis admonitionem: *Non eſt tui officii, Ozia, ut adoleas incenſum Domino, ſed ſacerdotum filiorum Aaron, qui conſecrati ſunt ad hujuſmodi miniſterium: egredere de ſanctuario*, 2. *Paralip.* 26. *v.* 18. Hoſius ad Conſtantin. *Tibi* ait, Deus *Imperium commiſit, nobis, quæ ſunt Eccleſiaſtica, concredidit: in Epiſt. Athanaſ. ad ſolit. vit. degent.* Pulcerrimé hoc declaratum eſt ab iis, qui in controverſia Venetorum & Regis Angliæ, contra Papam ſcripſerunt, quorum longum catalogum hîc contexere poſſem, niſi ſcripta ipſa, tám Latiné quám Italicé edita, in omnium Polyhiſtorum eſſent manibus. Idem JCti ſentiunt: Martinius Azplicueta, D. Navarrus *in Rep. c. Novit: de jud. not.* 3. ubi dicit Pontificem nullam habere poteſtatem Laicam, neque ſummam, neque mediam, neq; infimam, neq; actu, neque habitu. Ant. de Roſell. de Aret. *de Pot. Imp. ac Pap. in proœm. ſpeciali.* Alcmain. *in tr. de Pot. Eccl. Laic.* f) *arg. d. Nov. 6. in pr. & ibi gl. ad*

gl. ad verb. Vtraq, ad verb. conferens, d l. repetita, 41. *C. de Episc. & Cler. l. addictos*, 6. *C. de Episc. aud. vid supra, th.* 4. *lit. e.* Elegantissimé Q. Septim. Flor. Tertull. *in lib. ad Scapulam: Imperatorem colimus ut hominem á* DEO *secundum, & quicquid est á* DEO *consecutum, & solo* DEO *minorem. Sic enim omnibus major est, dum solo* DEO *minor est.* Quam Tertulliani, antiquissimi & gravissimi scriptoris, sententiam meritó opponimus nugis illis bullatis quorundam, qui Imperatorem á Papa tanto intervallo superari gloriantur, quanto Sol Lunam claritate vincit. *c. solita. de major. & obed. c. Duo sunt. & seqq dist.* 96. Tertulliano & Chrysostomum addo, qui, de Imp. Theodosio Magno, cujus statuas Antiocheni per tumultum dejecerant, loquens, sic ait, Homil. 2. ad Pop. Antioch. *Lasus est, qui non habet parem ullum super terram, summitas & caput omnium super terram hominum.* g) *d. Nov. 6.* ait Imp. *Sacerdotium divinis ministrare & Deo pro rep. supplicare.* Officia sacerdotis sunt, ait Hier. ad Levit. c. 7. *Aut aliquid á* DEO *discere, aut populum docere, aut orare pro populo.* Quoniam autem utraq; potestas est á DEO, talis unaquæq; censeri debet, qualis á DEO præscripta est. Sed DEUS porrexit Discipulis claves regni cœlorum, non terrarum, non Imperiorum, non Regnorum, & dedit potestatem solvendi & ligandi, non pro terra, quanquam in illa, sed pro regno cœlorum, & cùm omnem sibi potestatem datam protestatus esset, jussit Discipulos ire & docere omnes gentes, & baptisare in nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti, & docere eas servare omnia sua mandata: ita ut omnis Ecclesiasticorum potestas hoc fine sit circumscripta, quód dirigatur ad vitam æternam obtinendam. Quæcunque igitur ad hunc finem non faciunt, ad potestatem Ecclesiasticam referri nec possunt, nec debent. Quid juvat ergo Pontificem Romanum rerum temporalium dominiis auctum fuisse, & adhuc ipsa mordicús tenere? Certé nihil aliud hæc pompa tantorum temporalium dominiorum inducit, de quibus nunc Ecclesia Romana gloriatur, quám negligentiam in Spiritualibus, & erectionem Tyrannorum in eisdem dominiis, & divisiones seu schismata in eadem Ecclesia, & alia mala plurima. Theod. á Niem. *de schismate inter Vrbanum Papam, & Clementem Antipapam, lib.* 3. *c.* 10. Quisnam Romano Pontifici in omnes humanas creaturas utroque gladio imperandi potestatem concessit, juxta illud. Ecce duo gladii? *c. unam sanctam. Extravag. comm. de major. & obed. c. omnes, ibi: terreni simul & cœlestis Imperii jura commisit, dist.* 22. *c. cuncta*, 9. *q.* 3. *ibi: sus de omnibus judicandi, Imperatorum & Regum causas disceptandi*, juxta illud: *Ita magnum judicabis ut parvum. c. Novit* 13. *vers. Sed forsan. de judic. c. Grandi. de suppl negl. Prælat. in 6. c. venerabilem*, 34. *de Elect. & Elect. potest. Clem. Pastoralis, de sent. & re jud. c. licet, de vot. & vot. redempt.* Imó angelos, multó magis seculariá judicandi, *c. per venerabilem, vers. Paulus etiam, qui fil. sint legit.* Innumerabiles populos secum in gehennam ducendi, *c. si Papa, dist.* 40. Christus, scilicet, quia Papa Vicarius Christi, vicem Dei veri gerens in terris, *c.* 1. *v. Porro, ut Ecclesiast benefic. c.* 2. *& 3. de translat. Episc.* potest omnia supra, extra & contra jus, quæ Deus potest, clave non errante, *c. proposuit, de concess. prabend. ubi Abb. & per Ias. in l.* 1. *pr. D. de Constit princip. & secundùm not. in c. quæ in Ecclesiar per Abb. & per Dec. de constit.* Papa ex causa potest jus divinum limitare & contra illud dispensare, & videtur esse Comm. Opinio, ub ibi; & additur, quód factum á Papa censeatur factum á Deo. *Dec. in c.* 1. *in* 3. *not. de Constit. & volum.* 3. *cons.* 341. Quid multis? Ipse Papa etiam Imperator est, ut Bonifacius VIII. ense accinctus contra Albertum Imperatorem exclamabat. *Andr.*

Alciat. de Form. Rom. Imp. Papa Deus est, atque ideó ab hominibus judicari non debet, *c. satis evidenter, 7. dist. 96. c. quanto, 3 de translat. Episc. vers. Non enim.* Et quid non? Credat Judæus Appella. *h*) Nam Laicis Principibus omnis potestas Legis Ecclesiasticæ condendæ, etiam in Ecclesiæ commodum cedentis, *c. Ecclesia, 10. de Constit.* adempta est, *c. benè, dist. 96. c. lege dist. 10. c. 1. c. per laicos, c. non placuit, c. laicis si quis Principum, 16. q. 7. c. cum laicis, de reb. Eccles. non alien.* Translato enim in ipsos Sacerdotio, necesse est, ut & Legis translatio facta sit, id est, potestas Legem condendi & mutandi, *c. Translato de Constit.* Nec quicquam de negotiis Ecclesiasticis disponere possunt, *c. Sacrosancta, 51. c. Massana. 56. de Elect. c. causam, 7. de præscript.* Olim jam olim diversum obtinuit. An frustrá ab Impp. olim de rebus Ecclesiæ Leges latæ, *Nov. 7. 46. 55 67. 120.* de locis sacris & eorum Privilegis, *t. t. C. de SS. Eccl. & t. t. C. de his qui ad Eccles. confug. Nov. 5. 9.* de Personis Ecclesiasticis, earumque creatione, numero, officio, immunitatibus, *t. t. C. de Episc. & Cleric. & t. seq. Nov. 3. 5. 6. 16. 56. 57. 79. 83. 123. 131. 133. 137. 149.* de Ceremoniis, *t. C. ne sacr. Baptis. iter. t. C. de Stat. & imag t. C. Nemin. lic. sig. Sal. Nov. 58. 59. 131. c. 8. 137. c. 6.* de diebus festis, *l. ult. C. de Fer.* imó de doctrina ipsa, tam fidei, *t. C. de Sum. Trinit. t. C. de hæret. t. C. de Apost. t. C. de Iud. t. C. de pagan. Nov. 146. c. 2.* quám morum, *C. lib. 5. t. 1. 4. 5. 9. Nov. 12. 22. 140. C lib. 4. t. 32. Nov. 106 110. C. lib. 4. t. 1.* ? Minimé: Hodié etiam potestas illa Impp. nostris summo jure debetur, jussu Dei, 1. *Tim. 2. v. 2. Psal. 2. v. 10. & Psal. 82. v. 6.* Reges erunt nutricii tui, Reginæ nutrices, *Esa. 41. v. 23.* Exemplo piorum Principum in Ecclesia Veteris fœderis, 1. *Paralip. 23. 24 25. 26. 2. Paralip. 17. v. 4 8. 9 & c. 29. & c. 30. v. 2. & c. 34. v. 3. Ecclesiast. 47.* Quid? Imperatores Rom. Christianâ fide receptâ, Ecclesiarum curam mandato divino ad se quoq; pertinere, & plurimúm Ecclesiæ Christianæ interesse, ut idonei, pii, ac boni Pontificatui præficerentur, cognoverunt. Vana n. tunc Cleri ac populi electio habita fuit, nisi Imperatoris auctoritate confirmata fuisset. *Platina in vita Severini I.* Justinus Imp. Hormisdæ I. Mauritius Tiberii gener Pelagio II. & Gregorio I. Sedis Apostolicæ auctoritatem confirmâsse leguntur. Postea Impp. Constantinopolitani suos Ravennæ Vicarios, quos Hexarchos dixerunt, constituerunt, eosq; in hujus juris societatem admiserunt, ipsisq; inter cætera dignitatis Privilegia, Pontificis quoq; Romani approbandi auctoritatem contulerunt & concrediderunt. Donec tandem Impp. metu Tyrannidis Pontificalis deterriti, jus constituendi Pontifices negligere & quasi pro derelicto habere coacti fuerunt. Illud obiter addo: Papam delinquentem posse ab Imperatore corripi: Theodoricus á Niem *de schismate inter Vrbanum Papam & Clementem Antipapam, eorumq; successores, quod per triginta novem annos, scilicet ab Anno Christi 1379. usq; ad Concilium Constantiense viguit atq; duravit, lib. 3. c. 9.* Ad Imperatorem maximé pertinere schismata tollere, Theod. á Niem *d. lib. 3. c. 11.* Frivolum ergó est quod dicitur, Papam non nisi á Deo judicari debere. Idem Theod. á Niem *d. lib. 3. c. 11.* De hujus autoritate & fide minimé dubitandum; Nam toto eo tempore, quo schisma duravit, semper alterius partis Pontificibus familiaris atque á literis fuit, eóq; quę generentur omnium certissimé cognoscere potuit. *i*) Sacerdotium apud Ethnicos sæpé conjunctum fuit cum Regno, *c. Cleros. dist. 21.* Antiquâ consuetudine eundem fuisse & Regem & Pontificem, constat *ex c. de Capitulis, dist. 10* Ægyptiorum mos erat, Philosophos & sacerdotes suos constituere Reges, ut ex Platone notat Marsil. *in præfat. lib. Trisme.* Justin. *lib. 36.*

Mos

Mos erat apud Judæos, ut eosdem & Reges & sacerdotes haberent. Dion. *lib.* 37. Strabo *lib.* 12. Diodor. *lib.* 3. *c.* 1. Herodot. *lib.* 6. Xenoph. *lib.* 8. *Cyrop.* Liv. *lib.* 2. Halicarnas. *lib. in pr* Gell. *lib.* 10. *c.* 15. Sed ut hæ Ethnicorum consuetudines minimè nobis præjudicare possunt: ita & dissimilis subest ratio, cùm Reges isti non nisi paucis certisq; quibusdam sacris assisterent, quod á cura, quam Reip. debebant, eos non abstrahebat. Et sanè si quis pauló attentiùs rem velit considerare, facilé videbit, non convenire dignitati Ecclesiasticæ, nec profuturum vel Ecclesiæ, vel Reipublicæ, si quis utrumque officium promiscué usurpare velit. *Quidni contemnant*, ait Bernh. *lib.* 1. *c.* 5. *Considerat. ad Eugen. judicare de terrenis possessiunculis hominum, qui in cœlestibus & Angelos judicabunt?* Et pauló póst: *Quænam tibi major videtur dignitas & potestas, dimittendi peccata, an prædia dividendi? Sed non est comparatio: Habent hæc infima & terrena judices & Reges & Principes terræ. Quid fines alienos invaditis? quid falcem vestram in alienam messem extenditis? non quia indigni vos, sed quia indignum vobis talibus insistere: quippe potioribus occupatis.* k) Sicut enim Paulus ait, 1. *Corinth.* 7. *v.* 32. 33. *Qui sine uxore est, curat quæ Domini sunt, quomodo placiturus sit Domino. At qui duxit uxorem, sollicitus est de his, quæ sunt mundi.* Ita qui se mundanis curis mancipat, ut iis satisfaciat, cogitur, & interim negligat quæ sunt sui officii. Ea enim Cupidinis regnandi natura, ut non patiatur aliud cogitari ab eo, quem semel in suas leges redegit, sed instar Zelotypæ fœminæ, sibi soli operam omnem impendi postulet & deposcat. Nec possibile est, ut unius hominis cura & vita duobus tam arduis officiis sufficiat, sicut Romæ judicatum fuit in causa Huberti Archiepiscopi Cantuariensis, cùm accusatus esset á Monachis ejusdem Ecclesiæ, quód impeditus negotiis regni (erat enim Prorex Angliæ) spiritualia curare non posset: jussus enim fuit ex aula ad Ecclesiam redire. Alexius Imperator Constantinum Mesopotamitam Pontificem Thessalonicensem ab officio removit, quód ex templo pedem in Curiam proferret *Nicet. 2. annal. Alex.* Sigismundus Rex Poloniæ prohibuit Ecclesiasticos prorsus misceri judiciis secularibus, nisi peculiariter á Rege requisitos, *lib. 1. stat. Polon. c. 2. a. 11. lib. 5. c. 3. a. 1. l. 19. lib. 4. a. 1. l. 5.* Philippus Valesius á Parlamentis Prælatos & Episcopos omnes arcuit; *Se enim*, dixit, *non posse bonâ conscientiâ Pastores animarum curam gerentes avocare á tam ardua cogitatione.*

6. Nequaquam ergo Pontifex potestatem *a* Cæsari aut Regi tribuit, *b* aut adimit: *c* imó nullum plané superioritatis jus ei competit. *d*

a) Annon á Deo super regna & gentes constitutus? *c. omnes Principes, de major. & obed. c. unam sanctã, Extravag. Comm. de major. & obed. c.* 1. *Extrav. Comm. de consuet.* Annon tantum Imperatori, quantum Sol Lunæ, aurum plumbo, *c. solita, §. Præterea de major. & obed.* anima corpori, præstat, *c. duo sunt, cum seqq. dist.* 96. Annon Imperia & Regna confert & transfert, juxta dictum: Quodcunque ligaveris, *c. ad Apostolica de sent. & re jud. in 6. c. alius, 15. q. 6?* Sed hæc testimonia sunt domestica, quibus de proprii auctoris causa testantibus parum fidei tribuendum, *l. nullus, D. de testib.* *b*) Imprimis Galliæ Rex Pontificiam majestatem non agnoscit, etiamsi libertati isti non semel insidiati sint multi Pontificum, Urbanus II. & cum primis Bonifacius VIII. de quo scribit Platina in ejus vita: *Qui dare regna & auferre, pellere homines, & reducere conabatur, aurum undiq; conquisitum, plus quám dici*

potest,

poteſt, ſitiens. Is ad Philippum IV. ſcripſit hoc modo: *Scire te volumus, quód in ſpiritualibus & temporalibus nobis ſubes: beneficiorum atq; prebendarum ad te collatio nulla ſpectat, & ſic aliquarum vacantium cuſtodiam habeas, uſumfructum eorum ſucceſſoribus reſerves, & ſi quas contuliſti collationem haberi irritam decernimus: &, quantum de facto proceſſerunt, revocamus. Aliud credentes hæreticos reputamus* Sic in c. unam ſanctam. *Extravag. Comm. de major. & obed.* non eſt dubium quin Rex Galliæ includatur, & gladio Papæ ſubjiciatur, cùm i. fine dicatur, *de neceſſitate ſalutis eſſe, ut omnis anima ſit ſub, ecta Pontifici.* Quocirca & pendente excommunicatione Philippi, cùm ſcribi aliàs ſoleret: *Regnante Philippo* ejus loco poſitum eſt: *Regnante Chriſto:* quaſi regnũ ad Eccleſiam rediiſſet, cùm Philippus eo exutus eſſet, *Ivo Ep.* 134. *Æmil. Hiſt. Franc. lib.* 3. Sed Philippus IV. totidem verbis Bonifacio reſcripſit: *Philippus Dei gratiâ Francorum Rex Bonifacio ſe gerenti pro ſummo Pontifice ſalutem modicam ſive nullam. Sciat tua maxima fatuitas, in temporalibus nos alicui non ſubeſſe. Aliquarum Eccleſiarũ & prebendarum vacantium collationem ad nos jure regni pertinere, & fructus earum, vacatione durante, noſtros facere. collationes hactenus à nobis factas, & impoſterum faciẽdas, fore validas, & illarum vigore poſſeſſores contra omnes viriliter nos tueri; ſecus autem credentes, fatuos & dementes reputamus. Stephan. Aufrerius Clem.* 1. *de offic. ordin. n.* 57. *p.* (*mihi*) 70. *Bodin* 1. *de Rep c.* 9. *Nicol. Gill. in Philipp.* Hæc Regis Galliæ aperta profeſſio per poſteriores Pontifices quaſi approbata, & Bonifacii VIII. in cauſis ſecularibus contra Regem facta definitio, caſſata videtur á Clemente V. *in c. Meruit. Extravag. Comm. de Privileg.* Innocentius III. quoq; de Regé Francorum affirmat, quód in temporalibus ſuperiorem minimé recognoſcat, *c. per venerabilem, qui fil. ſint legit.* Hoc minimé ſilentio involvendum puto, quód Galliæ Reges circa res Eccleſiaſticas, ſtatuta, leges, edicta, præſertim ad compeſcendas Pontificum & Epiſcoporum ſubdolas machinationes, invenerint: Synodos, atque Conciliaindixerint, Epiſcopos electos confirmandi, præbendasq; conferendi poteſtatem á tot retrò ſeculis uſurpaverint, in ipſum deniq; Pontificem ſupremam juriſdictionem multoties ſibi vindicaverint, *c ſacrorum*, 34. *di ſt.* 63. *c. de Capitulis, diſt.* 10 *c. nos ſi incompetenter*, 2 *q.* 7. *c. igitur, & ſeq.* 23. *q.* 8. Et Ludovicus XI. ſeveré interdixit, vigilibus etiam ſtationariis undique in via conſtitutis, ne Francorum quiſquam Romæ bullas peteret, aut precio inde auferri curaret. Præterea Ludovicus XII. á Julio II. Pontifice temeré & injuriosé proſcriptus, ipſum, Lugduni Synodo Præſulum Regni convocatâ, in jus vocavit, deinde autoritate quorundam Cardinalium Mediolani congregatorum, Concilium Piſis indixit, in quo de emendando Eccleſiæ ſtatu ageretur, & juxta regulam ultimi Concilii, Conſtantiæ ſub Sigiſmundo celebrati, in caput & membra inquireretur. Denique eó provectus, ut Julii moribundi inanes diras contrariâ obnunciatione generosé revicerit, cuſo etiam Neapoli aureo nummo, qui effigiem ſuam ex una parte, & inſignia Neapolis ac Siciliæ ex altera referebat, cum hoc elogio: PERDAM BABYLONEM Franciſcus I. propriâ autoritate Sacerdotibus per univerſum Galliæ regnum decimas impoſuit. Stephanus Paſcaſius Theologus Pariſienſis, cùm Anno 1565. pro antiquiſſima Academia Pariſienſi, contra ſocios Ignatii Lojolæ (quos vulgó malé Socios JESU appellamus) in regno Galliæ non ſuſcipiendos publicé diſputaret, Gallos Pontificem quidem, tanquam Caput & Principem Eccleſiæ, agnoſcere concludit, ſed ita ut S. Decretis & Oecumenicis Conciliis, tanquam inferior, parere teneatur, nihil autem adverſus regnum ac

Reges

Reges pronunciare, aut contra Curiæ placita, aut in præjudicium Episcoporum intra eorum fines decernere valeat, *Iac. Auguſt. Thuan. 36. Hiſtor.* Et hæc de Regibus Galliæ. Concisé quoque & eleganter Woldemarus Rex Daniæ ad Pontificem. *Notum tibi facimus, vitam nos habere á Deo, nobilitatem á Parentibus, regnum á ſubditis, fidem ab Eccleſia Romana, quam ſi nobis invides, remittimus per præſentes.* c) Canonica jura Pontificibus hanc poteſtatem ex dicto Chriſti, *Quodcunq; ligaveris, &c.* tribuere videntur. *c. ad Apoſtolica, 2 § nos itaq; de ſent. & rejud. in 6. d. c. duo ſunt, diſt. 96. d. c. Grandi. de Supp. neglig. Prælat. in 6. d. c. 1. Extravag. Comm. de major. & obed. c. Solita. de major. & obed.* Sed & hæc in propria cauſa ſuſpecta teſtimonia. Præterea ea, quæ latè ab Auguſtino Triumpho Anconitano *in ſumma, de Poteſtate Eccleſiaſtica, q. 40. a. de depoſitione imperatoris a. 2 de depoſitione Imperatoris propter contumaciam a. 3. de excommunicatione*, diſputata ſunt. De facto tamen Henricum IV. Fridericum Barbaroſſam, ab Alexandro Pontifice, Fridericum II. ab Innocentio, in Concilio Lugdunenſi Anno 1243. ab Imperio depoſitum, Hiſtorici teſtantur. (Formulam degradationis vide *in d. c. ad Apoſtolica. de ſent. & re jud. in 6.*) Sed nullo prorſus jure, vide Defenſorem pacis Marſilii Patavini, & Petri de Vineis Cancellarii Friderici II. aliquot Epiſtolas: & Wilhelmum Occam, qui in ipsâ, ob excommunicationem Pontificis, apprehensâ fugâ, de jure Cæſaris expreſſis verbis teſtatus eſt: *Tu me*, inquit, *Imperator gladio adversús Papæ injurias tutum ſiſtas, & ego te calamo & ſcriptis defendam.* Annon Childericus Rex Gallorum á Zacharia depoſitus, & Pipinus ſubſtitutus? Ita *c. alius. 15. q. 6.* Sed quis Pontificii in propria cauſa teſtimonium ſibi perhibenti tám facilé credet? Cur *d. c. alius*, in vulgatis Codicibus Gelaſio adſcribitur, cúm tamen conſtet Gelaſium ante Caroli Magni tempora mortuum, ita ut nec de autore certi quicquam habeamus, ſed cogamur ad Ivonem *part. 5 cap. ult.* recurrere, qui refert epiſtolam Gregorii VII. *ex lib. 8. ep. 21.* unde verba iſtius Canonis deſumpta. Hiſtoricis probatis hac in re meritó fidem habemus: In antiquis enim ſolemus conſulere Hiſtoricos, eó quód fidem faciant de antiquis, *gl. in c. placuit, diſt. 16. & in c. Diaconus, diſtinct. 27. Bart. Iaſ. & Dd. in l. 1. D. de reb. cred. Zaſ. lib. 2. conſ. 16. n. 1. Pariſ. conſ. 23. nu 133. vol. 1. Socin. Iun. conſ. 76. nu. 64. vol. 1.* Monachus cœnobii Egoliſnenſis, quem Rheginо Monachus Prumienſis in annalibus ſuis ad Annum 814. ſe ſecutum ait, in vita Caroli Magni, ſic ſcribit: *Pipinus Pius de illa linea generationis, elevatus eſt primus á Francis in Regem cum conſilio Domini Papæ Zachariæ & nobilium Romanorum. Vide appendicem Humbaldi ad Trithem. Eginhart. in vita Caroli M.* Mandati Pontificii hæc verba ſunt; *Licet ipſis Francis Germaniſq; repudiato degenere monſtro eligere eum, &c. Aventin. lib. 3. Annal Antonin. part. Hiſtor. t. 14. c. 1. §. 1. Blondus lib. 10. dec. 1.* Non ergó Papa Childericum depoſuit; Unde gl. *in verb. Depoſuit & ibidem* Hugo *in d. c. alius: Dicitur*, ait, *depoſuiſſe, quia deponentibus conſenſit. Roſſæus de Reipub. auctor. in Reges, cap. 8 n. 7.* Principes & populum Gallorum, depoſito vetere, novum ſibi Regem creâſſe confitetur, ſed conſilio Pontificis. Et ſanè omnes feré Hiſtorici rem explicant his verbis, ut primúm dicant Francos deſtinâſſe Pipinum Regem, unanimi conſenſu, tum petitum conſilium Papæ, quia Pipinus ſine prætextu aliquo religionis tantum onus ſuſcipere noluit. *Vide Aimon. lib 4 c. 61. Friſing lib 5 c. 21, 22. Marſil. Patavin. in Defenſ. pacis, c. 13. Lupold. de Bebenburg. de jur. Imp. c. 12 object. 7. Æmil. lib. 2. Naucler generat. 26. in Anno 750. Marc. Anton. Coc. Sabellic. Ennead. 8. lib. 8. Mich. Coccin. in lib. de Translat. Imp. in*

pr. P. Greg. Tholos. de Rep. lib. 26. c. 5. n. 14. Barclaj. de Pot. Pontif. c. 41. Ex his omnibus nihil aliud apparet, quám Papam tãtúm rogatum consiliũ communicâsse, non depoſuiſſe. Quantum ergó fidei, *d. c. alius*, adhibendum ſit, quis non videt? Sed de hoc commodiús & prolixiús in Racemationibus juris Canonici diſſerui. *d*) Hoc enim eſſet ridiculum dictu & abominabile, *Ferrarien. ſ. in Form. libel. act. confeſ. & negat. gl. 7. ad verb. plenam & omnimodam, nu. 3.* Quid multis? Si inter omnes omnium terrarum Reges & Principes Pontifici Romano primam ſupremæ majeſtatis teſſeram, omnemque prærogativam ſartam tectam relinqueremus, nihil aliud omnium rectè ſentientium judicio foret, quám impudicæ cuidam lupæ triobulari in honeſtiſſimo Matronarum Gynæceo primum dare ſubſellium. Satis eſt filio illi perditionis Eccleſiaſticum involare contra jus faſque primatum, quod Antichriſti præſentis certum eſt indicium, 2. *Theſſal. 2. Auguſt. de Civit. Dei, c. 19. Carol. Molin. de Monar. Franc.* Ceſſet igitur mundani regiminis ſummum apicem & ſceptrum ex manibus Regum extorquere. *Ioan. Sarisberienſ. de Nugis Curialium, lib. 6.* Nimiæ hujus impudentiæ & vanitatis ipſos etiam Catholicos, & quidem eos, qui familiam dicunt, diſpudet. Quo circa etiam Didac. Covar. *in c. peccatum, par. 2. relect. tom. 1. §. 8.* Pontificiam in temporalibus juriſdictionem in diſputationis gyrum revocare non fuit veritus. *Vide imprimis Anton. de Roſell. in tr. de Pot. Papæ & Imp.* Sed dicat quis: Roma caput Orbis Papæ patrimonio ſubjecta eſt. Præterea, Reſpublica κατ' ἐξοχὴν de ſola Romana intelligitur, *l. eum qui vectig. 16. & l. inter. 17. D. de V. S. t. t. C. de jure fiſci, Ioan. Sichard. ad l. 1. nu. 3. C. ex quib. cau. major. Donel. 2. Comment. 5.* Sed vaniſſimum eſt, Romam Papæ patrimonio ſubjectam eſſe, & Impp. ad hæc uſque tempora conſtanter contradixerunt. Heinricus IV. Romam ſuam urbem vocat. *Friſingenſ. de Reb geſt. Frider. lib. 1. c. 1.* Eandem illi vectigalem fuiſſe tradidit Albertus Stadenſis ad annum 1073. Deinde, ridiculum eſt â certo quodam loco velle mãjeſtatẽ Imperii Romani metiri. Nam ibi eſt urbs Regia & ſacer comitatus, ubi opum Dominus Imperator. Herodianus 1. ἐκεῖπερ ἡ Ῥώμη ὅπερ ποτ' ἦν ὁ βασιλεὺς ἦ. Aliter Synæſius, ὅπερ ἂν ὁ βασιλεὺς ἐκεῖ καὶ πάντα τῆς τύχης ἔσης. *Cujac. ad l. 1. C. de Canon. largit. titul.* Nam Reſpub. non eſt in parietibus, ſed in aris & focis. Major etiam eſt orbis, quám urbis auctoritas, *Bald. ad l. ſed & milites, §. ſed ignorantia. 9. D. de Excuſ. tut. Nicol. Bellon. conſ 86. n. 8.*

7. Præterea, Pontifex Maximus Romanus Epiſcopatum univerſalem, ſeu Principatum ſuper omnes totius mundi tum Eccleſias, tum Epiſcopos minimé habet.

Bonifacius VIII. *in d. c. unam ſanctam. Extravag. comm. de major. & obed.* univerſalem Epiſcopatum ſibi arrogat, & contradicentem ait cum Manichæo duo fingere principia, cùm tamen ſcriptum: In principio creavit Deus cœlum & terram, non in principiis. Elegans certé argumentatio. Laudant nunc auctorem Chriſtum, Marcell. *in c. rogamus, 24. q. 1. ibi: jubente Domino.* Julius *in c. dudum. 3. q 6. ibi: Domino inſtituente.* Anacletus *in c. Sacroſancta in pr. ibi: Sed ab ipſo Domino ſalvatore, &c. diſt. 22.* Clemens V. *in Clem. Paſtoralis. ibi: Divinitus. de ſent. & re jud.* Marcius V. *in c. regimini. in pr. ibi: diſponente Domino. Extravag. comm. de Empt. & vendit.* Benedictus XII. *in c ad regim. in pr. ibi: Superna diſpoſitione, &c. Extravag. comm. de prabend. & dignit.* Sixtus IV. *in c. ad univerſalis, in pr. ibi: divinâ diſpoſitione. Extravag. comm. de*

Treuga

Treuga & pace. Joannes XXII. *in c. super. Extrav. comm. de consuet.* Benedictus XI. *in c. sancta. ir pr. ibi: Disponente Domino. Extravag. comm. de elect.* Bonifacius VIII. *d. c. unã sanctam. Extravag. comm. de major. & obed. ibi: Cujus caput Christus.* Nunc donatorem Constantínum Magnum laudant, *c. Constantinus, dist. 96.* {Hæc palea multum grani Ecclesię attulit. *Everhard. in Top. in loc. à verisim. n 16.*} *c. futuram. 12 q. 1 c. fundamẽta. 17. de elect. & elect. pot. in 6.* Annon hæc inter se pugnant? Scité Paulus JCtus *in l. & an eadem, 14. §. pen. D. de exc. rei jud.* Non ampliús quám semel res mea esse potest. Et *in l. non ut. 159. de R. I.* Non ut ex pluribus causis deberi nobis idem potest, ita ex pluribus causis idem possit nostrum esse. CHRISTUS Salvator noster universalem Episcopatum vel Principatum damnat, *Luc. 22. v. 24. 25. 26. Petr. 1. Epist. 5 v. 2. 3. 4. Paulus ad Colosſ. 1. v. 18. & ad Eph. 5. v. 23 24. & 1. Cor. 5.* Constantinus quoque offerre jure non debuit, *Luc. 22.* nec natura potuit: quia non habuit ipse, *l. nemo plus de R. I.* Et quia Papa jam anté habebat: vendicat enim sibi imperium totius mundi, ut anté dictum: Dominium autem non ex pluribus causis, sed unâ tantúm contingit, *l. 3 § ex pluribus, D. de acq. & am. poss.* Et quod jam nostrum est, id ampliús nostrum fieri non potest. §. 10. *Inst. de legat. §. 14. Inst. de action.* Nec Pontifex potuit accipere: Quod enim dari nequit, id neq; accipi potest. Quemadmodum autem Donatio Constantini diminuit Pontificis jus totius mundi: ita Caroli Magni donatio, & Ludovici, *in c. ego Ludovicus, dist. 63.* diminuit jus Occidentalium partium, dum præter Romã & circumsitas proximé provincias nihil includit. Si jam omnia regna Occidentalia donavit Constantinus, cur opus fuit novâ liberalitate Pipini, Caroli, vel Ludovici. Meritó itaq; ridet Æneas Sylvius *in Dial. quem scripsit cúm Cardinalis esset,* eos qui disputant, an donatio illa valeat, quæ nunquã facta fuit. De validitate hujus donationis disputant Canonistæ, gl. *in Clem. 1. §. cæterum. de jurejur.* Dd. in genere *in c. translato. de Constit. in c. ex ore, de his quæ fiunt á majore parte Capituli, in c. per venerabilem, qui fil. sint legit. in c. ex insinuatione de Simonia. in c. fundamenta de elect. in 6.* In specie veró, Innoc. *in c. quod in dub. de renunc. & c. fin. de restit. in integ.* Speculator *in tit. de Instrumentor editione, §. nunc autem, & in §. 11. v quid si Imperat.* Joan. Andr. *in addit. ad specul. in tit. de iurisd. om. iud. §. 1.* Abb. Panorm. *in d. c. per venerabilem, & cons. 84. lib. 2.* Felin. *in c. Solitæ. de maior. & obed.* Cardinalis Alexandrinus *in Clem. 1. de Sum. Trinit. & fid. Cathol.* Idem *in Clem. Romani, v. porró de iureiur.* Andreas de Isernia *in c. qui feud. dar. poss* Varii etiã Legis periti, Cynus *in l. competit. C. de præscr. 30. an. in l pen. C. de bon. quæ lib.* gl. & Dd. *in l. 1. in pr. & §. 1. D. de offic. præsid.* gl. *in Auth. quomodo opert. Episc. posi pr.* gl. *in Auth. ut Eccl. Rom. 100. ann. præscr. gaud.* Bart. *ad 1. rubr. D. n. 13. & in l. 1. de offic. præf. urb. & ib. in §. Initio. 4. nu. 4. l. in omnibus, D. ad SC. Trebell. in l. prohibere, §. plané, D. quod vi aut clam. in d Auth. quomodo oport. Episc. n. 3. & 10.* Bald. *in d. l. pen. C. de bon. quæ lib.* Idem *in 1. const. C.* Idem *in prælud. lib feud.* Idem *in l. Barbarius, in fin. D. de off. Præt.* Idem *in c. 1. & in c. in generali. Si de feud. defunct. content sit int. dom. & agnat. Vasal.* Jacob. Brutigar. *in d. constit. 1. C.* Angel. Perusin. *in l. si certarum, 17. D. de Testam. milit.* Ludov. Rom. *in l. is qui hæres. in pr. D. de acq. hered.* Paulus de Castro *cons. 72.* Alex. de Imola *in d 1. const. & in d. l. omnibus, & in l. legatus, D. de offic. præsid.* Idem *in rubr. D de V. O.* Idem *in d. l. prohibere.* Idẽ *in l. Filio quem Pater, 23. D. de lib. & posth.* Idem *cons. 93. vol. 4. & cons. 24. vol. 5.* Alban. *in addit. ad Bart. ad rubr. D ad verb. Valeat vel non.* Castald. *in tr. de Imp. q. 51.* Anton. de Rosel. *in tr. de pot. Imp. & Papæ, §. ult. videtur probari,* August. Triumph. *de Pot. Eccles.*

eles q.43. art.1. cum seqq. Oldrad. *cons.85* Bursat. *cons.124. lib.1.* Fulv. Pacian. *de prob. lib. 2. c.43. n.16.* Claud. Seysel. *in spec feud.* Fach. 8. *controv.1.* & infiniti alii. Sed nunquã hanc donationem factam esse certissimum est. 1. Quia donatio hæc diversis, diversoque sensu profertur. Aliter Melchiades *in d.c futuram, 12. q.1.* Aliter Palea, *d c. Constantinus, dist.96.* Aliter Leo IX. *in ep.1 ad Michaël.* Aliter Balsamon *in Photii Nomocanone tit.8. c.1* & Matthæus Blastar. *in Synopsi jur. Canon. c. de Bulgar. Cypr. & Iber.* Aliter Nicolaus III. *in d. c. fundamenta, de elect. in 6.* Aliter Petr. Damian. *in discept. Synodal.* Mart. Polon. *sub Sylvestro.* Alber. de Rosate *tit. C. de offic. Præfect. urb.* Anselm. DEUS DEDIT, Ivo Carnut. August. Eugubin. 2. Diversæ sunt & sibi mutuó repugnantes formulæ: Constat autem scripturas diversas, & fidem sibi invicem derogantes, nihil habere firmitatis, *l. scripturæ, 14. C. de fid. instrum.* Alius sedem Imperialem, alius Romanam urbem, alius Palatium Lateranense, alius habitum & dignitatem regalem traditam scribit, alius totum Imperium Occidentale, alius Italiam tantúm judicandam concreditam. Sed cui jam fidendum? Cúm non apparet utri credendum, satius fuerit neutri fidem adhibere, *l. si quis, D. de reb. dub.* 3. Antiqui nullam hujus donationis mentionem faciunt; non Eusebius, qui Constantini vitam diligentissimé descripsit: non Socrates: non Sozomenus: non Theodoretus: non Victor: non Zosimus: non Ruffinus, neq; quisquam istius seculi. Vix credibile est, cúm minutiora memoriæ tradiderint, eos tantam rem sicco pede præterituros. 4. Constantinus filiis suis tribus Imperium divisit. Constantinus Occidentalium partium, Constantius Orientalium, Constans interjectarum Princeps constitutus. *Euseb. lib. 4. de vita Constantini.* Quomodo ergó Sylvestro tradidit. Imó Krantz. *lib. 4. Metrop. cap. 11.* notat, donationem nullam subsecutam fuisse traditionem. 5. Causa donationis etiam ficta est. Nicomediæ, non Romæ, ab Eusebio Episcopo, non Sylvestro Papâ, anno ætatis 65. non initio Imperii, immunis á lepra baptisatus fuit Constantinus, *Euseb.* 6. Ipsi Pontificii dubitant de donatione, *Krantz. in Saxon. lib. 2. c.1.* Bart. *in præfat. D. n.14.* cúm multa non obscuré contra hanc donationem disputasset, tandem, *Videte*, ait, *quód nos sumus in terris Ecclesiæ, iccirco dico quód illa donatio valeat Antoninus Archiepisc part. 6. t 8 c 2. Hieron. Cagnol. in proœm D. n 79. Volaterran. lib. 3. Geograph Nicol Cusan. lib. 3. de Concord. Cathol. c.2. Hieron Cathalan. in praxi Cancel. Apostol. Covarr. 4. V. R. c.16. n.8 Hieron. Balb in lib. de Coron. ad Carolũ V. Zoannet in tr. de Rom. Imp. Cujac. lib.1. Respon. Papin. ad l legatus, 20 D. d d. offic. Præsid. Menoch. de A. I. & lib.2. cent.6. cas.559. n.10. Fernand Vasq. 1. controv. c.5. nu.27. Cæsar Baron. tom.3. Annal. Anno 324. Andr. Alciat. 7. Parerg. c.19.* Negant & impugnant hanc donationem apertè, gl. Spec. Saxon. *lib. 3. art.63. gl. in Authent. Quom. oport. Episc. & Cleric. verb. conferens generi.* Igneus *in l. Donationes, n.22. C. de donat. inter vir. & uxor.* Balduin. *ad LL. Constantini M. lib.1.* Schneidw. *in proœm. Instit* Longoval. *in Rep. l. Imperium, D. de jurisdict. p.4. c. lex autem foramon, nu.45 v. unde orta.* Molin. *in comm. ad edict. Henrici Regu, n 133. & in addit ad Alexand. de Imola cons.24. lib.* Eberhard. in Topic. *in loc. á Verisimili, nu.15. & seqq* Frider. Pruckman. *in §. soluta potestas, memb. 2. eff 7. ubi latè.* Guicciard. *lib.4.* Laurent. Valla *in tr. de falsó credita & ementita Constantini donat.* Rodolp. Hospinian. *de origi. & usu Templ. lib. 5. cap.2.* Brutum fulmen, Phil Camerar. *cent.1. Horar. subsec. c.61.* Phil. Mornæ. *in Mysterio iniquitatis, de Sylvest.* & infiniti alii. Atque hæc de donatione Constantini breviter dicta sufficiant. Nunc ad Pontificis Principatum super Ecclesias & Episcopos quasi

quasi é diverticulo in viam revertor. Justinianus noster Pontificis quidem πρωτοθρόνιαν sed non ἰδιοχρηματίαν, primatum sessionis & ordinis, non verò potestatis in cæteros agnoscit, *Nov.* 11. *Nov.* 131. *c.* 2. 3. 4. Julian. Partit. *Nov.* 119 ita vertit: Papa Romanus prior omnibus sedeat. Quocirca *l. inter claras, C. de summ. Trinit.* non inter claras, sed obscuras & suspectas meritó numeranda. 1. Apparet ex Orthographia, scriptura & exemplaribus, instrumentum esse non probatæ fidei: quia in libris integrioribus non reperitur, nec habet indicationem loci & temporis, ut N. 47. postulat. Unde quoque JCti eam veluti paleam rejiciunt, *Azo*, *Alciat. 5. Parerg. c. 13. Cujac. 12. obs. 26. Hotom. 7. obs. 2.* (Resistit *Andr. Fachin. 8. controv.* 1.) 2. Stylus nec Justiniani est, nec illius temporis, sed posterioris, quo barbarorum incursiones bonas literas in Italia pessum dederunt. 3. Repugnat chronologia & exacta ratio temporum. 4. Ipsæ res omninó reclamant. Nam tale jus & talem potestatem nullus Imperator, vel Græcus, vel Romanus Papæ concessit, nec ullus Romanus Episcopus usurpavit, usque ad Gregorium III. qui seditiosé & tyrannicé Imperatori Constantinopolitano jurisdictionem in Italia extorsit, injustis & impiis excommunicationibus & armis. 5. Justinianus, aut quivis alius Imperator non potuit, nec debuit talia Papæ Romano concedere. 6. Justinianus noluit, *Nov.* 131. 7. Justinianum id haud quaquam fecisse, patet ex multis ll. contrariis, vel illis, quæ sunt sub *eod. t. de Summ. Trinit.* Item *de hæret.* Item *Nov.* 3. 5. 6. 58. 123. 137. Quibus Justinianus de rebus Ecclesiasticis decernit, non adhibito Papâ, quod tamen *in d. l. inter claras*, se facturum negat. 8. Ex differentibus patet: Si enim ullus Justinianus aut Joannes ejusmodi res simul tractarunt, & non est merum figmentum, Justinianus II. Joannes VII. post annos 160. hæc egerunt. 9. Ex similibus & comparatis, veluti ex palea Constantini, quæ est ejusdem plané argumenti, ac quasi paraphrasis hujus commētitii scripti; ex Stephani II. commento, & aliis Papisticis figmentis apparet, fundamentum hoc novitiæ religionis & novi juris Pontificii, imó novæ Monarchiæ Papisticæ omninó sophisticum esse. 10. Conjecturæ non obscuræ nec leves extant, quód Gregorius III. Papa Romanus sit architectus hujus pallii & paludamenti, & parens hujus ovi cuculini, quod fœtura perpetua edit ἰδεάκις & cuculos versipelles, qui pro tempore in aquilas & accipitres se vertunt, ut sacra & profana omnia sibi rapiant & conspurcent.

9. Supremam Majestatem, ut & locum inter Principes, uti Pōtifici jure optimo denegamus; ita jura Majestatis nequaquam ipsi concedimus: non jus belli indicendi finiendique; *a* non Legatos, *b* Caduceatores, Fecialesque mittendi, *c* fœdera, ligas, inducias contrahendi & confirmandi; *d* Principatuum, majorumq; regalium conferendorum, *e* non legitimandi; *f* non indulgendi, abolendi, remittendique pœnas criminum capitales; *g* non deniq; legis politicæ ferendæ potestatem, *h* &c.

a) Nisi de facto: pleni sunt libri Historicorum, plena exemplorum vetustas: nec desunt recentia. *b*) Nam Proceres isti Ecclesiastici, si nomine & re Episcopi esse volunt, populum docere debent, non verò sese occupare secularium negotiorum expeditionibus, iisq; per Legatos defungi. Sed dices: *Hodié Pontificii Legati*

gati non modò ab ipso Imperatore, sed & potentissimis Principibus, & Rebuspublicis quotidiè admittuntur & audiuntur. Fateor, sed id fit mutato rerũ statu, conniventiâ Principum: Nam hodiè baculus Aaronis, & gladius Nimrodi unâ manu regitur: & Clerici unâ parte Clerici, alterâ Principes & Duces salutati cupiunt: altero pugno Codicem, altero ensem gestant. De Herbipoli olim erat vulgatum dictum:

Herbipolis sola judicat ense, stola.

Scipio Gentilis *de jurisd. lib. 3. c. 16.* Sed hodiè id latiùs diffusum est, cùm sint, ut loquuntur, compatibiles qualitates, Ecclesiastica & Politica, *Gail. 1 observ. 30. & de P. P. lib 1. c. 1. n. 13. Henning. Gœden. cons. 30 n. 16. Surdus cons. 275. Modest. Pistor. cons. 49. vol. 2.* Ludovicus Pius Præsules constituit Principes. *Helmold. lib. 1. c. 4.* Reiner. Reinec. Othoni M. ascribit. Carolus IV. Abbates quatuor opulentiores, titulo Principum decoravit, insignivitq; Principes Imperii, *Crusius Annal. Suevic. p. 3. lib. 5. fol. 264.* cumprimis quatuor Imperii, aut potiùs cathedræ Imperialis Abbates constituit, Fuldensem, Albũ Castrensem, Campidonẽsem ac Murbacensem, inde sic nominati, quód ad pedes Cęsaris in publicis Imperii Statuũ Comitiis sedere deberent. *Caspar Bruschius Monast. German. præcipuorum ac maximè illust. cent. 1. fol. 5. b. & 56. b.* Sunt nonnulli, qui Pontificem his prærogativis insignitum esse putant, non ut Papam, sed ut Principem Italiæ; satis enim superque constat, pastorali officio principalem potestatem hodiè esse annexam. Sed valeant hi: quàm enim benè duplex illa dignitas in multis Pontificibus conjuncta fuerit, Historici abundè testantur. Nonnunquam tamen Principes Legatos Pontificios audire noluerunt. Augustanæ Cõfessionis socii Naumburgi Pii IV. Pontificis Legatos non exceperunt jure Legatorum, anno 1561. Idem fecit Fridericus Daniæ Rex: *Chytræus in Chronico Sax. Iac. Aug. Thuan. lib 28. Histor.* Elisabetha Angliæ Regina Hieronymum Martinengũ, Concilii causâ á Pontifice missum, in Insulam trajicere prohibuit. Sic Imperatorem & Regum Legati aliquoties etiam ab aula Romana exclusi: impudentiâ forté Pontificum. c) Alexander VI. Pontifex persuasus cõsiliis Ludovici Sfortiæ & Venetorum, Fecialem unum ex his, qui clavâ argenteam præferunt, ad Carolum VIII. Regem Gallorum misit, qui ei præcepit, ut intrà decimum diem ipse cum copiis Italiâ discederet: Sed scribit Guicciard. Alexandrum VI. Draconem fuisse, qui immoderatâ ambitione, & pestiferâ perfidiâ, omnibus horrendæ crudelitatis, monstrosæ libidinis, & inauditæ avaritiæ exemplis, sacris atque profanis rebus absque discrimine venditis, universum orbem venenis infecerat. Carolus VIII. diram illam obnunciationem irrisit; nec immeritó: mandatum Papæ per se nullum, sive mãdantis personam, sive rei mandatæ naturam consideremus. d) Nullo jure, nisi dolo, vi & viribus hæc omnia Papa habet. Historici Gallici benè notarũt, quód nullum ferè fœdus á Regibus Franciæ cum Pontificibus contractum felicem exitum invenerit. Falsum itaque illud Antonii Possevini, *in cautione de libris Machiavelli*, quód omnis Italiæ, aut alterius alicujus regni felicitas, á Romanæ Ecclesiæ vel Papæ auctoritate dependeat: imó omnes potiùs calamitates, quibus ante hæc tempora Italia afflicta est, eidem sunt imputandę, *Machiavell. 1. Disp. seu Discurs. 12.* Fallit & fallitur Bellarminus cum asseclis, qui continuam felicitatem Ecclesiæ notam perpetuam esse asserunt. e) Quocirca non injuriâ Maximilianus II. cùm Pius V. Cosmum Ducem Florentiæ coronâ & Magni Ducis Hetruriæ titulo donasset, se Pontifici, ut falcem in alienam messem mittenti, opposuit. *Fulvius Pa-*

cian.

cian. de probat. lib. 2. c. 35. n. 69. *f)* Legitimandi tamen potestatem, Imperatorum & Regum exemplo, Pontifices sibi arrogaverunt, titulo nullo, vi manifestâ, dolo doloso. Alexander VI. Cæsarem filium legitimavit, Cardinalitiis honoribus mactavit, ut postea etiam Valentiæ Dux salutatus fuerit *Guicciardin. 1. histor. p. 8. & 4. histor. p. 377.* Nec abstinuisset Pontifex á legitimatione Antonii Prioris Cratensis, ad successionem Regni Portugaliæ acquirendam, Sebastiano extincto, nisi Philippi Hispaniarum Regis potentiâ & viribus territus fuisset, & non tantúm Hispaniæ, verúm etiam Lusitaniæ JCtorum responsa validis rationibus edocuissent, nullam legitimationem Pontificiam ad Regni successionem obtinendam prodesse. *Auctor incertus libelli, Middelburgi Anno 1591. editi, de jure successionis regiæ, in regno Lusitaniæ seu Portugaliæ, &c.* Nam constat, ne summum quidem Principem vel Regem naturalem filium, in præjudicium legitimi, ad Regiam successionem habilitare posse. Et sané, quâ ratione summa regalium legitimationũ jura Papæ competerent, qui nec minorum gentium naturales ita potest omni maculâ & nævo purgare, ut in Imperii terris tanquam legitimi succedãt, *Bald. in rubr. de constit. n. 35. Angel. cons. 29. n. 4. Curt. Iun. cons. 136. n. 2. Soc. Iun. vol. 1. cons. 52. n. 4. & vol. 2. cons. 100. n. 26.* Est enim legitimatio symbolum supremæ dignitatis, quæ in Gallia á sola majestate Regia confertur. *Ioan. Ferald. in tr. de priv. regn. Franc. privil. 15. 16.* Sed in Imperio nostro Romano-Germanico etiam ab illis, quibus Princeps Romanus illam potestatem nominatim dedit, *Gail. 2. obs. 142. n 4.* Papa etiam, velut alter Imperator, ut hic Comitibus Palatinis, sic ille Cardinalitiis fratribus eandem potestatem indulsit: sed quo jure? vide Abb. & Felin. *in c. cum te. de sent. & re jud.* Præterea, si natalium restitutione Papa gaudet, quî fit, quód infamiæ maculâ laborantes, eximiæ istius dignitatis prærogativâ, existimationis & famæ beneficio cohonestare non potest? *d. c. cum te, de sent. & re jud. & ib. gl.* Regula hîc notanda secundúm Pontificiæ majestatis assertores: Cui minus non licet, licet quod majus: Papa non potest famę restituere, quod minus; sed natalibus potest, quod majus Egregia scilicet. *g)* Jus indulgendi, abolendi, remittendi pœnas criminum capirales, est symbolum & character regiæ supremæq; præeminentiæ, *l. relegati, 4. inf. l morũ, 9. §. iste ferè, l. ad bestias, 31 D. de pœnu. Octav. Cacheran. decis. 101.* Hoc tamen jus Pontifex, licét ipse nullo titulo habeat, Cardinalibus suis etiam communicavit; Illi enim si ad mortem condemnato obviam prodierint, etiam latroni, etiam sicario, etiam Sodomitę, sive pileum, sive capellum injecerint, á mortis pœna eum liberare possunt. Sed quomodo hæc cum lege Dei congruunt, *Exod. 21. v. 12. Genes 9. v. 6 Levit. 24. v. 17. 2. Chron. 19. v. 6. & seqq. Exod. 22. v. 19. Lev 18. v. 22. & seqq & 20. v. 15. & 16. Deus. 22. v. 21. 22. 23. 24.* Barth. Cæpolla *cautel. 2 in pr.* ait, *quód Cardinales hoc habeant ex consuetudine vel Privilegio.* Hanc potestatem Carolus V. Senatui Mediolanensi, cui potestatem regiæ non absimilem aliâs concesserat, nunquam impertire voluit, sed peculiariter excepit, & supremæ suæ Majestati reservavit, *Bodin. 1. de rep. c. 8. & 10.* *h)* Solus enim Imperator leges condit, *l. 1. D. de constit. Princip. l. pen. l. ult. §. 1. C. de LL. l. 2 § sed quia, 18. C. de vet. jur. enucl. §. sed & quod Principi, 1. de I. N. G. & C.* quibus vel ipsum Papam subjicit, *Nov. 123. c. 10. Nov. 105. in fin. Nov 133. in pr. & c. 6. Nov 3. in pr. Nov. 6. c. 8. Nov. 131. c. 3. Nov. 9* cujus auctoritatem in causis civilibus vix ullã agnoscit, *argum. l. repetita, 41. C. de Episc. & Cler. l. addictos, C de Episc. aud. Nov. 6. in pr.* Sed quid ad hæc Pontificii? Papa omnia jura in scrinio pectoris habere censetur,

c. 1. de

c.1.de constit in 6. Qui Angelos judicabit, quantó magis temporalia, *c.per venerabilem, qui fil sint legit. arg.* 1.*Cor.6.v.3.* Omni humanæ creaturæ imperat, utroq; gladio: juxta illud: *Ecce duo gladii hic, & satis est, c.* 1.*Extravag. Comm. de major. & obed. Clem. Pastoralis, de sent. & re judic. c.omnes: dist.* 22.*c.duo sunt, dist.*96.*c.cuncta*, 9.*q.*3. Sed bonus iste Bonifacius *in d. Extravag.* juris divini terminos evagatur, 1.*Petr.*2. *v.*13.*Rom.*13.*v.*1.*Ioan.*18.*v.*36. Sequuntur instar gruum socii. Sed dices? Pontifex constitutiones suas non minùs emittit quám Imperator, quibus refertum est jus Canonicum, quibus etiam utimur in nostro Romano-Germanico Imperio. Verúm, de facto quidem emittit, jure nullo: iisque etiam utimur, non tamen ipsius Pontificis jugum agnoscimus, vel illius subditos nos profitemur. Siquidem id non coactè, sed liberè, propter Imperatoris, & Principum nostrorum approbationem, nostramq; assensionem, facimus. Quinimó utimur canonibus Pontificiis liberè, non ut Pontificiis, sive quód ab auctoritate & majoritate Pontificis sint profectæ, sed tanquam LL. nostris & respectivé propriis, quæ nobis sunt propriæ factæ, propter Principum nostrorum, ut dixi, auctoritatem, nostramque assensionem. Summoperé etiam detestanda est impudentia Papæ, quâ juris nostri interpretationem arrogantissimé sibi vendicat, *vide Cujac. in l. jus publicum*, 38.*D. de pact.* Illud Corollarii loco addo, Pontifici nulla planè competere regalia: multó minùs igitur Episcopis & aliis personis Ecclesiasticis, quatenus Ecclesiastici sunt, sed eatenus competunt, quatenus hodié sunt Principes & Status Imperii Romani, *Bald. in l. nam salutem, § ait autem, D de off. præf. vigil. Igneus in l necessarius, § non aliàs p.*2. *n.*128. *D. ad SC. Syllan. Innocent. in c. cum te n.* 2. *& ib. Panorm. n.*14. *&. Cc. Comm. de sent. & re jud. Panorm. in c. significasti, n.*10. *& ibid. Felin. n.*4. *de offic. delegati.*

9. Solus ergó summus Germanorum Princeps *a* est Dominus *b* Orientis, Occidentis, Meridiei, Septentrionis, *c* qui & inter Principes mundi maximé refulget, *d* tanquam sanctissimus & nobilissimus: *e* ut & Christianissimus, *f* imó corporalis mundi Deus, eminens super omnes, tanquam stella matutina in medio nebulæ Meridionalis. *g*

a) Hoc nomen de Imperatore accipi notat Prosper. Caravit. *ritu* 64 *n.*11. *& seqq* Rectè, *arg. Rub & t.t. D. de Constit. Princ. § sed & quod Principi. l. de l. N. G. & C. c. unic. de Feud. March. Duc. c. unc. quis dic. Dux, March. in usib. feu.* Est enim Christiani orbis, Romanique Imperii primum caput, primumque locum tenet, sive primas partes capit. Alias Principis vocabulum est æquivocum; uti Paulus JCtus delicti Principem, pro auctore dixit, *l. in hoc*, 10. *D. de Serv corrup.* Verúm juxta nominis veram Etymologiam significat aliquam præeminentiam, quasi primas partes capiens. Sic Princeps quoque nominatur, in quem regimenta Reip. perpetua trãslata sunt, *l.*1. *D. de offic. Præf. Prat. sid. l.*9. *Etymol. t. de regn & milit. voc. gl in c. fundamenta, § proinde de Elect. in* 6. *Iacobin. de S. Georg. de Feud. verb. Princeps.* Hodié pervulgato more loquendi aliis præter Imperatorem tribuitur, & quidem cum aliqua additione, Princeps Imperii, Princeps Regni, qui habet Ducatum vel Principatum ab Imperio vel Regno. b) *l. deprecatio, D. ad l. Rhod. de jact. l. bené á Zenone, C. de quad. præscript. Nov.*105.*c.*2.*c. In apibus*, 7.*q.*1 *gl. in c. jus quiritium, dist.*1 *gl. in c. Adrianus, dist.*63. c) *Bald. cons.* 359. *lib.*3. d) *l. pen. & ibi Bald. C. de Bon. qua lib. d. l. Adrianus. Cardinal. in Clem.* 1. *in pr. de jurejur.* e) *l. quarii, D. de Nat.*

Nat. reſtit. f) *d.l. inter claras, C. de Summ. Trin. Chaſſan. in catal glor. mund. part. 5. conſid. 27.* g) *Bald. conſ. 238 lib. 1. & conſ. 300. lib. ult. Mart Garrat.* (aliás *de Caratiis*) *Laudenſ. in c. unic. in fin. de prohib. feud. alienat. Catellian Cotta in Memorab. verb Imperator. Fernand. Vaſq. Illuſtr. q. 20. in pr. Anton. Gabriel. comm. opin. lib. 5. t. de A. R. D. concl. 5. Iaſon. in l. 1. in 1. Lectur. n. 6. C. de Summ Trinit. Bart. in l hoſtes, 24. n. 7. de capt. & poſtlim. reverſ.* Plura hujus argumenti *vide apud Reſtaur. Caſtald. in tr. de Imp. q. 52. & 53.* Carolum Degraſſalium *Regalium Franciæ lib. 1. jur. 6. p.* (*mihi*) *56.*

10. Quocirca Italiam, *a* Galliam, *b* Hiſpaniam, *c* Angliam, *d* Daniam, *e* Mediolanum, *f* Sabaudiam, *g* Burgundiam, *h* nullo modo Romani Imperii nexu contineri, ſed perpetuæ libertatis beneficio gaudere, & ſuperiorem non recognoſcere, ſimpliciter & indiſtinctè affirmare abſonum & minús tutum.

a) Imperatoriæ Majeſtatis ſuperioritatis intentio in Italia ſatis fundata eſt, adeó ut exemptionem alleganti probandi onus incumbat. *Cephal. conſ. 369. Dec. conſ. 307. lib. 3.* Non negant hoc ſaniores Itali. Controverſiæ inter Florentinos & Piſanos agitatæ cognitionem & dijudicationem ad Cæſaream auctoritatem pertinere, ſine contradictione partium, Maximilianus I. profeſſus eſt, *Guicciardin. 3 hiſt.* Quis ignorat cauſam Finarienſem inter Remp. Genuenſem, & Marchionem coram Ferdinando agitatam? Elegans eſt Maximiliani II. ad Pium IV. Pontificem, qui Coſmum Florentinorum Principem regiæ majeſtatis dignatione ornatum volebat, admonitio: Italia non habet Regem niſi Cæſarem. *b*) Galliam non recognoſcere ſuperiorem multi aſſeruerunt. *Nicol. Vbald. de ſucceſſ. ab inteſtat. n. 81. 82 83. Ioan. Ferald. de jur & privil. Reg. Franc. Dec. conſ. 269. nu. 6. conſ. 270 nu. 4 & conſ. 300. Martin. Rauvauls. in ſpec judic. n. 66. Nic. Feſtaſ. de Æſtimo, part. 4. c. 7. nu. 44. 45. Carol. Degraſſalius Carcaſſonenſis Regal. Franc. lib. 1. jur. 1. ubi mirificé Regis Galliæ dignitatem extollit.* Et quód Rex Franciæ non ſubſit Imperatori, concludit Abb. Panormit. *in c per venerabilem, qui fil. ſint legit.* Jaſ. *in l. cunctos populos, nu. 10 C. de Summ. Trin.* Philipp. Franc. *ad appellat.* Oldrad. *conſ. 69. ubi latè diſputat* Vaſq. *Illuſtr. controv. proœm. in fin.* dicit *ingentem eſſe quæſtionem* Laté Stephan. Aufrer. *in repet. Clem. 1. ut Clericorum, de offic ordin. & ib.* Matthæus Boyſſ. *in addit. & remiſſ. p* (*mihi*) 67. 68. 69. *edit. Colon.* Sed ſubjectionem valdé urget Franciſc. Zoannet. *de Rom. Imp. nu. 203.* Nam juxta Caroli M. teſtamentum, Gallia Imperio ſubeſſe debebat, unde initio Diplomatum Carolus Imperii Romani gubernatorem, deinde Dominum & Regem Francorum, Longobardorum ac Saxonum Dominatorem ſeſe nominavit. Albert. Krantz. Bart. & Alciat. Regem Francorum Imperii Germanici ſubditum eſſe ſcribunt. Sed hoc verúm quidem, ſi antiquam Romani Imperii dignitatem cõſideremus; Hodié Francia nullum ſuperiorem agnoſcit. *Feſtaſ de Æſtimo & collectis, part. 4. c. 7. num 44. Guilielm. de Montferrat. Cathalan. de ſucceſſ. reg.* (*præcipué Gallia*) *per diſcurſum.* Hinc. Curt. Jun. *conſ. 10. nu. 48.* ait, *Regem Gallia in regno ſuo majorem habere poteſtatem, quám Imperatorem in Imperio*, ſcilicet propter jus Regni transmittendi. Et ſané ab annis ſexcentis Imperatores in Gallia nihil habuerunt: Regnumque Arelatenſe, exceptâ Sabaudiâ & Burgundiâ, jamdudum Imperii eſſe deſiit. *Mich. Coccinius de translat. Imp. Iacob. Spigel. in Schol. Alphonſinu ad Æn. Sylvium*

lib. 1. Petr. Heig. 1. q. 3. nu. 48. c) Regem Hiſpanię eſſe Monarcham & totum continens in ſuo Regno, ſcribit Joan. Redin. *de Maj. Prin. verb. Imperatoriam Majeſtatem, n. 37.* Et non agnoſcere ſuperiorem. *Guilielm. de Montferrat. de ſucceſſ. Regn. dub. 1. nu. 40.* Ideó quód Reges Hiſpanorum regna ſua, maximâ Reip. infelicitate, ab Arabibus occupata, immenſis laboribus, periculis & impenſis, effuſo per ſeptingentos annos proprio & ſubditorum ſanguine, á Chriſtianæ religionis hoſtibus, liberarint, & ita ſe exemerint, *Guilielm de Montferrat. d. loco, gl. in c. Hadrianus, diſt. 63. Ioan. Lupus in pr. Rep. de donat. int. vir. & ux. n. 18. Ioan. Garzias de Hiſpan. nobilit.* Et quia hoc ſine Imperatorũ auxilio factum, omnigenam exemptionem allegant. Adducunt etiã Honorii Imperatoris immunitatem Gothis conceſſam, aliaq; decreta ſub Henrico III. Imperatore anno 1055. confirmata, *Covarr part. 2. relect. c peccatũ, §. 9. Ioan. Mariana de reb. Hiſp. lib. 9. c. 5.* Sed quid ad hæc Gratianus? Is *in c. volumus, 11. q. 1.* Hiſpanorum puram putam arguit ſubjectionem, eosq; Legis Carolinæ vinculo, potentiæ & majeſtati quaſi aſtringit. Hic Canon generaliter, uti ſonat, accipiendus eſt de omnibus Hiſpanis, non de Hiſpanis Galliæ finitimis, Pyrenæum & loca illa propinqua inhabitantibus, ut vult Covarr. *part. 2. relect. c. poſſeſſor. §* 10. Sed hodié de facto ſe exemerunt. In rebus ſacris Hiſpaniarum Rex Pontificem Romanum tanquam ſuperiorem agnoſcit & recognoſcit. Philippus S. inquiſitionis juriſdictionem Mediolani ſummis precibus á Pio V. contendit. Nec nocuit Hiſpanis ſubmiſſio nimia: Nã á Pontificibus tot Regna, Neapolis, Sicilię, Luſitaniæ, Arragoniæ, Sardiniæ; Canarias, Heſperides ac Gorgonidas Inſulas arctiſſimo fidelitatis nexu obtinuerunt. Hæccine ergo illa Monarchia Hiſpanica? nónne Pontificem ut ſuperiorem recognoſcit? ab hoc qui plané nullius majeſtatis jure capax eſt, majeſtatem fœnerati ſunt. Probationem urges? Alexander Sextus Papa (toti non modó Italiæ, ſed & Reip. Chriſtianæ perniciosiſſimus, *Franciſc. Guicciardin. 1. Hiſt.*) utriuſque Indiæ, Orientalis & Occiduæ Inſulas, inter Hiſpanum & Luſitanum judicio finium regundorum, terminis in Atlantico mari poſitis, diviſit, eâ lege, ut dominio ſibi & ſuperioritatis jure reſervato, ab Eccleſia Romana, ceu fiduciarii recognoſcerent; cúm tamen vel Domino, vel Vaſallis, ſive divini, ſive humani juris contemplatione, nulla ſemuncia alicujus prætenſi juris in Indias competeret. Quid ergo Regnorum feré Hiſpanus habet, quod non Vaſallagii jure, ab illo, qui conferendi poteſtatem non habet, obtineat? Magnitudinem potentiæ Hiſpani nimis exaggerant: *Fernand. Hiſpalenſ. de Hiſp. regn. magnit. Ioan. Redin. d. tr. de Majeſt.* Sed conſiderare illi debuiſſent, á potentiæ magnitudine dignitatis prærogativam non ſemper dependere: *Menoch. 1. conſ. 36. n. 51.* Quemadmodum nec finium & provinciarum anguſtię Majeſtatis purpuram omnem excludũt, ut malé de Bohemiæ Regno ſcriptum reliquerunt Hoſtienſ. *in c. conſtitutus, de teſtib.* Baptiſt. Caſtell. *in c. ſcitote, 6. q. 3.* Quid multis? Summa Majeſtas nulla eſt vicaria: ſed de Hiſpano literis proditum eſt, eum ab Imperatore Germanorum totius Italiæ Vicarium eſſe conſtitutum, *Bodin. 1. de rep. 10.* Quod tamen hac vice, ut aliquo modo ſuſpectum, in dubiũ revoco. Quomodo ergo Majeſtate ſummâ ptæfulgebit? Vicaria enim facilé revocatur. Navarręe Regnum quo titulo poſſidet? Sileo: Loquantur Hiſtorici. Gallum illius recuperandi poteſtatem habere minimé dubito. d) Quamvis Joannes Angliæ Rex, Regis Franciæ potentiam metuens, Anglię Regnum Innocentio III. feudatarium fecerit, *Blond. lib. 6. Dec. 2. Polyd. Virgil. 15. Hiſt. Anglic.* Quamvis

item.

item Rex Adelstanus Constantinum Scotorum Regem in sua verba jurare compulerit, contra decus Regię Majestatis, & in Regii nominis dehonestamentum, adumbratum clientelaris fidei titulum obtendens, jus gentium, jus belli, quo victi victores Dominos agnoscunt, Clientes Patronos, postea etiam Britannis deditio illa acceserit illo Clientelæ sacramento, fide ipsis posteriús datâ á Jano Balliolo, Regni Scotici nomine, Anno 1293. Scotis enim de cooptando Rege dissidentibus, Balliolus sese professus est Britanni beneficiarium, ut Scotiæ regno præficeretur. *Bodin. 1. de rep. 9* Unde etiam hodié Scotiam Angliæ feudum esse putat Vultej. *lib. 1. Feud. 4. num. 10.* Sed malé: Hodiernus tamen status illorum Regnorum, præsertim jam indissolubili vinculo unitorum, idem scribere non permittit. Nam hodié Magnus Britanniarum Rex, post Deum immortalem, nullius dominium recognoscit, sed liberrima cum potestate Regiæ Majestatis jura sibi vendicat. *e)* Daniæ Reges summam, perfectam & illibatam potestatem minimé etiam habuerunt, quando Germanis Imperatoribus juramentum fidelitatis præstiterunt, *Gothofred Monach. ad annum 1162. Albert Krantz. lib. 6. Dania. c. 17. Helmold. lib. 1. c. 91. qui tamen hominis mentionem non facit*, aut quando Pontifici Romano annuũ vectigal persolverunt, *ut scribit Augustin Steuchus lib de Donat. Constant.* Sed hodié Rex Danię nullum superiorem agnoscit. Fallitur ergó Bodin. 2. *de rep. cap.* 1 qui Regis Daniæ Majestatem, quód in Leges patrias juret, & ob alias, nescio quas, ementitas rationes futiliter attentare non erubuit. Christianissimũ Regem suũ multó feliciorem prædicat, qui tamen ipse Legibus patriis astrictus, nihil n. de Regni bonis, sine consilio & auctoritate Procerum, alienare potest; imó si Rex mandat unum & aliud Parlamentum, huic parendum est, *Nevizan. int. cons. Bruni. 12. n. 158.* Idque infinitis præjudiciis firmat Renat. Choppin. *de LL. Andium.* Sed floret Regni & Regis Daniæ Majestas atq; florebit: Scriptor iste diu cum suo fœtu sepultus est. *Ernest. Cothman. in præf tom. 1. Consil.* Hodiernum statum Bodinus malé cum antiquo conferre nititur, cùm tamen multùm interfit inter illud quod fuit, & nunc est, *l. quires, §. aream, D. de solut. & lib. Hieron de Laurent decis. 145. nu. 16.* & á Revangatione mundi argumentatio, tanquam absurda, rejiciatur, *Corn. cons. 128. n. 3. vol. 3. Paris. cons. 138. n. 4. Raudens. de Anal. c. 38.* Sed condonandum hoc Bodino Arctoas res in remota Gallia ignorantiús scribenti; cùm P. Greg. Tholosanus & alii graviús peccaverint, ille enim Utopiam credidit, á Thoma Moro persuasus. Hoc tamen non omittendum, Serenissimum Daniæ Regem Vasallum esse Imperii Romani in quadam parte Holsatiæ; cujus respectu Imperatori nostro subest. *Andr. Gail de Arrest. c. 6. nu. 16.* Sic Rex Hispaniæ. ratione Ducatus Burgundiæ, Status Imperii est. Et ideó quoad Ducatum Burgundię, in Comitiis Imperialibus, non ut Rex, supremum locũ occupat, sed ut Dux Burgundiæ, suo ordine sedet inter Principes Imperii, juxta receptã antiquitús possessionis consuetudinem. Sic Dux Clivensis in Flandria, Brunsvicensis in Hollandia urbes, arces, & dominia possident, quorum respectu non in Imperio, sed in Flandria vel Hollandia forum sortiuntur. Sic Comites, Rhingravii, respectu feudorum Imperialium, sunt Wildæ Rheniique Comites, Imperio immediatè subjecti; respectu verò Comitatus Salmensis sunt Landgrafii Lotharingici, Lotharingiæ Ducem superiorem recognoscentes. Et notorium est, per totam Germaniam multos esse in Imperio Comites & Barones, qui, etsi feuda dignitatum & nobilia ab Imperatore recognoscant, ideoq; inter Status & Ordines Imperii referantur;

tamen quia in aliorum Principum Provinciis dominia quoq; & domicilia sua habent, eorum respectu pro subditis illorum Principum indubitaté haberi, & proinde ad onera & munera talium Provinciarum, æqué atque alii Provinciales teneri, ut in Austria, Bavaria, Saxonia, Marchia, Hassia, & aliis Provinciis tam Ecclesiasticorum, quám secularium Statuum personis perspicuum est, **Reichs Abschiedt zu Augspurg** *Anno* 1548. §. **Wiewol auch in der Ringerungshandlung. &** §. **Auch der Graven von Tübingen halben/ &c.** *f)* Quidam JCti Ducatui Mediolanensi jura Majestatis tribuere non sunt veriti, *Curt. Sen. cons.* 49. *&* *cons.* 50. *Lud. Bolog. cons.* 1. *late Socin. Jun. cons.* 17. *vol.* 4. Sed utut sit, Ducatum Mediolanensem Rex Hispaniarum aut ab Imperio Germanico fiduciæ nomine, aut certé malâ fide possidet. Hujus recuperandi Imperator cum Principibus Germanis jus & potestatem habet, non secus ac Domino in servum fugitivum perpetua manus est injectio, *Bart in l. ult. D. Soluto matrim. Cynus, in l. 1. Cod. de Novat. Faber ad §. pen. I de assign. libert. Ias. in l. debitorum, C. de pact. Bodin. 1. de repub. 9.* Nam Mediolanum fuit & est etiamnum hodié regio Italiæ, Imperatoris Germanorum hospitium, specula & arx totius Italiæ, Galliæ & Germaniæ, mirum in modum sibi horum Regnorum propinquitate accommoda. *Andr. Alciat. de Form. Rom. Imp. p.* 103. *in editione mea, de Anno* 1610. Maximilianus I. Imperator annis haud minús sedecim, centum amplius nummûm aureorum millia, possessionis ac fiducię nomine ex Ducatu Mediolanensi, partim á Ludov. XII. Rege, partim á familia Sfortiadum consecutus est, *Bodin. 1. de repub.* 10. Idem Ludovicus á Maximiliano Diploma investituræ obtinere nequivit, nisi cum hac clausula: *Salvis imperii juribus.* Ducem Mediolani recognoscere Cæsarem probat Ægid. Bossius *in Practic. crimin. t. de crim. las. Majest. num.* 54. *&* 55. *g)* Non tantúm Ducem Allobrogum, sed etiam Mantuæ & Ferrariæ, jura Majestatum habere JCti quidam statuerunt, *Paul. Castrens. cons.* 166. *lib.* 2. *Natta cons.* 608. *Osasc. decis.* 10. *&* 155. *Chassan. in Catal. glor. mund. p.* 12. *consid.* 58. *Rol. á Valle cons.* 4. *n.* 42. *lib.* 3. *& alii quos copiosé allegat, & multis Thrasonicé defendit. Anton. Tessaur. in præfat. decis. Pedemontan. nu.* 13 14. *& seqq. & in notis ad easdem, quas filius ejus Gaspar. Antonin Tessaur. edidit.* Sed quî fit quód in catalogo personarum, Recessibus Imperii subjuncto, nomen Ducis Subaudiæ scriptum reperiatur, & aliquando banno Imperii subjectus fuerit? Ipse Bodinus etiam *lib.* 1. *de rep. c.* 9. *Ait enim* inquit, *Allobroges ipsi confitentur, totaq; eorum historia declarat, hanc Imperii Germanici provinciam, quæ nunc Subaudia dicitur, Imperii feudum extitisse, & ab Henrico V. fiduciarios Comitum dignitatem assecutos, ac tandem Duces, Sigismundi Cæsaris beneficio, appellatos fuisse.* Hæc ille. Menoch. *cons.* 2. *nu.* 104. scribit, Ducem Subaudiæ Imperatorem superiorem recognoscere. Præterea pugnant hæc duo invicem: Esse superiorem in suo Ducatu, &, esse alterius Vicarium: nam qui se alterius vicarium facit, alterius Imperium & Majestatem agnoscit, quod tum apparuit, cùm Carolus, á Carolo V. restitutus, hominum ipsi præstaret. *Bodin. d. loco.* Tessaurus Bodino objicit ignorátiam privilegiorum exemptionis. Sed quemadmodum Privilegia omnimodæ exemptionis translativa non facilé præsumtionem patiuntur, ita difficilimam requirunt probationem, & nunquam non terminos suos excedere non debent, *Philip Dec. cons.* 113. *n.* 6. *&* *cons.* 529. *n.* 7. Imperator enim, ut JCti loquuntur, intentionem suã semper, quoad jurisdictionem, fundatam habet, ideoq; se exemptum dicenti incumbit probatio. Unde in generali concessione, restitutio famæ, & simi-

lia

lia Majestatis evidentia signa non veniunt, *Bald. in l. 2. C. de Pedan. judic. Pet. de Anchor. cons.* 327. Neq; in Vicariatus (qualem Sabaudus gerit) concessione, nisi in Privilegio vicariatus essent verba necessarió hoc importantia, *Felin. in c. cum te. de Sent. & re judic. & c. Qua in Ecclesiarum, de Constitut.* Multó minús præscriptione acquiruntur, quæ Majestati in signum supremæ jurisdictionis competunt, *Henning. Arnisæ. de jur. Majest. lib. 2. cap. 2. n. 5. ubi multos allegat, quos vide.* Atque ita judicatum in Camera Imperiali testatur Henric. á Rosenthal. *de feudis, c. 5. conclus. 16. in gloss. lit. A. in fin.* Errat itaque Purpurat. *in rubr. D. de jurisdict. omn. jud. n.* 20. quando Subaudum Imperatori æquiparat, & ab omni Cæsarea recognitione exemtum cupit. Nec minorem errorem errat Æguinarius Baro *in tr. de benefic. feud. lib. 2. c.* 1. quód is, qui se Dei gratiâ Ducem nominat, superioritatis nescium se astruat: quia non titulos, sed rem ipsam inspicimus, ut ait Natta *cons.* 608. Rectiús Jacobin. de S. Georg. *in Invect. feud. col.* 1. Ducem Subaudiæ Imperatorem recognoscere, quanquam Imperii jura in suo dominio, sive singulari privilegio, sive continuâ usurpatione, sive patientiâ Imperatoris, obtineat. *b*) Ducatum Burgundiæ Hispanus ab Imperio jure fiduciario recognoscit, cujus intuitu sub tutela & membris sacri Imperii comprehensus, in Comitiis sessionem atque votum habens, sicut Archidux Austriæ, oneri etiam contributionum obnoxius, adeó, ut & in Camera per Fiscalem contra eum procedi possit *Gail de Arrest. c. 6. n.* 15. *P. Frid. Mindan. de Process. lib. 1. c.* 38. *num.* 5. A Camera Imperiali tamen exemptus est, ex transactione Electorum & Statuum Imperii, Anno 1548. 26. Maji, Augustæ Vindelicorum cum Carolo V. Imperatore celebratâ, quá tamen Dux Burgundiæ, á jurisdictione Imperii haud quaquam eximitur, *Gail 1. de P. P. c. 11. n. 6.* Dux Lotharingiæ etiam Privilegio Imperatoris ex judicio Cameræ exemptus: onerum tamen Imperii particeps. Comitiis etiam aliisq; Consiliis Imperialibus, non minús atq; alii Principes, interest, ut apparet ex catalogo Personarum Recessibus Imperii subjuncto, *Bodin 1. de rep. 9.* Licet itaq; á foro sint privilegiati, non tamen continuó á subjectione eximuntur: sunt enim diversa, forum sortiri, &, subditum esse, *Castrens. cons 44. n. 5 vol. 1. Rol. á Valle de lucro dotu, q. 15. n. 24. & seqq. Gail. de pignorat. obs. 15. num.* 3. Sic Dux Saxoniæ Elector, & Marchio Brandeburgensis Elector á judicio Cameræ exempti. Item Archiduces Austriæ, ex Caroli IV. Viennæ 1366. Sigismundi, Pragæ Anno 1437. concessâ immunitate, & præcipuè Caroli V. Augustæ 1530. confirmatione, *Mynsi. cent. 5. obs.* 18 *nu.* 1. Si tamen Dux Saxoniæ, Marchio Brandeburgensis, Archiduces Austriæ, Dux Lotharingus, vel ipsi, vel eorum subditi, pacem publicam violarent, cõveniri in Camera possunt. Sola Domus Burgundica etiam in hac specie cum suis Ducatibus libera est, prout ex Concordiâ, Augustæ Vindelicorum Anno 1548. in magnis Comitiis editâ, patet. Excipiuntur quoque Ecclesiastici, qui non sunt status Imperii, sed mediatè Imperio subjecti: Hi enim regulariter ob fractam publicã pacem in Camera Imperiali conveniri nequeunt, sed suos judices Ecclesiasticos habent, quemadmodum in constitutione Pacis publicæ expressé sancitum.

II. Cúm fastigium augustissimi Romani Imperii exemptionibus, mediante contractu vel privilegio indultis, nec non facto eorum & injuriâ, qui absq; ulla vel juris vel rationis allegatione, ullóve juris prætextu, Imperatori non parent, *a* depressum & exinanitũ esse, *b* multi uno ore conquerãtur, eas ipso jure nullas esse statuo. *c*

a) *Vide*

a) *Vide Zeannet. de Rom. Imp. num.* 115. *& seq. & n.* 220. *& passim per discurs.*
b) *ex Nauel. & alius Hotom. Ill qq.* 1. *Albert. Krantz. in Saxon. c.* 3. *lib.* 10. *& lib.* 11. *c.* 1. *&* 35. *Onuph. Panuin de Comit. Imp.* c) Omnimodó enim Lex Regnorum vetat, non dicam, remitti summum jus Imperii, sed vel ullam quoq; sacri dominii partem alienari. *Innoc & Panorm. ad c. intellecto, de jurejur. Luc. de Penna ad l.* 1. *& l in sacris, v sed pone Rex Siciliæ, C. de privileg. Scholar. idem in l.* 1. *verb. augere, C. de Veteran. Angel. in l. si certarum. sub fin. D. de testam. mil. Ioan. Imol in rubr. de V. O. Alexand. in l. Filio quem pater. D. de lib. & posth.* Si autem Imperator jura superiora & meré Regia á sceptro vel coronâ divellat, homicida suæ dignitatis dicetur, *secundùm Bald. in c. licet causam de probat.* Deinde non potest á se abdicare omnem omninó jurisdictionem & superioritatem, cujus nullus inferior capax est, *Hieron. Cagnol. ad l. Imperiũ, n.* 157. *D. de jurisd. Rol. á Valle conf.* 1. *n.* 138. *& seq. & conf.* 80. *n.* 1. *vol.* 2 Præterea nullam esse á jurisdictione Imperii exemptionem, ex Luc. de Penn. & Matth. de Afflict. Molin. *in consuet. Paris. t.* 1. §. 3. *gl* 4. refert, cùm hanc expropriatio & abdicatio dominii dignitatis & jurisdictionis sequatur, quibus Principatus deformatur, *Rol. á Valle conf.* 2. *n.* 97. *& seq. vol.* 1. Adhæc Imperator non est proprietarius jurium Imperii, sed tantùm Administrator, sicut Tutor & Curator. *Riminald.* §. 1. *n.* 81. *l. quib. alien lic. vel non.* Quocirca ad hunc modum exemptos in subjectionem reduci posse tradidit Jas. *in d. l. imperium, n.* 40. *v similiter. D. de jurisd.* Imó successori cuivis liberum est, bona á prædecessore distracta, pristinum in statum reducere, ut ad jus Regis solidum revertantur. Id de Neapolæos Rege scriptis mandavit Afflict. *in constit. Neap. q.* 24 Bald. *in t. de pace constantiæ, v. amplius.* Cyn. & Alberic. de Rosate *l. digna vox, C de LL.* Quocirca advocatus fisci Neapolitanus monuit Carolum VIII. Galliæ Regem, qui Neapoli immorabatur, ut jure suo á Baronibus merum mixtumque in subditos Imperium reposceret, quo ipsos donarat Alphonsus Rex, supremâ Neapolitani Senatus jurisdictione solutum. Nam jus Coronæ individuum miserè discerpebatur eâ plenissimâ jurisdictionis concessione, Anno 1494. *Afflict. d. loc. & in prælud. Const. Neapol. q.* 2. *col ult.* Sic Ericus II. Britanniæ Insulæ Rex, in fiscum revocavit publicos fundos, Regalesque proventus ubertrimos, quos Stephanus Rex privatis manciparat. Prolatis enim alienationum tabulis, damnati sunt emtores possessionibus cedere, usque adeó, ut Wilhelmus Albæmarlæ Comes, qui in Trás-humbranis Provinciis sub Stephano Rex fuerat, judicio succubuerit, & quæcunq; ex Regio patrimonio dudum possederat, restituere coactus sit, *Guil. Neubrig. rer. Anglic. lib.* 2. *cap.* 2. Sed frustrá sudamus clamantes alienatas ditiones etiamnum ad Imperium pertinere: Nam recuperatio non tam legibus armatis, ac armis decoratis demandanda videtur. Non tamen eo inficias, Imperatorem rectè concedere Regalia, salvâ majestate Imperii, id est, superioritate, majoritate & honore, *Becc. conf.* 56. *n.* 61. *Surd. conf.* 127. *n.* 5. *Raudens. de Analog. c.* 22. *n.* 128. *& c.* 28. *n.* 18. Hinc ob recognitiones reservatio, fidelitatis & superioritatis, quæ important concessionem feudalem, *Dec. conf.* 413. *n.* 1. *Menoch. conf.* 378. *n.* 66. &, petere investituram, est quidam quasi census devotionis, recognitionis & reverentiæ, *Cravett. conf.* 615. *n.* 6. His & aliis concessionibus nihil Imperio decedit, nam tunc non alienationes, sed infeudationes dicuntur, quæ omnibus modis permissæ, *c.* 1. *qui feud. dar. poss. in usib. feud. Menoch. conf.* 37. *n.* 3. Sed quó tendo?

12. Vene-

31. Venetiarum urbs *a* cæterarum Regina *b* & præcipua, antiquitús etiam Romano Imperio paruit, *c* Caroli Magni & Nicephori Impp. ævo libertatem adepta est. *d*

a) Fulgos. *cons.* 62. *Incip. stante statuto. col.* 2. eam novam Romam appellat, & addit, in causis, in quibus Leges scriptas non habemus, ejus consuetudinem spectandam. *Raph. Commens. cons.* 72. *Gomez. ad* § *fuerat. I. de act. Menoch. 1. cons.* 2. *n.* 64. Dicitur aliâs Domina maris Adriatici, ita ut jure proprio possit etiã, si velit, omnes per Gulphum navigantes impedire, quod multis probat Angel. nec ullus, uti putant Itali, dubitat, *cons.* 190. *Incip. circumscripta, col.* 1 & 2. *Severin. in l. cunctos populos, n.* 4. *C. de summ. Trinit. & fid. Cathol.* Et est tex. *in l. sané*, 14. *D. de injur.* ubi Rayner. Forolivienſis ait, *esse casum apertum signanter exemplificando in Gulpho D. Venetorum. Ias. in l. ex hoc jure, D. de I. & I. & in l quó minús. D. de Flum. Balb. in tr. de præscript. m.* 4. *part.* 2. *part. pr. q.* 6. *n.* 6. Et hoc idem ex præscriptione tanti temporis, ut initii memoria in contrarium non existat, quæ vim habet Privilegii & Constituti, *l. hoc iure*, §. *ductus aquæ, D. de Aq. quotid. & æstiv.* Et ita tenet, ut ajunt Itali, totus mundus, *Bart. & Angel. in l. injuriam*, § *fin. D. de injur. Barth. Capolla de S. R. P. c.* 26. *de Mari. nu.* 18. *Laur. Calcan. cons* 89. *Incip. quia ista quæstio.* Sed id nullo jure fit: Mare enim commune esse quis nescit? *l. quod in littore, D. de A. R. D. l. fin. in pr. D. de usucap.* §. *Flumina. verb. omnibus, I. de R. D. & A. D. l. si quisquam, D. de divers. & tempor. præscript. d. l. sané D. de injur. Fernand. Vasq. ill. qq. lib.* 2. *c.* 51. *nu.* 13. *& c.* 89 *n.* 30. *& seqq & num.* 32. ubi ait, *Hispanos, aut Lusitanos, aut Venetos, aut Genuenses nũquam mare suum præscripsisse. Roder. Suares. in cons.* 1. *de usu maris.* Vide dissertationem de jure quod Batavis competit ad Indicana commercia. Et sané cùm Imperator maris Dominus sit, *l. deprecatio, D. ad L. Rhod. de jactu.* Civitas autem Venetorum in mari fundata sit, & sic in loco, qui Imperatorem Dominum agnoscit, non possunt prohibere, ne alii per Gulphum suum navigent, nisi patientiâ Imperatoris prohibitionem factam confirmet, *Angel. d. cons.* 190. *b*) Sive Imperii antiquitatem, sive magnitudinem & potentiam, sive consiliorum & rerum gestarum felicitatem spectes. Hinc Baldus notat, quód non recognoscat aliquem superiorem, *l.* 1. *col.* 2. *D. de R. D.* Et hoc ex inveteratissima consuetudine tanti temporis, quód non est memoria hominum in contrarium. Idem dicit Alvarot. *in c.* 1. *quia dic. Dux & March. in usib. feud.* Bart. *in l. hostes, D. de capt. & postl. revers.* Alber. de Rosate *in l.* 1. *C. de summ. Trinit.* Sive autem cum urbis statim primordiis naturalem libertatem Veneti acquisiverint, sive singulari privilegio exemptionis impetrato, quod se vidisse Alberic. de Rosate *d. loc.* in bulla aurea sigillatum testatur; á quo dissentiunt Jas. *in l. ex hoc iure, D. de I. & I.* M. Anton. Cucchus *in tr. de Morat. præscript.* Sive præscriptione tanti temporis, cujus initii memoria non extat: parum aut ferè nihil interesse putat Nicol. Festas. de *Æstimo & Collect. part.* 4. *c.* 7. *num.* 30. Socin. Jun. *cons.* 75. *n.* 5. *c*) Antiquitús Venetos Germani Imperii Majestatem reverenter coluisse Historici testantur. Conrad. Badoarius Dux Venetorum, á Conrado Imperatore jus signandæ monetæ accepit. *Raphael Volaterranus* 4. *Geograph.* Sebast. Cianus ornamẽtis regiis á Barbarossa sese indui passus est, *Contaren. lib.* 2. *de rep. Venet.* *d*) Ita sentit Carolus Sigonius *de regno Italiæ lib.* 4. *fol.* 100. ex Bald. Anton. de Petra *de jur. quæsit. non tollend. c.* 3. *q.* 4. *n.* 34. *& n.* 42. Alberic. de Rosate *d. l.* 1. *C. de summ. Trinit.* Purpurat. *in l. Imperium,*

rium, 3. n. 145. D. de jurisdict. Nicol. Festas. *de æstimo, p. 4. c. 7. nu. 27. cum seq.* Hieron. Muscron. *de jurisdict. n. 129.* qui itidem de Privilegio exemptionis attestatur, Venetias supra annos mille ducentos liberas fuisse ait Thomas Bozius *de Italiæ statu, lib. 3. c. 3. n. 15.* Si ergo libertatem ab Imp. Romano ex Privilegio obtinent, certé precariæ libertatis potiùs possessores existimandi sunt: nam privilegiorum concessio jurisdictionem & Imperium arguit, *Riminald. cons. 268. n 41.* aut ad minimum fiduciæ veteris imaginem refert: Unde consequens est, Venetos, propter libertatis acceptæ beneficium, Imperii Germanorum Majestatem etiamnum hodié comiter observare obligatos esse. *Br. ad l. hostes, nu. 4. D. de capt. & postlim. reversi.* Aut nullum est dubium, Privilegium propter ingratitudinem posse revocari, *Vivius 2. Decis. 208. Afflict. Decis. 118. num 1.* imprimis cùm ipsi Veneti negare non possint, se multa loca ad Serenissimam Austriacam Domum, & ad Imperium spectantia, possidere. *Guicciardin. 4 Hist.*

13. Florentissima Florentia *a* á Carolo M. fuit restaurata, & nihilo secius Imperii membrum mansit, & Imperatoribus subdita, qui eâ rexerunt datis Magistratibus, donec denegatâ fide ab Imp. Rodolpho I. *b* libertatem & Privilegia pecuniâ elicuit. *c*

a) De qua Bart. *in l. cunctos populos, n. 2. Cod. de Summ. Trinit.* *b*) Rodolphus I. Pinzevallem de Flisco ex Comitibus de Langarna Genuensem, Vicarium Imperii, ad Hetruriæ civitates, ut sacramentum fidei exigeret, mittebat; illæ verò contumaciter negabant. Imperator mirum in modum licèt commotus, tamè permotus, opibus suis, si armis experiri vellet, diffisus, obsequium illis remisit, integramque libertatem indulsit. Fliscus id indicavit civitatibus, & singulæ ferè indictâ pecuniæ summam libentissimè solverunt, & ita, libertate precio emtâ, privilegia maxima elicuerunt, non sine maximo detrimento Imperii. *Sig. de Regn. Ital. lib. 20. Blond. Platina, Sabellic. Cuspinian. in vita Rodolph.* Sunt nonnulli qui putant Rodolphum I. sibi reservâsse superioritatem & recognitionem Imperii. Sed hoc minimè verisimile est. Constanter enim Fliscо fidelitatis & obedientiæ juramentum denegarunt. Et sanè quis non videt actus subsecutos contrarium evincere: Nónne ilicó Florentini formam liberæ Reipub. constituerunt? nónne hodiè in Principatum perpetuum conversa, Medicææq; familiæ assignata, *Iov. lib. 29. Guicciardin. lib 20.* Alexander Princeps Florentinus & sequentes, nunquam Imperium Romanum agnoverunt; quomodo ergo superioritas á Rodolpho reservata? Cur non Carolus V. qui Florentinos debellavit, ob ingratitudinem eos rursus Imperio subjecit? *c*) Quantam pecuniæ summam Florentini numeraverint, variant auctores: Alii putant 7000. Ducant. Alii 6000. Et hanc venditionem non displicuisse Pontifici testatur Platina *in vita Honorii*, scilicet, quód hac ratione Ecclesiastica ditio facta securior, cùm non amplius liceret Imperatoribus liberas civitates divexare. Maximilianus I. cùm unà cum Ludovico XII. legionibus civitates Italiæ omnes ingenti metu terruisset, Florentini 40000. Aur. solverunt, & denuó Privilegia á Rodolpho I. concessa, fuerunt confirmata, *Bodin. 1. de Repub. 9.*

14. Magnifica Genua, Princeps Liguriæ urbs, excelsam suam potentiam, *a* omnigenam exemptionem, & privilegia ampliſſima, *b* non

non minús quám Veneta Reſpublica jactat: Poſt exactos Longobardos in libertate permanſit, annis ferè octingentis, abſolutam continuavit, ab Anno 1528. libertate, ab Andrea Auria, Gallis dejectis, reſtituta: c Imperii tamen ſuperioritatem præter lapſo ſeculo recognovit.

a) *Thomas Bozius de Italiæ ſtatu, d. lib. 3. c. 3. nu. 16.* b) Eam ab omni nexu ſervitutis & ſubjectionis ſolutam eſſe teſtatur Andr. Barb. Siculus *conſ. 38. col. 38. col pen.* ubi addit, *Genuam circa annum Chriſti 1335 fuiſſe in plena & abſoluta poteſtate*, Dec. *conſ. 534. & conſ. 646.* Reſtaur. Caſtald. *tr de Imperat. q. 54. n. 29.* Jac. Menoch. *conſ. 2.* Hieron. Conneſtad. *in Hiſtor. Portugal.* Nec eam de hoc excellentiſſimo eminentiæ gradu movet aut dejicit, quód Regi Hiſpaniarum in nonnullis ſubjectionem præſtare, ejus claſſem ad urbem excipere cogitur, & alia quædam facere patiq;, *ut rectè putat Alberic. Gentil. de legat. lib. 1. c 4.* Nihil enim nocet, quód majeſtatem alterius alter, *ut ait Proculus, in l. 7. D. de Capt. & poſtlim. reverſ.* comiter obſervare obſtrictus ſit. Hoc etiam non eſt, ut intelligatur. Principem hunc hunc liberum non eſſe, ſed illum ſuperiorem eſſe, utriuſq; dignitate invicem collatâ, non quód aliqua alterius in alterum poteſtas ſit. Annon inconſulto Philippo Hiſpaniarum Rege libertatem & commerciorum immunitatem in porta Byzantina Genuenſes redemerunt? Anno 2558. *Iac. Auguſt. Thuan. lib. 20. Hiſtor.* Certé hoc facere non potuiſſent citra peſſimi criminis inſimulationem, ſi Hiſpaniarum Regis majeſtate Genuenſis Reſpub. contineretur. c) *Ludov. Guicciard rer memorab. lib. 3. Franciſc. Guicciard. Hiſtor. lib. 19. Martin. Bellai. de rep. Gallic. Comm. lib. 3. fol. 100. cum ſeqq.* d) Cúm durante controverſiâ cum Marchione Finali (de qua extant JCtorum Italiæ reſponſa) ad Imperatoris Maximiliani II. tribunal Genuenſes vocarentur, primúm judicio ſeſe ſtiterunt, poſtea verò poſt edicta peremptoria emanata cúm abeſſent, mandatis pœnalibus res contra ipſos agitata fuit, hoc addito, niſi parerent, urbem & agrum Genuenſem proſcriptum iri: cúm tamen notiſſimum ſit, mandatum pœnale contra eum, qui Romano Imperio non eſt ſubjectus, minimé decerni poſſe, *l fin. D. de juriſdict. Clem. Paſtoralis de re jud.* Genuenſes cúm frivolé á ſententia Pontificem Romanum appellaſſent, deſertâ appellatione, judicato paruerunt. Annon hoc vulnus, libertati Genuenſium inflictum, ferè incurabile? Patroni Genuenſium emplaſtro aliquo vulnus tegunt, non de Genuenſium libertate aut ſubjectione diſputatum fuiſſe perhibent, ſed de Finarienſi Marchionatu: Sed, utut ſit, vulnus magnum fuit, cicatrix non levis permanſit. Libera eſt Genuenſis Reſpublica, Imperii tamen Romano-Germanici ſuperioritatem aliquo modo recognoſcere tenetur, *Vid. conſ. Colleg. ICtorum Papienſ. & reliqua, quæ in utramq; partem edita, & Bodin. 1. de rep. 9.*

15. Civitas Lucana libertatem ſuam omnigenam emit. *a* Civitas Aſtenſis ab Imperatore jura ſupremi Principis obtinuit, *b* Januenſis Reſpublica *c* precio libertatem acquiſivit. *d* Senas Florentinorum Duci Philippus Rex Hiſpaniarum liberaliſſimé conceſſit, eumq; harum dominationis titulo exornavit. *e*

a) 12000. Ducat. *Sigo de Regn. Ital. lib. 4. Fulgoſ. conſ. 212. Tiber. Decian. Reſp. 19. n. 29.* Quamvis autem Carolus IV. Legatum Lucenſibus præfecerit Cardinalem

quendam Gallum, is tamen postabitum Imp. Civitatem juri ac potestati restituit. *Leand. Albert. descript Ital. in Thuscia*, hinc neminem superiorem recognoscit. *Socin. Iun. cons.* 83. *in pr. vol.* 4. *Anton. de Petra de jur. quæsit. non toll. c.* 3 *q.* 4. *num.* 25. *circ. med. & n.* 45. *b*) *Alex. Raudens. Resp.* 31. *n.* 38 *lib.* 1. Et sané civitates Lombardiæ maxima ex parte liberæ fuerunt; in exiguis solitæ potestatem Imperatorum agnoscere, *Thom. Bozius d. lib.* 3 *c.* 3. *nu.* 14. *circ fin.* Et constitutioni Friderici de Pace Constantiæ postea in tantum derogatũ fuit, ut nullum ejus vestigium supersit. *c*) *Bald. cons.* 182. *n.* 3. *lib.* 5. *Rol. á Valle cons.* 29 *n.* 18. *&* 20. *vol.* 1. *Menoch. cons.* 2. *n.* 48. *cum seq. d*) *Dec. cons.* 649. *n.* 3. *Decian. Resp.* 19. *n.* 31. quæ tamen tempore Decii Regem Franciæ agnoscebat, *Petra d. q.* 4 *n.* 46. *in pr. e*) *Ludov. Guicciardin. lib.* 3. *rer. memorab.* Carolus V. Senas ad Imperium pertinere contendit, ideó, quód in tabulis Imperii scriptum reperiatur. Senenses olim Carolo IV. Imperatori fidem addixisse, & quód ipsius auspiciis Reip. formam, quâ hactenus usi fuerant, feliciter instituissent. Et tamen in præjudicium S. Imperii, Cosmus ac liberi ejus, Philippi Hispaniarum Regis beneficio, urbem occupare potuerunt, quam ipse Philippus á Cęsare, sine Principum Germanorum consensu, nullo modo accipere potuit. Factum est, sed quo jure? Nunc ad alia.

16. Imperium nostrum Romano-Germanicum ratione successionis est Monarchicum, *a* ratione potentiæ purè Monarchicum non est, nec etiam puré Aristocraticum, sed mixtum, *b* hoc est, Monarchicum Aristocraticé temperatum. *c*

a) Argumenta Monarchici Imperii fortissima sunt: Investitura Principalis, extrema appellatio, quód Imperator Germanus á Principibus salutatur, quód sceptrum, Regale solium, corona, pallium Regale, Pomum, quod Orbis figuram repræsentat, ipsi dantur. *Ioan. Sleidan. 2. Comm.* Adhæc, omnes Germaniæ Principes sunt Vasalli & fiduciarii Imperatoris Germanici, ab Imperatore investituram accipiunt, Imperatori fidelitatem promittunt, fiduciaria obsequia præstant, de Regalibus Imperii feudis solus Imperator cognoscit. Ipse solus creat Reges, Duces, Principes, Marchiones, Landgravios, Comites, Barones, Nobiles. Sed de his infrá prolixiús. *b*) Bodin. *lib.* 2. *de rep. c.* 1. dari aliquam specierum Rerumpub. mixtionem omninó negat, qué sequuntur nonnulli: sed de his alibi latiús dixi. *c*) Nullum dubium est de Græcis, Francis, & primis Germanorum Imperatoribus, quin monarchicé imperaverint: verúm hodié videtur aliquid potestatis trãsiisse ad Principes, sed non satis constat quo tempore Monarchia simplex temperari cœperit. Sensim & electionem & jura Imperatoria in se Principes transtulerunt, donec ea propria sibi facerent. Fridericus I. Imperator Legem de incendiariis ita concluſit: actum Nürenberg in præsentia Principum, consilio & consensu eorundem. *Constit. Frider. de Incend.* Carolus V. Constitutionem de ordine sessionum sic inchoat: Nos Carolus V. &c. habitâ deliberatione cum omnibus Principibus Electoribus, &c. Progressu temporis Electores & Principes in isto jure magis se confirmarunt. Electores cogunt electum Imperatorem, ut priusquam Imperium adeat, juret, se omnia Privilegia & honores statibus servaturum. *Lauterbach. 1. de rep. c.* 15. Ipsum etiam juramentum, quia illud Imperator præstare cogitur, arguit, superiorem Collegii Principum Electorum uniri potestatem: aliâs enim inane esset, subditos

ditos velle Principes suos ad juramenta cogere, quasi eorum fidem ita vilem habeant, ut, nisi juratis, non credant, cùm tamen Areopagitæ non passi sint Xenocratem pro judicio jurare, rati nefas esse, viro bono, etiam injurato, fidem non habere Joh. Bod. 1. *de rep c.* 8. *ut & passim in suis scriptis* Imperium Germanorum Aristocraticum esse contendit, & pro hac opintone totis viribus dimicat, tanquam

——— *Danais pro navibus Aiax.*

I. Qui tenetur legibus Imperii, ille non habet majestatem, & proinde non est Monarcha. Est enim Majestas soluta legibus. Sed Imperator Germanus tenetur legibus Imperii. Ergo. Breviter sic habe. Summa Majestas est soluta legibus, scil. civilibus, iisq; omnibus, *l. Princeps.* 31. *d. de LL.* (Digna tamen nihilominùs vox est Majestate regnantis, legibus alligatũ se Principem profiteri, *l. digna vox. C. de LL. & const. Princ.*) At non est soluta legibus divinis & naturalibus, nec est soluta legibus Stat⁹ Imperii seu Regni: Nullum enim ferè Regnum, quod non legum ac juramenti etiam religione gubernatorem suum sibi adstrinxerit, & sibi devinctum esse voluerit. Et sanè leges illæ sunt gubernationũ vincula, & velut termini ac limites, quibus gubernatores intra muneris & officii sui rationem continentur. De Regno Gallico testatur Francisc. Hotom. *in Franco Gallia c.* 7. 12. 25. Bodin. *d. lib.* 1. *de rep. c.* 8. Steph. Jun. Brut. *in Vind contra Tyran. in Rep. ad q.* 6. De Regno Hispanico, Brut. *d. loc.* De Regno Angliæ, Bodin. 1. *de Rep c.* 8. De Regno Scotiæ, Georg. Buchananus *in Dial. de jure Regni apud Scotos.* De Regno Ungariæ, Anton. Bonfin. *Rer. Vngaric lib.* 9. *Decad* 4. De Regno Poloniæ, Bodin. *d. loc.* Imperator vel Rex in Imperii LL. jurans non præstat juramentum subditis, sed Imperio ipsi vel regno, quod ut antiquius Imperatore vel Rege, ita & perpetuó majus & superius est eodem. II. Idem *lib.* 2. *de Rep. c.* 6 ait, Imperatorem absque consensu Electorum non habere jus dandi leges, nec de rebus Imperii fœdus aut pactum cum exteris faciendi, nec bellum aut pacem decernendi. Sed hæc gubernationem Monarchicam non tollunt: alias ne quidem Regnum Galliæ, nec Hispaniæ, nec Angliæ, nec Scotiæ, nec Ungariæ esset Monarchicum. In Galliæ Regno nihil quod ad statũ Reip. universum pertineat, Regi, sine publici consilii auctoritate, statuere licet. *Hotom. in Franco Gallia c.* 18. 21. 23. 25. *Bodin. 6. de Rep. c.* 6. *& d l.* 1. *c* 8. *Ioan. Sleidan. in Illust rer. & Gall. descr. præfixâ comm. Philipp. comm. de bello Neapol.* Magna quoq; conventuum in Hispania auctoritas: *Steph. Iun. Brut. de Vind. contr. Tyran. de Rep. ad q.* 6. Non minor in Anglia, *Polyd. Virg. lib* 11. *Hist Angl. Phil. Comin. lib.* 4. *Comm. de reb. gest. Ludov. XI. Regis Gallia*, in Scotia, *Georg. Buchan. lib.* 8. *rer. Scotic. in vita Ioh. Ballioli, & lib.* 9. in Ungaria, *Ant. Bonfin. decad.* 4. *lib.* 9. *rer. Vngar.* in vita Uladislai II. Regis Ungariæ. Nam communicato consilio cõmuniter statuendum, quod ad omnium salutem cõmuniter facit: Nam, ut Salomon *in Prov.* 11. *&* 15 In magno prudentũ numero magnitudo consilii, & propterea salus reservatur. Deinde, pars libertatis est, quorum periculo res geritur, ut illa eorum consilio atque auctoritate administretur, & quod omnes tangit; ab omnibus approbetur. Deniq; , ut qui apud Regem in magna gratia sunt, & magnis Imperiis præsunt, ejus concilii metu, in quo civitatum postulata libere audiuntur, in officio contineantur. Quemadmodum enim pecudes; non ab uno é suo genere; quemadmodum pueri aut adolescenees, non ab uno é suis æqualibus, sed à præstantiore aliquo reguntur: sic hominum multitudo, non ab uno é suo numero, qui minùs fortassé, quám alii complures videret: sed á mente ex mul-

tis conflata, hoc est, conjunctis probatorum virorum consiliis, regenda & gubernanda est. Præclarè Buchanan. *in Dial. de jur. Regn. ap. Scotos: Singuli*, inquit, *habent quasdam virtutum particulas, quæ simul collatæ, unam excellentem virtutem conficiunt. In Medicorum pharmacia id oppidò conspicuum, ac præsertim in Antidoto illo, Mithridaticum, quod vocant plures res in eo per se noxiæ ubi confusæ fuerint, salutare adversus venena remedium pariunt: sic & hominibus aliis tarditas & cunctatio, aliis præceps temeritas obest, hæ in pluribus commixtæ, temperamentum quoddam utile, & gratam mediocritatem pariunt.* III Idem *d. lib. 2. c. 6.* minuere Majestatem Imperatoris conatur, ideó quód á Cam. Imp. tabulæ executoriæ ad Principes, & non ab Imp. promanent. Sed nôsse debuisset, Cameram esse judicium & Consistorium ipsius Imp. *Mynsing. cent. 1. obs. 42.* habere cum Cæsare concurrentem jurisdictionem, *Gail 1. obs 111. n 3. & 1. obs. 29. nu. 3.* repræsentare Cæsarem, & eo nullum superiorem habere, *dd. loc. & 1. obs. 1. n 7. & 1. obs. 41. n 8 Mynsing. cent. 4. obs. 5.* Et omnes citationes, sententiæ, mandata & pœnæ omnes, fiunt, promulgantur, scribuntur, & sanciuntur nomine atque auctoritate Imperatoris, sub cujus etiam sigillo ex Cam. prodeunt, *Ord. Cam p. 3. t. 12. §. vnd so solche/ & pag. 1. t. 27.* IV. Idem Bodinus *d. loc.* ait: Imperator potest conveniri coram Comite Palatino Rheni: Ergo non est Monarcha. R. Imperator coram Palatino Rheni non ut coram superiore sive Magistratu, sed ut coram inferiore, qui tantùm in causa propositâ judicium exercet, convenitur. Nec sequitur, cum coram quo quis convenitur, superiorem esse oportere illo qui convenitur. Nonne Princeps aliquis ex ordinatione Cameræ Imperialis conveniri potest coram novem ad eam rem deputatis Consiliariis? & tamen Consiliarii non sunt superiores Principe: Nónne Princeps, coram alio Principe pari, quem Princeps actor ex quatuor á reo Principe propositis, judicem elegit, conveniri potest? Nónne Rex, depositâ quodammodo Majestate, de sua causa Magistratus judicare jubet, *Bodin. de Rep. lib. 3. c. 6.* Reges Galliæ judicium Parlamenti Parisiensis subeunt. Reges Hispaniæ in conventibus triennalibus jus dicunt, & jus sibi dici patiuntur, *Stephan. Jun. Brut. contr. Tyran. in Repetit. ad q. 6.* Archiduces Austriæ, cùm sint immunes á jurisdictione Imperiali, in controversia aliqua, é suis Vasallis judicem constituunt, coram quo conveniantur & jus accipiãt, *Cuspin. in Austria Munster. lib. 3. Cosmogr.* Vasallúsne continuó Domino suo superior? Serenissimus Saxoniæ Elector coram suprema Electorali Lipsiensi Curia, ut bonis & reditibus ærarii sive Cameræ conveniri potest, Churfürstliche Sächsische Oberhoffgerichts Ordnung zu Leipzig/ *Rubr.* Wer vor das Oberhoffgericht. Non tamen Curia illa Saxonica Electoribus suis superior. V. Idem *lib. 5 de rep. c. 6.* etiam eo minui Majestatem Imperatoris putat, quód Imperator Germanus sit Imperii Turcici tributarius: Sed fallitur? Non solvit Imperator tributum Turcico Imperatori, (nam tributum solvitur á subditis, aut ab iis, qui potentiorum vi coacti, ut libertate ac pace fruerentur, pecuniam victoribus suis se daturos spoponderunt) sed annuam pecuniam, ne regni Ungarici aut Imperii Romani fines excursionibus infestet & devastet. Ex ea solutione Majestas Imperatoris ne minimum quidem detrimenti cepit hactenus, nec in posterum capiet. Cætera argumenta ipsius, quæ *passim in libris de Rep. & in methodo historiarum* continentur, lubens prætereo.

17. Nunc de potestate Imperatoris pauca ex multis delibabimus:

mus: Ea primó est jurium Regni & Imperii administratio: Nam ita Imperator præ esse & consulere Imperio debeat, *a* ut non tantúm ejus utilitas incorrupta persistat, *b* sed etiam ipsum Imperium amplificetur, extendatur & augeatur: *c* nihil de bonis Imperii alienetur, *d* sed alienata in magnum præjudicium, *e* etiam mediante juramento, *f* revocentur; *g* patrimonialia verò bona liberé distrahantur & alienentur. *h*

a) *L. 2. §. novissimé, ibi: Reip. Consuli. D. de O. I.* instar tutoris subjectorum commoda quærere, *l. tutor, 27. D. de administrat. & pericul. tutor. l. interdum, 56. §. pen. D. de Furt. c. monemus, ibi: Ecclesia Dei, & c. 12. q. 2.* *b*) *Frideric. Imp. in t. de prohib. feud. alien. per Frid. Cic. 1. offic. Irena. lib. 5. contr. hæres. Alphons. Alvarez. Guerrero in Specul utriusq; dignit. c. 54. n. 52. Borrius in tr. de Auct. Magni Concilii. addit. 1. n. 131. Abb. in Clem. unic. de Baptis. Luc. de Penna in l. Militaribus, C. de Decur. Alberic. de Rosate & alii ad l. decernimus, C. de Episc. & Cler.* *c*) Quod fecit Justinianus. *Vide Constit. de Nov. Cod fac. § fin. & de Iustin. Cod. confirm. in pr. & de Enucl. Cod. in pr. Nov. 1. Laudens. de principe, q. 155.* Unde etiam Imperator appellatur Augustus, Mehrer des Reichs. *d*) Quia administrare tantúm debet, administrator etiam censetur: Non enim sunt propria Imperatoris, *c. non liceat. Papæ. ubi Archidiaconus, 12. q. 2. c. intellecto ubi Abb de jurejur.* Non est Imperium in marsupio Principis, *Bl in d. c. intellecto de jurejur.* Et Imperium habet se ut corpus, cui si vel auricula amputetur, monstrosum efficitur, *Roland. á Valle cons. 1. n. 126. vol. 2. Sichard. cons. feud. 6.* Et sanè omnis Principatus, non ad ipsorum Principum, sed subditorum utilitatem & commoda inventus & receptus est, nullaque provincia extat, quæ, si non expresè alienationem Principi interdicat, saltém prohibuisse tacitè eam videatur, *arg l. 1. D. de offic procons. l qui fundum, 7. §. si tutor. 3. D. pro empto, l. 4. C. de defens. Civit. Fernand. Vasq. Ill. contr. lib. 1. c. 1. n. 10. & seq c. 5. n. 3. & seq. Renat. Chopp. de Doman. Franc. lib. 2 c. 1. nu. 1. & seqq. Innocent. Gentilet. de Regn. p. 1. Theer. 1. Bod. de rep. lib. 1. c. 9. lib. 6. c. 2. Hotom. de Iur. succes. Regn. c. 17. & in Franco-Gallia, c. 8. 9. 25. Cujac. in d c intellecto de jurejur.* Exempla passim extant in Historia Gallica Philippi Pulchri, Francisci, *Bodin. lib. 1. de rep. c. 9. Cujac. de feud lib. 1. t 22. Francise. Hotom. Illust. q. 1.* *e*) Si nimirum universæ provinciæ cum omni superioritate & jurisdictione transferantur, quo casu Imperium maximum patitur detrimentum, *arg. l rescripta, 7 l. quoties, C. de precib. Imp. off.* Parvi verò præjudicii alienatio tolerabilior, *arg. l sanctimus, C. de donat l. 1. C. si lib. Imp. soc. Covarr. in Repet. c. quamvis, p. 2. §. 2 n. 2. de pact. in 6. Carol. Tapia, in l. 1. D de Const. Princ. c. 9 num. 35.* Hæc distinctio tamen quoad concedentem tantúm obtinet, successori revocationem non adimit, *uti Dd. statuunt.* *f*) *d. c. intellecto. de jurejur. c. Abbate sanè, de rejud. in 6. Franc. Zoan. de Rom. Imp. nu. 175.* In præjudicium enim juris publici non valet juramentum, *c. pervenit de jurej.* *g*) *v. supr. th 11 & seqq.* *h*) Hæc Domanialium & Patrimonialium, publicatum & privatarũ rerum, sub unius Principis potestate existentium, distinctio optimè tenenda, *Hotom. in Franco-Gallia, c. 8. arg. l 3. C. de quadr præscript l. 6. l. ult. C. de vectigal.*

19. Præterea justitiam colet, *a* religionem tuebitur, *b* pacem decorabit, Rempub. perturbantes compescet: *c* Pacta & contractus,

sive universitate vel communitate initos servabit. *e* Ex pacto & obligatione prædecessoris sui, dummodó non repugnent naturæ vel consuetudini officii sui, tenebitur. *f*

a) Remotâ enim justitiâ Regna sunt magna latrocinia, *teste Augustino: Sapient. 1. v. 1. Luc. 12. v. 51.* *b*) Ita de se testatur Justinianus *l. 1. C. de Vet jur. enucl. l unic. C. nemini licere sign. Salvat. l. Manichæos C. de hæret.* De jure quod Imperatori in religionem competit vide Henning. Arnisæ. *de jur. Majest. lib. 2. c. 6.* *c*) *t. t. de Treuga & pace, c. noli, 23 q. 1.* Imprimis curabit ut secura sint itinera, *l. congruit D. de offic. præsid. elegenter Petr de Andlo lib. 2. de Imp. Rom. c. 18. Lancellot in Templ. omn. judic. lib. 1. c. 1. §. 3. verb. Pacif deb. esse.* *d*) *l. 1. D. de constitut. pecun. l. 1. D. de pact. Tiber. Decian. cons. 25. n. 23. lib. 1. Iacobin de S. Georg. in tr. Investit. feud. in verb. Princeps n. 4.* Ex consensu & propter consensum, *Dec. in c. ex Epistola, n. 6. de prob. & cons. 286. n. 7. Francisc. Vivius decis. 141. n. 15. lib. 1.* Non tantùm naturaliter, verùm etiã civiliter. *Fernand. Vasq. Ill. qq lib. 1. c. 3 n. 1. & 2. Frid Bruck. de reg. M. 2. c. 4. effect. 1. t. An Princeps obligetur pacto & multi ab eo allegati.* Jus enim naturæ Princeps nequit tollere. *Dec. d. cons. 286 n. 7. Panormit in d. c. ex Epistola, n. 1. v pro hoc facit, de probat. Innocent. in c quæ in Eccles. 7. sub fin. v. jus autem naturale, & ib Felin. de Constit. Francisc. Viv. d. decis. 141. n 15. & n. 16. Covarr. 3. V. R. 6 n. 7 Tib. Decian. cons. 35. lib. 1.* Est enim immutabile, §. *sed naturalia, l. de l. N. G. & C.* atq; ipso Principe superius, *Bald. in c. 1. §. notandum. 5. num. 2. v. quia potentius, de his qui feud. dar. poss. in usib feud.* Inferior autem non potest abrogare legem superioris, *Bald. cons. 76. lib. 2. Ludov. Pontan. vulgó dictus Romanus, cons. 12. n. 2. Andr. Tiraq. de pœnit LL. temperand. caus. 38 n. 2.* *e*) *dd loc.* etiam interveniente actu aliquo juris civilis veluti stipulatione, *Tiber. Decian. cons. 25. n. 49. & 50 & cons. 35. n. 41. lib. 1. Vasq. 1. Ill. controv. 1. nu. 7.* *f*) sive electione sive successione Princeps sit, *c 1. de probat. c. quia juxta. 16. q. 1. constit. de pace Constantiæ, in pr. v. hoc quod nos, & v. amplius.* Nemo enim eligit eam viam, per quam ab eo gesta irrita fiunt, conciduntque; At si Princeps prædecessoris sui contractus annihilaret, eligeret viam, per quam ejusdem quoque acta impugnarentur & everterentur. Deinde, nemo facto proprio contravenire potest, *Zas. de feud p. 10. num. 10.* Sed Princeps piorum Principum contractus rescindens, proprium factum impugnat: Nam facta vel contractus demortuorum Principum hodierni Principis esse censentur; eadem enim semper est Respublica, *Bald. cons. 326.*

19. Vi potestatis Imperator etiam habet jus recipiendi tributa, collectas generales, & indictiones, quæ in signum Imperii & dominii exiguntur; *a* Imperator quoq; ex antiqua consuetudine in omnibus Cathedralibus Ecclesiis & monasteriis per Germaniam, habet suffragium & facultatem unum Canonicum pro arbitrio nominandi, quem Collegium recipere debeat, quæ primariæ preces vocantur. *b*

a) Collectæ, quę pro necessitate publica exsolvuntur Imperio & Imperatori, vocantur **Reichssteur**. De quibus *Gail. 2. obs. 53.* Modest. Pistor. *cons. 4. n. 1. vol. 1.* Ab hujusmodi collectis Imperii nemo, cujuscunq; etiam status sit, eximitur. Unde Modest. Pistor. *d. cons. 4. in pr. n. 5. & seq. vol. 1.* ait, *eum qui de comitatu quodam* **frey/gerühr-**

rählich/ohn Stewr/*investitus est, ab onere* der Reichsstewr *non eximi*. Statibus tamen Imperii permittitur etiã exigere secundum designationẽ der Reichs Abschiede Spewr Anno 1544 Augspurg 1548.1576.1582. Regenspurg 1557.1594. Collectæ autẽ præstantur in signum & recognitionem divinæ & humanæ subjectionis, *c magnum. 11. q. 1.* Nec non universalis dominii, *Ioan de amicis cons. 8. n. 35.* Quocirca imponi vel exigi non possunt, nisi á Principe jura superioritatis & territorii exercente, *Cacheran. cons. 34. n. 12.* A collecta Imperiali differt collecta Provincialis, quam appellamus Landstewr *prolixé Christoph. Wintzler. de collect. seu contribut. Imp.* *b)* Guilh. Durand. *in spec. lib. 4. t. de prabend. §. Restat. v. item nota, n. 7.* ait, *se illud Privilegium Imperatoru vidisse bullatum*, Joan. Andr *in not. ibid. lit. h.* refert, quód illud Privilegium Imperatori non det collationem, sed potestatem faciendi recipi, unde solent dici tales recepti ad primarias preces Imperatoris. Hæc ille. *Boër. decis. 32. num. 81. Bursat. cons. 126 nu. 39. & seq. P. Gregor. Tholosan. lib. 17. Syntag. c. 7. nu. 21. Gail. 2. obs. 155. num. 7. ubi ait, hanc potestatem non habere Imperatorem vigore Cæsareæ Majestatis, sed duntaxat concessione & indulto Papæ.* Verúm hoc mihi non fit verisimile: Contrarium enim manifesté liquet ex Diplomate primariarũ precum Imperatoris Karoli, Spiræ Anno M. CCC. L. Presbytero Petro Conradi de Dylle, concesso: ibi: *Libenter personas Ecclesiasticas promovemus, ipsisq; gratiã nobu á Deo collatam, gratiosiús impartimur*, & ibi: *Cúm itaque nobis tam de jure, quám antiqua & approbata consuetudine á divis Romanorum Imperatorum & Regibus prædecessoribus nostris hactenus observata competat.* & ibi: *jus nostrum & dictam consuetudinem*, ut & ex privilegio porrigendi preces á Wenceslao Aquisgrani Anno M. CCC. LXXVI. Rupertó Seniori Comiti Palatino Rheni concesso: ibi: *tám de jure, quám ab antiqua consuetudine Divis Romanorum Regibus & antecessoribus nostris & nobis competentem:* & ibi: *jus & potestatem porrigendi preces hujusmodi nobis competentes:* & ibi: *Ratione susceptionis Imperialis coronationis nobis competentes:* & ibi: *Auctoritate Regali & Imperiali compellere & coërcere.*

20. Altera potestas Imperatoris consistit in exercitio actuũ ipsi reservatorum, quá Princeps est, summam in Republ. auctoritatem obtinens, quæ Majestas publica dicitur. *a* Ratione hujus summæ potestatis creat Imperator Reges, *b* Electores, *c* Archiduces, Duces, Principes, *d* Marchiones, Landgravios, Pfaltzgravios, Burggravios, Comites, Barones, *e* Equites, Nobiles, *f* Comites Palatinos, *g* Tabelliones & Notarios *h* Confert Regalia, *i* degradat, & feudis & Regalibus exuit, *k* sed cum consilio Statuum Imperii. *l* Feuda Imperio aperta infeudat. *m* Naturales legitimos reddit. *n* Famæ & honoribus restituit. *o* Indulget veniam ætatis, *p* & impetrantem veniam ætatis in justam & legitimam ætatem ponit. *q.*

a) L. 3. D. ad L. Iul. Majest. *b) Henric. á Rosenthal. de Feud. c. 2. concl. 2. n. 3. & c. 5. q. 3.* *c) Aurea Bulla Caroli IV.* *d) Zas. de Feud. part. 5. nu. 6.* *e) c. 1. quu dic. Dux. c. 1. de Feud. March. in usib. Feud.* Nisi forsan alii etiam ex Privilegio vel Consuetudine habeant. Hoc casu dignitas hæc non proprié ab ipsis, sed á superiore illorum mediaté profluit, ut si forté subinfeudarent: in Germania & alibi

alibi reperiuntur Comites & Barones, qui Comitatum & Baronatum ab Electoribus, aliisque Principibus recognoscunt, *Baro Schenk. ad d. c. 1. quòd dicatur Dux.* *f)* *Dd. in l. 1. D. de Natal. restit. Bart. in l. 1. C. de dignit. Tiraquell. de Nobilit. cap. 6.* Nec dubium est quin Princeps ad ludos equestres minùs idoneum, ob natalium priscarumque imaginum defectum, vi potestatis, natalibus, ut ludis equestribus idoneus fiat, restituere possit. *Pruckman. ad §. soluta potestas, c. 4. Effect. 4.* *g)* *Ferrar. Montan. de Feud. lib. 5. c. 7. Iacobin. de S. Georg. verb. sed an Princeps. n. 1. Lancellot. in Templ. omn. judic. lib. 1. c. 1. §. 4. v. Comites Palatinos creat.* *h)* *Parìs de puteo in tr. de Syndic. in verb. de Exceff. Baron. erga subdit. c. 1. n. 9. & 13. Bart. Camerar. in Repetit. c. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Frid. pag. 641. v. 7. concluf. Borcholt. ad c. unic. quæ sint Regal. n. 4. & Afflict. n. 32. Zaf. de Feud. part. 1. num. 14. & conf. 16. n. 64. lib. 2. Ferrar. Montan. de Feud. lib. 2. c. 1. & d. lib. 5. c. 7. P. Nicol. Mozz. de Feud. t. de Natur. feud. num. 25. v. quartò si illustri, Regn. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 2. num. 35. & lib. 2. c. 15. n. 14.* *i)* *c. 1. in pr. de Feud. March. Duc. vel Com. in usib. feud. Carol. Tapia in rubr. D. de Constit. Princip. c. 4. n. 6. & seq. qui plures allegat. Ferrar. Montan. de Feud. d. lib. 5. c. 7. v. Agitur Regalia.* *k)* Tam seculares quàm Ecclesiasticos Principes. Seculares si graviter deliquerunt, puniuntur ordinariâ pœnâ banni, *Gail. 2. de P. P. cap. 3.* Sed Ecclesiastici Principes, immediatè Imperio subjecti, privantur beneficiis, Regalibus & Privilegiis, nam eorum intuitu Imperator saltèm in Ecclesiasticos jurisdictionem habet, & eorum nomine appellantur Principes Imperii, & censentur esse seculares, non Ecclesiastici, unde & forum non Pontificis, sed Imperatoris, sortiuntur, *Gail 1. de P. P. c. 8. n. 8. & seq. Mynsing. cent. 5. observ. 5.* Nam ob delictum non habet Imperator jurisdictionem in personas Ecclesiasticas, & per cõsequens pœnam sanguinis irrogare non potest, quoniam criminis cognitio & pœna corporalis ad forum Ecclesiasticum pertinet, *juxta Canonistas communiter in c. si diligenti, de foro compet. c. At si Clerici, de judic. Mynsinger d. obs. 58. n. 6.* **Reichs Abschiedt zu Augspurg** *de Anno 1566. §.* Dannoch haben wir. *l)* Nam in gravibus negotiis Consiliarios adhibere prudentis est, *l. humanum, 8. C. de LL.* Senatores partem corporis sui esse ait Justinian. *in l. quisquis, C. ad l. Iul. Majest. Lancellot. in Templ. omn. jud. lib. 1. c. 1. §. 3. verb. Consultatione uti. Vide capitulationem Caroli V.* Pontifex etiam solet ardua prævià deliberatione in Concilio Cardinalium explicare, *Abb. q. 1. n. 21. Franc. in c. ad Apostolicæ in pr. num. 5. de rejud. in 6.* *m)* *Aur. bull. Caroli IV. t. 5. & 7.* Distinguendum tamen inter tempora. Olim feuda Imperio aperta rursus in feudum concedebantur. Rudolphus I. Comes Habspurgensis cùm Austria suo tempore legitimo hærede destitueretur, eam Imperio vindicavit, & filio Alberto concessit, unde Archiducum Austriæ origo. Sic Sigismundus Imperator, extinctâ familiâ Ursorum in Alberto, Electoratum Saxoniæ ad Imperium devolutum, Friderico I. Marchioni Misniæ in feudum dedit, ex quo hodierni Electores Saxoniæ descenderunt. Sed hodiè feuda Imperio aperta, Imperio incorporantur, *Vide d. Capitul. Caroli V. ap. Sleidan.* *n)* *Nov. 89, c. 9. l. 3. & t. t. D. re Natal. restit. c. per venerabilem, qui fil. sint legit. Gail. 2. obs. 142. num. 1. & 3. Rosenth. de Feud. c. 5. concl. 2. num. 4. lit. d. Lancellot. in Templ. omn. jud. lib. 1. c. 1. §. 4. verb. legitimos etiam, &c.* Hanc potestatem Comitibus Palatinis etiam concedere solet. *o)* *l. cum indulgentia, 10. & t. t. C. de sentent. pass. & restit. §. 1. l. quib. mod. jus patr. pot. sol. Rosenth. d. concl. 2. & ab eo allegati. Cacheran. decis. 101. num. 2. Sfortias Odus de restit. in integr.*

q.92.art.9.n.91. Reichs Abſchiedt zu Augſpurg *Anno 1525. in quo Imperator Ferdinandus ſeditioſos ruſticos honori & famæ reſtituit.* *p) l.1.& t.t.C.de his qui ven. ætat.impetr. Afflict.in c.unic.n.18.quæ ſint Regal. Iacobin.de feud. verb.ſed an Princeps, n.6.Franciſc.de Chald. Percyra ad l.ſi curatorem, verb.hunc contractum, n.36.C.de in integr.reſtit.* *q)* Hoc majus, illud minus, *Cornæa.conſ.108.n.8.vol.3.Cagnol in l. Imperium, n.181.D.de juriſd.*

21. Summæ illius poteſtatis vi, ſolus Imperator leges univerſales pro ſuo arbitrio olim jam olim condidit. *a* Sed hæc poteſtas hodié aliquo modo centro & ſpacio circumſcripta eſt. Nam hoc tempore in univerſo Imperio Romano-Germanico univerſalem legem condit Imperator, cum aſſenſu & conſilio Statuum Imperii, mit den Ständen des Reichs. *b* Solus Imperator habet jus belli indicendi. *c* Solius Imperatoris auctoritate & poteſtate Scholæ Publicæ, Univerſitates ſive Academiæ eriguntur, confirmantur, *d* privilegiis & immunitatibus exornantur. *e* Solius Imperatoris auctoritate Doctores, Licentiati, Magiſtri, Baccalaurei in ſingulis Facultatibus creantur. *f*

a) In conſtit. Inſtit præfix. l. tanta, 2.C.de vet. jur. enucl. l. fin. C.de LL. l. ſi quando, C.de inoff. Teſtam. eaſque interpretatus fuit, *l. & ideò, 11. D.de LL. l. 1. l. leges, 9. & ſeqq. C. eod.* Hæc condendi legem univerſalem poteſtas, non poteſt per Imperatorem in alium transferri, ſicut nec reliqua reſervata Imperatoris. *Lancell in Templ. omn. jud. lib. 1. c. 1. § 4. verb. legem generalem condit.* *b)* Hinc eſt quód leges in Comitiis Imperialibus conditæ appellentur Receſſus Imperii, ſive Comitiorum, des Reichs Abſchiede; ſpecialem tamen & localem legem cæteri inferiores Principes & Status Imperii in ſuis territoriis & provinciis, cum conſenſu tamen Primariorum recté condunt. Quod ita receptum communiter: Vnnd wird der gemeine Außſchuß von der Landſchafft / das ſeynd die von der Ritterſchafft / vnd die von vornehmen Stätten dazu beſchrieben / hoc eſt, citantur ad conventum Primarii exnobilitate, & majoribus civitatibus ejus Provinciæ, in qua conventus celebratur, *gl. in l. 1. § qui Magiſtrum. D. quod quiſq; juris, & in l. 2. verb. coacto, cum l ſeq & l. quod ſemel. D. de Decret. ab ord. faciend. l. nulli, l. planè, D. quod cujuſque univerſ. nom. l. quod major. D. ad municipal. l. nominationes, C. de decur. Nov. 123. c. 34.* Nam Principes & alii inferiores principali dignitate illuſtres, in ſuis provinciis Imperatorem repræſentant, & tantum in territoriis ſuis poſſunt, quantum Imperator in univerſo Imperio. Quèadmodum itaq; Imperator ratione univerſalis juriſdictionis Imperii, univerſalem legem condit; ſic alii inferiores principali dignitate illuſtres, cùm tantùm certa ſpecialia territoria poſſideant, adeoque eorum juriſdictio etiam ſpecialior ſit, non univerſalem, ſed ſpecialem, vigore ſuperioritatis, krafft Landsfürſtlicher hoher Obrigkeit / quæ ipſis ratione territoriorum competit, condunt, jura Provincialia & Conſtitutiones Provinciales, Hoff- vnd Landgerichts Ordnungen promulgant, contrarias abrogant, novas ſubinde conſtituunt, quibus ſubditi, etiam ſine aſſenſu Imperatoris, ſubjiciuntur, *Tib. Decian. reſp. 56. num. 2 vol. 2. Matth. Coler. de Proceſſ executiv. p. 1. c. 3. nu. 6. & ſeqq.* ſecundùm quas Camera Imperialis obſtricta eſt pronunciare. *Ordin. Cam. p. 1. t. 57.* Von des Keyſerlichen Cammergich-

ters vnd Beysitzer Eyd / *ibi*: Nach redlichen erbarn vnnd Läudischen Ordnungen / Statuten vnnd gewonheiten der Fürstenthumben / Herrschafften vnnd Gericht. *c) arg. l. hostes, 24. Publ. Pop Roman. D. de Capt. & postlim. reversi. lib. 3. D. ad L. Iul. Majest. ibi: qui injussu princ. bell. gessi. l neminem, C de re mil. l. 3. C de agent. in reb. l unic. C. ut armor. usus inse. princ. interd. ordin Cam. p. 2. t. 15. ibi:* Auß der Keyserlichen May. oder vnserm zugeben. Reichs Abschiedt zu Augspurg *de Anno* 55. §. Wo sich aber. *& §. seq. Lancellot in Templ. omn jud. lib. 1. c. 1. §. 3. verb Bella provocatus.* Quomodo ex Constitutionibus Imperii cõtra Duces belli illiciti & tumultuarios milites procedatur, laté tractat Gail. 1. *de P. P. c. 4. per tot.* *d)* Si nimirum ab alio dotentur aut ædificentur, quod Germania nostra abundé testatur. *e) Ferrar. Mont. de Feud. lib. 2 c. 1. v. quandocunq, & lib. 5. c. 7. v. Regalia. Vdal. Zas. in Epit. feud. p. 5 n. 14. Claud. Seysel. in specul. feu. t. qui feud. dar poss. Castald. in tr. de Imp. q 110. cas. 180. Vult. de Feud. c. 5. n. 7. Frid Pruckman. de Regal. c. 3. n. 2. P. Nicol. Mozz. de fend. t. de Natur. feud. n. 24 ord. Cam. p. 1. t. 3. §.* Deßgleichen solten die Beysitzer. *ibi:* In Vniversiteten / welche zum wenigsten von vnsern Vorfahren Römischen Keysern vnd Königen / der jetzigen Keys. May oder Vns confirmiret Sed quia Pontifex supremam cum Imperatore potestatem habet, si Diis placet, *c. duo sunt, 10. dist. 96.* à Pontifice etiam confirmari & erigi Academias, longâ consuetudine receptũ est: tales in Germania plures reperiuntur, quæ á Pontifice confirmatæ & Privilegiis ornatæ sunt. Factum; sed quo jure? Quocirca ut Academię, quæ ab Imperatore absque Pontificis auctoritate & confirmatione erectæ, veræ Academiæ sunt, & Privilegiis Academicis utuntur fruuntur: sic & illæ Universitates, quæ á solo Pontifice confirmatæ & Privilegiis ornatę, veræ sunt Universitates, & Privilegiis Academiæ concessis hodié, de consuetudine, utuntur. Minimé ergo probanda eorum opinio, qui pro Academiis non habendas esse eas autumant, quæ Pontificis confirmatione munitæ non sunt: magna enim hac ratione florentissimis quibusdam Germaniæ Academiis injuria inferretur. Annon Parisiensis Academia Caroli Magni auctoritate longé ante Pontificium canonem introducta & confirmata? Annon idē de Bononiensi dici potest? *Hierem. Setzer. de Increm. Acad. Hyp. 307. & duob seqq.* Imó ipsi Pontificii fatentur, Imperatorem creare posse Doctorem etiam in jure Canonico, quamvis illius juris auctoritatem penes solos Pontificios esse putent, *Bart. & alii in l. cunctos populos. Cod. de Summ. Trinit. & fid. Cathol. Hartman. pract. obs. t. 33. de Matrim. obs. 6. in fin.* Et sané tralatitium est, quód Dd. qui in Academiis ab Imperatore duntaxat confirmatis, promoti, tum in Camera Imperiali, túm in aliis liberis Rebusp. ad publica munera & honores admittantur. Nonnulli, quod obiter addo, inter Universitatem & Academiam subtilem differentiam, ut ipsis quidem videtur, excogitarunt, quam ego nec subtilem, neque utilem multó minús veram esse duco. *f) Ferrar. Montan. d. c. 7. v. Regalia. Castald. d. q. Cas. 179. M. Ant. Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. t. 1. num. 27. Lancellot. in Templ. omn. jud. lib. 1. c. 1. §. 4. in verb. dignitates confert, n. 1.*

22. Solus Imperator nova vectigalia erigit: *a* cursus publicos, quos Postas appellamus, *b* instituit & confirmat: *c* jus civitatis: *d* & publici mercatus tribuit: *e* immunitates, *f* Privilegia *g* absolutæ & plenæ securitatis seu salvæ guardiæ concedit: *h* Ferias generales indicit: *i*

jus

jus etiam monetæ cudendæ, *k* & reprobandæ habet. Et quis omnia parvo fasciculo posset comprehendere.

a) *L. 3. C. vectigal. instit. non poss. l. unic. §. item us, D. de L. Iul. ambit. l. vectigalia, 10. D. de publican. vectigal. & commis.* Nemini enim permittendum exactione vel plurium vel omnium augere rem privatam. Quippe quod vel maximé á re, hoc est, utilitate publicâ alienum est, *Lancellot. in Templ. omn. jud. lib. 1. c. 1. §. 4. verb. collectas & gabellas imponit.* Quocirca mandavit pœnalia, etiam sine clausula, adversús eos, etiamsi Electores sint, qui vectigalia nova instituunt, obtineri possunt, atq; eâ ratione ab executione rectè inchoatur. Sic Anno 1588. decretum est mãdatum in causa civitatis Coloniensis contra Ducem Juliacensem. In causa ejusdem civitatis contra **Jseuberg**. In causa civitatum Imperialium contra Archiepiscopum Coloniensem. Anno 1591. 21. Maji. In causa **Altenhasela** contra **Jsenberg**. Et eodem Anno 10. Novemb. in causa Nobilium & aliorum Ordinum Ducatus Pomeraniæ, contra Ducem Pomeraniæ Stetinensem. In causa Principatus Stabulensis, contra Episcopum Leodiensem 13. Octob. 1592. Simile mandatum decretum est in causa civitatis Spirensis, contra Serenissimum Electorem Palatinum. Plurima alia recensere possem præjudicia, sed vide Decisiones & præjudicia Camerę *in verb. Mandata sine clausula, pag. 191. & in verb. vectigal. p. 150.* Gylman. *in Symphorem. supplic. tom. 2. p. 3. t. 7 supplic 4.* Rosenthal. *de feud. c. 5. concl. 13. n. 12.* Sic peculiaris reservationis Imperialis signum est, quód nemo possit ultra portoria solita aliquid exigere. **Den Zoll steigern gehöret zu Keyserlicher sonder Hoheit vnd** *reservat.* **R. A zu Regenspurg** *Anno 1576. §.* **Weiter seind wir auch glaubhafftig berichtet** / *& §. seq.* Et in Camera quoq; mandata absq; clausula contra eos, qui vetera vectigalia augere conati sunt, decerni, testatur Experientia, *Regner. Sixtin. de Reg. lib. 2. c. 6. n. 23.* Illud obiter addo: hodié, vigore contractus, Imperatorem absq; consensu Electorum nova in Imperio vectigalia non erigere. *Vide Capitul. Caroli V. ap. Sleidan. lib. 1. Vasq. de succes. progress. in præfat. n. 115.* Sed annon civitatibus & universitatibus cæteris permissum est vectigalia indicere? Nequaquam, *l. 2. C. Vect. nov. inst non poss.* Licét enim civitatibus sua etiam qualis-qualis Reip. summa sit, *l. 14. D. ad municipalem*, non tamen iis fruuntur, quæ ad jus Majestatis pertinent. Sed permissum est tamen eis, arcam, & ærarium commune habere, ut & actorem communem, *l. 1. §. 1. D. quod cujusq;, univ. nom.* Verúm id ad ea referendum est, quæ jure dominii ad municipes pertinent, suarum enim rerum dominium habent, *l. antepen. & pen. D. eod.* Quin-imó & jure societatis, id est, ex conventione omnium, contribuere aliquid in commune pro civitatis necessitate possunt, *arg l. 4. pr. verb quam omnibus in solidum publicé dari placuit, D. de administ. rer. ad civ. pert.* Si quis tamen contradicat & contribuere detrectet, is neplurium quidem suffragiis vinci vel cogi potest. Nam decreta ea ambitiosa forent, coq; non observanda, *l. 4 §. 1. D. de decret. ab ord faciend.* Quocirca in omnem eventum tutius est, in Repub. bene constituta non admittere contributionem in ærarium Universitatis, aut civitatis, Principe, Senatu aut populo inconsulto: Idq; etiamsi corporis ipsius interesit in necessariam reparationem aliquid cõtribui. Nam exigua est difficultas consulere eos, ad quos rei summa pertinet. Civitatibus tamen liberis, itemq; Ducibus & Principibus cæteris Imperii Romani hodié usitatissimum est Principes & Imperii Ordines eam in rem non rogare. Sed omne hoc ex privilegio, aut beneficio, ut Majestas consequenter ipsa, non obstante usurpatione hac,

ne hac, maneat Principi & Imperio salva. *b*) Per cursum publicum non intelligo cum judicioſiſſimo Menochio *A.I.Q. lib.2.cent.3.caſ.229.* quos Procop. *lib. 2. de Bell. Perſi.* βηρίδας, hoc est, Veredos, Cassiodor. *lib.4.& 5.Var.* á vehendis Rhedis, autore Festo, dici putant, *t.t. C. de Curſ publ.* Quique sive ad transvectionem armorum, *l.ult. C de Fabricenſ. l. curſum, 22. C. de curſ. publ.* sive profectionem Legatorum, *d.l. curſum.* sive ob aliam utilitatem publicam, *l. Maximarum, C. de Excuſ. mun.* subditis imperantur, & sub nomine Angariarum continentur. Verùm equos publicos per vias publicas disposítos, quos Postas vulgó vocant, quibus qui præsunt Magistri Postarum appellantur. Hi non tantùm summam utilitatem præbent iter facientibus, literásve alicubi mittentibus, sed etiam non parvum vectigal fisco inferũt, & præter omnes has utilitates etiam ad securitatem Reipub. plurimùm faciunt. Nihil enim magis potest esse è re Principatus alicujus, quàm si Princeps quid in quocunque ejus angulo geratur probé exploratum habeat. *c*) Quocirca Anno 1579. cuidam generales per Belgium & Italiam postas constituere annitenti, á Cæsare, pro juris sibi competentis tuitione, severé interdictum fuit, *Arnold. Clapmar. de Arcan. Rerumpubl. lib. 1.c. 21 circ. fin.* Et Magistro postarum officium ab Imperatore confirmatum Anno 1596. & 1597. reliquis privatis & Civitatum cursoribus. **Metzgerpoſt vnd Nebenbotten** / generali Imperatorio diplomate sublatis. *Regner. Sixtin. de Regal. lib. 2.c. 13. num. 42.* Sic in Gallia & Anglia Regum auctoritate hujusmodi cursores introducti sunt. *d*) *arg. l. 1. C. de Metropol. Beryt.* JCti appellant Spiritum & vitam dare civitatibus, **Stattrecht geben.** *Arnold. Clapmar. d. lib. 1.c. 21. in fin.* Hoc jus penes Imperatorem solum est, adeó ut si quis absq; Cæsaris consensu, ad minimum tacito, *Alvar. Valaſc. ad l. Imperium, num. 73. de juriſd.* civitatem constituerit, ea nec civitas, nec jura civitatis habere putetur, *Innocent. in c cùm ab Eccleſiarum, n. 1. de off jud. Ord. Alciat in l. pupillus, § urbs. num. 43. D. de V.S. Natta conſ. 636. nu. 110. Lancellot. in Templ. omn jud. lib. 3.c. 1. § 1. verb. civilitatem concedit.* Consentit jus Saxonicum. **Landrecht** *art. 36. Weichbild. lib. 1. art. 9.* cùm Albertus Comes Mansfeldiensis vico cuidam probe Islebiam, spiritum & vitam, ut vocant, concedere vellet, Imp Maximilianus Anno 1514. mandato inhibitorio id fieri noluit. Sed annon etiam ad civitatis constitutionem requiritur Episcopus? Quidam malé putarunt jure Pontificio non dici civitatem, nisi in qua esset Episcopus, *ut Bald ad l. ex hoc jure, D. de I. & I.* Quam tamen opinionem glossa prima, *c. ſi civitas de ſentent. excomm. in 6*, improbat, quia & ante Episcopos erant civitates, & post Episcoporum institutionem non fuerunt in omnibus civitatibus positi Episcopi: sed tantùm in magnis & populosis, non in modicis, ne vilescerent eorum dignitas, *c. audivimus, 3. q. 2. Sigon. de Regn. Ital. lib. 10. ſub Henr. IV. P. Greg. Tholoſ. lib. 2. de Rep. c. 1. n. 7. Symphorem. in Vot.* **Meintz** *contra* **Erffurt.** *n. 92. v. cùm nec Imper. nec Princ. c. in illu, 2. & c. Epiſc. 3. diſt. 80 c. 1. de Privileg. & exceſſ. Prælat. & ibi Panorm. ſub fin Bart. in d.l. ex hoc jure, D. de I. & I. Flamin. de Rube. conſ. 65. n. 49. & multis ſeqq.* Sicut in Metropolitanis, h. e. majoribus, & matribus, Archiepiscopi, dicti inde Metropolitani, fuerunt locati: Et in Regiis Patriarchæ, vel in maximis. *e*) Olim etiam ne in privatis quidem prædiis ad arbitrium instituere nundinas cuiquam permittebatur, sed Principis vel Senatus auctoritas necessariò requirebatur. A Principe peti solitum nundinarum habendarum jus, indicio est, *l. 1. D. de Nund. l. unic. C. eod.* á Senatu verò hoc jus impetratum fuisse Plinius *lib. 5. Epiſt. ad Valerian.* ostendit.

Atq;

Atque ita Claudium Imperatorem, legibus publicis seipsum subjicientem, jus nũdinarum in sua prædia, á Consulibus petiisse accepimus, ut est á Suetonio in ejus vita relatum. Sic hodié etiam nundinarum annuarum sive solennium concessio, ad solum Imperatorem spectat, *d. l. 1. & l. unic.* & potest Imperator nundinas sive mercatum alicui oppido vel civitati auferre, & alió transferre, *Natta cons.* 511. & 512. *Anton. Tessaur. decis. 264. n. 3. adde obiter per discurs. Gail. 2. obs. 69. n. 24.* Sed nundinæ hebdomadariæ, sive vulgares, **Wochenmarckte**/ sine ullo privilegio, sive Principis licentia rectè instituuntur, *Bald. in d. l. unic. C. de Nund. Sichard. ad Rubr. ibid. num. 2. Tessaur. d. decis. 264. n. 4.* *f)* *l. 1. & t. t. D. de censib. t. t. C. de Immun. nem. conced. l. unic. C. de his qui á princ. vacat. accep. l. Immunitates, ubi Dd. C. de agric. & censu. Lancell. in Templ. omn. jud. lib. 1. c. 1. §. 4. verb. Immunitates. Carol. Tapia ad Rub. D. de Const. Pr. c. 4. num. 30. Fernand. Vasq. de succes. creat. §. 26. n. 81.* *g)* *l. 1 §. f. l. 3. D. de Constit. princ. §. sed & quod Principi l. de l. N. G. & C. Lancellot. in Templ. omn. jud. lib. 1. c. 1 §. D. verb. Privilegia potest concedere.* Privilegia etiam Imperator confirmat, *M. Ant. Natta cons. 636. Tib. Decian. cons. 8. n. 225. & cons 19. n. 139. vol. 3.* & declarat, *arg. l. ex facto, 43 & ibi Ias. n. 4. D. de Vulg. & pup. substit.* Quis enim meliús interpretabitur aut declarabit, quâm is qui ea contulit? *l. omni innovatione. C. de SS. Eccl. l. fin. C. de LL.* Et hoc multó magis verum esse statuunt J Cti, si ex certa scientia & plenitudine potestatis privilegia concedantur, quam nec absentis ignoranti, nec præsentis moraretur contradictio, *Roland. á Valle cons. 4. n. 47. vol. 4. Natta d. cons. 636. n. 135. Hieronym. Gigas de pensionibus, q. 37. nu. 1. & seqq.* *h)* *l. relegati, 4. in fin. D. de pœnis. Menoch. lib. 2. A. I. Q. cas. 336. nu. 23. v. cùm solus Princeps. Iodoc. Damhoud. in Practic. crim. c. 26. t. de publ. fide. Francisc. Marc. decis. Delphin. 68. nu. 6. p. 1. Boër. Decis. 179. n. 1. Francisc. Herculan in tr. de Caut. de non offend. c. 37. Rubr. de salvo conductu. num. 18.* *i)* *l. 4. C. de feriis.* Annon & Pontifex? Minimé, nisi de facto, ut omnia solet, in territorio suo, si quod habet jure proprium. Julius Cæsar præsentem anni formam instituit. Deinde Carolus M. Calendarium ipsum & nomina mensium Germanica Teutonicis populis dedit. Canon etiam Concilii Niceni de Festo Paschæ non Romani Pontificis, sed communi Cæsaris Constantini & Patrũ consilio conditus, *David. Chytr. lib. 26. Chronic.* Speciales sive locales ferias status Imperii in suis territoriis rectè constituus, *gl. & Dd. ad d. l. 4. Wesenbec. ad tit. de feriis, num. 4.* *k)* Hoc enim tantùm penes eum est, qui summo Imperio præest. Romæ quidem de nummis cudendis lege sanciri solitum, postea tamen id SCto effectum est: Nam Senatus pleraque ad summam Reipub. pertinentia obivit, idque ferè sine contradictione plebis, nisi tamen resisterent Magistratus; argumento sunt veterum numismatum figuræ, quibus ferè inscriptum deprehenditur SC. i. e. Senatus Consultum. Quamdiu tamen Respub. magis popularis fuit, Triumviri Monetales nummos publicos arbitrio suo signabant, adjectis his literis, III Viri A. A. A. F. F. i. e. Auro, Argento, Aëre, Flando, Feriundo. Hodié jus cudendæ monetæ est de reservatis Imperatoris, adeó ut Domini inferiores, Regalia habentes, monetas cudere nequeant, nisi illis sit vel Vicarium, vel Beneficiarium, vel Privilegiarium jus. *Afflict. in c. unic. quæ sint Regal. Ægid. Bossi. in tr. de Monet. in pr. Const. Caroli V. Anno 1524. edita.* §. Dergleichen hat der Müntz halber. *& Anno 1551. promulgata,* §. So haben wir vns auch mit Churfürsten/ ꝛc. Reichs Abschiedt zu Augspurg 1559. §. Als dann auch bißhero. Reichs Abschiedt zu Augspurg. 1566. §. Wie-

wol auch vielfaltige. Reichs Abschiedt zu Speyr 1570. §. Damit aber solch übermässige. Sed quo jure hac potestate cudendi fruuntur civitates imperiales, itemque Duces, cæterique Imperii Primates? Horum jus omne vicarium est, hoc est, permissu Imperatorum & tacitâ assensione Ordinum approbatum, Imperatoris interim nomine & honore prælato publicatum. Ejusque rei certum argumentum est, quód rogationibus Imperii moneta eorum subjecta sit, & cognitioni circulorum singulorum, quibus ea de re publicé inquirendi potestas est. Nihil quoque juris sibi comparant quidam Principes Imperii, qui usurpatione quadam se subtrahunt interdum, ut monetæ nomen Imperatoris non inserant; quod Principibus Italiæ, Duci Brabantiæ, Subaudiæ, Lotharingiæ, jam ante aliquot annos inceptum est. Sed vulgatum est illud: Neminem sibi mutare posse causam possessionis. Nullâ etiam præscriptione jus illud acquiritur. Si enim viam publicam, quæ ne quidem majestatis est, præscribere veramur, *l. 2. D. de via publ. & itin publ.* multó minús tám illustre, tám proprium caput majestatis, quám jus monetæ est, præscribi poterit. Qui enim nomine alterius possidet, ne possidet quidem, ideoque nec effectu possessionis vel quasi frui potest, *l. malè agitur, C. de præscript. 30. ann.* Duci Exercitus tamen, vel Præfecto præsidii, in necessitate constituti, aliqua hac in re ex consuetudine libertas est: sed ita, si non alia ratio sit vel Exercitui, vel Præsidio consulendi, aliás enim id capitale foret. Exspirat tamen usus nummi ita cusi, necessitate primúm solutâ. Sunt nonnulli qui suâ auctoritate, nomine Principis omisso, id jus sibi tanquam Principes supremi usurpant, sed rectè quodcunq; iis concessum & jure auferri potest. Sic Poloni Episcopo Gesnensi, Angli Cantuariensi Regni Cancellariis, jus monetæ, Regum beneficiis permissum, sic Imperatores Civitatibus Italiæ, exceptâ Lucâ, cui id intercessione Lucii tertii Papæ in gratiam popularium ipsius relictum est, prorsus ademerunt.

23. Rex *a* Romano-Germanicus *b* perpetuus Imperii Romani Vicarius est á lege, *c* electione *d* & consensu omnium Statuum Imperii constitutus, jurisdictionem ordinariam & proprio jure habens, absentis vel impediti Imperatoris vices & locum sustinens, *e* mortuoque Imperatore sine ulla electione Imperator existens.

a) Feudistæ Imperatorem Regem nominant, *Hotom. in l. Lexic. Feud. verb. rex. Rosenthal. de Feud. c. 5. Concl. 1. lit. c.* Sed rectiús hoc loco Rex ab Imperatore separatim ponitur, cúm eo sit inferior. Si tamen Rex superiorem non recognoscat, parum abest quin omnia, quæ ad potentiam Imperatoris pertinent, eadem ad Reges extendantur, *Lancell. in Templ. omn. jud. c. 2. § 3. verb. de magnitudine Regum.* Imó majori plenitudine potestatis & Imperio in regnis suis utitur, quám Imperator in Imperio; quia Regnum transmittere plerumque potest ad posteros & hæredes descendentes. *b*) Qui etiam Cæsar dicitur. Olim ipse Imperator Cæsar dicebatur, & nomen illud á Julio Cæsare ad alios ipsius successores pervenit, ut Romanorum Imperatores á Julio Cæsare dicuntur Cæsares, *Tiraquell. de jur. primogenit. q. 18. n. 18. Dd. in proœm. Inst. & Digest.* Et hodié etiam Imperator dicitur Cæsar, Keyser. Sic Ægyptii Reges prisci Pharaones, & posteriores á Ptolomæo Ptolomæi, Reges Ponti Mithridatæ, Reges Palæstinæ Abimelechi, Reges Parthorum Arsacidæ ab Arsace dicebantur. Verúm á memoria Diocletiani & Maximiani appellatio Cæsaris

saris nomen fuit secundariæ potestatis ab Imperatore in Romano Imperio, ita quidem ut Cæsares ab Augustis & Imperatoribus Imperio cooptarentur, & quasi Augustorum filii atque designati Augustæ Majestatis heredes & successores, quos hodie Reges Romanorum appellamus. Sic accipitur vox Cæsaris *in l. 6. §. fin. D. de jur. Fisc. l. etsi excepta, 7. C. de Maleficiis & Mathemat.* Et in inscriptionibus multarum legum post nomen Imperatoris, quando interdum sola litera A. nonnunquam etiam litera C. reperitur, *ut in l. 1. C. quib. ex caus. major.* ita legitur: Imp. Antoninus A. *in l. in contractibus, C. eod.* legitur: Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. iisque literis significatur Antoninum Imperatorem sive Augustum fuisse; Diocletianum verò & Maximianum fuisse simul Imperatores & Cæsares. Mos iste creandorum Cæsarum antiquissimus est, jam inde á temporibus II. Imperatoris Romani Augusti receptus. Nam Cajus Octavius Augustus, á Julio Cæsare testamento adoptatus & consors Imperii factus, Cajus Julius Cæsar Octavianus dictus est. *Dio lib. 45. Ant. Augustin lib. 3. Emend. c. 8. Covarr. in Epit. de matrim. 2. part. c. 8.* Hinc postea alii ad imperii societatem asciti, Cæsares sunt appellati. Sic præterito seculo Ferdinandus vivente Carolo V. erat Cæsar, sive Romanorum Rex, Carolus Imperator. Sic Maximilianus vivente Ferdinando erat Cæsar, Ferdinandus Imperator. Rudolphus vivente Maximiliano. c) *Aurea Bulla t. 1. de Elect. Rom. Reg.* cui semper stare oportet: Ipse etiam Imperator nullum plané Aureæ Bullæ præjudicium inferre potest. Salus enim dignitasque Imperii totius eâ continetur; nullus autem Princeps ea potest per quæ Imperii sui dignitas labefactetur & infringatur: cùm illa quæ salvâ dignitate nostra facere non possumus, impossibilia nobis esse juris sit, *l. neposproculo, D. de V. S.* Et aliás Principi fundamentales sui Principatus leges antiquare non licet, illis enim abolitis Status & Salus ipsius Reipub. radicitùs exstirpatur & evertitur, *Innoc. gentil. adv. Machiavell. part. 1. Theor. 1. Cardinal. Cusan. de concord. Cathol. lib. 3. c. 20. 30. 35. 36. & seq.* Nescio igitur quâ tandem ratione illi sese defendere possint, qui, Chrysobullam hanc non tantùm antiquare conantur, vetùm etiam bullam esse ferè existimant, dum tutelam pupillorum Electoralium, administrationem Electoratus, jus, vocem, dignitatem & potestatem elegendi Regem Romanum, officium Archidapiferiæ & Vicariatum Imperii, in aliam de facto personam transferunt. Comœdia illa præcedenti seculo acta, & nostro, sed mutatis personis. Quis scit quám diu reliquæ leges Aureæ Bullæ inconcussæ maneant? d) Electionis Regis Romanorum forma latè describitur *in d. Aurea Bulla, t. 1. §. praterea statuimus, & seq. & t. 2. & t. 4. vide Onuph. Panvin. de Comit. Imp. & descriptionem electionis Caroli V. á Philippo Melanchthone editam. P. de Andlo de Roman. Imp. lib. 2. c. 6.* e) Quod ex vulgata illa, quæ in Recessibus Imperii iterata repetitur, locutione constat: **Wir oder in abwesen Römischer König.** Quocirca & unum & idem cum Imperatore tribunal & auditorium habere censetur, & nulla valet consuetudo, ne ab uno ad alium appelletur, *c. Non putamus de consuet. in 6. c. Romana, de appellat. in 6.* Imó nihil differt ab Imperatore, nisi ambitu minoris circuli, sicuti scapha differt á navi, *l. Scapham. D. de Evict. l. fin. D. de Fund instruct. Bald. in Rubr. quæ sint Regalia.* Quid multis? Rex Romanorum mandatum cum libera habere existimatur, *arg. l. præses, 12. ubi Dd. de transact. l. 1. in pr. D. de offic. ejus cui.* Cujus vi regulariter omnia facere potest, quæ ipse Imperator, cujus vices gerit, plerumq; facere solet, *Isernia in c. Imperialem in pr. de prohib. feud. alien. per Frideric. & ib. Af-*

ib. Afflict. n. 3. v. sed in contrarium. Iacobin. de S. Georg. de Feud. verb. Vicarius perpetuus, num. 9. nisi expressé quid esset prohibitum, *Isern. d. c. Imperialem, n. 13* vel ipse Imperator plerumque facere non sit solitus, *Rosenthal. de feud. part. 1. c. 9. M. 1. Concl. 30. n. 8.* Feuda Imperii majora Principum infeudare potest, *Aurea Bulla Caroli IV. t. 5. fac. ea quæ de Vicario Principis notat Roland. á Valle conf. 86. n. 33. & seq. vol. 1. Ioan. Petr. Surd. conf. 281. n. 1. qui Vicarii potestatem ad reservata Principis extendit, ibid. n. 2.* Sed hoc sine speciali mandato non admittit Natta *conf. 636. n. 29.* Prosper Farinac *lib. 1. Prax. crim. q. 29. n. 91.* De consuetudine testatur Tiber. Decian. *conf. 23. nu. 67. vol. 1.* Et contra Vicarium Cæsaris crimen læsæ Majestatis committi, tradit Hieron. Gigas *tr. de crim. læs. Majest. lib. 1. q. 15. Mynsing. Decad. 5. Resp. 44. n. 15.* Ant. Quetta *conf. 1. n. 17.* De bonis Imperii patrimonialibus, ad mensam Imperatoris deputatis, sive expresso ejus consensu, pro suo arbitrio alienando eum disponere vix posse, præjudicio Cameræ probatur: Plenissimam enim potestatem Rex Romanorum saltém in administrando, non alienando, habet, *d. l. præses, 12. C. de transact. l. prohibere, 3. § plané, D. quod vi aut clam. arg. l. qui fundum, 7. § si tutor. D. pro emptore, l. tutor. 27. D. de Admin. & peric. tut. Gail. 2. obs. 72. num. 9.* Mandatumque de libera administratione nunquam extenditur ad Domino pernicioſa, *l. 1. §. 1. D. de offic. procurat. Cæs. l. Impp. 37. l. contra, 28. §. 1. D. de pact. Iason. in l. pactum curatorii, n. 2. C. de pact.* An electus in Romanorum Regem ante Papalem approbationem & coronationem jura Imperii administrare possit, olim dubitatum fuit? Affirmat P. de Andlo *de Rom. Imperio, lib. 2. c. 5.* ubi etiam differentias aliquot inter Imperatorem & Regem Romanorum recenset, quibus hæc addi potest, quód Rex electus in sigillis & insignibus Aquilam tantúm simplicem, Imperator coronatus duplicem, sive bicipitem gerit. *Vlysses Aldobrand. vol. 1. Ornitholog. p. 81. Lipsi. in 2. Annal. Tacit. p. 87. Stewechius in not. ad Vegetium lib. 2. p. 102. Lazius lib. 7. c. 6. de Repub. Roman.* Differentias insignium refert Chassanæus *de glor. mundi. 38.* Originem Lipsius *ex historia lib. 3. de Milit. Roman. 5.* deducit. *Confer Aldobrand. d. loc. Buda. in l. 2. D. de O. I. Alex. ab Alexand. lib. 7. G. D. c. 28. Lazium de Rep. Rom. lib. 9. c. 17. & seq. Reiner. Reinec. in tr. de Nobilitatis origine. Vid.* new Wapenbuch *Ioan. Sibmacher. Anno 1604. editum Norimbergæ.* Disceptatum item fuit, utrúm ab Electoribus possit eligi in Regem Romanorum, qui non sit ex Germanica natione oriundus, sive qui non sit Germanus? Negativa obtinuit, *P. de Andlo de Rom. Imp. lib. 2. c. 3.* Huc pertinet gravissima illa Electorum Imperii super Carolo V. & Francisco Gallo eligendo deliberatio, *Sleidan. lib. 1.* Eodem tempore Henning. Goden á Georgio Spalatino consultus, quid de Carolo illo Rege Hispaniæ & Ferdinando Duce Burgundiæ fratribus nepotibus Maximiliani I. ex filio Philippo sibi videretur, an essent Teutonici sive Germani habendi, & sic eligibiles sint ad Imperium Romanum; Affirmativé *conf. 1.* respondit: Cúm præmortuo patre eorum Philippo Rege Castellæ ante avum, fuerint in potestate avi paterni, atque ita sortiantur originem avi sui paterni, & sic habeantur Germani, & nati (quamvis extra Germaniam) Archiduces Austriæ, sicut avus eorũ paternus: non Hispani propter matrẽ vel avum maternum. Et quód dignitates, & terræ adjectæ primævæ origini (ut successio Regni Hispaniæ & aliorũ) originem primam nec mutent nec minuãt, aut honorẽ auferant, *§ pen. I. de Pat. pot. l. 1. l. assumptio, §. filius, D. ad municip. l. filios, C. eod. l. pen. D. de senat. & ib. Dd.* Idem servatum ait in Friderico II. Imperatore, qui natus fuit in Sicilia, ex patre tamen Germano, & nihilominus electus est in Imperatorem, tanquam origine Germanus.

24. Pro-

24. Proximum post Imperatorem & Regem Romanum *a* locum obtinet glorioſiſſimum Collegium *b* Septemvirorum *c* Imperii Romano-Germanici Principum Electorum, *d* qui eligendi Cæſaris Romani poteſtatem & auctoritatem habent: *e* Horum in numero ſunt tres Antiſtites, ſive Archiepiſcopi, & quatuor Principes Germaniæ: *f* Ex his *g* Moguntinus appellatur Cancellarius Germaniæ: *h* Colonienſis, Italiæ: *i* Treverenſis, Galliæ & Arelati: *k* Palatinus, Dapifer: *l* Saxo, Enſifer: *m* Brandeburgicus, Camerarius: *n* Rex Bohemiæ, Pincerna. *o*

a) Nec immeritó: Sunt enim Electores principales Imperii columnæ & præcipuâ dignitate pollent. *Barbat. in tr. de præſtant. Cardin. in 1. q. 1 p. num. 4. & 47 Henning. Goden. conſ. 1. n. 10.* Elogia quibus ornantur Electores, vide *in Aur. Bull. Caroli IV. t. 2 §. Et quia, t. 3. in pr. t. 12 t. 24. & t. ult.* Carolus ait: *Illuſtriſſimos Electores, plurimorum neceſſitatibus relevandis Cæſarea ſublimitati ſic aſſiſtere, ut in partem ſolicitudinis conſtituti reperiantur.* *b*) Magna & celebris eſt inter eruditos controverſia, quándo & á quo inſtitutum ſit. Hîc ſané

Velle ſuum cuiq; eſt, nec voto vivitur uno.

Utut ſit, pervulgata eſt opinio, Othonem III. Imp. divinitús excitatum, prima fundamenta huic collegio poſuiſſe: Nam ſapientiſſimo conſilio jus & poteſtatem eligendi Romanum Imperatorem ex ſolis Germanis, & penes ſolos Germanos eſſe voluit. Non latebant ipſum Gallorum Italorumque conatus, qui Majeſtatem Imperialem vel ad ſuos, vel ad alienos transferre pro ſuo arbitrio omnibus viribus ſatagebant, Itali eam affectabant propter antiquam majorum ſuorum gloriam. Galli propter recentem Caroli M. virtutem: ſed vires & nervi utrinque deerant. Nam Hugo Capetus, qui Galliæ regnum invaſerat, extinctâ Caroli M. ſtirpe, contentus erat, ſi id ſine controverſia poſſideret, & ad poſteros ſuos transferret. Itali, inteſtinis odiis flagrantes, ſuis hominibus minus æquo favebant animo, dum externorum armis ſe defendebant, ab iis tandem ipſi ſubjugati & oppreſſi ſunt. Non fugiebât eum præterea frequentes diſſenſiones inter Germanos circa Imperii celſitudinem obtinendam. Ludovico Pio, ex Caroli Magni proſapia, regnum bis eripere voluit Lotharius filius. Poſt Ludovici II. mortem Carolus Calvus, hujus patruus, qui ad Gallos id transferre volebat, ſed eripuit & penes Germanos retinuit Carolus Craſſus, ex fratre conſanguineo nepos. Henrico Aucupi graviter ſe oppoſuit Arnoldus Dux Bavariæ. Othoni I. Eberhardus & Hermannus, Palatini Schirenſes. Giſelbertus Lotharingiæ Dux & Henricus frater germanus, cognomine Rixoſus. Non longé póſt Ludolphus filius, cui adhærebat Conradus Dux Lotharingiæ, & Fridericus Præſul Moguntinus. Otthoni II. Magno, alter Henricus Rixoſi filius, cum aliis Principibus: á quo & ipſe Ottho III. imperio excluſus, poſtea verò innatâ fidelitate Germanorum reſtitutus fuit. Deniq; ſciebat Imperator, quomodo ex infeliciſſimis illis de Imperio contentionibus Pontificum Romanorum tyrannis, & Principum Italię licentia creverit, qui multis ab hinc annis creare ſoliti fuerant Reges, Imperatoribus Romanis, qui adverſabantur: quos avus Ottho M. ſua potentiâ vel ſuſtulerat, vel in ordinem redegerat. Quocirca Ottho III.

Crescentium, qui consultatum arripuerat nullo jure, atrocissimo supplicio affecit: Plebi urbanæ istam eligendi potestatē ademit, & gravissimo, cum Gregorio V. Pontifice, Imperiiq; proceribus consilio inito, eam in solos Germanos transtulit, Imperiique possessionem penes hos solos in perpetuum permanere, nec successionibus ampliùs propagari, sed suffragiis tradi voluit. Consuetudo tamen remansit, ut Cæsares accepto imperio ad Urbem & Pontificem coronationis ergó proficiscerentur: sed superstitiosa potiùs erat religio, quàm necessitas, quâ postea Pontifices ad potentiæ & tyrannidis suæ amplificationem, in dedecus & detrimentum Imperii, abusi sunt. De qua suprà pleniùs. Præterea sanxit, ut quia officia Imperii primariis Principibus ab antecessoribus suis tributa essent, tám Ecclesiastici, quàm Politici ordinis, quorum auctoritas & potentia reliquos anteverteret, ut illis quoque Electoralis dignitas committeretur, soliique eligendi potestate fruerentur. Et hæc est communis & constans traditio, approbata non tantùm á Chronographis: *Abbat. Stadenſi in Chronic Vincent in ſpecul. Hiſt. Trithem. Abb. Spanheimenſ. in Chronic. Blond. Decad. 2. lib. 3. Pandulph. Collenut. lib. 2. Hiſtor. Neapolit. Sabell. Ennead. 9. lib. 2. Polyd. Virgil. lib. 1. de rer. Invent. 10. Raph. Volaterran. lib. 22. Anthropol. in Greg. V. & lib. 23. in Othon. III. Albert. Krantz. lib. 4. Saxon. c. 25. lib. 9. c. 29. Metrop. lib. 3. c. 46. Suecia lib 5 c. 10. Vand. lib. 3. c. 15. Naucl. generat. 34. vol. 2. Funcc. in Chron. A. C. 997. & Genebrard. lib. 4. eod. anno Iohan. Baptiſt. Egnat. in vita Othon. III. Ioan. Cuſpinian. in eod. Rodolph. de Columna de translat. Imper. Lupold. de Bebenburg de jur. regn. c. 2. P. de Andlo lib. 2. de Rom. Imper. c. 1. Huld. Mut. in Germ. Chron. lib. 14. Platina in vita Greg. V. Matth. Flacc. Ill. Cent. 10. Magdeb. ſ. 10. Caſar. Baron. tom. 10. Annal. Eccleſ. Anno 996. §. 41. & ſeqq. Iac. Auguſt. Thuan. lib. 2. Hiſtor. Cardin. Bellarmin. de Translat. Imp lib. 3. c. 3. & 4. Munſter. lib. 3. Coſmogr. c. 19. in Othon. 3. & c. 23. Ioan. Sleid. de 4. Monarch. lib. 3. Ioan. Wolph. rer. memorab. cent. 11. in pr.* ſed etiam á JCtis: *gl. Hoſtienſ. in c. venerabile, §. verùm in verb. illis de Elect. Alberic. de Roſate in Lexic. verb. Electores, & in l. Bené á Zenone, num. 5. Cod. de quadrien. præſcript. Reſtaur. Caſtald. de Imperat. q. 8. num. 8. 11. & ſeq. Alphonſ. Alvaretz. in ſpecul. utriuſque dignit. c. 56. Belluga in ſpec. Princ. rubr. 14. §. veniamus, n. 23. Alciat. in l. bonacivitatis, 15. n. 4. D. de V. S. Lancellot. in Templ. omn jud. lib. 1. §. 2. t. de Elect. Renat. Choppin. de Doman. Franciæ lib. 3. t. 14. nu. 14. Goden. conſ. 1. t. Elect Piſtor. conſ. 1 lib. 1. P. Gregor. Tholoſan. lib. 6. de Repub. c. 13. & lib. 7. c. 19. Sichard. tr. de Elect. per tot. P. Heig. 1. qq. 3. per tot. ubi varios Diſſ. refert, quos vide.* Et sanè hæc Electorum constitutio summè necessaria fuit: Cùm enim in Imperio magni nascerentur tumultus, Pontificibus Romanis nunc Philippum, nunc Otthonem, nunc Fridericum II. inimicissimè insectantibus: ipsis etiam Principibus in Cæsarum electione gravissimis contentionibus dissentientibus, ubi sæpiùs plus valuit potentia & auctoritas, quàm consultationes & calculi suffragantium, tunc numerus horum in pauciores contrahi cœpit. Et verisimile est, jus hoc eligendi Imp. de consilio Cæsarum & voluntate procerum ad eos imprimis delatum, qui vel dignitate, vel auctoritate, vel potentiâ, vel ingenii dotibus animique virtute excellerent: atque ita ad certum & quidem septenarium numerum esse redactum. Olim quoque jam olim in Rebuspublicis & Regnis clarioribus, non tantùm Senatus diligentissima ratio habita fuit, quomodo in colligendis suffragiis tutó procederetur, sed & præter Senatum, sanctius quoddam consilium placuit creari, *Bodin. 3. de Rep. 1. Seiſell. de Rep. Gallica lib. 1.* In hodiè in multis

tis locis receptum. Olim quoque apud Lacedæmonios Regibus Ephori adjungebantur: his Albinus *de famil. Wittichind.* Septemviros comparat, & apud Hetruscos Lucumones. *Albin. d. loc.* Sic apud Romanos Interreges constituti, qui Regem eligerent. *Dionys. Halicarnass. lib.* 4. Magnus etiam antiquitús Primorum usus. *Tacit. lib.* 4. Magna eorum apud Venetos potestas; ex iis etiam Dux creatur. *Caspar Contarun. lib.* 3. *de Repub. Venet. vide præterea per discurs. Peucer. in Othone III. Schard. d. lib. sing. de Orig. Elector. M. Flac. de Translat. Imp. c.* 5. *qui & suas afferunt conjecturas. Confer Orat. Electorū Moguntini ante Elect. Caroli V. habitam. Sim. Schard. rer. German. tom.* 2. *p.* 830. *& seq.* c) Septenarius enim numerus semper habitus fuit perfectissimus & sacer. *Azo in summ. C. de Vet. jur. enucl. n.* 6. *& seqq. Vinc. Carot. de comm. opinione lib.* 1. *t.* 3. *ubi ex sacris, naturalibus & humanis id evincit, & inter alia etiam septem Electores adducit. Petrus Dominicus de Magdalenis de num. test. in testam. requisit. part.* 1. *c.* 3. *n.* 29. Sic Persarum septem Principes, Cambyse sine liberis defuncto, sortem, vel potiús equi hinnitum, ad creandum Regem adhibuerunt. *Bodin. de rep. lib.* 6. *cap.* 5. Apud Venetos Septemviratus consilium habetur secretius. *Bodin. lib.* 1. *c.* 10. Septem sunt officia Regni Siciliæ. *Martin. Freccia Patrit. Neapolit. de Subfeudis Baronium. t. de Septem Regni officiis, lib.* 1. *fol.* (*mihi*) 28. d) *Aur. Bull. Carol. IV. t.* 4. *&* 7. *&* 10. e) Quamvis omnem jurisdictionem Electores ab Imperatore habeant, potestas tamen eligendi penes eos indubitanter est, *Daniel Moller. ad constit. Elect. Saxon. t.* 13. *n.* 24. *part.* 3. Hanc potestatem amittit Elector, si pecuniam pro suffragio accepit, *Simon Pist. cons. t. n.* 30. *& seqq* Formam Electionis *vide in Aur. Bulla Carol. IV. t.* 2. *de Elect. Rom. Regis.* Possunt & Imperatorem justis de causis, cum Consilio Statuum, rursus deponere. Sic Wenceslaus ob ignaviam depositus, *Mynsing. resp.* 19. *n.* 6. & in ipsa Rheni ripa, apud oppidulum **Lonstein** / tribunali excitato, sententia exauctorationis publicata, Anno 1400. 20. August. Præter hanc potestatem multa alia sunt Electorum privilegia. Illis peculiariter concessum est, ut ipsimet, absq; veniæ impetratione, conventus, pro salute & incolumitate Reipublicæ in Germania indicere possint, *Aurea Bull. t.* 12. Et hoc hactenus observatum. Sed hoc Hispanis, Neapolitanis, Bohemis interdictum, *Bodin. de Repub. lib.* 3. *c.* 7. *Thom. Minad. ad constitut. Regni, p.* 35. *n.* 56. *Marin. Freccia de Subfeud. Baron. lib.* 1. *p.* 17. *& seq. Rol. á Valle cons.* 17. *n.* 32. 33. *lib.* 3. *Acta Bohemica de Anno* 47. Præterea, vigore Aureæ Bullæ jus dicunt, neglectâ appellatione *t.* 11. licet hoc jus Ecclesiastici Electores & Comes Palatinus neglexerunt. Est & inter ipsos Principes Electores unio & fraternitas quædam, arctissimo fidei mutuæ vallo munita, alias omnes cæterorum Principum consociationes longo intervallo superans. Adhæc, non tantum ipsum Imperatorem eligunt, sed eundem etiam ex formula præscripta, quam Capitulationem nominamus, Imperio universo obligant, & alia peragunt quæ ad Imperii majestatem tuendam faciunt. Quocirca & frequenter ad eosdem pro oppressorum sublevatione recurritur, & querelæ de violatione jurium imperii præferuntur. Electores etiam in omnibus ditionum suarum fodinis illâ immunitate gaudent, ut nullam inde decimam Imperatori præstare teneantur, sed totū illud jus habeant, quod Imperatori competit, *Aur. Bull. t.* 9. Privilegium illud & eó pertinet, quód salinæ ut regale illorum Principum sint, etiamsi in iis locis inveniantur, quæ Imperii revera sunt, respectu directi (ut Dd. loquuntur) Dominii, & quæ ab Imperio jure feudi tanquam vasalli tenent, eâq; ratione, quod ipse Cæsar in salinis

habet, quoad ipsam proprietatem & utilitatem, in locis etiam publicis, ex concessione Cæsarea ipsi Principes habere censentur in iis locis publicis, quæ ab Imperio habent. Placuit enim Carolo IV. ut omne jus, quod in salinis Imperatori debetur, in eos per privilegium transferatur, in omnibus terris, ditionibus & locis, quæ ab iis possiderentur, sive privata sive publica essent. Sed eó tandem deventum est, ut & alii nonnulli Principes & Ordines Imperii ex præscriptione, vel ex concessione ipsius Imperatoris hoc jus tanquam regale exerceant, salinarumque etiam expressé in investituris mentio fieri soleat. Et sunt quibus hoc jus salinarum multó ante prædictam Auream Bullam ab Imperatore concessum fuit, ex quibus est Archiepiscopus Magdeburgensis, qui ab Othone Imp. ante annos mille, hoc regale in Saxonicis Hallensib. salinis obtinuit. Archiepiscopi rursus easdem subditis concesserũt. Nonnunquam enim in feudum dederunt, vel per breve testatum, vel per ceram, & pars non minima Archiepiscopali mensæ destinata, & hujus usibus sepositа. A multis annis cœperunt Archiepiscopi Salinarum mensalium reditus civibus Hallensibus hac lege concedere, ut aliquam partem ex his Archiepiscopo pendant, vulgó **die außläuffe** vocant, reliquum verò sibi servent & lucrentur. Et extat constitutio Ernesti de Anno 1479. quam se servaturos singuli successores jurató promittunt, in quâ diserté cautum est, ne mensales Salinæ aliis, quám civibus Hallensibus concedantur. Cúm quoq; Principibus Electorib. Imperatores Germani cognationis necessitudine hactenus feré devincti fuerint, & hodié sint, ejusdemque factâ mentione, secundúm officii commemorationem ab Imp. compellari soleãt, hinc factũ est ut Ecclesiasticis nomen NEPOTUM ab Impp. tribueretur, ut, quia de naturalis cognationis & necessitudinis prærogativâ gloriari non possent, civilis quasi ἰσοτιμίας beneficio, suis coëlectoribus inferiores minimé existimari possent. *Auctor. Frideric. III. in Reformat. Francofurt. Anno* 1442. Sic Cardinales Romani, ut primi gradus filii Pontificis & pars corporis reputantur. *Cardinal. Palæot. de Sacr. Consist. Consult. p. 1. q. 6. Anton. par. 3. t. 21. de Statu Cardin. cap. 1. & seq. Nicol. Ant. Gravat. ad prax. octav. vestr. lib. 1. t. 1. n. 9.* Illud & addo, quód in Electores committatur crimen læsæ Majestatis, *Aur. Bull. t. 24. Mynsing. Resp 44. n. 9. & seqq.* & habeant jura Archivi, *Rutger. Ruland. in tr. de commiss. & commissionibus p. 2. lib. 5. c. 4 n. 18.* jus Notarios creandi, quorum auctoritas in Imperio Romano sit universalis, non habent; non dubium tamen est quin in eorum territoriis valeant. *f*) Rectè: Existimavit enim prudentissimus Imperator, Imperium Romanum in portu consistere, si ex togata & armata militia Senatum constitueret. Hinc & Imperium Romanum SACROSANCTUM dicitur. Numerus hic Electorum ad tám strictam observantiam redactus est, ut cúm Maximilianus I. Imp. aliquando Electores pertentaret, quó jus suffragii in electione Imperatoris Archiducibus Austriæ communicarent, nihil effecerit: *Hartman Maurus de Elect. Carol. V.* *g*) Cúm Moguntinus, Colonienſis & Treverensis Episcopi alios semper antecessissent, ideó Imp. illos Cancellariorum munere, quod proximum est post Principem fastigium, fungi voluit. De tribus hisce Archiepiscopatibus Electoralibus noti sunt veteres versiculi:

Treveris ætate, sed rerum proprietate
Gaudet Agrippina; sed honore Moguntia prima.

De nomine Cancellarii videatur P. Pithœus 2. *adversar.* 12. Cancellarius simpliciter

ter pro scriba & actuario usurpatur sæpissimé in Legibus Longobardicis & Francicis ; sed qui huic ordini præpositus , summus & primus Cancellarius in maxima fuit existimatione & dignitate. *Hincmar. Epist. 3. c. 16.* Summus Cancellarius, qui á Secretis olim appellabatur ; erantque illi subjecti prudentes & fideles viri, qui præcepta regia absque immoderata cupiditatis venalitate scriberent, & secreta illis fideliter custodirent. Posteriores eum Archicancellarium dixerunt , ut in literis Caroli Crassi : Waldo Cancellarius , ad vicem Ludovici Archicancellarii. Anno DCCCLXXII. Indict. v. Græcis is fuit λογοθέτης , μέγας λογοθέτης ἀρχιλογοθέτης, Logotheta generalis , *Paul. Diacon. lib. 23.* *h)* Nicetas Choniates in Friderico Imp. *lib.* 8. Moguntinum , Germaniæ Archicancellarium , nominat λογοθέτην. Magna est sedis Moguntinæ prærogativa: *de qua Annales Mogunt. lib. 1. cap 24. & lib. 5.* Moguntinus Archipræsul, illustris Collegii Principum Electorum Decanus appellatur in quadam Epistola Electorum ad Benedictum XII. P. editâ á Marq. Frehero *Tom. 1. German. fol. 427. & in lib. Ceremoniar. Eccles. Romana lib. 1. Sect. 13. c. 3. t. de Recept. alien. Princip. Elect. Imper.* Primas itaque in Collegio Electorum Moguntinus tenet, & imperio vacante Principes ad Electionis consilium ineundum convocat, idque ab antiquo obtinuit , *teste Othone Frisingense lib. 1. Frideric. c. 16. Günther. Ligurin. lib. 6.*

——— ad proceres electio pertinet, in qua
Præcipuam vocem Præsul de jure vetusto
Moguntinus habet. ———

Illud notatu dignum , Moguntinum Archipræsulem antiquitús jus habuisse coronandi Bohemiæ Regem, & consecrandi: *quod liquet ex privilegiis Odochari & Wenceslai Regum , quæ exhibet Ioan. Trithem. Abb. Spanheim. ad annum* MCCXXVIII. *& Hirsaug.* MCCCX. Hoc ipsum etiam observari potest in ipsorum monumentis Moguntiæ in templo Cathedrali positis , ubi Archiepiscopi quidam Reges á se consecratos, juvenili formâ expressos , quasi filios quosdam spirituales, sub manibus tenent, *Brusch. & Cratepol. in Catolog. Episc. Mogunt.* Sed hoc jus & summam prærogativam Henricus ex Comitibus á Firnberg, Archipræsul Moguntinus, Ecclesiæ Pragensi auro venditum transscripsit. *Trithem. & Brusch.* Verùm M. Albertus Argentinensis refert, Carolum Marchionem Moraviæ , odio ejus Henrici á Firnberg. Pragensem Episcopatum in Archiepiscopatum erexisse , & Moguntini subjectione exemisse, eidemq; jus coronandi Regis cõcessisse, Anno 1346. Nec hoc silentio involvendum, Willigisum, Otthonis III. Præceptorem , primum ex Diœcesi Moguntina Septemvirum perhiberi. Hic ut veræ suæ conditionis memor esset, quia natus erat patre rhedario, ex pago Saxoniæ **Schöningen** / rotam , multis locis depictam, sibi, velut imaginem modestiæ probandæ , proposuit , cum hac inscriptione: *Willigis, Willigis recole, unde veneris, & prioris fortunæ memor, qui nunc sis, considera.* Hinc etiamnum hodié Archiepiscopatus Moguntinensis insigne , ROTA , perduravit. *i)* Maxima ex parte ea Imperium , per Vicarios Imperatoris gubernata , ante illas posteriorum Cæsarum alienationes, recognoscebat. Colonienſis ergo Archipræsul Cancellarii per Italiam titulum habet , vel trans Alpes. Sic legitur in diplomate , de Anno 1275. **Wir Stvert Ertzbischoff von Cöln / des Reichs von Overberg Ertzcantzler.** Ottho III. Imp. Herebertum Coloniẽsem Archilogotheten appellat in hac inscriptione: *Ottho Imp. Augustus solâ Dei gratiâ , Hereberto Archilogetheta*

theta gratiam, & Coloniam, & pallii cubitum unum, &c. *k*) Nempe per eam Galliæ partem, quę regno Arelatensi continetur, quæ sola Romanum Imperium recognoscebat. Arelatense regnum in divisione nepotum Caroli M. quâ totum Francorum Regnum in Germanicum & Gallicum dividebatur, Germanico Regno cum octo Comitatibus suis tributarium & subditum fuit, & per aliquot secula, usq; ad alienationem á Carolo IV. factam, mansit. *Alphons. del Beve de Regno Burgundiæ trans Intanæ & Arelatensi.* Nam pet cæteram Galliam Cancellario minimé opus fuit. Errat ergo Abbas Stadensis, qui ad annũ 1240. notat, *Treverensem, quamvis de Alemania non sit, antiquitatis intuitu eligere.* Nam Treveri ab omni antiquitate Belgis annumerati, & ipsi Germanicam originem affectabant. Hanc Archicancellariorum institutionem, circa Othonis M. tempora exortam, ex ipsorum Impp. privilegiis seu diplomatibus publicis se observâsse ait Onuph. Panvin. Si enim Italiam ingrediebatur Imperator, Colonienſis Privilegia seu diplomata Imperialia signabat, ejusq; interventu & nomine edebantur; Idem factitabat Moguntinus, si in Germaniã; Treverensis, si in Galliã concederet. (Errat ergó P. Greg. Tholos. *de rep. lib. 6. c. 13. n.* 25. Moguntinũ nomine Germaniæ, Treverensem Galliæ, Colonienſem Italiæ nomine electionis munere fungi.) Hæc subscribendi & subsignandi consuetudo duravit ad Friderici II. secula, deinceps in desuetudinem abiit. Cùm quoq; ab annis 600. nihil habuerint Impp. in Gallia, regnumq; Arelatense, exceptâ Sabaudiá & Burgundiâ, jamdudum Imperiisse esse desierit, *secundùm Michael. Coccin. de translat. Imp. lac. Spigel. in Schol. Alphonsin. ad Æneam Sylv. lib.* 1. in Italia verò annis propé 300. parum Imperatorii juris, præter quosdam interdũ opem Imperii implorantes, deprehendamus: quocirca etiam Cancellariorum, qui per Galliam & Italiam fuerunt, potestas diminuta est, adeó ut nihil feré, nisi nuda nomina restare videantur. Hinc factum est, ut omnia, quæ ad Archivum Imperii spectant, in solum Moguntinum Archipræsulem, Germaniæ Archicancellarium collata sint. Hodié nomine Moguntini, Aulæ Imperatoris Vicecancellarius subscribit. De Officiis Archicancellariorum est Aur. Bull. Caroli IV. *t.* 25. Tantis honoribus Ecclesiastici Electores ab Impp. cumulati, ut potentissimorum Imperii Principum opes & potentiam, si non superare, at facilé æquare possint. *Lupold. de Bebenburg. de Zelo German. vet. Princ. c.* 10. *Theodor. á Niem de Privileg. & jurib. Imp. c. de Othone I. & pass. ib. & c. de Othone II. & III. Franc. Irenic. Exeges. Germ. lib.* 2. *c.* 10. *lib.* 3. *c.* 35. 36. 37. Prærogativam autem hanc Electuræ obtinent, non ut Ecclesiastici, sed ut ditionũ amplissimarum Domini, & Imperii Principes, & manente Electorali dignitate Episcopalis separari potest, *Molin. in c. consuet. Paris. t.* 1. *in pr. n* 71. Ludovicum Pium Imp. Episcopos inter Imperii Principes legisse, refert Helmold. *lib.* 1. *c.* 4. In Rep. Romana, & aliis licuit Sacerdotibus & Religiosis in Republica versari: Cum Regno quoque & Sacerdotio quandoque Imperium conjunctum fuit. *P. Ærod. Rer. judicat. lib.* 1. *t.* 4. *c.* 12. *Iohan. Cas. in Spher. Civit. lib.* 4 *cap.* 15. Sic apud Francici Regni moderatores, in constitutione Parium, Ecclesiastici secularibus adhibiti leguntur. *Hotom. in Francogall. c.* 17. Magna certé veterum Principum devotio fuit, ut sine sacerdotibus & Episcopis nihil magnum feliciter se absolvere posse sperarent, & ita demum rectè omnia processura crederent, si religionis Antistites suis consiliis præsentes & tanquam directores haberent. Sed cur nostro tempore inter Consiliarios locum eos habere Principes nolunt? Sileo. Aliquid tamen addo. Abutuntur fortè

suâ

suâ auctoritate, & cùm plerumque rerum Politicarum imperiti sint, primas tamen sibi deberi partes, seque maximé oportuna dixisse & consuluisse existimant. Sed manũ de tabula. Ecclesiastici Electores decedentes Capitulo resignant, á quo alius in vacantis locũ eligitur. Hic ita electus, promissâ fidelitate, regalia ab Imperatore obtinere tenetur, ex specialibus Friderici concordatis cum Pontifice *Renat. Choppin. de Doman. lib. 2 t. 10 n. 7.* sed his regalibus rursus privantur, si adversùs Imp. deliquerint. Nam ordinariâ banni pœnâ, uti seculares, non afficiuntur. *Gail. 1. de P. P. c. 8. n. 13. Mynsing. 5. obs. 58. n. 8.* Illud obiter addo: Augustę Imperatrici, ne quid ad majestatem deesset, inter alia officia, ejus juribus deputata, Cancellarium etiam ordinarium & perpetuum ei adsignarunt Abbatem Fuldensem, Principis jura habentem. *Munster. in Cosmogr.* Tribuerunt & Archisacellanum Abbatem S. Maximini apud Treveros. Nunc ad alia pergo. Quemadmodũ domus Romula septena in collibus templa condidit, ita septem Germanię sunt ædes sacræ primarię, sive Metropolitanæ, ut vocant, á priscis Imperatoribus olim constitutę: Moguntina, Colonia, Treveris, Magdeburgum, Salisburgum, Brema, Riga. I. MOGUNTIÆ subjecti Episcopatus, ceu Ecclesiæ suffraganeæ: Wurciburgum sive Herbipolis, Wormatia, Spira, Argentina, Augusta, Aichstadium, Curia, Constantia, Hildesia, Werda, Padeborna, Halberstadium, II. COLONIÆ: Monasterium, Trajectum, Leodium, Minda, Osnabruga. III. TREVERI: Metis, Tullum, Verodunum. IV. MAGDEBURGO, cui primatus & suprema jurisdictio in omnes Germaniæ Archiepiscopos ab Othone I. Imp. fuit cõmissa: Mersburgum, Naumburgũ, Brandeburgum, Havelburgũ, Misna. V. SALISBURGO: Tridentum, Brixia, Passavium, Frisinga, Vienna, Seccovia, Goritia, Laventinũ, Chiema, Ratispona. VI. BREMÆ: Lubeca, Suerinum, Lebussa, Slesuicum, Megapolis, Raceburgũ, Hamburgum. VII. RIGÆ: Revalia, Curia, Upsalia, Atrebatum. Sunt præter hos & alii quoq; in Germania Episcopatus, imprimis Papeberga, sive Bamberga: quæ olim Moguntiæ subjecta, hodié ab omni jurisdictione libera, solius Pontificis Romani imperium agnoscit. Præterea Basilea, Cameracum, Sedunum, Lausanna, quæ Metropolis Vesuntinæ suffraganea Gallię nunc feré annumeratur. Est & Archiepiscopatus, Pragę, cui Olomuncia & Vratislavia subest. Sed de his omnibus commodior dicendi locus se offeret. *l)* Inter Politicos Electores primum locum obtinet Comes Palatinus Rheni, de cujus dignitate multa præclara consignavit Marquard. Freher. *in Origin. Palat. lib. 1. c. 1. & 2.* Præter eligendi Regis & Imperatoris potestatem eximium hoc jus est, quod vacante Imperio Romano Comiti Palatino Rheni, nec non Electori Saxoniæ incumbit, ut vices Imperatoris Romani in omnibus & per omnia sustineant *Aur. Bull. 1. 5.* Hic vicariatus non aliunde quám vi & jure præfecturę Palatii veteris, sive Majoratus domus sub regno Francorum descendit: & præalius duo Palatini Rhenenses & Saxonicus (nam & ipse Palatinus antiquitùs appellabatur) totius Imperii vicariam administrationem, diversis inter se limitibus, meruerunt. Nam Imperium Romanum erat tum divisum in duo regna, Lombardicum & Teutonicum: Teutonicum duplici jure regebatur, Francico & Saxonico: hoc gentem Saxonicam ad mare Balthicum & Sarmatiam; illud tractum Rheni, Franconiam & Suevium, Bavariam, Austriam, ad Alpes usque complectebatur: conveniens itaque visum fuit, ut duo illi Palatini, ceu proximi á Cæsare, eo absente vel mortuo, vice sacrâ regnum totum Teutonicum gubernarẽt. Hoc á majorib. institutum

ſtitutum Carolus IV. in Comitiis Imperii Noribergæ confirmavit, & Aureæ Bullæ inſeruit: & Cæſares tám ante, quám poſt illum, peculiaribus diplomatis, ut & alia regalia, Palatinis Principibus confirmare conſueverunt. Exempla referre nimis longum foret. Quamvis autem hi duo Vicarii Imperatoris vices ſuſtineant, non tamen de feudis Regalibus, **Fahnenlehen** (quorum inveſtitura per inſigne vexilli conferri ſolet. Antiquitús Regna per gladium, Provincię per vexillum tradebantur: *Otho Friſing. lib. 2 c. 5.* uti etiam Vexillis reſignabantur. *Idem lib. 2. c. 32.* **Fahnenlehen** etiam in jure Saxonico legimus, **Lehenrecht** *c. 21.*) quicquã illis decernere permittitur. Nam feuda Ducatuum & Principatuum in publicis Comitiis vel curiis cum vexillis ab Imperatore accipiuntur. Sed Ludovicus Barbatus, cognomento Pius, abſente Ruperto Cæſare patre, inter alia negocia rité geſta, diverſis Imperii Principibus, Comitibus, civitatibus & ingenuis, feuda Imperii conceſſit, fidem pro Rege ab eis accepit, privilegiaque eis confirmavit. Rectè. Cùm enim Rupertus Cæſar, pater illius, exercitum in Italiam duceret, Anno Domini MCCCCI. filio ſuo gubernationem in terris Teutonię certo modo proficiſcens commendavit, ordinibusq; Imperii id denunciavit, eique interea parêre & inter ſe pacem ſervare juſſit. Illud & Comitis Palatini Rheni inſigne privilegium eſt, quód ipſemet Imperator coram eo conventus ſtare & reſpondere cogatur, *Aur. Bull. Caroli IV. t. 5.* Quemadmodum enim Præfectus Palatii in aula Regia & Prætorio Francorum, ampliſſimâ in omnes juriſdictione, nullo penitús exempto, judicabat; ita ipſe Princeps, ſi ab aliquo conveniri ſe patiebatur, coram hoc ſolo ſe ſiſtere dignabatur. Hoc ſummi honoris πυμήλιον in hoc Romano-Germanico Imperio penes Palatinũ Rheni ſolum, nullo Electorum in ſocietatem admiſſo, remanſit, & ut conſuetudine, hoc eſt, uſu antiquo introductum à Carolo IV. *d. t. 5. Aur. Bull.* confirmatum. **Weichbild** *lib. 1. art. 8. & 9. Reſtaur. Caſtald. in tr. de Imperat. q. 92.* Et ſané olim hæc cognitio in Rheni fluminis ripam prope oppidum **Rhenſe** fieri ſolebat; Henricus Stero Monachus Altahaſenſis, in Anno MCCC. Nam eo in loco antiquitús negocia Imperii publica, præſertim circa Regis Electionem vel Depoſitionem, ab Electoribus expediebantur. Sed hodié non alibi quám in curia Imperiali, vel alio quocunq; loco, ubi Imp. ſeu Rex Romanus præſens eſt, conveniri poteſt. Non minima & hæc Sereniſſ. Comitis Palatini, poteſtas, non ſolúm nobiles, ſed etiam Comites creandi, ab antiquo præſcripta & diverſis actibus comprobata. Hinc poteſtas illa dandi inſignia, plebejos nobilitandi, ſpurios legitimandi in titulares & imaginarios illos Comites Palatinos derivata, originem traxiſſe videtur. Sed quorſum hæc? Omnium jurium ſingularium tantæ dignitati competẽtium hæc pagina minimé capax eſt. Sereniſſ. Comitis Palatini munus in curiis ſolennibus, ut & in coronatione Regis vel Imperatoris, Comitiis Imperii & aliis panegyricis conventibus, ut & olim in Concilio Conſtantienſi, ſeſſione XIV. ut Imperatori pomum ſeu globum aureum præferat, quod eſt Imperii inſigne præcipuum, & ab omni feré antiquitate globus ille ſignum univerſalis Imperii, quem etiam Auguſti ſtatua manu tenens Romæ viſitur. De ſtatua Juſtiniani Imp. Conſtantinopoli poſitâ, teſtantur Procopius & Codinus *in Originibus*. De eodem ab Impp. Græcis geſtari ſolito, teſtis eſt Cedrenus, Glycas, Niceph. Gregoras. Imperatori Græcorum præter ſceptrum & ſpatham, præferebatur etiam lampas, ſecundúm illud: *Luceat lux veſtra coram hominibus. Codin.* Ab his Germani Impp. mutuati deinde hoc ornaméti genus videntur, quod globum, pomum,

pomum, pallam vocarunt. Pulchrè Godefridus Viterbiensis *de ipso pomo & cruce super imposita.* In coronatione Guilielmi Hollandiæ Comitis in Imp. Ludovicus Palatinus ita dixisse fertur: *Accipe globum spharicum, ut omnes terræ nationes Romano Imperio subjicias, & Augustus glorioſus appellari valeas.* Hoc signum pomi crucigeri, quod olim Cæsarum proprium, hodiè etiam cæteri Reges gerunt. Anabaptistarum etiam seditiosus Regulus, in civitate Monasterienſi, pomum cum sceptro usurpavit. Eleganter Marq. Freher. 1. *orig. Palatin.* 15. ubi addit: Caroli V. concessione Fridericum II. Electorem vacuo clypeo inseruisse pomum aureum, seu globum crucigerum, imitatione collegarum, Saxonis & Brandeburgici, qui officiorum insignia etiam gestant. Electoratum Palatinum ad Rhenum, ab eo tempore, quo ab Othone III. Imp. cum aliis institutus est, quinque familiæ tenuerunt. 1. Francia Lotharingica Mosellana, é qua Electores duo orti. 2. Cattorum & Francorum, ex qua unus Cuno sive Cunradus. 3. Suevica, ex qua Cunradus Sueviæ Dux. 4. Guelphica, ex qua Henricus. 5. Wittelsbachica & Bavarica, ex qua novendecim. Nova hoc contentiosissimo seculo, quo omnia in dubium ferè vocare licet, orta est controversia; utrùm dignitas Electoralis propriè competat domui Bavaricæ, an Palatinæ Rhenanæ, in qua nunc est? Sed non mihi fas tantam componere litem: Auctor hujus controversiæ Christophorus Gewoldus, Consiliarius Bavaricus. Respondit ei Marq. Freher. Consiliarius Palatinus: Scripta extant publicé, & plura propediem exspectamus *m*) Sereniss. Electorem Saxoniæ, unà cum Palatino Rheni, Vicarium Imperii esse, ex iis quæ *lit præced.* dicta sunt, satis liquet. Præterea, jus provocationis nescium, Electores, ut & Duces Saxoniæ, veluti peculiarem præeminẽtiam & κειμήλιον, aurũ Tholosanum exuperans, sibi vendicant, primitus nobili usu, memoriâ hominum experte, quæsitum, postmodum ab Imper. Ferdinando Anno 1599. privilegio obfirmatum. *Andr. Knichen in Frecleben in Elect. & Ducum Saxoniæ, &c. jus & Privil. comment. verb. litis provocatoria nescium. cap.* 1. *& seqq.* Quibusdam tamen in Electore Saxoniæ peculiaris quædam ratio militare visa est, quòd nempe is sit singularis defensor juris Saxonici constitutus. *Albinus in hist. Misniæ part.* 1. *t.* 16. *P Heig. p.* 1 *q.* 4. *n.* 35. *& seqq* In Ducibus Saxoniæ Otho III. officium constituit perpetuum cum Electoratu; permansit autem in quinque familiis. 1. Ex Hermanni Bilingi posteris Ducum Lunæburgensium, ex qua non tres, ut quidam volunt, sed quatuor numerantur: Bernhardus, Hermanni Bilingi de Stubeckshorn filius: Bernhardus II. ejus filius, Elex. Saxon. Dux Angriæ & Westphaliæ: Ortholphus, ejus filius, Magnus, filius ejus. 2. Comitum Supplenburgi, é qua unicus Lotharius, postea Imperator. 3. Ducum Bavariæ Guelphorum, é qua duo. 4. Principum Anhaltinorum sive Ascaniæ, é qua octo: in hac duravit Electoralis dignitas annis 227. secundùm Fabricium; vel. 242. secundùm Spalatinum *t.* 2. *fol.* 29. vel. 253. secundùm Faustum im Stambaum *fol.* 162. *& in anatomia statuæ Danielis, part.* 4. *fol.* 339. 5. Comitum Wettinensium & Marchionum Misniæ ex Witekindæa domo: é qua Electores undecim. De his plenius Historici Saxonici. Gravissima hîc oritur quæstio, quæ sæpè in Saxonia nostra movetur: *An absq; injuria Ducum Saxoniæ Lauenburgensium, Sigismundus Imp. Ducatum & Electoratum Saxoniæ Friderico I. bellicoso Marchioni Misniæ concesserit?* N. Alb. Krantz. *in Saxoniæ lib.* 8. *c.* 28. *& lib.* 9 *c.* 19 *cum seq. & lib.* 10. *c.* 3. Affirmativa verior. *Andr. Knichen in Comment. in jus Sax. verb. Electorum, c.* 2. Altera quoq; non minùs controversa fuit olim: *Vtrùm sine injuria An-*

haltinorum Principum? A Knichen *d. loc.* Sed manum de tabula. Elector Saxoniæ, Portitor ensis, Marescallus, prefert ensem nudatum & strictum Imperatori in signũ justitiæ, cujus etiam insigne sunt duo gladii decussatim compositi. Ita apud Byzantinos fuerunt Spatarii, & Protospatarii, qui & Spataferii dicuntur. Olim præfectus Prætorio gladium Imperatori præferebat, in signum meri Imperii. *P. Faber 1. Semestr. 3.* *n*) sive Archicamerarius: Cubiculi regii custos, fisci præfectus, cujus insigne sceptrum (olim etiam clavis) quod in argumentum gubernationis Imperatori, quando coronatur, præfert, & etiam in insignibus suis gerit & ostendit. *Marquard. Frehen. 1. orig. Palat. 15.* Apud Græcos, Camiclinos, *Günther. VIII. Ligurin.*

Hic Camiclinus erat, nobis Camerarius idem.

Et sané antiquissimum apud omnes gentes regiæ dignitatis signum Sceptrum. Hinc σκηπτοῦχοι βασιλεῖς Poëtis dicuntur. Galliæ Reges sceptro suo lilium impositum habent, vel manum, duobus cum pollice digitis erectis, fidei signum habentem, Apud veteres etiam Cæsares Romanos Præfectus sacri cubiculi summæ erat dignitatis, exæquatus ipsi Præfecto Prætorio, vel Urbi, vel Magistro militum. In cujus dignitatis signum gladii ferendi potestas illi concessa erat, *Xiphil. in Dom. & l. 1. & l. ult. C. de Præp. Sacr. cubic. P. Faber 1. Semest. c. 3.* Henricus Monachus in Rebdorff *in Chron.* ad annum M. CCC. XLVIII. annotat, de sceptrifera dignitate fuisse contentionem aliquando inter Brandeburgensem & Juliacensem, in coronatione Caroli IV. Imp. cúm Marchio Juliacensis sceptrum teneret regale, Ludovicum Marchionẽ Brandeburgensem eripere illi conatum de manu, dicentem, ad officium suum spectare: unde rumore inter illos suscitato, Regem intervenisse & per Principes fuisse definitum, hac ratione: Quód, quando Rex Romanorum coronatur, tunc ad officium Marchionis Brandeburgensis spectet sceptrum regale tenere: sin autem feuda regalia concedit, tunc ad officium alterius Marchionis hoc spectare. Sit fides penes auctorem. Otho III. ita exigente necessitate, propter Sclavorum & Hunnorum depopulationes, Brandeburgico detulit Camerarii officium cum Electoria dignitate, ut conjunctis viribus Sclavis & Hunnis resisteretur. Quemadmodum autem Marchia varios experta est possessores, secundúm versiculum:

Mutavit Dominos Marchia sæpé suos:

Ita etiam ad diversas familias officium cum Electoratu pervenit. 1. Comitum Wettinensium: é qua tres. 2. Comitum Stadensiũ: é qua quatuor. 3. Comitum Ascaniæ & Principum Anhaltinorum: é qua tredecim. 4. Comitum Wittelsbachiorum & Ducum Bavariæ, é qua tres. 5. Lunæburgicam: ex qua duo. 6. Comitum Zollerensium & Burggraviorum Norimbergensium, ex qua novem. Illud addo, Electoris Brandeburgici privilegium de non appellando confirmatum fuisse á Rudolpho II. Anno 1586. *o*) Duces Bohemiæ primó Carolus Magnus; deinde Henricus Auceps Imperio tributarios fecerunt, *Krantz. lib. 6. Vandal. c. 6. Helmold. lib. 1. cap. 8.* Sed tributum Fridericus II. ad petitionem Primislai, remisit, *Dubrav. lib. 15. histor. Bohem.* ita ut liberé illis sine ulla tributi exactione regnare licuerit. Hodié etiam Reges Bohemiæ non operas, non voluntarias collationes præstant, nec gratuita onera ferunt. *Hart. Maurus de Coron. Caroli V.* Quamvis autem Duces Bohemiæ subindé in ordinẽ redacti sint, ut & ab Othone III. semel atq; iterũ factum, nihilominús rebellionis fuerunt studiosi: Quocirca, ut Bohemię Ducẽ in obsequio retineret, eum Pincernam Imperii & Electorem designavit. (Imperatores etiã Duces

tes Bohemiæ aliquoties regio titulo condecorarunt, illiq; vicissim eos superiores agnoverunt. *Lud. Fachs. conf. 4. nu. 21. post lib. 2. consil. Modest. Pistoris. M. Ant. Peregrin. conf. 2. n. 3. lib. 3.* Cùm Henricus IV. Imp. Romam proficisceretur pro corona, Wladislaus Rex eum comitatus est, cum armata c c c. clypeis legione. Rudolphus Rex Wenceslaum, generum suum, non tantùm in Regem, nuptiis Egræ peractis, coronavit, sed ipsi & successoribus dignitatem facultatemq; eligendi plenissimam, cum officio pocillandi, quod ipsius avis & progenitoribus competierat, ad instat reliquorum Electorum confirmavit, ut Annales perhibent. Num hodié Rex Bohemiæ sub Imperio, dubitant nonnulli? Omninó. Imperator enim contra omnes & cujuscunq; status personas fundatam intentionem habet, *in constit. de Nov. Cod faciend. c. in apibus, 7. q. 1. Gail 1. de P. P. c 6. n. 14. Castald. de Imp. q. 52 nu 4. in fin. Cephal. conf. 369. n. 69. Cacheran. conf. 13. n. 1.* Præterea, Imp. ei privilegia concessit *Aur Bull. t. 8.* Jam autem privilegiorum concessio, in eo qui concedit, superioritatem; in eo, cui conceduntur, subjectionem arguit. *Carol. Tapia in rubr. de constit. princip. c. 4 nu. 30. & seq. Marta de jurisd. p. 1. c. 33. n. 8. Riminald. conf. 268. n. 41. lib. 2.* Adhæc, satis id evincunt exempla investiturarum cùm aliorum, tùm imprimis Ottocari. Nam hunc debitum obsequium Rudolpho I. præstitisse, subq; vexillo de ipsâ Bohemia investitum fuisse, testatur Æneas Sylv. *in Bohem. c. 27 & in Hist. Austral. Anno 1567.* Dubrav. *Hist. Bohem. lib. 17.* Hæc petitio renovationis investituræ, tēpore Friderici III. neglecta fuit, ideó Imp. regni ejus ordinationē suam esse asseruit. *Æneas Sylv. in Bohem. c. 72.* Ordines Bohemiæ alloquens, beneficiarios Cæsaris Ferdinandus nominavit. *Sleidan lib. 18. vid. Caroli IV. Aur. Bull. t. 7. t. 24. t. 26.* Quocirca optimâ ratione Regnum Bohemiæ Imperio subjectum, ejusque feudum esse asserimus. *Sigismund. Loffred. in Paraph. Feud c. 5. de Nova form. fidel. Alvarot. in t. quia dic. Dux. Vincent. Cabot. 2. disp. 12. Camill. Borell. de præst. reg. Cathol. c. 47. n. 12.* Reges Bohemiæ ab Impp. citatos & judicatos fuisse: & Ottocarum tribus vicibus ab Imp. Rudolpho I. citatū, emanentemq; contumacem declaratum fuisse, refert Aventin. *lib. 7. Annal. Bojor.* Cuspin. *in Rudolph. I.* Olim quoque Reges Bohemiæ á Moguntino coronari & inungi solebāt, *Trithem in Chronic. Spanheim. Anno 1318. Cuspin. in Henrico Francisc. Modius Pandect. Triumphal. lib. 4 c. 6. & 7.* Sed tempore Ludovici Bavari, Pragensi Episcopo in Archiepiscopum evecto, hoc jus Moguntino ademtum, & in Pragensem translatum fuit. *M. Albert. Argent. in Chronic. Anno 1346 Cuspin. in Ludovic. Bavaro Æneas Sylv. in Germ. Henr. Rebdorff in Annal. tom. 1. M. Freheri.* Sed Henricus II. Othonicam sanctionem minimé observavit, dum in ultimo elogio Cunradum Sueviæ Ducem, ex regio sanguine oriundum, designavit. *Witichind. in Geneal. Ducum Saxon. part. 1. c. 18* Quo factum est, ut omnes Principes Germaniæ jus suffragii sibi vendicarent, hinc innumera bella orta & anté sanatæ dissensiones recruduerunt. Denique, Carolus IV. cùm videret Imperii salutem, nisi in usum Othonica sanctio revocaretur, consistere minimé posse, repetitâ contra ipsum Electione, transmutavit ordinem, & Marchioni Brandeburgensi primario, quia filius, tribuit ultimum. Olim Bohemus erat noviissimus, *Krantz. lib. 4. Saxon. 28.* Palatino primum, Saxoni medium locum, & quoniam Regnum Bohemiæ ad se spectabat. voluit sibi conciliare quandam præeminentiam, ut Rex Bohemiæ, qui non obstante Regiâ dignitate in ultimis consisteret, sessurâ reliquos anteverteret, & una cum coëlectoribus, secundùm Othonis constitutionem, electionis interesset, sed tan-

tùm si paria essent vota, ipse arbiter & Palæmon existeret. Quo nomine etiam ut Rex Bohemiæ votum sibi reservavit, *in præfat. Aur. Bulla. Platina in Gregor. V. Irenic. in Exegesi German. lib. 3. c. 33. Hostiens. in c. Venerabilem, §. verò verb. illu & ibid. Zabarell. n 7. de Elect. Bald. in Margarita, verb. Annus. Alb. de Rosate in l. Bené á Zenone, n. 4. C. de quadr. præscript. gl. in c. ad Apostolica de sentent. & rejudic. Alvarot in c. 1. n. 9. t. quis dic. Dux.* Joan. Dubravius *lib. 6. Additus tamen sex illis principibus*, ait, *postea Rex Bohemus fuit, Elector septimus, ad tollendam discordiam, quæ inter pares numero, pari suffragio concurrente, nonnunquam intercedebat.* Nonnulli statuunt Regem Bohemiæ omninó votum non habuisse, *text. in specul. Saxon. lib. 3. art. 57. ubi dicitur, Regem Bohemiæ non eligere, quia non sit Germanus.* **Landt- vnd Lehnrecht** *lib. 1. c. 29. §. 1.* Abbas Stadensis ad annum 1240. scribit: *Bohemiæ Regem Pincernæ quidem munere fungi, verùm non eligere, quia non sit Teutonicus.* Sed errat; sic debuisset concludere: Rex Bohemiæ eligit, quia Pincerna, licét Teutonicus non sit. (Est tamen Teutonicus sub Germania magna, qualem Geographi describunt; Bohemia Germanis populis undiq; circumdata & incincta. Æneas Sylvius *c. 1. Bohem.* eam Germaniæ partem facit.) *Cæsar Baron. tom. 10. Annal. Eccles. Anno 996. §. 67. Iacob. Spigel. in addit. ad Günther. lib. 5. Ligur. in pr. & Krantz. lib. 4. Sax. c. 25. & 28. & lib 9. c. 26. qui putant Regem Bohemiæ ante auream Bullam nullum in electione votum habuisse.* Reclamat Aur. Bull. *t. 7. ibi: Sanè generaliter longé lateq;.* (Errat Hostiens. *in c. venerabilem de Elect. & elect. potest*, dum ait, *Regem Bohemiæ de facto hodiè jus eligendi sibi arrogare.*) Purum etiam votum Regem Bohemiæ habuisse ex Diplomatib. Rodolphi I. & Ruperti liquidó apparet. *Haiminsfeld. Goldast. tom 2. Constit. Imp.* Imó ante Auream Bullã semper purum votũ habuit; *Rebdorff. Anno 1314. Dubrav. lib 18. Hist. Bohem.* Carolus IV. deniq; *in Aur. Bull. t. 4.* tertium votum illi assignavit. *Hartman. Maurus lib. de Coron. Carol. V. Iac Aug. Thuan. lib. 2. Hist.* Nec immeritó: Cùm enim inter Principes Electores laicos ex regia familia oriundus sit. (Quis enim ignorat Duces Bohemiæ ab Impp. nostris aliquoties ad regiam dignitatem evectos, ut Uratislaus ab Henrico IV. Anno 1086. *Cyriac. Spangenberg in Chronic. Mansfeld. c. 205. Cruc. Annal. Suevic p. 2. l. 8. c. 17. Chytræus in Chronic. Saxon. & vicinarum gentium aliquot. lib. 1. f 36. ubi seriem veterum Bohemiæ Ducum & Regum recenset.* á Friderico I. *Radevic. lib. 1. de reb. gest. Friderici I. c. 13. Otthe de S. Blasio in appendic. ad Othon. Frisingens. c. 28. in fin. Anno 1186. Onuphr. Panvinius Rom. princ. lib 3. in Genealogia Ducum & Regum Bohemiæ fol. 228.* & á Philippo *Krantz. lib. 7. Sax. c. 15. Sigfrid. Presbyter lib. 2. in epitom. Histor. Anno 1204* & dixi suprá. Quód autem subinde Bohemi usurparint titulũ Ducis, id ex eo contigit, quód filii titulo Regis se abstinuerint, populus etiam potiùs Ducé quàm Regem exoptaverit, ut ita factum dominantis temperarent. *Krantz. in Vandal. lib. 7. c. 19. & lib. 8. c. 2.* Illud obiter addo, hodié Bohemis Regem eligere indultum esse: Privilegium datum est illis ab Imp. Philippo in Comitiis Moguntię, Anno 1200.) meritó & jure primas tenebit. Qui enim majorem dignitatem habet, jure quoque priorem vocem habebit, *Fab. de Annæ cons. 40. num. 28. Marzar. cons. 26. num. 9.* Impunè quoque Rex Bohemiæ præteriri nequit, ob pœnam in d. Aur. Bull. expressam. Quocirca cùm in Electione Maximiliani I. Regis, ob mutuas inimicitias præteritus fuisset, pœnam Aureæ Bullæ acerrimè postulavit, arma etiam minitatus est, nec in gratiam redire voluit, nisi hac conditione, ut remitteretur Regibus Bohemiæ jus illud, quo Imperatores Romam in personis (ut loquuntur) comitari

mitari coguntur, aut ipsi liceret ejus vice 800. Ducatos exsolvere. Quod cùm negatum & recusatum esset ab Electoribus, transactione initâ convenit, ne sub pœna 500. marcarum auri puri Reges Bohemiæ in posterum excluderentur, & ita Ladislaus electionem Maximiliani I. ratam habuit. Usi fuerunt Principes hac etiam excusatione, electionem illam non ex prædestinato Francofordię, sed ingentibus de causis subitarié celebratam. *Hartman. Maur. lib. de Coronat. Caroli V.* Comitiis tamen & conventibus Imperii ordinariis Rex Bohemiæ non interest, nec circulo alicui addictus, neque contributionibus aliisque Imperii oneribus obnoxius est. Ipse tamen tres Electores seculares, aliosque Principes, Comites & Civitates, pro quibusdam terris, extra suos fines, & in solo Germanico sitis, vasallitio jure sibi devinctos & obligatos habet. Hæc hactenus. Officium Regis Bohemiæ quod attinet, est, quod sit Pocillator, Pincerna sive Archipincerna Imperii. Primum enim potum in celebratione Curiæ Imperialis afferre tenetur, quem tamen sub corona regali, nisi liberâ voluntate voluerit, non tenebitur ministrare; si ergo voluerit, sub coronâ regali ministrare poterit. *Hartman. Maurus lib. de Coronat. Caroli V.* (Hîc notandum, errare eos qui Pincernæ officium Imperio incognitum fuisse ante Carolum IV. asserunt: Annon Ottho M. id Hermanno Sueviæ Duci demandavit? Annon Enzelio Comiti Palatino Rheni Otho III. qui postea Duci Bohemiæ hereditarié & in perpetuũ concessit? Bulla Henrici Sancti. De Alberto Rege Romanorum in Chronico Colmar. *part. 2. tom. 2.* scriptorũ Germaniæ ab Urstisio editorum, refertur, quód Noribergæ Curiam solennem celebraverit, ubi Regina more debito fuerit coronata, adfuerintque omnes pené Electores, & quilibet res in officio suo, sicut debuerat, administraverit. Rex verò Bohemiæ cum preciosissima veste & equo, qui ad mille marcas æstimatus fuerit, sedens, in scypho aureo sibi porrexerit. Hæc facta sunt 55. annis, plus minus, ante Caroli IV. Bullam.) Si verò Elector aliquis absit, absentis officium is, qui vices ejus gerit, administrabit. *Hartman. Maur. d. loc.* Quod & novissimé in coronatione Augustiss. Imp. Matthiæ I. factum est. Sunt autem hodié Vicarii & Subofficiarii Principum Electorum: Bohemi, Pincerna de Limburg: Palatini, Dapifer de Walpurg: Saxonis, Baro de Pappenheim: Brandeburgici, Comes de Hohenzollern. Johan. Bodin. 1. *de Repub c.* 9. officia Electorum singulorum irridet, reprehensus ideó á Marq. Frehero *lib.* 1. *de Orig. Palat. c.* 15. Mirum certé si ageretur Comœdia vel Tragœdia, in qua Bodinus non Momi personam feliciter, sic satis, repræsentaret. Atque hæc sunt singula singulorum Electorum & Vicariorum eorum officia, quæ hactenus enumerata, in solennibus Curiis, ut & in Coronatione Regis vel Imperatoris, Comitiis Imperii, & aliis hujusmodi Panegyricis conventibus. In aula verò & quotidiano usu Cæsarum erant aliæ generosi stemmatis personæ ordinariæ, quæ talibus muniis defungerentur: quod multis exemplis ex omni seculorum illorum historia & diplomatis suo loco & tempore demonstrabo. Quod & hodie in aula Imperatoris videre & animadvertere licet. Hi ergo sunt Imperatoris; Electores verò Imperii (si ita loqui licet) officiales. Fuerunt & alia officia olim recepta, de quibus alio loco commodiùs. Venator Imperii ordinarius fuit Dux Carinthiæ, *secundùm Æneam Sylvium in Europa c.* 10. vel Dux Austriæ, *secundùm Spigelium & Alphonsum.* Hodié Duces Wirtenbergici, si insignibus, uti par est, credimus, qui & Vexilliferi Imperii: Basilienses Piscatores Imperii fuerunt, insignia eorum hodierna anchoram antiquam referunt: Sed de his satis. Illud memorabile

est: Henricus II. Imp. cognomento Claudus, postea, quód in Sanctorum numerum relatus esset, Sanctus dictus, Comitatu Bambergense, sibi & Imperio aperto, posteaquam eum in Episcopatum liberum, & á Metropolitarum jurisdictione exemptum commutasset & erexisset, & aliis eximiis privilegiis reditibusq; ornasset & dotasset, pro summo affectu, quo locum istũ, omnium rectè judicantium & sentientium judicio, in totâ ferè Germaniâ, amœnissimum, prosequebatur, grandius ei quod tribueret, non invenit, quàm ut quatuor illos Principes Imperii officiales, eisdem officiis & ministeriis Episcopatui illi suo adscriberet. Et sanè in hunc diẽ Electores seculares ea ipsa officia, cum annexis cõmodis suis, in feudum ab Episcopatu illo recognoscunt, & per vicarios suos ex equestri ordine, quibus deinceps in subfeudum eadem concedunt, gerere & deservire assolent: Bohemus per illum von Aufsaß; Palatinus per illum von Pomersfelden; Saxo per Marescallum von Ebner; Brandeburgicus per illum von Rotenhan. Augustissimum illud & æternâ memoriâ dignissimum ejus Episcopatus ornamentum, á Catholicis vulgó *Sericum Divæ Cunigundis filum* appellatur. *Caspar Bruschius in Catalog. Episc. Germ.* Et quia Bamberga, sive Papeberga, muro & vallis, uti constat, munita non est, in ore vulgi hoc est: *Papebergam muro non esse cingẽdam, quód S. Cunigundis eam serico filo, pro muro, circumdederit:* Errat ergo magnoperé idem Bruschius, qui scribit, Henricum II. Imp. constituisse, ut seculares quatuor Electores feudum Electoratus Imperii ab Episcopo Bambergensi acciperent. Errãtem coërrantes sequuntur, Peucerus *lib. 4. Chronic.* Cyriac. Spangenberg *Chronic. Saxon. c. 161.* Christoph. Sturcius *de Imperio German. c. 36. n 12. in vita Henrici Sancti.* Notum enim est omnibus, Electores ea officia & feuda immediaté ab Imperatore recognoscere & ab aula solenni ritu accipere. Nunc ad alia. Dignitas Electuræ Secularium Electorum non tantùm illis terris & regionibus, quæ nominatim illis destinatæ leguntur, perpetuó annexa, sed & primogenito tantùm veluti præcipua, deputata est, *Aur. Bull. Caroli IV. t. 20. & t. 24.* Idem de successione in regno Franciæ dicitur; *Isern in c. Imperialem, §. præterea Ducatus de Prohibit. feud. alien. per Frid. Paris. cons. 74 n. 113. cum seq vol. 4.* & patre mortuo illud ad nepotes transmittitur, cujus transmissionis vigore patruus excluditur, licét pater vivo avo decedat, *Bald. consil. 389. n. 8. vol. 2. Cravet. cons. 798. n 16. Bursat. cons. 67. n. 25.* Primogenitura enim á lege constituta est. Quid si Elector moriatur, relicto primogenito impuberet? Tum propter judicii imbecillitatem & inconstantiam, ad administrationem non admittitur, sed tutores ipsi adjungi solent. Hæc tutela tanquam legitima, adeoq; etiam administratio Electoratus ad patruũ defertur. *Aur. Bull. t. 7.* Nam secundùm analogiam successionis etiam tutela defertur, siquidem pari passu successiones & delationes tutelarum incedunt, ut hæ alios non concernant, præter ad hereditatem aspirantes, *Vlp. in l. 1. & 3. D. de legit. tutor. l. quo tutela, 73. D. de R. I. Francisc. de Ch aldas in l. si curatorem, verb. sine curatore, n. 10. C. de in integr. restit.* Et hoc adeó verum est, ut nec Pater Elector in testamento alios tutores vel contutores constituere possit. Quemadmodum enim dispositio super primogenitura non valet, adeó ut nullo modo adimi possit, quia lege defertur, non hereditario jure, ita nec tutoris datio dispositionem recipit: Et quia Electoralis dignitas individua est, soliq; primogenito competit, ita etiam necessariò soli proximiori tutela & administratio adscribenda, præsertim cùm expressè constitutum sit, *Aur. Bull. d. t. 7.* Præterea cùm ab ipsa lege imperii proximiori deferatur tutela &

la & administratio, vulgatum illud sibi vendicat locum : Habenti tutorem tutor non datur, §. *Interdum. I. de curatorib. l. cum jure, C. qui petant. tutores, l. licet, C in quib. casib. tutores, l. si sororu, C. qui dari tut. poss. Piagg. de tutore & curatore, q. 3. n. 36. & q. 4. n. 3. Cravett. cons. 690. n. 4. Paris. cons. 85. n. 1 & 2. p. 3.* Quid si detur? Datio ipso jure nulla & invalida, etiamsi decretum Magistratus accedat, *Menoch. cons. 380. n. 1.* Sed actum ago. Hæc controversia non ita pridem mota, & in contradictorium judiciũ introducta. *Vide scripta Marquardi Freheri & Dionysii Gothofredi, de tutela & administratione Electorali Palatinâ; & ad ea responsiones Illustriss. Palatini Neoburgici: & controversia ipsius Synopsin á Zacharia* Fridenreich *nuper editam.* Colophonis loco dubitatur: Num facultas illa & jus eligendi competat Electoribus, ut singulis, an verò ut collegio? Posterius assero. *Lupold. de Bebenburg de jurib. regni, c. 3. P. de Andlo de Rom. Imp. lib. 2. c. 3. Göden. cons. 1.* Nam Electores repræsentant & vices tenent omniũ ordinum Imperii, adeoque universitatis, quocirca electio ab illis facta habetur & censetur, ac si tota universitas eam fecisset; *l. item eorum, § si decuriones, D. quod cujúsque universit. nom.* & quod majori parti universitatis placuit, aliis displicere non debet, *l. quod major, 19. D. ad municipal. Fulv. Pacian. de probat. lib. 2. c. 35. n. 30.*

25. Sereniſſimi & potentiſſimi Archiduces Auſtriæ, ex privilegio ſibi conceſſo, primas poſt Electores tenent, & proximam á dextra eorum ſeſſionem habent.

Auſtriæ Duces, majorem cæteris Ducibus dignitatem habentes, Archiduces appellantur. Hoc nomen tantúm in Germania uſurpatur, *Chaſſan. de glor. mundi part. 5. conſid. 44. verſ. Audivi alios*, nec ulli alii, quám Auſtriæ Duces, antea ita appellati fuerunt, nec poſtea tales extiterunt. Quamvis autem non defuerint Duces, qui ſuum Ducatum in Archiducatum evehi & Archiduces nominari voluerint, tamen hoc apud Imperatorem obtinere non potuerunt Chaſſan. *d. loc.* Marin. Freccia Patrit. Neapolitan. *de Feud. lib. 2. de Auctoritate & poteſtate Baronis erga ſubfeudatariũ, t. quu dic. Dux. n. 4. p. (mihi) 112.* & P. Nicol. Mozz. *in tr. feud. t. de his qui feud. dar. poſſ. n. 16. verſ. reperitur etiam in Germania.* ſcriptum reliquerunt, in Germania conſuetudine introductum eſſe, ut, cúm Ducum filii appellentur Duces, eorum tamen primogenitus frater appelletur Archidux, quaſi primus fratrum in Ducali dignitate, ab ἀρχὸς, quod eſt Princeps, *ut in c. Cleros. diſt. 21. & gl. in rubo. Cod. de Comit. & Archiatr.* Sed valdé errant: Soli Auſtriæ Duces eorumque filii, non ſolúm primogeniti, ſed omnes alii ſunt & vocantur Archiduces, nec tale nomen ullis aliorum Principum primogenitis filiis tribuitur. Sereniſſ. Archiduces varia per privilegium Cæſareum peculiaritér obtinuerunt. In eò etiam ſunt illæ prærogativæ, quibus Archiduces partim Electoribus pares ſunt, partim eos ſuperant. Atq; ex hoc poſteriori genere prærogativarum & peculiarium Regalium, quibus videlicet hi Electores antecellunt, eſt, quód nova vectigalia propriâ auctoritate inſtituere, & non ſolúm Nobiles, ſed etiam Comites & Barones creare, iisque inſignia dare poſſunt, famæ reſtituere, ſpurios legitimare, omnesque conceſſis dignitatibus abutentes iiſdem privare. Archiduces etiam jus Archivi habent, *Rutger. Ruland. de commiſſ. c. 3. n. 23.* Privilegium ipſum extat verbotenus in Coſmograph. Sebaſt. Münſteri *lib. 3. c. 399. fol. (noviſſ. editionis) 974. 975. & ſeqq.* & ex parte etiam apud Gylman. *Rer. in Camera judicat. lib. 2. deciſ. 54. n. 59.*

26. Poſt

26. Post Archiduces sunt *a* Duces: *b* Principes: *c* Comites Palatini: *d* Landgravii, sive Comites Provinciales: *e* Marchiones, sive Comites limitanei: *f* Burggravii, sive Comites Castrenses: *g* Comites: *h* Barones: *i* Nobiles. *k*

a) Nomina Ducum, Marchionum, Comitum, non ut olim muneris & administrationis, sed patrimonii nomina sunt; unde etiam illi, licét superiorem recognoscant, pro præsidibus Provinciarum habentur, & tantúm in suis territoriis & provinciis facere posse dicuntur, quantum Imperator in Imperio Romano. (Hoc quomodo intelligendum, dicam infrá.) Sunt enim Principes & Status Imperii investiti de Ducatibus, Marchionatibus, Landgraviatibus, cum omnibus pertinentiis, nec non juribus superioritatis, **mit aller Landsfürstlicher Obrigkeit.** Hoc factum est translato in Germanos Imperio; tum enim Carolus M. cæteriq; Imperatores novas dignitates in Imperium invexerunt, & ipsa Majestatis & superioritatis jura cum aliis communicare cœperunt, jura tamen clientelarum imperio salva & illibata permanserunt, & adhuc salva constant, *Iul. Pflug de Rep. German.* De Germaniæ Principibus nota est Caroli V. Imp sententia, quando dicere solitus est: *se in aliis regnis mancipiis & servis, in Germania verò Regibus imperitare:* cúm quoad jus Principum á Regibus Principes imperii parum aut nihil feré distent, imó veró plus in Principatibus suis, quám summus Principum in toto, quám vel Rex Poloniæ in universo suo regno, valeant. Guilielm. Brussius Scotus *in consil. de Bello adversús Turcas feliciter gerendo*, scribit, *se ut in Italia palatia, & antiquitatum monumenta, in Gallia milites, in Hispania Præsules, in Anglia agricolas, in Polonia nobiles; ita in Germania Principes omni laude & admiratione dignos invenisse.* Et sané nullibi illustriores prosapiæ, quám in Germania, inveniuntur. *Æneas Sylvius in German. descript. Iac. Wimpheling. epit. rer. German. c. 70.* Hoc adeó verum est, ut & hodié multis retró annis, ambitiosé quidam nomen Germanorum affectarint; Treveri circa affectationem Germanicæ originis ultró ambitiosi fuerunt, & tanquam per hanc gloriam sanguinis á similitudine & inertiâ Gallorum separari voluerunt, *Cornel. Tacit. de Morib. German.* Itali ex Germanorum eluvionibus promanarunt. *Anton. Sabellic. Ennead. 10. lib. 3.* Hispanorum nobilissimi á Germanis originem repetunt. *Iac. Auguſt. Thuan. 1. Hist. 3. Roderic. Santius Histor. Hispan p. 1. c. 8. Ioan. Vasæus Chronic. Hispan. c* 15. Quemadmodum veró magnorum fluminum ostia sunt notissima, scaturigines autem non raró ignorantur; ita etiam Germanorum Principum prosapiæ notissimæ quidem sunt, origines tamen nonnunquam tradere nequimus. Nonnulli Germanorum Procerum originé Romanam á nescio quibus Ursinis aut Columnis adhuc affectant: quasi veró Principes non satis illustres videantur, nisi á Midis & Falconibus per fabulosas umbraticorum stemmatum imagines generis sui primordia auspicarentur. Certi sunt nobis Hermanni sive Arminii, sive Caroli, sive Rulandi, sive Witekindi, sive Ludovici, sive Ludolphi, sive Henrici, sive Othones, sive Brunones, sive Ursi. Doctores de Germaniæ nostræ Principibus scriptum reliquerunt, eos in præsidum antiquorum locum & jura successisse, cúm superiorem recognoscant Imperatorem, cui fidelitatis sacramento & quidem fide ligiâ seu homagio supremo devincti sunt: sed longé alia ratio est in Germaniæ Principibus, qui liberrimi Principes sunt, quám omnium aliorum qui sub exteris imperiis, & regnis haben-

habentur. Nam Germaniæ Principes decorati titulo & dignitate perpetuâ, & in heredes tranſitoriâ, omnem omninó juriſdictionem in ſubditos exercent. (Sed dubium hîc oritur: An Principes, Comites, Barones noſtræ Germaniæ in ſuis ditionibus & territoriis tantum poſſint, quantum Imperator in Imperio? De Principibus id aſſerunt plurimi, *Caſtrenſ. conſ. 34. n. 1. & 5. verſ. concluditur, lib. 2. Natta conſ. 554. n. 19. vol. 3. Socin. conſ. 4. n. 23. vol. 3. Marzar. conſ. 26. num. 36. Alexand. conſ. 2. num 9. vol. 1. Riminald Iunior conſ. 370 nu. 3. Decian. reſponſ. 5. num 17. vol. 4. Cravett. conſ. 404. n. 15. & conſ. 983. n. 8. Ruin. conſ. 32. num. 5. vel. 1. Henning. Göden. conſ. 1. n. 4 & conſ. 2. n. 1. Hieron. Schurff. conſ. 18. n 2. cent. 3. Vdalr. Zaſius conſ. 1. n. 21. lib. 2. Modeſtin. Piſtor. conſ. 24. n. 1. vol. 1. Gail. de P. P. lib. 1. c. 6. nu. 10. Schrader. de Feud. 2 part. 9. partu principalu, ſect. 10. n. 36. & part. 10. ſect. 1. n. 33. ubi plures alios ſimpliciter & generaliter hoc aſſerentes allegat.* De Comitibus idem præter alios tradunt *Cacheranſ. deciſ 155 n. 1. & conſ. 9 n. 2. Caſtrenſ. d. conſ. 34. num 5. verſ. Reges ergo. Curt. Iun. conſ 1. num. 29. verſ. Duces enim vel Comites. Alexand. conſ. 1. n. 30. vol. 5. Cravett. d. conſ. 404. nu. 15. Ruin. conſ 200 n. 2. & 3. vol. 2. & conſ. 134. num. 8. vol. 5. Brunn conſ. 45 n. 18. & 19. Roland á Valle conſ. 29. n. 26. vol. 1. & conſ. 68. n. 16. vol. eod. Obrecht. de juriſd. c. 4. n. 16. Gail. & Schrader. dd. locis,* ubi eodem modo etiam Baronum mentionem fecerunt; idem faciunt *Caſtrenſ. d conſ. 34. num. 2. in fin. Pariſ. conſ. 25. n. 65. lib. 1 Bellon conſ. 59. num. 10.* Sed hæc Dd. opinio periculoſa eſt, & ſæpé eâ, apud Principes & Comites, imperiti Aulici abutuntur. Meliús ſentiunt & cautiús loquũtur alii, ex quibus ſunt *Philip. Decius in c. Paſtoralu, in pr. n. 24. & ib. Carol. Molin. in additionib. de appell. Idem Decius in c. quæ in Eccleſiarum, num. 102. & 106. de conſtit. Chaſſan. de gloria Mundi part. 5. conſiderat. 24. nu. 164. v. adverte tamen negans Principibus inferiorib competere ea regalia & reſervata ſupremi Principis, quæ in ſpecie antea laté enumeravit. Bonus de Curtili de Nobilitate part. 3. n. 218. Panormit. in c. cum te, n. 19. & 20. de re judic. Borcholt. de Feud. c. 5 n. 17 dicens alteram ſententiam communem, magno tamen errore introductam, approbatam & receptam eſſe, Ioan. Dauth. ad t. D. & C. de Teſtam p. 68. in addit. marginal. Valentin. Forſter. de ſucceſſ. ab inteſtat. lib. 6. c. 34. num. 31. aſſerens hanc ſententiam non ſolúm eſſe juri magis conſentaneam, ſed & æquiorem, & Imperatorem ſibi reſervâſſe illos actus, qui ad ejus ſplendorem, majeſtatem & auctoritatem amplificandam pertinent. Felin. conſ. 31. n. 5. & in d. c. quæ in Eccleſiarum, nu. 32. verſ. ſed tamen non eſt, & n. 33. Vbi tantúm in tribus caſibus alteram ſententiam admittit, & poſt eum idem approbat Curt. Iun. de Feud part. 2. Memb. 2 q. 2. num. 8. Anchoran. conſ. 331. n. 7. verſ. Non obſtat reſtauratio, addens in ſpecie, Dominum Veronenſem, licét etiam ſit generalis vicarius Imperatoru, famæ reſtituendi facultatem non habere. Fulv. Pacian. de probat. lib. 2 c. 28. n 21. & 22. poſt Abbatem, á ſe allegatum, aſſerens, Principes ſuperiorem recognoſcentes, ideó quód tantam poteſtatem in ſuis territoriis, quantam Imperator in Imperio, non habeant, vigore regalium legitimare non poſſe. Curt. Senior. conſ. 16. Incip. Clarus vir, n. 27. verſ. Et ad iſtud dicens in ſpecie de Duce Mediolani, eum non habere poteſtatem legitimandi; & generaliter addens, eam non competere, niſi ex ſpeciali privilegio, idq; omnes tenere, in c. per venerabilem. qui fil. ſint legit. Raucbar. q. 11. n. 28. & ſeqq. part. 2. Roſenthal. de Feud c. 5. concl. 13. n. 4. & ſeqq. addens n. 11. & in gl. A. verſ. Sed ne hoc ne quidem, ſi uná cum Principatu vel Comitatu regalia conceſſa fuerint, verum eſſe quód Princeps inferior vel Comes poſſit & habeat omnia in ſuo ſtatu, quæ Imperator. Schrader ſibi contrarius in tr. de Feud. part. 2. c. 3. n. 5. ubi expreſsé excipit ea quæ recenſet ſpeculator tr. de leg. §. nunc oſtendendum,*

dum. Bald. & Ias. in l. reſcript. C. de precib. Imp. offerend. Bald. in l imperium, n. 6. & 7. D. de juriſd. omn. judic. Afflict. in c. 1. in pr. quæ ſint regalia, qui varia ſingularia refert, quæ Imperatori in ſignum ſuprema poteſtatis reſervata ſunt: atq; ita ipſe Schrader. per hæc refutat etiã illud, quod part. 10. ſect. 1. n. 26. & 34. de Ducibus, Marchionibus, Comitibus, atq; etiã Baronibus dicit, poſſe nimirum eos Nobiles creare & ſpurios legitimare, quæ inter regalia majora referuntur. Ferrar. Montan. etiam in tr. de Feud. lib. 1. c. 6. v. Tertiò feudum, dicens Principes inferiores eandem auctoritatem habere in ſua ditione, quam Imperator habet in Imperio, ſtatim addit reſtrictiones, negando eos poſſe creare Comites Palatinos vel tabelliones, ſpurios legitimare, generalia privilegia concedere, & præter eas reſtrictiones lib. 5. c. 7. v Regalia adhuc bifariam; plura affert, quæ ejuſmodi Principibus in ſuis ditionibus non competunt, inter quæ ſunt, Academiam erigere, nobilitatis inſignia dare, Doctores creare, laureâ poëtica aliquem donare; quibus generaliter addit, ſe prætermittere id genus alia, quæ paſſim per Principes peculiariter ab Imperatore petuntur. Confirmatur hæc ſententia *Aureâ Bullâ Caroli IV. qua quædam de regalibus & ſervatis Imperatoris ſolis Principibus Electoribus peculiariter conceduntur, quaſi aliis non competentia.* Etſané quanquam Sereniſſimorum Archiducum Auſtriæ privilegium, *de quo th. præced.* admodũm amplum & pingue ſit, tamen non omnia omninó in eo comprehenſa & conceſſa, quæ Imperator in imperio poteſt, & ei in ſignum ſupremę eminentiæ competunt; hocque ex eo ſatis apparet, quód eo privilegio Archiducibus Auſtriæ Comites quidem & Barones, non minũs quám Nobiles creandi, non Marchionatus vel alterius Principatus dignitate aliquem ornandi & inſigniendi, facultas data ſit, quæ tamen Cæſari competit, & eſt de ejus reſervatis. Vectigalia autem nova, de quibus in eo privilegio mentio fit, tantum abeſt, ut alii Principes inferiores ea inſtituere, vel etiam vetera augere poſſint, ut in ea facultate impetranda, unã cum Imperatoris auctoritate, opus iis ſit etiam conſenſu Electorũ, *ut ſuprá latiús dictum.* Sed annón in Italia Principes ſunt, qui ſibi pleniorem poteſtatẽ, ac ſuprema etiã regalia & reſervata ſummi Principis arrogant & uſurpant? Verum quidem, ſed ab iis non poteſt inferri commodé ad quoslibet alios inferiores Principes, multó minús ad Comites & Barones, ſed pertinet hoc potiús ad eos tres peculiares caſus, quos Felin. *in d. c. qua in Eccleſiarum. num. 33. de Conſtitut.* tradit, quód videlicet. 1. vel in conceſſione alia graviora & majora expreſſa: 2. Vel ei conceſſioni in ſpecie adjecta ſint hæc verba: *Quód poſſit ea facere in Ducatu; quæ Romani Imperatores & Reges gerere poſſent de plenitudine poteſtatis.* 3. Vel omninó de facto ejuſmodi poteſtas exerceatur & uſurpetur; Hoc ob diuturnam Imperatorum abſentiam & omiſſas á ſubditis querelas, aliisque de cauſis eó faciliús in Italia fieri potuit, Atque hæc hactenus.) Ratione territorii ſui Principes noſtri ab Imperatore nihil differunt, niſi ambitus & minoris territorii ratione, *Frideric. Pruckman. conſ. 38. nu. 11. 12.* maximé vaſallorum & ſubditorum intuitu. Utuntur etiam juribus regiis eodem modo, quo ſuperiorem non recognoſcentes omnimodó utuntur, jure autocratico, & ſic dominii, non adminiſtrationis, aut familiaritatis, non ut vicarii, ſed ut perpetui Duces. Legatum quoque, ut Reges, é ſuo Principatu, in quo plenitudinem poteſtatis habent, ad alium Principem, de negotiis quæ ad Principatum ſuum ſpectant, emittere poſſunt. Ex conſuetudine etiam, hominum memoriam ſuperante, habent Principes Germanię jus abolendorum criminum & remittendi pœnas capitales. In Gallia Principes eo deſtituuntur; ſolus enim Rex capi-

capitalis delicti veniâ indulget *Renat. Choppin. de Doman Francie, c. 48. n. 5.* (In Gallia (quod obiter addo) Principis nomen de Rege, non de Principe feudi cujusdâ insignis intelligi. Licét autem quidam Principes nominentur, hoc tamen possessionibus tantùm inditum est, & feudariæ possessionum dignitati veriùs quàm personarum celsitudini, *Renat. Choppin de LL. Andium, t. 6. de regia fori prævent. fol. 441. in pr.* Renerius Plancius *in colloquio suo, cũ Catharina Medicæa habito*, refert, Principis nomen nunquam in Gallia tributum, nisi iis, qui per mares á Regibus originem repetunt, quos á Ludovico numerant, *Iac. Aug. Thuan. 25. Hist.* Et Petrus Lizetus curiæ Princeps, dum publicé jus diceret, patrono Guisianorum, qui eos Principes nominabat; aliâ voce palám dixit: Actis publicis nomen Principis non nisi Regiæ prosapię Principibus tribui moris esse. Franciscus etiã Borbonius, cúm Guisium seipsum Principem appellantem indignabundus cerneret, ad astantes jocosé respõdisse fertur, Guisium germanicé linguâ Gallicâ loqui.) Sic, licét solus Imperator bellandi & pacificandi potestatem, tum gerendi & finiendi belli habere videatur, *Peregr. de jur. fisc. lib. 1. n. 15. Laur. Kirchov. l. 2. C. de injus voc.* attamen sine Principum & aliorum ordinum consensu Imperator hodié bellum suscipere nequit. Hoc per modum conventionis inter status Imperii introductum, & multis Recess. Comitiorum confirmatum est. Prætereo lubens hac vice alia multa insignia jura, immemoriali tẽporis interstitio á Principib. Germaniæ acquisita, quæ viridi observantiâ etiamnúm obtinent. Imó, *Majestas Imperii Germanici magis in Principibus, quàm in ipso Imp. posita, ut Maximil. I. Imp. ad Legatum Pontificis Constantiæ veré prolocutus est.* Ista autẽ dignitatum prærogativa Principibus Germaniæ concessa, neq; Imperatori, neq; Imperio nocumento est. Nam tantó quis major est & potentior, quó majoribus & illustrioribus præest, *Nov. 15. in præf. §. nos igitur*, eoq; nobilior quis existimatur, quó nobilius habet subjectum, *Capyc. decis. 27. n. 23.* cúm ex dignitate subditorũ dignitatis præeminentia dignoscatur, & Imperatoris persona magis honorabilis magisq; timenda ex Principum potentia & dignitate efficiatur, *Bl. in c. intellecto, num. 5. de jurej. Afflict. t. quis dic. Dux. n. 8.* Caput enim gaudet eodem honore, quo corpus, cui præest. *Mod. Pistor. 1. cons. 51. n. 36.* Imperator tamen nihilominús tanquam supremus Princeps Imperii, ratione universalis jurisdictionis, in Imperio jurisdictionem fundatam habet, *Gail. 2. obs. 44. n. ult.* Et nihilominús jurium regiorum concessio, Principes, tanquam Vasallos, Imperatori, tanquam Domino, non exæquat. Nihilominús Principes & Electores Imperii in causis & controversiis de Feudis majoribus, Imperatorem vel Regem Roman. unâ cum Electorum & Principum ad id, quando causæ & justitiæ gravitas peculiariter postulat, selectorum coronâ, judicem non dedignantur. Et hoc prosapiarum Germanicarum splendorem mirificé commendat, nam nec Senatores Rom. per alios, quàm ejusdem ordinis judicare poterant, De Principibus Galliæ, Germanis longé inferioribus, constat, quód non coram Parlamento, sed coram Paribus Curiæ, quorum antiquitus 12. fuerunt; hodié veré ipsorum numerus definitus non est, rectè conveniantur. Nihilominús quoq; quicquid est in Imperio dignitatum, á Principe Rom. tanquã fonte, derivatur, *Bl. & præpos. in c. 1. quis dic. Dux. Mod. Pist. 1. cons. 51. num. 35.* Ad extremum, nihil hinc Imperatori decedit, quó minús ordinem dignitatum præscribat, quemadmodum de dignitatibus sui temporis fecit Imperator Theodosius *in l. 2. Cod. ut dignit. ord. servetur.* b) Appellatio *Ducis* adeó Publio Rom. arrisit, ut nullâ aliâ, devi-

cto Hasdrubale ab Iberis, fidem Romanorum se commendantibus, salutari voluerit, *P. Gregor. Tholosan. lib. 6. de Repub. c.* 7. unde & ejus originem ab exercitus Romani Ducibus emanâsse putat Zas. *de Feud p.* 5. *n.* 6. qui á Romani Imperii Principibus territoriis donati, ita tamen ut ab iis recognoscant. *Alvarott. in c.* 1. *de natura Feud. Lãcellot. in Templ. omn. judic lib.* 1. *c.* 4. *de duce, n.* 4. Convenit cum eo illud Germanicum Herzog/ quasi Dominus & Dux exercitus, ein Herr des Zugs. Olim quoq; Ducis appellatio in limitaneis præfectis, quorum præfecturæ Ducatus nominabantur, tecepta fuit. *Guid. Pancirol. in Notit. Imp Orient. c.* 139. 140. *& in Notit. Occid c* 88. Sed hi, ut alii Magistratus, saltém ad tẽpus constituebantur, *Alc. de Magistr. Civilib.* Verúm postea etiam in perpetuum, ut prædia limitanea in perpetuum ipsis tributa arguunt, creari cœperunt, P. *Heig p.* 1. *q.* 2. *nu* 34. Tandem invalescentibus feudalibus clientelis, si qua Principes Romani pro beneficio territoria concederent, Ducatuũ nomine veniebant, & qui de illis investirentur, Duces dicebantur, *c. unic. quis dic. Dux.* Circa Caroli M. tempora ita Ducum potestas & dignitas crevit, ut propriè Duces dicerentur quibus duodecim Comites suberant. *P. Pithœus adversarior lib* 1. *c.* 8. *Hotom. Lexic. Feud. verb. Duces Renat. Choppin de Doman Franc lib.* 1. *t* 5. *nu.* 12. *vers. Duci autem. P. Heig p.* 1. *q* 2. *n.* 38. *ubi addit, inde etiam postea sequentem ætatem recessisse, idq; cumprimis hoc tẽpore ita se habere, quód videlicet non sit necesse ut Duci XII. Comites subsint, experientia notoriè testatum facit.* Nam omnibus temporibus nomina dignitatum Principibus arbitraria fuerunt, *arg. l. unic. C. de Metrop. Beryt. P. Heig. d. q.* 2. *n.* 39. *And Knichen in comm. ad jus Saxonic verb. Ducum Saxonia, c.* 4. *in pr. vers. Satrapa enim vel Rector.* In Anglia tituli Ducatus & Comitatus etiam sine locorum possessione dari consueverunt, ita tamen, ut quotannis ex vectigalibus regiis certa summa pecuniæ iis constituatur, *P. Gregor. Tholosan. lib. 6. de Repub.* 7. Hodiè etiam in Hispania dignitas Ducalis ad hæredes non transit, nisi denuó per Regem renovetur, *Ludovic. Molin. de Hispan primog. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 10. Longé alia ratio est Ducis Venetiarum & Ducis Genuensium. Nam hi non habent dominium, sed quandam tantúm præeminentiam in consilio á populo exquirendo, *Bald in l decernimus, C. de SS. Eccles.* reverá enim non sunt Duces, sed tantúm capita in ejusmodi politiis interalios eminentia, *Vult.* 1. *Feud. c.* 4. *in fin.* Hos cum suis assessoribus illustrem dignitatem prę se ferre refert Lancellot. *d. lib* 1 *c.* 7. *de Præside & Senatoribus, nu.* 9. *in fin.* Sed tamen non est tanta Venetorum, multó minús Genuensium superioritas, ut cum illa, quæ vel Imperii Romano-Germanici, vel Francorum Regis propria est, comparata, pari pede ambulare possit. Cúm enim Imperatoris Romanorum Orator longo & diuturno usu ad parem, si non majorem, legantis dignitatem ostendendam, sedendo apud Turcam perorare soleat, Venetorum legatus idem imitari volens, á barbaris interpellatus & prohibitus fuit, *Christoph. Varsevic. in orat. de legat. Herman. Kirchner de legat. lib.* 2 *c.* 5. Idem jus cum Cæsareo legato intervertere conati essent, Caroli V. legatus pro sella pallium in nodos collectum adhibuit, & ex eo sedens peroravit. Inter Duces, quâ Duces & Status Imperii sunt, nulla est differentia, sed tantúm ordo in sessionibus. *Vult.* 1. *Feud.* 4 *n.* 14. Et Dux dignitate major est Marchione. *Lancell. d. lib.* 1. *c.* 4. *de Duce in pr.* Duci ex concessione Ducatus vel Principatus cõpetunt regalia, etiamsi superiorem recognoscat. *Chassan. in consuet. Burgund. in proœm. text. in verb. Duc. n* 4 *Alvarus Valasc. in l. Imperium, n.* 228. *D. de jurisd. omn. judic. Iacobin. de S. Georgio in tr. Feud. in verb. Carolus Dux Sabaudiæ vers. Dubtatur*

tatur etiam n. 4. M. Ant. Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. t. 2. n. 76. Roland. á Valle cons. 4 n. 42. lib. 3. Frid. Pruckman. ad rubr. quæ sint regalia, c. 4. n. 34. Ægid. Bosset. de Regalib. nu. 5. Ferrar. Montan. de feud. lib. 5. c. 7. vers. Igitur regalia. Vule. 1. Feud. cap. 5. n. 7. Knichen de Saxon. non provocand. jur. in verb. Ducum. c. 5. n. 5. Quamvis autem nonnulli *jam allegati loci*, universaliter de Regalibus tám majoribus quám minoribus loquantur, verius tamen est talem extensionem minimé admittendam, nec, ut illi putant & volunt, in hujusmodi Principes ob Ducatum vel alium Principatam in se collatum omnia & quælibet regalia, ac reservata transire, *ut apparet ex iis, quæ supr. lit. a. latè dicta sunt.* c) Quanquam proprié Imperatori Principis nomen competat, atque hic eâ appellatione in legibus Romanis denotari soleat, *l. princ. D. de LL. l. 1. D. de constit. Princip. §. sed & quod Principi. I. de I. N. G. & C. cum similib. & in libr. feudorum, c 1. de natur. Feud. c. 2. quis dic. Dux.* tamen tandem eó deventum est, ut Duces & Marchiones & similem majorem regalem dignitatem habétes, generaliter Principes vocentur, idq; fit expressé á Friderico I. in jure feudali, *c. 1. in pr. in verb. á princip. Italicis de prohib. feud. alien. per Frider. & passim á Carolo IV. in Aur. Bull.* in specie tamen alius titulo Electoris, alius titulo Ducis, alius Marchionis, alius Comitis Provincialis, alius Burggravii insignitur. Quocirca omnis Elector, Dux, Marchio, Landgravius Princeps est, sed non vice versâ omnis Princeps est Elector, Dux, Marchio Landgravius. Illud observandum est, nonnullos ex ipsis, Ducis, Marchionis, Landgravii, vel alterius specialis dignitatis regalis nomen non habere, sed tantùm Principes hodié nuncupari. Tales sunt in Imperio Principes Anhaltini, qui nec Comites Palatini, nec Duces, nec Marchiones, nec Landgravii, nec Burggravii, sed Principes Anhaltini, **Fürsten von Anhalt**/nuncupantur. Sunt & alii in Imperio Principes, qui Principatus sive **Fürstenthumbs** titulum habent, eoq; etiam, inter Ducatus aliarúmve dignitatum regalium titulos, utuntur; ut apparet ex titulis Illustrissimorum & Celssimorum Ducum Megapolitanorum, DD. meorum Clementissimorum, Marchionum Brandeburgensium, Ducum Pomeraniæ. Sic Dux Sabaudiæ, respectu Pedemontanæ regionis, est & dicitur Princeps Pedemontium. *Iacobin. de S. Georg. in tr. de Feud in verb. Princeps Pedemontium. Chassan. de glor. Mund. Considerat 54.* Dux Ferrariæ Princeps Carpi *Decian. resp. 19. num. 21. volum. 3.* In nonnullis locis hic Principatus, specialiter & simpliciter ita appellatus, tanti fit, ut ejusmodi Principes de consuetudine non solùm Comites, sed & Duces & Marchiones præcedant, *Fulv. Pacian de probat. lib. 2. c. 37. num. 10. Matth. de Afflict. in c. 1. n. 9. vers. quid dicendum de Principibus, quis dic. dux. eos Principes abusi vos appellat.* d) Palatium, est sedes solorum Imperatorum: Palatia, ædes Imperatori consecratę appellantur; *l. unic. C de Palat.* Similiter Palatium nuncupatur Aula Cæsaris *in l. ex aula, C. de Privil eorum qui in sacr. Palat. milit. & in l. ab omnibus, C. Theodos. eod. t.* & divina domus *in l. 1. C. de offic. rect. provinc.* item Palatium sacrum & sacratissimum, *in d. l. unic.* idque fit eâ ratione, quâ aliús Imperatoris largitiones sacræ, scrinia sacra, stabulum sacrum, Comitatus sacer, vestis sacra, Constitutiones sacræ, vel etiam sacratissimæ appellantur. A Palatio Imperatoris habet is Comes suam appellationẽ, qui sacri Palatii Comes in constitutionibus Principum appellari solet, & *in d. l. 1. C. de offic. rector provinc.* Comes divinæ domus dicitur. Et hinc etiam Palatini, qui in Palatio Imperatorio militant, & ad aliquod Principis ministerium procurationem sibi commissam habent. Privilegia eorum *vide in C. de Privileg. eor. qui in sacr. palat.*

milit. & in C. Theod. eod. t. Chassan. d. glor. Mund. part. 5. consid. 24. n. 125. Nomen Palatinorum generale est, *l. 1. C. de privil. eor. qui in sacr. palat. milit.* Nonnunquam vox PALATIUM pro Palatinis, in Principum Constitutionibus, accipitur, eodem modo quo verbum OFFICIUM haud raró pro Officialibus usurpatur, *Cujac. add rubr. C. de privil. eor. qui in sacr. Palat. milit.* In Germania tandem Palatii Comites ad tãtam dignitatem & eminentiam evecti sunt, ut qui ad Rhenum sunt, non solùm sint Principes, sed etiam inter seculares Electores primas teneant. *De his suprà pleniùs.* Habuerunt autem Imperatores palatia sua in magnis civitatibus, *Choppin de Doman. Franc. lib. 3. t. 20. nu. 1. Chassan. de glor. Mund. part. 12 consid. 67.* ut Romæ, Constantinopoli, *l. quicunq;, C. de oper. publ.* In Provinciarum civitatibus similiter Imperatores sua palatia habuerunt, *l ult. C. de offic. rect. Prov.* Sic etiam in Germania variæ sunt civitates, in quibus Imperatores sua habuisse palatia constat A QUISGRANI: cujus palatii meminit Otho Frisingensis *in Chronic. lib. 5. c. 33. & lib. 6. c. 19.* GOSLARIÆ; ubi domus Cæsarea adhuc Cæsareum palatium vocatur, quod tanti Imperatores fecerunt, ut aliquot ex illis ibi suam sedem habuisse dicantur; id etiam posteriores Imperatores in suis privilegiis, illi civitati datis, profiteantur: Inter cætera illud in specie addunt eam esse nobile membrum Imperii, & cives Goslarienses non debere ad aliena judicia vocari, sed in eo palatio conveniendos esse. NORIBERGÆ: cujus meminit Fridericus I. *in constitutione sua de Incendiariis & pacu violatoribus quã ex Abbate Vrspergense adfert. Cuja de feud. lib. 5.* ubi Imp. his verbis utitur: *In castro nostro Norimberg* In eo aliquod Cęsares sedẽ suam habuerunt, ut Caroli IV avus Hẽricus peculiariter de eo castro mandaverit, ne á civitate Norinbergensi separetur aut alienetur. Confirmarunt Carolus IV. Rupertus & Sigismundus. Imó & in Aur. Bull. *t. 25. §. Invenimus.* constitutum est, ut in urbe Norinbergensi primam Curiam Imperator habet. Sunt hodié etiam alii Comites Palatini, quibus data est potestas Notarios creandi, vel famæ & honoribus restituendi, vel etiam spurios legitimandi, & plura alia, quæ non sunt hujus loci. Hi appellantur etiam abusivi & impropriì Comites Palatini, respectu eorum Comitum Palatinorum, qui Imperii Principes sunt, & quia alio etiam Comitatu, qui regalis dignitas est, carent, *Ias. in l. 1. n. 11. in fin. & ib. Ripan 47. D de offic. ejus cui mand. est jurisd. Bald. Afflict. Alvarott. & Laudens. in c. 1. quis dic. Dux, Com. March. Boër. de auctorit. Magn. cons. n. 110. Dec. resp. 9 nu. 11. vol. 1. Peregr. cons. 84. n. 5. lib. 1.* e) Provinciæ Præfecti sive judices. f) Marcha, nihil est aliud idiomate vero Teutonico, quám limes, unde **Marck/Gemarckung/Marckstein/Marckscheiden.** Inde Marchio, **Marckgrave/** Dux limitaneus. Olim Marchenses dicti, ex quo Itali *Marchese*, Galli *Marquis* suum fecerunt. Ethęc est communis opinio. *Alb Krantz. lib. 3. Wandalia, c. 16. Hotom. in verb. feudal. verb. Marcha. Marin. Freccia de Feud. lib. 1. de subfeudis Baronum t. de Antiquo statu Regni, n. 18. p. mihi) 63. 64. & lib. 2. de auctoritate & potestate Baronis erga subfeudatarium t. quis dic. Marchio. n. 1. & seq. p. (mihi) 106. 107. Francisc. Iren. German. Exeges. lib. 3. c. 2.* ut ita Marchiones dicantur ex eo, quód finibus Imperii Romani tuendis præfecti essent. Et vulgare est apud Francos, ut Marchio appelletur de jure Romano Liminarcha, seu fines Imperii custodiens, *l. liminarcha, Cod. de serv. fugit. l. non idẽ, C. de Liberal. caus. Odofred. in summa, qui poss in feud. succed.* Romani olim Imperii limites statuerunt, in quibus adversús Barbaros, h. e. hostes, vel eos, qui Imperio Romano non parebant, milites & eorum Duces excubarent, quibus concessa fuerunt de

hostibus

hostibus capta, ita ut eorum essent, si eorum heredes militarent, *Lancellot in Templ. omn. jud lib. 1. c. 5. de Marchione. n. 1.* Quamvis autem hodié limitum defensores non sint Marchiones, nomen tamen ipsis ex consuetudine adhuc integrum est *Lazius de rep. Rom. lib. 1. c. 2.* *g)* Burggravii, sunt arcis præsidiiq; præfecti, *Cujac. 1. Feud 1.* Septé Burggravios in provincia Misnica recensét Reiner Reinec *in annal. de gest, Caroli M. lib. 4.* inter quos residens Misenæ primarius habitus fuit. *David Chytr. in Chron. Saxon. lib. 15.* *h)* Variæ vocabuli COMITIS sunt significationes, *P. Greg. Thol. lib. 6. Syntag. jur. univers. c. 8. per tot.* Propriè, *monente Vlp. in l. item apud, 15. §. Comitem. 16. D de injur.* Comitem accipere debemus eum qui comitetur & sequatur. Comes itaq; à comitando. *Parù de Puteo in tr. de Duello, §. An Comes, lib. 7. Adrian. Turneb. adv. lib. 21. c. 28. Baro de Feud. lib. 1. c. 3. Duar. de Feud. c. 6. n. 8. Sonsb de Feud p. 6. c. 7. & 8.* Tacitus de Veteribus Germanis: *Centeni singulis Principibus ex plebe Comites, consilium simul & auctoritas adsunt.* Et postea: *Gradus quinetiam & ipse Comitatus habet, judicio ejus quem sectantur magnaq; & Comitum amulatio, quibus primus apud Principē suum locus: & Principū, cui plurimi & acerrimi Comites* Et postea: *Principes pro victore: Comites pro principe pugnant.* Hinc primam Comitum originem manâsse notat Zasius & Christophorus Colerus *Parerg. c. 27.* Postèa quoq; Comites dicti, qui Proconsules & Præsides, in Provinciam euntes, & legatos Cęsaris, tanquam publicorum negotiorum consortes & administri comitabantur, *l. SCto. D. de offic. Præs. l administrantes, § 2. D. de Excus. tut.* Aliis quoq; officiis & muneribus nomen Comitis accommodatum: Est enim Comes sacri Consistorii, Comes sacrarum largitionum, Comes rerum privatarum, Comes sacri palatii, Comes sacri patrimonii: *de quibus sunt tituli in c. Iustinian. Guid. Pancirol. in Notitia Imp. Oriental. c. 8. in pr. Prolixè Lazius Comm. Reip. Roman. lib. 2. c. 11. Steph. Forcat. Comm. Feud. c. 3. nu. 7.* Qui Provincias regunt, etiam Comites dicti, ut Comes Isauriæ. *Cassiod. lib 6. varior. Barnab Brisson. de Formul. & solennib. pop. Rom. lib. 3. Hotoman. in Lexic. in verb. Comites. P. de Andlo de Imp. Rom. lib. 2. c. 13. Lancellot. in Templ. omn. judic. lib. 1. c. 6. de Comite, n. 1.* Fuerunt & Comites judices ordinarii, qui in pace & ocio jus reddebant, *c. unic. §. si judex de pace tenend. c. unic. si de investit. int. Dom. & Vasall. Hotom. in Lexic. verb. Comites. Renat. Choppin. de LL. Andiū lib. 1. c. 48. Marin. Freccia de feud. lib. 1 de auctorit. & potest Baron. erg. subfeudatar. t. quis dicatur Comes. p. (mihi) 92 ubi latissimé.* Habuerūt & Scabinos suos. *LL. Francia lib. 4. c. 5.* In quibusdā Germanię locis vox **Grave** judicē notat. *Paul. Diac. lib. 5. Hist Longobard c. 36. Peucer. lib. 5. Chron. leges Ripuariæ t. 53..55. 86. & t. 90.* Sic **Freygraven** pro Prætoribus judiciorum occultorum Westphalicorū, *Zas. ad l. Imperium. D. de jurisd. Reformatio Friderici III. Francofurti Anno 1442. t.* **von dem heimlichen Gericht.** Saxones etiam antiqui **Graven** & **Graveschafft** pro judicibus & territorio, vel districtu judicii acceperunt, *gl. art. 12.* **Landrecht** *lib. 2. in verb.* **geschichts aber in einer Marck** / á fossis, Saxonicâ linguâ **Graven** / quibus limites, quibus erant prępfecti, & in quibus jus dixerunt Comites, designabantur. Hinc procul dubio dicti **Marckgraven** / h. e. Comites limitanei, vel limitib. regni prępositi: *Baro de feud. lib. 2. c. 3.* **Pfaltzgraven** / qui jus dixerūt bello partis pacatisq; provinciis, vel Romano veteri more, vel Francorū constitutione: **Burggraven** / judices in terris, quæ Imperatorū donatione Ecclesiis accesserant, *ut vult Peucer. Chron lib. 5.* **Centgraven** / Centenarii, *de quib. eleganter Knich. de jure territorii c. 4. n. 54. & seqq.* Reliqui Comites & Pedanei judices, **Gograven** / **Dinggraven** / **Rau-**

Raugraven / Saltzgraven / *Knichen d. c. 4. n. 63.* Sed cùm Imperatorum temporibus, non tantùm ad singulas Provincias, sed & Civitates Comites ablegarentur, jurisdictio & territorium, cui præficiebantur, Comitatus appellari cœpit, *Pratej. verb. Comitatus sacer.* Hi postea hominii & fidei nexu, ita ut administratio fruenda etiam ad hæredes pertineret, quibusdam tributa sunt, in Germania ab Othone I. in Gallia ab Hugone Capeto. *Duaren in comm. Feud. c 6. n. 8. Choppin. de Doman. Franc. t. 6. nu. 16. in f. lib 1. Knichen in comm. injus & privil. Sax. verb. Ducum Saxon. c. 4.* Unde in consuetudinibus feudorum verbi *Comitis* significatio sumitur pro eo, qui de Comitatu investitus est, *FF 2. t. 10. quis dic. Dux, Com. Marchio. Anton. Contius in Comm. Feudal t. de Divis feudor.* Comites in Gallia præferri Marchionibus ex consuetudine, cui plurimùm deferendum sit, notat And. Alciat *in tr. sing. certam. c. 32.* Malè Luc. de Penna *ad rubr. C. de comitib. Consistor. lib 10.* & post eum Marin. Freccia *d. lib. 2. quis dic. Comes n. 36. & pass. per discurs.* Comitibus tantum tribuunt, tantoque eos majores esse Baronibus tradunt, ut in Germania Comitem præcedere Marchionẽ asserant; & similiter hoc ipsum consuetudine in Germania obtinere, malé dicit Chassan. *in tr de glor. mundi, p. 5. consid. 47.* Nam quemadmodum ibidem Chassanæus ait, quód in Italia Marchiones præcedant Comites, sic in in Germania observatur, idq; notorium est, & jure feudali consentaneum, cùm ideó post Marchiones Comitum expressé fiat mentio, *in c. 1. qui feud dar. poss. c. 1. de Feud. March. c. 1. quis dic. Dux. c. 1. in pr. & §. praterea Ducatus de prohib. feud. alien per Frid.* Olim in Orientali & Occidentali imperio Duces Comitibus postponebantur, *Guid. Pancirol. in Notit. Imperat. Orient. & Occid. ut dixi supra* Comitum varia sunt genera. 1. Quidam sunt Principum loco. Principum loco qui sunt, cum adjectione aliqua sic appellãtur: Comites limitanei; Comites Provinciarum; Comites Castrenses. Ex quibus præ cæteris celebrantur Norinbergenses, Magdeburgenses, quorum sæpé fit mentio in jur. Saxonic. **Weichbild** / *art. 44. & art. 47. in gl. col. 2. & art. 16. & 45.* Posteriori hoc Principum gradu á Ferdinando Imperatore ornatus fuit Henricus Ruthenus, Dominus in Plauen, Regni Bohemiæ Cancellarius, & Misniæ Burggravius appellatus, quæ tamen dignitas ultra duos ejusdem filios, Henricum Seniorem, & Henricum Juniorem, qui Schletzii sine liberis extinctus, non est porrecta. 2. Quidam sunt Comites, qui Principali dignitate, & gradu sunt decorati, & **gefürstete Graven** appellantur, Principibusque in Imperio, in suis Comitatibus æquiparantur, cujusmodi sunt Comites. Habspurgensis, Tirolensis, Hennebergensis, Mompelgardicus, Arnbergensis, Gortzensis: *de quo* **Reichs Abschiedt zu Regenspurg** *de Anno* 1576. §. **Nachdem auch auff jetzo wehrendem Reichstage** / &c. Mansfeldensis, &c. Hi verbo **Fürstenmässige** in actis Imperii comprehendantur. **Cammergerichtes Ordnung zu Wormbs** *Anno* 1495. *t.* **Wie Churfürsten / Fürsten vnd Fürstmässige einander zu recht fordern sollen / & t. Wie Prælaten / Graven / Freyherren vnd andere Churfürsten / Fürsten / vnd Fürstmässige zu recht erfordern mögen. Cammergerichts Ordnung zu Augspurg** 1500 *t.* **Wie Bürger vnd Bawern gegen Fürsten vnd Fürstmässigen recht bekommen mögen Ernewerte Cammergerichts Ordnung** *de Anno* 1548. & 1555. *part. 2. t. 2. 3. & 4. in Rubr. & in text. & t. 5. §. 1.* **Reichs Abschiedt zu Speyr** *de Anno* 1570. §. **Auß besondern ansehenlichen Vrsachen.** Quando verò hujus vocis nulla fit mentio, verbo **Fürsten** etiam una cum aliis Principibus in Constitutionibus ac Recessibus Imperii conti-

continentur. 3. Quidam sunt Comites, qui ab Imperio cum Regalibus, jurisdictione, ac juribus aliis omnibus sunt investiti, vel usu ac possessione legitimè quæsita habent, tám quoad jurisdictionem, quám reliqua regalium jura & potestatem Optimatum Imperii, eadem possunt in toto suo territorio quoad personas & causas omnes, quæ Status Imperii in genere, & Principes possunt. (Restricto tamẽ, *de qua supr. sub. lit. a. h. t.* est attendenda, & exorbitans extensio vitanda.) Nam quicquid est in Comitatu, in jurisdictione Comitis esse præsumitur, nisi contrarium ostendatur; *peculat. in t. de jurisd. omn. jud.* § 1. *Expedito, versic. Magni. & seq. nu.* 1. *Lancellot. in Templ. omn. jud. lib.* 1. *c.* 6. *de Comite. n.* 7 *Mynsing. Resp.* 27. *n.* 42. ita ut Principes & Ordines reliqui, in ditionibus Comitum jurisdictionem exercentes, ipsis injuriam inferre, ac territoria eorum violare dicantur. *Corn. cons.* 159. *n.* 1. 2. *vol.* 2. *Petra de fideicommiss. q.* 13. *n.* 569. *Gail. de P. P. lib* 1. *c.* 16. *n.* 27. *&* 28. Sed hoc locum non habet, quando vel expressâ conventione & consensu, vel longâ possessione & moribus, vel á vicinis Principibus & ordinibus, vel inferioribus & subditis, jurisdictio Comitum, vel ex investitura, privilegio vel præscriptione cõpetens, vel quoad partem territorii, vel causas ac personas, partes quoq; judicii, diminuta est. Nam in iis solùm Comitum jurisdictio cessat, in reliquis salva & integra. *And. Knichen de sublimiterrit. jur. c.* 4. *in pr. n.* 6. *& seqq usq. ad n.* 34. 4. Quidam sunt Comites quibus Comitatus ab inferiore aliquo Principe, per subinfeudationem conferuntur. *Borcholt. de feud. c.* 4. *n.* 12. *Schrad. de Feud. part.* 10 *sect.* 2. *n.* 69. *vers. hac concl. Henric. á Rosenth. de Feud. c.* 2. *concl.* 1 *n.* 3. *in lit. c. & c* 5. *concl* 2. *n.* 4. *Pruckman. ad rubr. quæ sint regal. c.* 4. *n.* 34. *Boss. de Regal. n.* 10. & id usus & experientia testantur. Hujusmodi Comitatus nihilominùs tamen regales dignitates sunt; nam si Comites per subinfeudationem ab inferiore Principe investiantur, ut sæpé fit, etiamsi non immediatè, tamen mediatè ab ipso supremo Principe ejusmodi feuda consequuntur & dignitatem regalem, quæ antea iis feudis adhæsit, tanquam á supremo Principe profectam, cum regalibus iisdem feudis annexis, acquirunt vel potiùs retinent. Interdum etiam in investituris, quibus subinfeudantes á supremo Principe investiuntur, hujusmodi subinfeudationis fit mentio, & quando ab eo extra investituram cõprobatio hujusmodi subinfeudationis fit, adjici solet hæc clausula: **Mit vorbehalt der Oberlehens Gerechtigkeit**/vel hæc: **Inmassen die von vns vnd vnsern Vorfahren zu Lehen gerühret/vnd noch rühren sollen.** Principes Imperii quoq; nonnunquã ab aliis Imperii Principibus Comitatum vel Baronatum per infeudationem acquirunt, & simul dignitatem regalem & jura Regalia ei Comitatui vel Baronatui adhærentia consequuntur. Sic, si aliquis Comes vel Baro creatus, & regali dignitate insignitus sit, ut tamen bona, quorum respectu regalis dignitas concessa est, & quæ Comitatus vel Baronatus facta sunt, libera & allodialia manserint, postea verò hujusmodi Comes vel Baro, vel, ut contra potentiores tutus ac securus esset, vel aliam ob causam ab aliquo Principe inferiore suum Comitatum aut Baronatum in feudum recognoverit, nihilominùs prior dignitas retinetur; hanc enim á solo Principe nactus est, nec ab illo inferiore Principe habere potuit, nisi illi per peculiare privilegium ejusmodi dignitatem in aliquem conferendi facultas concessa fuerit. 5. Quidam Comites sunt, qui ex singulari supremi Principis privilegio, per inferiorem Principem, qui tale privilegium habet, creantur, & Comitatu sine subinfeudatione investiri possunt. *Claud. Seysel. de Feud. t qui feud. dar. poss. in* 1. *ampliat. vers. Idẽ etiam vi-*

dendum purpurat. in l. 1. n. 246. vers. Et hoc verũ intelligit, D. de offic. ejus cui Socin. cons. 68. n. 45. vers. Item quia dicta loca. vol. 1. Fulv. Pacian. de prob. lib 2. c. 35. n. 79. Huc spectat Privilegium sereniſſimorum Archiducum Auſtriæ, *de quo ſuprá.* Quod per talem creationem fit, perinde quoad dignitatem habendum eſt, ac ſi ab ipſo ſupremo Principe profectum eſſet, nec ex propriâ auctoritate & jure dantis ſubſiſtere potuiſſet. 6. Quidam etiam Comites ſunt, qui non ſunt in matriculam relati, & ſine regalibus inveſtiti, quales in aliquibus partibus Germaniæ inveniuntur. Sub domo Auſtriacâ **Graven zu Hardeck**. (Horum tamen inter alios fit mentio *in conſtit. Caroli V. contra Anabaptiſtas Spiræ 1529. editâ*, §. **Graven perſönlich.**) Sub electore Brandeburgenſi **Graven zu Hänſtein** / (vulgó **Honſtein**:) **Herren zu Viraden** (Ex quâ familiâ quidam Wilhelmus in Comitiis Ratiſponenſibus Anno 1557. celebratis, Sereniſſ. Electoris Brandeburgenſis legatus fuit.) Sub Ducibus Pomeraniæ & Epiſcopo Caminenſi, **Graven von Newgarten**. Verúm hi, quia regalia integra nõ habent, & aliis Principibus ſubſunt, iiſdem Comitum ſuprá relatorum jura non competunt. Illud obitér addo: Comites qui ſunt Status Imperii ad Comitia quidé vocari, ita tamen ut ſaltém duo compareant: nam totus ille ordo Comitum in Imperii Comitiis duorum tantúm ſuffragia habet: Unum ſuffragium **die Schwäbiſche**; alterum **die Wetterawiſche Graveſchafften**. Sed de his ſuo loco, Deo dante, prolixiús. *t*) Vocabuli BARONIS origo controverſa, adeó, ut & quibuſdam barbara viſa fuerit, *P. Heig. p. 1. q. 2. num. 54. pulchra de eo P. Pithœus lib. 1. ſubſec. c. 8.* Quidam originem longé petunt ἀπὸ τῆς βαρύτητος, hoc eſt, á gravitate, quód eorum munus fuerit in ipſis Ducatibus, non tantúm militare, ſed etiam prudenter atque graviter Ducibus ipſis conſulere de rebus gerendis conſilium capientibus; *Æguin. Baro lib. 1. Feud. c. 3 Curt. de Feud. in 2. part. q. 1.* Marin. Freccia *de Feud lib. 1. t. de Origine Baronum, n. 25 p. 12.* Baronem dici putet, gravem in geſtis ſuis, ſuperbum, eminentem; ac præ aliis excelſum hominem, ac qui in alios auctoritatem habeat, & dignitate fulgeat, & qui non mentis acie tantúm, ſed etiam corporis ſaturâ cæteros ſuperet. Refert & *ibid* aliorum opiniones *á pr. uſq; ad n. 25.* Quidam his ſimiles putant **die Bahnerherren** / á Germanico **Bahner**/ quod ſignificat vexillum, *Borchelt. de Feud. c. 5. n. 39.* quod non placet P. Heigio *d. q. 2. num. 54.* Nonnulli á Germanico **Freyen** Barones, quaſi Frajones, quaſi liberos & exemtos appellari putant, ideó quód ingenuos in gente Francorum Barones vocari ſolitos ſcripſerit Lazius *de rep. Rom. lib. 2. c. 33.* Vulgó exiſtimantur Barones, qui infrá Comites, reliquis Nobilibus dignitate, opibus & potentiâ antecellunt. *Hotom. in Lexic. Feud. Renat. Choppin de Doman. lib. 3. t. 26 n. 8.* Quidam Baronis nomen derivant ab Hebræorum *Bar*, quod ſignificat filium. Cúm enim primó Reges multos haberent filios, nec omnes poſſent Reges facere, cúm regnum ſit indiviſibile, donabant eis ampla caſtella cum juriſdictione & imperio, & inde Hebraico nomine vocabantur *Barones*, hoc eſt, filii aliis celſiores, *Innocent. in c. licet de voto. Alberic. de Roſate in Dictionario, in verb. Baro Chaſſan. in Catalog. glor. mund. p. 8. conſid. 15. & plurimi alii allegati á Martino Freccia d. t. de Origine Baronum, n. 2 3. 4. (mihi) 10. & 11.* Germanis Barones **Freyherren**/ quaſi liberi Domini, quód liberum illis ſit ad Comitivam aſpirare, uti conjicit Vultej. *de Feud. lib. 1. c. 4. n. 14.* Sed M. Freher. omninó exiſtimat vocem *Baronis* á veteri Teutonico **Barn** deſcendere, quod virum, marem, filium, heroëm ſignificat: & in veteribus cantilenis paſſim eâ notione legi aſſerit. Et in veteri Lexico Baro *dñe* vertitur. Ex his.

Elige

Elige cui dicas, tu mihi sola places.

Vocabulum *Baronis* modó latè, modó angustè passim accipitur. Latè, Barones appellabantur olim omnes, qui Vassi Dominici seu Vasalli regni dicebantur, quo nomine regni Capitanei seu Magnates, omnes Duces, Marchiones, Comites comprehenduntur, *Sigbert. in Chron. Anno* 1160. *Renat. Choppin. de LL. Andium lib.* 1. *t.* 5. *de Baronib. c.* 47. *n.* 1 *&* 2. *Paul. de castro cons.* 34. *vol.* 2. *nu.* 2. *Luc. de Penna, l. fin. C. de Mancip. & col patr. lib.* 11 *Paris. cons.* 141. *n.* 29 *lib.* 4. *Bellon. consil.* 59. *nu.* 10. *Ascan. Clementin. de Patr. potest effect.* 2 *num.* 41. *limit.* 4. Angustè, sumitur pro Capitaneis Comitibus proximis, *Baro de Feud. lib.* 1. *c.* 3. *Steph. Forcat. in Comm. Feud. c.* 3. *nu.* 7. Non dignitate reliquos nobiles & milites antecellunt. *Alciat. in tr. de sing. certam, c.* 23. *Frideric. Schenck Baro in c.* 1. *quis dic. Dux. Tiber Decian. cons.* 32. *n.* 147. *vol.* 1. *Boër. de auctor. magni consil. n.* 113. Et hæc est hujus loci propria. Plures significationes recenset Petr. Anton. de Petra *de jure quæsito per princip. non tollend. c.* 22. *n.* 12. Illud non omittendum, linguâ nostra Teutonicâ in Decretis Comitiorum variis nominibus Barones appellari: 1. Simpliciter dicuntur **Freyen. Reformation Keyser Friderichs des dritten/zu Franckfurt am Mayn** *Anno* 1442. **auffgericht/***in pr.* **Graven/ Freyen. In dem Königlichen Landfrieden zu Wormbs** *Anno* 1495. **auffgericht/***in pr.* **Prælaten/ Graven/ Freyen. In der Reformation König Maximilian/ die Freyschöffen/ vnnd das heimlich Gericht zu Westphalen betreffend/ zu Wormbs** *Anno* 1495 **auffgericht.** *in pr.* **Prælaten/ Graven/ Freyen/ Herren. In Königlicher Majestät vnnd des Heiligen Reichs Ständt/ Ordnung des Regiments zu Augspurg** *Anno* 1500. **auffgericht.** *ibi:* **Freyen/ Herren/ ꝛc In Römischer Königlicher Majestät Regiment auff dem Reichstag zu Wormbs** *Anno.* 1521. **auffgericht §. Vnnd anfänglich.** *ibi:* **Graven/ Freyen/ Herren vnd Stände.** 2. Semper **Freyen. (Herren zu Westerburg vnd Schomburg) Abschiedt des Reichs zu Regenspurg** 1541. **auffgericht Reichs abschiedt zu Speyr** *Anno* 1570. **(Limpurg.) Abschied des Reichstags zu Speyr** *Anno* 1542 **auffgericht** (Olim etiam Thusani & Aldenwaldenses.) 3. **Freyherren (zu Zimbern)** *Constitution* **oder** *Mandat Caroli V.* **wider die Widertäuffer. Speyr** 1529. **Abschied zu Regenspurg** 1532 **(Zu Walburg.)** *Constitution* **wider die Widertäuffer zu Speyr** *Anno* 1529. **auffgericht Abschiedt des Reichstags zu Regenspurg** *Anno* 1532. **(Zu Allendorff vnd Königseckenberg:) Abschied des Reichstags zu Regenspurg** 1532 **auffgericht. (vel Allendorff vnd Kuntz Eckerstergen:) Abschiedt des Reichstags zu Speyr** 1542. **(vel Königseck vnd Aulendorff.) Reichs abschied zu Speyr** *Anno* 1570. **auffgericht. Augspurg** 1551 **(Gundelfingen.) Reichs abschiedt zu Regenspurg** *Anno* 1532. **vnd Speyr** 1542. **(Obersoltzberg:) Reichs abschied zu Speyr** *Anno* 1544. **(vel Obersultzburg.) Augspurg** 1551. **(Zu Fronhoffen.) Reichs abschied zu Augspurg** 1551 **(Zu Alten vnnd Newen Fronhoffen) Reichs abschiedt zu Augspurg** 1566. **(Zu Graveneck.) Reichs abschied zu Augspurg** 1551 **(Zu Hohenschwangaw vnnd Erbach:) Reichs abschiedt zu Augspurg** 1555. **Regenspurg** 1594. **(vel Hohenschwangen vnd Erbach) Reichs abschied zu Speyr** 1570. **(Zu Dagstül.) Reichs abschied zu Augspurg** 1551. *&* 1566. **(Zu Waldeck) Reichs abschied zu Regenspurg** 1557. **(Zu Schwartzenburg vnnd hohen Landsberg.) Reichs abschied zu Augspurg** 1559. *&* 1566. **Speyr** 1570. **Regenspurg** 1594. **(Zu Erufelß) Reichs abschied zu Augspurg** 1566. **(Zu Kriechingen.) Reichs ab-**

schied zu Speyr 1570. (Zu Winnenberg vnnd Beylstein.) Reichs Abschiedt zu Augspurg 1566. (Zu Degenberg.) Reichs abschied zu Augspurg 1566. (Mundelheim.) Reichs abschiedt zu Augspurg 1551. 4. Simpliciter Herren. (Die Herren zu Rupelskirch.) Reichs abschiedt zu Regenspurg 1532. (Die Reussen/ Herren zu Plawen / zu Schleitz/ Greitz/ Kranichfeldt / Lobenstein vnnd Gera.) Reichs abschied zu Speyr 1529 Augspurg 1530. Regenspurg 1541. (Zu Rappoltstein) Reichs abschied zu Speyr 1529. (Zu Brandschenck.) Cammergerichtsordnung zu Costantz 1507. (Zu Blanckenheim.) Reichs abschiedt zu Augspurg 1566. (Herren zu Schönburg/ Herren zu Glauchaw vnnd Waldenburg.) Reichs abschied zu Regenspurg 1576. (Zu Burgberg) *ibid.* (Herren zu Hohen Geroltzeck) Reichs Abschiedt zu Speyer 1529. Regenspurg 1532. 5 Edle Herren/ (Graven von Mansfeldt Edle Herren zu Heldrungen) Reichs Abschiedt zu Wormbs 1545. Speyr 1570. (Graven vnd Edle Herren zur Lipp vnd Spiegelberg.) Reichs Abschiedt zu Speyr 1570. (Graven vnd Edle Herren zu Diepholt.) Reichs abschiedt zu Augspurg 1551. 6. Olim Barones Nobilium tantùm titulo appellati fuerũt, vel simpliciter, ut **Edle von Querfurt**/ unde Comitũ Mansfeldensium origo: vel adjectâ demonstratione **der Edle**. Hujus ordinis olim forté fuerunt **die Edlen von der Plate**: Item, **die Edlen von der Planitz**/ in Misnia & terra Advocatorũ. Ex variis istis nominibus, quibus Barones in actis Imperii insigniuntur, variæ etiam eorũ oriuntur divisiones. P. de Andlo *in tr. de Rom. Imp. lib. 2. c. 11.* duo genera refert: Unum, simpliciter Baronum: alterum, Semper Baronum, Rutger Ruland *in tr. de commissionib. lib. 5. c. 4. n. 40.* tria recenset genera: 1. Semper Liberorũ, qui ab Imperio etiã officia imperialia habent, ut sunt Trucesii & Limpurgici. 2. Liberorum Baronum, **Freyherren**. 3. Simpliciter Baronum, **Herren**. Hęc distinctio etiã ferè in Germania vulgò recepta: cõfirmatur ex eo, quia **Freyen** & **Herren** in antiquis constitutionibus Imperii ut diversa ponuntur. **In der Reformation Keyser Friderichs des dritten/ zu Franckfurt am Mayn** *Anno* 1442. **auffgericht**/ *post pr. ibi:* **Freyen/ Herren. In der Ordnung der Römischen Königlichen Majestat Cammergerichts/ zu Wormbs** *Anno* 1495. **auffgericht**/ *in pr. ibi:* **Freyen / Herren. In der Reformation König Maximilian / die Freyschöffen vnnd das heimlich Gericht zu Westphalen betreffendt/ zu Wormbs** *Anno* 1495. **auffgericht**/ *in pr. ibi:* **Graven / Freyen. In der Römischen Königlichen Majestät vnnd des Heiligen Reichs Ständ / Ordnung des Regiments zu Augspurg** *Anno* 1500. **auffgericht**/ *in fin. pr. ibi:* **Graven / Freyen / Herren. In Römischer Königlicher Majestät Regiment auff dem Reichstag zu Wormbs** *Anno* 1521. **auffgericht**/ §. **vnnd anfänglich**/ *ibi:* **Graven / Freyen / Herren / vnnd Stände**. Sed nulla est reverâ inter Barones differentia, & quocunque nomine appellentur, sive Semper **Freyen** / sive **Freyherren** / sive **Freyen** / sive **Edle Herren** / sive **Herren** / sive **Edle**/ sive **die Edle**/ omnes dignitate & nobilitate pares sunt. Nam vocabulum **Herren** generaliter usurpatur de omnibus Baronibus, & per hoc Comitibus adjunguntur, idque evidenter constat ex generali Decretorum Comitiorum subscriptione: (**Von der Graven vnd Herren wegen.**) **Abschied des Reichstags zu Trier vnnd Cöln** *Anno* 1512. *in pr. ibi:* **Graven / Herren. Abschiedt zu Regenspurg** *Anno* 1532. *ibi:* **Von der Graven vnnd Herren wegen / &** *Anno* 1541. *ibi:* **Graven vnd Herren persönlich. Abschiedt zu Wormbs** *Anno* 1545. **Zu Augspurg** 1548. & 1551.

& 1555.

& 1555. (Graven vnnd Herren Bottschafften) Abschiedt zu Regenspurg *Anno* 1557. (Graven vnd Herren) Abschied zu Speyr 1557. §. Vnnd wir &c. (Graven vnd Herren Persönlich/) Reichs abschied zu Augspurg 1559. & 1566. Speyr 1570. Abschiedt des *Deputation* Tags zu Franckfurt 1571. Reichs abschiedt zu Regenspurg 1576. Augspurg 1582. Regenspurg 1594. & 1598. Abschiedt des *Deputation* Tags zu Speyr 1600. Abschiedt zu Regenspurg 1603. Præterea, nomine **Herren**/ non tantùm illi, qui solâ Baronatus dignitate sunt insigniti, sed & qui Dynastias cum Ducum, Principum & Comitum titulo conjunctas habent, continentur. Sereniſſimi Archiduces Austriæ sunt **Herren auff der Windischen Marck/ zu Portenaw/ zu Salins** Duces Megapolitani, **der Lande Rostock vnnd Stargart Herren** Duces Juliacenses, **Herren zu Ravenstein**. Marchiones Badenses, **Herren zu Röteln vñ Badenweiler**. Anhaltini Principes, **Herren zu Zerbst vñ Bernburg**. Comites Swartzburgenses, **Herren zu Arnstadt/ Sundershausen vnd Leutenberg**. Comites Nassovienses, **Herren zu Wißbaden vnd Itzstein**. Plura exẽpla subscriptiones Decretorũ Imperii suppeditant. Illud & notandũ, quód interdũ sub generali vocabulo **Herren** / Comites etiam comprehendantur. **Abschiedt des Reichstags zu Augspurg** 1500. *tit.* **Wann dz Gelt zu des Cammergerichts vnderhaltung** §. **Vñ wir Churfürsten** Sed cur in quibusdã Decretis, suprà allatis, Barones ac Domini, **Freyen vñ Herren**/ ut diversi ponũtur? Stylo Cancellarię potiús hoc imputandum, quám ut gradus & dignitatis inter eos sit differentia (Nobiles etiam diversis nominibus **Edele vnd Knechte** appellantur, quæ tamen sunt synonyma.) Pro uno enim & eodem vocabula **Freyherren vnnd Herren** accipiuntur. **Abschiedt des Reichstags zu Augspurg** 1548. §. **Wiewol auch in der Ringerungs-Handlung bedacht / daß die Graven vnnd Herren**/ & mox: **Sich auch zum theyl allein auff der Fürsten Eigenthumb vnnd jhre Pfandtschafften / Graven oder Freyen lassen**. Et qui Comites & Barones, **Graven vnd Freyherren** appellantur. **In der Cammergerichts-Ordnung** *pag.* 1. *t.* 1. §. **Nemlich wollen wir**/ *ibi:* **zween auß den Graven oder Freyherren**/ *& t.* 3. §. **Deßgleichen sollen** / *ibi:* **Aber die zween Graven oder Freyherren**. Postea Comites & Domini nominantur, *d p.* 1. *t.* 38. §. **Zum siebenden** / *& t.* 39. §. **Vnnd sollen die Notarien**/ *& t.* 43. Vocabulum **Herrschafft** ita quoque in Recessibus Imperii plerumque usurpatur, ut Comites & Barones simul comprehendat. Non itaq; Trucesii Barones vel etiam Limpurgici ideó, quód semper liberi sive **Semperfrey** vocantur, tali prærogativâ gaudent, ut magis quám reliqui Barones regalem dignitatem, regaliaque habeant, quemadmodum nec Imperiale hæreditarium officium pincernæ, quod Trucesii & Limpurgici Barones habent, tantam prærogativam iis tribuit, præsertim cùm Barones Pappenheimenses etiam Maresçalli, Waldpurgenses Dapiferi, & Comites Zollerenses Camerarii hereditarium officium habeant, & tamen ideó præ aliis Comitibus & Baronibus, ratione regalis dignitatis, vel regalium, prærogativam sibi arrogare nequeunt. Sed Limpurgici & Westerburgenses, quos Comites Leiningenses jam repræsentant, cur dicuntur Semper **Freyen**? Hoc ideó fit, quia á tempore antiquissimo in dignitate ista ingenui constituti fuerunt, & inter quatuor Imperii Barones, κατ' ἐξοχὴν sic appellatos, numerati fuerunt. Præterea, Barones ita in genere distingui possunt: 1. Quidam simpliciter **Freyen**/ **Freyherren**/ **Edle Herren**/ vel **Herren** vocantur, qui vel privilegio expresso, vel tacito,

cito, hac dignitate sunt ornati, sive feudum hujusmodi nobile possideãt, sive non; sive directé, vel indirecté imperio pareant, *Henric. á Rosenth. de Feud. c. 2. concl. 2. n. 9.* **Reichs abschied zu Augspurg** *Anno* 1548. §. **Wiewol auch in der Ringerungs-handlung bedacht.** 2. Quidam dicuntur **Freyherren des Reichs**/qui cum ea dignitate jus Comitiorum Imperii conjunctum, hoc est, locum in Senatu Imperii, ac sententiæ dictionem habent. Horum quidam mediaté, quidam immediaté Imperio sunt subjecti, quidam de Baronatu ab Imperio investiti, quidam verò non, nisi á Principibus feuda vel allodialia possident, *d.* §. **Wiewol.** Quidam ab Imperio Regalia & jurisdictionem omnigenam habent, quidam non. His ita præmissis dubium non minimum oritur: *Vtrùm Comites & Barones Imperio immediaté subjecti, revera sint æquiparandi, & Baronatus inter feuda regalia nominandi?* Negant *Matth. de Afflict. in c. 1 quis dic. Dux. n. 6. (dum negat Baronatum esse titulatum feudum, ut sunt Ducatus ac alii Principatus & Comitatus.) Fulv. Pacian. de probat. c. 37. num. 1. 5. & 6. lib. 2. Fr. Duaren. de Feud. c. 6 Molin in consuetud. Parisiens. t. 1. §. 20. nu. 4. Hieron. Schurff. cons. 37. n. 7. cent 2.* Sed contrarium, quòd Barones Comitibus æquiparentur, & regalem dignitatem habeant, verius est, *Alvarot. in c. 1. de Feud. Marchia, Ducat. vel Comitat. Marin. Freccia Neapolitan in Commentar. Feud. lib. 1. tit. de Orig. Baron. nu. 14. ubi ait: Apud Germanos Baronem nullum habere cum Comite discrimen, sed procedere á pari. & lib. 2. t. quis dic. Comes. n. 36. ubi ita ait: Comes habet honorem in sedendo in Parlamento Regis, &c. Et paulò pòst: Baronis est æqualis dignitas. Iacobin. de S. Georg. de Feud. in verb. Dux. vers. quid si Rex. n. 10. Iul. Clarus in §. Feudum, q. 90. nu. 5. Gozadin. cons. 26 n. 28. Decius cons. 85. n. 3. Crav. cons. 135 nu. 1. & cons. 895. nu. 7. Frider. Schenck in d. c. 1 quis dic. Dux vel March. Henning. Göden. cons 2 n. 7. Mynsi. Resp. 16. n. 19. Decad. 2. Gail. de Arrest. Imper. c. 6. n. 16. Ludolph. Schrader. de feud. part. 10 sect. 1. num. 22. & cons. 13. n. 170. vers. Tum quia Baronia. Henric. á Rosenth de Feud. c. 2. concl. 1. n. 4. & 5. Vult. de Feud. lib. 1. c. 4. nu. 14.* Hæc opinio etiam in Germania nostra recepta: *Zas. de Feud. part 5. n. 29. Rosenth. d. concl. 1 n. 5. gl. lit. E. Schrader. d. sect. 1. n. 23. & d. cons. 13. n. 171.* Imò *teste Schenck. d. loc.* consuetudo ea, est vetustissimus Germanorum procerum usus. Schrader. *d. cons. 13. num. 159.* Baronatum maximam dignitatem appellat, sed propriâ auctoritate, quæ, an valeat hoc casu subdubito. Præterea *d. cons. nu. 170. v. Tum quia Baronum*, ait, *generali appellatione Baronum, Duces, Marchiones, & Comites comprehendi.* Minimé id tutum in nostra Germania. Allegat solum Matth. de Afflict. sed animadvertere debuisset, illum, ut Regni Neapolitani jurisconsultum tantùm de Baronibus ejusdem Regni, & ejus consuetudine loqui. Sed dicat quis: 1. In jure Feudali *c. 1. de feud. March. c. 1. quis dic. Dux. c. 1.* § *præterea Ducatus de prohib. feud. alien. per Frideric. &c.* nulla Baronitus fit mentio? Nihil refert; Nec aliorum Principatuum, quàm Ducatus & Marchionatus, ut & Comitatus in eo de Regalibus, feudis, & dignitatibus fit mentio, & tamen certo certius est, præter Ducatum, Marchionatum & Comitatum, etiam alia ex jure feudali pro feudis regalibus habenda esse: *tex. in c. 1. de Feud. alien. in f.* ubi Ducatus, Marchionatus & Comitatus ita fit mentio, ut subjiciantur hæc verba: *Vel aliarum dignitatum.* Ideoque Baronatus etiam ad ea feuda regalia pertinent. 2. **In der Cammergerichts Ordnung** *p. 2. tit. 7.* **wie vmb Fürstenthumb / Graveschafften / &c. in Recht gehandelt werden soll.** *ibi:* **Graveschafft.** Comitatus disertis verbis refertur inter feuda regalem dignitatem annexam habentia, & Baronatus nulla plané fit mentio? Verum quidem

hoc:

hoc: sed tamén Barones á Comitibus hîc nullo modo sunt separandi, cúm illi non minús, quám hi sint Status Imperii, *Gail. 1. obs. 2. num. 2.* Illustresque appellentur. *Schrader. d. cons. 13. num. 172. vers. Tùm quia Barones. Bald. in c. 1. in pr. n. 6. de Feud. March. Decius in l. certum, n. 9. & ibid. Ioan. Bolognet. n. 40 C. unde legit. Iason. cons. 114. Incip. ad objecta. n. 2. vol. 1. Gozadinus consil. 8. Incipient in causa Illustrissimi n. 3.* Idem Barones vocat Illustrissimos, *consil. 26. n. 28.* sed malé. Deinde, Comites & Barones in matricula Imperii æquiparantur: in privilegio & jure Austregarum. **Cammergerichtsordnung** *part. 2. t. 3. & t. 4. & t. 5. in pr.* Præterea, in dignitate & munere judicis ac præsidum Cameræ Imperialis comparantur: **Das Keyserliche Cammergericht soll jederzeit mit einem redlichen verständigen Cammerrichter/ der ein Fürst/ Geystlich oder Weltlich/ oder auffs wenigst ein Grave oder ein Freyherr Cammergerichtsordnung** *p. 1. t. 1. in pr.* Quocirca licét *in d. Ordin. part. 2. tit. 7.* Baronatus nulla fiat mentio: attamen ibi post verba, **Fürstenthumb/ Hertzogthumb/ Graveschafft/** subjicitur nota, quâ designantur verba: *Et catera.* Idem fit in **Römischer Königlicher Majestät Regiment/ auff dem Reichstag zu Wormbs** *Anno* 1521. **auffgericht** §. **Ob auch sachen fürfielen/ Fürstenthumb/ Hertzogthumb/ Graffschafften/ &c. belangend** Nam per illa verba sine dubio alia feuda regalia, quám quæ nominatim sunt expressa, designantur, inter quæ etiam est Baronatus. 3. **In der Cammergerichtsordnung** *p. 2. t. 4. §.* **Zum vierdten**/ plané nulla fit mentio Baronis, sed Comiti tribuitur, quód peti possit ut á Cæsare Commissarius constituatur, coram quo ab utroque procedatur: *ibi.* **So soll der klagenden Parten erlaubet seyn einen vnparteyischen Commissarien/ der zum wenigsten eines hohen Prælatenstands/ oder ein Grave sey.** Sed hoc fit ob singularem hanc rationem, quia Comites plerumque solent esse potentiores quám Barones, & habere plures, quorum consilio & operâ in hujusmodi arduis commissionum causis uti possunt. 4. Ordo Comitum in Imperii Comitiis duorum tantúm habet suffragia: Unum suffragium **die Schwäbische**: alterum **die Wetterawische Graffschafften.** Baronum nulla fit mentio. Verúm non tantúm Comites, sed & Barones ad Comitia, ut Status, vocãtur, & hi cum illis conjunguntur, jusque suffragii simul habent; isti duo Comites tám Barones quám Comites repræsentant, & tam illorum quám horum nomine sessionem & suffragia habent, & finitis Comitiis illorum nomina conjunctim cum horum nominibus, recessibus Imperii, in catalogo Statuum his adjuncto, subjiciũtur **Reichs abschiedt zu Augspurg** 1500 *ibi:* **Graven/ Grave Haug von Werdenberg.** *& ibi:* **Eberharts Herren zum Königstein Cammergerichtsordnung zu Costnitz** 1507. *& infinitis seqq.* Atque hæc hactenus. Illud obiter addo: Quemadmodum Baronum Imperii, qui per infeudationem & subinfeudationem Baronatus, (quod fieri posse nullum est dubium) possident, dignitati regali & juribus regalibus nihil derogatur; sic etiam libertatem, quâ Imperio immediaté subjecti, & Status Imperii sunt, minimé amittunt, multó minús domini feudalis jurisdictioni subjiciuntur; sunt enim diversa, jurisdictio ordinaria & feudalis: Nec possunt per ejusmodi recognitionem feudalem, personam suam & bona, Imperio immediaté subjecta, domino feudali subjicere, & ab illa jurisdictione immediaté eximere, & ea ratione efficere, ne Imperatori & Imperio præstent ea, quæ vel ratione collectarum, vel aliás ab immediatis membris Imperii præstanda sunt. Quód si contrá faciant, procurator fiscalis adversús eos, qui se ab immediata Imperii jurisdictione eximi sinunt,

sinunt, & adversus ipsos etiam eximentes in Camera Imperiali summarié solet procedere, *Gail. 1. obs. 21. n. 1.* Reperiuntur etiam Barones, qui mediaté Imperio subjecti sunt, & vel ob præscriptionem, vel quód cùm Barones ab Imperatore crearentur, alicui Principi ipsi ac bona eorum subjecta fuerint. **Reichs abschiedt zu Augspurg** *de Anno* 1548 §. **Wiewol auch in der Ringerungshandlung**/ *in quo superioritas Principum, quibus tales Barones subsunt, confirmatur, & additur, eos non aliter etiam ad eas dignitates ab Imperatore admissos; quàm cum expressa reservatione juris Principibus illis competentis.* Licét autem hujusmodi Barones mediaté Imperio subjecti sint, retinent tamen nomen illud, quod á libertate habent, & nihilominùs Germanicâ linguâ **Freyen** & **Freyherren** appellantur. *k*) Nobilitas est excellentia, beneficio Principis ac legis, in aliquem collata, quâ plebejorum numero quis eximitur, *Æguin. Baro de nobilitate lib. 3. c. 2. & de Feud. lib. 2. c. 4.* & alia privilegia consequitur: *de hu prolixé Andr. Tiraquell. in tr. de Nobilit. c. 6.* Hæc nobilitandi consuetudo non nuper, ut quidam existimant, cœpit, sed Zenonis Imp. tempore, ante 1000. annos in usu fuit, *ut eruditè monet Conrad. Lagus in Method. jur. Civil. part. 2. l. quoties, §. viros, C. ubi Senator. vel Clariss. quâ Imp. disertam facit mentionem nobilitatis sine administratione per honorarios codicillos collatæ.* Hinc satis liquet, eodem modo & olim ab Imperatoribus ordini Nobilium ascriptos esse plebejos, ut nunc privilegiis Cæsarum istius ordinis dignitate ornantur: & vel ab ipso Principe, vel aliis, quibus eam potestatem concessit, *Bart. in l. 1. col. ult. C. de dignitatib. Tiraquell. d. tr. de Nobilit. c. 6. n. 9.* Nobilitas non expresso tantúm, sed & tacito privilegio quoq; confertur, *Bart. in d. l. 1. col. ult. C. de dignit. Tiraq. d. loc.* Et refert Petrus de Andlo *de Imp. Rom. lib. 2. c. 12.* in Germania esse Comites de Comitatu nõ investitos, sed qui á Castellis privatis, quæ possident, dominationis titulos contraxerint, eorumq; majores Romæ Comites temporarios fuisse nomenque dignitatis, dum externas nationes peterent, retinuisse: In eorum numero esse Comites ab Oëtingen & Zollern. *Idem d. tr. lib. 1. c. 15.* Sit fides penes auctorem. Hoc tempore curiosiùs inquirere nó libet, nec licet. Illud notandum. Nobiles etiam illos dici, qui præter communem & vulgarem nobilitatem aliquid majus habent, ut sunt Duces, Marchiones, Barones. *Innocent. III. in c. constitutis. 46. de testib. & attestationib. Innocent. IV. in c. Grandi. de Supplend. neglig. prælator. in 6. Tiraquell. de nobilit. c. 6. n. 51. Fab. de Anna cons. 56. n. 17. 18. 19. 20. 21. Barth. Cœpolla in tr. de Imper. milit. deleg. in 40. privileg. nobilit. Alb. Brun. consil. 103. Laurent. Sylvan. cons. 73. num. 5. Ludolph. Schrader. de Feud. part. 10. sect. 7. num. 59.* Regii quoque honoris collationem inter gradus dignitatis recenset Petr. de Andlo *d. tr. lib. 2. c. 12.* Nobiles, si hodiernum Imperii Romano-Germanici statum spectemus, quidam Imperio directó parent: quidam Principibus & Ordinibus subjecti. Inter hos variæ sunt differentiæ, secundùm varias regionum consuetudines. In Franconia alii sunt **Lehenleute**; alii **Landsassen**. Hi sunt deterioris conditionis quám **die Lehenleute**. Nam **die Lehenleute** coram domino non, nisi ratione causarum feudalium, comparent: in aliis causis alios judices singulares habent, vel judicium Rotwilense, vel aliud. Sed **die Landsassen** indifferenter ratione omnium causarum, etiam non feudalium, coram domino comparere tenentur, & aliis modis. In Electoratu & Ducatu Saaxoniæ, alii immediaté Principi subjiciuntur, qui dicuntur **Cantzley- oder Schrifftsassen**/ nam ipsis Princeps vel Consiliarii ejus nomine, imperitant, alii mediaté & dicuntur **Amptsassen**/ quia toparchis præfecti

fectis seu Quæstoribus, quos illi **Schöſſer** appellant, ſubjiciuntur, & coram iis conveniuntur. De his aliâs. Nunc de Nobilibus Imperii Liberis tantúm breviter quædam ex multis delibabo. Liberi Nobiles immediaté Imperio ſubjecti, **die Freye vom Adel / die Freye Ritterſchafft / welche ohne mittel der Keyſerlichen Majeſtät / vnd dem Reich vnderworffen; Reichs abſchiedt zu Augſpurg** *Anno* 1555. §. **Vnd in ſolchem frieden. Cammergerichtsordnung** */p. 2. t. 5. ibi:* **Edelman oder andern des Adels der oder die dem Reich ohn mittel vnderworffen** /2c. á loco in tres claſſes diſtribuuntur; Franconicam, Suevicam & Rhenanam, **die Freyen vom Adelim Land zu Francken / Schwaben / vnd am Rhein. Reichs abſchied zu Augſpurg** *Anno* 1500. *tit.* **Was man mit den Ritterſchafften zu Francken / Schwaben / vnnd Rheinlanden handeln ſoll. Reichs abſchied zu Speyr** *Anno* 1542. §. **Demnach haben wir auff der Churfürſten / Fürſten vnnd Stände** /2c. (Equites Franciæ in ſex loca diviſuntur: 1. **Odenwald.** 2. **Steigerwald.** 3. **Gebirg.** 4. **Altenmühl.** 5. **Pan.** 6. **Rohr vnd Weyde.** Suevi in quinq; 1. **Hegöw / Bodenſee vnd Algöw.** 2. **An der Donaw.** 3. **Am Köcher oder Goochen.** 4. **Am Swartzwald.** 5. **Im Creichgaw.** Hæc obiter.) Hi non minús, quám reliqui Status Imperii immediaté Imperio ſubſunt, Conſtitutionibus Imperii, de immediaté Imperio ſubjectis loquentibus, comprehenduntur. Deinde, habent jus & privilegium Auſtregarum, **Cammergerichtsordnung** *part. 2. t. 3. ibi:* **Ritter oder andere des Adels / die ohne mittel dem Reich vnderworffen /** *t. 4. ibi:* die vom Adel / *& t. 5. ibi:* **Edelman oder Knecht dem Reich ohne mittel vnderworffen** / & in eo jure Civitates Imperiales, quam eo carentes, ex eadem Ordinatione ſuperant. Præterea, gaudent beneficio Conſtitutionis de pace Religionis, nec minús quám Imperii Status immediaté Imperio contribuunt, tantaque eorum ab Imperatore Rudolpho II. L. M. habita fuit, ut Anno 1592. Cameræ Imperii mandavit, ut eos in ſua libertate, ejusque poſſeſſione, vel quaſi, manuteneret adverſús potentiores, & non facilé exceptiones ſubjectionis, ab iis objectas, attenderet, nec ſub prætextu ſuperioritatis contra libertatem eorum pronunciaret: *prajudic. Camera in verb. nobilitas. §.* **Der Fränckiſchē.** Dubiū hic oritur: Utrúm Nobiles immediaté Imperio ſubjecti inter Status Imperii referantur? N. ſive immediaté, ſive mediaté Imperio ſint ſubjecti; Nō deſunt tamen qui immediatos Statibus annumerāt ſed hoc pugnat cū experientia, & ipsâ Imperii matriculâ, in qua inter eos non reperiuntur, nec etiam ad Comitia Imperialia vocantur, multó minús ſeſſionem & jus ſuffragii in iis habent. Olim tamen immediati Nobiles Comitiis quoque interfuerunt. *Aur. Bulla Caroli IV. t. 1. §. Statuim 4. ibi: Militibus, Clientibus, Nobilibus, t. 12. Germanic. ibi:* **auch mit vielen andern Fürſten vnd Rittermäſſigen Perſonen. Reformation Keyſer Friderichs des dritten / zu Franckfurt am Mayn** *Anno* 1442. **auffgericht /** *in pr. ibi:* **Freyen / Herren / Dienſtleuten / Rittern / Knechten /** *Bulla Sigiſmundi, §. 2. & §. 4. á Goldaſt. tom. 1. Conſt. Imp. p. 143. & ſeq. relata. Ludovic. Gremp. á* **Frewdenſtein /** *& Hieronym.* **zum Lamb** *in Reſponſo ſolivago*, **der Erbarn Frey- vnnd Reichsſtätt Seſſion / Stand vnd Stim belangend /** §. **Zu der vierdten** *Objection &c.* **Braunſchweigiſche Hiſtoriſche Händel** *part. princip. 2 part. 2. p.* 2177. Prærogativâ tamen ſingulari præ aliis Nobilibus gaudent Diſtinguendum itaq; hîc inter hæc duo, Statum Imperii eſſe & eſſe Imperio immediaté ſubjectum. Dubitatur præterea: An Nobiles immediaté Imperio ſubjecti regalia habeant? Matth. Weſenb. *conſ. 60. n. 30.* Frider. Pruckman.

de Regalib. d. c. 4 n 34. Herm. Vult. *de Feud lib. 1. c. 5. n. 7.* Nobiles etiam iis annumerant qui regalia habent. Cujusmodi Nobilium meminit etiam in specie Tiber. Decian. *Responſ. 2. num. 164. lib. 1.* addens generaliter, Nobiles regalia habere posse. Sed hoc de iis respectu regalis alicujus dignitatis, vel eo nomine, quód inter Status Imperii numerentur, dici nequit. Dignitas enim eorum, quam ex nobilitate habent, non est regalis, ut in Principibus, Comitibus, ac Baronibus. Sunt multi inter hos Nobiles, qui unâ cum eâ libertatis prærogativâ regalia non habent. Sunt quoque non pauci, qui unum vel plura etiam regalia sibi ex peculiari concessione vel præscriptione acquisiverunt, & iis utuntur, atque hoc ut in nonnullis aliis regalibus, sic maximé in mixto meroque imperio, quæ inter regalia referenda esse, quamplurimi statuunt. *Alciat. in c. quod ſedem, num. 27. de offic. Ordinar. Roland. á Valle conſ. 42. num. 6. & 31. vol 2. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 97. num. 24. P. Gudenn. in §. Fera. n. 171. Inſt. de Rer. Diviſ. Vdalric. Zaſius de Feud. part. 5. num. 11. P. Nicol. Mezz. t. de his qui feud dar. poſſ. n. 13. & t. de naturalib. Feudor. nu. 25. Meichſner. Deciſion. Camer. Imperial. tom. 2 lib. 2. Deciſ. 4. nu. 137. in fin peregrin. de jure Fiſci lib. 1. t. 1. n. 10. Boſſius in t. de Regal. b. n. 18. ubi dicit, Dd. ea mille in locis appellare regalia.* Merum autem Imperium plura regalia, quám unum comprehendere, tradunt Peregrin. *d. lib. 1. t 2. n. 97.* Roland. á Valle *conſil. 78. n. 8. & ſeqq. volum. 2.* Rosenthal. *de Feudu, d. t. c. concluſ. 4. n. 5.* Schrader. *de Feud. part. 4. c 1. n. 42.* Concesso verò mero Imperio tantùm ea regalia, quæ sub eo comprehenduntur, non diversa concessa esse intelliguntur. Reperiuntur etiam Nobiles, mediatè Imperio subjecti, qui unum vel plura regalia ex Principis concessione, vel legitimi temporis præscriptione habent & aliàs quoque homines privati, & in nullâ dignitate constituti regalia legitimis modis acquirere possunt. Quamvis indignum esse videatur, ut tales personæ regalia vel regales dignitates, bonâve, quibus ejusmodi dignitas annexa est, habeant, *Lucas de Penna in l. 2. n. 3 in verb. Econtra. C. de jur. fiſci. & in l. 2. n. 2. verſ. Et breviter. C. de Fundis limitroph. lib. 11. Afflict. in c. 1. §. illud. n. 11. de prohibit. feud. alien. per Frideric. Roland. á Valle conſil. 89. n. 24. vol. 2. Peregrin. de jur. fiſci lib. 7. t. 3. num. 20. dicens privates regalium incapaces esse. Andr. Knichen de ſublim. territ. jur. cap. 1. n. 308. Fallit tamen, ſi iu modis ea nacti ſint, qui ad acquiſitionem regalium requiruntur & jure permiſſi ſunt. Peregrin. in tr. de jur. fiſci lib. 1. t. 1. num. 9. & 27. Schneidvv. de Feud. part. 3. n. 53. & 68. verſ. Et tales omnes. Heigius part. 1. q. 14. n. 29. & 30. Weſenbec. conſil. 45. n. 26. verſ. Quare videmus. Knichen d. n. 308. Et Schneidvv. d. part. 3. n. 13. id adeò verum esse ostendit. ut ex Caſtrenſe in l ſacrilegii, C. de diverſ. reſcript. dicat, Imperatorem posse dignitates alicui, nullam habenti, ita conferre, ut faciat eum Comitem, militem, nobilem, ac diſputantem de hac re, an benè vel malè fecerit, in crimen læſæ Majeſtatis incidere; ideoq; ſi Imperator homini privato Ducatum vel Comitatum concederet, eum statim Ducem vel Comitem fieri, & exempla esse notiſſima.* Sed de his hac vice satis. Cum Liberis Nobilibus Imperii cùm non minimam affinitatem habeant arcium Nobilium possessores, vulgò die Ganerben / Burggraven oder Burgleute / nisi quoad pacta & conditiones societatis & fœderis inter ipsos mutui: placuit quædam de his inserere. Cùm ante factam & promulgatam Pacem Publicam, quam **Landfrieden** appellamus, in Germania passim itinera minùs essent tuta & secura, & ut nostri loquuntur, **das Fauſtrecht im ſchwang gieng** / latrones quein arcibus apud sui generis homines latrones, **in den Raubſchlöſſern** / latitarent: generosi quidam

Nobiles

Nobiles arces munitas extruxerunt, in quibus cum familiis suis & rebus preciosioribus ab aliorum invasionibus violentis tuti essent. Ut autem conjunctio horum eó major & constantior esset, & se, suos, suaq; eó melius defendere possent, fraternitates & confœderationes certis legib. contraxerunt, quas **den Burgfrieden** appellarũt. Qui ita confœderati fuerũt, dicuntur Ganerbii, **Ganerben**/quasi, **gemeine Erben**/communes heredes, Condomini. Sed quia illi á priscâ virtute degenerãtes, alios non tantùm opprimere, verùm etiam confratres, alios opprimentes, recepta re cœperunt, audacia eorum publicis legibus Imperialibus fuit coërcita. **Im Königlichen Landfried/zu Wormbs** *Anno* 1495 **auffgericht.** *tit.* **Die Peen der Friedbrecher**/*ibi:* **daß jhr Leib vnd Gut Römischer Keyserlicher Majestät Landfried/auff dem Reichstag zu Wormbs** *Anno* 1521. **auffgericht**/ *tit.* **Die Peen aller Friedbrecher Erklärung des Landfriedens zu Augspurg** *Anno* 1500. **auffgericht**/ *tit.* **Wider der Ganerben Schloß.** *Cujus verba accuratè repetuntur* **in der Ordnung des Landfriedens zu Wormbs** *de An.* 1521. *tit.* **Wider der Ganerbẽ Schloß. Römischer Keyserlicher Majestät/vnd des heiligen Reichs Landfried/auff dem Reichstag zu Augspurg** *declarirt*, **ernewert/auffgericht vnd beschlossen/** *An.* 1548. *tit.* **Die Peen der Friedbrecher Cammergerichtsordnung** *de Anno* 1555. *part.* 2. *tit.* 13. **Daß wider die Ganerben/so die Echter zu jhrer Ganerbschafft zulassen/am Cammergericht gehandelt werden soll/**&c. Hic contra nonnullos notatu dignum, vocis **Ganerben**/aliam in jure Saxonico, aliam in locis superioris Germaniæ esse significationem. Nam *in Articulo* 17. **Landrecht** *lib.* 1. **Ganerben** dicuntur hæredes collaterales posteriores fratribus & sororibus, ita ab eundo, vel properando dicti, quód facilior & expeditior eorum sit successio, nullâ sexus, sed gradus duntaxat propinquitatis habitâ ratione, *d. articul.* 17. §. **Vatters vnnd Mutters**/*versic.* **die heissen diese Sachen Ganerben**/*& ibi gl. in verb.* **Ganerben** *Modestin. Pistor. consil.* 21. *n.* 43. Sed in actis & decretis Comitiorum, **Ganerben Häuser oder Schlösser** dicuntur arces plurium Nobilium familiis communes, quasi **gemeiner Erben Schlösser.** *d.* **Erklärung des Landfriedens zu Augspurg** 1500. *t.* **Wider der Ganerbẽ Schloß**/*ibi:* **Wie auß vnd in die gemeynen Ganerben Schloß**/&c. *d.* **Ordnung des Landfriedens zu Wormbs**/*Anno* 1521. *t.* **Wider der Ganerben Schloß**/*ibi:* **In die gemeinen Ganerben Schloß**/*vers.* **Ob die**/*ibi:* **in denselben gemeinen Schlossen**/*& vers.* **Solch vnser** *declaration, ibi:* **Allen gemeinen Ganerben Schlossen. Cammergerichtsordnung** *d. part.* 2. *tit.* 13. *in pr. ibi.* **Daß gemeiner Ganerben**/*&* §. **Wollen**/*ibi:* **Wo die gemeine Erben.** *&* §. **gemeines enthalts**/**oder Gerechtigkeit**/ *Petr. Danaïs. jur. Cam. t.* 256. *verb. Receptatores, nu.* 2. Tales arces aliquot sunt in Germania: Arx Rotenburgensis, non procul Norinbergâ dissita. Saltzburgensis ad Salam. Fridburgensis in Wetteravia. Gelnhusensis, *quarum præclararum exemptionum privilegia referuntur in catalogo Privilegiorum, in verbis,* **Gelnhäusische Freyheit**/*fol.* 425. *&* 430. Sunt & quædam Civitates Ganerbicæ: ut Creutzenachum, oppidum situm ad Rhenum, habet condominos Electorem Palatinum & Marchionem Badensem. Sic Smalcaldia, dum viverent Comites ac Principes Hennebergenses, ex parte dimidia ad ipsos, ex altera ad Landgravios Hassiæ pertinuit: hodié Landgravius solus eâ potitur. Quomodo Ganerbinatus constituantur, extinguantur, finiantur, *ex Cunradi Rittershusii Partitionib. Feudalib. pulchrè tractat Paul. Matthias Wohnerus in lib. de verbor. signif. verb.* **Ganerben.**

27. Nunc de Civitatibus: *a* Quemadmodum olim, cúm Respublica Romana floreret, non una eademque omnium Civitatum conditio fuit: *b* sic, si præsentem Imperii Romano-Germanici statum intueamur, triplicem Rerumpublicarum conditionem deprehendemus: Nam quædam Liberæ sunt, *c* quædam Municipales, *d* quædam Mixtum statum obtinent. *e* Deinde, quædam sunt Pactitiæ, *f* quædam Exemptitiæ, *g* quædam Privilegiatæ. *h*

a) Vocabulum CIVITATIS varié passim accipitur. Laté, ut in materia onerum & contributionum, tám pro urbe, quám pagis & villis, *l. forma, §. si veró, D. de censibus.* Angustiús, pro libera Republica, *l. omnes populi, in pr. D. de I. & I.* pro Civitatibus Reipub. subjectis, *l. bona. 15. & l. seq. D. de V. S.* pro loco ædificiorum muri cincto, *l. 2. d. t. Socin. in l. civibus, D. de Reb. dub.* ad differentiam villarum, *Bart. in l. 1. §. sive autem, D. de Nov. oper. nunciat.* ita ut quoq; suburbia complectatur, *l. uxorem, §. legaverat, D. de Legat. 3. & ibi Bart.* Proprié, sumitur pro collecta multitudine hominum iisdem legibus & moribus viventium, & urbem muro clausam inhabantium, *Cic. in somn. Scip. & pro Sestio. Vlpian. in l. civitas, 27. D. de Reb. credit. Alciat. in l. urbs, §. Romana, D. de V. S. Co. in c. si civitas, 17. de sentent. excommunic. in 6. Wurmſ. observat lib. 1. t. 49. obſ. 2.* Nonunquam etiam pro administratoribus vel Rectoribus civitatum accipitur, *Bart. in l. principalibus, n. 3. D. si cert. pet. Decius consil. 404. nu. 3. Menoch. consil. 434. n. 14. vol. 2.* Sed de his plenius Lexicographi. Voces hæ, OPPIDUM, URBS, CIVITAS, plerumq; confunduntur, cúm tamen diversam semper significationem habuerint: Oppida enim non erant aratro cincta, fueruntq; minora quám Urbes. Sed quæ cingebantur, Urbes nominabantur. Inter Civitatem & Urbem, *teste Nonio Marcello*, hoc interest: Urbs, ædificia; Civitas, incolas respicit. *b*) Populus enim Romanus quasdam sibi subjecit, quasdam liberas reliquit, T. Quint. Flaminius, Philippo Macedone juniore primó in faucibus Epiri, ac deinde Thessaliâ superato, Senatus populiúque Romani decreto, omnes Civitates Græciæ liberas esse, suoque jure uti jussit, *Liv. lib. 3. Decad. 4. Philip. in Chron. lib. 2. sub T. Quint. Flamin.* Ex epistola Antonini Pii, Urbes dividuntur in Maximas, Majores & Minores, pro ratione scilicet privilegiorum majorum, vel minorũ, quibus fruebantur. Decet autem, *referente Modestino in l. 6. §. 2. in fin. D. de excusat.* maximo quidem numero (immunitatum) uti Metropoles gentium: Secundo autem, quæ habent vel forum causarum, vel loca judiciorum: Tertio autem reliquas, *Guid. Pancirol. in tr. de Magistrat. Municipalib. c. 8. in pr. Fr. Hotom. in comm. verb. jure verb. Metropolis. P. Greg. Tholosan. de rep. lib. 2. c. 1. n. 5.* Bartolus & Joan. de Platea *in l. unic. C. de Metrop. Beryt.* tradunt, quód Maximæ sint civitates, quæ merum imperiũ habent; Mediæ, quæ mixtum Minimæ, quæ jurisdictionem simplicem: Sed hæc interpretatio anterioris temporis statui contraria est, licét enim in civitatibus Maximis Præsides Provinciarum plerumque residerent, *arg. l. un. D. de offic. Præf. August.* & eam ob causam merum Imperium in iis exerceretur: tamen id non Urbis, sed Præsidis contemplatione factum est. Forsan Br. & Plat. ad præsentem Reip. statum aliquo modo respexerunt. *c*) Notandum hîc, quód Liberæ Civitates, pro temporis, & Reipublicæ usu hodierno, trifariam accipiantur: 1. Pro iis quæ non in totum

rum liberæ, sed in quibusdam, ab Imperii & Cæsaris protectione, exemptæ sunt, quales tempore Caroli, & Othonis I. civitates Longobardicæ fuerunt, *Carol. Sigon. in Othon. Magno, fol.* 175. 2. Civitates Liberæ dicuntur, quæ non á Cæsaris, vel Imperii, sed Principum, Ducúmve jurisdictione, & potestate exemptæ sunt. 3. **Freyſtätte/vnd Freyheit**/pro illarum quoque Civitatum libertate ponitur, quæ secundúm quid Principibus subditæ, secundúm quid liberæ sunt. De secundo genere hîc agendum. Civitates Imperiales nullum inferiorem Principem, vel alium Imperii statum superiorem agnoscunt, sed soli Imperatori immediatè subsunt, & partim semper eam libertatem retinuerunt, partim, cúm sub inferioris Principis, Comitis vel alterius jugo essent, exemptionem obtinuerunt, libertatemque recuperarunt, sub qua olim in Imperio omnes Civitates non minús quám integræ Imperii provinciæ, fuerunt, quæ nunc titulo feudi regalis ab Imperatore recognoscuntur. Posterioris generis Civitates Imperiales, respectu ejus libertatis, in quam quasi ex servitute redierunt, simpliciter Liberæ, **Freyſtätte**/ & non Imperiales Civitates vocantur, *Præjud. Camera in verb. civitas Imperialis.* §. **Freye Reichsſtätte**/*ubi additur, Imperiales Civitates vel totam Aquilam, vel partem ejus, reliquas nihil ex ea in insignibus habere; quód olim sub jugo Episcoporũ, vel aliorum fuerunt, & postmodúm liberæ factæ sint.* Unde apparet, Civitates Imperiales alias esse Liberas & Imperiales, **Freye Reichsſtätte**; alias simpliciter tantúm Imperiales, **Reichsſtätte**. Sed in Imperii Constitutionibus & catalogo Statuum iis adjuncto, ac in matricula Imperii, utræque per copulam ET conjunguntur, ac **Freye vnd Reichsſtätte** simul omnes indistinctè appellantur; & ne verbulo quidem in earum enumeratione innuitur, quæ liberę tantúm, vel Imperiales nominentur. Imó Imperatores indistinctè in Diplomatis & privilegiis Cæsareis, Civitates Imperiales, Nobilia Imperii membra, vocitant. **Gründlicher Bericht von allen vnd jeden der Freyen vnnd Keyſerlichen Reichsſtätten/Standt/Regalien/Privilegien/Rechten vnnd Gerechtigkeiten**/*part.* 1. *art.* 15. *num.* 14 *p.* 175. Præterea omnes, quocunque nomine appellentur, eâdem libertate fruuntur, & Statibus annumerantur, *Aur. Bulla Caroli IV. t.* 1. *ibi: Civibus, & Communitatibus Castrorum, Civitatum & Locorum.* **Reformation Keyſer Friderichs des dritten/zu Franckfurt am Mayn** *Anno* 1442. **auffgericht**/*in pr. ibi:* **Gemeinden aller vndjeglicher Stätte.** Legati eorum uná cum Imperatorum, Electorum & Principum legatis, ad exteros Reges vel Principes, in causis gravissimis, mittuntur. Civitates Liberæ eadem incommoda ferunt, quæ Electores & Principes. Denique, quia in matriculam Imperii, ut suprá dixi, sunt relatæ, pro statu Imperii habebuntur, donec exemptio probetur. Et quód matricula inducat præsumptionem & incorporationem, dicit communem esse Jason *in l. Barbarius, n.* 56. *D. de offic. Prator.* adeó ut contra hanc præsumptionem non admittatur consuetudo vel præscriptio, nisi sit tanti temporis, quę memoriam hominis excedat, *Paris. cons.* 23. *n.* 13. *lib.* 4. Nec immeritó: Sunt enim hæ matriculæ ex antiquis, & custodiuntur in archivo publico Imperii, nimirum á Reverendissimo Archiepiscopo Moguntino S.R.I. Archicancellario. *Hier. de Monte in tr. Fin. Regund. c.* 62. *num.* 3. Unde etiam Anno 1550. die 7. Octob SCtum in Camera prodiit, quód registris fiscalis fides adhiberi debeat. **Reichs abſchiedt zu Regenſpurg** *Anno* 1548. §. **Wiewol auch in der Ringerungshandlung bedacht.** Nonnulli tamen existimant matriculam non probare, *per l. Scriniarios,* 16. *C. de Testam. militis, & ibi Salicet. n.* 2. *Plures hujus opinio-*

nia allegantur á Ioseph. Mascardo de probat. concl. 1036. nu. 5. & in Symphorem. Gylman. tom. 1. p. 1. c. t. 11. vot. 4 n. 74. & seqq. ideó, quód non possit probari matriculas istas auctoritate publicâ confectas & authenticas esse, quod requiritur necessarió. *Innocent in c. 1 n. 1. de fide instrum.* Deinde, dicunt nonnulli, nuspiam esse constitutum in Constitutionibus Imperialibus, matriculæ Imperiali credendum esse, quod utique non esset omissum, in re tanti momenti, & in qua quasi cardo totius Imperii vertitur. Præterea, ipsam experientiam docere, plurimos in matriculam Imperii relatos, qui ipso facto Status Imperii non sunt, exempla allegare odiosum fortassis fuerit. Adhæc, quám sibi constet matricula ista, apparere ex Constitutione Imperii *de anno* 1544. §. Demnach solle die obgedachte/ubi sancitũ: Daß man einen billichen gleichẽ anschlag/es geschehe durch Ringerung der beschwerden vnnd Erhöhung der vermöglichern/oder durch einen gantzen newen anschlag/oder in andere wege/abreden vnd machen solle Reichs Abschied zu Augspurg 1548. §. Als auch durch die Kreyß verordnete fürbracht/*ibi*: Daß gleichwol etliche Stände in des heiligen Reichs anschläge befunden/aber vnbewust/wer dieselbe oder welcher end sie zu finden oder seßhafft. Sed utut sit, licét hæc speciem veri habere videantur, attamen nullum est dubium, quin matricula Imperii pro vera probatione acceptetur, & ideó in eam relati, Status Imperii habeantur, donec in specie de uno vel altero contrarium manifestế & indubitatis rationibus probetur. Nam notorium est, in omnibus collectis Imperii, Reichshülffen/Kreyßanschlägen/usq; ad hæc tempora, matriculam imperii Anno 1521. renovatam, observatam. Cúm itaq; in causa publica & antiquis versemur, minús commodé disquiritur, ad hæc matricula satis solenniter cõfecta & approbata. Nam in factis antiquissimis nullâ opus est probatione solennitatum, sed propter antiquitatẽ temporis omnia solenniter acta præsumuntur, *text expressus in c. ea noscitur, de his quæ fiunt á Pral. sine consens. capit. e pervenit. de Emt. & vend. l. qui in aliena, §. sed etsi non, 3. D. de Acq. vel omitt. hered.* Et quávis antiquæ matriculæ probabiliter in dubium vocari possint, illud tamẽ quoad indictionem collectarum Imperii de anno 1521. & earum moderationem de anno 1557. nullo modo fieri potest, cúm illæ magno tractatu, consensu & approbatione Statuum, per pragmaticam sanctionem approbaræ & confirmatæ. R. A. zu Wormbs 1521. §. Vnd dieweil wir jetzund mit allerley/*ibi*: So haben Churfürsten/Fürsten vnd Stände/zu vnderhaltung vnsers Regiments vnd Cammergerichts/hie einen anschlag auff die Stände des Reichs gemacht/ꝛc. R. A. zu Augspurg 1548. §. Ferner/wiewol des H. Reichs ꝛc. *ibi*: Die alte/vnd sonderlich in vergangenem ein vnd zwantzigsten Jahr/& minder zahl/zu Wormbs gemachte Reichs anschläg/ꝛc. Firma itaq; manet opinio JCtorum, qui volunt, quód in dubio matricula fundatá intentionem pro immatriculato pariat. Et hæc est communis regula. *Gail. 1. obs. 21. Ioseph. Mascard. d. concl. 1036 n. 1. & seqq.* Sed extra oleas ferè rapior. Líberæ autẽ Civitates & Imperiales perhibentur, non quód plané sint á tributo immunes, velut olim liberæ provinciæ, quales ante constitutũ Imperium Macedonia & Illyricũ fuit, *Liv. lib. 5. Decad. 5 Wolff. Lazius in comm. Reip. Rom. lib. 2. c. 5.* sed quódpro rata cõferre teneantur, in cæteris, respectu Principũ, & sic mediatæ subjectionis, liberé vivãt, suisq; legibus utãtur. *Francisc. Guicciard hist. Ital. lib. 7. Lud. Guicciard rer. Memorab. lib. 2. sub Anno 1546.* Nam cúm civitates quædam ex mera Imp. liberalitate quandoque prece & precio sibi propriam rerum suarum administrationem comparassent,

sub-

subjectione mediatâ Comitum & Ducum, seu Principum, veluti earum Præsidũ; exemptæ sunt; ipsæmet etiam auxilia sua tám ministeriálium, quám reliquorum civium Regibus & Imperatoribus suo nomine exhibere cœperunt, *Wilhelm. Kyriander Annal Trevirens. p.* 13 *fol.*147. secundúm cujusq; portionem, vermöge des Anschlags. His ita prælibatis, dubium oritur: Utrúm Civitates Imperiales jura territorialia, sive jura superioritatis & regalia habeant? A. Nam eo ipso, quód inter Status Imperii receptæ sunt, illa jura ipsis competunt, *Gail.* 2. *obs.*57. *n.*7. *in tr. de Arrest. Imp. c.*9. *n.*1. *Vult. lib.*1. *de Feud. c.*5. *n.*7. *vers. aliis etiam. Rurger. Rulant. de commiss p.*2. *lib.*5. *c.*4. *n.*4. *Scipio gentilis de jurisd. lib.*3. *c.*22. Cúm Status Imperii nomen non magis inutile esse debeat, quám Principis, *Bald. de Schismate, in pr. n.*10. *Decian. consil.*40. *quaritur ergo, n.*21. *vol.*40. Et nulla dari potest ratio, cur Civitates juribus superioritatis, quę vulgó Land-Ober-vñ Herrligkeit appellantur, carere dicendę sint: *Liber de pace constantiæ, §. nos Romanorum, vers. volumus*, ut non inconcinnè *post Bald.* Tib Decian. *cons.*18 *n.*124. *vol.*1. dixerit, potestatem Civitatum, Regalibus utentium, in dubium vocare, esse revangare mundum. Habent itaque Civitates jura territorialia, die Lands-Obrigkeit/sed non habent Landsfürstliche Obrigkeit. Jura Principum & Statuum Imperii habent, ratione rei sive ratione territoriorum quæ possident. Qui autem & Principes sunt, & simul habent territoria, juraq; territorialia, illi dicũtur habere Landsfürstliche Obrigkeit/túm ratione personæ Principis, sive principalis, túm ratione territorii conjunctim. Sed Civitates habent duntaxat jura realia, sive jura territorialia, ratione territoriorum, quæ immediatè ab Imperatore & Imp. Romano tanquam Status Imperii habent: at non habent jura personalia Principum; non enim in ejusmodi Civitatibus est Dux vel Princeps, ein Fürst; Ergo nec jura Principis, Fürstliche Obrigkeit. Cúm quoq; non aliter de ejusmodi civitatibus, quám de ipso Principe judicandum sit, *Bart. in l. infamem. D. de public. judic. Gail. d. lib.*2. *obs.*57. *num.*7. ad ejus exemplum etiam regalia & fiscalia jura habere dicuntur, *Bart. in l.*1. *§. de quare, peregrin. de jurib. fisci lib.*1. *c.*2. *nu.*44. *& seqq. cum ibi alleg.* Unde Hieronymus Gigas *in tract. de crimin. læs. majest. pag.*1. *sub. t. quotuplex sit majest. n.*17. *& q.*61. *nu.*1. scribit, Privilegia Reipub. Romanæ hodié etiam ad cæteras Respublicas aliarum civitatum extendi, ideoque & in ipsis crimen læsæ Majestatis committi. Idem sensit Boër. *tr. de seditio, §. præsupponendum etiam. n.*5. *& seqq.* ubi in specie de Perusia & Bononia loquitur, contra quas, licét Pontifici subsint, crimen læsæ Majestatis incurri, tradit. Nihil impedit, quód Civitates dignitatibus regalibus non gaudeant. Quemadmodum enim dignitas regalis sine juribus regalibus consistere potest, *Alvar. Valasc de jur. Emphyt. q.*8. *num.*34. sic etiam jura regalia sine titulo regali esse possunt. Hinc Andr. Barba. *consil.*71. *num.*3. *vol.*3. Etiamsi quis Comitatum non habeat seu regalem dignitatem, si tamen habeat castra & loca, in quibus regalia exerceret, ex quo forté ad eum spectent pœnæ, & mulctę, esse nihilominús de ipso, & castris, ac locis ipsius non aliter judicandum, quám de Duce, Comite, Ducatu. De Nobilibus idem statuit Decian. *consil.*2. *n.*165. *vol.*1. Nec officit, quód sint Principes vicini, qui ratione meri mixtique Imperii, vel vectigalium, vel salvi conductus, vel similium, in totum, vel tantũ ex parte aliquod jus in nonnullis Civitatibus Imperialibus, ex præscriptione vel conventione cũ iis initâ, alióve modo acquisiverint; illæ tamen nihilominús Liberę Civitates, Statusq; Imperii manent, & regalia reliqua retinent; & sunt alię civitates Imperiales, in quibus nihil ex re-

ex regalibus Principibus vicinis competit. Quidam Doctores simpliciter asserunt, Civitates superiorem recognoscentes loco privatorum esse, ideoque regalia non habere. Sed á Civitatibus Imperialibus omninó alienum est, ut instar hominum mediaté Imperio subjectorum, earumque civitatum, quæ ut meré municipales alii subsunt, privatorum sint loco. Et notum est, ex municipiis veterum Romanorum, eorumque minimâ potestate, ad Civitates Imperiales & Liberas non rectè duci argumentum, *Scipio gentilis de jurisd. lib. 3 c. 22.* Cùm autem Civitatibus Imperialibus regalia competere dico, id ad omnia regalia & reservata Principis minimé extendendum. Præterea, licét Gail: *in tr. de Arrest. Imp. c. 9. nu. 1. & d. obs. 57. n. 7. lib. 2.* tradat, ejusmodi Civitates tantum in sua Republica posse, quantum Imperator in Imperio; hoc tamen nõ ita universaliter & simpliciter accipiendum: Nam plura sunt, quæ Imperator in Imperio potest, quám quæ ab ejusmodi Civitatibus in sua Repub. fieri possunt. Dubitatum itidem fuit, an Civitates Imperiales sessionem & votum in Comitiis Imperialibus habeant? Caspar Peucerus *in complemento Chronici Philippi Melanchth. lib. 5.* Civitates non suffragandi, sed consulendi tantúm jus habere existimavit, sed malé. Non nudum dandi consilium, sed etiam sedendi & suffragandi jus in Comitiis olim habuêre, & nunc habent: Nam *ex aurea Bulla Caroli IV.* non minús ex Civitatum, quám Principum consilio res in Comitiis directas fuisse compertum est, *in fin. princip ibi: nobilium & civitatum multitudine numerosa,* & German. *ibi:* **Manigfáltigen der Státt botschafften. Reformation Keyser Friderichs des dritten / zu Franckfurt am Mayn** *Anno* 1442. **auffgericht** / *in pr. ibi* **Gemeinden / aller vnd jeglicher Státt.** Præterea, omnes feré recessus disertam Civitatum mentionem faciunt. Et licét quibusdam in locis Civitatum nomen expressé non ponatur, sub generali tamen reliquorum Statuum appellatione eæ comprehenduntur. Adhæc, Civitates sub hac verborum formula ad Comitia vocantur: **Mit vnd neben allen andern Ständen helffen handlen / rahtschlagen vnnd schliessen.** *Ludovic. Gremp. & Hier.* **zum Lamb** *in Resp. nf.* **der Ehrbarn Frey- vnd Reichsstátte Session / Standt vnd Stim̃ belangend** / *q. 1. §.* **Zum vierdten ist in der guldenen Bull** / *per tot. ubi latissimé. Obrecht. in tr. de jurisdict. c. 6. num. 76. & seqq.* Num & fœdera contrahere possunt? A. **Cammergerichtsordnung** *part. 2. t. 9. §.* **So jemand / vers. Aber dem beschádigten** / *ibi:* **sein Freund vnd helffer.** *Gail. de Pac. public. lib. 1. c. 16. n. 14. in fin.* In judicio Cameræ Imperialis Anno 1553. fœdus inter episcopos, Herbipolensem & Bambergensem, ac civitatem Norinbergensem, adversús Albertum Marchionem Brandeburgensem initum, ut licitum, approbatum fuit, *Mynf. 6. obs. 2* Civitates Imperiales in Comitiis in duo latera vel subsellia distribuuntur, Rhenanum & Suevicum: vulgó **die Rheinische vnnd Schwábische Banck.**

d) Civitates omninó subjectæ, in quas Principis sive Domini territorialis est jurisdictio superior, uti olim Præsidum, *t. C. de defensoribus civitatum Nov. 15. c. 6.* Hinc dicitur, illum superiorem loci Principem pleno jure & proprié esse, qui regalia, & merum mixtumque imperium, omnimodamque jurisdictionem in civitate alióve loco exercet, ita ut tanquam superior, aut mittendi Magistratum ad jus reddendum, aut civitas sibi quidem Magistratum eligat, sed confirmationem á Principe expectet. *e*) Hamburgum cum Ducatu Holsatiæ, cui adhæret, antiquitús ab Imperatore & Imperio, Duci Holsatiæ in feudum dabatur, cui & præstat homagium. Sed cùm Duces Holsatiæ civitatem illam tanquam simpliciter subjectam,

tam, & meré municipalem, sive provincialem sibi appropriare contentut, Carolus IV. suâ auctoritate impedivit : jussit enim Hamburgum oppidum Comitibus (hodié Ducibus) Holsatiæ parére, salvis libertatibus, quas ab Imperiali culmine promeruerunt. Quocirca Civitatem, quoad suas immunitates, libertates, privilegia, Imperio immediaté subjectam, & proinde Statũ Imperii, in aliis veró eam Ducibus Holsatiæ subditam esse voluit, *Albert. Krantz. lib.* 10. *c.* 2. Sic Civitas Brunsvicensis certo respectu Ducem Brunsvicensem, ratione territorii, recognoscit, ratione tamen regalium, quæ habet ab Imperatoribus, eadem & Imperio immediaté subest. Et in causa Civitatis Brunsvicensis contra Henricum Julium Ducem Brunsvicensem L. M. puré & absq; clausula mandatum, ut Dux á cognitione & processibus causarum, quę Civitatis Brunsuicensis regalia tangunt, se abstineat. *Decret. Spiræ anno* 1599. 27. *Septemb. vid. Mynsing. Resp.* 13. *n.* 10. *Gail.* 2. *obs.* 54. *n.* 10. *Compil. Sympher. in voto* Meintz *contra* Erffurdt / *n.* 97. §. *in provinciis.* Sed num rectè Civitas Brunsvicensis cum Nobilibus immediaté Imperatori subjectis, ut & similes Civitates cõparentur, videlicet mit der Schwäbischen / Rheinischen / Alsässischen vnd Fränckischen freyen Ritterschafft / alii judicẽt: inprimis cùm adhuc decisio & definitio der Landsässerey / in Imperio & conventibus deputatorum Imperii sæpiùs exagitata, nondum sit cõstituta. Plures esse insignes utriusq; differentias nõ dubito. Ducibus tamen & Principibus Imperii, in quibusdã Civitatibus jura quędam competunt, licèt territorii domini nõ sint, propterea etiã nec Principes sunt illarũ Civitatũ, Dux Brunsvicensis quędam jura non vulgaria Goslariæ obtinet; non tamen est Civitatis illius Princeps, sed illa est Libera Imperii Civitas. Marchiones Brandeburgenses habent Burggraviatum Norinbergensem; Norinberga tamen Libera Imperii Civitas. Duces Saxoniæ sunt Burggravii Magdeburgenses; Magdeburgum tamen nullatenus Ducibus Saxoniæ paret. Annon in Colonienſi Civitate Serenissimo Electori competit exercitium majoris partis meri Imperii? Annon jura quædam Dux Juliacensis in Imperiali Civitate Aquisgranensi habet? Annon Episcopus Spirensis, Wormatiensis, Augustanus in Civitatibus ejusdem nominis jura sua prætendunt & habent? Annon Duces Saxoniæ habent Erphordiæ vectigalia & jus salvi conductus? nihilominùs tamen Archipræsul Moguntinus civitatem illam sibi vendicat.

f) Ut Civitas Pactitia dicatur, duo necessariò requiruntur: 1. Ut se submittẽs respectu illius, cui se submittit, vel in totum, vel pro parte libera sit: 2. Ut submissio illa fiat tantùm certis capitibus, in cæteris veró integra libertas servetur, *Bart. in l. non dubito, n.* 1. *D. de captiv. & postl. rev. Bl. in l. etiam, n.* 10. *Cod. de jur. dot. & in l. executorem, num.* 28. *vers. sed quæro de civitatib. confœderatis, C. de execut. rei jud. Socin. in l. si ex toto in fin. D. de Legat.* 1. Andr. Gail. 2. *obs.* 54. *n.* 10. scribit, in Germania nonnullas esse Civitates, quæ certâ lege & conventione superiorem agnoscunt, & extra pacta conventa placidé suâ libertate fruuntur, *l.* 2. *D. de jur. Immun. d. l. non dubito,* 7. §. *liber populus, D. de captiv. & postl. rev. l. quæsitum,* §. *idem respond. ubi gl. in verb. non potest, D. de fund. instruct. legat. Paris. cons.* 16. *n.* 25. *lib.* 4. *Soc. sen. cõs.* 286. *n.* 22. *lib.* 3. *Rol. á Vall. cons.* 1. *n.* 45. *& seq. lib.* 2. *Dec. cons.* 360. *n.* 7. *& seq. Gail.* 2. *obs.* 54. *n.* 10. *Mynsing. Resp.* 13. *n.* 10. *Decad.* 2. *Rutger. Rul. in tr. de comm. p.* 2. *lib.* 5 *c.* 4. *n.* 47. *dicens tales esse in Germania quãplurimas, quæ licèt Principibus subesse videãtur; maxima tamen ab Imperatorib. regalia habeant.* Et hæ Civitates, quatenus Liberæ sunt & regalia habent, privatorum loco nõ sunt habendæ. Non refragatur quod And. Gail. *d. obs.* 57. *n.* 8. *& de Arrest. Imp. c.* 9.

num. 2. generaliter scribit; eas Civitates, quæ non sunt Imperiales, sed municipales, loco privatorum habendas esse, nam intelligendus est de iis, quæ non certis pactis, & conditionibus, sed quæ meré municipales & simpliciter Principi, vel alii inferiori subjectæ sunt: & hoc satis apparet *ex d. obs.* 54. *n.* 10. ubi ait, Civitates certis pactis & conditionibus alii Principi vel civitati subjectas, solùm subditas censeri quoad illa pacta & conditiones, in reliquis liberas manere, ideoq; dum libertas ejusmodi civitatibus ab eo tribuitur, simul negatur, has, quatenus liberæ sunt, inter eas referendas esse, quæ simpliciter privatorum loco habentur. Quód autem dictum, Civitates quasdam alteri se submittere posse; id verum est, dummodó id non fiat in præjudicium sacri Romani Imperii. Interest enim Cæsaris & Imperii, ut Ordines & Status Imperii integré conserventur, *c.* 1. *de prohib. feud. alien. per Frider.* & numerus Vasallorum potiùs augeatur, quám minuatur, cùm in iis consistat robur & dignitas Imperii, *c. intellecto de jurej.* & Imperatoris officium sit, augere jura imperii, *Bald. in proëm. Feud. n.* 30. *& seqq. specul. t. de Instrum. edit. §. nunc autem videndum, nu.* 11. *Imol. ad rubr D. de V. O. n.* 18. *& seq.* Hinc si Princeps Civitatem eximere velit, vel illa eximi se patiatur, Fiscalis interesse Imperii prætendens, processus contra alterutrũ vel utrumque instituit. *Gail.* 1. *obs.* 21. *ubi & formulam libelli proponit.* **Grũndlicher Bericht/von allen vnd jeden der Freyen vñ Keyserlichen Reichsstätten/ Stand/ Regalien/Privilegien/Rechten vnd Gerechtigkeiten/** *part.* 1. *art.* 15. *n.* 25. Si tamen civitas Imperio subjecta, á potentioribus molestias belli patiatur, & Imperator ei suppetias ferre detrectet, licité alteri se submittere poterit, *Felin. in c. cùm non liceat. n.* 12. *in* 8. *considerat. de præscr. Hieron. Gigas in tr. de crim. laes. Maj. lib* 1. *q.* 56. *Thoming. cons.* 13. *n.* 43. *& seqq.* Illud obiter addo: Si Principes eximentes pro exemptis collectas solvant, parum aut potiùs nihil Imperio decedere. **R. A. zu Augspurg 1548. §. Vnnd als durch die Kreiß.** *ibi:* **Jst in Berahtschlagung diß Punctens befunden/ daß gleichwoletliche Stände außgezogen/aber durch die außziehenden werdẽ des Reichs anschläge der außgezogenen erlegt vnd entricht/** &c. Suntitaq; reverá Pactitiæ Civitates in Germania, *Gail.* 2. *obs.* 54. *n.* 10. Et ita contra And. Knichen *in Epopsi sect.* 7. 9. *&* 10. *n* 209. statuo. Diversa ratio est, si Civitas alterius protectioni se committat, tum enim libertati suæ ne gry quidem detrahit, *Regner. Sixtin. cons. Marpurg.* 8. *n.* 104. *vol.* 1 *c. recepimus,* 8. *de Privil. & excess. prælat. & ibi Panorm. c. ex parte* 18. *eod. Gail.* 2. *obs* 54. *num.* 4. *ubi ait, his locis expressé probari, inferiores se posse defensionis & protectionis ergó alteri submittere.* Et hoc generali consuetudine Germaniæ receptũ, *Sixtin. d. loc. cons. Marpurg.* 19. *num.* 145. *& n.* 146. *vol.* 3. *Wes. cons.* 48. *p.* 1. *n.* 23. Sed tamen non temeré, nullâ urgente necessitate, maximé in præjudicium superioris, id faciendum; nam ejus obedientia paulatim minuitur, & defensoris augetur, *Zas. cons.* 7. *n.* 5. *lib.* 2. Et interest ejusdem subditos annuam pensionem protectori solvendo non depauperari, *Cravet. cons.* 933. *n.* 23. Hinc & subditos alterius in patrociniũ suscipere legibus Imperii vetitum, *Aur. Bull. Caroli IV. t.* 16. **R. A. zu Speyr 1529. §. Wir auch Churfürsten/ Fürsten/Prelaten/** *ibi* **Deßgleichen keiner des andern Vnderthanen vnd Verwandten/des Glaubens vnnd anderer vrsachen halben/ in sonder Schutz vnd Schirm/wider jhre Oberkeit nehmen sollen noch wöllen/** &c. **R. A. zu Augspurg 1555. §. Es soll auch kein Stand/** *ibi:* **Wider jhre Oberkeit in Schutz vnd Schirm nehmen/** &c. *Wes. cons.* 48. *num.* 7. *& seqq.* Etsi autem per hujusmodi protectionem patrono nihil juris quæritur, nisi forté honorarii loco argenti

genti quid ipsi numeretur, non tamen hujusmodi submissiones periculo carent. *Pulchrè Sigon.*

Accipitrem milvi pulsurum bella columbæ
Accipiunt regem: Rex magis hoste nocet.
Incipiunt de Rege queri, quia sanius esset
Milvi bella pati, quàm sine Marte mori.

g) Hîc observandum, duplicem esse exemptionem, Originariam & accidentariam. Originaria, quâ concessis ab Imperatore territoriis & dignitatibus, quoad Principes postmodùm investitos, nonnullæ Civitates gaudent, *Meichsn. tom. 3. decis. 6. n. 61.* Accidentaria exêptio est, quæ ex præscriptione, contractibus, pactis, &c. oritur. Non tamen Exemptitia & Pactitia Civitas eadem est: Pactitia enim Civitas pacto libertatem, quàm anté ampliorem habuit, minuit. Exemptitia verò Civitas pacto libertatem, quam anté non habebat, acquirit. Atque ita quæ anté uberiore libertate fruebatur, jam pacto certo fit subdita civitas; ea verò, quæ graviore onere premebatur, per pactum illi oneri, vel in totum vel pro parte eximitur. Quocirca pro pactitia Civitate libertatis præsumptio militat, sed exemptitia servituti subjacere creditur, nisi exemptionem docere possit; Idem etiam de privilegiaria sentiendũ. Propter nimiam dominorum sævitiam subditi ab eorum jurisdictione eximi, & impunè discedere possunt, ita ut á domino repeti & revocari nequeant. *Luc. de Penna in l. si coloni, in 12. q. C. de Agric. & censit. Gail. 1. obs. 17 per tot.* Et Bodin. 1. *de Rep. c. 9.* inquit: *Sunt etiam quæ se ipsas in libertatem asseruerunt, cùm Principum finitimorum servitutem acerbiorem ferre non possent, cujusmodi est, Vlma, Brunsuicha, Lubeca; nam ea quæ libertas ab illis appellatur, vetus est á muneribus quibusdam vacatio, vectigaliumq; ac tributorum immunitas ab Imperatoribus concessa, sine ulla majestatis deminutione.* Hæc ille. Sed Bodinus malé & imperitè confundit Brunsvicensem civitatem cum Imperialibus. Idem faciunt auctores Consilii 5. In causa Brunsvicensi, *n.* 132. Ignoravit etiam Bodinus, ut Imperatores Principibus; sic Principes Civitatibus infinita tribuisse, quæ meliùs retinuissent, *de quo dudum conquestus est Iulius Pflug in orat. de Imp. Rom.* *h)* Exemptitia & Privilegiaria civitas differunt. Exemptitia in casibus exemptis pro libera habetur: sed Privilegiaria subjectio subjectionis notam non eluit, *Meichsner. tom. 2. decis. Cam. 9. num. 19. in causa* Meintz *contra* Erffurdt. Certis tamen modis exemptitiarum & privilegiariarum & pactitiarum Civitatum nomina confundi possunt.

28. Denique, ut major S. R. I. dignitas & Majestas esset, ex singulis Ordinibus QUATUORVIRI constituti sunt. *a* Postea quoq; totũ Imperium Romano-Germanicum primó in se *b* descriptum Provincias, quas Orbes sive Circulos vocant: Deinde decem Regionibus sive Circulis Imperium circumscribi cœptum. *c*

a) Qui ceu custodes Pacis publicæ constituebant & ordinabant judicia publica, & omnem universim exercebant potestatem politicam loco Imperatorum, finiumque curam agebant, & populos adversùs vicinos hostes armis defendebant. Et quemadmodum Principes Septemviri, ceu proximi Parastatæ Imperatoris, laborumque & periculorum socii, res ad Imperii Majestatem atq; incolumitatẽ pertinentes, ita cum ipso administrabant & moderabantur, ut non fierent decreta á

solo Imperatore, sine plurium ex hoc senatu approbatione: ita & cæteri Principes atq; Proceres, & ex his præcipué Quatuorviri suum habebant Senatum, á supremo illo distinctum: in quo suo loco atque ordine singuli de iis, quæ anté á Septemviris erant deliberata, sententias dicebant: & ad Imperii dignitatē & stabilitatē, & ad Imperatoris auctoritatē ita respiciebant, suaq; consilia dirigebant, ut quæ ex dignitate & utilitate publica constituebantur, cũ Imperatore gnaviter & sine mora exequerentur. Inter Quatuorviros autem sunt: I. Quatuor Duces: 1. Dux Sueviæ. Hujus domus penitús defecit in ultimo Duce Conradino, Friderici II. Imper. filio, indigno fato apud Neapolim securi percusso. *Wimpheling. in Epit. German. c. 40. Crusius in Annalib. Suevic. lib. 2. p. 3. c. 19.* Titulum Sueviæ Ducatus Serenissima Domus Austriaca sibi usurpat. 2. Dux Brunsvicensis. 3. Dux Lotharingiæ. 4. Dux Bavariæ. II. Quatuor Vicarii: 1. Dux Brabantiæ 2. Dux veteris Saxoniæ. 3. Dux in **Westerreich**. 4. Dux Silesiæ. III. Quatuor Marchiones: 1. Marchio Brandeburgensis. 2. Marchio Moraviensis. 3. Marchio Misnensis. 4. Marchio Badensis. IV. Quatuor Comites Provinciales: 1. Landgravius Thuringiæ. 2. Landgravius Hassiæ. 3. Landgravius Alsatiæ. 4. Landgravius Leuchtenbergæ. V. Quatuor Comites Castrenses, sive Burggravii: 1. Burggravius Norinbergensis: Fridericus Burggravius Norinbergensis, qui á Sigismundo Imper. factus fuerat Marchio Brandeburgensis, castrum suũ Norinbergense, quod situm fuit ibidem in mõte juxta castrum Imperatoris, civibus vendidit; quod ab ipsis statim dirutum fuit, & deletum, ut nulla ejus vestigia ampliús appareant, *ut F. Andreas Presbyter Ratisbonẽsis in Chron. Bavariæ anno 1427. scriptũ reliquit. Et Ioan. Cochlæus in descriptione Germaniæ c. 5. ubi de Noriberga ait; Sunt, inquit, arces in eo colle duæ: una Cæsaris domicilii, in qua Fridericus III. hortos pensiles olim constituit: altera Marchionu olim sedes, quæ nunc formã arcis non habet, sed domus frumentaria illic extructa est.* 2. Burggravius Magdeburgensis. 3. Burggravius Stromburgensis. (Stromburgum est castrum antiquissimũ in pago Hunesruck, inter Simeram & Crucenacum, turri rotundâ & firmâ insigne, præfecturam maximam annexam habens: hodié est ditionis Palatinæ Dictum fuit olim, **der Saal zu Stromburg**/quod locum istum regalem fuisse indicat) 4. Burggravius Rheineckensis: qui hodié in Comitum Hanaviẽsium ditione. VI. Quatuor Comites: 1. Comes Schwartzburgensis; Sola domus Schwartzburgica hodié titulum & nomen gerit quatuor S. R. I. Comitum. 2. Comes Ciliensis: Olim Cæliæ. Familia vetus Romana fuit. *Wolffg. Lazius lib. 6. de Migrat. Gent.* Udalrico ultimo Comite Ciliæ á filiis Joannis Huniadis per insidias trucidato & extincto, Comitatus provinciis, quas etiamnum Austriaci possident, anno 1456. jure feudali accrevit. *Vide de eo Æneam Sylvium Bohemia c. 6. & seqq.* 3. Comes Clivensis, qui hodié in Ducum ordinem ascitus & cooptatus. 4. Comes Sabaudiæ, qui in Constantiensi Concilio ab Imperatore Sigismundo Ducali titulo est insignitus. VII. Quatuor Barones: 1. Baro Limburgensis. 2. Baro Westerburgensis, quem Leiningenses jam repræsentant. 3. Baro Altewaldensis. 4. Baro Thusanus. Hi duo extincti. IIX. Quatuor Equites, sive strenui Milites: 1. Miles de Andlo, in Alsatiâ. 2. Miles in Strandeck. 3. Miles in Meldingen. In hujus locum per Maximilianum Regem, in Comitiis Augustanis Wolffgangus de **Weissenbach** surrogatus est, *Henning. Göden consil. 1. c. 4.* 4. Miles de Frowenberg, in Bavaria. IX. Quatuor Urbes Imperiales: 1. Augusta Vindelicorum. 2. Aquisgranum. 3. Metis, quæ á Rege Gal-

liæ

liæ occupata, & hodié ei subjecta est. 4. Lubeca. *Sebast. Münster. in Cosmograph. lib. 3. cap. 24. Onuph. Panvin. in tr. de Comitiis Impp. & de Imperii cæteris Principib. & civitatib. Liber. Imperialib.* X. Quatuor pagi: 1 Bamberga. 2. Seleſtadium. 3. Ulma. 4. Hagenoa; quæ olim vici instar fuit, non oppidi: arcem habens oppositam, ceu domicilium & receptaculum eorum, qui in saltibus, ac nemoribus, quibus civitas undiq; est cincta, æstivare venariq́ue solebant: unde adhuc inter quatuor vicos, sive pagos Imperii, recensetur. XI. Quatuor Rustici: 1. Colonia. 2. Ratispona. 3. Saltzburgum. 4. Constantia. XII. Quatuor villæ: 1. Amberga 2. Orlemunda. 3. Lichtenavia. 4. Ingelhæmia. Atque hæc ab antipuis, quasi per manus, nobis tradita. Sed hęc quaternaria Procerum & Ordinum Imperii distributio, quamvis vetustatem quandam redolere videatur, & in oculis & ore vulgi frequens admodũm sit, idoneũ tamen fundamentum nullum, quod ego sciam, habet. *b)* Sex illi circuli sunt: 1. Francicus. 2. Bavaricus. 3. Suevicus, 4. Rhenanus. 5. Westphalicus. 6. Saxonicus. Horum primó fit mentio, á Maximiliano I. **Jn der Ordnung des Regiments zu Augspurg** *Anno* 1500. **auffgericht/** *tit.* **Wie zwentzig Personen in das Regiment genommen sind. §. Die andern sechs Personen/** ꝛc. **Römischer Königlicher Majestät Regiment/ auff dem Reichstag zu Wormbs** *Anno* 1521. §. **Die andere sechs Personen.** Hi circuli binorum Assessorum Camerę nominationem habent. *Maximilianus I.* **Jn der Ordnung des Cammergerichts auff dem Reichstag zu Costentz** *Anno* 1507. **auffgericht.** *t.* **Die sechs Churfürsten. Cammergerichtsordnung** *An.* 1548. & 1555. **Zu Augspurg** *t.* 1. §. **Deßgleichen sollen die sechs Kreiß/** ꝛc. *Petr. Denais. jur. Cam. t. 72. verb. Circuli seu regiones, n. 2 & 12. verb. Assessorum nominatio, n. 1. 2. & 3.* *c)* Necessitate publicâ urgente, justitiæ in Imperio Paciq́ue Publicę, sanctionibusq́; tuendis, atq; sententiis, mandatis aliisq́; reb. exequendis, diviso Saxonico & Rhenano, sex illis circulis quatuor additi, Austriacus, Burgundicus, Electorius Rhenanus, & superior Saxonicus, atq; ita decẽ constituti sunt. **Abschied des Reichstags zu Cöln** *An.* 1512. **auffgericht.** §. **Darauff haben wir sampt den Ständen/ zehen Circul geordnet. Erklärung des Landfriedens zu Nürnberg** *Anno* 1522. **auffgericht.** *t.* **Hernach folgen die zehen Kreiß / wie vnnd auff welche Ort die in das gantze Reich außgetheilt werden.** Ex his Imperii Romano-Germanici Provinciis Senatus sive consilium Imperii XXII. virorum, quibus summa Reipub. ob conveniendi difficultatem, commissa est, subinde lectum, singulis trimestribus feré Noribergæ, nisi aliud suadeat necessitas, antehac haberi solitũ. Princeps consilii est Imperator, vel ejus legatus: Assessores sive Senatores, sex Electores: Principes Imperii XII. partim Ecclesiastici, partim Seculares: sic ut singulis trimestrib. ex Electorib. singuli, ex Principibus bini per vices consilio intersint. His ex cæteris Statibus Imperii additi sunt XII. Senatores. Duo Imperatorii. Duo Austrię & Burgundiæ provinciæ nomine Legati. Præterea, ex quatuor Prælatis delectis singuli singulis trimestribus more Principum invicem sibi succedẽtes. Item Comes vel Baro unus nomine Comitum & Baronũ Imperii. Ex octo Liberis Civitatib. bini senatores similiter per trimestria mutuas vices subeunt. Denique, sex Equites aut Doctores ex totidẽ Imperii Circulis singulariter destinati: nempe ex Franconico, Bavarico, Suevico, Rhenano, Westphalico, Saxonico. **Ordnung des Regiments** *An.* 1500 **zu Augspurg auffgericht.** *t.* **Wie zwentzig Personen in das Regiment**

genommen ſind. Sunt autem Principes, Epiſcopi, Prælati, Comites, Barones, Civitates Circulis Imperii ſubjecti, hac ratione: 1. Circulus Auſtriacus, *ſub quo ſunt Exarchatus, & Tirolis Comitatus, cum omnibus ſubditis regionibus.* 2. Burgundicus, *ſub quo eſt tota Burgundia, cum omnib. ditionib. ſubjectis.* 3. Rhenanus ſuperior Electoralis, *ſub quo ſunt quatuor Electores Rhenani, cum Prælatis, Comitibus, Baronib. ſub iiſdem ſedes ſuas habentibus.* 4. Saxonicus ſuperior: *ſub quo ſunt Electores duo, Saxoniæ & Brandeburgi: Epiſcopi, Miſnenſis, Mersburgenſis, Naumburgenſis, Brandeburgenſis, Halverburgenſis, Libuſienſis. Principes Saxoniæ, & Pomeraniæ, uná cum Prælatis, Comitibus, & Baronibus horum ditionibus ſubjectis.* 6. Francicus, *ſub quo ſunt Epiſcopi tres, Papebergenſis, Wurciburgenſis, Aichſtadienſis, Burggravius Norinbergenſis, Prælati item, Comites, Barones, Civitates Liberæ ejuſdem ditionis.* 6. Bavaricus, *ſub quo ſunt Archiepiſcopus Saliburgenſis, Epiſcopi tres, Ratiſponenſis, Friſingenſis, & Paſſavienſis. Duces utriuſq; Bavariæ, Landgravii Leuchtenbergenſes, Prælati item, Comites, Barones, Civitates Liberæ eidem provinciæ ſubjectæ.* 7. Suevicus, *ſub quo ſunt Epiſcopi tres, Curienſis, Conſtantienſis, Auguſtanus; Duces Wirtebergenſes & Teccæ; Marchiones Badenſes: Societas S. Georgii, Equeſtris ordo Hegaviæ, uná cum cæteris Prælatis, Comitibus, Baronib. & Liberis Civitatib. Suevicis.* 8. Rhenanus inferior, *ſub quo ſunt Epiſcopi quatuor, Wormatienſis, Spirenſis, Argentinenſis, Baſilienſis, Abbas Fuldenſis; Duces Bipontini & Simerenſes; Dux Lotharingiæ; Landgravii Haſſiæ; Comites Auſtraſiæ & Wedderaviæ, uná cum cæteris Prælatis, Comitibus, Baronibus, Civitatib. Liberis circumcirca ibi habitãtib.* 9. Weſtphalicus, *ſub quo ſunt Epiſcopi quinq;, Paderbornenſ. Leodienſis, Trajectenſis, Monaſteriẽſis, Oſnabrugenſ. Duces Iuliacenſes, Bergẽſes, Clevenſes, Geldriẽſes, Comites Naſſovienſes, Seinenſes, Viernburgẽſes, Iſenburgenſes inferiores, & cætera regiones uſq; ad Moſellam, uná cum cæteris ditionib. Prælatis, Comitibus, Baronibus & Liberis Civitatib.* 10. Saxonicus inferior, *ſub quo ſunt Archiepiſcopus Magdeburgenſis: Epiſcopi octo, Bremenſis, Hildesheimenſis, Halberſtadienſis, Lubecenſis, Ratzeburgenſis, Suſſinenſis, Mindenſis, Werdenſis. Duces Brunovicenſes, Lunaburgenſes, Megapolitani, Holſatienſes, Lavvenburgenſes, uná cum Prælatis, Comitibus, Baronibus, & Civitatib. eorundem ditioni ſubditis ad Oceanum uſque.* Atque hæc hactenus. Sed quænam ſunt cauſæ habendorum Comitiorum circularium? Hæ vel ſunt Ordinariæ, vel Extraordinariæ. Ordinariæ ſunt eæ, quarum reſpectu decem illi circuli ſunt inſtituti, ac quæ ipſis perpetuó expediendæ ab Imperio injuncta ſunt: quales ſunt, quæ ad Pacis publicæ conſervationem, ſententiarum ac reliquarum conſtitutionum ac mandatorum Imperialium executionem pertinent. Erklärung des Landfriedens zu Nürnberg 1522. auffgericht/*in pr. Petr. Denaiſ. juris Camer. t. 2 12. verb. Pacis publicæ conſervatio & 3. ſeqq. & in verb. Commercia, §. 7. & fin. in verb. Moderationum cauſa, §. 1. verb. Monetarum edictum. §. 13. 31. & 33.* Extraordinariæ, quæ propter præſentem neceſſitatem Circulis ab Imperio injunguntur. De forma & modo Conventuum Circularium Generalium & Particularium vide Reichs abſchied zu Augſpurg *Anno* 1555. auffgericht/ꝛc.

Moniti Meliora Sequemur.

DE

II.

DE SACRO ROMANO NATIONIS GERMANORUM IMPERIO.

D. JUSTI GEBHARDI.

DISCURSUS I.

CUILIBET ἀφόρως judicanti obviam esse existimo, sacrum Romanum Imperium Majestatis & dignitatis suæ apice cæteris omnibus Regnis, quæcunque latissimâ Orbis Christiani orbitâ continentur, esse sublimius.

2. Et revera quartum illud & ultimum ex Monarchiis apud Danielem præfiguratis: collocatum scilicet in tibiis ferreis & pedibus ex ferro & luto mistis: & depictum robustæ & prægrandis belluæ imagine, quæ dentibus suis ferreis longé lateq; sit grassatura.

3. Quod ab initio vi suâ & robore admirabili concorditer unitum, postea á Constantino Magno firmioris præsidii causâ in Orientale & Occidentale divisũ: quorum illud á Persis & Saracenis fœdé laceratum, deniq; á Turcis avorum memoriâ crudeliter expugnatum: hoc verò á Gotis, Vandalis & Longobardis miserimé quidem vastatum, sed Caroli Magni virtute & victoriâ pristino nitori restitutum fuit.

4. Is enim tribus expeditionibus in Italiã feliciter susceptis, & exinde barbaris fortiter ejectis, Imperium Occidentis non ex Pontificis cujusdam ambitiosâ largitione, sed manu militari & partim jure belli, partim etiam cum Imperatoribus Orientis initæ transactionis, sibi & successoribus quæsivit.

5. Quibus extinctis Imperii ἀξιώματα non amplius hereditario, sed electionis & suffragiorum jure, Principibus, & quidem ex Ottonis III. constitutione, non aliis quám ex Germanis parentibus natis deferri consuevit.

6. Universa autem Germanorum Respublica ex CAPITE & MEMBRIS componitur: quorum illud Imperator, itemq; suo respectu Rex Romanorum, & in Interregno Vicarii: Hæc Status repręsentant.

7. Et Imperator quidem ex Germanis Principibus á Septemviris Francofurti ad Mœnum (ordine & modo in aureâ Bullâ Caroli IV. Norimbergæ Anno 1456. sancitâ præscripto) eligitur.

8. Propositâ eidem certâ, quam vocant, Capitulatione: ad cujus tanquam fundamentalis Regni legis observationem vi juramenti adstringitur.

9. Quo præstito, & Electorum privilegiis singulis & universis ritè confirmatis, ipsi fides promittitur, & solenni inauguratione Imperator salutatur.

10. Quamvis enim vetustis temporibus electus ante supremam quasi Pontificis inunctionem non uteretur honore & titulo Imperatorio. Id tamen in desuetudinem abiisse, & Cæsarem statim post Germanicam coronationem plenissim am con-

consequi potestatem, Onuphrius Panuinus Pontificii nominis aliâs Studiosus Historicus ipsemet attestatur, & exstat de eo tractatus elegantissimus Georgii Sigismundi Seldi Imperii Vice-Cancellarii, ad Ferdinandum Imperatorem.

11. Eaq; potestas vel est reservata vel communicata: 1. Illius principem locum tenet Superioritas Majestatica, quam Baldus inter Sacra Sacrorum refert, Doctores vulgó Jus Majestatis nominant **die Keyserliche Hoheit.**

12. Qua de Romanorum Imperator totius Mundi Dominus superioris verbó & legum coërcentium nescius habetur.

13. Licet enim in causis, pro quibus á Statibus Imperii fuerit impetitus, coram Electore Palatino tanquam Judice suo Ordinario respondere necesse habeat:

14. Id tamen Majestatem Cæsaream non imminuit, (quemadmodum iniquus & imperitus rerum Germanicarum æstimator Johannes Bodinus, ita eum vocat Tobias Pauermeister, obtrectat,) sed tám naturali æquitati, quám civili honestati, aliorumq; Regnorum moribus concinné congruit, uti hoc textibus, Autoribus, tractatibus, consiliis & decisionibus, nec non exemplis egregié firmat Gerlacus Buxdorffius in aureis conclusionibus ad auream Bullam.

15. Atque ex hoc totius Orbis dominio profluit quoq; universalis & summa Jurisdictio; quam Cæsar vel per aulæ suæ Consistorium, **den Reichs Hoffraht/** vel Imperialem Cameram, **das Keyserliche Kammergericht zu Speyer/** in omnes Imperio Romano subjectas personas & causas specialiter non exemtas cum judicio provocationis nescio exercet.

16. Quanquam á Cæsare malé informato ad melius informandum appellari posse non desint jura, rationes, exempla & auctoritates, quemadmodum hoc inter alia deducit **Weinmarischer Bericht von dem Sächsischen Præcedentzstreit** part 1. circ. fin.

17. Ut non immeritó gravissimus JCtus Johannes Oldendorpius facesseve jubeat vanorum hominum adulationes, qui blaterant, Imperatori displicere, vel *reputationis aliquid ei detrahi*, si pronunciationes illius arguantur de injustis gravaminibus.

18. Ad ipsum autem Cæsarem, vel ejus & Imperii locum tenentem Cameram á Statibus extrema conceditur provocatio: nisi indultum sit iis jus de non appellando; vel omninó vel sub certa summa; quod plenius explicat Autor **der nohtwendigen Erinnerung auff die Donawertische Information** part. 1.

19. Cum ergó Cæsar per utrunque Judicium, Aulicum scilicet & Camerale, jurisdictionem suam exerceat; apud pios & studiosos sacræ Majestatis assertores dubium esse non poterit, quin alterum cum altero in jurisdictione concurrat, utcunq; etiam Autor Donavertensis Informationis id operosissimâ contentione pernegaverit.

20. De eo magis quæritur: *An & in causis* fractæ pacis Religiosæ hæc concurrentia obtineat.

21. Cum enim *Aulicum Consistorium* **der Reichs Hoffraht/** si non in universum, attamen magnâ sui parte ex puris putis *Catholicis* hactenus constiterit, corám quibus tanquam *suspectis* litigare, *Protestantibus* admodum grave videatur: & ob hunc ipsum Catholicæ Religioni addictorum suspectum zelum Camera exutrisque

que Confessionis Assessoribus constituta sit: Aliqui non inferioris nominis JCti harum controversiarum dijudicationem ad solam Cameram vel etiam ad Ordines Imperii relegant.

22. Quia verò Protestantium Status hactenus, tám in Comitiis, quám etiam in Aulâ Imperatorẽ supplicibus ac frequentibus querelis de reformando Consilio Aulico, de cohibendis ejus affectibus atq; aliis inconvenientiis, quibus Protestantes indies graventur, corrigendis, illiq; exemplo Cameræ utriusque Religionis Consiliarios præficiendo, onerârint:

23. Haud dubié jurisdictionem ejus ac districtum ipsimet agnoscunt: quorsum enim querelas illas etiamnum toties repeterent? cum vulgaris juris sit, quod Exceptio suscepti non ipsam jurisdictionem sed judicem impugnet, ac præposteré agat declinatoriâ fori tutus ad Exceptionem suspecti confugiens: ut eleganter infert Christophorus Leipoldi in disput. de concurrentia jurisdict.

24. Cæterum de feudis Imperii majoribus, vulgó **Fahnlehen**/ solus Imperator adhibitis Aulæ suæ Consiliariis, exclusâ Camerâ & Paribus Curiæ, **dem Fürstenrecht**/ (quod magnoperé urget Informator Donawert, nec non peculiaris de ea quæstione tractatus superiori anno editus) cognoscit.

25. Ita enim in Camerali Ordinat. pag. 2. tit 7. diserté cautum reperitur: **Ob Sachen fürfielen/ Fürstenthumb/ Hertzogthumb/ Graffschafften/ ꝛc. belangend/ so von dem heiligen Reich zur Lehen rühren/ so einem Theil zu oder abgesprochen werden sollen/ daß die Keys. Maiestät deroselben Erkentniß jhro/ oder in abwesen derselben einem Römischen König allein vorbehalten/ Sächs.** Apologia in causa Juliacens.

26. Idem né in causis circa feuda minora, ab Imperio tamen immediaté dependentia: nec non si de possessorio tantúm controvertatur, obtineat? subsisto.

27. Deinde inter reservata Cæsaris venit sanctio legis universalis ejusque interpretatio: Belli & pacis constitutio: Comitiorum indictio: generalium Collectarum impositio: Suprema Infeudatio.

28. Et quanquam hæc omnia cum Procerum & inprimis Electorum consilio & approbatione rité demum expediantur, non absurdé tamen ad Cęsaris reservata referuntur, cum eorum nullum inferioribus Principibus communicatum sit. Et ipsorum consilium perfectionem potiús & auctoritatem regiminis, quám deminutionem Majestatis inferat.

29. In maximis enim negociis maximis maximorum OPUS esse consiliis, qui & facultatem habeant exteriús, & voluntate non careant interiús, ut rei, cui benè cupiant, consulere & *velint & possint*: rescripsit Imperator Henricus IV. ad Annonem Archiepiscop. Colonien., in Epist. 1. apud Justum Reuber. JCtum Germ. script. tom. un. fol. 195.

30. Deniq; huc pertinet Gratiosa, ut sunt Creatio Ducum, Comitum Palatinorũ, Nobilium itemq; Doctorum; Fundatio Academiarum, Nundinarum, Postarum & novorum vectigalium: Concessio Privilegiorum & immunitatis: jus legitimandi, famæ restituendi, veniam ætatis itemq; jus civitatis concedendi.

31. Huc quoq; referunt aliqui jus extruendarum arcium vel munitionum: Ex quo Fridericus I. Genuenses cessare jussit á munienda urbe, uti Sigonius testatur: & Güntherus innuit:

——— *Nec claudere pergeret urbem,*
Iussus ab incepto populus desistere muro:

Et sacra Cesarea Majestas aliquando rescripsit: **Daß keiner zu ansehelicher gewisser Gefahr/Untergang vñ Verderben in der nähgelegenen fürnehmen Reichsstädte/Landen vñ Provincien einige newe Stadt/Vestung vnd** *Munitionen*, **dahero besorgliche Unruhe/Unsicherheit entstehen kan/legen/auffrichten vnnd erbawen/sondern solches alebald vnnd ohne einigen Verzug abgeschafft werden solle/etc.** Idq; nuper in causa **Cöln**/adversus **Mülheim** Practicatum scimus.

32. Verùm quia hoc ad specialem casum turbationis scil. pacis publicæ & commerciorum civitatis Imperii aut alicujus provinciæ directum est: in universum statibus denegare & soli Majestati asserere videtur inconveniens, & ab usu planè remotum.

33. Nunc ad potestatem statibus Imperii communicatam transeamus: quæ ab autoribus appellatur jus superius, jus territorii, **Fürstliche Landes Obrigkeit/Hohe Landes Obrigkeit**/ab Antonio Colero in disput. de jure Majest. jus statuum Imperii regium.

34. Et spectatur 1. in meri & mixti Imperii exercitio: jure remittendi pœnas capitales, præstandi salvum conductum, recipiendi Judæos, concedendi inducias moratorias: libero utriusq; religionis Augustanę sc. & Pontificiæ (nõ alterius) exercitio: Jurisdictione Forestali **der Fürstlichen Obrigkeit**/quę consistit in banno ferino, quod nobis **Wildbahn**/& jure foresti, &c. cujus intuitu Principes nõ tantùm in publicis, sed etiam privatis locis jura venationum rectè exercent. Item in jure fisci, nec non contributionum Imperialium colligendarum, & aliis pluribus, quæ colligit Thom. Michael. & Anton. Coler. in disp. de Majestatis jure.

35. Acquiritur autem hoc Jus vel Relatione in numerum statuum: vel concessione scilicet per investituram & singulare privilegium: vel præscriptione.

36. Et probatur insuper 1. ex insigniis Principum in curiâ aliisvé locis depictis, 2. solenni Principum introitu, 3. juramento subjectionis **Huldigung vnd Erbpflicht**/4. Edictorum & mandatorum observantiâ. 5. perceptione redituum, & 6. famâ communi.

37. Tantum de Imperatore. Quod ad REGEM ROMANORUM attinet, notum est (inquit Autor descript. Elect. Matth. II.) tám ex historiis, quám ex veteribus recentibusque in Imperio susceptis tractationibus, receptum semper & usitatum fuisse, ut vel ob ingravescentem Imperatoris Romani ætatem, vel ob causas gravissimas alias, vivente adhuc Cæsare, Rex Romanus alius, á sacratissimi Imperii Septemviris eligeretur: ut esset ita, qui & Imperatorem in administratione Imperii juvaret, & eo postmodùm defuncto, fasces Imperii statim capesseret, illudque ab incommodis periculisque imminentibus vindicaret & conservaret.

38. Quemadmodum id in Wenceslao & Maximiliano I. qui vivente adhuc Carolo IV. & Friderico III. itemq; in Ferdinãdo, qui tempore Caroli V. fratris sui, nec non in Maximiliano II. Rudolpho II. qui viventibus etiamnum & imperantibus augustissimis parentibus suis, in Reges Imperatoresq; Romanos electi fuerunt, & ex nupero conventu Norimbergensi videre est.

39. In eo enim Principes Electores constituerant, vivente adhuc (consen-

tiente

tiente tamen) Augustissimo Cæsare Rudolpho II. novum quendam Romanorum Regem, qui Cæsareæ Majestati, ad beatiorem vitam insperato forsitan casu translatæ, in Imperio succederet.

40. Est autem Romanorum Rex tanquam perpetuus Imperii Vicarius, ordinariam non mandatam habens Jurisdictionem & unum cum Cæsare tribunal.

41. Ideoq; se in omnibus tanquam Imperatorem gerit, regalia etiam aliaque Jura & privilegia per eum concessa & quælibet alia ab eo gesta perinde valent, ac si ab ipso Imperatore concessa ac gesta essent.

42. Quamvis Protestantes A. C. 1532. Schwinfurti cum Cæsare convenerint: ut si quando Rex Romanus creetur vivo Cæsare; nõ suo sed Cęsaris tantúm nomine Rempub. administret, nec ullam sibi potestatem aut Imperium arroget: Principes atque Ordines Imperii non teneantur ei ullâ fide, aut jurejurando, nisi post mortem Cæsaris, ut habent capita transactionis Swinfurtensis apud Sleidan. lib. 8. & notat Anton. Coler. in d. disp. sect. 9.

43. Restat de VICARIIS propriè sic dictis. Equidem Imperio vacante, quod vel morte Imperatoris, vel ejus depositione, vel resignatione, vel etiam absentiâ contingit, ejus Provisores sunt duo tantum Principes Electores, Comes Palatinus Rheni, & Dux Sax.

44. Ille quidem in tractu Rhenano, Francico, & Svevico: Hic verò in illis locis ubi jura Saxonica servantur.

45. Estq; eorum potestas amplissima; Nam & judicia exercent eodem modo quo Imperator: & præsentant ad Ecclesiastica beneficia: Reditus & proventus Imperii recolligunt: de feudis minoribus investiunt, juramentaq; fidelitatis vice & nomine sacri Imperii recipiunt; deniq; omnia peragunt, quæ ipsemet Imperator, cujus vices gerunt; nisi specialiter sint prohibita.

46. Quo in numero habentur reservata Principi, plenitudo potestatis Cæsareę, facultas de feudis regalibus, **Fahnlehn**/& investiendi & cognoscendi, res Imperii alienandi & obligandi.

47. Atq; hæc de CAPITE Imperii breviter exposita sint: Ad MEMBRA, hoc est, Status deveniendum est.

48. Ii tribus Classibus continentur: In quarum primâ stant Electores, in alterâ Principes, in tertiâ deniq; Civitates liberæ.

49. ELECTORALIS Collegii Auctorem si quæras, & de modernâ Septẽviratus constitutione investigationem instituas, vix alium cũ Beutero monstraverim, quám aureę bullę conditorem Carolum IV. qui solus numerum septenarium, primusq; sic absolvit: ut essent tres Ecclesiastici & quatuor Politici

50. Illi sunt Archiepiscopi, & Imperii ArchiCancellarii: Moguntinus quidem per Germaniam: Trevirensis per Galliam & Regnum Arelatense: Colonienſis verò per Italiam. (His tamen duobus, postquam Regnum Galliæ & Italiæ defecerit, secundum Heigium inanes tantúm tituli relicti, & omnia, quæ ad Archivum Imperii spectant, in solum Moguntinum collata esse videntur.)

51. Alterius verò Ordinis sunt Rex Bohemiæ S.R.I. Archipincerna; Comes Palatinus Rheni, Archidapifer. Dux Sax. Archi-Marescallus: & denique Marchio Brandeburg. Archi-Camerarius.

52. Ex numero autem Septenario perfectitudo Electionis arguitur; & ex utriusq; Ordinis professione tám laicorum, quám Ecclesiasticorum officium intelligitur.

53. Quod spectatur vel in Electione vel extra eam. In Electione primas tenet Moguntinus, Siquidem is mortem Cæsaris infrá unum mensem á die noticiæ reliquis Electoribus per nuncios literis patentibus significat, eosq; Francofurtum ad Mœnum convocat; ubi, cum in publico sacro vel ipsi vel per legatos plenissimé instructos convenerint, auspiciis á numinis invocatione factis, juramentoq; *de Romanorum Rege secundúm leges digno, idoneo & salutari creando, nullo pacto, largitione aut mercede interveniente*, primúm ab ipso, deinde etiam á reliquis ad aram præstito, primus sententiam dicit & rogat, votaq; secundúm ordinem, quo suprá collocati sunt, colligit, & á majori numero nominatum, Regem Romanorum mox Imperatorem pronunciat.

54. Possunt autem Electores non solúm ex Collegio aliquem laicum eligere: Sed Electus etiam suâ voce eligentium numerum augere, partemq; majorem facere.

55. Et rité demum electo Ecclesiastici Electores omnes tres simul coronam imponunt, non argenteam, nec ferream, ut vulgus falsó autumat, & quod magis pudendum, (utor verbis Hartmani Mauri, qui & Archiepiscopi Colonienss. Consiliarius, & Coronationi Caroli V. Aquisgranensi interfuit,) passim in Juris Professorum Commentariis reperitur: sed ex puro puto auro fabrefactam: sic tamen ut in eâ veterum laudabilis parcitas satis eluceat.

56. Quamvis autem Coronatio juxtá aureæ bullæ præscriptum Aquisgrani celebrari debeat: Idq; Carolus V. exactè observaverit: nec locum tùm temporis pestilenti etiam lue infestum mutare voluerit: Exempla tamen recentia probant, alibi quoq; solennia hęc peragi posse: Cum, ipso Hartmano teste, aurea bulla non semper ad amussim servetur.

57. Quod verò attinet ad Electorum officium extra electionem: spectatur istud vel in ministrando Imperatori, vel procurando Rempublicam.

58. Prius in celebratione solennis Curiæ Imperialis exercetur: **Wann ein Römischer Keyser in seiner Majestet zu Tische sitzt/vnd öffentlichē Hoff begehet:** ubi Principes Electores Ecclesiastici mensam consecrant, & Sigillum Imperatoris tenent: Marchio verò Brandenburg. Imperatori aquam, & Rex Bohemiæ primum potum, Comes verò Palatinus cibum affert, & Dux Sax. Maresc. officium sustinet.

59. Quo peracto ipsimet quoq; Principes ad suam quisq; mensam considunt, & Regio planè modo prandium capiunt.

60. Si tamen Electorum aliquem abesse contingat, legatus ipsius ad mensam absentis non admittitur, ut nec ad deserviendum his solennibus Imperatori: siquidem hoc postremum Electoris in Imperio vicem tenens obire consuevit: quèadmodum de Vice Camerario ex Maximiliani II. & novissimè Matthiæ I. Imperatoris nostri Augustissimi, & de Vice Pincernâ ex Caroli V. inauguratione constare potest.

61. Cæterum quoad Reipublicæ procurationem & salutem Orbis Christiani, quantum hoc summum in Germania consilium conducat, ex historiis nemini obscurum est. Ejus enim sapientiâ & fide Majestas Imperii in magnis sæpè moribus

bus illæsa conservata fuit. Unde ne quid Respub. detrimenti capiat, ipsorum curæ inprimis incumbit.

62. Pro cujus salute & incolumitate singulis annis absq; ullâ specialis veniæ impetratione conventus agendi, in eoq; decernēdi potestatem habent, cúm ex aurea bulla, c. 12. túm etiam ex capitulatione Cæsareâ: ibi. **Wir lassen auch zu/daß die sechs Churfürsten je zu zeiten nach vermög der güldenen Bull/ vnnd jhrer Gerechtigkeit/ des heiligen Reichs/ zu jhrer Nohtdurfft/ auch so sie beschwerliche Obligen haben/ zusammen kommen mögen/ dasselbe zu bedencken vnnd zu berahtschlagen/ daß wir auch nicht verhindern noch jrren/ vnnd deßhalben kein Vngnadt oder Widerwillen gegen jhnen sämptlichen noch sonderlich schöpffen oder entpfahen/ sondern vns in dem vnd andern/ der güldenen Bull gemeß/ gnediglich vnd vnvorweißlich halten sollen vnd wollen.**

63. Quem articulum Principes Electores ea propter capitulationi inseruisse videntur, ne Imperatores prætendere queant, hanc conveniendi licentiam ipsis non perpetuúm, sed tantùm usq; ad Imperatoris beneplacitum indultam esse Gerlac. Buxdorff. in concl. 95. ad aur. Bull. lit. B.

64. Verūm hæc, ut & alię plures Electorum prærogativæ, nostris moribus communis reddita videtur: Ex quo Principes, Comites, Civitatesq; Imperiales & Hanseaticas, & Nobiles immediatos absq; ullâ veniæ impetratione tám frequenter, scientibus & patientibus Imperatoribus, diætas & conventus indicere & celebrare palám videmus: quod eâ ratione defendit Buxdorffius, quia conventus ad bonum & licitum finem etiam absque superioris licentiâ permissi sint.

65. In eo verò Principum Electorum auctoritas ampliſſima est, quód Cæsari Imperiū ex certis & gravibus causſis legitimé abrogare possint; ut Henrico IV. & Ottoni IV. nec non Adolpho de Nassaw, & Wenceslao Caroli IV. filio contigit.

66. Porró cum Præfectis Prætorio (Otto Meland. in comm. Camer. par. 2. Heig. part. 1. quæst. 4. n. 14.) comparentur: ad eorum quoq; exemplum aurea Bulla constituit, ne ab ipsorum sententiis appellaretur: quamvis hoc privilegium Saxoniæ tantúm & Brandeburgicus Elector in viridi conservârint usu: Et insuper aliis quoq; Saxoniæ Ducibus vigore novæ bullæ indultum fuerit. Justus Zinzerling in disp. inaugural. de appellat. concl. 71.

67. De *Successione* deniq; & *tutelâ Electorali* in laicorum familiis, an *illa* tali jure primogenituræ nitatur, quod non propriam sed paternam semper ætatem ad successionem promoveat, sicut filio Electoris primogenito nullis liberis relictis mortuo, secundogeniti prædefuncti filius excludat tertiogenitum, patruum suum, an verò contrá? *hæc* autem ex sola lege, non verò testamentariâ dispositione defetatur? quærenti respondebitur. Hæ enim controversiæ eó recurrunt, quó de Waremund. ab Ehrenberg. in tr. de Regni subsid. c. 11. n. 40. monet: *Hanc litem ne faciat privatus suam, suadeo.*

68. Et hæc de primâ classe Membrorum Imperii. Succedit altera, Principū nempe tám Ecclesiasticorum, quám secularium. Illorum primó sunt præter Electores Ecclesiasticos quatuor adhuc Archiepiscopi, Magdeburgensis, Salisburgensis, Bremensis & Vesuntinus. Deinde Episcopi, quorum 27. hoc tempore in Comitiis locum obtinere tradit Paurm. lib. 2. de jurisd. c. 1. n. 17. Tertió deniq; Prælati, Abbates, Præpositi & Abbatissæ.

69. Horum verò, laicorum sc. quoq; tres Ordines habentur; primus est Ducum: alter Marchionum & Landgraviorum: tertius Baronum & Comitum. Ad quos etiam Nobiles Imperio immediate subjectos, quiq; vocantur Liberi **Freye vom Adel/ Freye Reichs Ritterschafft/ in Schwaben/ Francken vnd am Rhein/** referre tentabo.

70. Superiora a Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum & alia istiusmodi nomina, (quæ doctissimé explicat Anton. Coler. in d. disp. sect. 57.) olim non principatus sed officii, & quidem judiciarii: nec patrimonii, sed muneris: nec perpetuæ sed temporariæ dignitatis fuerunt. **Grundlicher Bericht von allen vnd jeden der freyen vnd Reyf. Reichsstädten Privilegien/ &c. im andern Punct/ n. 4.**

71. Hodié dignitatum simul & patrimonii sunt indices. Eoq; Duces, Marchiones, &c. á territoriis, quib. investiuntur, nec non á ditionibus, quas possident, sic denominantur.

72. Et certis inter se familiis, quarum 17. enumerat Colerus itemq; sessionis ordine distinguũtur: de quo Andr. Knich. ait: Germaniæ Principes in comitiis, fundare sese concertantes in nudâ sessuræ possessione vel quasi, allegando actus hinc inde exercitos. Pro rostris Imperii pendet lis, ejusq; diremtio. Interea, ut concertationes sileant, ne salus Reipub. sistatur, quidam protestando jus suum conservant, quidam verò conveniunt, ut alternatim sessurâ potiantur.

73. Cæterum omnes jura territorii & potestatem Cæsaris communicatam in suis ditionibus obtinent, ut suprá dictum.

74. Præterea circa successionem laicorum Principum notandum, in aliquibus familiis, utpoté Bavariæ, Brunsvicensium & Würtenbergensium Ducatuũ, primogenitum solum succedere, assignatâ reliquis fratribus certa portione alimẽtariâ. Quod ipsum Gailius commendat his verbis: Avorum nostrorum memoriâ feuda dignitatum apud unum ex familiâ præsertim seniorem semper sarta tectaque conservata sunt: Quia prudenter considerarunt, nihil esse tám magnum, quod non divisione fiat parvum lib. 2. obs. 53. n 3.

75. Pleriq; verò cum fratribus dividunt, & jure communi utuntur. Nisi pactis confræternitatis, **Erbverbrüderungen/** aliud provisum sit. Namque l. fin. C. de pact. ad privatas tantùm, non publicas & illustres personas præsertim Germanię Duces, á quibus votum finistrum captandæ mortis alienæ procul abesse Zasius asserit, pertinet, **Vnd seynd die Chur- vnd Fürsten des Reichs demselben Gesetz nit vnterworffen Sächs.** Apolog. in causa Juliacens.

76. Tale pactum inierunt Illustrissimi Duces Saxoniæ & Landgravii Hassiæ: cum demum A. C. 1587. Marchiones Brandenburgenses, salvâ tamen conventione cum Pomeranis Ducibus, (de qua pluribus agit Chytræus in Chron. p. 156. & 365. & 366.) quoque accesserunt.

77. Supereſt tertia classis membrorum Imperii: Civitatum nempe liberarum Imperialium, **der freyen Reichsstädte.** Quas statuum, & Comitiorum nec nõ suffragiorum ferendorum, itemq; superioritatis & territorii Jura, beneficium quoque primæ instantiæ sive Austregarum **der Außträge/** habere, Tobias Pauermeist. & Matthias Stephani cum pluribus aliis testantur.

Cum quibus transeo.

***

DE

III.

DE SUMMA SUMMI IMPERII POTEST. D. RICHARDI DIETERI.

Conclusio I.

DIvvs Augustus Imper. (ut á Sacro nomine de Sacra Majestate ventilatio hæc initium capiat) diem illum lætissimus cogitabat, quo magnitudinem suam exueret. Expertus erat, quantum illa bona per omnes terras fulgentia sudoris exprimerent, quantum occultarum solicitudinum tegerent. Quid enim est, quod Ministris seu Legatis ad reliquorum hominum curam ac salutem á Summo rerum Conditore missis non incumbat? Qui ob id sacras hasce & secundum Tiberium Imper. laboriosas occupationes dulci oblectare solatio, & speciali quadam, imo eum ad dignitatem eorum cognoscendam, tum ad obsequiũ & authoritatem in subditos conservandam, pernecessaria potestate á reliquis disjungere voluit, quam Majestatem appellamus.

2. Hanc á Magnitudine dictam Festus non inconvenienter putat; eó quod magnitudinem, decus, imperium, amplitudinem potestatem, dignitatem, securitatem, status eminentioris, aut sanctioris utplurimum denotet. Quo sensu & illam hic accipimus.

3. Et definimus: quod sit potestas summam ac perpetuam in Repub. auctoritatem, & Imperium obtinens.

4. Quæ potestas aut unius est, aut pluriũ. Illam Monarchiam; hanc si paucorum, Aristocratiam, si omnium; vel majoris partis, Democratiam appellamus.

5. Neq; n. plures præter has Rerumpubl. formas constituimus: Plato quidẽ quartam; quintam Aristoteles; nonnulli, inter quos Machiavellus, sex; Polybius & cum illo Thomas Morus septem faciunt; quidam Principatum addunt. Quorum tamen nec rationes, nec authoritates quicquam me movent. Cum enim status ex eo sit judicandus, ut videamus, penes quos summa rerum potestas, nunquam certé mixtus erit; tum etiam si ex virtutibus aut vitiis, vel quæ extra virtutum ac vitiorum fines sunt, munerum quoque varietate eum æstimemus, infinitæ erunt Rerumpub. formæ; quæ nec scientia, nec præceptis contineri possent.

6. Inter has autem Rerumpub. formas quęnam optima sit non hodierno solummodo tempore, sed & antiquitus disceptatum fuisse, ex illis tribus Otanis pro Democratia, Megabizi pro Aristocratia, Darii pro Monarchia orationibus apud Herodotum constat. Rectè autem ac prudenter Persas fecisse existimo, quod Darii sententiam secuti sint.

7. Quó veró eó lucidius summum hunc summi Imperii fulgorem perspiciamus, haud inconveniẽter nos facturos existimo, si primó Majestatis naturã in ipsius forma & effectibus cognoscamus, qua demum cognita ejus acquirendi & amittẽdi postea modos consideremus: in quo quidem, non quantum rei dignitas postulat, sed virium facultas admittit, præstabimus.

8. Uni-

8. Univerſa igitur Majeſtatis natura in ejus forma & effectibus potiſſimum ſpectatur.

9. Forma in ejus dignitate & imperio poſita eſt.

10. Dignitas ſumma eſt, ac perpetua.

11. Summa, ut á ſuperiore nullo dependeat, niſi á ſolo Deo. Unde Princeps communis omniũ patet, qui vicibus Dei in terris fungitur, providentiſſimus, optimus, religioſiſſimus, piiſſimus, ſanctiſſimus ejus decreta ac beneficia divina appellantur, imó cœleſtia oracula ſunt, quę ex Imperiali Majeſtate procedunt.

12. Hinc de Imperatoris poteſtate diſputare ſacrilegii inſtar eſt. Hinc Romanorũ Impp. olim ſe Deorum providentia, hodierni Dei gratia, von Gottes Gnadẽ/ conſtitutos ſcribunt. Quod num rectè ſuperiorem agnoſcentes uſurpent dubitare nonnulli volunt. Ego minime in Imperii Germanici Principibus dubito.

13. Alterius igitur fiduciarius ſeu Vaſallus hac ſumma poteſtate deſtitutus eſt. Inter dominum enim & ſervum, inter clientem & patronum, auctoritas, imperium, poteſtas diſcrimen facit.

14. Quod ſi tamen Vaſallus alia etiã bona; in quibus ſuperiorẽ non agnoſcat, habeat, nihil impedit, quo minus Majeſtatem in illis retineat. Quis n. Regem Anglię cum adhuc Normanniã, Aquitaniam, Turoniam á Gallo feudi jure tenebat, in Anglos, Hibernos & Scotos? Quis Carolum Imperatorẽ cum Flandriam, Atrebaten & Hennigow á Gallo; ab Imperio Mediolanenſium & Geldrię Ducatum á Pontifice Max. Neapolitanum, Siciliæ, Arragoniæ, Corſicæ, Sardiniæ Regnum feudi jure tenebat in Hiſpanos? Quis Daniæ Regem, licet Holſatiæ Ducatum ab Imperio agnoſcat, in Danos Majeſtatem non ſemper retinuiſſe affirmaret.

15. Deſtituti ſunt ea poteſtate, qui ſummi quidem Magiſtratus ſunt, rationem tamen rerum á ſe geſtarum reddere, vel Principe aut populo jubente Imperiũ deponere coguntur. Qualis apud Romanos Dictatoris fuit poteſtas, quem duo ſecures præcedebant, á cujus ſententia non appellabatur. Cui Dionyſius Harlicarnaſſeus, Prytanes apud Rhodios, Bœotarchus in Bœotia, Mediaſticus apud Campanos, Sufferes apud Pœnos, apud Athenienſes & Theſſalos Archontes, apud Lacedæmonios Armoſtas comparat.

16. Quid de eo, qui ſe alterius ſummi Principis clientẽ profitetur? Sane cũ inter ſummos Principes clientela nihil aliud ſit, quám fœderata conſociatio, qua alter alterius majeſtatem obſervare tenetur, ut á potentiorũ injuria tutior eſſe poſſit: aliud etiam ſit, alterius poteſtati ſubjectum eſſe, & aliud, alterius Majeſtatem obſervare, ſu..... Principis Majeſtati hoc nihil derogare; cum J Cto Proculo ſtatuimus. Quamvis illis, qui alteri ſe in clientalem dant, caute agendum non negem, ut in protectionis capitulis rationem ſui habeant, ne inde occaſio ſubjectionis potius, quám Protectionis beneficium oriatur. Eo enim pacto ſcimus Johannem Hungariæ Regem regnum in ſervitutem conjeciſſe, & alios libertatem amiſiſſe.

17. Idem nobis eſt judicium de iis, qui annuã penſionem aliis ſolvunt, ne excurſionibus regionum ſuarum finibus damnũ inferant. Princeps hic ſui officii memor, boni patrisfamilias perſonam ſuſtinet, nullis parcendo ſumptibus, damnum, quod inevitabile, avertit. Quod ſi Majeſtas hic detrimenti quid caperet, nec ipſe Turcarũ Imperator, qui Regi Æthiopũ, & illis populis, qui Arabiæ montes tenent, magnam pecuniam tributi nomine quotannis ſoluere cogitur, illius particeps eſſet. Quod ſanioribus politicis non immeritó abſurdum videretur. 18. Per-

18. Perpetua dignitas est, quæ nullo temporis spacio terminatur, sed cum Imperio oritur, cumq; eodem moritur. Hæc in Democratico & Aristocratico statu tam diu est, donec vel totus evanescat, vel in alium mutetur. In Principe non quidem perpetua semper est, sed tamen eo animo datur & accipitur, ut apud eum sit, dum vivit, perpetuó.

19. Hinc nec Consulare Imperium apud Romanos non quod diminutum quicquam sit ex Regia potestate, sed quia annuam; nec Dictatoris, quia sex tantùm mensium, ullius Majestatis capax fuit.

20. Hinc nec illi, qui in defectum Principum Imperii administrationem habent, si videlicet ob impedimentum Legis, propter ætatem, vel naturæ, propter furorem, Princeps Regimini insufficiens; vel Imperium vacans sit, quos ob id, quod Regum vel Principum vices sustinent. Proreges & Principes in Gallia Regentes Regni appellamus, hanc sibi potestatem tribuere possunt: Curatores siquidem & Administratores vel Custodes Imperii sunt, & impedimento remoto potestate sua se abdicant.

21. Ita vacante Imperio Romano, ex Aurea Bulla Palatino Comiti & Saxoniæ Duci Electoribus, totius Imperii cura incumbit: exercendi judicia, beneficia Ecclesiastica præsentandi, recolligendi reditus & proventus, investiendi de feudis, juramenta fidelitatis vice & nomine sacri Imperii recipiendi; exceptis feudis Principum, & illis quæ Fahnlehen vulgariter appellantur, excepto omni genere alienationis seu obligationis rerum imperialium.

22. Requirimus autem ad dignitatē Majestatis hæc duo, ut sit summa ac perpetua, conjunctim. Licet enim Rex quis perpetuo sit, alterius tamen Vasallus, ut olim in Hispania Arragonię ac Portugaliæ, ut Scotiæ, ut Bohemiæ Regna. Licet quis nullam Imperii gesti rationem reddere, constituto tamen tempore illud restituere teneatur. Majestas nulla est, huic perpetua, illis summa dignitas deest.

23. Nec tamen propterea cum illis facio, qui Bohemię Regem quod Vasallus sit, Regio nomine indignum æstimant. Dignitas hęc est, quæ Majestatem nec auget, nec minuit. Quod si ob id nomine abstinere deberet, quod Reges utplurimum Majestatem habere solent, idem de Ducibus dicendum esset, cum & illorum quosdam hanc summam potestatem habuisse, & adhuc habere cognitum sit. Sic Moscoviæ Dux, sic Birgerius rex Sueciæ electus, Ducis nomine contentus, Regio abstinuit. Neq; enim Majestas ex nomine, sed summa rerum omnium potestate censenda est. Ægyptii Reges prisci Pharaones, & posteri á Ptolomæo Ptolomæi, Reges Ponti Mithridatæ, Reges Palestinæ Abimelechi, Reges Parthorum Arsacidæ, Arsac nominantur, & nostri Imperatores Cæsares á Julio Cęsare.

24. Quid verò dicendum, si Legato Regis vel Præsidi quamdiu vivat, ea potestas utenda fruenda permittatur, vel superioris voluntate summum Imperium in magistratu continuatur? Quicquid hi habent, precariò habent, quibus Ulpian. nec possessionem, nec dominium tribuit. Insuper in omni Imperio aliis concesso, ipse Princeps excipitur, nisi hoc expressé agatur, ut totum se Imperio spoliet; quod quibus modis fieri possit & debeat, infrá dicetur.

25. Ejusmodi fuit dignitas, quę Majestati competit; Imperiū nunc sequitur.

26. Imperium est legitima in subditos imperandi potestas: Ita ut ille aliis leges dare possit, ipse vero iisdem omninó solutus sit.

27. Qua in re cum magnus ſit JCtorum ac Politicorum conflictus, mentem noſtram ita explicabimus. Aut enim quæritur de divinis aut de humanis legibus.

28. Divinis decretis Principem teneri nemo ſanæ mentis negabit, quæ ſi violare, ſi perrumpere, aut quovis modo labefactare tentabit, divinę Majeſtatis reus erit. A Deo enim poteſtatem ſuam habet ſibi commiſſam, Dei ſubditus eſt, Deum ſuperiorem agnoſcit: illud igitur, quod ſubditi, quod vicarii, quod delegati eſt, exequatur, hoc eſt, domini ac ſuperioris juſſui obtemperet, nec poteſtatis ſuæ limites infringendo leges divinas, aut contra eas diſpenſando excedat. Impura igitur & ſcorto famoſo magis quam Auguſta digna vox Juliæ, ad privignum Antoninum Caracallum, ſi libet licet. An neſcis te Imperatorem eſſe & leges dare non accipere. Impia illa Anaxarchi ad Alexandrum Magnum poſtquam Clitum iratus tranſfixiſſet, neſcis adſeſſorem Jovi juſtitiam & fas eſſe, quo quicquid actum á dominante fuerit, id jus & fas ſit. Deteſtanda illorum Judicum ad Cambyſem. Nullam ſe invenire legem, quæ ſinat fratri nubere ſororem, ſed aliam, qua Regi Perſarum facere licet, quicquid libet.

29. Nec minus impietatis ac abſurditatis plenum, quod de Auguſto amici ejus ipſum adulteria exercuiſſe non negarunt, excuſantes ſane non libidine, ſed ratione commiſſa, quo facilius conſilia adverſariorum per cujuſq; mulieres exquireret.

30. Humanæ leges aut Naturales ſunt, aut Civiles.

31. Naturales vel ſunt Naturales in ſpecie ſic dictæ, vel Gentium.

32. Jure naturæ Principem obligari nullum eſt dubium, cum ſecundum Bl. jus illud ipſo Principatu & Imperio potentius ſit. Dei enim jus naturę lex eſt, inquit Apoſtol. Niſi crudelia Herodis Judæorum Regis in tres filios, Neronis in matrem ac uxorem, trium Ptolomæorum, quorum primus fratrem, ſecundus matrem, tertius patrem interemit, parricidia, nefaria Caracallæ & Tiberii fratricidia, Deteſtandam Caligulæ cum ſororibus, ac Neronis cum matre libidinem. In ſumma Auguſti, Tiberii, Vitellii, Titi Veſpaſiani Sodomiam approbemus, & per conſequens, Principem ſtupra, inceſtus, furta, cædes, & ſimilia ex illicitis licita facere poſſe ſtatuamus. Quę opinio etiam Ethnicis abominabilis fuit, qui Principis authoritatem tanti non fecére, quam judicia naturæ. Claudius Agrippinam ducens, decretum in Senatu obtinuit, quo juſtæ inter patruos, fratrumque filias inpoſterum nuptiæ haberentur, cuiq; venia talium conjugiorum conceſſa. Neque tamen repertus eſt, inquit Tacitus, niſi unus (Suetonius quidem duos commemorat) talis matrimonii cupitor, Talladius Severus Eques Romanus, quem plerique Agrippinæ gratia impulſum ferebant.

33. Idem de Gentium jure ſtatuimus: Unde pacta, unde conventiones etiam nudas ſervare tenetur, cum privati conventionibus nudis regulariter non obligentur. Huc eum ipſa natura, huc dignitas impellit. Nihil enim naturæ magis conſentaneum, nihil dignitati magis conveniens, quám quæ placuerunt ſervare, etiam eum ſui detrimento. Et quomodo qui ipſę mutuæ fidei inter privatos ac Legum omnium vindex omnibus exemplo eſt, á ſe datam fidem ac promiſſa non ſervaret?

34. Neq; Civilibus legibus in totum eum ſolvimus. Occurrit hîc duplex ejus conſideratio: Abſoluta ac Relata.

35. Abſoluté aut de Legibus ab ipſo latis quæritur, aut ab aliis.

36. Legi-

36. Legibus, quas ipse tulit, solutus omninó est: Potest quis aliorum Imperium suscipere, sibiipsi verò imperare, sibi legem ita dicere. ut ab ea recedere non liceret, minimé potest, & voluntatem sibi servam facere, libero arbitrio, quod natura humano generi largita est, contrarium adversumq; : Proprium insuper Legis est, imperare, vetare, punire, quæ non nisi in subditos vim habent. Quamvis dignum sit Majestate regnantis, & æquitati conveniens. Legem, quam quis condidit, factis & vita comprobare : tum etiam revera majus Imperio submittere legibus Principatum. Nam facere rectè cives suos Princeps optimus faciendo docet, cumq; sit Imperio maximus, exemplo major est. Inde obsequium in eum & æmulandi amor validior, quam pœna ex legibus, & metus.

37. Ab aliis quàm á Principe Leges latæ, vel Antecessorum suorum sunt, vel Status.

38. Antecessorum Legibus non tenetur. Æqualibus enim imperare nemo potest, cum par in parem nullam habeat potestatem: Constitutiones quoque posteriores prioribus potiores sint, iisq; derogare possint.

39. Quo fit, ut nec Privilegia, nec Leges Principe mortuo vim suam ac robur retineant, nisi successorum auctoritate confirmentur, vel tacito consensu approbentur. Hinc Impp. ac Reges beneficia corporib. atq; collegiis tributa renovare consueverunt. Communi enim Dd. omnium calculo approbatum est, quod Antecessorum concessio posteris nullum præjudicium creet.

40. Privilegiorum á Principe concessorum in imperio Germanico nulla opus est Cameræ imperialis approbatione. Secus est in Gallia, ubi omnia beneficia, indulta, Privilegia á Rege concessa firma non censentur, antequam á summa Parlamenti Parisiensis Curia confirmentur.

41. Legibus status, quæ & Imperii dicuntur, Principem omninó teneri putamus, licet sint, qui dissentiant. Abolere enim ea jura, quibus Imperii dignitas, status Reipubl. atque ipsius salus continetur, quid aliud est, quam seipsum pessundare. Ecce enim tribus hisce Legibus, Lege Salica, de trium statuum conventu, de non alienandis Regni partibus & provinciis, veluti columnis Regis, Regniq; Galliæ incolumitas sustinetur. Quod si Legem Salicam violari fas esset, violassent illam filiarum gratia Philippus Longus, Carolus Pulcher, Ludovicus 12. iisque regnum dotale reliquissent. Et quamvis id tentavit Carolus 6. qui, excluso Delphino, Catharinæ filiæ, quæ Henrico, Angliæ Regi, desponsata fuerat, Regnum in dotem dedit: attamen irrita illa donatio fuit. Quod si legem, de non alienandis regni partibus, tollere posset, rata certe fuisset pactio Francisci I. cum Carolo V. Imp. cui Burgundiæ traditionem promiserat.

42. Relatè Princeps consideratur, quatenus Imperium erga alios exercet. Quo casu vel Obligatio quædam præcessit, vel nulla.

43. Quæ præcessit Obligatio, vel sua est, vel alterius.

44. Sua iterum, vel Privata, vel Publica.

45. Ab illa, si quę inter eum & Cives conventio, mutuam habens obligationem, interceſſit. discedi sine mutuo cõsensu non potest. Neq; in eo genere quicquam habet, quo subditis superior esse videtur. Hoc Gentium jus; hoc Civile; hoc Principis ipsius dignitas ita postulat; aliâs fidem falleret, verecundiam atq; existimationem suam læderet, seipsum omni commercio exueret: majoremque, quàm

Deus ipse, qui suis promissis tenetur, potestatem sibi arrogaret. Quare omnes contractus, qui cum Principe fiunt, naturam contractus bonę fidei habere, communiter concluſum est.

46. Ab hac, sive cum amicis, sive cum hostibus, ac barbaris, conventionem publicam fecit, discedere non potest. Servanda n. fides omni hosti data est, ne malis artibus & alterius incommodis, contra naturæ Leges, nostra amplificemus cõmoda, & Reipub. ad extremũ periclitanti, salutis viæ omnes præludantur. O quám egregia, & Magni illius Pompeji filio digna vox Sexti Pompeji, qui á Menodoro, classis suæ præfecto, admonitus, ut patris & fratris injurias in Antonium & Octavium, qui in navi apud eum cœnabant, & conciliati societatem iniverant, ulciscereturˌ respondit, Refer Menodoro, ei sine me id facere licere, qui jam peierare consuevit: mihi autem nefas esset, qui fidem fallere nescio. Et Alexander Parmenioni, sibi quicquam, quod præter fidem ac decorum esset, suadenti; Facerem id quidem, si Parmenio essem, verum Alexandro neutiquam licet. Malo me fortunæ pœniteat, quam victoriæ pudeat.

47. Quid de Hæreticis? Sané id testantur multæ clades in Hungaria. quám feliciter n. Uladislaus, Hungarię Rex, quám feliciter Sigismundus Imp. cõtra Turcas, rupta pace, militarunt, obvium est. Ubi illius memorabile exemplũ, qui facta cũ Amurathe I I. pace, licet Hostiã Ecclesiastico ritu consecratam in inviolabiliter observandæ pacis documentum huic tradidisset, nihilominus tamen Imperatoris Constantinopolitani, Eugenii Papæ, Philippi Burgundiæ Ducis, & Venetorum persuasionibus, fidem tam sanctè datam violavit. Unde facto utriusque aciei concursu, rebusq; Turcarum in extremo discrimine versantibus, Amurathes, prolata Hostia, levatis ad cœlum oculis, in talia prorupit. Christe, si Deus es, ut Christiani tui de te perhibent, vindica perfidiam tuorum, qui te mihi dedére pignori, nihiloque minus á Deo religiose sancitam pacem, per summum scelus violarunt. His dictis, mox alea prælii mutata est, Victus Uladislaus, cæsus ac capite truncatus, suique infortunii Legatum Pontificis comitem habuit Idem nobis Justinianus secundus exemplum exhibet. Cui Græcus Scriptor Cedrinus subjicit. Omnia, inquiens, illa gravia mala, quæ in hunc usque diem nobis evenerunt, fœderum leges & pacta cũ hostibus inita, minimé violare debere docent, etiamsi cum iis sancita fuerint, qui á nobis in religione sunt alieni.

48. Impium igitur illud Constantiense decretum, á Johanne ejus nominis, ut Pontificii volunt, 23. (verius tamen 24. ne injuria fiat Johanni 8. Anglo, qui præter naturam Masculorum á servo compressus, & sobolem pariens, omnibus hoc suo miraculo ostendit, esse Rom Pontifici aliquid præter naturam humanam divinitus concessum) latum, quo Johanni Husso fides sanctè data, nefariè violata fuit. Constantius certé Imp. Carolus V. in Comitiis Wormacien sibus, Constantiensis decreti executionem in Lutherum exigentibus restitit, eó quod ad Germanici nominis labem, & dedecus sempiternum, monente ita Ludovico Palatino, Electore, illud spectaret.

49. Quid de Pyratis, Prędonibus; Fugitivis, cũ quibus nulla esse cõmercia belli debent? Præstat illis fidem nullã dare, quám datam violare. Nihil certé magis conservat salutẽ Principum, nihilq; citius conjuratorum insidias opprimit, quám sarta-tecta existimatio atq; Majestas. Sed quid laudis, quid famę, quid glorię Princeps

habere

habere potest, qui vanus, mendax, aut infidus est? Notum velim sit omnibus, quod de Coracora Latronum in Hispania duce, legimus, qui seipsum sponte Augusto sistens, præmium ex edicto, (decies sestertium enim Imp. in caput ejus promiserat,) popposcit, statimq; & præmiũ & veniam consequitur. Eadem ratione Themistocles ab Athenienſibus in exilium pulsus, & ab iisdem hostili animo prosequutus, á Persarum Rege, ad quem se receperat, ducenta talenta in caput ejus pronunciata accepit. Tametsi neutri horum fides data fuisset; sed hi, salva quidẽ religione, non tamen salva dignitate, hosce nec supplicio affici, nec iis præmium denegari potuisse judicabant. Tantum fuit publicę securitatis; tantum fidei; tantum existimationis ac dignitatis momentum. Unde Oratorum Princeps: Perditissimi esse hominis, inquit, fallere eum, qui læsus esset, nisi credidisset.

50. Quanto iniquiores sunt illi, qui adverso fortunæ flatu perculsis, terris suis expulsis, bello devictis, ad se, tanquam asylum quoddã recipientibus, non modo hospitalitatis jus denegant, sed etiam vel vivos; vel interfectos hostibus transmittunt. Quale nobile exemplum Ptolomæus in Pompejum Magnum, ex Pharsalica pugna ad eum se recipientem, nobis exhibet. Ille immemor egregiorũ hujus in Patrem beneficiorum, jugulatum primo Pompejum decollari jussit, capite, in perfidiosé interempti ignominiam, Cæsari transmisso, trunco in planitie abjecto, ita ut cui modo ad victoriam terra defuerat, deerat ad sepulturã. Sed veré Paterculus his: quis in adversis, beneficiorum servat memoriam? aut quis ullam calamitosis deberi putat gratiam? aut quando fortuna non mutat fidem?

51. Neq; hic Romanorum illud in Chartaginenses ex Appiano omittendum censeo. Hi comperto de ipsorum excidio Romanorum decreto, Legatos miserunt, qui responsum tulerunt, fore civitatem ipsorum salvã, salva jura, privilegia, immunitates. Legatis dimissis, Scipio Carthaginem ferro, ac flãmis delere jubetur. Quo audito, Carthaginenſis fidem Senatus, populique Romani appellant. Negant illi quicquam contra datam fidem, quæ Romanis semper sancta fuit, fieri. Civitatem namq;, quam salvam polliciti essent, mœnibus urbis minimé contineri. Peccatum nihil hic á Romanis putat Bodinus, á quo ut dissentiam, Isidorus me impulit: Quacunq; arte verborum, inquiens, quis juret, Deus tamen, qui conscientię testis est, sic illud accipit, sicut ille, cui juratur, intelligit.

52. Alterius Obligatio sui Antecessoris est, cujus contractum justum, qui in Reip. detrimentum non vergit observandum censeo; Personæ mutatio nihil minus Principatũ mutasse censetur, quemadmodum judicis judiciũ, vel tribunal. Natura ipsa vult, ut quem commoda sequuntur, sequantur quoq; incommoda; neq; audiendus is est, qui honorem & commodum quidem amplectitur, sed onus subire recusat. Non hic distinguo, an hæreditario jure, an veró liberis suffragiis successerit; num utilitatem ex eo perceperit, vel non. Ac ob id Franciscum 2. Galliæ Regem, patris sui debitum, Helvetiis omni jure, non spontanea voluntate, ut Bodinus statuit, reddidisse puto.

53. Donationes tamen, si modum excesserint, aut in indignos collatę fuerint, meritissimé revocantur. Ut Senatus olim post mortẽ Neronis, ut Parisiensis Curia non semel. Et Guisios, ordines Regni Gallię, repetundarum reos, ob immensas in eos á defunctis Regibus collatas donationes, agere aliquando decreverunt. Princeps quidem non modo liberalis, sed & magnificus esse debet, modo in Prodigum

non evadat. Quia ex prodigo exactorem, ex hoc tyrannum fieri, & cum ſua penitus effuderit, aliena rapere, ac donare neceſſe eſt. Caligula, cum paucis annis ſexcentos & ſeptuaginta tõnas auri decoxiſſet, quas ille poſtea rapinas, cædes non excogitavit: Hoc enim ſit fixum: Cui nihil ſatis eſt, eidem nihil turpe.

54. Extra obligationem jus ſuũ exercet in ſubditos & cives, ita ut quodcunq; illi placuerit, legis vigorem habeat. Modo animus fuerit condendi legem, ne actus agentium, contra communia juris axiomata, ultra intentionem eorum operentur. Hujus placito omnes, Imperio ſubjecti, obtemperare coguntur. Meminiſſe tamen Principem oportet, ſe Dei Vicarium eſſe, Imperium in cives, non ſervos, non beſtias exercere, caveatq; ſibi, ne ex magna fortuna licentiam tantum uſurpet, ne omnem tyrannidem, omnis clementiæ, modeſtiæ, honeſtatis, æquitatis, moderationis contemptum, Majeſtatis obtentu velet. Sed illud Galbæ Imp. Piſoni Imperium tradentis ſemper cogitet. Utiliſſimus, ac breviſſimus bonarum, malarumque rerum dilectus, cogitare quid aut nolueris ſub alio Principe, aut volueris.

55. Neq; enim placitum illud eo extenditur, ut pro libidine omnia adminiſtrare, & quadrata rotundis, candida nigris, ut Dd. loquuntur, mutare poſſet. Sed cũ ſalus populi ſuprema Lex ſit, & Princeps publicæ ſalutis cauſa conſtitutus, cujus, teſte ipſo Juſtiniano & Friderico Impp. proprium eſt, ſubjectorum commoda imperialiter exiſtimare, ut ſingulorum ſtatus jugiter ſervetur illæſus. Conſequens eſt, placitum hoc totum ad bonum publicum, ad populi ſalutem eſſe dirigendum.

56. Quod ſi quid in Naturã, aut Deum iniqué, aut contumelioſé ſtatuat, haud minus Princeps bonus dici poteſt, quam Poëta Bonus, qui præter numerum canit. Iniqué dixi, aut contumelioſé. Interdum enim á jure Naturæ, quod immutabile eſt, paulatim receditur, ut ad ipſum adeundi via ſit commodior, ne ſi directo ad ipſum eatur, ad ipſum non perveniatur, ut eleganter Dn. Vulteius demonſtrat. Sapiens enim & prudens non ſemper it uno gradu, ſed una via.

57. Hinc fit, quod pleriſque Principis placitum iniquum videatur, videlicet cum rerum dominia, (ut in Uſucapionibus) invitis auferat; cum alterius detrimẽto alium locupletiorem reddat, contra naturæ æquitatem. Sed illi ſi meminerint; Inter duo bona præſtantius eſſe eligendum; Inter duo mala, quod gravius, fugiendum; publicam ſalutem privatorum commodo præferendam eſſe ſtatuent, & propterea Uſucapionem tam reſpectu privatæ, quám publicæ utilitatis æquiſſimam eſſe, concludent.

58. Sic ut maxime naturaliter homini conceſſus ſit dominatus in belluas; ita ut nonnulli durum & ab omni ratione alienum ſtatuant, earum venationem ſubditis interdicere. Verũm illi, ſi Principis perſonam, ſubditorum conditionem, & Reipub ſtatum penitius inſpiciant, æquiores certé prohibentibus erunt. Quis enim adeó iniquus, qui Principi in præmium laborum ac curarum recreationem aliquam non concedat? Quis adeó ſtupidus, qui ſubditos venandi ſtudio nimis deditos fore agriculturam, cæteraque officia ac miniſteria, quibus civitatis ſalus conſervatur, deſerturos non intelligat? Quis Reipubl. tam infenſus, qui prætextu venationis arma ſubditis concedat? unde rixæ excitari, homicidia ac latrocinia committi, atque adeo pax publica turbari poſſit? Quod ſeveré ac prudenter á Friderico Imp. prohibitum legimus.

59. Tranſgreſſores igitur mandati, cum prohibitio adeo ſit juſta, puniendos eſſe,

esse, ire inficias nemo potest, cum temperamento tamen. Qui enim semel deliquerunt, pecunia vel carcere pro qualitate personarum & delicti, modicé tamen, castigandi. Exacerbentur supplicia, quotiens nimirum multis personis grassantibus, exemplo opus sit, ut Claudius Saturninus inquit: idque vel relegatione, vel in opus quoddam missione. Annón morte; Homo est ad Dei immortalis, omnium creaturarum Creatoris, Conservatoris, Judicis, imaginem conditus. Quid commisit? Bestiam ad communem hominum sustentationem á Deo ipso ordinatam, sine alterius prærogativa, sui sustinendi gratia, interemit. Certé analogia nulla est, nec apud Ethnicos exemplum ullum me legisse memini. L. Domitius quidem, cũ Siciliam regeret, & ad eum eximiæ magnitudinis Aper allatus esset, adduci ad se pastorem, cujus manu occisus erat, jussit; interrogatumque, quo telo eum confecisset, postquam comperit usum venabulo, cruci suffixit, sed non ob interemptam bestiã. Nam ipse ad exturbanda latrocinia, quibus provincia vastabatur, ne quis telum haberet, edixerat.

60. Illud non inficior, Multa esse Principis placita, quorum nulla specialis, certaq; ratio reddi potest, ut in testium numero testamento adhibendo, in exhæredationum causis; cur non plures, neq; panciores: item, cur in acquirenda possessione per Procuratorem, voluntatem inspiciamus Procuratoris; in adquirendo vero dominio voluntatem domini? & trecenta alia. Quæ tamen, cum neq; Deo, neque Naturæ injuriam ullam inferant, sed potius, ut omnia decenter ac sine impostura fiant, prospiciant, exacté servanda esse statuimus.

61. Hoc Principis placitum ansam Interpp. prębuit varié quærendi: ut est: An ex plenitudine potestatis alteri jus suum auferre possit? Et si justam habeat causam, omninó illum posse concludimus, sive jus illud privati in spe adhuc sit, ex aliquo futuro eventu, sive quæsitum beneficio juris Civilis: æquum tamen est, ut precium justum refundat. Nulla enim absoluta ad peccandum potestas.

62. Sed Justinianus Imper. Omnia Principis esse affirmat, & Seneca Juris Civilis hanc vocem dicit: Omnia Regis esse, etiam quæ sibi quisq; privatus habet ac possidet. Ille fiscalia ac patrimonialia intelligit, hic rectissimé excipit, ita, ut omnia Rex Imperio, id est, jurisdictione, defensione, protectione possideat, singuli dominio. Nec enim quę tua sunt Principis sunt, aut certé tua non sunt, quoniam dominium in solidum duorum esse non potest, & communia quoq; esse inter te & Principem, dixerit nemo.

63. Quod si continentiam ac moderationem in altissima quaq; fortuna eminentia bona, in turpissimam habendi cupiditatem vertat, & nulla legitima motus causa subditorum bona involet, naturæ careeres effringit, certissimamque Reipubl. destructionem molitur, quicquid etiam alii contradicant, qui omnimodam Principi licentiam tribuunt, modo addat clausulas has: Non obstante, ex certa scientia, proprio motu, de plenitudine potestatis. Quæ certé, quoad justitiam & honestatem, (quibus duobus absoluta potestas moderari debet) nihil faciunt. Nunquid quod sine illis justé facere nequit, iisdem iniquum esse desinet? nunquid verba rei veritatem mutabunt?

64. In dubio veró, præsumiturné justa causa motus? Sic statuo, nihil præsumi ei placere, nisi quod justum sit, cum status universus tam præclarũ de eo fecerit judicium, ut se, suaque omnia ejus fidei, tutelæ ac protectioni commiserit. Nisi forsan

ſan inverecunda petentium inhiatione conſtrictus, non concedenda tribuat, tum quia ex falſis narratis ſupplicantis circumventus videtur, exceptiones ſub: & obreptionis opponi poſſunt, cum tacite ſubintelligatur in reſcriptis clauſula illa: quatenus preces veritate nitantur. Ut Imp. Anaſtaſius omnes cujuſque adminiſtrationis ſuę judices ſevere monuit. Quo caſu non de poteſtate, ſed voluntate & ſcientia Principis diſputatur, quod, teſte JCto, prohibitum non eſt.

65. Vaſallorum igitur bonis, quin juſta cauſa motus ſervitutem imponere, & ſubditos Collectis gravare poſſit, non dubitamus: Sed num in certis ſolummodo caſibus, ut quidam exiſtimant? Neceſſitas, quæ hoc introducit, certis caſibus definiri nequit: æquum tamen, ut quod illa conſtituit, iterum ea ceſſante, exemplo Imp. Juſtiniani tollatur, ne ob immoderatam exactorum licentiam, ad ſeditiones populus excitetur, ut innumeris exemplis probari poteſt. Sed contrarium uſitatius eſſe videmus.

66. Collecta, ut per æs & libram, pro modo facultatum imponitur, jura noſtra ſtatuunt; quod ut eſt æquitatis, ſic alterum, ſi in capita fiat, iniquitatis ac injuſtitiæ pleniſſimum.

67. Collectas á ſummo Principe in Imperio Germanico impoſitas omnes ſubjecti ſecundum ſummam in Imperii matricula deſignatum ſolvere tenentur; nec eximitur quiſquam, licet de feudo ita inveſtitus, **frey/geruhlich/ ohn ſtewr**. De Imperiali collecta, non Provinciali, hoc intellectum volo.

68. Ut vero communia hæc Imperii onera, in ſubditorum perniciem quibuſdam ſaltem, nonnullis exemptis imponantur, niſi juſtiſſima atq; evidentiſſima ſubſit ratio, ultra Principis poteſtatem eſſe concludimus; quam ſententiam Cameræ Imperialis calculo in noſtro Imperio approbatam eſſe video.

69. A ſententia quoq; definitiva provocationem Principem tollere poſſe Ulpianus JC. rectè exiſtimat, idq; tam in criminalibus, quàm civilibus æquè admittendum cenſeo. Inde tamen defenſionem naturalem ac civilem ſublatam eſſe dicendum non eſt; cum defenſio propriè ſit, ut reus plene audiatur, & ei juſtitia fiat. Sed an plures inſtantiæ, ſeu plura tribunalia, mere arbitrarium eſt, nec reſpicit juſtitiam cauſæ. Nemo enim ſcire poteſt, an rectiùs in prima inſtantia, vel in ſecunda judicetur.

70. Honorem Magiſtratumvè in aliquem collatum ſine ſufficienti cauſa adimere illum non poſſe, cum Car. Tapia ſtatuimus. Semel approbatus abſq; juſta cauſa reprobari non poteſt. Uertitur hic honor alterius, qui vitæ æquiparatur. Dedecus & pœna maxima eſt, quod ſemper remotus præſumatur ob delictum, culpam, & malam adminiſtrationem, quaſi de eo dominus non confidat. Injuriam vero inde naſci non debere, unde jura oriuntur, Impp. Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius reſcripſerunt.

71. Infinitæ aliæ quæſtiones moveri hinc inde á Dd. ſolent, quæ tamen iis, qui poteſtatem & jus Principis penitiùs inſpexerunt, parum faceſſunt negotii.

72. Quid nunc de Auguſta, h.e. uxore Principis dicemus? Eam legibus ſolutá non eſſe, ſed ut reliquum hominum genus obſtringi verius eſt. Cum vero nihil tam humanum ſit, quam fortuitis caſibus, proſperis vel adverſis conjugis participem conjugem fieri, ac propterea lex indignũ exiſtimavit, marito altiſſimo honoris gradu conſtituto uxoris dignitatem pariter non concreſcere. Ideoq; Princeps eadem

illi

illi privilegia tribuit, quæ & ipse habet. Intellige quoad reverentiam, immunitates, vacationes, & si quæ sunt similia. Non tamen par jus est usquequaque Principis & Augustæ, alioquin Legem condere ea quoq; posset, quod in jure nostro, colum ab omnibus officiis publicis non immeritó removens, absurdum est.

73. Atq; ita fuit Majestatis forma in dignitate & Imperio posita. Effectus nũc sequuntur. Antequam tamen ad illos accedamus, nonnulla, quæ in Reipubl. administratione, & primo Imperii ingressu, frequenter observantur, ac dignitati atq; Imperio quorundam judicio contraria adversaq; esse videntur, priús excutiemus.

74. Et juramentum á Principe præstitum, qui summæ potestati minimé cõveniens esse putant, illis cum Hottomanno respondeo: Nullam gentem, præter Turcicam, ita stupidam ac barbaram & pecudum potius quám hominum similem esse arbitror, qui non in Rege inaugurando, aliquam ab illo Regni conservandi fidem jusjurandum exigat. Juravit ipse Trajanus Augustus: Juravit ipse Populus in Leges, cum tamen sibi seipsum obligare non possit.

75. Sic quoq; nec Comitiorũ convocatione, nec Senatus, Populiq; præsentia minuitur. Humanum esse, inquit Imp. Theodosius, probamus, si quid in publica privatavé causa emerserit necessarium, id ab omnibus Proceribus ac senatu tractari, & universorum consensum nostrę serenitatis auctoritate firmari. Benè n. cognoscimus, quód cum vestro consilio (Senatum Rom. intelligens) fuerit ordinatum, id ad beatitudinem nostri Imperii, & ad nostram gloriam redundare. Sic in Anglia, Gallia, Hispania receptum non modó, sed & jure Imperii constitutum scimus. Et Carolus V. Galliæ Rex Sapiens appellatus fuit. quod in sapientum consilio acquievit: neq; in hoc Reipub. solum, sed & ipsius Principis commodum versatur.

76. Sed bona Imperii alienare non potest! Quid tum postea? Proprium hoc est Principis, ut augeat, non ut minuat, unde semper Augustus, allzeit mehrer des Reichs. Majestati contrarium, propriæ dignitatis, diminuendo Imperium homicidam fieri, Bl. testatur. Quomodo juris, h. e. alienationis nomine dignum sit, quod Rempub. evertit? Atq; hæc feré est communis JCtorum sententia, Principem cum omnia possit, res tamen Imperii ab alienare non posse; hæ enim non magis, quám patrimonia privatorum exinaniri aut eviscerari debent. Nec novum hoc in Regnis aut Imperiis; in ipsa Gallia inter Leges Status hoc connumeratur, ubi Rex sine Statuum consensu, imó etiam Curiæ Parisiensis approbatione, non solúm nihil de Regno alienare, sed etiam in vilioribus quidquam sua authoritate statuere prohibetur. Secus si fiat, illius major, quám hujus habetur ratio. Quod ille rigorosus Germanicæ Majestatis censor non satis perpendit.

77. Provinciæ quoq; Imperio ademptæ Majestatem minimé minuunt, multo minús adimunt. Illa siquidem nullis locorum intervallis; nulla provinciarũ multitudine definitur, neq; plus aut minús rerum genera mutant. Eumenes ille licet fractis opib. cum 500. equitibus, & 200. peditib. in arce Nova, quę ipsi sola ex omnibus suis reliqua adhuc erat, obsidione cingebatur; mandante tamen Antigono in ipsa pacis tractatione, ad se ut potentiorem, ita dignitate superiorem ut veniret, respondit: Neminem, quousque gladii compos ero, superiorem me censeo.

78. Injurius igitur admodum Imperatori Romano, qui ob hactenus dicta, Majestatẽ illi non modo denegat, sed & Monarchã esse morbo magis animi, quám recto judicio constanter pernegat. Si enim Majestatem habet, qui justo ac legitimo

modo Imperium acquiſivit, in eoque ſumma ac perpetua in ſubditos legibusq; ſolutа poteſtate utitur: habebit quoque illam Imp. Rom. Si Monarchia eſt unius prædominans Imperium, ut eſt, Monarcha quoq; erit Imperator Romanus. Sed aſſidua eminentis Fortunæ comes Invidia eſt, altiſſimisque cohæret.

79. Quid quæſo clarius dici poteſt unquam, quám quod in communi omnium Electorum Imperii decreto, Anno Chriſti 1338. tempore Pontificis Benedicti 12. publicato, pronunciatum eſt: Sacrum Romanum Imperium ſummum eſſe univerſi Orbis Magiſtratum, & á nullo, niſi Deo, recognoſci; Imperatorem ſuperiorem nullum cognoſcere, ſed Imperium immediaté á Deo tenere. Et ante hęc tempora Frid. Imp. & Ludovici Bavari conſtitutione mendacii, imó læſæ Majeſtatis Rei, qui Imperium á Papa, vel ei ſuppoſitum eſſe, aſſeverant, declarantur. Rudolphus I. noluit ire Roman, quia veſtigia illum, ut ajebat, terrebant. Max. 1. minimé neceſſariũ id eſſe putabat, cum Majeſtatem ab Imperii Statibus accepiſſe ſe profitebatur. Neq; etiam Ferdinandus, neq; Max. 2. neq; Rudolphus II. Heroës Invictiſſimi, Papalem coronationem petierunt.

80. Hinc omnes univerſi Orbis Chriſtiani Principes Imperatori Romano primas omni jure concedunt; quod & in aula Turcica obſervari exemplis multis demonſtrari poteſt. quicquid etiam Bodinus contradicat.

81. Neq; ſolum Imperatori prærogativam hanc erga alios Principes Majeſtatem habentes compere putamus, ſed idem jus in Imperii Germanici Principibus ſtatuimus, ut omnibus aliis ſub exteris Imperiis aut Regnis viventibus præferantur. Subjectiſſimi illi ſunt, hi omnium liberrimi. Germaniæ enim conſtitutio hoc fert, ut quiſque Principum in ſuo Principatu idem ſit, & idem poſſit, quod Imperator in toto. & unuſquiſque in ſuo Principatu Imperatoris radium, tanquam ſui Solis pleniſſima imagine referat & repræſentet. Unde Carolus V. Imper. in aliis ſuis Regnis mancipiis ſe ac ſervis in Germania Regibus imperare, dicere ſolebat, cum qua jus Principum á Regibus Imperii Principes nihil aut parum diſtent, imo vero plus in ſuis territoriis, quám Summus Principum in toto; quám nonnulli Reges in univerſo Regno.

82. Hinc æquè ad alios Principes de negotiis ad Principatum ſuum, non ad totum Imperium ſpectantibus Legatos mittere poſſunt, quám quiſpiam aliorum Regum de Regni rebus, quod in aliis Imperiis, ſine perduellionis crimine fieri minimé poteſt.

83. De hac Principum Imperii prærogativa quæ dicta ſunt, in Electoribus extra omnem dubitationem poſita eſſe puto, qui non ſecus ut olim Præfectus Prætorio Regibus meritó comparantur. Imó Bohemiæ Rex in omnibus publicis Imperii actibus, quemcunq; Regem alium quacunq; etiam ſingularis dignitatis prærogativa fulgentem, quem quovis caſu ad alios actus venire vel adeſſe forte contigerit, immutabiliter, ut Aurea Bulla loquitur, antecedit.

84. Quantum verò ad alios Imperii Principes, idem omnes ſtatuere arbitror, ſi de illis exteris Principibus, qui non ex Regno ſtemmate veniunt, id intelligatur. De Principibus vero, quos Sanguinis vocant & coronæ capaces ſunt, ambiguus forte quis eſſet. Germanos præfero. Sive reſpicias libertatem, rem inæſtimabilem, ſive ſanguinem, cum nulla feré Germaniæ familia, quæ non ex imperatorio ſanguine originem duceret; ſive ſucceſſionem, cum hi omnes in Electionem

venire

venire possint,& potentia Imperatores sint,illi naturæ cursum expectare tenentur, donec ex arbore folia,quæ Solis aspectum illis impediunt,decidant.

85. Nunc ad Majestatis effecta accedamus, quæ sunt illa, quæ Principi in signum superioritatis, vel supremæ eminentiæ, tum pro laborum præmio,tum ad cognoscendum supremum decus, authoritatem atque excellentiam competunt. Hęc Majestati insunt & Principis ossibus ita cohęrent, ut avelli ab ipsis nullo modo possint: ita ut ubi Majestas sit, illa quoq; necessariò adsint; non tamen econtra, ubi hæc, ibi Majestatem esse censemus. Solent enim nonnunquam inferioribus concedi, quamvis non omnia & ad certum modum. Quod cum fit, in his majora Regalia,in illo jura Majestatis, reservata Principi, **Keyserliche sondere Hochheiten vnd Reservaten**/appellantur.

86. Primum igitur ac præcipuum Majestatis jus est de Legibus.Divinus jus ac in Republ.summè necessarium, Antiquis tam sanctum, ut á Diis immortalibus originem illud primum duxisse statuerent. Hinc Cretensem Minoëm á Jove; Lacedæmonium Lycurgum ab Apolline; Solonem Athenienſem á Pallade edoctos: quod, ut plæraque alia, mystice ab eis dicta esse crediderint. Cum Leges summa cum sapientia latæ semper ad bonum & æquum respiciunt, & á summo jure, quod Crucem Veteres dixerunt,procul absint.

87. Principis jus circa Leges vel in iis dandis,vel abrogandis positum est.

88. Dat Leges aut universis, aut singulis.

89. Universis data Lex promulganda est;promulgata post duos menses obligat eos,qui in ferentis sunt territorio.Extraneos nunquam nisi vel contractus,vel delicti ratione forum apud hunc sortiantur.

90. Singulis quam Legem dat,Privilegium dicitur, quod secundum Cicer: Lex est in unum aut paucos cives lata, sive ad commoda eorum, sive ad detrimenta spectet. Sed quæ commodum adferunt, rectè beneficia appellantur. Quo pertinet ut planè quem legibus solvere possit. Quo beneficio Augusta per Principem,quo Pompejus Gabinia lege,legibus solutus fuit.

91. Data lex dubia nonnunquam est, vel ratione verborum, vel ratione applicationis illius ad factum propositum. Illius interpretatio ad solum Principem, vel legislatorem spectat; hujus ad Magistratum; qui tamen ex bono & æquo omnia interpretari debet.Caveat vero sibi,ne nimia vi flectendo, æquitatis objecta specie leges perrumpat, ac propterea infamiam subeat: audiat potiùs Martianum JC. *L.2 de pub.jud.* Non aut severitatis,aut clementiæ gloria affectanda,sed propenso judicio,prout quęq; res expostulat, statuendum. Planè in levioribus causis proniores ad lenitatem judices esse debent; in gravioribus pœnis severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi. Qui enim nimium nares emungunt, sanguinem eliciunt.

92. Sed nonnunquam propter causarum, loci,personarũ,temporum infinitam varietatem,contrariam consuetudinẽ,rigorem, vel evidens inde sequens malum,Legislatæ abrogatio, vel ex parte,vel in totũ necessaria est. Illo casu correctio est,quæ,si quid addat, Subrogatio;si detrahat,idque vel per legem novam,ex vetere aliquid eximat Extrogatio;vel partem aliquã tollat,Derogatio. Hoc casu si Legi latæ cõtraria fertur,Obrogatio;sin Lex prorsus tollatur, Abrogatio in specie sic dicta dicitur. Totũ hoc in Legislatoris potestate situm est, non aliter ut secundum Sextũ

Cœcilium in Gubernatoris poteſtate ipſa gubernacula, quæ eſſent inutilia, niſi ad omnem cœli faciem & oportunitatem moveri & converti poſſent.

93. Neq; tamen probo illorum confidentiam, qui etiam recta commutantes, ut aliquid ſui videantur adferre, tam facile ad Legum correctionem prorumpunt, haud memores, ſæpiſſimé Legum commutationem Status ipſius mutationem ſecũ ferre, imõ nunquam intervertere, quod veré in unica Lege Agraria accidiſſet. Contemnuntur Leges latæ, relatæ, & unã earum lator. Neq; ſine cauſa Locrenſes illius collo, qui novam legem ferre conabatur, laqueum injecêre. Et Solon cum Leges jubentibus Athenienſibus tuliſſet, decem annos per cauſam contemplandi, navigando fuit peregrinatus, ne quam Legum, quas condiderat, abrogare conaretur, id enim ipſi Athenienſes non poterant, maximo jurejurando adacti ad eas decem per annos ſervandas. Diſſuaſit hoc Auguſtus Senatui. Valeat igitur hic illud Livii: Ante morbos neceſſe eſt cognitos eſſe, quàm remedia eorum.

94. Alterum Majeſtatis jus eſt in bello, ad ſolum Principem ſpectans, á cujus exitu Reipub. exitus vel ſalus dependet. Neq; enim in illo errata, vel gratiam vel veniam ullam expectant, præſto ultor adeſt, qui occaſionem rei benè gerendæ nunquã ſibi eripi permittit. Bellum indicitur, geritur, & finitur, hoc & illud primum, de jure Majeſtatis eſt; Adminiſtratio aliis committi ſolet, vel nonnunquam uni, quod tutius videtur; cum bello nihil periculoſius, quàm conſilia prodere; pervulgari autem neceſſe eſt, ſi pluribus de illis conſtet. Unde Antigonus Macedoniæ Rex Philippo filio pluribus præſentibus interroganti, quando caſtra moturus eſſet, reſpondit: Quid? an metuis, ne ſolus tubam non audias.

95. Cavendum autem, ne cauſæ ſine prætextu belli telam videantur temeré contexere, & ferrum fera tanquam uſurpare. Sed quoniam bellum ſit publicorum armorum juſta contentio, ſequitur publica utrinque arma eſſe debere, ne latrocinia ac prædationes ſint; & quoq; juſta ex cauſa ſuſcepta; ne homicidium, cum admittunt ſinguli, crimen ſit; Virtus vero vocetur, cum publicé geratur & impunitatem ſceleribus adquirat non innocentiæ ratio, ſed ſævitiæ magnitudo. Non neceſſaria bella, quàm Tragicos habeant exitus, Cræſus exemplo eſt. Et Darius Perſarum Rex Scythis ejuſmodi movens hæc audite cogebatur: O Perſæ niſi effecti ut aves, ſubvolatis in cœlum; aut effecti ut mures ſubeatis terram, aut effecti ut ranæ inſiliatis in paludes, non remeabitis unde veniſtis, his ſagittis confecti.

96. Juſta veró cauſa belli non eſt libido Imperii, dulce illud mortalium ingeniis inſitum malum, ſed quę pro fide aut ſalute militat.

97. Pro fide defenſivé non offenſivé. Religionem enim legitimam eſſe belli inferendi cauſam, negamus. Quid enim alii obeſt aut prodeſt alterius Religio? Eccleſia in Republ. eſt, non Reſpubl. in Eccleſia. Et ſuadenda fides, nõ imperanda. Unde illis, quibus ejus cauſa bellum infertur, defenſionem legitimam permittimus, ſive ſubditi ſint, ſive non. Sed proh dolor, ſæpé Religionis cauſa bella geruntur, non quod quis curet Religionem, ſed quod in Religionis nomine & velo videat expeditiorem viam ad id, quicquid conceperat animo, perficiendum, cujus rei exempla in promptu eſſent, niſi eorum mentio odioſa.

98. Pro Salute quæ geruntur bella vel Neceſſaria ſunt, vel honeſta.

99. Neceſſaria defenſionis ergo fiunt, ſive noſipſos defendamus, ſive alios. Ex quibus quæ ratione noſtri, iterum Neceſſaria vel Utilia, quæ ratione alterius, Honeſta appellantur.

100. Ne-

100. Necessarium illius est, contra quem venit armatus inimicus. Nec enim justa modo, sed pia quoq; arma sunt iis, quib. nulla, nisi in armis, relinquitur spes.

101. Utile cum bellum movemus, verentes ne ipsi bello petamur. Nam cum, secundum Paterculum, nemo celerius opprimatur, quám qui nihil timet, & frequentissimum sit calamitatis initium securitas, præstat futuræ incursioni occurrere, quám præsentem vim expectare; imó tutius quoque erit, siquidem major spes, majorque animus inferentis vim, quám arcentis.

102. Honesta defensio est, quę citra metum ullum periculi nostri, nulla utilitate posita, tantúm in gratiam aliorum suscipitur. Cum quod ille, qui injuriam á socio aut cognatis non depellit, tam sit in vitio, quám si parentes aut amicos aut patriam deserat: Tum quod tua res agatur paries cum proximus ardet. Cujusmodi defensionem Germaniæ status in bello Hungarico præstiterunt.

103. Honesta causa belli est, cum illud vel ex nostra privata causa ad recuperãda amissa, vel communi ratione etiam pro aliis suscipitur, utpote si qui peccant evidenter contra leges naturę & hominum. Amplissimi enim honoris est, accusare improbos; semper eam causam plurimum valuisse, testatur Cicero; semper eam rationem accusandi fuisse honestissimam, pro sociis, pro salute provinciæ, pro exterarũ nationum commodis, inimicitias suscipere, ad periculũ accedere, operam, studiũ, laborem interponere. Sic Hercules ille, qui pene terrarum orbem emensus, monstra teterrima, id est, tyrannos incredibili virtute necavit, & ob id in Deorum numerum relatus est. Ita ejus imitatores Timoleon, Aratus, Harmodius, Aristogiton & Tamerlanus, sed ad tyrannos castigandos, nulla accepta injuria venisse, asserebant.

103. Data jam justa belli causa, non statim milites educendi, acies instruẽda, sed primum per Legatos (Feciales nominant) injurias illatas, aut causam emendari petendum, & emendationis spe sublata, intra certum tempus (ne deliberationis spacium illi præcidatur) armatum ut nos expectet, annunciandum. Quæ belli indictio suis cæremoniis peragi solet, pro diversitate regionum diversimodẽ.

105. Illud obiter hic inserendum existimo, quod apud Sallustium legimus Diu, inquit, magnum inter mortales certamen fuit, vi ne corporis, an virtute animi, res militaris magis procederet. Ita utrumq; per se indigens, alterũ alterius auxilio eget. Edvardus Angliæ Rex, plus sibi prudentiam & Consilium Caroli damni parasse, dicebat, quam omnes Galliæ Reges antecessores ejus maximis copiis attulissent, Johannes Galeacius, Florentinorũ hostis, dicebat, plus sibi detrimenti afferre Collucii Pierii Oratoris & Reipubl. Florent. tabellionis epistolas; quam mille equites aurati. Catilina ad socios inquit, se ad exercitum proficisci cupere, si prius Ciceronem oppressisset, eum suis consiliis multum officere. Unde & ego in illa persisto sententia: Consilium plus expedire bellicis rebus, quam arma.

106. Solet quoq; nonnunquam victorię eventus duobus vel pluribus, paucissimis tamen, committi, ut qui inter illos superiores sint, iis reliqui jure suo cedant, quemadmodum de eo exempla ubiq; sunt obvia, quod fortassis rebus ita suadentibus nec iniquum, nec Reipub. infrugiferum. Verúm ut principes ipsi hoc in se suscipiant; & duello se committant, sine summo Reipub. detrimento, & enormi dignitatis læsione fieri nequit. (Quamvis Alciato secus videtur & pontificem Romanum Collegiumq; Cardinalium nonnunquam hæc concessisse legimus.) Nec enim salus Reipub. tam leviter in discrimen vocanda, nec imperatorem, nisi necessitas ur-

get, manu pugnare aut gregarii militis mortem oppetere decet. Rectè igitur Scytha Rexá Johanne imperatore ad ſingulare certamen provocatus, idem quod olim Auguſtus Antonio duellum exigenti, reſpondit: Si imperatori non vacaret vivere, infinitas eſſe mortis vias, ſe intelligere meliùs, quam hoſtem, quid ſibi é re eſſet.

107. Bellum indicere ut principis proprium eſt, ita quoq; idem finire, quod fit pace; eo enim fine ſuſcipitur, ut pacem habeat voluntas, bellum neceſſitas, ut Georgius Caſtriotus, aliâs Scanderbegus, ad ſuos milites dicebat. Pacem hanc ſolus princeps facit; Inducias Dux exercitus ſive Legatus principis. Quod ſi hi pacem fecerint, non prius valebit, quam illam princeps ratam habuerit, ne forté principem aut populum legibus iniquiſſimis obligent, ut elegans nobis apud Romanos exemplum S. Poſtumius Conſul exhibet.

108. Facta ita pacis mentione, incidit illa, quam anté paucos annos Angliæ Rex cum Hiſpano inivit. De qua cum hactenus varia, in univerſa feré Europa, audita judicia fuerint, lubet defendere, Angliæ Regem, ſive ipſius perſonam ac dignitatem, ſive ipſum regni ſtatum reſpicias, ſapienter feciſſe.

109. Tertium Majeſtatis jus in Magiſtratibus creandis, & Dignitatibus conferendis poſitum eſt.

110. In creandis veró Magiſtratibus quædam ratione Perſonæ, cui offertur, quædam ratione ipſius Magiſtratus conſideranda veniunt.

111. Perſonam conſideramus, non ut Æthiopes, qui maximum ac validiſſimum eligunt; Commune omnibus Barbaris, inquit Hiſtoricus, quibus in corporum Majeſtate veneratio eſt; magnorumq; operum non alios capaces putant, quam quos maxima ſpecie donare natura dignata eſt. Unde Thaleſtris Amazonum Regina Alexandrum Magnum interrito vultu intuebatur, habitum ejus haudquaquam rerum famæ parem oculis perluſtrans. Non quidem inficior, quod non ſolum Magiſtratum, ſed ipſum principem, nonnunquam ipſa armet auguſta corporis ſpecies, atq; Majeſtas, qua multi deterriti atq; obſtupefacti, á cæde, quam deſtinaverant, abſtinuerunt. Ita de Auguſto miles quidam, cur ſe á facie ejus averteret, interrogatus, reſpondit: Quia, Cæſar, fulmen tuorum oculorum ferre non poſſum. Sed hoc ſolummodó conſiderandum, id veró pernego.

112. Nec magis vetuſtiſſimũ aut bibaciſſimum, multo minus Caligulæ Imp. equum Velociſſimum amitto, quem tantoperé amabat, ut non modo crebro ad cœnam invitaret, per ſalutem ejus atq; fortunam juraret, ſed etiam Conſulem Romæ deſignare ſtatueret: Et feciſſent, inquit Dion, ſi vixiſſet diutius.

113. Sed ejuſmodi volo, ut de quodam refert Juſtinus: Nota ſit nobilitas viri pariter ac virtus omnibus, quo de ejus fide timere non poſſunt, cujus velut pignora vulnera corporis & injurias notas habent. Quod ipſum etiam Impp. Theodoſius & Valentinianus reſcripſerunt, cujuſmodi Dioclem apud Medos fuiſſe legimus.

114. Originem natalium deſidero. Ut enim Summi Magiſtratus nobilioribus demandentur, ſumma militat tum JCtorum, tum Politicorum ratio; interim tamen neceſſarium puto, ſi Status ex nobilibus ac plebejis conſtet, in eoq; duo Summi Magiſtratus, ut uni, & quidem dignitate ſuperiori Nobilis, alteri Plebejus, quatenus uterq; idoneus ſit, præficiatur. Intellectum enim nobis eſt, & quidem in multis, poſſe hac ratione juſtitiam eo melius debita proportione adminiſtrari, nec honorem

norem aditus, qui virtutis præmium est, inferioribus intercluditur, ac propterea magna seditionis ansa præciditur.

115. Non admitto illos, qui ambitione aut pretio (in universa Gallia usitatissimum) ad dignitates hasce adscendere cupiunt, Reipub. nihil perniciosius, quam Magistratum quæstui habere. Dignitas non pecunia, sed virtute emitur. Unde fit, ut pecunia, non prudentia; quæstus, non virtus; affectio hominis, non moderatio æquitatis in civitate regnent. Et Justinianus Imp. ejusmodi dignitatis ac justitiæ nundinationem, omnium malorum occasionem, omnis nequitiæ principium ac terminum esse eleganter demonstrat.

116. Ratione ipsius Magistratus seu officii requiro, ut ordine, hoc est, lente conferatur, collatum perpetuum sit, nonnunquam etiam hæreditarium.

117. Lento quodam gradu Magistratum conferendum puto, ita ut á minus bono & gravi, semper ad melius, honestius, gravius, & tandem ad summa & altissima munia conscendat, quo prudentiores, modestioresq; & magis idonei ad unumquodvis eorum promoveantur. Nisi personæ singularis qualitas aliud suadeat; A communibus enim regulis nonnunquam ob certas rationes receditur.

118. Perpetuum desidero. Annuum quidem Cæsar & Augustus habebant, quod non improbo in principatu recenter occupato. Sed Tiberius perpetuum habebat, de quo interrogatus respondisse fertur: hirundines multo sanguine exhausto, quiescere, recentium morsus esse acerrimos.

119. Illud quoq; ex utilitate Reipub. existimo, ut illi Magistratus, qui dignitatis magis, quam laboris, ingenii ac industriæ sunt, nonnunquam sint hæreditarii: reliqui non item; cum quod ingenio perficiendum, id ad sanguinem trahendum nõ sit, tum quod in sobole, licet eadem virtus, non tamẽ eadem semper ingenii promptitudo præsumatur.

120. Hæc de Magistratibus creandis potestas conferendi dignitates nunc sequitur, quæ præcipuè ad imperatorem spectat, sive magnæ illæ sint, sive parvæ: quãvis id postea secuti sunt alii extra Imperium Romanum, qui videbantur sibi, si non majus, at certè par, in suis Regnis habere imperium. Quorum tamen Ducum vel Comitum in Romano Imperio parva habetur ratio.

121. Reges igitur creat. Imp. Romanus, ut Henricus IV. Bohemiæ Ducem; Fridericus I. Daniæ principem in Reges. Item Duces, ut Fridericus Barbarossa familiam Austriacam, quæ Marchiæ nomen habebat cum dignitate in Ducatũ evexit. Rudolphus I. Comites á Zollern / Burggravios Norinbergenses, Sigismundus eosdem Marchiones Brandeburgenses, addita Septemvirali dignitate, constituit. De fulgore enim, inquit Fridericus Imp. in privilegio Duci Austriæ concesso, throni Cæsarei, veluti ex Sole radii, sic cęteræ prodeunt dignitates, ut primæ lucis integritas, memorati numinis non sentiat detrimenta, tantoq; magis imperiale sceptrum extollitur, & tanto magis cura regiminis solicitudinibus obruitur, quanto tribunal ipsius digniores in circuitu circumspicit regiones.

122. Poterat olim Imperator simul cum hisce dignitatibus feuda imperii aperta conferre; ut ex Aurea Caroli IV. Bulla, & exemplis ipsis in familiis, Saxonica, Brandeburgica, Austriaca, & aliis constat, quæ tamen hodie ipsi imperio incorporantur.

123. Dignitates has ut dare imperatoris solius, ita quoq; illas iterũ adimere, ex causa

ex cauſa tamen & cum conſilio Statuum; quam ademtionem Degradationem vocamus, cujus exemplum in Imperii Comitiis Auguſtę Anno 66. habitis, obvium eſt.

124. Ad hoc Majeſtatis jus etiam pertinet, Comites, Barones creare; Nobiles efficere; Univerſitates erigere; Doctores, Licentiatos, Magiſtros, Comites Palatinos, Tabelliones, Notarios conſtituere; ad famam, honores, vel Natales in integrum reſtituere; veniam ætatis dare, &c.

125. Quartum Majeſtatis jus in extrema provocatione & jure vel injuria damnatorum abſolutione poſitum eſt.

126. Extremæ provocationis jus tam ſanctum habetur, ut qui ſciens prudens á ſummo principe provocarit, capitali fraude teneatur, niſi forſan exemplo Machetæ, cujus judicio præerat Philippus Macedoniæ Rex, qui dormitans non obſervabat, quibus ille juribus ſe tueretur, ideoq; damnabat: tum exclamante Machetaſe provocare, iratus, ad quem, inquit, provocas? Ad teipſum, ait ille, ô Rex, ſi quidem vigilans & attentus audias; ibi excitatus Philippus cum ad ſe rectiùs rediiſſet, injuriam Machetæ fieri animadvertit, & quoniam res á ſe judicatas reſcindi turpe ducebat, quo minùs levitatis ac inconſtantiæ argueretur, Machetę, quem iniqué condemnarat, damnum illatum de ſuo ſarcivit.

127. Hoc Majeſtatis jus omnibus imperii Germanici Electoribus (á Carolo IV. olim in Aurea Bulla fuit conceſſum. Hodié tamen Saxonica ac Brandeburgica domus hoc integrum ſibi reſervavit, á quibus appellare non licet, niſi ob denegatam juſtitiam, & nullitatem proceſſus; quod poſtremum licet controverſum ſit, præjudicia tamen & ſtylus in contrarium ſunt.

128. Sequitur nunc principis poteſtas jure vel injuria damnatos contra vim legum ac judiciorum liberandi, ſive de bonis, ſive de capite ac fama ipſorum agatur, repudiata diſtinctione, an Divina vel Humana lege capitale ſcelus cõmiſerint. Non n. quicquam eſt, quod principem melius commendet, quam clementia, ut Marcus Antoninus ad Fauſtam conjugem ſcripſit; nec minus illi turpia multa ſupplicia, quam Medico funera. Quo modo pontifex Franciſcum Sfortiam majeſtatis reum Carolo V. Bononiæ reconciliavit, ut eum deprecantis Italię precibus condonaret, vel humani juris æquitate, ſi ei falsó perfidiæ contumelia fuiſſet impoſita, vel præclara illa clementiæ virtute, qua reges Diis immortalibus æquantur, ſi in majeſtatem aliquid ingrato, infideliq́ue animo admiſiſſet. Liberatus de eodem crimine iterum ut moleſteturbona fides non patitur.

129. Interim tamen nimiã lenitatem non volo. Si n. aſſidua nimis eſt, contẽptum, principatus peſtem & maximã illecebram peccandi, impunitatis ſpem inducit, tum etiam in hac colluvie morum & hominum, habendus metus, aut faciendus eſt. Inſuper punitio bona eſt, ſi Deum; bona, ſi Homines; bona, ſi illos ipſos, qui puniũtur, ſpectes, ſicut impunitas mala. In omnibus tamen delictis illud Perſarũ, qui capitali ſupplicio etiam ſceleris convictum afficiebant neminem, niſi priùs innotuiſſet ex ante acta vita, virtutibus flagitia præponderarent, nec ne, obſervandum exiſtimo, niſi forſan evidens aliqua circumſtantia contrarium ſuadeat.

130. Ridiculum eſt ac ſine ratione, quod Romæ adhuc obſervatur, quod capitis damnatus Cardinali obviam factus ſupplicio liberetur: cui non adſimile illud, cujus Plutarchus meminit: Si Veſtales forté cui ad ſupplicium rapto occurrerent, is mortis pœna eximebatur. Jusjurandum autem exigebatur á virgine fortuitum fuiſſe, & inconſultum nec præmeditatum occurſum.

131.

131. Neque etiam furem propterea liberandum existimo, quod rupto fune patibulo cadat: Accidens enim est, & non præsumitur, ut putat Gomez: precibus Beatæ virginis Mariæ & aliorum Sanctorum hoc contigisse; nisi malles dicere; Liberandum esse eum, quem Divinæ, Naturæ & priscæ Leges humanæ propter furtum ex justissima ratione & summa æquitate ultimo supplicio non afficiunt.

132. Quintum, quod ad Maiestatem pertinet, est jus nummi percutiendi, imagine signandi, eius valorem & potestatem constituendi: quo ipso post Legem in Repub. magis necessarium nihil, á quo etiam imperii salus dependere videtur. Unde & Carolo Mag. tam augustum, tam sanctum, hoc fuit, ut nullibi, quam in ipso Palatio monetam cudi voluerit. Sicut & Romæ tantum in æde Junonis Monetalis percutiebatur, cui præfecti erant Triumviri monetalis æris, auri, argentique latores.

133. Et ut proba atque legitima dici possit moneta, formam materiamque non adulteratam, & plenum pondus habeat, necesse est, ex quibus si unum desideratur, ex constitutione non modo Imper. Leonis, sed & Caroli V. falsa habenda est.

134. Proinde reprobare & tollere monetam non minus ad Maiestatis jura pertinet, quam cudere eam. Quamvis legitimæ reprobatio ac mutatio sine justa causa fieri non debeat. Tenetur enim Princeps, ut de seipso Maximilianus I I. Imp. scriptum reliquit, hoc jure uti ad salutem & honorem imperii, quod maxime eo modo læderetur. Dum quam plurima in privatis & publicis rebus, omnino dubia, perplexa & suspensa redderentur.

135. Hoc jus nõnullis principibus superiorem agnoscentibus, maxime vero in imperio Germanico concessum est; quibus tamen varia præscripta sunt, quæ ab iis observari debent; sic certa numismatum genera eos cudere, nec alia ferire licet. Inter quos tamen nonnulli prærogativa aliqua præ cæteris gaudent: quales sunt Electores & quidam alii Ordines imperii: Et habent Electores hoc etiam præcipuum, quod in aureorum materia, ponderatione & æstimatione ad eos non minus, quam ad Cæsarem respiciendum esse dicatur.

136. Cæterum corruptores monetarum, illiq́; qui hoc privilegio destituti, monetam, licet probam, cudunt, vel criminis conscii, tam ex legibus, quam Impp. Constitutionibus in Rom. non tantúm imperio, sed feré ubiq́; gentium gravissimis pœnis subiiciuntur, quas hic recensere superfluum judico.

137. Sextum Maiestatis jus est vectigalia ac tributa imponere, non quod Respub. sine illis stare non possit, sed quod urgente necessitate ea non nisi á summo principe instituí possint.

138. Urgens autem & justa videtur causa: Publica necessitas, patriæ tenuitas & defensio, si iter planum ac securum aliter reddi nequeat, sumptuum magnitudo in reficiendis viis, pontibus, & similes. Iniqui tamen admodum sunt ii, qui, neglecta justissima Friderici Imper. constitutione, studiosorum rationem nullam habent.

139 Imperatori hoc jus non solum antiquitús, sed etiam ex imperii constitutionibus indistinctè competebat, quod postmodum ex contractu limitatũ fuit, ita ut in imponendis novis vectigalibus Electorum consensus requiratur.

140. Imperii quoq; principes, nisi speciali gaudent privilegio, quò minus vectigalia inconsulto superiore instituere possint, facit Recessus anno 1576. Unde si secus fiat, ipso jure nullum censetur, quicquid eius rei sit, ut mandata etiam sine clausula adversus eos, qui talia moliuntur, obtineri, & sic quasi ab executione inchoari possit.

141. Vectigal si quis non solverit, eius res ipso jure in commissum cadit, & absq; aliqua traditione transit in fiscum: Accipiens verò vectigal, tacitè se adstringere videtur, de securitate præstanda.

142. Atq; hæc propriè maiestatis iura sunt; alia, si quæ sunt, ut sunt plurima, ea omnia ad hactenus relata referri possunt.

143. Hæc de maiestatis natura, quæ in eius Forma & Effectibus cognoscitur, dicta sufficiant; consequens nunc est, ut eius acquirendi & amittendi modos cognoscamus.

144. Acquiritur Maiestas vel expressè, vel tacitè.

145. Expressè: quod fit cessione, cum cedens sua sponte imperio se spoliat, omnemq; potestatem in alterum sine conditione confert: Quem in modum populum Romanum in Augustum omnem potestatem contulisse, & seipsum imperio spoliasse, apud Pomponium legimus.

146. In hac cessione quædam ratione personæ cedentis; quædam ratione rei, quæ in concessionem venit, consideranda sunt.

147. Ratione personæ cedentis eius qualitas & consensus seu voluntas consideratur.

148. Qualitas cedentis est, ut eius sit conditionis, quo nulla ratione hac cedendi licentia prohibeatur. Quod fit omnibus illis modis, quibus tacitè maiestas adquiritur, excepta aliquo modo per testamentum, & quæ armis facta est, acquisitione.

149. Per testamentum dixi aliquo modo. Cùm enim magna inter Regem & regnum sit differentia, necesse est, ut inter Imperatorem Romanum & Cæsarem Arcadium, Honorium distinguamus. Unde si imper. Romano regna vel provinciæ testamento veniunt, cessionem omnino nullam esse dicimus, quia successori præiudicio, statui detrimento esset.

150. Sin Cæsari Arcadio, Honorio donatæ sunt, quemadmodum Præsutagum Icenorum Regem; Cæsarem Neronem hæredem, duasq; filias scripsisse, Tacitus meminit, liberum arbitrium damus, etiam usq; ad alienandi ac donandi potestatem, proprium siquidem principis patrimonium est.

151. In acquisitione armis ac bello facta, indistinctè affirmamus, ut de occupato regno arbitratu suo statuere possit, non attento eo, quod Hottomanno placet, utrum civium suorum sanguine, sumptibus, periculo ac labore partum sit, nec ne.

152. Consensus seu voluntas cedentis libera atq; expressa esse debet.

153. Libera: cùm enim cessio in mera cedentis voluntate posita sit, nihil huic magis contrarium est, quam vis ac impostura. Quapropter si quis contra leges vi aut clam, non jura modo Maiestatis, sed ipsam etiam Maiestatem usurpare sibi præsumat, ob id certè superioris obedientiam ac fidelitatem non iurabit.

154. Unde

154. Unde summa illa iniquitas in acquisitione Marchiæ Apuliæ apparet, quam Dn. Mathildis testamento, sine principis tamen consensu, Ecclesiæ dabat. Quod cum iniustum Imper. Ottoni IV. videbatur (eo quod de feudis nulla possit fieri in testamentis ordinatio, adeó ut ne quidem eius æstimatio, quod tamen in re aliena legata, quam hæres redimere nequit, alias obtinet, debeatur, nisi forsan testator id voluerit, & tum á successore non feudi, sed bonorum allodialium) non immerito pontifici se opponebat. Sed hic excommunicando imperatorē, suo acquirendi modo, de iure quidem incognito, sibi veró usitato utebatur. Quod tamen nemini successorum præiudicat.

155. Expressa cessio esse debet. Nam cúm aliâs in omni concessione concedentis persona excipiatur, ita quoq; liberrima cessione eorum, quæ ad iura Maiestatis pertinent, ipsam Maiestatem non includunt, nisi expressim hoc agatur, ut alter se potestati alterius submittat. Omnis siquidem concessio, quæ concedenti damnosa esse cepit, revocata videtur, cúm in quacunque donatione subintelligatur clausula illa: Si donator non egeat; ne, si contrarium diceremus, concedens contra æquissimas legum nostrarum sanctiones, liberalitatis suæ pœnam pateretur.

156. Quod fit, ut Principibus superiorem agnoscentibus nōnunquam Maiestatis iura quædam, non omnia concedantur, quæ certis limitibus circumscripta sunt, eo tamen ipso Maiestas concessa non intelligitur, quamvis id magni Iurisconsulti negent. Unde etiam Maiestatis appellatione abstinent, & vel Serenitatis vel Celsitudinis verbo contenti sunt.

157. Ratione rei, quæ in cessionem venit, requirimus, ut sit omnimoda, hoc est, ut omnia in unius liberrimo judicio consistant. Maiestas nec dividitur, nec cōmunicatur; nec summum quod acquisitę proprium, ut dictū supra, esse potest, quod vel superiorem, vel eiusdem imperii socium habet.

158. Nihil quidem est quod impediat, quo minus quis sibi imperii consortem adsciscere possit, sed in partem sollicitudinis, non plenitudinem potestatis. Quod sæpissimé tam in Occidentis, quam Orientis imperio Impp. cum tantæ moli sustinendæ non sufficerent, feciśe constat; quo tamen casu arbitrium magis Principum, quam exercitus, Senatus, vel populi fuisse legimus. Duas enim in uno imperio superioritates constituere, Bl. non immerito, & Regiæ legi, & naturæ contrarium videtur.

159. Eiusmodi fuit acquisitio Maiestatis Expressa; sequitur nunc Tacita.

160. Tacitam appello, eo quod Maiestas hic tacité concedi intelligatur. Etiamsi enim Princeps suo proprio jure Maiestatem habeat; illam tamen non nisi adepto principatu, ex eo ipso habet. Principatum verò ut mediis quibusdam consequatur necesse est. Quæ media seu modi cum eiusmodi sint, ut sine his nec Princeps esse, ac propterea nec Maiestatem habere possit, necessarió de illis dicendum nunc erit.

161. Acquiritur igitur tacité Maiestas, vel Successione, vel Consensu, seu Voluntate.

162. Successione ex Testamento, vel ab Intestato.

163. Ex testamento illius, qui liberam de eo testandi facultatem habet; quam quandó habere dicatur, ex anté dictis & sequentibus patebit. Sic legimus,

teſtamento populo Romano regna fuiſſe donata, Bythinia, Cyrene, Pontus, Alpes Coctiæ, Aſia minor, Cappadocia.

164. Ab Inteſtato, iure vel Hæreditario, vel Succeſſorio.

165. Hæreditario jure, cùm ad poſteros regna tranſmittuntur. Quale olim fuit Regnum Macedoniæ, Regnũ Galliæ in prima & ſecunda familia, & Imperium Germanicum á Carolo Magno ad aliquod tempus.

166. In hac hæreditaria ſucceſſione, patris diſpoſitio locum habet, ſed in illis ſolummodò, qui ex genere Regio ſunt, id eſt, quamdiù Regius ſanguis ſupereſt. Sic Perſeum Philippi Regis Macedonum filium, licét pellice natum, contra Macedonum voluntatem arbitrio patris ſucceſſiſſe, ex Livio, & in omnibus Africæ Regnis partis iudicium prævalere, ex Leon. Afro conſtat.

167. Quòd ſi in alium, quàm de ſtirpe ſua, Princeps etiam quovis titulo regnum conferre velit, ſubditi Principis contractum irritum facere poſſunt, ut memorabile exemplum in Hiſpanos, quod regnũ Rex Alphonſus Caſtus Carolo Magno ea lege, ut Arabes ex Hiſpania expelleret, donarat, extat: malle ſe mori liberos, dicentes, quàm in Francorum degere ſervitute, aut per eos incolumes eſſe. Neque enim Regnum, quod iure hæreditario defertur, per omnia patrimonium Principis cenſendum eſt.

168. Teſtamento jam á patre inſtitutus Primogenito omninò præfertur. Quem alias extra caſum Teſtamenti omni jure aliis præferendũ exiſtimo; cùm ius Primogenituræ ex Divino, Naturali, & omnium ferè Gentium jure oriatur.

169. Succeſſorio jure acquiritur Majeſtas, cùm defuncto Rege nullis relictis liberis Regnum ad proximum devolvatur. Et hic quoniam ius ſuum non á perſona proximé defuncta, ſed á primo acquirente habet, nullo modo teſtamento excludi poteſt, niſi jus quæſitum alterius facto tolli poſſe, contra communis iuris regulas, ſtatuamus.

170. Utraq; hæc ſucceſſio non ſemper ita pure eſt, ſed nonnunquam accedente lege, vel Electione fit.

171. Lege. Cum in Repub. lege, aut uſurpata conſuetudine, quæ pro lege habenda, ita cautum ſit, ut primogenitus vel ex eo genere proximior ſuccedat. Quam ſuccedendi rationem omnes ferè nationes amplexæ ſunt, & Regem Galliæ hoc jure uti, Bodinus & Cabotius teſtantur. Nec poteſt pater hoc teſtamento filium excludere, cum non tam ut hæres patris, quam ex legis diſpoſitione ſuccedat.

172. Unde liquet, Illuſtriſſimum Principem Johannem Brandeburgicum primogenitum, Sereniſſimo Electori Friderico patri, Fridericum ætate Secundum, ad Electoralem dignitatem evehenti, ſponte ceſſiſſe id, ad quod nullo jure cogi poterat: jura namq; paterno arbitrio contraria erant.

173. Electione. Cum in Regnis ſucceſſivis etiam quædam Electionis forma habetur, & ſucceſſio illa hæreditaria procerum vel populi ſuffragiis approbetur; ut in Hungariæ & Angliæ Regno fit. Qua Electione opus non eſſe Cabotius putat, & Fridericum Imperatorem Hungaris, qui Ladislaum Alberti filium Regem elegerant, recte reſpondiſſe dicit: Electione opus non eſſe in eo, quem natura Regé dedit. Sed quamvis pura non ſit hæc Electio, magnum tamen illius eſſe uſum puto, dum primogenito ius ſuum conſervet, & liberam illam in alium ſuæ ſtirpis translationem impediat.

174. Con-

174. Consensu seu Voluntate acquiritur tacité Maiestas, eaq; vel Lege, vel Hominis.

175. Voluntate Legis; cum vel Lege, vel consuetudine certus in imperio successor designatur, qui mortuo principe sceptra tenet, sive is sit ex descendentibus, sive eadem stirpe, sive alius, ut apud Catabenenses, is qui primus é nobili genere post constitutum Regem nascitur. In Mexico, exclusis filiis, fratres fratrumq; filii: apud Nomades antiquissimus: apud Æthiopes maximus quisq; ac validissimus: apud Scythas bibacissimus, succedat.

176. Voluntate Hominis Spontanea vel Coacta.

177. Spontanea voluntate Hominis vel unius, vel plurium.

178. Unius, quod fit Adoptione. Quod frequenter factum fuisse legimus. Ita Julius Cæsar Augustum; Augustus Tiberium; Tiberius Caligulam; Claudius Neronem; Galba Pisonem; Ludovicus Hungariæ Rex sine liberis discedens, & Carolus eius ex fratre nepos, Sigismundum imperatorem; Johanna Neapolitanũ Regnum primum pontificis authoritate Alphonso Arragonum Regi, & post repudiato eo Ludovico Andium Duci reliquit; Henricus Pomeraniæ Dux á Margarita Wolmara Daniæ, Sueciæ ac Norwegiæ Regina adoptatur.

179. Adoptionem hanc in Regnis hæreditariis solummodo & non nisi deficiente Regia familia fieri posse nonnulli statuunt. Illud quidem verum, hoc certe ambiguum. Micipsa Numidarum Rex cum Iugurtham adoptaret, an non legitimã habebat prolem? Claudio Neronem adoptanti non deerant utriusq; sexus liberi, ex justo matrimonio procreati.

180. Plurium Voluntate cum defertur, Regnum Electio fit, eaq; vel Suffragiis vel sorte.

181. Suffragiis: quando suffragante populo, eoq; vel universo, vel aliqua eius parte princeps constituitur. Cuiusmodi fuit vetus Regnum Æthiopiæ, antiquum Regnum Romanum, & postea imperium ab initio Romanorũ: & adhuc hodié Regnum Daniæ, olim & Bohemiæ. Poloniæ adhuc hodié est.

182. Quæ fit universo populo, vel maxima eius parte, certe periculi plena est electio. Superat multitudo probos: Sententiæ numerantur, non ponderantur; Invidet populus bonis, prosequitur præstantes, nobiles odit, seditiones sæpe ac intestina bella excitat. Et Nero, Heliogabalus, Vitellius omnium vitiorum inquinatissimi á maxima populi parte, vel exercitu electi sunt.

183. Præstantissima illa altera, quæ nullis ignorantiæ aut multitudinis suffragiis, sed consulto ex sapientioribus & idoneis fit. Quemadmodum Persæ Cambyse sine liberis mortuo septem eius Regni principibus, Romani olim Regibus mortuis Senatui. Hodie in imperio Germanico septem principibus Electoribus electio committitur.

184. Vidimus quoq; hoc eligendi ius nonnunquam uni & quidem fœminę commissum esse; ut apud Romanos, si Augustæ vel imperatorum filiæ vel sorores consensu Senatus, exercitus aut maioris partis eos imperatores faciebant, quos sibi maritos optabant.

185. Sorte in eligendis Regibus nonnullos usos fuisse, ex sacris ac prophanis literis constat, sic Sauli, sic Dario equi hinnitu sors obtigit.

186. Utrum vero melius sorte Electiones fieri, an suffragiis dubitatur? Et

quamvis non desint, qui ad discordiarum semina tollenda sorte Principem eligendum Divinis & Humanis legibus probari asserunt; contrarium tamen tutius nobis ac melius videtur.

187. In hoc Electionis iure considerandum venit, á quo hoc habeant, & Personam quam eligere debeant ac possint.

188. Habent autē ius vel ita ex seipso, jure videlicet Regni, vel mortuo Rege tandem expressē vel tacitē consequuntur.

189. Expressē, si Rex moriens relictis quidem liberis vel agnatis, eligendi tamen ius subditis concedit. Quemadmodum Alexandrum Magnum jamiam moriturum de Regni successore interrogantibus respondisse fertur. Eum qui esset optimus, non inscius fratris sui Aridæi, nec filii Herculis, nec uxoris prægnantis. Sic occupata Sidonia Alexander Hephestioni permisit, ut quem Regio fastigio Sidonis dignissimum arbitrarentur, constitueret Regem.

190. Tacite cum Rex nullo successore relicto mortuus sit. Quo casu subditis licet eam imperii formam eligere, quam velint. Quemadmodum Romani exactis Regibus fecerunt, & Persæ Cambyse mortuo, quem eligerent statum, dubitabant.

191. Et sic sæpe fit, ut ex Successorio Regno Electivum, ex Elective Successorium fiat. David Dei jussu, Darius á Persis sorte electus, ad posteros eorum deinceps imperium iure successorio delatum videmus. Regnum Burgundiæ ab initio Electivum fuit, postmodum Hæreditarium factum est.

192. Persona, quæ eligitur vel ex omnibus Civibus, vel ex quibusdam, quæ Electio vel ad certum genus hominum, vel ad certam familiam adstringitur. Sic Hephestioni Sidoniæ Regnum quibusdam concedere volenti, responsum fuit: Neminem patrio more in id fastigium recipi, nisi Regia stirpe ortum, Curtius meminit. Et Tacitus, Germanos ex Nobilitate Reges, ex virtute Duces sumere solitos, scribit. Ut & hodierno jure principes solummodo Germanicæ gentis eligere licet, ob quā præcipuē causam Franciscus Galliæ Rex, qui una cum Carolo Austriaco imperium ambibat, repulsam tulit.

193. Fit quoq; nonnunquam, ut qui eligitur, non statim sceptra imperii teneat, videlicet si vivo Rege, successor ei designatur, qui nonnunquam certus est, ita ut videatur jure hæreditario successurus; electio tamen, vel Lex mortuo Rege eum ad imperium evehit, ut in Gallia Delphinus; in Anglia olim Normanniæ Dux, nunc Walliæ Princeps; in Arragonia, princeps Gerundiæ & Gubernator Arragoniæ; in Scotia Scotiæ princeps & præfectus Cumbriæ.

194. Incertus successor si est, vivo principe nonnunquam eligitur ad hoc, ut eo mortuo succedat, quod fit in Regnis pure electivis, ubi non certa familia eligitur, ut observatum jam in Germania continua serie á Ferdinando Imp. hucusq; videmus, qui Rex Romanorū appellatur. Cujus potestas præsente imperatore nulla est; eo absente quod agit, imperatoris nomine agit, tanquam perpetuus imperii Vicarius, mandatū cum libera, omnia quæ Imp. præsens facere posse censetur, & feuda maiora principum infeudare potest. Sed hoc notandum: Omnem suam potestatem saltem in administrando; non alienando esse.

195. Quamvis in quocunq; Regno, ut vivo principe successor eligatur, nisi id evidentissima necessitas urgeat, consultum mihi minimē videtur, eó quod suffragii

fragii jus perielitetur eum quem princeps vult, atq; ita nonnunquam nõ idoneum eligere tenentur, vel si secus fiat, inter principem & designatũ simultatus, odia, plerumque intestina bella timenda sunt: suspectus semper invisusque dominanti est, quisquis proximus destinatur, & quæ eius generis incommoditates sunt infinitæ. Unde Elisabetha Angliæ Regina lege cavit, ne quis sub pœna capitis mentionem faceret hæredis Regni, dicens: Sibi ante mortem non esse fodiendum sepulchrum.

196. Electus princeps num de Regno arbitratu suo disponere possit, quæritur. Minimé, sive in ipsa electione conditiones quædam interpositæ sint, sive nulla accedente conditione delatum sit.

197. Priori enim casu, si conventionis immemor Majestatem, vel etiam quandam Regni partem transferre cupit, non amplius princeps, sed expers humanæ fidei, expers juris Gentium habendus est. Imo eiusmodi alienationem ab ipso principe revocari posse, non obstante juramento de non revocanda, iura nostra statuunt. Et pontificem Max. Regis Hungariæ, qui in coronatione juraverat, jura Regni se integra servaturum, alienationes quasdam in præiudicium Regni factas, irritas fecisse legimus.

198. Posteriori casu, cum Reipub. moderator, non eversor, sed populi sui tutor constitutus sit, præscriptam tutoribus regulam servare debet, ut tum denique pro domino habeatur, cum pupillis providet. Quod fit cum illos regat tanquam homines, non alienet tanquam pecudes. Ne quid interim dicam, eos, qui suffragiis eligunt, hoc sibi reservasse ut eligant, electus postmodum summam habet potestatem, non verò alienandi jus. Lege enim imperii Rex omnino tenetur, ut supra dictum. Unde recte proceres Hungariæ obstiterunt Uladislao Regi Regnum unicæ filiæ in dotem constituenti, quoniam electionis jure regnum hoc obtineri contendunt.

199. Sed qui plura Regna habet, num ea invitis subditis coniungere possit, in Anglia & Scotia huc usque disceptatum fuit. Fecit id Philippus 2. Hispaniæ, cum Portugaliæ regno, Tentavit id Jacobus modernus Magnæ Britanniæ Rex, cum Scotiæ Regno. Jura cuiusq; Regni, eius adquisitionem & utilitatem considerandam autumo, In specie tamen Scotorum patrocinium exercitii gratia suscipiemus.

200. Restat modus acquirendi tacité Majestatem, qui fit Coacta hominis Voluntate, Armis vidi: ac Bello. Cujus rei cum exempla infinita in vita Alexandri Magni, Romanorum & aliarum gentium Historiis ubique obvia, simul etiam quid juris victor hoc casu habeat, supra expositum sit, diutiús his immorandum non existimo.

201. His igitur modis, quibus hactenus dictum, cum Majestas acquiratur, consequens est, errare illos, qui longa temporum diuturnitate illam præscribi posse autumant. Nunquid sacra res, eaq; adeo sacra, ut & sacra sacrorum appelletur, hominum commercio exempta, præscriptioni subiacet? Nunquid leges Romanæ ad imperii non detrimentum sed incrementum atque amplitudinem a Romanis latæ, præscriptioni inobedientiæ auctoritatem adversus ipsum imperium tribuant? absurdum certé.

Nec.

202. Nec minus abſurditatis in ſe habet, quod quædam Italiæ Civitates, Senenſes, Lucenſes, Florentini, Piſani prætendunt; emiſſe ſe ab Impp. certa pecuniæ ſumma Majeſtatem. Niſi malles affirmare, eas res, quas non modó Naturæ, ſed etiam Gentium jus & mores civitatis commercio exuerunt, emi vendivé poſſe.

203. Quin igitur Florentinorum, Mediolanenſium, Mantuæ & Allobrogum Dux, imo Pontifex Max. Imp. Germ. Vaſallus ſit, extra dubium eſt. Unde egregia illa Divi Maximiliani 2. ad pontificem Romanum, Coſmum Florentinorũ Principem ad Regiam dignitatem evehere cupientem, reſponſio: Non habet Italia Regem, niſi Cæſarem.

204. Fuiſſe etiam pontifices, Clericosq; omnes olim ab initio iuriſdictioni imperatoris ſubiectos, & ab Impp. inveſtitos ac depoſitos, negari nullo modo poteſt. Nonne Leo 4. Maieſtatis accuſatus coram Ludovico 2. cauſam dixit? Nonne idem Leo ob ſuſcepta pro defenſione Romæ arma imperatori rationem reddidit? Nonne idem Leo & Johann. 8. Imperatoria præcepta ſe ſervaturos profitentur? Et quis Benedictum 10. abrogabat, eique Nicolaum 2. ſubſtituebat? Nonne Henricus 4.

205. Quid de his, qui à Cameræ imperialis iuriſdictione exempti ſunt, ut Burgundiæ ac Lotharingiæ Duces, quos partim á Cæſarea Maieſtate, partim Statuum conſenſu exemptos eſſe novimus? á juriſdictione ſunt exempti, non á ſubiectione, multo minus maieſtatis participes.

206. Qui vero de facto Imperio ſe ſubtraxerunt, aſſerentes, nullum ſe unquam præter DEUM Immortalem ſuperiorem agnoviſſe, pari cum antea dictis paſſu ambulant. Et cum Impp. nec poſteris principibus, nec Imperio Germanico præiudicium ullum creare potuerint, nemini dubium eſt, quin ſemper liceat ac licuerit Impp. omnes antea dictos in ordinem cogere, non aliter quam Domino in Barbarium Philippum perpetua manus iniectio eſt. Imo imperialem decet ſolertiam, inquit Fridericus Imp. ita Reipubl. curam gerere, & ſubiectorum commoda inveſtigare, ut Regni utilitas incorrupta perſiſtat, & ſingulorum ſtatus jugiter ſervetur illæſus.

207. Ita fuit Maieſtatis acquiſitio; Amiſſio nunc ſequitur, quam nullo alio modo fieri puto, quam Spontanea voluntate, aut Coacta.

208. Spontanea fit Ceſſione, de quo modo antea dictum fuit.

209. Coacta, vel divina eſt, vel Humana.

210. Illa vel fit morte principis, vel Status unius in alterum mutatione.

211. Hæc vel Bello fit, de quo ſupra dictum, vel Depoſitione.

212. Poſterius hoc anſam nobis præbet quærendi de Licentia principum, non quidem illis permiſſa, ſed proprio motu ſibi arrepta, dum omnia Divinis ac Naturæ legibus ſublatis, alienis rebus ut ſuis, ac liberis hominibus quaſi mancipiis ad libidinem abutuntur. Quid ſubditorum hic ſunt partes? Sic ſtatuo: Nec ſingulis civibus, nec univerſo populo principis ſui etſi ſceleribus ac flagitiis inquinatiſſimi, vitam, famam, fortunas, tollere, arrodere, in diſcrimen vocare fas eſſe.

213. Quod ſi cum Caligula unam cervicem ſubditis optaret, quo uno ictu illos interimeret: ſi cum Nerone Trojæ ardentis ſimilitudinem cernere cupiens, Romam incenderet, merito illud ἀπόφθεγμα Domitii Oratoris: Cur ego te haberem ut prin-

ut principem, cum tu me non habeas ut Senatorem? & illud L. Crassii ad Cos. Rom. Non es mihi Philippe Consul, quia nec ego tibi Senator sum, audiret, & debitum temeritatis præmium acciperet.

214. Debitum dico: non enim arduam in Neronem sententiam illam comprobo, cum nihil sit ad Statum conservandum magis necessarium, quam ut subditi sibi persuasos habeant; principum sanguinem adeó sanctũ ut profundere nefas sit.

215. Unde non immerito David, Alexander, Augustus laudantur, quod commissum, etiam in hostem, parricidium vendicarint.

216. Ex quo factum existimo, ut cum ob alias rationes, tum maximé ob has imperii Romani princeps, cuiuscunq; etiam criminis arguatur, capitali supplicio affici nequeat. Solus Carolus 5. tentabat hoc, sed irrito conatu.

217. Ad extremum, cum nihil tam alte constitutum, nihil tam firmum, cui periculum non sit etiam ab invalido; nec quicquam in rerum natura tam sacrum, quod sacrilegium non inveniat, etiam de iure nostro in temeratores læsæ Maiestatis certa constituta pœna est.

218. Etenim si quis contra illam quid attentarit, Maiestatis læsæ reus dicitur; quod crimen modo generis nomen retinet, modo pro sui atrocitate Perduellio vocatur, quando videlicet hostili animo adversus Reipub. statum aut principẽ quid attentatum fuerit. Utriusq; pœna præter bonorum confiscationem etiam hodie capitalis est: in Perduellione, licet aliâs reatus mortalitate extinguatur, nihilominus tamen memoria rei post mortem damnatur, ne vel commemoratio tam pernicioſi sceleris supersit; liberi eorum olim infamia notabantur, & testamenti factione carebant, quod hodierno usu amplius non obseruatur.

219. Eadem etiam severitate voluntatem sceleris, qua effectum puniri jura voluerunt; idq; in iis locum etiam habet, qui de nece Virorum Illustrium, qui Cõsiliis & Consistorio principis interfunt, cogitaverint; cũm enim pars corporis principis sunt, etiam Maiestatis participes esse videntur. Quo tamen casu distinguendũ puto, an privato in ipsos odio, an studio lædendi principem delinquatur.

220. An verò pœna hæc etiam locum habeat in eos, qui inferiores principes, superiorem agnoscentes, offendunt, inter Dd. controvertitur. Et certé cum superiorem recognoscentium Maiestas proprié nulla sit, adeoq; nec lædi possit, consequens erit, quod in illorum offensione nec pœna Maiestatis locum habeat; Electoribus tamen imperii ex Aurea Bulla Caroli 4. ut in multis aliis, ita in hoc quoq; genere non sine ratione speciale quid conceditur.

HISCE MAIESTAS
si se offensam esse putet, deprecanti ignoscet;
si non sufficienter illustratam, illud cogitet:
Ibant, quo poterant, quo non poterant, ibi stabant.

IV.

DE POTESTATE ET JURISDICTIONE IMPERATORIA D. GEORGII CHRISTOPHORI Meyfiſch.

THESIS I.

OMISSIS iis quæ de translatione Imperatoriæ vel regiæ poteſtatis in principes Romanos ſcriptis prodita ſunt, rem ipſam ſtatim aggredior, ſtatuoq; eam qua Imperatores Romano-Germanici utuntur, poteſtatum politicarum omnium ſupremam *a* legibusq; ſolutam eſſe. *b* Inde iis Romano qui præſunt Imperio Monarchę titulum etiamnum haud immeritó competere. *c*

a) Lancellot. templ. omni. jud. lib. 1. c. 1. §. 1. verb. Imperator eſt mundi dominus nu. 6. ex Socin. conſ. 22. nu. 4. Quæ inter homines ſeipſa ſuperiorem agnoſcit nullam, quæ ſoli Deo ſubjecta eſt ac patet, aliis parére neſcia, unde etiam Imp. Juſtin. *Novel. 28. c. 4. in fin.* imperii gubernationem ſoli Deo acceptam refert, eó quód gubernatione per legitimam electionem in Principem translata, tanquam á Deo ipſo ordinatore collata cenſeatur. Unde non immeritó etiam gratia Dei ſe ad ea veſtigia evectos profitentur, quæ poteſtas nec ex eo, quód Princeps alterius clientem ſe profitetur, labefactatur, cúm clientela hęc aliud nihil ſit, niſi fœderata conſociatio, quæ alter alterius Majeſtatem obſervare & adverſus aliorum injurias tueri tenetur, *Bodin. de repub. lib. 1. c. 7.* ſicuti idem Bodin. *Meth. Hiſtor. c. 5. teſtatur, de Turcarum Imperatore, quód Æthiopum regis tributarius ſit ei, ut & populis in Arabia montibus habitantibus aliquot aureorum millia quotannis ſolvat tributi.* *b)* Non quód Principis libidini omnia parere debeant, ſteteq; penes ipſum pro ratione voluntas: qualem Chriſtiani non noverunt, ſed quód ut olim, ſic hodié legibus ſolutos Imperatores cenſeam. *Vult § ſed & quod Principi, Inſt. de iur. Nat. Gent. & Civil.* Indeetiam titulo Maieſtatis, qui ei ſoli qui legibus ſolutus eſt competit, *Vult Iuriſprud. Rom. lib. 1. c. 12 ſub nu. 19.* in Imperii conſtitutionibus inſigniri ſolent, ſic reſcriptis etiam ſuis ex certa ſcientia derogare. *l. 7. C. de prec. imperat. offer. Gail. 1. obſ. 15. nu. 6.* Dominia rerum citra traditionem ex mudà voluntate & liberali conceſſione transferre alia etiam legum ſolennia á legibus præſcripta, cuiuſmodi ſunt, tempora confectionis inventarii prorogare, *Guido Pap. tract. dè reſcript. nu. 43.* Adoleſcenti annorum 17. ætatis veniam largiri, *Anton. Peregr. de fideicomm. c. 7. n. 110.* aliaque ſimilia neglígere vigore abſolutæ poteſtatis poſſunt, *Gail. 2. obſerv. 55. num. 6. & 1. obſerv. 42. num. 1. & 2.* Quin tamen legibus Imperii, quæ cum ipſa Maieſtate con-

coniunctæ sunt, ut etiam iis, ad quarum obseruantiam publica cum Statib. Imperii inita conventione se devinxerunt, teneantur, *cum Zoannet. de Rom. Imper. nu.* 171. & 184. *Schrad. de feud. part.* 10. *sect.* 5. *num.* 185. *Bodin. de Repub. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 86. affirmare non dubito. An verò ex contractibus aliis cum subditis initis teneantur? Affirmo, tám civiliter, quám naturaliter, *per l. more. ff. de acquir. hared. Bodin. de Rep. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 87. *Schrad. de feud. part.* 10. *sect.* 1. *num.* 59. *Anton. Peregr. de iur. fisc. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 44. *Pruckman. de Regal. memb.* 2. *cap.* 4. *effect.* 1. *num.* 6. & 40. eó quód in justitia commutatrice non tám personarum quám rerum habeatur ratio. *Wesemb. paratit. ff. de iust. & iur. num* 11. in tantum, ut etiam ex prædecessoris conventione, quatenus de rebus ad Imperii statum directé pertinentibus inita fuit, teneri eum omninó putem. *Hotom. illustr. quæst.* 1. *Anton. Peregr. de iur. fisc. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 81. Quod tamen de aliis contractibus statum non concernentibus, tutó á *Pruckmanno ad* § *soluta potestas. 2. membr. cap* 4. *effect.* 2. & *Carol. Tapia ad l. fin. de constit. Princ. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 11. affirmari posse vix crediderim. *Bodin de repub. lib.* 1. *cap.* 8, *num.* 85. c) Non præcipui alicuius in Aristocratia absq; Maiestatis præeminentiis constituti, qualis á Bodino *lib.* 1. *de repub cap.* 8. & *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 223. esse fingitur, quem tamen suorum verborum *in d. lib. cap.* 9. *num.* 5. de Imperii Maiestate relatorum meminisse oportebat, & quod licét Proceres Imperii de Maiestatis juribus participent, *Thob. Paurmeist de iurisd. lib.* 2. *cap.* 3. inde tamen status veré Aristocraticus dicendus non sit. *Pet. Heig.* 1. *quæst. iur.* 2 *num.* 25. *And. Knich. de iur. Saxon. provoc. nesc. verb. Ducum Saxon. cap.* 1. Plures talium Rerumpub. formas recenset Lipsius *polit cap.* 2. & Vincent. Cabot. *disp. de iur. privat. & publ. lib.* 2. *cap.* 4. Quod deinde etiam ex concessione Regalium aliorumque superioritatis jurium Statibus Imperii facta non tám colligas regiminis sibi adsciscant Imperatores, quám eos quibus præsunt reddant nobiliores & illustriores, cúm eó maior reddatur cuiusvis potestas & maiestas, quantó majoribus præest, *Novel.* 15. §. *nos igitur, Andr. Knich. de iur. Saxon. pag* 68. & in confesso sit, concessiones Principibus factas fieri cum solenni reservatione summæ illius Imperatoriæ Maiestatis, in cuius recognitionē Investiturarum petitiones & similes reverentiæ á Principibus & Statibus Imperii Imperatorem compellando fieri solent. *Gravet. cons.* 615. *n.* 6.

2. Unde patet, vix defendendam eorum esse opinionē, qui hanc potestatem utpote cum Imperio Occidentali in Carolum Magnum á Leone III. Romano Pontifice translatum, á sede Pontificia recognosci debere assertum eunt.

Túm quód historiæ huic assertioni expressé reclamēt, *Marsil. Patav. de translat. Imper. Rom. c.* 9. túm ob eam etiam rationem, quód nec Romano, nec alii cuivis Episcopo convenit officium Principatus in quenquam, *Marsil. Patav.* 1. *defens. pacis, c. ult.* vel Jurisdictio temporalis. *Covarr. in c. peccatum part.* 2. §. 9. *nu.* 8. *citans Anton. de Rosellis in tract. de potest. Pap. & Imper. fol.* 8. §. *ne prolixiùs.* hæreseos accusantem hāc opinionem defendentes. Quin potiùs vice versa Electionem summorum Pontificum Imperatoriæ Majestati ab Adriano Primo concessam asserit Vincent: Cabot. *disput. de iur. privat. & pub. lib.* 1. *cap.* 5. Marsil. Patav. *d. libell. de translat. Imp. Rom cap.* 8. Hinc etiam Ludovici Bavari & Friderici Secundi constitutionibus rei criminis læsæ Majestatis hanc opinionem defendentes declarati sunt, *Alber de Rosat. in l. benè*

á Zenone C. de quadr. prasc. Quamvis interim negari non possit, multum sibi Pontifices potestatis & authoritatis in politicis, tám nonnullos Imperatorum, ut Ludovicum Bavarum, & Frid. Secundum de solio Imperatorio deturbando, honoribus ac dignitatibus Regiis, ut Guilhelmo IV. Siciliæ Regis. Cosmo Medicæo Magni Ducis titulo conferendis sibi usurpâsse. *Thob: Paurmeist. lib. 2. de jurisd. c. 3.*

3. Consistit autem potestas illa in summo Imperii dominatu *a*, omnimoda in omnes totius Imperii cives & subditos jurisdictione *b*, Magistratuum creatione *c*, Legumq; universalium sanctione *d*.

a) Dominatum tamen hîc non infinitum intelligo, sed suis limitibus circumscriptum, quos ultró citroq; consistere nequit. Non enim tám dominos quám administratores Augusti professos vel etiámnum profiteri se rectè sentit Covarr. *in d. c. peccatum part. 2. §. 9. n. 8.* Zoannet. *de Imper. Roman. n. 150.* Inde Augusti ab augendo, non diminuendo Imperio meritó appellandi sunt, & pro maritis Imperii habendi, quibus ut rei dotalis, *l. un. §. 15. C. de rei uxor. act.* sic his Imperii alienatio immodica prohibita. *Schrad. de feud. part. 4. c. 1 n. 22. Vasq illustr. controvers. c. 4 n. 5. Anton Peregr. de jure fisci. sub Rubr. habentes jura fisci an poss. n. 74.* Hinc illa Octaviani Augusti, qui sibi ut parenti Rom. Imp. procurationem demandatam, & Caroli Magni *á Zoannet. de Rom. Imper. n. 151.* relata oratio, qui duntaxat Imperii gubernator in suis monumentis nominari voluit. *b*) eó quód ex decreto Electionis jurisdictio ac potestas omnis in causas ac personas omnes Imperio subjectas cum titulo Regio Imperatori tribuatur, *ut ex Bald. in c unic. n. 8. col fin. tt. Qui sint regal. in usib. feud. Paurm. de jurisd. lib. 2. c. 4. nu. 134. refert.* Etiam in Clericos. *l. eum clericis, l jubemus, C. de Episc & Cler.* Quod ad summum Pontificem extendi posse Epistola Leonis IV. ad Imperatorem Ludovicum *relata in c. nos si imprudenter, 2. quæst. 7.* & verba Maximiliani I. *in Comitiis Anno 1500. habitis, sub Rubr.* **Wie man mit dem Bapst handlen soll.** haud obscuré demonstrant. Inde etiam ad Imperatoriam Majestatem appellationes á Magistratibus inferioribus devolvuntur. *Carol. Tapia in Rubric de constit. Princ. ff. c. 4. n. 10. Covarr. pract. quæst. c. 1. n. 2. 3. & 9.* *c*) quam inter Majestatis capita refert Bodin. *de Repub. lib. 1. nu. 158.* nec ullum certius hoc esse affirmat, unde á P. Valerio *teste Dionys. Halicarnas. Antiq. Rom. lib. 5.* lex Romæ lata esse dicitur, qua gravissimé cautum, ne quis Romæ magistratum gereret injussu populi, mortis pœna in hanc legem peccantem proposita, & impunitate qui talem gladio peremisset promissa. Et quidem necessaria fuit hæc Magistratuum creatio, cùm enim omnia quæ ad statum politicum pertinent, magnæ Respub. per se procurare non possint, inprimis ea quæ ad litium dissidia componenda pertinét, *cuius rationes refert Bodin. de Repub. lib. 4. n. 158. & seq* sed Præfectis & Magistratibus idoneis opus haberent, quibus Reipub. cura aliqua ex parte commendaretur: idcircó penes eos, qui Reip. præfuerunt, Magistratuum constituendorum, revocandorumq; potestas sola fuit. *l 2. in pr. de O. l & patet ex serie titulorum lib. 1. ff. á tt. 10. usque ad finem.* *d*) *l. 3. & ult. C. de ll.*

4. Belli quoque & pacis, *a* hicque coniuncta munerum tám realium quám personalium indictio, *b* regalia etiam cuncta, *c* extremæ provocationis suscipiendæ jura *d* supremæ hujus potestatis propria sunt.

a) Quo

a) Quo Majestatis jure nullum ferè majus esse potest, *referente Bodino de re-pub. lib. 1. c. ult.* cùm aliàs nemini in Imperio armorum movendorum facultas tributa sit. *l. unica, C. ut armor. usus insc. Princ. lib. 11. arg. l. 24 ff. de capt. & postl. reverf. Receff. Imperii anni* 1555. §. **Wo sich aber.** *& seq. Ord. Cam part. 2. tit.* 15 Et sicuti belli indictio, ita etiam vicissim pacificatio Imperatorii est officii An verò cum hostibus paciscendo injurias subditorum, & suscepta damna sine illorum consensu remittere possit. dubii nonnihil habet? Affirmativam tuetur Gail. *de pac. pub. lib 2. c. 19. n.* 15. Rectè tamen meo judicio dissentire videtur Mynsing. *cent. 4. observ.* 9. & Pruckman. *de Regal. memb. 2. c 4. effect. 3. n.* 10. Principis enim rectitudini nihil magis convenit quàm curare ne subditi lædantur. *b*) *arg. l. cui jurisdictio. ff. de jurisd. omn. jud.* Cùm enim sine adminiculis, milite nimirum & pecunia, quæri & conservari status vix queat, *Scipio Ammirat. lib. 1. discurs. in Tacitum, c. 9. num.* 430. *verb. che i denari sono il nervo della guerra.* idcircò munerum Indictione opus est, qua subditis vel operarum præstatio, ut nimirum Principem in bello comitentur, *Zas. de feud. part. 7. num.* 42. *Schrad. de feud. part. 6. c. 6. n.* 13. vel domi se in casum necessitatis contineant. *Paurmeister de jurisd. lib. 1. c. 4.* contra quod tamen more Maiorum impositò, singulare sibi privilegium vendicant Germani *ut patet ex Recess. Imperii An.* 1570. § **Denselben/ etc. haben wir vns erinnert.** quo Germanis concessum armis etiam sine veniæ impetratione exteris Potentatibus opem ferre: vel collectæ generales imponuntur *Gail. 2. obs.* 53. quæ à collectis provincialibus differunt, cùm has Principes jure quodammodò proprio ordinariè à subditis suis exigant, *Everhard. jun 1. cons.* 10. *nu* 28. certam annuamq; præstationem habent. *Heig. 1. quæst. 17. n.* 15. Principibus etiam pro fructibus & emolumentis jurisdictionis, item pro curis & laboribus, nec non recompensatione expensarum, quas Principes pro pace & quiete conservanda erogant, debeantur. Illæ verò non nisi publica necessitate & utilitate exigente imponendæ sint. *l. 1. C. de vacat. publ. mun. Gail. 2. O. 52. n.* 9. Unde etiam exemptus à collectis provincialibus á generalibus non videtur exemptus; *Modest. Pistor. cons 4. in princ. n* 5. *vol.* 1. sicuti nec exemptum ab extraordinariis oneribus ob casus insoliti supervenientiam immunem censeri probabilius videtur, *arg l.* 10. §. *Medico. de ann. leg. Gail 2. O. 52. n. 26. Schrad de feud part.* 10 *sect. 1. n.* 130. *Heig. 1 quæst.* 18. *n.* 26 Immunitatem etiam pro lubitu á collectis Imperii petentibus indulgeri uti toti Imperio ejusq; subditis præjudicialem sic inadmissibilem judicamus, non n. aliqui sunt privilegiandi ut alii onera sua subeant, nec ex plenitudine potestatis jus alicui suum deterius reddere juris patitur ratio. *l 6 C unde vi. Petrus Anton. de Petra de jur. quæst. non toll. c. 24. n.* 237 *&* 240. *per l. Avus, C. de emancip. lib.* *c*) tàm maiora quàm minora, *Borch de Regal n.* 4. quæ ab initio apud Reges Romanos, his ejectis apud populum fuêre, tandem Augustis pro præmio laborum, quos in gubernando Imperio sustinent, competere ceperunt. *Dn. precept. Bocer. class 4. disp. 10. th. 1 Carol. Topia ad Rub. ff. de const. Princ n. 6. & 7. d*) *l. 1. ff. á quib. app non lic. Bod lib. 1. c ult. n.* 161.

5. Et hæc quidem antiquitùs Imperatores Romani sibi solis reservata habebant, tractu tamen temporis cum Imperatorib. ipsis facies quoq; Imperii nonnihil immutari, Magistratuumq; officia, quæ annua, vel quovis tempore revocabilia fuerant, hæreditario jure, ut & regalia ipsa concedi ceperunt.

Occasio huius mutationis quænam fuerit consulendus Vult. *in præf. ad tit. C. de iurid om. iud. & de feudis lib.* 1. *c.* 1 *n.* 14. *And. Knichen de iur. Saxon. verb. Ducũ Sax. c.* 4 *Heig.* 1 *quæst.* 2. qui adhuc hodié dignitatem ducalem personalem, nec citra renovationem transitoriam esse *ex Ludov. Molin. de primog. Hisp. lib.* 1 *c.* 11. testatur.

6. Hinc mutato nunc Imperii regimine, Imperatorem quædam cum Imperii optimatibus communia, quædam sibi soli reservata habere constat. De sibi soli reservatis summæ Imperii potestatis integrũ semissẽ pro indiviso sibi competentẽ censeo: *a* ultra hunc privilegiorum concessiones & confirmationes *b* deq; horum validitate vel invaliditate cognoscendi potestatem, *c* regalium etiam omnium conferendi liberam facultatem. *d*

a) Thob: Paurmeist. de iurid lib. 1. *c.* 4. *sub. nu.* 6 *& lib.* 2. *c.* 1. *nu* 20. altero semisse Imperii Statibus communicato, adeó tamen, ut nec his sine Imperatore, nec huic sine illis quidquam jura Imperii immediatè quod concernat expedire legibus Imperii sic dictantibus fas sit. *Paurm. d. c.* 1. *sub nu.* 31. *b)* Et quemadmodum concessio, sic etiam revocatio privilegiorum Imperatoriæ potestatis est. *Lancellot. templ. om. iud. lib.* 1. *c.* 1. § 4. *verb. Immunitates præbet, & verb privilegia potest revocari*. Idq;, si subditis extra modum contractus concessa sint, sine urgente necessitate fieri posse affirmat Carol. Tapia *ad l. fin. ff. de const. princ. part.* 2. *c.* 9. *n.* 5. 6. quamvis id inconstantiæ esse asserat Lancellot. *d. loc. de re vacat. privil. allegans Socin. iun. cons.* 60. *nu.* 18 *lib.* 3. Schrad. *de feud. part.* 10. *sect.* 1. *n.* 129. Martin. Laud. *de privileg. not.* 34. *Pet. Ant. de Pet. de iure quæsit. non toll. c.* 24. *nu.* 229 *per Novel.* 15. *c.* 1. Cæterum ubi accepta pecunia vel ob aliquod factum, vel etiam gratum servitium ab aliquo præstitum concedantur, irrevocabilia sunt, cùm sapiant naturam contractus: & Princeps eo casu instar privati se videtur legibus velle subijcere, *arg. l. est receptum, ff. de de jurisd. Lancellot. d. loco n.* 3. *Car. Tap. d. loc. n.* 67. *M. Anton. Peregr. de iure fisci, lib.* 1. *c.* 3. *nu.* 28. *Petr. Anton. d. c.* 24. *nu.* 243. Quod etiam in privilegio jurato, vel tali aliquo, quod suum fuisset sortitum effectum, verum credit Tapia, *d. loc. nu.* 72. *Faciunt huc quæ tradit Pinel. de resc. vend. part.* 1. *cap.* 2. *nu.* 10. De successore singulari dubitatur, utrum is ad observationem privilegii antecessoris obligetur? Negat Bodin. 1. *de repub. c* 8. *nu.* 85. quam opinionem procedere existimo si privilegium ex mera liberalitate Principis extra ullum meritum eius cui concessum est proficiscatur, vel dolus ex parte impetrantis interveniisset, vel causa etiam aliqua nova, ob quam si prævisa fuisset Princeps concessurus non erat, superveniisset, qualis esse potest urgentis belli, famis, vel pestis necessitas. *Carol. Tapia ad d. l. fin part* 2. *cap.* 9. *num.* 11. *Pet: Anton. de Pet. d. loc. c.* 32. *quæst.* 3. *num.* 186. Inde ad privilegiorum etiam Antecessorum suorum confirmationes Carolum Quintum in sua inauguratione speciali se juramento obstrinxisse testis est Sleidan. *de capitul. Carol.* 5. Notabile revocandorum privilegiorum exemplum videre licet *in Recess. Imper. Anni* 1559. *de monetariis, §. fin.* *c)* Ejus enim est interpretari leges, cujus est condere; *l. fin. C. de ll.* de causis tamen privilegiorum, quatenus ea non jus Principis, sed alterius concernunt, Cameræ cognitio est. *Gail* 1. *obser.* 1. *n.* 7, & 13. *d) Borchold. c. unic. Quæ sint regal. nu.* 7.

7. Sum-

7. Summarum etiam dignitatum collatio, Regum, Ducum, Comitum & Nobilium creatio *a*, Hos etiam de regnis, ducatibus, principatibus, comitatibus, aliisque Imperiali coronæ beneficiariis feudis infeudandi arbitrium *b* adhuc de solis Cæsari reservatis censeo.

a) Est enim Cæsarea Majestas fons dignitatis & nobilitatis. *Schrad. de feud. part. 4. cap. 1. num. 2. Lancellot. templ. omn. iud. lib. 1. cap. 1. §. 4. verb. dignitates confert, & verb. Reges coronat. c. X. lib. 2 feud. Zas. de feud. part 5. num. 1.* *b*) Olim quidem vigore aureæ Bullæ *tt. 5 & 7.* indifferentet etiam de feudis Imperii apertis pro libitu investire aliquem poterant Impp. Hodié vigore capitulationis Carolinæ feuda aperta Imperio incorporantur. Inde in feudis non apertis Principes & Vasalli Imperii investiturarum renovationes á novo Cæsare electo petere tenentur. Idem quoque juris est mortuis Vasallis ipsis sive Laicis sive Ecclesiasticis in ipsorum hæredibus sive successoribus, & hoc quoque ab Imperatore electo licet Imperiali diademate nondum condecorato, *Lancellot. templ. omn. iud. lib. 1. c. 1. quæst. 4. nu. 3 & 7. ubi dissentientes allegat. Schrad. de feud. part. 4. c. 1. nu. 11. Aur. Bull. tt. 2. §. ult.* siquidem non Pontificia illa coronatio, sed ipsa electio potestatem & facultatem administrationis tribuat, & in confesso sit hasce coronationis ceremonias, celebritatis potiùs quám necessitatis causa adinventas, in Rudolph. I. Maximil. I. & II. Ferdinand. & Rudolph. Secundis, Imperatoribus Invictissimis omissas fuisse. *Paurmeist. d. lib. 2 c. 4. nu. 4. & 5.*

8. Ubi tamen sub generali facta Regalium concessione summa illa venire vix probabile existimaverim.

Cujusmodi sunt dignitatum Largitiones, Vectigalia erigendi. Juravé monetas cudendi, quæ pro peculiari symbolo reservationis Imperatoriæ habentur, *Aur. Bull. Car. 4 tt. 9. & Recess. Imp. Anno 1559. §.* **Weren auch** *& Annis 1576. §.* **Weiter seind wir.** quæ cúm specialem requirant concessionem, sub generalitate non veniunt. *Ant. Peregr. de iur. fisc. lib. 1. c. 5. nu. 75 per c. generali, de reg. iur. in 6.* nec sufficiat generaliter ea fieri, quæ specialiter fieri jure præcipiuntur, *l. 4. §. quæsitum, ff. si quis caut. iud. sist.* Diss. *Rosenth. synops. feud. c. 5. conclus. 94.*

9. Diversa ratio est vasallos Imperii degradandi, feudisq; dignitatum exuendi, quod absq; consensu Statuum *a* & justa causæ cognitione non facilé fieri consuevit. *b*

a) Eó quód Principum proscriptio ad summã Imperii & statum Reip. spectet, sanctiori etiam consilio Imperii, vi & natura sua reservata intelligatur, utpote in quo de magnatum capite & fortunis, unde publici & bello proximi tumultus metuuntur, tractari solet, sicuti Anno 1550. in proscriptione Electoris Brandeburgici Domini Camerales consensum & voluntatem Imperatoris explorandum censuerunt. *Pet. Heig. 1. quæst. 9. n. 51.* In capitulatione etiam Cæsarea cautum est, ut Imperator Statuum Imperii proscribendorum exactam rationem habere velit. *Sleid. in capit. Carolina quæ est lib. 1. suor. comment.* *b*) Injuria enim fieret vasallo, si feudo per contractum acquisito, sine justa & sufficienti causæ cognitione privaretur, *Heig. d. loco.*

Famæ

10 Famæ honorisq; restitutionem vel per seipsum largiri *a*, vel aliis, quos Palatinos vocant, id præstandi potestatem, vel cum dignitate vel sine ea concedere *b*, veniam quoq; ætatis dare *c*, ut & scholas publicas confirmare, de solis Imperatoriæ Majestatis reservatis adhuc hodié esse judicio. *d*

a) *per l. relegati, 6. l. ad bestias* 31 *ff. de pœn. Heig. 2. quæst. 12. nu. 21.* quæ tamen potestas etiam Magistratibus inferioribus in seditione rusticorum specialiter concessa fuit *Recess Imp. Anni* 1526. § Vnd wiewol. *b*) *Lancell. templ. omn. iud. lib. 1. c. 1. § 4 verb Comites Palatino, creat. Paurmeist. d. lib. 1. c. 4. n. 6* cùm omnia á Principe fieri quibus ipse suam impertitur autoritatem rectè affirmetur *in l. 1. § sed si quis, C. de vet iur. enucl. Pruckman. in tract de regal. c. 1 n* 11. *c*) quam nullibi nisi in avia Imperatoria impetrari posse existimo, ac ne quidem in Camera Imperiali, *per l. 1. & 2 C. de his qui ven. ætat. impetr.* non obstante Novel. Leonis 28. quamvis interim non negem, apud quemlibet Magistratum morum & ætatis examen institui posse. *tot. tt. C. de his qui ven. ætat Gœdd. ad l. 21. ff. de V. S.*

11. Imperii quoque Procerибus nullam in Imperii conventibus sessionem sortitis de loco convenienti prospicere, reservata interim sibi de sessione disceptantium causarum decisione: *a* externis etiam nationibus copias in Imperio conscribendi facultatem largiri, *b* jura civitatum *c* Nundinarumque tribuere, ex eadem sibi reservata potestate potest. *d*

a) *Recess. Imp. Anni* 1570. §. Nach dem auch. & §. Damit nun. *Dn. Petrum Denaisium in suo iure Camerali, th.* 187 *b*) *Eodem Recessu* §. Die Obristen. § Dieweil dañ solcher. *c*) Nemini enim absque Cæsaris consensu ad minimum tacito *Valasc. in l. Imperium, ff. de iurisd. nu.* 73. Civitatem constituendi ius est, adeó ut eo non interveniente constituta nec Civitas, nec jura Civitatis habere putetur. *Innoc. in c. Ecclesiæ, nu.* 1. *de off. ordin.* *d*) *l. un. C. de nund. & merc. l.* 1. *ff. eod. Bodin. lib.* 1. *de Repub. c. ult. sub nu.* 171. quæ tamen Nundinarum privilegia Imperator non facilé concedere consuevit, nisi priùs auditis vicinis Civitatibus & pagis, *teste Gail. 2. obs. 69. nu.* 24.

12. Iisdem reservatis accenseri posse puto potestatem primariarum precum in qualibet Germaniæ Ecclesia semper beneficiis primó vacaturis, *a* pensitationes annuas in liberas Imperii Civitates descriptas, vulgó Schutzgelt / *b* de fisci Cameralis redditibus disponendi facultatem. *d*

a) Quæ an salva Cæsareæ Maiestatis præeminentia Pontificis concessione accepto ferri possit dubito *Gail. 1. O.* 155. *in fin.* *b*) *Gail. 2. O.* 42. *Paurmeist. d. lib. 1. c. 4. n.* 7. *c*) *Ordin. Cam. part. 1. tt. 16. in fin.*

13. Statuum tamen Imperii Comitiorum habendorum gratia convocatio penes Imperatoriam Maiestatem quidem est; sed tamen Principum Electorum consensum requirit, *a* Legum verò generalium sanctio,

sanctio, *b* ut etiam collectarum extraordinariarum ad usos publicos pertinentium indictio, cum simultaneo Imperatoriæ Maiestatis, Statuum q; Imperii consensu fieri consuevit. *c*

a) Inde antequam diem Comitiorum indicat Imperator, Electores singulos per literas vel legatos consulere solet. ut passim id ex Imper. decretis & recessibus manifestum fit. Sic enim se verba habent: **Haben wir mit Raht vnnd Bewilligung obgemelter vnser vnd des Reichs Churfürsten/nicht vmbgehen mögen eine gemeine Reichs-Versamblung außzuschreiben.** *b*) *Treutl lib 1. disput. 1. th. 5. sub lit c. Paurmeist. d. lib. de iurid. 1. c. 19. n 9* Unde solenne est recessibus Imperii annecti clausulam: **Haben wir vns demnach mit den Ständen des Reichs vnd sie hinwiderumb mit vns vergliechen**: ad quarum observantiam etiam Imperator & Imperii Status reciprocé tanquam ex contractu obligantur. Inde tamen statuendum non est *cum Bodino*, penes solos Imperii Status legum condendarum potestatem esse, cùm & recapitulationes cum Impp. initæ reclament, experientia etiam contrarium demonstret. Nec infrequens sit *ipso teste Bodino lib. 1. cap. 6.* in Gallia Regia edicta á curiis Franciæ approbari & corroborari. In Hispania quoque & Anglia legum autoritatem á Statuum confirmatione dependere. *c*) Idque vigore recapitulationis cum Statibus initæ. *Sleid. lib. 1. histor*: Quod verum legitimi Principis signum est, qui non pro lubitu exigit, vel ad suos usus convertit tributa. Idque etiam in Regnis Franciæ *Bodin. de rep. lib. 1. cap. 8. & lib. 6. cap. 2.* frequentari, adeó ut nulli Principum, quicunque tandem sit, sine subditorum consensu ne Teruncium quidem exigere fas esse asserat. Idem etiam in Anglia, Dania, Polonia observari meminit Heig. 1. *quæst. 18. num. 8.* Unde Lipsius *4. polit. cap. 11.* Principes ad Themistoclem remittit, iisdemque in hoc negocii genere divam illam Suadam tantoperé commendat, ne subditi nimis & insolitis exactionibus inviti onerati penuria & impotentia magis quám obsequii impatientia inducti pacem exuant.

14. Quod ad jurisdictionis exercitiũ, licét Maiestas Cæsarea jurisdictionem in omnes omninó causas & personas fundatam habeat, *a* quotquot etiã juridicundo præfecti sunt, jurisdictionem ab eadẽ recognoscant; *b* eam tamen hodié aliquibus remota appellatione *c* nonnullis ea salva concessam videmus. *d*

a) *sup. th. 3. lit. B. Anton peregr. de iur. fisc. lib 1. cap. 2. num. 40.* adeó ut probationibus reiectis ex sola conscientia in propria etiam causa judicare possit *Carol. Tap. ad rubr. ff. de constit. princ. cap. 1. num. 11.* *b*) siquidem Princeps fons & scaturigo est, unde velut per rivulos & canales diffluit & promanat quidquid est uspiam jurisdictionis, *l. 1. de const. princ. ff. & ibid. Tap. ad Rub. cap. 4. num. 10. l. 1 ff. de off. præf. urb.* Idque fit in Investituris, quas petendo, insuper etiam de juribus superioritatum investiri se patiendo, recognitionis & subjectionis esse nemo non videt. *c*) ut factum Principibus Electoribus, *Aur. Bul. Carol. IV. cap. 11.* quibus remota appellatione jurisdictio in suos subditos concessa est, *Mynsing. 5. O. 58. Andr. Knich. de jur. Sax. prov. nesc. Heig. 1. quæst. 4 num. 33.* quam tamen concessionem ad nullitatis, supplicationum, protractæ vel denegatæ justitiæ, in integrum restitutionum

casus extendi debere vix probabile existimamus. *Schrad. de feud. part. 10. sect. 3. nu. 6. Gail. 1. O. 135. arg. l. mutuo, §. 1. ff. de procur.* d) ut Principibus Statibusq; Imperii in suos subditos quoad primam instantiam, qui ab aliis extra casum denegatæ vel protractæ justitiæ, & appellationis beneficium in prima instantia in aula Imperatoria vel Camera Imperiali conveniri nequeunt. *Gail. 1. obs. 1. Ord. Cam. part. 2. tit. 1. Wilhelm. Roding. Pandect. jur. Cam. lib. 1. tit. 4.* Et Cameræ Imperiali, cui cum consensu Statuum ordinaria in appellationum, & quæ aliâs ex legibus Imperii ad Imperatoriam cognitionem ordinariè spectant, causis civilibus jurisdictio tributa est, cuius vigore de causis litigantium citra avocationem *Ord. Cam. part. 2. tit. 35.* & provocationem ne quidem ad ipsum Imperatorem revisorio judicio tantùm salvo cognoscit. *Ord. Cam part. 2. tit. 27. & part. 3. tit. 52. & 57. Gail. 1. obs. 41. n. 3.*

15. Sed quid sentiendum de Ducatibus Italiæ, Florentiæ nimirũ, Ferrariæ, & aliis: Civitatibus etiam nonnullis á jurisdictione & superioritate Imperii se exemptas profitentibus? Ego nec has, nec alias Imperii provincias, vel vi ab Imperio avulsas, vel causa possessionis immutata libertatem de facto sibi vendicantes, victricis Aquilæ Imperio justè se exemptas profiteri posse puto.

Sive enim titulum suæ exemptionis prece vel precibus impetratum prætendant, sive suæ libertatis præscriptionem allegent, nusquam eas satis tutas existimo, quód rerum á commerciis hominum exemptarum, qualia sunt Maiestatis & Superioritatum jura, nulla nec emptio nec venditio: *Donel. Comment. 2. cap. 22. & lib. 11. cap. 20. Paurm. d. lib. 2. cap. 4. num. 56.* privilegiorum etiam, per quæ summa Imperii potestas labefactatur, concessio strictim prohibita, *Pruckman. de Regal. memb. 2. effect. 7. num. 53 per l. 8. C. de prec. Imp. offer.* Obedientiæ etiam, quam subditi supremo debent Principi, nullo temporis utilibet longissimi intervallo præscribi possit, *cap. cum eo officio, extr. de præscr. arg. c. nulla, 93. dist. 93. arg. l. sacri affatus, C. de diversis rescr. Bod. de rep. lib. 1. cap. ult. in fin.* Accedit quod præscriptio plus non operatur quam specialis concessio. *arg. l. 3. C. de usuc. pro empt. Pruckm. d. memb 2. effect. 7. n. 161. Petra de jur. quæsit. c. 3. quæst. 4. nu. 14. Car: Tapia d. Rub. c. 4. nu. 16. Zoannet. de Rom. Imp. n. 130. & 254. Paurm. d lib. 1. c. 21. n. 38. Faciunt ea quæ tradit Bodin. 1. c. 7. & 2. c. 6. per l. 5. C. de acquir. poss. l. 2. §. 1. ff. pro hared.*

16. De concessione iurisdictionis Cameræ Imperiali facta nonnihil dubitatur: An ea ab Imperatoria Maiestate privativé, an verò cumlativè sit facta? Concurrentem ei tribuit Gail; *a* quæ opinio á veritate Theorica non admodum remota videtur, licét nec contrariam defendentes rationibus urgentibus destitnantur *b.*

a) *Gail. 1. obs. 29. n. 3 & 131. n. 3.* Eó quód omnis de jurisdictione dispositio secundùm eius naturam primævam, quæ est, ut in eius concessione semper cumulatio & concursus concedentis factus censeatur, *Muscor. lib. de iurisd. num. 34.* & sic accipienda sit, ut juris publici correctio declinetur, *argum. l. 32. §. fin. C. de appell. Everhard. in loco á subiect. mat. num. 7.* Facit ad hoc, quód ordinatio non videtur præjudicatum per specialis judicis deputationem: *cap. super, extr. de off. deleg.* cumque

que duæ concurrunt jurisdictiones, quarum una generalis, altera universalis, tunc apud quemlibet solida jurisdictio & prævention locus est. *Heig. 1. quæst. 9. num. 29.* Non exiguum etiam non factæ privationis indicium sumi potest ex eo, quód Imperatoria Majestas privilegia Statibus, de plané ab ipsis ad Cameram, vel intra certam summam non appellando concedere consuevit, *de quibus videnda. Frid. de processib. lib. 1. in fin.* Videtur etiam hæc opinio confirmari exemplis aliarum curiarum exteratum, *de quib. Bodin. de repub. lib. 1. pag. mihi 211. & per Recess. Imperii Anni* 1512. §. Zum dritten/nach dem täglich der Partheyen Händel vnd Sachen. *b)* propter generalitatem concessionis. *Ordin. part. 2. tt. 27.* per modum contractus factæ: *Schrad. de feud. part. 10. sect. 2. in fin. & sect. 1. num. 128* propter reservationem, quam sibi fecit Imperator de cognitione causarum feudalium, quæ annuit abdicationem totalem in reliquis causis, *argum. l. 12. prin. ff. de judic. Petra de iur. quæst. non toll cap 22 num 67.* Tandem quód expresse *in Ordin. Cam. p. 2. tt. 35.* cautum sit, Daß dem Cammergericht sein freyer starcker lauff gelassen vnd dagegen nichts gegeben werden soll ohn verhindert einiger *restitution, avocation* oder *suspension:* quæ verba geminata, & præcisa eius sunt efficaciæ, ut jurisdictio respectu concedentis privativé translata censeatur, *Schrad. d. part. 10. sect. 2. in fin.*

17. An privilegia primæ instantiæ sive austregarum, Proceribus & aliis immediaté Imperio subjectis concessa, solúm quoad Cameræ jurisdictionem restringendam sint intelligenda, an veró etiam quoad Cęsaream? Et quod etiam quoad hanc privilegiati sint, rationes probabiles non deesse video.

Sunt enim beneficia Principum laté interpretanda, *l. ult. ff. de constit. princ. Tapia ibid. part. 1. cap. 1. in prin.* & dispositio generaliter loquens, generaliter est interpretanda, *l. 1. §. ait ergo ff. de leg præst, Schrad de feud. part. 10. sect. 5. nu. 535. Facit etiam ratio Ord. Cam part. 2. tt. 4. §.* Zum vierdten. Et quod si citra hoc privilegium statim in aula Cæsarea conveniri possent Status, quovis privato deterioris essent futuri conditionis, propter appellationis beneficium, cui accedit observantia hactenus secuta, mentem disponentium & dubiarum dispositionum interpretationem declarans, *l. 31. de ll. Anton. Peregr. de jure fisci, lib. 1. c. 2 nu. 99. vid. Paurm. d. lib. 2. cap. 4. nu. 133. & seqq.*

18. De reservatis soli Imperatoriæ Maiestati jurisdictionalibus est controversiarum de feudis Imperii majoribus, annexã dignitatẽ habentibus in judicio petitorio dijudicatio; *a* an veró in aliis Imperii feudis dignitatem nullam annexam habentibus Cæsarea jurisdictio æqué fundata sit? Affirmativé respondebimus. *b*

a) Quæ cognitio statim ad Imper. pertinet, nec Cameræ hoc in casu ubi petitorié agitur jurisdictio fundata, nec privilegiis austregarum locus est. *Ordin. Cam. part. 2. tt. 7. §. 1. Gail. 1. O. 1. num. 31.* Idque etiam procedere existimo, si de parte Ducatus vel Comitatus controvertatur, modó annexam dignitatem habeat, cùm dispositum de toto etiam in certa illius parte locum habeat, *l. quæ de toto 76.*

de R.V. Schrad. 8.p.10 s.2.num.68. Roding. Pand. Cam. lib.1.tt.17.§.1. *b)* propter naturam juris & judicii feudalis, quod cognitionem de controversiis rerum feudalium ortis Domino & Paribus curiæ ordinariam tribuit, *cap 55.§.2. lib.2.F. Vult. de Feud.1.c.2.n 10. Borch. de Feud.c.30.nu.1.* quæ cognitio sub generali jurisdictionis concessione non venit, nec aliâs contractus quantumvis generalis specialia aut rationem specialem habentia corrigit. *Rosenth. de feud.c.12.n.28. & c.3 quæst.5.n.4. Paurm. lib.2.tt.54.n.89 & seqq.* Diss. *Gail.1.obs.29.*

19. Habet præterea Cæsar cognitionem in circulos Imperii circa explorationem rei monetariæ desides, *a* facultatem interdicendi Statibus cudendi monetas, *b* coërcitionem typographorum & pictorum, libellos & picturas famosas adversús constitutionem politicam publicantium, eorumq; Magistratuum cum ipsis colludentium, *c* cuiusvis turbationis & violentiæ in Imperio commissæ castigationem, *d* commissarii inter Principes & inferioris ordinis Status litigaturos nominationem, *e* & si in decidendis controversiis secundúm modum præscriptum in §. Zum sechsten. *Ord. Cam. part.2.tt.4.* inter arbitros controversia oriatur, Præsidis ordinationem. *f*

a) *Dn. Petr Denaisius in jure Cam. tt.192.nu.42.* *b)* *Recess. Imper. Anni* 1570. §. Da aber jemandt. In integrum tamen restitutio cum Ordinum consensu fieri debet. *ibid. in fin.* *c)* *d. Recess.* §. Da aber denen. §. Darumb gebieten. *d)* *Ord. Cam. part.2.tt.9. & 10.* Et in hoc discrepat jurisdictio Cameræ, in qua non ob vim quamlibet, sed sua certa requisita habentem processus super const. p.p. decerni consueverunt. *Gail.1.O.3.n 2. de p.p.1.c.2.* *e)* *Ord. Cam. p.2.tt.4.§.* Zum vierten. *f)* *d. loc.§.* Zum sechsten.

20. Causarum quoq; omnium, quæ á judicio Rotweilano ob protractam vel denegatam iustitiam, iudicis recusationem & nullitatem citra ordinariam appellationis viam reducendæ veniunt, cognitio rectá ad Imp. Maiestatem pertinet.

Nec his in casibus Cameræ jurisdictio satis fundata censetur, utpote cui appellationis receptio saltem communicata sit, ad alia remedia se non extendens, *arg. l.99. de V.O. l.13, C. de iur. delib. Schrad. de feud.p.10. sect.3.n.56.*

21. A Cæsarea Maiestate regulariter quidem appellatio nulla; *a* an verò ab ea malé informata ad eandem melius informandam appellare fas sit: *b* & num appellatio ad Imperii Senatum *c* vel Electorem Palatinum fieri debeat, *d* in ambiguo hæret.

a) cùm in terris superiorem non agnoscat, provocatio autem regulariter ad superiorem fieri debeat, *l.1.§.3. de appell.* & absurdum sit provocare ab eo ad quem ab omnibus provocatur. *l.1.ff. á quibus prov. non lic.* *b)* Affirmativa probatur, *argum. l.1.§.1. ff. de appell.* Eamque rationabilem & Principi maximé convenientem asserit Bodin. *lib.1.cap.10.num.163.* introducens exemplum Regis Franciæ Francisci II. in causa Ludovici Burbonii Condæi Principis. *c)* Pro nega-

negativa facit, quod tanta sit solius Cæsaris in Senatu Imperii autoritas, quanta Statuum universorum. Unde in terminis contradictoriis vix sit ut effectum sortiri possit appellatio. *Meminit etiam Sylvius de ort. Imp. Rom. cap.* 13. Præjudicia quoque non receptæ appellationis recentia, ut in causa A extent. *c*) cui ex *constitutione Carolina Aurea Bulla cap.* 5. judicis officium nonnulli tribuunt. In Archivis etiam Electoralis Palatinatus introductæ appellationis præjudicia extare dicuntur, quantumvis non receptæ, præjudicia recentia non desint.

V.

DE REGIS ROMANORUM ELECTIONE, D. HENRICI Zölners.

INTRODUCTIO.

SI, quod Marcellinus tradit de pædiâ historicâ, in ἀφηγματείᾳ Juris Publici discurrendum est per negotiorum Celsitudines; operæ pretium videtur, augustissimum hoc argumentum de Regis Romani electione atque jurisdictione pauculâ velitatione discutere, cum superioribus temporibus ob electionem Divi FERDINANDI, *a* retinentibus primoribus nonnullis Imperii Ordinibus, Orbis hic in Repub. non sine sonitu concussus fuerit.

a) In quo Principe supra omnes virtutes, quibus pollebat, pietatis & pacis in domo DEI constituendæ præcipuum studium fuit. Thuanus *lib.* 35. *histor.* Unde scribit Crato Archiater Cæsar. *in Epistol Dedicatoria histor. Bohemic. Dubravii ad Rudolph. & Ernestum, Regem & Regni exoptatiss.* Illum crebris sermonibus ante obitum hæc verba usurpasse; Inter summa beneficia, quæ DEUS in gubernatione Imperii concessisset, primum atq; maximum vero animi judicio & optimâ conscientiâ hoc se ducere, quod ad sedandas discordias publicas animum adjecisset, & tolerantiæ in religione formulam benignissimus DEUS sibi in mentem dedisset: Næ ergo frustra est Fr. Burchardus, qui in suâ autonomiâ scribit, Pacificationem Passavienſem per vindices libertatis Germanicæ Regi Ferdinando extortam fuisse, cum tamen ea in sequentib. Comitiis Augustanis Anno 1555. confirmata & á Cæs. Maiest. Electoribus atq; Statibus Ecclesiasticis & Politicis approbata fuerit, insinuatione eius quoq; Cameræ Imperiali factâ eodem Anno. waremundus ab Erenb. *lib.* 2. *de fœder.* Ex quâ Pacificatione jura Episcopalia in Principes protestâtes translata sunt, quod negat Eberhardus Jun. *cons.* 54. *nu.* 178. *vol.* 2. perperam.

Conclusio I.

Imperia pro viciſſitudine omnium rerum naſci, denaſci, *a* creſcere & decreſcere *b* liquet ex iis, quæ monumentorum hiſtoricorum conditores, divinæ providentiæ in his terris miniſtri, *c* omni tempore à conditu rerum conſignaverunt.

a) Renatus de Luſigna *de ortu & increm. Imp. p.* 2. 3. Montecatin. *lib.* 1. *Polit.* Et ne quidquam in humanis perpetuó vigeat, eſſe in ſingulis Rebuspubl. fatales familias, quæ exitio earum naſcantur, obſervat Machiavellus *lib.* 3. *Hiſtor. Florent.* Inter cauſas veró everſionum Rerumpub. rectè Ariſtoteles pro ſua docendi prudentiâ, Cæſar Cremoninus *lib. de pad. p.* 12. fatum in Politicis non collocavit, Scherb. *lib.* 7. *Polit.* Ambrogio Schiappal'aria *nell' oſſervat Politiche nella præfat.* utut diſplicear Lipſ. *lib.* 1. *de conſtant. c.* 18.

b) Cum alternis mutationibus obnoxia ſint adinſtar maris, quod nunc ſucciduis attollitur incremẽtis, nunc naturali damno ac defectu ſubducitur, quod poſt Eutrop. de Romana Republ. pronũciat Otto é Marchion Auſtriæ Epiſc. Friſing. *lib.* 2. *hiſtor. cap ultim. lib.* 7. *cap.* 33. In dolum familiarum Principum ſuos etiam veluti natales, incrementaq; habere, ac tandem conſeneſcere & extingui, ex Henrici Caſtellæ Regis vita animadvertit Mariana *de reb. Hiſpan lib.* 6. Quare Romani prudenter conſervabant domi patrum Imagines, uti anteceſſorum facta ſemper occurrerent, & amplectendæ virtutis, quaſi quandam neceſſitatem haberent præoculis, Hugo Falcandus *præf. de reb. Sicul.*

c) Quia operum ſcriptores, quorum Deus eſt factor, eleganter Caſaubonus *in Polyb. diſſert. de dignit. & utilit. ſtudii hiſtorici*, quo prudentia & ſapientia, duo inſtrumẽta felicitatis certiſſima homini nato, ſimul parabilis, Caſaub. *d. loc.* Savillus *præfat. in Malmeſmur.* Quare Romanos uni hiſtoriæ mirandum in modum deditos fuiſſe conſtat, ut omne genus exempla prudentiæ & utilium conſiliorum adnotarent, in opera magno Reipub. ſuæ bono vertenda. Caſaub. *d. loc.*

2. Eâ re, cúm unicum id venenum, ea labes ſtatibus opulentis reperta ſit, uti magna Imperia mortalia exiſtant, *a* magna ratio eſt, caducitati & ruinis eorum egregiis inſtitutis *b* validé prudenterque proſpici.

a) Ciccarilli ex Livio *diſcor.* 3. *ſupra Liv. p.* 16.

b) Cuius generis ſunt omnes occultæ atq; abſtruſæ artes Reipubl. conſervandæ, Clapmar. *de arcan. Rerumpub. lib.* 1. *c.* 1. veluti arcana Imperii, cum aliud agitur, aliud agi ſimulatur, Bono tamen Publico. Scip. Gent. *de princip. Rom. nu.* 36. Arcana dominationis, Italis & Gallis *le ragioni di ſtato.* Scip. Admir. *lib.* 12. *diſc in Tacit.* 1. Canonher *lib.* 1. *diſc p.* 9. *& ſeqq.* Raudenſis *lib.* 1. *reſp. conſ.* 6. *& lib.* 2. *conſ.* 42. licet paſſim omnium, cum Philoſophorum, tum aliorum convitio & diſputationibus vapulent. Roveſchalenſ. *in ſchol. conſ. Baldi* 1. Inter magnas etiam & admirandas rationes priſcarum illarum Rerumpubl. conſervandarum, quæ hoc ſeculo interierunt, non immerito numeratur ſtudium, quod in extruendis novis civitatibus & coloniis frequenti in uſu fuit. Machiavel. *lib.* 1. *hiſtor. Florent.* Illæ autẽ erant, quæ ex cõſenſu publico in agros captivos, ſubſidium adverſus rebelles & imbuendis ſociis ad officia legum deducebantur: Et cum præſtantiſſima eſſet conditio municipiorum,

piorum, quippe quæ suo jure & ll. utentia, muneris tantũ honorarii cum P. Romano participia erant, potiori tamen & præstabiliori conditione existimabãtur coloniæ, quæ jura & instituta P. Romani omnia haberent, nimirum propter amplitudinem & maiestatem P. Romani, cuius istę coloniæ ę. effigies parvæ & simulacra esse videbantur, & jure atq; dignatione quodammodo adæquabant Cùm enim in arce rerũ humanarum Roma constituta esset, ut quæq; illam urbes arctissimis necessitudinis vinculis contingebant, ita sese præ reliquis maxime extulisse videbantur, Marcus Welserus *lib. 3. de rebus Vindelic.* Leonhardus Aretinus *lib. 1. histor. Florent.*

3. Nobile autẽ schema est, Resp. sic ordinari, ne facilé *a* convertãtur.

a) Namque minutulæ istæ mutationes trahunt paulatim ruinam Imperii, quod ex frequenti divisione Principatuum fieri, speciatim notat Eberhard. à Weihe *dissert. de regn. elect. & success.* Mutationes tamen quandoq; necessarias esse notat Monspelienſ. *præf. consilior. num. 16.* Solent enim ut plurimum, inquit Machiavellus *lib. 5. histor. Floren. in princ.* regiones mutationibus suis á benè constitutis rationibus ad corruptas, á corruptis vicissim ad benè constitutas migrare. Unde pro ea, quæ inter bonum publicum & privatum intercedere debet harmonia, multa benignè familiarum conservandarum gratia, Ludovicus de Casanate *consil. 50. per tot.* Alphonsus de Azevedo *cons. 2. nu. 42.* constituta atq; recepta sunt, moribusque nostris inter illustres & plebeios maximè frequẽtantur, veluti jura primogenituræ Michael ab Aguirre *responſ. de succeſſ. regni Portugall. per tot.* Ludov. de Molina *de primogen. Hiſpan. lib. 3. c. 9. & ſeqq.* Jura maioratus, Hondedæus *conſ. 45. n. 7.* pacta renunciativa & dispositiva, *c. quamvis, de pact. in 6. l. fin. C. de pactis, & ibi Dauth.* Tessaurus *dec. 225.* Pfeil *conſ. 22.* (quæ posteriora tamen, si adfirmativa sint, non valere, etiamsi juramento confirmentur, post Anguissolam *conſ. 36. n. 1.* respond. Ernest. Cothman. *conſ. 8 per tot.* Borch. *conſ. 10.*) maximè vicissitudinaria & reciproca, confraternitates & mutuam successionem illustrium personarum concernentia: qualia nostris temporibus inter Illustriss. Principes, Duces Saxon. Landgrav. Hass. & Marchion. Brandeburg. & olim inter Principes Henneberg. quoq; & Duces Saxon. inita esse constat. Zas. *conſ. 1. in princ. lib. 2.* Reusnerus *1. conſ. 3. & 7.* uti nimirum ex mutua & stabili hac successione familiarum senescentium dignitas & splendor conservaretur, Knichen *de iur. Saxon. cap. 2. verb. Electorum, num. 60.* cum publicè interſit familias conservari. Flamin. de Rubeis, *conſ. 18. num. 96. vol. 2.* quæ etiam sunt instar civitatis. Fichardus *conſ. 3. nu. 7. lib. 1.* Qua ratione quoque pacta unionis probum inter plebeios sustinentur. Rickius *de union. procl. cap. 3. nu. 7.* Meichsner. *tom. 4. deciſ. Cameral 1.*

4. Proinde cum magnis nationibus atq; gentibus eam Reipub. formam, quâ unus pluribus præest, adprimè accommodatam esse ratio & rerum eventus demonstret, *a* curatè faciendum, ne successor *b* in incerto *c* sit.

a) per ea, quæ egregiè tradit Julius Pflug Episcop. Numburgenſ. *dissertat. de Imperio constituendo*, ubi ad Rempub. nationis nostræ accommodat, faciunt nota Contareni *lib. 1. de Repub. Venet.* Ciccarelli *discors. 1. sopra Liv.* Dissent. latè Josephus Bonfadius *tract. de civilis administrationis opt. forma adversus oppugnantes Aristocrat.* Utrum verò sit é re Christianorum publica, in tantis regnorum motibus & impen-

impendente Turcarum tyrannide, Monarchiam Europæam ad Hiſpaniarum Regem vel ultró deferri, vel fatali quodã orbe devolvi, vide Andream Hoium *diſcurſ. de utilit. nova apud Europæos Monarch.*

b) Qui ſe ſpreto natalium jure, ſuffragiis admovetur populum arguit liberiorem, Philippo Cauriana *diſcurſ. ſoprail. Tacit. p.* 60. Unde in dubio Electio etiam præſumitur, Pacianus *de probation. lib.* 2. *c.* 30. *nu.* 71. cum ubi Princeps ex Principe naſcitur, tutiora pleraq; omnia videantur, Buridana *in quæſtion. polit.* 1. Canonherius *libr.* 1. *diſcurſ. in Tac. p.* 142. Lipſ. *lib.* 2. *monit. polit. cap.* 3. In Polonia & Dania Electio filiorum Regis prudenter inſtituta videtur: licét enim in illis Regnis ſuperiores Reges continuato feré temporum contextu, alter alterum ex eadem gente exceperit, hoc tamen non juri hæreditario, quod ſibi vindicare prohibentur, ſed virtutibus & innatis nobilitati Polonicæ & Danicæ erga regiam prolem ſtudiis, adſcribi debet, quæ natos paternæ virtutis hæredes futuros cum ſibi perſuaderet, quod in parentibus admirabatur, hoc de filiis eorum ſperare facilé potuit: Ad eum ergo in modum filii in paternum ſolium ſuccedere jubentur, ut ſi qui Reges aut ab officio deflectere, quod in ſumma poteſtate feré uſuvenit, vel publicam libertatem oppugnare velint, hac neceſſitatis lege & liberorum caritate in officio contineantur, & filium, quem ſibi deſignatum velint ſucceſſorem, optimis artibus atque virtutibus ſedulo curent imbuendum, Stanislaus Krziſtanowic. *in deſcript. ſtatuum Polon.* Thuanus *lib.* 56 *hiſtor.* Everh. á Weihe *diſſert. de Regn elect. & ſucceſſ.*

c) Certitudo enim hæredis ſemper Reipub. expedit, qui ſi quid humanitùs accidat Principi, conſenſu omnium firmatus ſuſcipiat gubernacula, cognito multis experimentis naſci maximas turbas, ſi Princeps nullo certo ſucceſſore moriatur, trahentibus ad ſe pluribus Imperii ſummam: cuius rei nullum illuſtrius argumentum Imperio Alexandri Magni, quo nullum florentius, nec maius unquam fuit pro brevitate temporis, quo paratum primo, dein auctum, nec venerat adhuc eó, ut mole ſuâ caderet, quod ſolet in magnis imperiis. Joſias Mercer. *in not. ad Tacit. lib.* 1. *annal.*

5. Præterquam enim, quód hæc, quæ in deſignandis perpetuis ſucceſſoribus evigilat cura, Rempublicam æternam conſtituit, *a* rectoribus etiam illius, *b* ut pravæ aliorum ſpes cohibeantur, *c* & uti ſint, quos in partem ſolicitudinis *d* adſumant, munimento *e* eſſe videtur.

a) per notata *theſ. praced. lit.* c.

b) Ita Auguſtus Imp. ſapientiſſimus, primus poſt fluctuantes Reipubl. Romanæ reliquias, inter tot adverſos, hos partium diverſarum, illos libertatis memores, deſtinando ſibi vivo ſucceſſores, ſecuram & longe ſummam pacatam dominationem conſtituit. Mercerus *d. loc.* Et vel hoc nomine continuatione Imperii Romani á mille & tot centum annis deberi ſoli Auguſto, notat Clapmarius *de Iure publ. nu.* 26.

c) Non obſtat exemplum Galbæ apud. Tacit. *lib.* 1. *hiſtor.* qui ſecurus pacatum Imperium tenere potuiſſet, niſi Piſonem ſibi adoptando ſucceſſorem deſignaſſet: ante id factum enim Otto nihil movebat, perfecto, ſpe deiectus Imperii tenta-

tentavit extrema, perfecitque: Malum enim id maximum in Repub. cum plures vivo Principe sibi promittunt successionem, sed nunquam maius, quam ubi iis variæ causæ, quis freti, & ambigua creaturis victoria, aut ubi causa unus potior, alter favore, id q; in Tiberij & Galbæ principatu animadvertere est, apud Tacit. Manet *ergo consiliū*, si duo sint, qui vocentur ad spem successionis causis disparibus, sed quib. utrisq; sua munimina; si res non urgeat, *utendum Tiberii consilio*, temperanda studia inter utrunq;, donec melior aut omnib probetur, aut fracta potentia deterioris (ne ad experiundas opes suas cogatur desperatione speratæ potentiæ) securus ac sine æmuli metu capessat spem Imperij. Sin, ut in Galba, res instet, & necesse sit, vel bello ingruente, cui non alius dux dari posset, quam qui successor futurus, vel ingravescēte ætate Principis aut morbo, *tunc Galbæ consilium sequendum est*, ut bonum & dignum eligamus potius cum aliquo periculo, quam malum, securi futurorum & nobis solis consulentes. Deinde hoc etiam faciamus, quod non servatum Galbam pessundedit, ut quos favere deteriori Princeps viderit eos omni ope, omnibus artibus ab eo abducat, etiamsi á publica disciplina desciscendum sit. Galbam enim exactio disciplinæ militaris & studium frenandæ impotentiæ & avaritiæ Prætoriano-rum pessumdedit: quibus eo tempore indulgendum erat aliquid potius, quam darum pessumdedit: quibus eo tempore indulgendum erat aliquid potius, quam daretur causa, qua sibiipsi adrogarent omnem licentiam. Ergó si qui erunt, qui turbare posse videbuntur, conciliandi sunt quacunque ratione, aut sané exarmanda ante eorum audacia, quam cogendi ad omnia audenda, abjecto eo, cui studebant. Sera enim tum coërcitio plus potētium, cum efferati ruunt ad arma, prout in Galba videre est. In aliis Principibus si similia exempla obtenduntur, dici potest, non tam esse damnosam electionem potioris, quam fuit dilatio Electionis, quia dilationis spes ab aliis concipitur: ab initio, si fieri potest, ostendendus qui destinatur Imperio, ne quis spe sublevari ad res novas possit: quod & in Galba exemplum habet, quem neque Otto perculisset, si antequam rediisset ex Hispania, habuisset secum Imperii successorem. Altero periculo, ne is ipse, qui destinatur successor, audeat adversus Principem, auctusq; ab eo honoribus, potentiam vertat in eius exitium, sic obviam ibitur á Principe, si tria observabit, quæ Tacitus ibidem notat: Primum est, *magnitudo Principis*, quæ firmata longo Imperio, amore civium minus solicita est, quem eligat; quia hoc unum intueri habet, eum eligi, qui Principe mortuo par sit rebus. Secundum est, *modestia designati*, qui talis sit adsuetudine, ingenio, ut etiamsi possit, etiamsi vocetur ad Imperium, malit tamen id expectare, quam scelerate præripere. Tertium & postremum, uti talē Princeps eligat, *qui bonis artib. clarus, quemq; parem rebus futurum, aut experimentis cognitū sit, aut summa indole*: Et hæcce ab Imp. Henrico 4. non observata eum pessumdedere, Josias Mercerus *in notis aureolis ad Tacit. lib.* 1. Scip. Admiratus *lib.* 1. *discurs in Tac.* 2. Heig. *lib.* 1. *q.* 6. *p.* 1.

d) Simoli atq; oneri Imperii ferendo impares sunt, quod in Imperio Orientis sæpissimé factum. Cabotius 1. *disput. iuris* 8. Quibus ob eandem quoque causam Præfecti Prætorio adjungebantur, Mutius Anton. Surgens *de Præf. Prætor. comparat cum Vicerege Neapolit. c.* 30. qui rursus suos habebant adiutores, Pancirolus *comment. ad notit. Imp. Roman. c.* 11. Sicut in firmis Episcopis coadiutores adiunguntur. *c.* 1. *cum seqq.* 7. *q.* 1. Pancirol. *dict. loc.* Et respectu huius rei, quibusdam iuribus superioritatis per Imp. ordinibus inferioribus concessis, quod ea, quoad participationem atque communionem curæ, laboris atque solicitudinis, non in effe-

ctum omnimodæ libertatis & superioritatis culmini Imperii contrariæ acceptisse dicantur, notant Marcobrunus ab Anguillis *cons 99. nu. 21. 23.* Raudensis *lib. 1. de analog. cap. 28. num. 18. & 19.* Peregrin. *de iur. & privil. fisci, lib. 1. t. 2. num. 71. & 78.* Ita pro Regnorum diversitate fœminæ etiam quandoq; in consortium Imperii admissæ fuerunt, Mariana *lib. 27. rerum Hispanic. c. 5.* Scriverius *in annalibus Hollandicis lib. 3.* Malmesmurienſ. *lib. 3. rerum Anglicarum, cap. 11.* & hodieq; apud nonnullas gentes eæ Principatus capaces sunt, quo de vid. Choppin. *de doman. Franc. lib. 2. 1. 6. & lib. 3. t. 1. nu. 6.* Alia est consuetudo Principum Germaniæ, cuius vigore ad communionem præfecturarum & regionum non admittuntur, Thomingius *cons. 18. nu. 37. lib. 1.*

c) Unde perpetui isti successores á scriptoribus rerum Romanarum vocantur *adminicula aulæ, subsidia dominationis*; Illustribus quin etiam nominibus solemniter apud Romanos salutabantur: *Principes iuventutis, hæredes & consortes Imperii; Augusti & Cæsares; Germanici*, sicuti Vitellius filium suum appellabat: deinde temporibus Justiniani, *Nobilissimi*: prout hodieq; in Germania dicuntur *Reges Romanorum*, in Gallia *Delphini*, in Hispania *Infantes*, Calpmar. *de iure publ. n. 28.* Heig. *1. q. 6 n. 38. Infancones*, nepotes Regni, licet abusive, Georg. de Cabedo *dec. 107. n. 1.* in Anglia & Scotia, *The Prince*, Smithus *lib. 1 de Rep. Anglicana 3.* in Tartaria *Gaga*, Broniovius *de rebus Tart.* in Regno Neapolitano, *Duces Calabriæ*. Heig. *d. loc.* Quomodo Carolus Quartus *in commentar. de vita sua.* Wencesl. & Sigism. filios, vocat *secundos suos sedentes in thronis suis.*

6. Et huius rei intuitu Romani *a* cúm Deus sceptra eius in vertice rerum *b* locasset, sanciens mundum Quirinali togæ servire *c* & armis *d* cedere, ut discrepantium gentium mores & observantiam, *e* linguasq; *f* & ingenia & sacra unis domaret legibus, *g* naviter huic negotio *h* operam dederunt.

a) Rempub. Romanam post Cæsaris potentiam liberam fuisse, concludit Decian. *cons. 19. num. 124. vol. 3.* I. Quod non ab aliquo populo regevé victa & statum mutare coacta fuerit, sed á cive & suis armis legem acceperit. Deinde, quod civitas ipsa lege Regia, quæ de Imperio Principis ab Ulpiano lata dicitur, potestatē tantam civi suo detulerit. III. Quod post mortem cuiusq; Imperatoris novum ipsa sibi Principem, reperita in singulis eadem lege Regia, elegerit. Quibus addit Scip. Gentil. *disp. de iure publ. P. Rom disp. de Princip. Rom. nu. 21.* quod & memoriam mortuorum Principum damnare atq; ignominia notare consueverit, si qui malé scelerateq; egissent.

b) Vid. Danth. Aligherius *lib. 2. de Monarch.* Quod Imperium amplissimum temporibus Traiani fuisse, notat Guido du Bruecqs *in mundo Imperiorum, c. de Imper. Rom.* & an virtute potius sua, quam fortuna hoc effecerint, vid. inter se diffidentes, Scipion. Admirat. cuius sententia verior videtur, *lib. 19. discurs. c. 5.* & Machiavell. *lib. 2. discurs. in Liv. 1.* Cur autem Novelli Romani, *ita Venetos vocat* Flamin. de Rubeis *cons. 2. n. 52. & seqq vol. 2.* tantum Imperium non adquisiverint, vid. Paolo Paruta *lib. 2. discurs. 1.*

c) Quod ergo in P. Romano *perfidiam* appellarunt gentes barbaræ, nos *legē & iussum populi*: quod illæ *superbiam atq; arrogantiam*, nos *magnanimitatem*: quod illæ

illæ timorem, nos *prudentiam & consilium*: quod illæ *cunctationem servilem*, nos *patientiam* vocamus, vid. Scip. Admiratus *lib* 1. *disc.* 6. *& lib.* 5 *disc.* 9.

d) Aliquam posse institui comparationem rei militaris Romanæ cum hodierna, not. Diego d'Alaba *in tr. suo Hispan. de Capitan. p.* 6. cum re militari Turcica, Scip. Gent. *dissert. de re milit. Rom. & Turcica*, quamvis successu ætatum, ducum varietas semper mutaverit militiæ disciplinam, Clapmar. *de iure publ. n.* 135. Quare cũ subposteriorib. Imperatoribus, nulla expeditio aliis, quam Barbarorum manibus gereretur, Romani coacti sunt cedere Imperium ei, cui arma tradiderant, Savillus *de milit. Rom. p.* 22. ubi etiam vulgarem lectionem Polybianam de stipendiis militaribus & admirabili fertilitate Galliæ Cisalpinæ contra Hottom. *lib. de re numar.* defendit: *postquam copiosé abundant τὰ νόμῳ μόνον ὄντα, quæ tantum in positione hominum consistunt, trahuntur necessario τὰ φύσει ὄντα, ea quæ natura requirit ad grandius pretium in foro*, Savillus *d. loco, p.* 84. Licet autem Romani symbolis, veluti aquilis, draconibus in bellis usi fuerint, origo tamen insigniorum illis nõ adscribenda, cum ea à Carolo Magno adumbrata, ab Henrico Aucupe perpolita fuerint: ita fortissimi Impp. militarem virtutem, cui toto pectore incumbebant, hoc ornamento honestatã voluére, Welserus *de rebus Vindelic. lib* 4.

e) Licet magna admiratione digna videantur Romanor. ingenia in re bellica, maior tamen eorum sapientia fuit, qua tot morib. & linguis dissonas sub Imperio gentes prudenter texerunt: Quemadmodum n. ferventes aquæ & semper ebulliunt, nec vase queunt coërceri: sic tot populorum æstuantia ingenio difficilimum fuit cohibere, Pancirol. *præscr. in comment. ad notit. Imperii Rom.*

f) Et hæc vera ratio *l* 48. *D. de re jud.* videtur esse, *cur decreta olim latiné á Prætoribus interponi debuerint*; nimirum uti Latinæ vocis honos venerabilior per omnes gentes diffunderetur, Hottoman. *in Francogall. c.* 2. neve ulla in re pallio toga subiiceretur. Walterus 1. *miscellan.* 18. Quod Imperio postea Constantinopolin translato immutatum legitur *in l judices, C. sentent.* Duarenus *ad d. l.* 48. In quantum veró lingua latina hodieq; aliis idiotismis præstet, vid Anastas. Germon. *in session. pomeridian. p.* 4. 5.

g) Ex Prudent. Alberic. Gentil. *disp. regal.* 2. *de unione regnor. Britann. p.* 45.

h) De Augusti, Tiberii, Galbæq; institutis *d. thes. præced.* quos imitati multi ex sequentibus Imperatoribus, Heig. *q.* 8. *n.* 13. Augustus etiam sapienter nõ unum, sed multos adoptavit, quo pluribus munimentis insistetet, Clapmar. *de iure publ. nu.* 26. *& de arcan. Rerumpub. lib.* 3. *c.* 10 Idem observatum apud Impp. Constantinopolitanos, Marcellin. *libr.* 27. Modus autem illius designationis talis plerunq; erat, uti futuris successoribus annulum mitterent: (qui mos apud varias gentes quoq; receptus, Choppinus *de doman. Franc. lib.* 2. *tit.* 2. *nu.* 7. Solemnis veró Ducibus Sabaudiæ, Vanderburgh. *lib.* 1. *histor. gentilit. Sabaudorum, p.* 36. ex instituto Petri Comitis Sabaud.) fortunam auream quoque, quæ in cubiculo Principis posita erat, ad eos transferri juberent, Cabotius 1. *disp. juris publ.* 8. Et uti omnes etiam talem designationem probarent, plerunq; convocabant Senatum & Legiones, & in Imperio Orientis, Patriarcham: & de ea designatione in Concilio orationem habebant, vid. Cabot. *d. loc.*

7. Translato dein ad Germanos Imperii *a* axiomate, idem institutum nostri quoq; Imperatores, sæpiús tenuerunt. *b*

a) Veré Hetruſcus ſcriptor *in libel. de ſtatu German.* quadruplicem in Imperio ordinem, cauſam eſſe tranquillitatis & diuturnitatis Imperii Germanici: proinde ſtatum Imperii noſtri ob harmonicam iſtam adminiſtrationem maximopere laudant Paolo Paruta *della perfettione di vita Polit fol* 470. *& fol.* 463. Fab. Albergati *diſputat. contra Bodinum.* Thuanus *lib.* 2. *hiſtor.* Num veró ſtatus ille, qui in Comitiis & deputatorum Electorum, Principum ac Ordinum conventu introducto, & ſubinde numero Principum aucto cernitur, verè Ariſtocraticus ſit? prudentiorum eſt judicare: Electores Moguntinus & Mauritius Saxo, Ariſtocraticum dixere, licet videatur, quod deputati tantum ea expedire poſſint, quæ lege conceſſa ſunt, vel decreto totius Imperii dijudicantur, non quod etiam contra conſtitutiones publicas abſq; conſenſu reliquorum Principum quicquam ſtatuere ac ſumptus in conventum factos á reliquis circulorum Ordinibus repetere poſſint, Eberhard. à Weihe *de reg. elect ac ſucceſſ.* De verâ notâ ſtatuum Imperii, vid. Eberhard. Iunior. *conſ.* 12. *vol.* 1. Gail. *de arreſt. cap.* 6. *nu.* 25 Knichen. *de iure Saxon. cap.* 6. Quinam ſtatus etiam habeant jus Archivi, vid. Ruland. *de commiſſ. lib.* 5. *cap.* 4. *p.* 2. Inter quos cum multæ controverſiæ de ſeſſionibus oriantur, verius illæ ex ſolâ poſſeſſione vel quaſi deciduntur, præjudicio in causâ Ducum Florent. & Ferrar. atteſtante, Modeſtinus Piſtor. *conſil.* 51. *lib.* 1. Decianus *reſponſ.* 84. *vol.* 5. *per tradita Baldi in c. cum olim de conſuetud.* Diſſent. Fichardus *conſ.* 77. *nu.* 16. Status autem Imperii poſt Imper. & Regem Roman. ſunt Electores utriuſque Ordinis Eccleſiaſt. & Secular. Principes, Abbates, Prælati, Comites, Barones & Liberæ Civitates, in decem circulos Coloniæ Anno 1512 diſtincti, qui in Comitiis & præſentationibus Cameralibus rediguntur ad ſex, Ordinat. Camer. *p.* 1. *t.* 2. quibus circulis præſunt duo Principes, Secularis alter & alter Eccleſiaſticus, vulgo dicti **Außſchreibende Fürſten** / Ruland. *de commiſſ. d. loc.* Cur autem circuli inſtituti fuerint, cauſæ perhibentur: I. Ut eſſet, unde Senatus Imperii, qui olim ſummâ cum auctoritate jus dicebat, ſuppleretur, **Reichs-Abſchied** *de Anno* 1500 *c.* 4. II. Ut paci publicé conſuleretur, monetæ probarentur & reprobarentur, leges Imperii, latæq; ſententiæ executioni demandarétur, **Reichs-Abſchied** *de Anno* 1512. §. **Darauff haben wir.** *& de Anno* 1522. *c.* 1. Nam circulorum conſilia nullam feré jurisdictionem, ſed deliberationem duntaxat de modo executionis & ordinanda re bellica, auxiliisq; manu armata expediendis, habent, Thuanus *lib.* 2. *hiſtor.* ubi tertiam adſignat rationem, uti eſſent communia conſilia quibus crebræ de finibus & juribus inter ſtatus controverſiæ exortæ finirentur. De Electoribus vid. *inſ. theſ.* 10. Inter Principes Eccleſiaſticos eminent Archiepiſcopi, inter quos Primas Germaniæ, Magdeburgenſis, quicquid ineptiat Joannes Azorius Lorcitanus Hiſpan. qui *tom.* 2. *inſtitut. moral. c.* 35. dignitatem illam Archiepiſcopo Salisburgenſi adjudicat, Arnoldus de Reiger *orat. de Archiepiſc. boni officio.* vid. Schrad. *tom* 1. *conſ.* 1. Ducibus & Landgraviis olim debebant quindecim Comites ſubeſſe. Pithæus *lib* 1. *adverſ. c.* 8. vid. Franc. Mignon. *ad conſuet. Andegavenſ. fol.* 1. *col.* 3. *lat* 2. *nu.* 3. quod tamen hodie non attenditur, Ruland. *d. loc. num.* 25. Quod autem Ducis & Comitis dignitatem non habens, per nudam nominationem Dux & Comes non fiat, reſpondit Schrad. *conſ.* 15. *nu.* 8. *lib.* 1. *per clem. ſi ſummus extr. ſentent. excom. & doctrin. Tiraquelli de nobilit cap.* 6. Econtrá veró, quod Dux & Comes amiſſurus dignitatem cum jurisdictione, per novam ſuperioris nominationem & tituli Ducis vel Comitis attributum maneant in Ducatu, defendit *ibidem* Schraderus.

NB
Cauſæ quare in imperio inſtituti Circuli

derus *num.* 8. *& 9. per gl. c. Dominus, verb. Sacrilegium, distinct.* 93. De Comitibus, Baronibus & Nobilibus vide Ruland. *d. loc.* Plurimis autem Rebuspub. atque potentibus (verba sunt Bilibaldi Birckeimeri *Epist. ad Ioan. Baptist. Egnat. Venet. de censura Rerumpub. German. inter opera eius Politica p.* 201.) fuit olim ornata Germania: quarum maior pars pessundata est cum Tyrannorum violentiâ, tum regiminis perversitate. Præcipué verò illas adflixit Episcoporum insolentia ac avaritia, non secus ac flamma quædam cuncta hauriens. Cum enim Impp. prisci Principum consilio veré pernicioso, jus quod ipsi in civitatibus habeant Imperialibus, Episcopis concessissent, illi haut segniter tanto munere usi sunt, sed cum primum plebem contra Optimates instigassent, brevi eos ubique ejecêre; inde stulto oppresso populo, omnia suæ ditioni subjecêre. Nec secus Tyranni egere cum iis civitatibus, quas vel vi oppresserant, vel pignoris loco, vel precario á Cæsaribus acceperant, quamvis non defuerint, quæ sibi consuluêre, ac vim illam vi repellere ausæ fuerint. Hodieque veré multas civitates (inquit Waremundus Etenberg. *lib. 2. de foeder. num.* 39) habere jura Principatus, rem scilicet, licet non nomen, dicendum est: Appellaveris itaque pro lubitu quod tenent. Tam autem simile est juri Principatus, ac ovum ovo. Deplorandum, ignavos, avaros Principes talia concessisse. Verum uti Imperatores Principibus, sic Principes Civitatibus infinita tribuerunt, quæ melius retinuissent, de quo conquestus jam dudum Julius Pflug *disser. de Imp. Rom.*

b) Hac ratione enim Ludovicus Pius á Carolo Magno: Ottones tres } Exempla Succes-
principes, quinque Henrici, II. III. IV. V. & VI. Fridericus II. Wenceslaus, Maxi- } sors, duo imper.
milianus I. & II. Ferdinandus, & præsens augustissimus Imperator Rudolphus. } electors.
Imperii successores destinati fuerunt. Heig. 1. *quæst.* 6. Petrus Justinianus *de reb. Venet. lib.* 23.

8. Eaque hactenus ita obtinebant, donec Carolus Quartus, pragmaticâ lege promulgatâ, *a* quam Auream Bullam vocant, Caput hoc Juris Publici inter alia, licet obscuré feré, breviterque expressim *b* definiret.

a) Cum enim videret, multa in Conventibus Imperial. sine ordine geri, nec satis ad liquidum constaret, quo quisq; more res in cœtu administraret, curavit omnia reformanda, ut ait Krantzius *lib. 9. Saxon. cap.* 29. Philippus Bergomas *in Chronic. ad annum Christi*, 1362. Aureâque Bullâ literas desuper jussit decerni, Krantzius *d. loc.* cum olim ante coronationem magno sigillo uterentur, Francisc. Marci *decis.* 938.

b) Non mutat, quod bulla nostra confundat nomen Regis atque Imperatoris, minusque Latiné & proprié Regem vocitet Imperatorem, id quod in libris feudorum etiam videre est, (cum tamen Rex Romanorum secundus sit ab Imperatore, & postmodum in Imperatorem promovendus, *cap. in nomine Domini distinct.* 23. Ita Monachus S. Justinæ Paduanæ *lib. 1. de reb. in Insubr. & Eugan. gest.* scribit, Fridericum & Guilielmum Hollandum electos in Reges Alemanniæ & in futuros Imperatores) disponens enim censentur velle id, quod fieri consuetum est, Cravetta *de antiquit. temp. p.* 493. *nu.* 119. multaque in lege præsumuntur, Turtur. *cons.* 7. *in decis. Rotæ Bononiens. ad auth. præterea, C. unde vir & uxor.* facit, quod

quando ratio vel unica reddi potest, totum comprehendat quod sub ratione illa venit, Ant. Glavasinus *in consil. ad d auth. num. 2.* cùm etiam falsa Latinitas acte non vitiet, Ciosius *vol. 2. consil. 42. nu. 5.* Reges alias alii superiorem non recognoscentes videntur maiori plenitudine potestatis uti, quàm Imperator in Imperio, cum regna plerunque ad posteros transmittant, Matthias Stephani *de iurisd. p. 2. 1. cap. 2. lib. 2.* Unde & eis competunt nomina Imperatorum Peregrinus Janninius *de citat. real. lib. 1. num. 723.* An verò Rex Galliæ Imperatorem superiorem recognoscat, vid. negantes Igneum *pecul. disp. de hoc arg.* Ferald. *de iur. & privil regni Franc. nu. 1. & 2. & seqq.* Gulielm. de Monteferrato *de success. reg. dub. 1. nu 40. & seqq.* Belluga *in specul. princip. rubr. 14. §. veniamus, num. 30 & seqq.* & quæ ibi not Camillus Borrellus *ad rub. 6. lit. c.* contra quos omnes disputat Canonherius *lib. 1. discurs. in Tacit. p. 73.* Eâ re, Regi externo jus nõ esse exercere Imperii maiestatem sub Imperio Romano, adeoque præter fas Ladislaum Regem Ungariæ exisse Viennæ Austriæ ad Principatum Joannem Hunniadem, notat Æneas Sylvius *in Europ. p. 16.* Commune etiam propemodum omnibus Regibus est, uti Regiæ stirpis decus repetiti cognominis auspicio retineant, quo de vid. Choppin. *de doman. Franc. lib. 2. t. 3. num. 4.* familiaria sepulchra, Choppinus *ibidem lib. 3. t 1. nu. 3* regiasque avitas habeant, Ferfius *de prefectura S. Prætorii lap. ultim p. 174.* in quas utilis est attentio: quia enim & mutant & monimentum ferè gentium aut Regum & Historiæ retinent, Ferfius *ibidem* quin alicubi etiam tanto jure sunt, ut mittant in possessionem totius regni, alicubi & ideo in titulum regni abierint, Ferfius *d. loco.* ubi exemplis ex historiâ Judæorum, Romanorum, Hispanorum, Germanorum, Turcarum petita illustrat.

9. **Proinde cum Carolina ista sanctio magnâ religione in Germaniâ nostrâ servari soleat, *a* dubitatur, utrum interpretationi *b* nostri argumenti strictim inhærendum, an verò aliquid ei adiuvando ex jure communi capiendum sit. *c***

a) Quod scribit Thuanus *lib. 2. histor.* περὶ τὸν κύκλωπα eius eunomiam quandoque variaverint, hodieq; varient: scil. legum opportunitates & medelæ pro temporũ moribus & pro Rerumpubl. generibus, ac pro utilitatum præsentium rationibus, proq; vitiorum, quibus medendũ est, fervorib. mutantur atq; flectuntur, neq; uno statu consistunt, quin ut facies cœli & maris, ita rerum & fortunæ tempestatibus, mutentur & flectantur, Aphricanus *apud Agell. lib. 20. c. 1.* faciunt notata Beroi *cons. 1. lib. 1. de Coronatione Caroli V. extra Romam faciendâ.* Sic in locum jurium **der Recht vnd Folge** collectæ successerunt, Symph. *observ. Cameral. p. 1. tom. 2. vol. 1. n. 70.* Ruland. *de commiss. p. 4. tit. de Interrogat. regal. nu. 8.* De conventu primum Imperiali Noribergæ indicendo *vid.* Birckeimeri *orat. ad Carol. V. inter opera eius Politica, p. 198.*

b) Quod naturale est in quacunq; nomothesiâ, Doviatius *in respons. 1. Ctorũ natural. resp. 8.* Camillus Gallinius *de verb. sign. lib. 9 per tot.*

c) Id quod dicendum videtur, cum jus commune sit veluti commune elementum, ad quod omnium regnorũ statuta exigantur. Choppinus *de doman. Franc. lib. 3. in fin. in explicat. doman. Polon.* vid. omnino Rogerius Comes *de excellentiâ iuris civilis lib. 1. c. 4.* Et ita Reges Arragonum quasi ad literam secundum jus commune viventes post Bald. laudat Cueva *decis. 11. nu. 15.*

Quomo-

Quomodo etiam Ordinationes Imperii interpretandas eſſe notat Mynſing. *conſ. 15. nu. 2.* quo minus lædant ius commune: cum omnia ſtatuta interpretationē recipiant á jure communi, Alderanus Maſcardus *concl 2. de ſtatut. poſt DD. in l. omnes populi, de iuſtit. & iur.* Quatenus verò ſtatuta ex jure communi quod corrigunt recipiant interpretationē, vid. noviter contra Laderchiū diſtinguentē Turamin. *epiſt. ſoren. 24.* Quę verò Pontifex *in c. venerabilē, extr. elect. c. ad Apoſtolica, de re iud. in 6. c. vn. de iurej.* magno abuſu ſpiritualis poteſtatis, per trad. Rebuffi *de concord. Cathol. cum Rege Galliar. tit. de elect. derogat. verb. per abuſum.* inordinatē Ludovicus de Miranda *de proceſſ. iudic. quæſt. 2. art. 3.* conſtituit, cave admiſeris, *arg. l. 4. & qua ibi notat Sapcotus de verb. ſign.* Et hac ratione, cum ex uſurpationibus iſtis Pontificiis magnæ olim Imperii atq; Eccleſiæ ſciſſuræ exortæ fuerint, rectē ſcribit Pandulphus Collenutius *lib. 4 hiſt. Neapol. in vitâ Frider. II. mp.* Nihil excellenter malum in Eccleſiâ & Imperio perpetrari, cuius prima origo non dependeat á ſacerdotibus.

10. Jus *a* autem eligendi *b* Regem noſtrum penes ſolos *c* reſidet Electores. *d*

a) Electorum, Electoraliumq; officiorum origo rectē nuncupatur Ottoni III. qui cum deſtitueretur maſculâ prole, ut occurreret Italorum contentionibus & ſeditionibus, & quo firmius Imperium apud Germanos conſervaretur, ſanxit, ne omnibus indiſtinctē competeret jus & poteſtas eligendi Imperatorem, ſed illis duntaxat, quos ipſe eſſet deſignaturus. Quam inſtitutionem Electoriam Ottoni III. communi calculo attributam non refellit, quod poſt Ottonem III omnes Principes Imperii Electionibus Imperatorum interfuerint uſq; ad Rodolph. I. imo uſq; ad Carol. IV. hoc enim introductum fuit Bullâ Henrici II. Unde ex obſervantiâ inferri nequit, quaſi nunquam id fuerit ſancitum. Cur verò non facilē potuerit effectum ſortiri conſtitutio Ottoniana, factum eſt partim Imperatorum, partim reliquorum Principum culpâ atque adfectatione; cum veriſimile ſit, ipſis etiam Electoribus non cordi fuiſſe effectui mandare illam ſanctionem, tum Archiepiſcopi ad Rhenum Vicarios ſe Imperii tum temporis profitebantur, & multo interſtitio de Imperatoribus ſoli conſtituebant, non evocatis Principibus, Krantzius *lib. 8. Saxon. cap. 21.* Præterea, cum plurimarum Electionum magna diverſitas fuerit, ex illâ diſcrepantiâ nulla conciliari poteſt conſuetudo atq; illatio, quaſi ab Ottone III. ſancitum ut omnes Imperii Principes jus & poteſtatem eligendi Imperatorem ſibi vendicarent: contrarium enim evincunt diplomata Impp., epiſtolæ Papæ atq; Electorum, de quibus apud Nauclerum Cuſpinianum. Quod etiam Heigius ſcribit, Electionis faſtigium initiò conſtitiſſe occultis initiis, & Ludovicum Bavarum primum conſtituiſſe, ut Electores jam olim deſignari ſibi manciparent vocem electionis, ex illa conſtitutione probari non poteſt; cum illa diſponat, uti quem elegerint Imperatorem Electores, Imperator dicatur ſine confirmatione Pontificis, quâ de re diſceptatio ſuborta erat. Deinde Aureâ Bullâ Caroli IV. minimē cautum, uti Electores alii ſubmoverentur, quandoquidem ipſe Carolus á patre ſuo Joanne Rege Bohemiæ, conſentientibus Electoribus Eccleſiaſticis, & Rudolpho Saxoniæ Duce deſignatus fuit Imper. Knichen *de iure Saxon. cap. 1. 2. per totum.* ad obſervantiam tamen ſtrictam redactus fuit numerus ſepenus, adeó, uti cum Maximil. I. experierit, uti Archiduces Auſtriæ juris ſuffragationis

gationis compotes redderentur, repulsam tulerit. Septem etiam designati fuerunt, quia hic numerus sacer semper & absolutus fuit habitus. Knichen *de iure Saxon. cap. 1. per tot.* Ob singularem etiam adfectionem Impp. Electores (cum aliâs quoque in Bullâ nostrâ Carolinâ insignibus nominibus decorentur) appellarunt Nepotes, ut videre est ex reformatione Friderici III. facta Francofurti Anno 1442. licet ob civilē adfectionē id fieri notat Heigius *1 quæst. 4. n. 62.* Politicis vero Electoribus Ecclesiastici adiuncti fuerunt, inquit Julius Pflug *Orat. de Imp. Rom.* quo minus esset locī ambitioni in Comitiis Imperatoriis: cum enim quatuor essent illorum, qui non solum suffragiis ferre, sed etiam ipsum Magistratum more malorum inire possent: his tres alii, qui suffragia quidem ferre, sed tamen eligi minimé possent, eo quod Ecclesiastici essent ordinis, additi fuerunt; qui eo minus cupiditate pravâ se corrumpi & transversum agi se paterentur, quod causam non haberent, cur Diadema Imperatorium ipsi ambirent. Julius Pflug *d. loc.* Cæterum, officia Imperialia spectant ad Ecclesiasticos & Politicos Electores: ad illos, qui jam olim rerum potiebantur, pervenit Munus Archicancellarii (quod nomen an antiquum sit, vide Vivensem *ad latum introitum Caroli Quinti, verb. Cancellar.*) perpetuo post divisionem Regni Germanici & Gallici: cum etiā Caroli Magni temporibus illud officium teste Crusio *annal. Suevic. p 1. lib. 11. cap. 4.* in usu fuerit. Unde Onuphrius Panvinus Archicancellariorum istorum institutionem paulò ante vel potiùs circa Ottonis Magni ævum natum autumat. Si enim Italiam ingrediebatur Imperator, Colonienſis privilegia, diplomata Imperialia subscribebat, per quem etiam edebantur. Henricus verò Claudus sanxit, uti Electores Politici officio Dapiferi, Mareschalli, Camerarii, Pincernæ agnoscerent, fiduciâ lege ab Episcopo Bambergensi: quod hodieque, quoties Episcopus designatur observari constat: nam mandatarius Electoris petit investituram more hactenus inolito: Episcopus respondet, se investituram concedere mori solito. Knichen *de iure Saxon. cap. 1. 2. per tot.* Præfectis verò Prætorio rectiùs & veriùs comparantur apud Turcas duo Belerbei, alter Thraciæ, id est, Romaniæ, & alter Asiæ, id est, Anatolinæ, Pancirolius, *ad not. Imperii Romani cap. 12. in fin.* quàm nostri Electores. Etsi enim qua unum atque alterum conveniant, qua alia tamen, toto cœlo differunt, Casaubonus apud Vopisc. *in vit. Car. Carin. Num.* Scip. Gentil. *disput. de Regal. thes. 157. & 158.*

Archicancellariorum institutio

b) Ut etiam jus deponendi, cessionis atque abdicationis accipiendæ: qualis actus fuit Caroli V. qui admissus ab Electoribus vim legis obtinet, ita ut sequentibus Romanis Impp. idem facere satagentibus, incumbat renunciare Imperio in manus Electorum, perinde ac id lege sancitum esset. Schrad. *de feud. p. 1. sect. 3. num. 177. & seqq.*

c) Adeo uti regulariter Imperator etiam huic Electioni interesse non possit, cum eligant, qui sunt de collegio, Decian. *cons. 93. n. 15. vol. 5.* faciunt quæ de Electione Prælatorū notat Mandagotus *de elect. c. 13.* maximé si efflagitet Electionē, ne scil. jus suffragiorum imminuatur, quod in Electione Ferdinandi Imp. prætēdit Ioannes Elector Saxoniæ, Heigius *1. quæst. 6. n. 44.* cum Electio liberé etiam facienda sit, Maleretus *de elect. libere facta. n. 36.* Est tamen Imp. in quasi possessione votandi constitutus, adquisitâ per unicum actum (quem hic valere notat Gutierrez. *cons. 3. nu. 1.*) Friderici III. in Electione Maximil. I. Auctor consilii *de Elect. Regis Rom. ad Cardin.*

Cardin. Moguntin. Albert. Brandeburgic. quam possessionem insequentes Impp. hactenus continuarunt. Heig. *lib. 1. q. 6.*

d) Inter Electores primus est Moguntinus, cuius est reliquos convocare, unde & Decanus Electorum vocatur, *vid. inf. thes.* 12. ad quem olim etiam spectavit coronare Regem Bohemiæ. Secundus est Trevirensis, Archicancellarius per Galliam & Regnum Arelatense. Labitur autem Gregorius Tholosanus *6. de rep.* 13. *nu.* 25. qui dum scribit auctore quodam scriptore Italico, Moguntinum nomine Germaniæ, Trevirensem nomine Galliæ eligere, infert Trevirensem Galliæ nomine Electionis munere fungi, verum suo arbitrio sine mandato Regis Galliarum: Condonandum etiam Abbati Stadensi, qui Trevirensem Germanum sive Alemannum non censet. Inter Politicos Electores primus est Palatinus; quæ dignitas olim variis expressa fuit nominibus: & quemadmodum ea Francorum Regibus exiciosa fuit: cum ea adminiculante eorum conditio plane servilis effecta fuerit, uti Reges nil nisi præter nomen tenuerint: Ita postmodum in ordinem revocata, emergente verâ autocratiâ, nomen remansit, officio & administratione cessantibus. Palatini veró munus perhibetur, uti Electo Imp. pomum seu globum aureum præferat, quod est Imperii insigne præcipuum, cuius initium tribuitur Justiniano Imp. á Frehero *cap.* 15. *orig. Palat.* ubi subiicit, Caroli V. concessione Fridericum II. Electorem vacuo clypeo inservisse pomum aureum seu globum crucigerum, imitatione collegarum Saxonis & Brandeburgici, qui officiorum insignia etiam gestant. Præterea Vicariatum Imperii quoque Interregno existente, Electori Palatino controversiæ intercedentis inter Imp. & Principes vel alios competit cognitio: Ita interfecto Adolpho Rege Roman. Electores contra Albertum Regem Romanorum elegérunt Rudolphum Comit. Palatin. in judicem, dicentes, officium esse Palatinæ dignitatis ex quadam consuetudine, cognoscere de causis, quæ ipsi Regi movebantur: id quod postea confirmatum Aureâ Bullâ Caroli IV. An autem hodieque Palatinus in causis gravatoriis Cæsaris Judex sit, quæritur: & adfirmandum videtur. Secundum locum obtinet Elector Saxoniæ, qui & Archimareschallus creatus ab Ottone III. ob strenuam navatam operam á Bernhardo seu Bennone Duce Saxon. & Lünenburg. contra Crescentium. Quæ dignitas in quinq; familiis continuata: 1. Ducum Lüneburgens. 2. Lotharii Comitis Supplenburgici, postea Imperatoris. 3. Ducum Bavariæ ex Guelphis. 4. Principum Anhaldinorum, ex quâ familiâ octo Electores prodiêrunt cum 227. annos penes illas perduraverit. Deniq; Marchionum Misniæ, Friderico I. conditore & dignitatem hanc in gentẽ suam invehente. Krantzius tamen *lib. 2. Saxon. cap.* 28. *& lib. 9. cap.* 19. scribit, non sine injuriâ Principum Anhaldinorum vel Ducum Lauenburgensium, Sigismundum Imp. Ducatum atq; Electoratum Saxoniæ concessisse Friderico Misnensi: quod refutatum ivit Knichen *d. loc. c.* 2. Elector autem Saxoniæ præfert ensem nudatum & strictum Imperatori, in signum justiriæ, cuius etiam insignia sunt duo gladii decussatim compositi. Tertius est Marchio Brandeburgens. Archicamerarius, quorum primus Hugo ex Comitibus Vetinensibus; quæ dignitas postea ad quinq; familias pervenit: 1. Ad Comit. Stadens. 2. Comites Ascaniæ, unde Principes Anhaldini. 3. Comit. Palatinos à Wittelspach. 4. Duces Lüneburgens. 5. Comites ã Zollern/ & Burggravios Noribergenses. Marchio veró Brandeburgensis Imperatori, quando coronatur, sceptrum in argumentum gubernationis præfert: cum veró Regalia feuda confert,

Duces Saxoniæ in quinq familias divisi.

alius etiam eo officio fungi poteſt: quo modo controverſiam in alterâ coronatione Caroli Quarti inter Marchion. Brandeburgenſ. & Juliacenſ. exortam, diremtam & compoſitam fuiſſe ſcribit Henricus Monachus in Rebdorff. *in Chronic. ad annum Chr.* 1348. Quartus Elector eſt Rex Bohemiæ: qui temporibus Ottonis III. Dux exiſtens, Pincerna Imperii & Elector creatus fuit: quod confirmavit bulla Henrici II. itemque Rudolphus I. Wenceslaum genetum ſuum Regem Bohemiæ creavit, eique Electoratum cum officio pocillandi confirmavit: quæ confirmatio eſt relatio ad aliud prius quæſitum, refutatque Beuterum, exiſtimantem ante Caroli Quarti tempora hoc munus inſtitutum fuiſſe. Eo veró tempore, quo Dux Rex creatus fuit, ibi mediator & palæmon votorum Electoralium conſtitutus videtur: cum enim nonnihil decedere videbatur dignitati, uti ultimum referret votum, forté an cæteri Electores id juris ipſi detulerunt, vel Rex ſibiipſi adfectavit, uti Electioni quidem intereſſet, non autem voto Regem deſignaret. Sunt tamen, qui cum primum locum inter Electores obtinuiſſe ſcribunt, prout etiam plenarium jus eligendi Imp. non ſecus ac cæteris Electoribus ei competiiſſe, diplomatibus demonſtrari poteſt. Præterea, Carolus Quartus in ſua bulla tertium votum illi adſignat, pœna ſancita ſi non vocetur: quam pœnam incurrerunt Electores in elect. Maximil. I. ob mutuas inimicitias Frider. III. Imper & Ladiſlai Regis Bohemiæ, eamq; pœnam ille vindicabat acriter, minitando ſe ad arma convolaturum, nec cedere volebat, niſi obſequium, quo Imperatori in Italiam proficiſcenti adſtringitur, remitteretur, aut ipſi liceret eius vice 800. ducatorum exoluere: quod cum recuſaſſent Electores, tranſactione inita convenit, ne ſub pœna 500. marcarum auri puri Reges Bohemiæ in poſterum excluderentur: & ita Ladislaus electionem Maximil. I. ratam habebat. In cæteris veró Rex Bohemiæ exemptus cenſetur, unde Comitiis & conventibus non intereſt, nulla ipſi intercedit φροντὶς cum Electoribus quam inter ſe colunt, Knich. *d. loc.*

11. **Utrum veró Electio hæc ſpectet ad Principes Electores, ut ad collegium, an veró uti ad ſingulos? quæritur: Et pro illo concludo.**

Lupoldus de Babenberg *de Iurib. Regni. c.* 3. Petrus de Andlo *de Imper. Roman. c.* 3. Electores enim repræſentant, & vices tenent omnium ordinum Imperii, adeoque Univerſitatis, proinde Electio ab illis facta haberi & cenſeri debet, ut ſi tota Univerſitas eam feciſſet, *l. item eorum, §. ſi Decuriones, D. quod cuiuſq; univerſ. nomine.* Trentacinquius *lib.* 1. *variar. reſolut. tit. quod cuiuſq; univerſ. nomine.* cum quod maiori parti Univerſitatis placuit, aliis diſplicere non debet, *l.* 56. *D. ad municip.* Loſæus *de iure univerſ. p.* 1. *c.* 3. quo de vide in utramque partem diſputantem Vinc. de Franch. *deciſ.* 2. *per tot. & dec.* 43. *p.* 1. Item ea quæ notant Compilatores, Lud. Grempius, &c. **der Summ. vnd Innhalt aller vndergegebnen Acten der Erbarn Frey vnd Reichsſtätt Seſſion vnnd Stimm betreffendt.** Quâ ratione jus adcreſcendi locum habere in vocibus edendis & ſuffragiis ferendis, poſt Br. & Bl. ſcribit Monſpel. *conſil.* 56. *nu.* 7. Krantzius tamen *lib.* 9. *Sax. c.* 15. refert conſtitutionem Ludovici Bavari; qua Electio á ſaniori parte facta, præfertur maiori: & ita reſpondit Alphonſus de Azevedo *conſil.* 39. *num.* 17. quibus adde quæ notat Modeſtinus Piſtoris *vol.* 2. *conſ.* 44 *per tot.* Proinde Electionem unius valere, ſi omnes alii eligentes ſcienter indignum elegerint, poſt Panorm. Probat Wameſ *conſ.* 18. *nu.* 13. faciunt notat. Menochii *lib.* 6. *de præſumpt.* 85. *num.* 1. Si in Electione diſſentiant, ſtatur ſententiæ

maioris

maiotis partis: nisi pro minori parte maior sit ratio & pietas. Menoch. *d. loc. num.* 15. vel minor pars eligentium habeat vires prudentiores, *ibid.* Et veritas huius Electionis, recentente Paciano *lib.* 2. *de probat. c.* 72. *num.* 30. plus operatur quam possessio Imperii. Cùm verò duo electi sunt in discordia tunc quemlibet administrare, donec declaretur, cuius electio sit validior, & privilegium ab altero concessum valere & subsistere, qualiscunque exitus quæstionis futurus sit, post Oldrad. *consil.* 22. notat Martinus de Cazariis *tract. de Principe, p.* 6. quo pertinent tradita Schraderi *de feud. part.* 4 *c.* 1. *nu.* 13. *& seqq.* Atque ita civitatem Francofurtum ante hominum memoriam eo privilegio communitam esse scribit Krantzius *lib.* 9. *Saxon. c.* 26. uti Regem discordia electum, qui competitorem patiatur, n ante admittat in urbem, priusq; novē septimanis obsidione perurgeat; ut per hoc rēpus digladietur inter se Reges, & superior vel gladio vel jure factus in urbem suscipiatur: id quod observatū litigiis vertentib. inter Henric. Landgrav. Thuring. & Conradū Frider. II. Filium: Ludovicū Bavarum & Fridericum Austriacū: Carolum V. & Güntherum Schwartzenburgicū, post Münster. Krantz. Chron. Hassiæ *p.* 1. *p.* 55. 57. An vero isti in discidiis electi sese invicem provocare possunt? Quod affirmaverim, si duellum illud tenderet ad evitanda maiora discrimina & componendos impendentes motus, atq; ita dissipationem Imperii averteret: Alciatus *de duello, c.* 34. ubi etiam admittit, si contentio sit superiniuria illata, & quæstio personalis agitetur: licet cōtroversias singulari certamine dirimere magis turmales Equites, quam Principes deceat, Guicciardinus *lib.* 18 *hist.* At Lüpoldus de Babenberg. *de iur. reg. c.* 11. scribit, discordias eiusmodi Electorum decidi posse per Papam de solemnitate, non de juris necessitate, quales fuerint approbationes Henrici VII. & Alberti Austriaci.

Obsidio Francofurtensis.

12. Cùm etiam in quibuscunq; actibus collegiorum exercendis perpetuò obtineat, ut separatim singulos consentire haud sufficiat, *a* sed ut convocati communiter consensum præstent; *b* quæstionis est, an per alium, quàm Moguntinum Electorem *c* citatio ista ad creandum Regem Romanorum institui possit.

a) *l.* 2. *C. Decurion. lib.* 10. *c. cum omnes, extr. de const.* Corras *de offic. & elect nu.* 11. Antonius Faber *in Cod. dec. forens. lib.* 1. *c.* 3 *definit.* 42. communem & magis communem dicit Hieron. à Cæval. *in spec. opin. q.* 476.

b) Aliàs enim Universitas non dicitur legitimè congregata, Losæus *de iure univers. p.* 1. *c.* 3. *n.* 82. Wames. *cons.* 16. *n.* 12. *tit. de elect.* & Universitatis nomine actū non dicitur, quod agunt particulares, etiamsi omnes agant, nisi ea congregata. Flamin. de Rubeis *cons.* 69. *nu.* 220. *lib.* 1.

c) Regulariter citatio spectat ad Moguntinum *per text. Aurea Bulla in* §. *praterea statuimus, c.* 1 Nec obstat §. *caterum*, quod Imperio vacante duntaxat citare possit: quia in d. Bulla duobus locis dicitur de convocatione Electorum, *sc. in d.* §. *& praterea, cap.* 1. *sub tit. Qualis debeat esse conductus Electorum*, cui subiicitur *d.* §. *praterea*, qui ad omnia præcedentia refertur, *arg. c. secundo requiritur, de appell. l. quoties, D. famil. ercisc.* & per tradita Tobiæ Nonii *cons.* 14. *n.* 10. *& cons.* 19. *n.* 10. Deinde ex cōsuetudine, quæ quamvis dispositionem interpretatur, Mazollus *cons.* 16. *n.* 61.

adeoq; etiam extenditur, cum agitur de interpretatione aut declaratione alicuius actus, Cravetta *de antiq. temp. p.* 310. *n.* 49. Lanarius *conſ.* 3. *n.* 6. Rupertus veró Palatinus in electione Ludovici Bavari citationem inſtituit, Krantzius *lib.* 9. *Saxon.* 3.

13. Præterea dubitatur, cum Electionis negotium per Procuratores aliâs explicari non poſſit, *a* ſed in eo perſonæ induſtria electa cenſeatur, *b* utrum hîc etiam Electores perſonaliter comparere neceſſe habeant, an veró legatos atq; Procuratores ſuos mittere poſſint? *c*

a) *c. quia propter, §. illud conſtituat, extr. de elect.* Guilielmus de Mandagoto *de elect. c.* 28.

b) *c. is cui, de offic. deleg. in* 6. Præſertim cum negotium arduum eſt, uti hic, Rodolphinus de Sabloneta *de elect. n.* 45. 46. *poſt Iaſon. l. à judice. C. de jud.* quæ perſonæ induſtria in dubio etiam electa cenſetur. Idem *d. lo. n.* 54. proinde juramentum queq; calumnię in rebus arduis peripſas perſonas principales eſſe præſtandũ notat Waremundus ab Erenberg *lib.* 2. *de fœd.*

c) De Procuratoribus mittendis loquitur Bulla noſtra c. 19. & conſuetudo aliâs in contrarium eſt, quam hic valere notat Palletus *in addit. ad Pacia. lib.* 2. *de pr. bat. c.* 30. Num veró Rex vel alius Illuſtris quiſpiam ad cauſam dicendam ab Imp. citatus, perſonaliter comparere teneatur, vid. Beroum *conſ* 18. *n.* 109. *col.* 3.

14. Si minorennis ſit Elector, eum abſque conſenſu curatorum Procuratores conſtituere poſſe præjudicium obſtirmat Ladislai Bohemiæ Regis in electione Friderici III.

Auctor *conſil. de election. Regis Roman. ad Albert. Cardinal. Moguntin.* per tradi. *gl. in l.* 3. *§. minores, D. qui pet. tut.* Br. *in l. neq; tutores, C. de procur.* faciunt notata Paciani *conſil.* 151. *num.* 8. *poſt Bl. Nattam Tiraqu.* quod perſona legitima non requiratur, ſi denunciatio tendit ad ius conſervandum. Cuinam vero adminiſtratio Regni in pupillari ætate competat, vid. Franciſc. ad Caldas *ad leg. ſi curatorem, verb. hunc contractum, numer.* 45. & 48. *C. reſtit. minor.* Gutierrez *de tutel. part.* 1. *cap.* 18. qui exiſtimant, adminiſtrationem ad agnatum proximum habilẽ ætate & judicio pertinere. Quinam veró deficiente patris judicio Regi aut Illuſtri perſonæ tutorem eligant, vid. ibid. apud Gutierrez. *d. loc. nu.* 10. ubi *nu* 44 defendit matrem, alioſq; legitimos tutores Regum & Illuſtrium perſonarum teneri ſatiſdare, Illuſtrium pupillorum res ſalvas manſuras eſſe per doctrinam Alberici *ad l. de creationibus, verſ. ſin autem, C. epiſcop. aud.* & Chaſſanæi *ad Conſuetud. Burgund rub.* 6 § 4. *verb. caution. nu.* 4. An veró Arcadius Imperator prudenter fecerit, quod filii ſui tutelam Regni Perſarum commiſerit, negat rectè contra Procop. Petrus Bizarus *de Reb. Perſic. lib.* 4.

15. In Electione Regis Romanorum cum primis qualitas & idoneitas *a* eius in conſiderationem eſt devocanda: & licet virtutis *b* potiſſima ratio haberi debeat, niſi tamen illa ſimul potentia *c* ſubnixa ſit, Maieſtatem Imperii ſartam tectamq; vix conſervari poſſe exiſtimavit in Elect. Imp. Carol. V. *d* Fridericus Sapiens Elector Saxoniæ.

a) Ludolphus de Babenberg. *de juribus Regni, c.* 10 *& ſeqq.*

b) Regnorum enim fortuna & ſtatus virtuti paret regnantium: & tantum Regni cuiuslibet gloriam ampliari non poſſe dubites, quantũ in Principe virtutis eſſe cogno-

cognoveris, ait egregiè Hugo Falcãdus *lib. de reb. Sicul. in laudibus Rogerii Regis*: atq; ita ab Archiepiscopo Moguntino Rudolphum Habspurgium Regẽ electum, quod sapientia & strenuitas divitiis præferenda sit, scribit Albertus Argentinens. *in Chronic.* quomodo ærarium Henrici Septimi virtute quam numis instructius fuisse prodidit Conradus Vercerius *in eius vita.*

c) Interest enim Reipub. per ditiores regi, Petrurius á Montesperello *cons.* 24. *nu.* 3. ubi multis exornat: Unde ditiores præferuntur, si quæstio sit inter pares, Melchior Alciatus *tract. de præcedentia, nu.* 80. Caduca enim res est mundalis honos, nisi divitiis sustentetur: quæ sunt fideiussores futuris necessitatibus, & sine quibus mortua mortalis dignitas, Bonus de Curtili *de Nobilit. p.* 3. *col. fin.* Nævizanus *in sylvanupt. lib.* 4. *nu.* 111. *& seqq.* Eare factum, uti futuris successoribus apud multas gentes domania adsignarentur atque canones dominici, qui tesseram pariter symbolumq; gererent supremi dominatus, Choppinus *d. doman. Franc. lib.* 1. *tit.* 1. & veluti anguria essent proximé obventuri Regni, Buchananus *de rebus Scot. lib.* 6. quæ omnis loco & in subsidium caperent, Clapmar. *de iure publ. n.* 36. veluti apud Gallos primogeniti donantur Delphinatu Viennensi: In Anglia olim Ducatu Normaniæ, hodie Principatu Walliæ: in Cypro Principatu Galileæ: in Arragonia Principatu Gerundæ & gubernatione Arragoniæ: in Regno Neapolitano Ducatu Calabriæ: in Tuneto Regno Constantinæ: in Scotia Præfectura Cambriæ: in Castilia Principatu Austuriarum, Cabotius *disput. Iuris publ & priv. lib.* 1. *c.* 11. Proinde Publica Felicitas inclutam domum Austriacam virtute & potentia maxime conspicuam admovit Imperio Orbis terræ: Eberhard. á Weihe *dissert. de Reg. success. & elect. natam quippe ad tutelem generis humani*, Gerhardus de Roo *in Annal. Austri. lib.* 1. *c.* 1. & quæ una Domus vires & onus susciperet Orbis Christiani, Pighius *in Hercule Prodicio*: quam rei summam summi Imperii moderatione tot annorum fortuna retinuit: habet enim humanus animus sublime quiddam & genero sum natura insitum, ut nemini parere possit, nisi utiliter imperanti: nec quicquam valentius est ad continendã humanam societatem, quam beneficiorum vicissitudo, Buchananus *de Iure Regni apud Scot.* ob quam causam Scotorum & Cimbrorum Regna antiquissima dicit, cum Gallorum, Anglorum & Hispanorum Regna toties ex aliis in alias familias transierint.

d) Albinus *in Chron. Misnensi in vita Friderici Sapientis.*

16. Peregrinum qui patriam Germaniam laudare non potest, eligi non poss- verius videtur.

Heig. 1. *quæst.* 5. *n.* 6 *& seqq.* Petrus de Andlo *de Imp. Rom. lib.* 2. *c.* 3. Simon Pistor. *cons.* 1. *nu.* 2. quia Imperium in Germanos in personam Caroli Magni activé & passivé translatum est; Heig. & citati auctores *dd. locis.* Quam sententiam non solum veram, sed & pro conservatione Imperii maximé necessariam esse dicit Petrus de Andlo *d. loc. c.* 3 *lib.* 2. facit, quod etiam in Ecclesiasticis dignitatibus conferendis receptum sit, *uti si Electio concurrit de gremio & de alienigena, illa prævaleat*, Lælius de Zanchis *de privil. Eccles. privil.* 38. *nu.* 17. Præterea, in Electionibus pristinæ consuetudines sunt observandæ, *l.* 9. *C. conveniend. fisci debitorib. c. super quibusdam, extr. de Verb. Sign.* Schraderus *cons.* 1. *nu.* 290 *lib.* 1. Verallius *dec.* 199. *nu.* 1. *p.* 2. In terminis Raudensis *dec.* 34. *nu.* 175, Longissimo verò tempore omnes Impp. Germani natione fue-

ne fuerunt, quo ipso videtur esse præscriptum, uti omnes debeant esse Germani, per trad. *in c. Abbate sane, de verb. signif.* cum maximé id sit obsservatum hactenus cum proposito adquirendi illam prærogátivam & præjudicandi aliis nationibus, Matthias Stephani *de iurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 1. num 95. 96.* Germanus veró etiam censetur, patre vel avo Germano, licet extra Germaniam, natus; quod de Carolo V. & Ferdinando Impp. Fratribus & Ducibus Burgundiæ respondit Gœden. *cons. 1. num. 3.* ubi addit, *dignitatem adjectam primævæ origini non mutare originem primam, nec minuere honorem, sed augere.* Castaldus autem *de offic. Regis lib. 1. cap. 23.* disputat jejuné & inepté, num ex alia natione, si idoneus in Germania Rex vel Imperator nõ inveniretur, eligi debeat? Cui cum ICto respondemus, talem eventum non expectandum, nec sperandum. An verõ magna ex causa natione non Germanus eligi potest? argumento eorum quæ diximus *th 9. lit. A.* puta, an terminus & vicinus, qui apud Hispanos pro originario haberi solet, Achilles de Grassis *decis. 63. nu. 2.* ficuti Gallum cum Germano concurrere posse, ex quorundam opinione not. Pacianus *de probat. lib. 2. c. 35. nu. 50.* Quinam vero pro originariis veris habeantur, vid. Papo. *ad Consuet Burbonia, §. 189.* & qualia officia & beneficia habere possint, *ibid. §. 188. fol. 183.* & apud Choppin *de doman Franc. lib. 1. tit. 11. de Iure advenarum.* Antiqua aliâs sapientum Principum ab usu & experientia comprobata est sententia, Consiliarios excellentes vocandos esse ex alterius regione, Barthol. Philippo *de Consiliar. lib. 2. p. 6. nu. 33.* uti Imper. Carol. V. consilium ex Germanis, Italis, Burgundis, Hispanis, Flandrensibus habuisse constat, Ulloa *in vita Carol. V. lib. 6.* (cum Regis officium, teste Osorio *lib. 12. histor. Emanuelis Lusitaniæ Regis*, in nulla re clarius perspiciatur, quam in excellentium hominum, qui res præclaras maxima cum laude moliantur, multitudine: licet Mariana *de rebus Hispan. lib. 9 c. 8 tom. 1.* existimet, nõ esse magni Principis argumentum, magnos habere aulicos: cum Reges plerunq; rectè factorum gratiam ad se trahere: & eorum quos intimos habent, invidia & periculo peccare soleant.) prout in Polonia etiam loca munitissima Peregrinis commissa, & Cardinales ex diversis partibus Orbis collectos intima consilia Pontificis tractare certum est, cum nullus sit extraneus, nullus peregrinus, si naturam respexeris, duabus existentibus nationibus Bonorum & Malorum, Everhard. á Weihe *differt. de dereg elect & success* Bodin. *de republ* 4. 8.

17. Et ita temporibus Reipublicæ efflagitantibus secundum ordinationem Bullæ *a* nostræ rité rectéq; proceditur: Quo casu tamen Electores juramentum sibi invicem ad Electionis actum præstãdum mutuiter remittere non *b* possunt.

a) *Cap. 1.* *b*) Nicol. de Cusa *de concord. Cath. c. 36* Etenim tale juramentum concernit favorem publicum, cui per privatos nequit contraveniri, DD. *in l. ultim C. si quid contra ius vel inutil public.* fac. not. *in th sequent.* Unde Raudensis *decis. Pisan. 34. num. 165.* ait: Electio requirit numerum, auctoritatem, & zelum: qui per juramentum injicitur, M. Antonius Baveria *de virtut. & virib. Iurament. tom. 4. tractat. fol. 364. lib. 1. cap. 6.* Proinde cum in Electionibus maximé ratio Boni publici haberi debeat. Cusanus *dict. cap. 36.* in aliis Electionem Regis nostri concernentibus, puta, Qui decretum: Per quemnam illud præsentandum foret electo, & intra quantum temporis spatium: Intra quod tempus Electioni con- vel dissentiendo

Electus

Electus respondere debeat: Qualis itemq; ordo in Electione servandus sit, &c. ita versandum est, ne quid contra morem antiquissimum, & Reipublicæ nostræ decus atq; utilitatem committatur, Heig. *quæst.* 5. *nu.* 3. Quo modo in vulgaribus etiam nominationibus inaugurandis formulam cuiq; negotio á sua dedicatione primæva, á sua fundatione præscriptam, insequendam esse respondit Monspelienſ. *consil.* 51. *nu.* 29. & 30.

18. Quocirca si cõtra religionem jurisiurandi pro suffragio pecuniam acceperit Elector, facultate eligendi cum excidere *a* respondit Simon Pistoris. *b*

a) Electio enim non valet forma debita non servata, post Br. Petrutius á Montesperell. *cons.* 25. *sub nu.* 13. Est autem tale juramentum de substantia & forma Electionis, Simon Pistoris *d. cons.* 1. *nu.* 31. est actus religionis atq; patriæ, Claudius Bertazolius *in addit. ad crimin. patris, lib.* 2. *cons.* 553. habet vim certiorationis & scientiæ eorum, quæ jus disponit, Hondedæus *cons.* 33. *nu.* 39. *vol.* 1 Qui autem scienter indignum (quod hoc casu fieri videtur, cum pecunia corruptus haud liberé sententiam dicit, Stephan. Maleretus *de elect. lib. fact. nu.* 38. *c.* 4.) jure eligendi privari debet, Fachineus *lib.* 1. *cons.* 70. *nu.* 36. *per c. Vintonienſis, extr. elect.* Utrum verò hîc necessaria sententia? Quod negandum videtur, argumento eorum, quæ tradit Modestinus Pistor. *vol.* 1. *cons.* 44.

b) *d. cons.* 1. *per tot.* ubi quoq; idem adfirmat, etiamsi electus ignoraverit, vid. Nicol. de Cusa *de concord. Cathol. cap.* 35.

19. Cum etiam penes eos, quib. in manu est, eligere quos velint, sit jus & potestas, electos quibus velint constringere legibus, *a* certis etiam conditionibus atq; legibus, *b* quas Capitulationes *c* vocant, Rex noster ad Imperium evehitur.

a) ut ait Buchan. *de iure apud Scot. p.* 53. *b*) Omnes enim omnino Principes ex convẽtione quadam saltem tacita, quæ ex æquo omnes mortales colligat, conditionibus certis constringuntur, ne ullus etiam, nisi per Tyrãnidem Imperium invaserit, sine certis conditionibus saltem illis, quæ ex communi benè imperandi natura dependent, ad Imperium evehitur, Antonius Gothofred *in disput. anti. Vulcjan. de potest. Imper.* Hinc origo legum fundamentalium, quas vocant, apud pleraque omnia Regna, Paurmeister 1. *de Iuris d. c.* 17. *nu.* 10. Bodinus 4. *de repub. nu.* 426. (Et ita fœdus sive pactum apud populum Iudaicum in constituendo Rege duplex iniebatur: primum, inter Deum & Regem & Populũ: secundum, inter Regẽ & Populum: In primo fœdere Pietas in obligationem veniebat: in secundo Iustitia; illo promittebat Rex, se piè obediturũ Deo; hoc, se justè imperaturũ populo: illo se gloriam Dei, hoc utilitatẽ populi curaturum: in illo inerat conditio, si legem meam observaveris; in hoc, si jus suum unicuiq; tribueris: Illius, ni impleretur, Deus propriè vindex erat; huius, legitimè universus populus, quive universum populũ tuendũ suscepерãt, regni Proceres, Steph. Junius Brutus *in vindiciis cõtra Tyran. p.* 116. Et hæc ea in omnib. legitimis Imperiis observata fuerũt, hodieq; observãtur. Brutus *d. loc.* ubi omnino vid.) Et de illis in Regno Galliæ, vid. Hottoman. 1. *antiq. iure regni Gall.* 23. Bod. 1 *de Repub.* 8. *n.* 88. Regno Poloniæ, *lib.* 1. *statuit Pol.* 2. Angliæ & Scotiæ, Cambde-

Leges fundamentales

Cambdenus *in descript. Magnæ Britan. lib.* 1. Danorum, Lauterbach 1. *de rep.* 15. Reipub. Belgicæ, Althusius *in polit. c.* 15 *p.* 180. Hungarorũ, Bonfinius *lib.* 9. *dec.* 4. Tartarorum, Broniovius *de reb. Tartar. p.* 7. Hispanorum Lopez *en las partidas Hispanicas tom.* 1. *p.* 2. 3. *& seqq.* Brabantinorum, Divæus *de reb. Brabant. lib.* 22. *c.* 3. Frisiorum Ubbo Emmius *lib.* 4. *rerum Frisicarum decad.* 1.

c) Id quod videre est ex Capitulatione Caroli Quinti, apud Sleid. *lib.* 1. *hist.* & aliorum, qui secuti fuerunt, quarum summa est: *Leges latas se custoditurum; nova inconsultis electoribus non latarum: publica publico consilio curaturum. nil alienaturum, oppigneraturũve ex iis quæ ad Imperium pertinent.* Et cum Imp. coronatur Aquisgrani Colonien sis Archiepiscopus stipulatur primum, an non sit Ecclesiam defensurus, justitiam administraturus, Imperium conservaturus, viduas, orphanos, omnesque omnino miserationedignos conservaturus? Steph. Brutus *d. loc.*

20. Jurisdictio Regis nostri vim suam statim *a* post Electionem exerit, insuper habitâ omni confirmatione *b* aut coronatione, *c* quo de dubitare ridiculum esse dicit Corneus. *d*

Electio sola jus tribuit plenum

a) Rudolphinus de Sablonetâ *de potest. Princ. absol. c.* 2. *nu.* 6. In supremis enim Principibus sola electio plenum jus tribuit, post Bl. Quetta *cons.* 1. *nu.* 16. & an idem consuetudo, vid. Franc. Marci *decis.* 843. & ita respond. Mandellus *cons.* 61. *nu.* 31. Catheranus *cons.* 50. *n.* 3. prout feuda etiam de bonis Imperii licité ab eo infeudari posse, notat Schrad. *de feud. p.* 4. *c.* 1 *nu.* 13. adeó uti si duo in discordiâ electi unũ eundemq; investierint de feudo, ea investitura dependeat ex futuro eventu, Schrad. *d. loc. nu.* 18. *vid. not. sup. th.* 11. Dissent. Alphonsus de Azevedo *cons.* 14 *nu.* 7. Gutierrez *cons.* 3. *nu.* 20. & in concessione privilegiorum Decianus *cons.* 23. *vol* 2. *nu.* 23. ubi philosophice ex Averrhoë ratiocinatur.

Confirmatio ailg Superioris

Imperium Codicillare

b) Confirmatio enim est actus superioris, Thoming. *cons.* 8. *nu.* 236. *tom.* 1. quem præter Deum & gladium Rex noster haut recognoscit, ex communi Septemvirûm decreto, temporibus P. Benedicti XII. publicatio, Aventinus *lib.* 8. *histor.* cum Pontifex etiam nihil nisi Imperium nulla dense, codicillare conferat: Knichen *de iur. Saxon. cap.* 1. *nu.* 20. quod ex ipso electionis Pontificiæ modo quoq; probatur, a quo valet argumentum ad Imp. secundum tradita Gilkenii *ad auth. quæ actiones. C. SS. Eccles. c.* 9 *nu.* 12. vide omnino Lüpold. de Babenberg. *de iurib. Regni cap.* 5. 7. *&* 9. Bodin. 1. *de Republ.* 9. Dissent. CC. *in c. venerabilem, extr. de elect.* confundentes substantialia & quidditatem rei cum solemnitate extrinseca.

c) Quæ honoris magis quam necessitatis causa intervenit, Knichen *de iur. Saxon. c.* 1. *n.* 18.

d) *vol.* 1. *cons.* 177. *num.* 15. quod etiam refert Dretzlerus *in concordantiis ad consilia* Beroi *vol.* 1. *cons.* 1.

21. Cum enim Vicarius *a* Imperii perpetuus *b* existat mãdatumque cum liberâ *c* habere censeatur, ea quæ Imperator *d* regulariter facere *f* potest.

a) Licet magnum sit eorum solatium, qui vicariâ sorte præsidium nobis præstant, ex Cassidoro Pancirol. *ad not. Imp. Rom. c.* 12. (Ita Augustus, quasi iam unus esset Imp. rem omnem administrabat per legatos: quorum duo genera erant, Consulares & Prætorii: illiq; toti exercitui præerant, hi legionibus: jus tamen triumphi non

non habentes, cum omnia gererent auſpiciis alienis. Curtius Pichana *in not. ad Tacit. in vita Agricolæ c. 7. & c. 40.*) Vicarios tamen Imperii haut bona fide negotia Imperatorũ egiſſe, ſed lento niſu ad Imperium graſſatos fuiſſe, ex Cumano refert Sola *ad conſtit.* Sabaud. *in gl. proœmii nu.* 17. ob quam cauſam Italos & Gallos temporibus Arnulphi Imp. defeciſſe ſcribit Alphonſus del-Bene *lib. 1. de regn. Burgund. Transjur.* Et hoc modo Carolus Audax Burgundiæ Dux á Frider. III. Imp. contendebat, uti createtur Imperii perpetuus Vicarius: quo ea, quæ unquã Imperio ablata fuiſſent, ad priſcam Romani Principatus maieſtatem redigeret: & ita ingens eſſet materia & audenti & proſpero, & ad quodvis audax cœptũ in ſpeciem abundé multum juris, Antonius de Laſeing. *in narr. hiſtor congreſſus Frider. III. & Carol. Burgund.* Pontus Heuterus *lib. 6 rerum Burgund.*

b) Conceſſio enim hæc Vicariatus conſentientibus Statibus abiit in vim contractus, in quibus ſemper debet inſpici, in cuius favorem celebratus ſit, ut ſciamus, quid poſſit aut quid non poſſit, In terminis Sichard. *conſ. feud. 9. nu. 91.* Unde pœna eorum, qui maieſtatem eius lædunt, tranſit quoq; ad liberos, ſicuti inter perpetuos & temporaneos Vicarios diſtinguit Farinac. *tom. 4. criminal. tit. de crimine læſ. Maieſtatis. nu. 39. 41. 42. poſt Gigant. Capit.* Aliorum veluti Ducis Sabaudiæ Vicariatum ob præſcriptionem concurrente inveſtitura perpetuum dicit Sola *ad conſtit.* Sabaud. *d. loc. nu.* 21.

c) Symphot. *obſ. Cameral. tom. 1 p. 3. vot.* 8. An Rex Romanorum confirmare poſſit, & de novo aliquid concedere in præiudicium proprietarii Cæſaris: quod cum ad Domini pernicioſa extendi haut debeat, *l. 1. §. 1. de offic. procur. Cæſ. l.* 28. §. 1. *l.* 37 *ff. de pact.* Imperatoris jus directum Rex noſter lædere haut poteſt: ſicuti etiam de bonis ad menſam deputatis, quæ vocant, ſine expreſſo Imperatoris conſenſu pro ſuo arbitrio ſtatuere nequit, Symphor. *d. loc.* quamvis ad reſervata Imperatoris etiã abſq; ſpeciali mandato poteſtatem eius de conſuetudine extendi notet Decian. *vol. 2. conſ. 23. nu. 67.* quod in omnib. perpetuis Vicariis quoq; obtinere reſpondit Bertazz. *conſ. 12. poſt* Felin. *in c. qua in Eccleſiarum, n. 32. verſ. quarta declaratio. de conſtit.*

d) Cenſetur enim una perſona cum Imp. Mutius Ant. Surgens *de P P. comparat. cum Vicerege Neap. cap.* 28. Unde etiam unum idemq; tribunal cum eo habet, nec valet conſuetudo, uti ab uno ad alium appelletur, Matthias Steph. *de Iurisd. lib. 2. p. 1 c. 11 n. 55.* quod in Vicariis Epiſcoporum quoq; locum habet: Triviſanus *dec. 32. n. 3.* & ſub eo prætextu quod eſt Rex Romanorum, de præſenti futurus eſt Imperator, & præeminẽtia illa ſpei huius radicatæ & futuræ qualitatis in eo nobiliſſimum hoc habet, uti præcipué tanquam futurus Imp. honoretur, *arg. l. orato. ff de ſponſal.* vide Gondiſſalvus Villadiegus *de leg. q. 14. nu. 68. & ſeqq.* Arnulphus Ruzius *de iure regali q. 18. & q. 48* faciunt notata Abbatis *in c. translato. in fin. extr. de conſtit.* Quoties duo ſic ſe habent, quod de uno ad aliud pervenitur, diſpoſitũ in uno cenſetur etiam diſpoſitum in alio: Sola *ad conſtit.* Sabaud. *d. loc. nu. 16.* Ex tali enim cohærentiã alterum alterius adſumit naturam, *gloſſ. c. quando, extr. iudic.* Ioan. de Amicis *conſ. 3. nu. 4.* Et hoc argumento Regem Romanorum Regem Galliarum præcedere reſpondit Quetta *conſ. 1. per tot.*

e) Ex ſolâ enim deſignatione adminiſtratio plena commiſſa nõ videtur, niſi abſit impeditus vé ſit Imp. (Und frequens illa locutio in Receſſib. Imperii: **Wir oder in Abweſen Römiſcher König**) argumento eorum, quæ notat Molina *de primogen.*

mogen. Hiſpan. lib. 3. c. 6. nu. 22. tunc enim ſuo quoq; nomine conſtituit, quod evincunt multa reſcripta Ferdinandi Imp. quibus hæc verba inſerta: Vnd für vns ſelbſt vnſer gnädiger Befehl. vid. Symphorem, *d. loc.*

f) Vicarii enim Regũ poſſunt, quod Reges ſoliti ſunt ſine difficultate concedere, ideoq; Vaſallo alienanti, alienandi conſenſum præſtare non poſſunt, Mut. Anton. Surgens *d. loc p. 369.* poſt Camer. Roſenth. *de feudis c. 9. concl. 30. n. 8.* Proinde enormes ejuſmodi alienationes per ſucceſſores legitimis remediis revocari poſſũt, Chopp. *de doman. Franc lib. 2 tit. 5.* (non tamen Interdictis, quæ de juribus publicis non dantur, nullo loco juris id confirmante; Unde Spartianus factum Juliani experientis interdicto de Imperio adverſus Severum, vocat inſaniam, & tales cauſæ olim per arbitros diſceptabantur, Briſſon. 5. *de formul.* ſecus tamen eſt moribus noſtris, Giphan. *de ordin. iud. lib. 1.*) quo de vid. Everh. Iunior. *vol 1. conſ. 1. n. 8. & ſeqq. & conſ. 6. 7. 14. per tot.* Modeſt. Piſtor. *conſ. 15. & conſ. 40. lib. 1.* Quomodo verò Principes teneantur in huiuſmodi contractibus & alienationibus conſilium adhibere Procerum ſuorum, der Land vnd Hoffrähte/ vide Petr. Weſenb. *conſ. 2. per tot.* Succeſſor aliâs ſervandis pactionibus & debitis deceſſoris exoluendis obſtringitur, ſi in cauſam Reipub. æs alienum conflatum ſit, *DD l. digna vox. C. de legib.* In rebus enim ad dignitatem pertinentibus ſucceſſor in dignitatem anteceſſoris contractui obligatur, *c. Abbate ſanè, de re judic.* Unde non exigua privatis cautio explorare privatum Principum patrimonium, quo adſiduo & locuplete agro ſponſore, haud dubium eſt, poſteros quoque eius poſſeſſores defuncti conventis obſtringi, *arg. l. etſi is, C. de prad. min.* Bald. *reſp. 271. vol. 1.* Nam res propriæ peculiaresq; Principum habentur eo loco, quo patris famil. cuiusq; fortunæ ac facultates. Unde nec ullius magis refert, quam Principum ipſorum ſeparatos habere fundos, ipſorumq; patrimoniales, nedum publicos, ut illis freti & ſuffulti prædiis, quaſi prædibus, aliquem nanciſci poſſit, cui fidem dent, exoluantq; pariter ſecum paciſcenti: Quemadmodum enim in re uxoria προῖκα φερνὴ, προῖξ φερνὴ ſunt mancipi & liberi uxorum arbitrii; ita præter dotalis Reipubl. opes expedit Regibus eundem in uſum & commercium liberum publico inſtrui peculio, *arg. l. ſi ego, §. dotis, ff. de iure dot.* eleganter Choppinus *de doman. Franc. lib. 2. t. 14. nu. 23. in fin.*

§ (*) §

DE

VI.

DE VICARIIS IMPERII HORUMQUE POTESTATE, D. JUSTI Sinolt / COGNOMENTO Schütz.

CONCLUSIO I.

OB Anarchiam *a* vitandam *b* in principatu electivo *c* interregnum *d* est ineundum.

a) Qualis status fuit Israëlitarum, *Iudic. 17. vers. 6. ibi* temporibus illis non erat Rex in Israël, & quisq; faciebat, quod rectum videbatur in oculis suis, *c. 19. cap. ult. vers. fin. eod.* Et huc referri potest lex Persarum. Quinq; dies post mortem Regis pro luctu agere facere potestatem quisq; habeto, *Besold. disp. 1. el. 1. th. 27. Bodin. de Reb. lib. 4. n. 369. ubi plura exempla enarrat.* *b*) Hic enim nemo imperat, nemo paret, in summa scelerum vivitur impunitate ac licentia. *Bod. d. lib nu. 485* Nihil ea periculosius Reipublicæ accidere potest, adeó ut præstet etiã sub malo esse principe, *Plat. 1. de legib.* necesse est, ut interitus totalis & eversio ipsam insequatur, *Bodin. d. loc.* *c*) Successorius tutelam habet. *Besold. de Reg. succes. dissert. 4. th. 1.* Bardus dubitabit, an status Imperii sit Electivus vel non, *vid. concl 26. infra.* *d*) quod est forma aliqua Reipubl. dum post bonum principem quæritur alius bonus, *ut loquitur Besol.* & tantisper regitur á certis quibusdam, qui inter reges vocantur, in Imperio nostro Vicarii plerumq; appellantur, *Calv. Lex. jurid. verb. interregnum.*

2. Sacri Imperii vacantis provisores sunt Elector Comes Palatinus, & Elector Dux Saxoniæ. *a* Non totum collegium Electorale *b*. Non Pontifex Romanus *c*.

a) Sunt verba Divi Caroli IV. *in aurea bulla, tit. 5. Dom. Goth. Ant. præcept. p. m. mihi colendus disp. feud. 14. th. 1. lit. b. Buxdorf. & Arum. ad t. 5. aur. bull.* *b*) *Christoph. Besold. de Reg. succes. lib. 3. dissert. 4. Buxdorf. ad aur. bull. th. 55.* licet aliâs capitulũ sede vacãte in administratione & jurisdictione succedat, *c. his qua, c. cum olim de major. & obed.* *c*) quod sibi tamen perfrictâ fronte & satis impudenter arrogat *in clement. 1. de jurejur. c. ad Apostolica de sentent. & re jud. in 6. clement. pastorib. c. licet, de foro competent. & aliis, ubi Canonistæ communiter.*

3. Huic enim omne jus in Imperio præclusum est.

Vult enim esse persona Ecclesiastica, & quidem successor Apostoli, audiat ergo Dominum cœlestem, Reges gentium dominantur, vos nõ ita, *Luc. 22. 25. Matth. 20. 25.* secundó evolvat sacros canones ipsos, *c. novit de jud. c. causam, qui filii sunt legit. c. venerabilem, eod. c. tuam, de ord. cogn. c. quoniam, c. duo sunt, dist. 96. c. nos si incompeten-*

petenter, §. *sed notandum*, 2. *q.* 7 *ibi*. duæ sunt personæ, quibus mundus regitur, Regalis videlicet & sacerdotalis, sicut Reges præsunt in causis seculi, ita sacerdotes in causis Dei. Duę sunt distinctæ potestates, *d. c. duo sunt. Nov.* 6. ut duæ vitæ, carnalis & spiritualis, *c. nisi* § *pen renunciat* Duo genera militum, Ecclesiæ & seculi, *c. clericum, dist.* 50. miles autem temporalis, cum abstinere debet causis civilibus, ne á bello avocetur, *l. militares. C. de re militar.* multó magis id faciat spiritualis. *L.* 41. *C. de episc. & clr c. reprehensibile*, 23. *q.* 8. cum & probrosum ipsis esset, rerum civilium se guaros ostendere, *dist jurib.* miles Christi desinat esse miles mundi, *c.* 2. 1 *feud. lib.* 2. Tertió, quia se successorem Petri jactat, cui tamen neq; localiter, neque doctrinaliter succedit, non debet melioris conditionis esse quam Petrus ipse *L.* 17 *ff. de R. I.* Nec Petrus talem potestatem habuit, quicquid Canonistæ reclament, Quid enim *Christus Matth.* 16. *v.* 18. 19. Velit docent Theologi, Petrus dicit á petra, petra Christus *ipse* est, 1. *ad Corinth.* 10. *v.* 4. in ipsum ergo quomodo transferre potuit, *l nemo plus ff. de R. I.* Si est successor, posito tantum, Antecessoris factum præstet, *d. l.* 177. linquat gladium Pauli, & Petri teneat claves cœli, non terræ, liget & solvat pro cœlo, non pro terra, *Ioach. Cluten. Syllog. rer. quotid. concl.* 3. Eat pedes per mundum, & doceat gentes, *Matth. ult.* non equo sellis & frenis splendentibus superbo, mundo det jussa, sed pascat oves Christi, *Ioan* 21. Quartó, Christi vicarium se nobis persuadere anget, cui instrumento credere non prohibemur, *l* 1. *C. de mand. pr.* Plus ergo non faciat quam principalis voluit, *l. diligenter, ff. mand* nec commissionem ad alia diversa extendat, *Rutg. Ruland. de commiss. p.* 1. *lib.* 3 *c.* 2. *nu.* 14. *& seqq. Dn. D.* **Reinking** *de reg. secul. lib* 1. *cl.* 2. *c.* 3 *n.* 22. Ipse Salvator quoq; noster negat regnum suum esse de hoc mundo. *Ioan.* 18. 36 ergo & vicarii sui, *arg. leg.* 1. *&* 2. *C. de eo qui vic. alter* Quinó, quia propriâ confessione, cui omninó fides adhibetur, *tot. tit. l. ff. & C de confess.* est servus servorum, absurdum ergo pueris ridendum, fas ipsi Dominium mundi supremum concupiscere, *arg. l. quod attinet, ff. de R. I. l.* 1 *ff. de iur. de liber. sbiq; not.* quanquam Jason. *in l. rescripta, C. de prec. Imp. offer.* putet hoc fieri tantum verbotenus reipsa enim velit esse Dominus dominantium, & habere jus regum. Ego tamen à propria verborum significatione non adeó facilé discedam, *l. non aliter ff. de legat.* 2. nemo enim præsumitur, dicere, quod non sentit, *l.* 7 *ff de suppellect. leg* & 7. valdé sit incongruum, verbor. blandimentis fallere quenquam, *Autor* **deß gründlichen Berichts von der heiligen Reichsstat Friedberg Stand Regalien** *p.* 1. *pag.* 100. *n* 121. sed confessionem ipsius de iure veram, credam, nec hæc credulitas mihi imputandi erit, extra culpam est, qui bono viro credit, *ut dd. regula habet.* Sextó, ratio suadet singulis singula officia committenda, *c.* 1 *dist.* 89 *c. cum singula de prabend. in* 6 *l Nemo, C. de assess. l. consulta, C. de testam.* Non enim unius hominis ingenium sufficit ad sustinendum officium Ecclesiasticum & politicum, *Ioach Cluten. d. loc.* Unde nemo potest esse pater spiritualis & Carnalis eiusdem, *c ad limina* 30 *q.* 1. qui se ergo mundanis implicat, negligit spiritualia, *arg. eius, qui ducit uxorem*, 1. *ad Corinth.* 7. 32 *& seq* Unde Doctores quidam magni nominis, Papam Dominũ temporalem esse putant, quia aliâs sequeretur absurdé, quod Respublica sit in Ecclesia, cuius contrariũ verum est. *Optat. Miletivan. lib.* 3. *ad Parmen.* sed talis potestas ipsi nullo jure competit, Ecclesiasticam ergo retineat, si quam habet, ministret Divina & supplicet pro Republ. *Novell. 6. prin* si enim vult habere utrumq;, perdet utrumq; *Divus Bernhard. ad Eugen.* quia neutrum peragit, qui festinat ad utrumq;, *d. l. nemo.* Pro septimó aliâs inveniet

veniet Reges & Principes cordatiores, quam ut bicipitem hunc janum, cum vetusto & putrefacto fulmine suo timeant, qualis fuit *Ludovicus* 4. Bavarus, qui generali Constitutione Coloniæ Anno 1338. consensu omnium procerum Imperii promulgata, eum, qui ausus fuerit dicere, Imperium á vel sub Papa esse, reum criminis læsæ Majestatis, aliisq; duris pœnis dignum pronunciavit, de quo etiam pié in apologia sua contra calumnias Johannis Papæ Francofurti proposita agit, *quod Goldast const. Imp pag.* 101. Audiet Philippum Ecclesiæ filium, ut vocant, primogenitum Bonifacio 8. ad se scribenti, scire te volumus, quod in spiritualibus & temporalibus nobis subes. Respondentem: Philippus D. G. Francorum Bonifacio pro summo pontifice se gerenti salutem modicam sive nullam, sciat maxima tua fatuitas in temporalibus nos nulli subesse *Bodin lib.* 1. *c.* 8. *de rep.* Veniet Woldemarus Rex Danorum. Notum tibi facimus, vitam nos habere á Deo, nobilitatem á parentibus, regnum á subditis, fidem ab Ecclesia Romana, quam si nobis invides per præsentes remittimus. Non timidius Fridericus I. *apud Gruth. ait*:

Ecclesiam Regat ille suam, divinaq; jura
Temperet, Imperium nobis fasceſq; relinquat.

4. Et Episcopatum universalem Doctores recte ipsi denegant.

Primatum enim in terris desiderantes vel de eo tractantes confusionem in cœlo invenire, nec inter servos Christi computandos docet, *c. multi sacerdotes, vers. quicunq; dist.* 40 Universalem episcopatum á fidelibus abesse debere acriter monet Pelagius 2. Papa, *c nullus, d. st.* 99. talis nominatio in Ecclesia non toleranda, *c. prima eod.* sibi tribui vetuit Gregorius, *c. ecce in præfatione eod.* Christus enim caput Ecclesiæ, *Ephes* 5. 23. *& simil.* qui dominationem omnem in ea prohibet, *Luc.* 22. 24. *& seqq.* 1. *Petr.* 5. 1 3 4. quo tempore hoc malum in Ecclesiam irrepserit, docent historici. si ipsi concederem, quod sit caput Ecclesiæ, facerem Ecclesiam monstrum, cum interdum plures uno Papæ fuerint, item quando sedes aliquando, vel per 18. quoque annos, vacavit, sequeretur ipsam fuisse sine capite. Huius quidem hierarchiam Pontificiæ religionis Episcopi in Imperio adhuc agnoscunt, licet consecrationem seu ordinationem ipsius non adeó stricté observent. *Laurent. Ohm de iur. episcop. concl.* 14. *lit. e.* Ubi addit, quod pontificii illi Episcopi non injuria honorentur, vel in solidum onerentur, gratia, papali ingrata, pallio sc. quia existimant se aliter non posse regi. Nam nimis caré solet pontifex vendere linum suum, ut loquitur *Sleid. lib.* 13. Constat enim fere 3000. millibus aureorum, antequam domum præferatur. **Dann vermög der Beschwerden Teutscher Nation wider deß Bapsts Geitzigkeit / Maximil. I. Anno 1505. vbergeben / apud Gold. in Reichssatzung / fol. 215. Werden allein zu Rom vor das Pallium 25000 flor. geben / also daß bey eines Menschen Leben gen Rom 175000. flor. auß dem Bisthumb Mäyntz vor das Pallium siebenmal zu lösen kommen. dahero Jacobus Ertzbischoff / als er jetzo sterben solte / mit klagender Stimm gesagt / es kräncke jhn nicht daß er sterben müste / sein vorstehender Todt schmertze jhn auch nicht so sehr / alß das seine arme Unterthanen widerumb eine so grosse Schatzung vor das Pallium geben müsten.** *Idem art.* 7. *d. loc.* Portent ergo hi patienter jugum voluntarium, quamdiu ipsis libuerit Quid autem de cæteris, qui dominatum ipsius simul ac religionem excusserint? equidem constat eos ad comitia, non vocari, sessiones in Imperio non habere, Regalibus & Imperatoribus;

bus non investiri, idque propter concordata; ut vocant, Germaniæ á Friderico III. Suasu Æneæ Sylvii eum Nicolao V. Wormatiæ factæ, anno 1447. quibus inter alia cautum. Ne Archiepiscopis regalia ab Impp. aliter concedi possent, quam confirmatis á Papa hoc an jure an juria fiat, disputare nolo videatur, *Engelbrecht. de jur. fis. d. concl. 67. Laurent.* **Ohm.** *d. loc.* qui putant justius & consultius fieri, si pro Episcopis & principibus haberentur, quia concordata illa, ut Imperio damnosa successores Friderici obligare non possunt, quia pax religiosa, ut vocant, omnem pontificis jurisdictionem Ecclesiasticam suspendit, ergo per consequens etiam illa concordata, *l. 2. ff. de inrisd.* tum propter statum Imperii hodiernum, eiusq; salutem, quæ suprema lex esto: propterea quæ rigor juris Canonici observandus non est *in. nihil, 44 c. qualiter, de election. & elect. c. avaritia, 5. in 6.* ubi statuitur, ut electus sine confirmatione administrationi Ecclesiæ suæ se ingerens jus ex electione quæsitũ debeat amittere, **Ohm** *d. loc.* Et si pontificii hoc non admittunt, quæro, qua ratione ipsi absque confirmatione papali, investitura Cæsarea, se pro episcopis gerunt, comitiis & electionibus intersunt, ut exemplis multis probari potest, sed brevitati studeo, num lex omni jure fundata, quod quisque juris in alium, &c. mortua est? Sic E. verissimé denegavimus Romano præsuli regiam temporalem, & Ecclesiasticam potestatem supremam, & écontra eum subiicimus Imperatori nostro domino mundi, *per ea, quæ tradit post alios Dn.* **Reinking** */ de reg secul. lib. 1. class. 2. cap. 5. num. 10. & seqq.* Si enim animam habet, certé subjectus erit ei, *cap. 13. ad Rom. Amp. Dn. Præcept. Hunn. Resol. disp. Treutl. 2. q. 34.* á quo potest judicari, deponi & punir, si officio non fungatur, *arg c. quia igitur, c. Reatina. Ecclesia, cap. nobis, cap. Agatho. Hadrianus, cap. in Synodo, distinct. 63.* Est enim huius officii, Ecclesiæ providere, *novell. 3. 5. 6. 16. 37. 56. 57. t. t. C. de episcop. & cler. Ferrar. in form. libell. ubi ag. ex subst Eberhard á Weyh. de regn. subst an. cap. 1. num. 19. omni Heroica virtute ditissimus Philippus Hassiæ Landsgravius ad Granvellanum apud Sleid. libr. 17.* in recessibus Imperialibus dicitur Augustus noster, **der gantzen Christenheit rechter Schutz vnnd Schirm-Herr/** *de anno 1518.* **ein oberster Vogt vnnd Schirm-Herr der heiligen Christlichen Kirchen/** *Anno 1530. & passim.* Sic & olim Imperator potestatem habebat Papam confirmandi, *cap. Hadrianus cum seq. dist. 63.* Hinc Leo 4. promittit servare præcepta Lotharii, *c. de capitulis dist. 10.* Idem quoque Johannes 8. facit, *c. vides, cum seq. dist. 10.* quæ omnia superioritatem in Imp. indicunt. Leo 4. se purgat de crimine læsæ majestatis Ludovico 2. Imp. *c. si nos incompetentem, 2. q. 7.* Idem reddit Imperatori rationem, quare susceperit bellum *c. ibitur, 23. q 8.* Henricum 4. Benedictum 10. abrogavit, eidemque Nicolaum 2. substituit. Et hæc juste, nam ipsorum Canonum Jure Princeps est utriusque tabulæ custos *cap. princeps, c. si apud 23. q. 5.* Est nutritius Ecclesiæ. *Esai. 49. quo pertinet dictum eiusdem, Es. 60. 2. Reg. 11.* Quo respectu Justinianus Imp. se servum Ecclesiæ appellat, *in l. 1. C. de offic. præfect. prætor.* Et hoc cum sacris maximè convenit, ubi pii Pontifices, ut Aaron & alii omnes, tum in veteri, tum novo testamento, ut Christus ipse. Imperio seculari obedire non detrectarunt, quod specialius recensere, nimis longum foret. Salomon Abiatharum quidem ab officio movit, Otto Tertius Papam Romanum. Hisce prædictis strenué parasiti Pontificis contradicunt, & authoritatem eius, ne quid culinæ decedat, ad sanguinem usque defendunt, é quibus noviter, *Marta Neapolit. de jurisdict. p. 1.* Sed argumenta eorum sub cane frigent, iisque á veritatis aman-

amantibus ad invidiam usque satisfactum. Testimonia quæ proferunt, sunt domestica, quorum fides improbatur, *l nullus, ff. de test. l etiam. C. eod. l. omnibus, C. eod.* deinde credere nemo tenetur iis, quorum authores repelluntur, *cap. fraternitatis, de hæret. cap. licet ex quadam, de test.* D. Reinking *l de reg. secul. lib. class. 2. cap. 3. nu. 15.* Et quis tam demens, qui (cordialiter non adulatorié) credat, quod sit super regna & omnes gentes constitutus, *cap. omnes principes, de maior. & obed.* juxta dictum Christi quod ligaveris, regna transferat, *cap. Apostolica, de sentent. & re iud. in 6.* quid enim per claves cœli Christus intelligat, docet *Matth. 18. vers. 18. Ioh. 20. v. 16.* ubi ea omnibus discipulis potestas data est, non soli Petro. Si autem soli data esset Petro, Papæ competere non posset. quod Angelos judicet, *cap. venerabilem, qui filii sint, legit.* Sit Deus non homo, *cap. 7. dist. 96. cap. quanto de translat. episcop.* & omnia possit, ut Deus excepto peccato, *cap. charitas, de pœnitent. dist. 2.* quod sit maior Paulo, *cap. 1. distinct. 29. cap. sacrosancta, distinct. 22. referente Marta,* utatur potestate absolutâ, ut, liceat innumerabiles animas in gehennam ducat, nefas sit dicere, domine Papa quid facis, *cap. si Papa, distinct. 40.* heu os putidum, abrumpam, ne innumerabilis fiam recensendo talia. Unum est, quod extricari cupio, motum, *ab auth. de iure princip. concluſ. 23.* quænam illa sit Ecclesia, quam Bonifacius 8. sponsam suam appellat. *cap. quoniam de immunitat. in 6.* Num Ecclesia Christi procos admittat, an, *ut vult dict. aut* fœmina *in Apocal. 17.* depicta. Ne autem putes Bonifacium 8. post alios, universalem Ecclesiæ primatum sine ratione asserere, habes unam, *inc. unam sanctam, extravag. comm. de maior. & obed.* quodis, qui contradicat, duo cum Manichæis fingat principia, cum tamen scriptum sit, in principio creavit Deus cœlum & terram, non in principiis. Elegans certè & melancholicis exhilarandis prælegenda illatio, quam in ipsum retorqueo, nam cum Deus sit principium Imperatoris & ipse Papa de se idem statuit, sequitur quod sit Manichæus hæreticus. Variant deinde in titulo imperii ipsius, ex variatione autem dolum & calumniam lex præsumit, *cap. pastoralis, in vers. tempus, Bald. in marg. verb. exceptio, vers. 13.* & variatio arguit suspicionem falsi, *l. eos, ff. de falsi.* & variantibus non credendum, *l. qui falso, ff de test.* Nam mox authoritatem Constantinum Magnum laudant, *cap. Constantinus, dist. 96.* Cuius ridendam falsitatem novissimè ob oculos posuit *Dn.* Reinking *d. tract. cap. 7.* posteà Justinianum *l. inter claras, C. de summa Trinit.* quoad principatum Ecclesiasticum sc. Sed his non penitus confidentes recurrunt ad Regem Regum Christum, quem horrendæ huius potestatis donatorem jactant, eiusque authoritate etiam in hodiernum usque diem Imperium Rom. German. sub ipso & ab ipso fuisse. Ad hoc Ludovicus Bavarus Imp. R. hoc dicentes esse mendaces reos criminis læsæ Majestatis: á solo Deo, sub solo Deo id esse dicemus post. Sed tamen feudum est sedis Roman. *Mart. de iurisd. p. 1. cap. 18. num 12. & seq.* maximè *per cap. Imper. feud. amitt. 100. lib. 2. feud.* hinc Impp. ipsi fidelitatem jurant, unde versus Imp. Lothario, ad pedes Innocentii II. prostrato, & ab ipso coronam accipienti, picto ascripti sunt:

Rex venit ante fores, iurans prius urbis honores,
Post homo fit Papæ, sumit quo dante coronam

Ineptire hos, & morbo potiùs animi q̃ recto judicio assertum ire, ait *Dn.* Reinking *c. 4. class. 2. lib. 1. ibiq; iis satisfacit* Ad *c. Imp.* R. 1. illud esse extraordinariũ, nihilq; cõtra Impe-

Imperium concludere. Secundó cum obrecht, id esse accipiendum de illa fidelitate, quam Fridericus ratione bonorum quorundam particularium, quæ á Papatu feudum tenebat, non veró respectu Imperii debebat, ratione n. huius ipsi fidelitatem nullam juraverat. Tertió responderi potest ibi non agi de juramento fidelitatis, quod ob feudum præstatur, sed Advocatiæ, de protectione Ecclesiæ scilicet faciendâ *cap. tibi domino 33. dist. 63.* Idque ex conjunctione fidelitatis, quam ibi DEO debere se Imperator profitetur, & hujus facilé est colligere. Porró dicunt, papa emisit constitutiones & leges universales, quod majestatis sané est, teste schola politicorum *Bodin. lib. 1. cap 10. de Reg.* & nos iis utimur, ergo subditi ipsius sumus, *argum. l fin. ff. de iurid. l. 1. ff. de tutor & cur.* R. emittit quidem sed nullo jure, *l. 13. ff. de iniur.* non spectandum quid Roma faciat, sed quid facere debeat, *l. sed & cet, ff. de offic. præsid.* verum quod nos iis utamur, consequentia tamen falsa est. Nam Itali, Galli, Hispani jure Romano utuntur, subditi tamen esse nolunt, deinde utimur iis, non ut pontificiis, sed ut nostris, per & propter consensum principum nostrorum, *Dn præcept. Hunnius, de author. iuris canonici, cap. 9.* sed vivimus iis, non ut legibus, sed ut jure, *subtiliter ita distinguente Bodino de rep. cap. 9. num. 102. lib. 1.* Sed nonne Papa appellatur á principe summo, *cap. 10. de for. compet. pro Mart. cap. 1 per tot. d. loc?* R. nobilissimus Ulpianus stultos esse qui hoc putent: *l. 1. §. 1. ff. á quib. appell. non licet*, appellatio est infallibilis nota superioritatis, *cap. placuit, 2. quæst. 6. cap. si duobus, §. deniq; de appell. l. præcipimus, C. eod. & similib.* Unde rectè ad tuendam Imperii majestatè, tentans ad Imp. ad Papam provocare, punitur centum marcarum auri puri *decis. Cam. Imp. verb. appellare quibus.* nobile de hac temeritate punita præjudicium habet *Severus*, ubi addita verba, **Alles zur Schmach / Verachtung / Verletzung / Keyserl. Mayest. Hoheit vnnd zu Abbruch derselben.** Sed Roma, quæ caput orbis *l. 3. cap. de consul. urbs aterna, cap. de privil. corp. lib. 11. Romana Republ. l. 6. ff. de V. S. t. t. C. de iur. fisc* Jussui pontificiali obtemperat, ab eoque possidetur, eiusque dubio procul dominium ipse habet. R. O vanitas, quis Impp. hoc unquam concessit, nec ullus unquam concedet, nec cõcedere potest, contradicentes ipsos rescimus, ut noviter Maximil. II. Papæ rescribit, Italiam nullum, nisi Imperatorem, habere Regem. Nonné Frider. I. ann. 1167. S. P. Q. R. fidelitatem juravit. *Gold. const. Impp. p. mihi. 71. exhibet. formulam*, & quæso nonné ridiculum est Imperium orbis certa una urbe locare & includere velle? Non poterimus autem Papæ denegare, quod in Ecclesiasticis principibus nostris approbamus. R. ingenuè fatear, me ipsi non denegare potestatem secularem Ecclesiasticæ coniunctam, legitimo modo acquisitam, si ab Imperatore nostro eam recognosceret qualem principibus nostris Episcopis toleramus, quamvis duriter approbemus *ut infr. concluſ. 18.* hi enim eâ legitimé donati & investiti, ille propriâ authoritate sibi arrogat, quod speciem criminæ læsæ maiestatis habet, *l. 3 ff. ad l. Iul. maiest.* concederem etiam ipsi præeminentiam, & primum sessionis locum cum Justiniano *Novell. 11. 131. cap. 2. 3. 4.* non primatum universalem, nam eo ipso ipsi inurerem notam Antichristi, *testo divo Bernhardo*; ad quam suspicionem amovendam consultius fecero, si legem inter claras C. de summ. Trint. non ut claram, sed ut obscuram & suspectam ejecero, *cum Hottom. Azon Alciat. Cuiac. Ioachim. Cluten. frustra dolente Fachin.* 1. Quia non in omnibus codicibus habetur. 2. Quia forma instrumenti á Justin. *in No. 47.* præscripta non est observata. 3. Quia stylus eius

noc

nec Justin: nec illius temporis est. 4. Quia expressé repugnat Chronologiæ. 5. Quia Justin: Papæ id præstare non potuit. 6. Nec voluit *Nov.* 131. 7. Nec præstitit, ipse de rebus Ecclesiæ constitutiones fecit *in l. L. eid. tit. subiectis*, *Nov.* 3. 5. 6. 58. 123. 8. Quia Papa in multis aliis mendax repertus est, semel malus, in eodem genere semper præsumitur malus.

5. Elector Palatinus privilegio vicariatus gaudet á multo & longissimo tempore ante constitutionē Carolinam. *a* Saxoniæ Elector hac demum an honoratus? controvertunt. Ajo. *b*

a) *Buxd. ad aur. bull. concl.* 56. *Aruma. discurs.* 3. *conclus.* 25. *ad eand.* certum autem tempus indigitari nō potest, vetustius omnibus se invenire dicit Buxd. l. post mortem Rudophi I. *de quo Avent. lib.* 7 *Annal. Boii* Andreas *Knich. c.* 1. *nu.* 121. *de iur. Saxon. non provoc.* putat Palatinos ante Ottonem 3. hoc jus promeruisse, sed unde probet, non habet. *Dn. Besold. de reg. success lib* 3. *dissert.* 3 *th.* 5. judicat recté Freherum contra Gewoldum asserere, hoc jus ipsis competere hac ratione palatinatus. Alß dem Obersten Richter vnd deß Hauses major, non respectu ducatus Bavarici, quo tamen inclinat quoq; *Buxdorf. concl.* 55. *lit. e.* Sic enim *Freher. lib.* 2. *ad Petr. de And. c.* 10. hoc jus, ait, ratione veteris præfecturæ Palatii, sive majoratus domus sub regno Francorum provenisse, qualis dignitas amplissima fuit, ita ut reges ipsi administrationis expertes essent. *Hottom. in Francogall. cap.* 12. Sic quoq; ipse Imp. Ludovicus 4. *apud Cuspin in vita ipsius* disserit, hoc jus Palatinum longâ & approbatâ consuetudine, incōcussé á majorum observatione, & ordinatione habere. Tutior ero hinc si Freheto credam, nam in difficilioribus, qualis, qualis probatio sufficit. *l. nō omnes, ff. de re militar.* talis veró vetustorum est, *l. si arbiter, ff. de probat.* nec enim video quid certi & firmi afferatur contra assertionem Freher. quod enim non sine controversia & quieto usu jus illud exercuerint, mirum non est, quis enim principum pro statu temporis antiqui, tantæ dignitatis officio amplissimo non invidisset, & quæstionē statu mutato movisset? *b*) Et hunc serenissimum Ducem *Freher. d. loc.* putat quam diu Palatinatus tamdiu & vicariatus honorem obtinuisse, á quo *Arum. & Buxd. diss.* quia apud historicos de eo memoriæ nihil proditū, deinde propter verba aur. bull. Se frui velle, unde certó constat divum Carolum 4, Ducem Saxoniæ nobilissimo hoc honore decorasse noviter.

6. Comes Palatinus constitutus est vicarius in partibus Rheni *a* & Sueviæ, & in jure Franconico *b* Elector Saxon. ubi jus Saxonicum servatur *c* & inde totum Imperium administrant, *d* hi duo PP. EE. *e* præ aliis proceribus merito. *f*

a) *Aur. Bull. t.* 5. *ubi Arum. & Buxd.* notant, quia simpliciter Rheni sit facta mentio, ideó ab eius prima origine, usq; ad finem, & ostium sitas provincias cōprehensas esse. *b*) Et hic notandum quod non dicatur in Franconiæ, sed in Franconico jure, unde intelliguntur etiam aliæ provinciæ extra Franconiam sitæ, quæ jure eo utuntur. *Freh. de or. Pal. lib.* 1. *c.* 15. & hæc vera puto nisi inibi aliquis vicarius perpetuus reperiatur, ut est Dux Sabaudiæ, Delphinus, Dux Burgundiæ. *c*) quia singularis juris Saxonici defensor constitutus. *Albin. in histor. Misn. part.* 1. *t.* 16 *Heig. p.* 1. *q.* 4. *n.* 35. Sed an in illis locis, ubi jus Saxonicum in desuetudinem abiit, ipsi jus adhuc sit salvum, quæritur? Quæstio hæc ex facto orta est, nondumq; decisa pendet.

Quo jure Palatinus vicarius imperii

Rectè affirmativè concludit Buxd. Sufficit enim latæ conſtitutionis jus illudibi viguiſſe, cuius abrogatio alteri jus quæſitum adimere non poteſt, *argt. l. fin. ff. de paſt.* deinde id non cauſam privilegii fuiſſe, ſed Demonſtrationis gratiâ adjectum, *addit Arumæus.* huic putem contra geſtum ab Imperatore confirmandum vel ratificandum non eſſe *ob dicta in concl. 16. lit. c.* aliâs certè Vicariatus Electoris Saxonici tandem omino aboleri poſſet. Si una cum abrogatione juris Saxonici jus hoc amplifſimum multis retro ſeculis legitimè acquiſitum, uſurpatum & quaſi poſſeſſum á Sereniſſimo illo Electore auferri liceret. Et ſicuti Elector Palatinus Vicariatus ſui munus exercere non deſinit in locis illis, ubi jus Franconicum obſoletum eſt, eâdem ratione Elector Saxonicæ Vicariatui ſui invigilare poteſt, ubi jus Saxonicum conſuetudine adumbratum eſt. Videtur ferè *Bux. d. loc.* inclinare, quaſi Haſſia ſub vicariatu Saxonico comprehenſa ſit. Sed eam ad Circulum Rhenanum inferiorem referri paret é Receſſ. Norib. **Erklärung deß Landfriedens** / Anno 1522. hernach folgen die zehen Kreyß / uti & non probatum utrum jus Saxonicum in Haſſia obſervetur. *d) Diet. de ſum. Sum. Imp. poteſt. concl* 21. *Thom. Mich. de juris. con.* 29. *Freher. de orig. Palat. lib.* 1. *c* 15. *Beſold. de reg. ſucceſſ. lib.* 3. *diſſ.* 3. *th.* 5. *Buxd conc.* 58. *ad aur. bull.* non obſtat, quod certæ provinciæ quædam hîc nominatæ ſint, cæteræ ergo excluſæ *l.* 12 *ff. de iud.* vicarius autem extra territorium ſibi aſſignatum, jus ſuum extendere non poteſt, *cap. ſuas*, 5. *de offic. vicar. l. fin. ff. de jurisdict.* nam non exercent jus ſuum ultra aſſignatam partem, neque ulla provincia excluſa eſſe poteſt: omne enim regnum Teutonicum duplici jure regebatur, Saxonico & Suevico, *autores ſupr. alleg.* *e)* partiendum erat hoc munus Summum, ne ſi uni commiſſum fuerit, is reſtituere nollet, *inſtruente Ariſt.* *f)* ut proximi á Cæſare *Beſold. d. loc. addle rationes, ſupra dictas.*

7. Et hoc quando Imperium vacat, vacata. quando Imperator fatis conceſſit vitâ, *a* quando faſces reſignat, *b* quando ob legitimas cauſas *c* de ſolio movetur. *d*

a) De quo nullum dubium, mors enim omnia ſolvit, *nov.* 22. *c.* 20. *b)* quod fecit Lotharius, monaſterium Prumienſe ingreſſus, *Otto Friſing. lib.* 6. *Chron. cap.* 1. & hoc ſeculo Carolus 5. Licitum enim hoc, *c.* 1. *de renunc. in* 6. *l.* 20 *de offic. præſid. l. fin. de defenſ. civit. Schrad. de feud. p.* 10. *ſect.* 3. *Vaſq. illuſt. q. cap.* 11. *nu.* 17. *& ſeqq.* *c)* ut, quia violavit fidem pactionibus capitulationis promiſſam enormiter, *Becht. de de ſec & ſalv. conduct. concl.* 146. vel quando delictis publicis inſanabiliter laborat. *Arniſ. de auctor. princip. cap.* 6. *num.* 10. *& ſeq. Becht d. loc. concluſ.* 147. Non prodeſt ipſi abſoluta poteſtas ad peccandum, *Dieter. de ſumma ſumm. Imp. poteſt. concl.* 16. honeſtate, & juſtitia ea moderari debet, *Dieter. d. loc. concluſ.* 63. requiro ut violet enormiter fidem datam, ut delinquat inſanabiliter, non enim omne quod ſpeciem violatæ fidei, vel delicti habet, in eo rigoroſè cenſurandum erit. Erubeſcit lex caſtigatores genitoribus filios conſtituere. *Nov.* 22 *c.* 24. pater enim licet improbus & cõemptor legum ſit, pater tamen eſt *Nov.* 12. *cap.* 1. princeps verò communis eſt patriæ pater, *Ariſt. lib.* 3. *cap.* 1 *de iur. Mai.* Imperator omnes ſubditos filios ac nepotes habere exiſtimatur, *l. ſi quis, C. de inoffic. teſt.* Canones eos, qui patres & Doctores reprehendunt culpant ve, infamiâ notant, *c. plerunq;* 2. *q.* 2. *c. quia dubitet, diſt.* 96. cogitan-

tandum est igneas Heroum mentes in possessionem missas, nec exinde pro arbitrio expellendas. *Zach. viet de caus. exempt. concl.* 14 *per l.* 1. *C. de serv. fugit. Nov.* 82. *cap.* 4. cogitandum principis vocem, vocem cœli esse, nec eius decreta, si modo non palam improba, improbanda *Nov.* 105. *cap.* 2. *in fin. cap.* 92. 97. 98. 101. *conf.* 11. *q.* 3. Omnis in dubio principis voluntas saltem de facto servanda est, *Cyn. in l. rescripta, nu.* 3. *& 4. C. de prec. imp. offer. Peregr. de iur. fisc. lib.* 1. *num.* 63. motus enim principis non sine causa præsumitur, *Gyn. d. l. Innocent. & Canonist. in cap. quæ in Eccles. cap. de consti.* semper enim pro Republica vigilat *l. fin. C. de quadrien. præscript.* miserabilius enim principe nihil viveret, nihil absurdius exauditi posset, quàm principem unicuiq; é populo rationem administrationis reddere teneri, cum plerunq; bono Reipubl. contra leges judicare cogatur, *Engelbrecht. de iurisd. concl.* 66. Esset enim hoc contra Majestatem. Sic Tiberius ad Senatum de Majestate differens, non aliter, inquit, ratio constat, quam si nulli reddatur. Et Augustus enim ait, qui jura Majestatis habet, nullius Imperio teneri oportet. Ergo rectè lex ipsa Imperatorem legibus solvit, *ut infr. conclus.* 46 *dicam, Bodin. de Republ. lib.* 1. *cap.* 8. *pag.* 85. Principi quare objici non debet, cur ita facis? Cum sufficit, quod ita vult *Bald. in l. fin. C. sentent. rescind. non posse, peregr. post specul. d. l.* ubi quia princeps est causa causarum, non est de eius potestate quærendum cum causæ primæ nulla sit causa, *Iason. ad Brun. cons.* 8. *d)* Quod ob prædictas causas fieri potest, *Ioan. Parlador. lib.* 1. *rer. quotid. cap.* 3. *Dieter. de summ. mp. potest. concl.* 211. præjudicium habemus in Adolpho, qui tum principes Imperii negligebat, indignos extollebat, publicé adulteria patrabat, virgines moniales, viduas constuprabat, fidem sigillo & literis obfirmatam violabat, de throno dejectus est, *Cuspin. in eius vita*, de hisce tamen multi probatæ authoritatis viri non solùm dubitant, sed & contradicunt, asserentes quod omnes procetes Imperii, qui contra ipsum conspiraverant, siniſtra mortis conditione sint correpti, de quibus illi inter se conveniant. Wenceslaus quoque fascibus & dignitate Imperatoriâ exutus fuit, quod sibi soli viveret, leges & judicia Imperii neglectui haberet, præter speciem hominis nihil præ se ferret. *Volaterr. lib.* 23. *Cuspin. in eius vita Peucer. Chron. lib.* 5. imó eius quoq; rescripta & privilegia cassata fuere, *Mynsing. cons.* 19. *num.* 6. Et hoc in Imperio nostro & regnis aliis parem conditionem habentibus dubio caret, *Becht. concl.* 145. in aliis verò regnis, sive hæreditariis sive electivis, quid observandum nostri instituti dicere non est. Res certé gravis, res periculosa, res iniqua libertatis januam populo aperire, si á domino non paternè sed truculenter tractantur, á domino sc. supremo, inferior longé est hîc Curia Parisiensis, quæ decrevit, que le seigneur qui abuse de sa justice, en doit estre privé. Sed annè proceribus Regni saltem licitum erit hoc casu dominum expellere? dimicant dd. *videatur Dn.* **Reinking**. *de reg. secul. lib.* 1. *class.* 1. *cap.* 5. *ubi refert & confutat quosdam. Mens nostra patescet, é conclus.* 49. *infr.* & licet Rex in subditos etiam religionis intuitu sæviat, placet tamen vox viri doctissimi, *Zach. Viet d. loc.* vos subditos ad mitia consilia voco, & aureum patientiæ numen, quod non nisi seditionum furiæ conculcant: fer, quisquis es, tempestatem istam ac imbrem: & ut melior aura aspiret, cœlum implora, quod si ne sic quidem emendatur, ad novercæ tumultum luget, & ut isti Tiberio non nisi apud inferos locus sit. Deum obtestare: Interim solum verte, unicumque levamen mali, absentiam á malo cense: γῆν φεύγ γῆν in

patria enim degit quisquis cum Diis suis exulat. Durum quidem hoc sed lex ita scripta est, *l. 12. ff. qui & á quib. manum.* Nec est ut adeó plangas cæsarem & Imperium adhuc habes, huc venito, hi vim pati prohibebunt, *l. 13. 25. ff. quod metus cons.* horũ authoritas est, ut á principum subalternorum potestate subditos eximere *Mynsing. 3. obs. 99. n. 3. Gail. 1. obs. 17.* hi Gallici perlamenti decretum exercere possunt, *de quo suprâ*, hi si opus Dionysios expellere, Nerones more maiorum plectere, Wenceslaos augustalibus infulis exuere possunt, talis horum potestas est, *per ea, quæ infra con. 44.* nec, si hi auxilium ferre distulerint, nec statim primó die petitioni succurrent, vel etsi non possent vel nunquam velint, fas tibi erit domino tuo insultare, patientiam, ut dictum, adhibe, ores, plores, veniens Deus veniet. Iniquissima & impiissima res est, si subditi sanguinolentas domino inferre conantur manus, licet sit Tyrannus, & vitiis inquinatissimus. Sacrum caput habet á Deo, profanâ tuâ manu immolandum non est. Sanctus est sanguis Regum, & adeó sanctus ut profundere sit nefas, hinc David, Alexander & Augustus immortalem meruerunt laudẽ vindicando parricidium *Dietr. concl. 2. 15. ubi addit*, quod Princeps Imperii, cujuscunq; etiam flagitii arguatur, capitali supplicio affici nequeat, quod solus Carolus 5. tentarit, sed irrito conatu, quod ego in medio relinquo. Depositionem Imperatoris monarchię obstare cerebro suo persuasit, rigorosus, non vocatus, iniquus tamen Rom. Imp. censor Bodin. novissimé & solidissimé eum refutat *Dn.* Reinking. *d. tract. lib. 1. class. 2. cap. 1. per tot.*

8. Quæ depositio ad quem spectet, an ad comitem Palatinum *a* totum collegium Electorale *b* Principes & status universos *c* an ad Iovẽ vaticanum *d* controvertunt doctores.

a) Quod negat *Dn. præcept. Herm. Vult. in l. 1. n. 6. & seq. C. ubi senat. dn. præc. Goth. Ant. p. m. disp. 5. d. jud. th. 14. Hering. de fideiuss. c. 7. n. 271.* pro affirmativa facit. *tex. generalis in aurea bull. c. 5. tex. specul. Suevic. lib. 1. c. 30. ibi* si Imperator accusatur de eo quod corruptione Imp. obtinuerit coram Palatino faciendum est, accedit præjudicium in causa Adolphi, de quo *Avent. lib. 7. Annal. Boi.* Alberti *de quo Rebdorf. in Annal. anno 1300. Buxdorf. concl. 79. qui concl. 81 ad aur. bull.* hæc ita conciliari posse putat, si dicatur, quod Palatinus sit judex primarius reliquis Electoribus non exclusis, idem innuit *Dn. Arum. discur. 3. ad aur. bul. concl 45.* sed vereor, ut hæc conciliatio stare possit, nullo n. nititur fundamanto, fortior forsitan esset, si diceremus, quod Comes Palatinus esset Judex etiam in causis criminalibus, *per prædicta affirmant*: quæ non tenderent ad depositionem principaliter, nam non ob quodvis crimen sceptro spoliari potest Imp. *ob dicta conclus. præced.* si veró agatur ad depositionem, cognoscat totum Collegium Electorale, quia ipsi maxima imperii cura post Augustum incumbit, depositio autem totum Imperium concernit. *b*) *Sic Tho. Mich. de Iurisd. concl. 131. Schonborn. lib. 5. Polit. c. 33. Zas. in l. non ambigitur, ff. de LL. n. 3. Bocer. de Iurisd c. 8. n. 76. Peucer. lib. 5. Chron. pag. 3.* Et horum sententiam quam verissimam judico, & validissimé probatur per formulam depositionis Wenceslai, quam nobis exhibet, *Goldast. in Const. Imp. pag. (mihi) 140.* depositio enim ad eum spectat, ad quem institutio *Buxd. concl. 11. arg. l. nihil tam naturale, ff. de R. I.* fallitur enim Baldus *in l. Barbarius, ff. de offic. prætor.* quod officium Electorum tantum in eligendo consistat, quâ peractâ amplius ipsis agendum non restet, *arg. l. Iudex postea quam, ff. de re jud.* nam latius eorũ officium se extendere, *patet ex dictis infra concl. 18.*

c) *ita*

c) ita *Molin. in consuet. Paris. 41. prin. Matth. Steph. de Iurisd. lib. 2. p. 1. c. 5. n. 47. Buxd. concl. 11. Becht. de securit. conl. 147.* d) Eó, proh Deum, flaminum fastus pervenit, *in c. ad Apostolica, de re iud. in 6. clement. Rom. de iurej. c. venerabilem de elect.* quod longa gnathonum culinæ pontificię series probat, é quibus noviter *Marta Neap. in tract de Iurisd strenuè pugnat.* illi malunt criminis læsæ Majest. rei fieri, quám dulci Babylonico calice carere: non omnes pontificii. DD. tã impudentes in asserendo tale absurdum sunt, veritatis inter cæteros amantior fuit Zasius, lumen illud Germaniæ, *in d. l. non ambigitur*, ubi dicit, quod ad Electores id pertineat.

9. Et quando Imp. extra Germaniam abiit, vicarii officium ad eosdem recidit.

Hoc casu enim quasi vacat Imper. *Buxd. concl. 54. ad aur. bull.* nec obest quod de hoc casu aurea bulla non meminerit, sed certos quosdam expresserit, ideoq; pro omisso sit habendus, *l. 12. ff de iud. l. maritus, C. de procur.* extra a. limites privilegium non sit extendendum, *c. sané, ibiq; Panor. de privil. conf. Marp. 31. nu. 14. conf. 19. n. 78.* Carolina constit. *tit 5.* expressè se refert ad privilegium Palatino insuper datũ, illo autem cautum est, **Wann das Römische Reich** vaciret. **oder ein Römischer Keyser oder König vber das Gebirg gezogen ist.** *Gold. in Reichssatzung/tom. 2. p. 2. p. 141. & seq.* Relatum autẽ inest referenti cum omnib. suis qualitatibus, modis & conditionibus, *l. ait, §. 1. ff. de re iud. l. in testamento, ff. de cond & demonst. Auth.* **Von deß H. Reichsstatt Friedberg Stand Reg. vnd Freyh** *pag. 17. n. 112.* nec exempla in contrarium, quem movere debeant, non enim exemplis sed legibus judicandum, *l. nemo C. de sent. & interloc.* in primis cum multa etiam illis contraria præjudicia habet. *Buxdorf. dict. loc.* Arumæus rem distinctione explanari putat, ut si Imperator vel Rex ipse vicarium constituit, is nostris hisce vicariis sit præferendus, quando verò Imp. sine dispositione discessit, tunc administratio ad Com. Palat. vel Elect. Sax. pertineat, puto tamen hanc distinctionem stare non posse. Imperator enim nulli jus acquisitum sine facto ipsius auferre potest, nec sine consensu ipsorum alteri vicem suam delegare potuerit, exemplo Caroli 5. qui Ferdinandum fratrem suum constituere volens vicarium, coactus est, id facere cum consensu Com. Palat. & Ducis Saxon. *Venn. conf. 16. n. 18. inter conf claud. cant.* & pro maioti cautela literas reversales, ut vocant, dedit dictis PP. EE *quas videmus apud Gold p. 242.*

10. Electores vicarii prædicti jurisdictione ordinaria muniti *a* judicia exercẽt cameræ imperialis, *b* Aulæ Cæsareæ *c* uterq; simul *d* appellatione remotâ *e* in omnibus causis, quæ inibi exerceri solent. *f*

a) *arg. l. 6. ff. de iurisd.* habent enim eam á lege & suo jure. *Flor. á Venning. conf. 24. n. 23. Buxd & Arum. ad aur. bull. tit. 5.* b) *aur. bull. t. 5.* c) Est enim & hoc judicium Imperii idq; Archiepiscopus Moguntinus ut Imperii Archicancellar. toti imperio juramento obstringit. *Thom. Mich de iurisd. concl. 28.* d) *Buxd. concl 60. ad aur. bul.* ubi id præjudiciis confirmatum asserit, quod & nos rescimus, utriusque vicarii nomine & cõmuni sigillo processus expeditos esse, licet probabiliter de hoc dubitari posset, per ea, quæ tradit *Buxd. d. loc.* e) ad quem enim provocandum sit, non video, non ad Imperatorem, eórum enim tribunal cum eiusdem idem est, *arg. t. 1. C. de eo qui vicem. alter.* Electus quoq; ante omnia acta gestaq; eorum ratificare tenetur, repræsentant Imperatorem, appellationes a. ad idem tribunal nõ deferun-

tur, sed gradatim fieri debent, *l. præcipimus, c, de appell. l. Imperatores. ff. eod c. Romana, de appell. in 6.* *f)* *tex. aur. bull. 4. 5.* qui generalis est, generaliter ergo intelligendus, *l. 1. § generaliter, ff de legat. præst. & simil.* vicarius aliâs quoq; de omnibus causis cognoscere potest, de quibus principalis eum non prohibuit, *c. 2. & ibi. gl. de offic. vicar. in 6.* reservatione quorundam etiam Imp. cætera comisisse intelligitur, *l. quæsitum, §. 43. ff. de Inst. 2. vel instr. leg.* indiscriminatim igitur causæ sive civiles sive criminales vel feudales ipsis subjacent.

11. Habent quoq; potestatem ad beneficia Ecclesiastica præsentandi *a* reditus & proventus Imperii recolligendi *b* de feudis juramenta fidelitatis nomine & vice Imp. recipiendi. *c*

a) *text. in tab. 6. 4. 5.* & quidem primó unum in qualibet Germaniæ Ecclesia ad beneficia ejusdem præsentandi & recipi jubendi, quod jus primariarum precum nomine intitulatur, *Sixtin. de regal. 1. c. 9. nu 26. Gail. 2. obs. 155. n. 7. Thom. Mich. de jurisd. concl 7. Dn. Arum. & Buxdorf. ad aur. bull. t. 5.* Gailius *dict. loc. tradit* hoc jus Imperatori competere non proprio jure, sed concessum ipsi fuisse á Pontificiali clementia, verùm vir Nobilis & omni ævo honorandus fallitur in eo, & refutatur á *Dom. Arum. discurs. 3. ad aur. bull concl. 26.* vi enim Majestatis hoc competere verius est. *Thom. Mich. concl. 13.* Secundó præsentant ob jus patronatus, quod Cæsar habet, vel propter structionem & fundationem Ecclesiæ, *c. nobis, 25. de iur. patron.* vel si id habet titulo donationis, *c. nemo, de consecrat. distinct. 1.* vel præscriptione, *c. querelam, de election. & elect.* vel aliis modis quibusvis, *Mart. de jurisd. p. 2. 41. nu. 7.* quæ præsentatio fieri debet inter quadrimestre á die scientiæ aliâs devolvitur, *c. unic. de iur. patron. 6. Petr. Frid Mydan. lib. 3. cap. 19. nu. 17.* An autem Imp. vel nomine eius vicarius alius & diversæ religionis hominem, quam recipientis, possit præsentare controvertitur? *Affirmat Schonborn lib 4. cap. 6.* contrarium tamen ut verius est propter constit. pacis religionis, ita & receptum. *b)* *text. d. t. 5. aur. bull.* quod hodie per exiguos dicit *Schneid. tit. Inst. de hæred. quæ ab intest. defer. vers de success. fisci num. 5.* adeó ut vix sufficiant alendis postis, cum tempore Friderici I. Sexaginta auri tonnas annuatim superarent. Hos veró deductis impensis restituere debent, *argum. l. idemque, §. idem Labeo, l. si mandatis, §. 1. mandati, l qui negotiationem, ibi lucrum facere ex tutela non debet, ff. de administr. tut.* jus tantum habent colligendi non retinendi, lex administrationem defert, non donat, *arg. l. filiusfam. ff. de donat. l. creditor, §. Lucius, ff. mandati.* *c)* *tex. dict t. 5. aur bull.* Regiments-Ordnung *de ann. 1521. §.* Aber andere geringere Lehen. hoc sc. tum quando annus petendę investituræ durante vicariatu finiretur *Buxd. & Arum. d. loc.* quæ tamen per Regem postea electum innovantur *aur. bull. d. t. 5.*

12. In summa tantum possunt quantum Imperator ipse *a* gaudent & reservatis ipsius, *b* an veró etiam plenitudine potestatis? *c* Alienare tamen nihil, quod est Imperii, possunt, *d* neque alienatione consentire *e*.

a) *l. 1. & 2. C. de eo qui vicem alt.* quod á reservatione quorundam, ut colla-

collationis, regalium feudorum, alienationis interdictæ, manifestum evadit. *l. quæsitum, § idem respondit. ff. de in rem. legat.* maximé é particula specialiter reservamus, *videatur latè. Buxd. concl. 71.* b) de quo Dd. maximé dissent ut est videre *apud Buxdorf. concl. 72.* nec nodum dissolvet, si diceremus reservata principis esse duplicia, quædam nunquam communicare solet, quædam aliis demandare. *Anton. Hanfman. de remonet. concl. 4.* nam nunquam id tamen fit sine speciali concessione, *c. cum in generalib, & est communis, Dd. conclusio,* utut sit, consuetudo nos docet eos ad reservata Principis manus admovere, ut rescimus ptæjudicia, dum Administrator Palat. Doctorem quempiam Nobilitate Equestri donavit, dum moratorias inducias, C. F. cuidam indulsit. Vulgó **Anstaudtsbrieff oder** quinquennel, quod solius Imperatoris vel Regis est. *Reform. Pol. de anno 1548. tit.* **Von den verdorbenen Kauffleuten / §. vnnd nach dem /** lex enim Imperii nihil quod est de administratione Regis, ipsis vicariis interdixit, nisi feudalium Regalium causas & alienationem, quod per plura præjudicia probari potest. Ratio subest prærerea hæc, licét Imperator decesserit, Imperium tamen durat ejusque majestas non mutatur, sed eadem semper permanet, *Bald. consil. 363. argument. l. proponebatur. ff. de iudic. & cap. si gratiùs de rescript. in 6 peregr. de iure fisc. lib. 1. num. 5.* Quæ dictis PP. EE. interim administranda saltem conceditur. Et sicut Mandatarius vel Procurator dominus quidem non est, nec res suo nomine, sed alieno administrat, & non proprio jure possidet, sed domino restituere cogitur; ita & nostri Vicarii suo jure & proprio nomine Jura Majestatis non administrant, sed nomine Imperii, & Regi electo retribuere tenentur. Nec obstat quod in reliquis jurisdictionem ordinariam habeant, nam illius sunt capaces, Majestatis verò non, *ob sequentem rationem.* Nec obest, quod Imperium non magis lætorum administrationem ipsis videatur committere, quàm Jurium Majestatis, nam hîc regula illa locum obtinet, passio recipitur, pro modo sive conditione patientis, vel recipiens non recipit per modum imprimentis, sed per modum suæ receptivitatis. Vicarius procurator autem Cæsaris *& á Bald. consil. 329. incip. quæritur, si Rex Roman. num. 5. libr. 1. Alexand. Raudens. de Analog. lib. 1. cap. 28. num. 10.* Comparatur magis quam feudatario domino. Et quod ad plenitudinem potestatis, & Majestatem exercendam non sit idoneus, *post Nattam, & alios tenet Raudens. d. l.* c) quod itidem quidam negant, quidam affirmant, *ut videtur, apud Buxdorf. concl. 74.* ibi affirmare dicit *Dn. Vultej. consil. 19. numer. 137. volum. 3. consil. Marpurg.* quod tamen apud eum non invenio, dicit *dict. leg. numer. 135.* quod solus summus princeps eâ utatur, hoc verissimum ego quoque puto, nemini enim plenitudo potestatis competit, nisi habeat Majestatem, vicarii autem Majestate sunt destituti. Maiestas enim nulla nisi sit summa & perpetua, perpetua autem in vicariis non reperitur, nam ad manus Regis reddere tenentur, ut concludit in terminis, *Dieter. de summ. Imper. potest. conclus. 18. & seqq.* d) *text. in aur. bull. 1. §. l. 1. & 2. ff. de reb. eor.* procurator enim licét cum liberâ alienandi voluntati abstinet, *l. 1. §. 1. ff. de proc. Cæs. l. Imperatores, ff. de pact.* quid? quod & ipse Imp. hodie alienare non valet, propter pactum capitulationis, *Sleid. lib. 1. de stat. Reipub.* e), est enim consensus alienationis instar, *l. 9. in adibus, § quod si filius, ff. de donat. l. &*

desinit.

deſinit, ff. ſolut. matr. Tiraq. de iur. retract. verb. ou lignagier, gl. 9. n. 139. & hoc indicant verba bullæ, vnnd hat auß Keyſerlicher gůte zuverbieten alle Vereuſſerung vnnd Verpfendung/ ſo zum Reich gehören/ *d. t. 5.*

13. Præterea excipiuntur feuda Regalia, vulgó Fahn-Lehen/ quorum inveſtituram & collationem ſibi ſoli Imperator mancipavit, *a* quod idem judicium eſt in feudis Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum *b.*

a) *Aur. bull t. 5.* vocantur autem **Fahnlehen**/ quia principes de his ſub vexillis inveſtiri ſolebant, *Dn. Goth. Ant præcept. mihi pia memoria colendus diſp. feud. t. th. 6. lit d. & feudiſta communiter,* qui mos ante paucos annos in deſuetudinem abiit, *Andr. Knich. de iur. Saxon. non prov. verb. ducum. c. 4. n. 55.* *b*) *d. t. 5.* ubi generaliter excipiuntur feuda principum, (*poſtea additur*) & illis quæ **Fahnlehen** vocantur, &c. Principes autē hos eſſe quis negabit? niſi qui cum Arnoldo Brixiano hæreſeos damnationem vilipendet, principes in aurea bulla & **Reichs-Abſchieden** paſſim appellantur, *concl. 19. infra.* Nec movet, quod non cum vexillis, ſed ſceptro inveſtiriſolent, unde **Scepter-Lehen**/ *Schrad. p. 2. c. 3. n. 6. & 7.* Deinde quód ſpecificé non fuerint nominati, *in dict. t. 5.* pro omiſſis ergo habendi ſunt, *l. maritus, C. de procur.* nam reſponſum jam eſt, quod ſub nomine principum contineantur, innuit id quoq; particula ET, quæ diverſa copulat, *gloſſ. ſub rub. ff. de iur. & fact. ignor.* poſito ſaltem quod ſpecificari non ſint, tamen quia eadem de iis habenda ratio, ſequitur quód & idem jus de illis ſtatuendū, nam & exceptio de uno caſu interpoſita trahitur ad alios caſus ſimilem habentes rationem, *Cravet. conſ. 540. n. 17.*

14. Cognoſcit etiam ſolus Imperator de huiuſmodi feudis.

Receſſ. Imp. de anno 1521. ſub rube. **Römiſch. Keyſ. Regiment/ §. ob auch Sachen vorfielen/ Fürſtenthumb/ Grafſchafften/ belangend/ ſo vom Reich zu Lehen rühren/ ſo einem Theil gäntzlich vnd endlich ſol abgeſprochen werden/ derſelben erkändtnüß wollen wir vns auch hierinn vorbehalten haben.** & hæc verba ne unico mutato repetuntur, *in ordinat. Cam. p. 2 t. 7. Denaiſ. de iur. Camer. t. 141.* accedit textus juris feudalis, *c. unic. apud quem controv feud. c. 1. in princ. de leg. Conradi.* ibiq; definita Dd. authoritas. *inter quos, Dn. præceptor Vultei, qui mihi unus ſufficit, lib. 2. feud. c. 2 n. 9.* addens quod in iiſdem ceſſent quoq; privilegiatæ inſtantiæ, vulgó **die Austrag**/ quod ipſa veritas. *Acta* **In Sachen die Fürſtlich.** *Marp. Succ. in fori except. Rip. & dupl. paſſim.* Licet autem hæc adeó clara ſint ut quis juraret neminem reperiri, qui contra aſſerere audeat, ſunt tamen, qui ſolicitam de iis movent dubitationem, *Novell. 44. cap. 1.* licet non conſtanter facere tamen poſſunt ſola negatione, *l fin. C quib. ad libert. provoc.* dolendum quidem quod homines ſuam naturalem ad diſſentiendum affectionem, *l. 17. §. 6. ff. de recept. arb.* anxié immiſcent in id, quod ipſis ademptum eſt, & ſacrum Majeſtatis ſibi reſervavit, *in l. fin. C. de legib.* de mente Legislatoris ſatis ſuperq; nobis hic conſtat, verba quoq; clara ſunt, imo luce meridiana clariora, frivolū ergo corraſis hinc inde ratiunculis cōtrá inſurgere, calumnioſa eſt interpretatio ubi verba clara ſunt. *Vultej. conſ. Marp. 24. n. 5.* inanis eſt interpretatio, ubi clara quæſtionis determinatio, *l. ancilla, C. de furt.* in claris non datur conjectura, *l. ille. ff. de leg. 2.* quamvis hæc veriſſima ſint, pauló tamen latius inquirendum ut fundamenta contra ſentientium eſſet, viam enim ferro aperit, qui per contraria

vadit

vadit. *Bald. in l. precibus, c. de impub & al. subst.* plerisq; tamen *á Dn. D.* **Reinking** satisfactum est ad text. supra alleg. ℞. dissentientes, eos excludere quidem cognitionem Cameralium, verúm non parium curiæ, qui sunt status Imperii, sed inepta hæc est responsio, nam tit. **ob auch Sachen vorfielen**/ loquitur tantummodo de Majestate Imperatoriâ, vel ipsa absente Rege Romano, subjectus deinde est tit. iis, qui agunt de causis, in quibus status Imperii cognoscere possunt, tertió constat non tantúm á Cameræ Imperialis jurisdictione hæc feuda excepta esse, sed etiam á summo judicio, quod vocabatur Regimẽtum multoq; Augustius fuit, multó majorem potestatem quám Camera habuit. *ordinat. Reg. tit.* **von den Zwantzigen**/ *de ann.* 1500 *An.* 1521 *sub rubr.* **Ordnung deß Regiments.** Et quid deniq;, si diceremus Imp. in hisce judicare, non ut dominum feudi, aliâs enim & in cæteris feudis immediatis non Regalibus solus cognosceret, quod Camera concurrens non probaret, *Gail. 1. obs. 19. nu 3. Dn D.* **Reinking** *lib. 1. class. 4. c. 19. n. 48.* Sed ut judicem maiorem in causâ arduâ, & gravi, *l. non distinguemus, §. de liberali, ff. de recept. arb. l 2. C. de pedan. jud. Gail. 1. obs. 1. num 32.* **Magenhorst.** *in annot. ant. ord. Cam. 2 t. 7. Dn. D.* **Reinking** *d. l. Liepold. de concurr. jurisd. con. 6. Panorm de jurisd lib. 2. c. 5. nu. 91. Acta* **In Sachen Fürst.** *Marp. Success. d. l* Sic enim & Moyses suasu Jethro soceri sui constituit judices, cum clausula, ut, si quid majus & gravius accidat, ad ipsum referant *Exod. 18.* Fundamentum certé diss. validum non habent, ubi pedem figant. In astruendo **deß Alten Fürstenrechts**/ non patrocinatur ipsis Rescriptum Sigismundi, his verbis: quæstiones, feudales, per Dominum feudi, & pares curiæ decernendæ sunt, *de quo paulò post* Exempla quidem in arenam producunt. Ad quę in genere primó respond. Non exemplis sed legibus esse judicandum, *l. nemo, C. de sent. & interloc.* Secundó in plerisque *interversatum* fuisse interesse Imperatoris, quo in casu facilé ipsis cedimus. Tertió esse priora juribus allatis, illis igitur, si concludendi efficaciam ullam habuissent, hîc derogatum est, *l sed & ff de ll. l. fin. ff de const. princ.* Quartó, imó expressé sunt abrogata, *per d. ord §.* **dargegen sollen auch**/ impuné ergó allegari hinc non possunt, *l. 2. §. 19. C. de vet. iur. enucl l. fin. ff. de fals.* Quintó ergó, quia dicta jura mutata non sunt, vigorem habent, *l. præcipimus, C. de appell.* Si enim essent correcta, quod legibus nostris odiosum est, *l unic. C. de inoff dot.* factum id esset, vel tacité vel expressé, non expressé, quia nulla lex contraria monstratur. Non tacité, 1. quia tacitus consensus in juribus abdicativis & præjudicialibus non sufficit, *l. filiusfam §. invitum. ff. de procur. l. sicut, §. non videtur, ff. quibus mod pignor. vel hypoth. solv l. Cajus, ff de pignor. l procurator, ff. rem rat. hab.* Secundó, quia actus non uniformes, *Elber. Leon. cons. 80.* Tertió, & etiamsi uniformes essent, tamen animus consuetudinem inducendi inde non appareret. *Ruin. cons. 18. n. 12. vol. 1.* meræ enim & liberæ voluntatis fuére, á quibus præscriptio arcetur, *commun. Dd per l. viam ff. de via public Zas. ad l. de quibus ff d. ll. nu. 57.* ubi hoc verum dicit, licét decies millies actum sit. Nec enim ex eo, quod Romæ unâ, alterâ vel pluribus vicibus factum est, jus constituitur, sed lex & norma legib. præscripta attendenda est, *l. sed licet, ff. de offic. præs Aut.* **deß gründlichen Berichts von deß H. Reichsstatt Friedberg Stand**/ *rc. pag 130. nu. 46* Maximé quia Imp. successori præire nequit, *Wes parat ff de const. princ. ibiq; alleg.* Multum igitur abest, ut in vim pragmaticæ constitutionis allegari possint, *Engelbrecht. de Iurisd concl. 120.* Ad Sigismundi rescriptum, præter supradicta, responderi potest, id tantúm excludere velle concilium Basiliense, ubi dux Lawenburgicus cõ-

troversiam finiri volebat, rescribit ergó Imperator, juxta rationem juris feudalis, ita ut pro diversitate controversiæ pertineat vel ad Imp. solum, si inter Capitaneos Regni lis esset, *dd. jurib.* vel si ipsius causa interversaretur ad pares curiæ. Copula enim ET, pro subjecta materia non inepté disjungit, *l. sæpé ita, ff. de V. S. l. 28. eod. ibidemq; Gœdd. Everh. Top. loc. á cop.* Licet enim Imp. in propria causa possit esse judex, cum superiorem non habeat, *l. & hoc. ff. de hær. Inst. §. Inst. de vulg. subst. l. pen. ff. de his, qui in testam. del. ibiq; Dd.* tamen quia ipse se ex alto demisit, & se legibus Regni obstrinxit, *infr. concl. 23.* recté coram paribus convenitur. *Dn. præcept. p. m. Goth. Ant. disp. feud. 14. th. 2. Dn. præcept. Vult. de feud. lib. 2. c. 2. n. 23. per text. c. 1. § sententia, vers. si qua, de pace const.* Et hoc consuetudine firmatum asserunt Dd. & sic Sigismundus ad Conradum Archiep. Mog. scribit: **Nach dem wir auch vernemen recht zu denselben Niederlanden zu haben/ vnd in vnser eigen Sachen nicht wol Richter gesein mögen/ vnd weil die Sach deß H. Reichs treffentliche Lehen anrühret/ so haben wir Fürsten/ Graven vnd Rähte darumb gehabt/ vnd meynen daß es Billich sey/ daß die Sach vor deß H. Reichs Mannen außgetragen werde/** *referente Buxdorf. concl. 83. ad aur. bull.* & hoc expressé *in Spec. Suev.* sancitum reperitur: ibi, **kriegt der König vmb Gut/ das des Reichs ist/ da sollen vbersprechen/ Fürsten/ Graven/ vnd Freyen/ vnd deß Reichs Dienstmann/** hæc igitur mens fuit Sigismundi, nullum igitur jus singulare principum continet. Nostra autem sententia longé antiquior quoque est, **Reichs-Abschied zu Meyntz/** *tit. 24. anno 1236. Gold. Const. Imp. pag. mihi 80. ibi*, **vnd soll die Lüde richten die jhme klagen/ von allen Lüden/ ohne Fürsten vnd andere Hohelüde/ wo es gehet an jhr Libe/ oder an jhr Recht/ oder an jhr Erbe/ oder an yre Ehre/ das wöllen wir selber richten.** Urgent quoque præjudicium in causa celeberrima inter Illustriss. Principes Cattorum. & Comites Nassavios, quæ tandem per arbitros honorarios composita est: & quidem post latas dictas constitutiones. Sed quis non videt, id ipsis potiús officere, quám intentionem probare. Non tantum enim Imperator in ea cognovit, sed & sententiam tulit solus. Quod autem sententia retractata fuit, in causa erat, quantum ex historicis liquet, quod Philippus Hassiæ princeps Heros incomparabilis, eam contra se non satis, ut qui in vinculis esset, auditum latam, & quidem á judice offenso & suspecto iucusabat, ob majus igitur malum vitandum Principes & Electores sese interposuerunt, & singulariter ab Imperatore revisionem sententiæ impetrarunt, in quod ut in cætera petita Imp. tunc consensit: Si autem ipsis hoc ipso jure licuisset, singulari impetratione quid opus fuisset? *l. un. C. de thesaur. videatur, Gleid. lib. 21. 22. 23. 24. 26. Dulich. Chron. Hass. p. 2.* **Vertrag zu Passaw/** *anno 1552. apud Gold. const. Imp. p. m. 184.* Nó minus tamen bene & prudenter faciet si in hisce causis, ut gravissimis, cum consilio procerum Imperii cognoscet, *juxta recess. Imp. de ann. 1551. §.* **nach dem.**

15. Quid autem si de possessione lis movetur? *a* Quid si de parte ejusmodi feudi regalem dignitatem habentis disceptatur? *b*

a) dict. tit. **ob auch Sachen vorfielen/** locum habere negat *Tho. Mich. de jurisd. concl. 28. Matth. Steph. lib. 2. c. 1.* distinctionem possessorii & petitorii extruentes é verbis **Gentzlich vnd endlich/** eó quod possessorium litem non finiat, sed sit tantum præparatorium petitorii, *l. 1. §. fin. ff. de aqua quot. & æst.* sed cõtra stare videtur textus generalis *in dict. ord.* generaliter ergo intelligendus, *l. 1. §. generaliter. ff. de leg. pr.* nec distin-

distinguendum, *l. de pretio, ff. de publ. in rem. act.* Secundó, quia de possessione & proprietate apud unum & eundem judicem disceptari debet, *l. nulli, C. de jud. c. significarent. de test. c. 1. de seq. poss. c. cum ad sed de restit. spol.* ne causæ continentia dividatur, *d. jurib.* Respondent ad hoc diss. id fallere, si res, de qua controvertitur, ita comparata sit, ut is, qui in possessorio judex fuit, in proprietatis causa judex esse nequeat, ideo quia petitorium alterius cognitioni specialiter sit reservatum. *Bart. in l. in comodato, §. duabus, ff commod. Ias. on. in d. l. nulli n. 6 Zas. ibidem n. 14. Menoch. arb. cas. 371. n. 23.* Verum replic. meram id Dd. esse traditionem contrarium enim *Div. Constan. in d. Lulli*, decidit, quod sc. nec beneficio immutari possit, & contra supplicans sit puniendus. Pars enim litigans ea divellens amissione causæ, vel arbitrarié punitur, *Menoch. arb. cas. 372. n. 3. & seqq. Dn. præcep. Gœdd. c. 1. de seq. n. 55. Gail. 1 obs. 32. n. 11. Sich. in d. l. nulli, n. ult.* vel posito quod talis limitatio valeat, tantum tamen procedet in iis casibus, quando judex pro natura rei controversæ potest cognoscere, tanta autem horum feudorum gravitas, ut omnem alium præter Imp. judicem respuant, præsupponunt ergo illi id, de quo controvertitur. Tertió, quicunq; enim cognoscit de possessione, coram eo & de proprietate litigandum, *ut supra*, nõ obstante etiamsi possessionis tantum cognitio sit delegata, *c. 1. de seq. poss. Gail. 1. obs. 35. n. 11. ibiq. alleg.* adeó ut non curetur quod delegatio sit stricti juris, *c. super eo, de offic. deleg. Gail. de obs. n. 5.* cum igitur petitorium soli Imperatori competit, necesse est, ut & possessorium, tanquam necessarium antecedens, ipsi soli reservatum dicamus, aut utrumque negemus *Leopold. de concurr jurud. concl. 5.* Nec obstant particulæ **Gentzlich vnnd endlich** nam utraq; de divinitiva intelligi debet, fertur autem & in possessorio diffinitiva *Alexand. in l quod possit, n. 10 de re jud. Gail. 1. obs. 7. nu 4. Marant. de ord. jud. p. 6. t. de sent. n. 35.* Altera alteram explicat. Si quidem non raró copula ET ponitur inter eadem & similia, & resolvitur in expositivam, ac stat declarativé inter duo idẽ importantia, *Ias. on. d. l. 32. n. 3. ff. de LL. Sich. ad l. 2. n. 3. c. quæ sit lon. conf. Dn. D.* **Reinking** *lib. 2. cl. 4. c. 19. n. 53.* proponitur pro *id est, Dn. præcept. & Affinis meus honorandus, Gœdd. ad l. 28 §. 1. ff. de V. S. n. 8.* Et hinc non objici potest, quod verba non debeant esse otiosa, sed quodlibet eorum, quid operari debet, *l. si quando, §. 1. ff. de legat. 1. l. si stipulatum. ff. de usur.* nam hæc regula officium suum sæpissimé perdit, *ut annotat, Socin. Reg. 535. ubi quartó loco ponit.* id fieri, quando verborum expressio resultaret contra jus vel ejus intellectum, nam tunc verba nihil operantur, sed debent reduci ad partem dispositionẽ de jure communi, cui fallẽtiæ nostro hoc casu locus patet. Deniq; hc colligi possit. Quod possessorium debeat ventilari vel corã Austregis, ut judicib. rei convensi; (nam lis hujusmodi tantũ inter immediatos esse potest) sed non hoc, nam judices **vermög der Außtrag** in feudalib. non cognoscunt, *Gail 1. obs. 1. n. 54. Mindan. lib 1. c. 19. n. 18. & seq. Ampliss. Dn. prac. Hunn. Ref disp. Treutl. 6. q. 30 per tot.* vel ratione rei sitæ coram Imp. aut in Camera Imperii, his n. in locis de possessione agi potest, *Lunic. C. ubi de possess. ibiq. Vult. nu. 43.* quibus addi potest judicium parium in feudalibus, *Dn. Vult. lib. 2 feud. c. 2. n. 40. ubi multos alleg. qui eam communẽ dicunt.* Ad Cameram autem regulariter cusæ, Imperii in prima instantia non pertinent, sed demũ per viam appellationis devolvuntur, *Gail. 1. obs. 1. n. 1. & 5.* quæ autem primã Cameræ instantiam fundant, fideliter á Gailio *1. obs. 1. per tot. Paurm. c. 5. Mindan. lib. 1. c. 20.* recensetur: ita ut præter eas nullas alias admittere jubeat *Rutig. Ruland. de comm. lib. 2. c. 3 n. 1.* inter illas autẽ hæc nostra non reperitur, pro omissa ergo habenda, *l. 12.*

ff. de jud. sequitur hinc, quod possessionis disceptatio apud solum Imp. facienda sive id fiat ratione immediatæ & reservatæ subjectionis, sive qualitatis feudalis, & sic recte quidem inferretur ex mente Rulandi, nos tamen illationi isti non tutó fidimus. *b) Rosenthal. de feud. c. 12. concl. 1. n. 30. Sixt. de regal. lib. 1. c. ult nu. 19. & seqq.* Negant, pro fundamento ascribunt verb. **Gentzlich**. Sanior autē & verior est contraria opinio, quā propugnant, *Dn. Goth. Ant. p. m. disp. Antivult. 2 Corol. 5. 6. 7. Schrad. de feud. p. 10. sect. 2. n. 68. Paurm de Iurisd. lib 2. c. 5. n. 96. Pruckman. cons. 16. n. 7. Dn. D* Reinking *de reg. Sec. lib. 1. cl. 4. c. 19. nu. 99. 100.* Quia idem juris est in parte quoad partem, quod in toto quo ad totum, *l. qua de tota, ff. de R. V.* Nisi manifesta totius & partis diversa ratio monstretur, *Everhard. in top. loc. á tot. ad part.* nostro autem casu eadem militat ratio, ergo idem jus de eo statuendum, *l. illud. ff. ad l. Aquil.* interest enim Imperii, ne dismembrentur ducatus, & feuda regalia, vel aliud quippiam in iis disponatur, q; in Imperii vel agnatorum simul vocatorū præjudicium vergere possit, Dn. *D.* Reinking *d. loc.* vocab. **Gentzlich**/ hic non denotat quantitatem rei controversæ, sed qualitatē sententiæ, *Acta* in Sachen Marpurg/ *succes. ubi præjudicium factum, An. 1613. 23. Octob.* Præjudicium, *quod author Decis. Camer. in verb Feudum habet,* nō stringit, nam ipsemet auth. *eod loc. vers. feuda alienabilia,* dicit quod Imperat. eam in causa fuerit obligatus de evictione, quo ipse in feudis judex esse nequit, *concluss. praced.* ad quod narratum processus decreti fuerunt. Idem Autor *in verbo Cæsarie. servata,* dicit plura apud Seilerum, hujus rei præjudicia haberi, quæ ego invenire non potui.

16. Vicariatum ob absentiam extinguit Imperator reversus. *a* Ob vacationem Imperii ejusdem electio, *b* quam sequitur ratihabitio & confirmatio gestorum *c*.

a) c. cessante de appell. cum vulg. simil. Tiraq. tr. á cessante causâ. b) Si modó Electus Imperii fasces acceptarit, & in Imperii fines pedem tulerit: aliâs ob absentiam vicariatus vigorem retineret, *concl. 6. supr.* & ita tempore Caroli 5. usu obtinuit, quo electo Mens. Jun. Anno 1519. duravit potestas vicariorum usq; ad aditū in Germaniam, factum anno 1520. sub tempore veris, *teste Sleid.* Coronationis tamen actus non expectatur ob dicta, *concl. 39. infr. c) Aur. bull. tit. 5.* & quidem sub religione juramenti, quod Electi Imp. Electoribus super pactis capitularionis præstant, *Sleid. lib. 1. Anno 1519.* Si modó talis actus sit, qui jure á vicario gestus est, aliâs Imperator non tenetur eum confirmare. Omnis enim promissio tacitam hanc conditionem complectitur *arg. l. 30. ff. de oper. libert. l. 54. §. ff. locat. cum simili b.* actus juri contrarius nullius est momenti *l. 5. C. de legib.* huic confirmari nequit: non entis nulla accidentia. Sic si Vicarius ultra districtum sui vicariatus, quid gesserit, Imperator non tantúm non tenetur confirmare, quia iniquè fecit *l. fin ff. de Iurud. l. 1. § fin l. 3. ff. de tut. & curat. dat.* sed non potest, ne alteri jus suum auferat *l. avus, C. de emancip. § fin. Inst. de his qui sui vel alien. jur.* formulam confirmationis annis annotavit, *Gold.* In Reichs-Satzung/ *fol. 242.*

17. Et tandem de administratione interregni, cui, (Deo sit gratiâ) liberâ electione Imperatoris Ferdinandi 2. finis rursus impositus est.

Quo enim brevius est interregnū, eo melius est, comprimis hoc nostro tempore,

pore, ubi totum Imper. anceps fluctuat, armis & tumultu trepidat, sibiq; quasi caput suspirat. Hic Andius sine bono censura suâ malitiosâ prodit in scenam, *lib. 2. c. 3 in fin. lib. 4 n. 391. de Rep.* novum nobis formans Regnum. Ubi ait. In Austria gentes rerum gestarum gloriâ clarissima, Imperium Germanorum tam alte radices egit, ut ejus evellendi vix ulla spes esse videatur. *Bodin. teste*, septemviri Electores liberam eligendi potestatem non habent. Nemo hoc præter Bodinum hactenus dicere conatus est. Sic constitutio Caroli Quarti in perpetuum non est valitura, *aur. bull. t.* 1. & sacramentum in capitulatione præstitum, quod Imperium Imperator non velit hæreditarium facere, sed electorum liberæ electioni relinquere, incontemptum ibit. *Sleid. lib.* 1. vana & superflua erit inscriptio talis. **Wir von Gottes gnaden erwöhlter Römischer Keyser.** Observantia aliter ipsum docere debuisset. Sed totus malus est in Imperium nostrum. Quod autem hactenus continua serie octo é serenissima Austriaca familia sceptra tenuere, & jam ex eâdem domo Ferdinandus 2, pius, Felix, inclytus victor ac triumphator, semper Augustus, cui vita, salus & victoria, ad gubernacula mundi rité & legitimé designatus est, factum est electione & voluntate Electorum. Concedimus ultró Bodino, quod gens hæc gloriâ rerum sit clarissima, unde etiam ut idonei ad thronum evecti fuêre. Profuit ipsis majorum meritum, quod approbat jus nostrum, *l. jubemus, C. de advoc. diverf. jud.* quó respexit, A. E. Moguntinus *apud Sleid. lib.* 1. *in orat. pro Carolo* 5. *dicens*: itáne de nobis & Imperio meritus est Maximilianus. Profuit ipsis propria & quidem singularis virtus, de qua apud probatos autores maximé commendantur. Taceo possessionem Ungarici & Bohemici Regnorum eligendo, causam movet Principibus, sunt enim hæc regna, propugnacula & murus Germaniæ Turcis oppositus, *Sleid. lib.* 8. Et quis mihi vel Bodino notificaret causas, quare præ cæteris Principibus fascibus Imperii sint dignati. Fateamur necesse est serenissimam hanc domum Austriacam caput quam in altissimum extulisse. Altius enim Imperatore non invenies, *concl.* 41. *infra*, Quis nescit, nisi sit in navibus enutritus, ipsam, prætor Regnum Ungariæ & Bohemiæ, amplissimos Ducatus, & ditiones amplissimis privilegiis munitas, possedisse iam diu tot Hispaniarum & Indiarum Regna, quæ *Bodino credimus*, decuplo maiora sunt Turcarum territorio, *lib.* 2. *cap.* 2. *de Rep.* Cuius potentiæ autores post Deum laudat Principes Imperii, *Lazar.* **Schwend in seinem Sendbrieff an Keyser** *Maxim.* 2.

18. Divus Carolus IV. *a* modum & formam electionis in aurea bulla *b* accurraté præscripsit, quam sanctè PP. EE. observare tenentur. *c* Nec Imperator eam abrogandi licentiam habet.

a) Qui ob Imperium malé administratum, & Augustissimam Aquilam non pro officio tractatam, huiusq; plumarum evulsionem, rerumq; Imperii alienationem, quo filio stolido, Wenceslao ignavo coronam redimeret, apud historicos pessimé audit, ut non immeritó, sed digno vitrici titulo á Divo Maximil. 1. sit inscriptus. Constitutionibus tamen aureæ bullæ maximam sibi laudem comparavit, *ut Aur append. ad sept. aur. vitt. tradat*, huius intuitu ipsum Imperio minimé pœnitendum Principem censeri *refer. Arum.* *b*) est sanctio Synecdochicé ab appenso aureo sigillo ita appellata á Carolo 4. Norinbergæ Ann. 1356. assistentibus ipsi Principibus Electoribus, Comitum, Baronum, Nobilium, & civitatum numerosa

multitudine, publicata. Non inepté etiam auream nomen habere dicitur â materiis aureis, quas continet. *c*) Aliâs non ſuſtentarent ſacrum ædificium ſolerti prudentiæ pietate, *aur. bull. t.* 3. ſed deſtruerent. Omnes enim intelligentes facilè conſentiunt, quod Carolina hæc conſtitutio eſt unicum illud & adamãtinum vinculum, quo qualeſcunq; ultimæ Monarchiæ reliquiæ, iſtiq; ferreolutei pedes hucuſq; conglutinati erecti ſteterunt, á totali diſſolutione ſæpeq; minitata ruina ſarti tecti conſervati fuerunt. *Frehr.* Fuit hactenus pacis publicæ nervus firmiſſimus, *Peucer. lib.* 5. *Chron. in Carol.* 4. hâc ſalus dignitasq; totius Imperii continetur, *Reuſn. conſ.* 11. *n.* 20. videant ergo, quid faciant, qui Chryſobullam hanc pene bullam eſtimant. Regibus & Principibus interdum inſuſurrãt, quod melius reticerent, dum illam in quibuſdam antiquare incipiunt. Quis nobis divinabit, quãm diu reliquæ leges inconcuſſæ manebunt? & hic profectó totalem ruinam & deſtructionem facilé & veraciter prædicet. *d*) Ejus enim eſt abrogare, cujus eſt ſancire, *l. nihil tam naturale, ff. de R. I. l. fin. C. de legib.* Imp. veró eam non ſolus, ſed una cum ſtatibus Imperii promulgavit, *teſtificante ipsâ Bullâ.* Deinde eſt lex fundamentalis, cui vim inferre Cæſari eſt illicitum, *Heig q.* 5. *n.* 1. alligatur enim Rex ad hujuſmodi leges, ne ſtatus Reipubl. radicitus extirpetur & evertatur, *Innoc. Gentil. adverſ. Machiavell. p.* 1. *theor* 1. *Bodin de rep. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 88. *Hotom. illuſt. quæſt.* 1. *Dier. de ſumm. Imp. conſ.* 41. *Dn. D.* Reinking *libr.* 1. *claſſ.* 3. *cap.* 10. obſtat quoque capitulatio Cæſarum cum Electoribus, quæ in contractum tranſit, *Iacob. de concil. lib.* 7. *art.* 5. *num.* 73. in contractu autem princeps jure privatorum utitur, *Bodin. dict. loc. Cuvar. pract. qq. cap.* 19. *nu.* 2. maximé veró impedit Religio inſuper vota *Sleid. lib.* 1. *Goldaſt. conſt. Imp. p.* 2. *pag.* 4.

19. Auguſtum eligunt Septemviri Principes Imperii *a* á Divo Ottone Tertio conſtituti *b*.

a) *aur. bull. tit.* 2. *cap. venerabilem, de elect.* unde Electores vocantur, & ſunt principales Imp. columnæ. **Die allernächſte Glieder des Reichs**/ *aur. bull t.* 2. § *& quia.* Sunt ſeptem candelabrá lucentia, *in proœm. ejuſdem*, Cæſareæ ſublimitatis partem ſollicitudinis conſtituti, *tit. fin.* **Edle Seulen den heiligen Baw der fürſichtigen Weißheit mit embſiger Güte vnderhaltent.** *tit.* 3. Regibus ſcribunt: **Ewer Lieb vnnd nicht ewer Gnaden/ dann ſie ſeynd Königen gleich geacht.** *Brat. Luth colloq. cap.* 38. multis privilegiis & officiis præ cæteris coruſcant, *quæ narrant Heig. & Sixt.* quæ tamen ipſis cum aliis hodie plerunque communia ſunt. Septem ſunt, quia hic numerus ſemper ſacer & perfectiſſimus fuit. *Azo. in ſumm. C. de veter. jur. enucl. latè & pulchrè*, *Bodin. de Repet. libr.* 1. *cap.* 10. Alia ratio in imparitate conſiſtit, quâ facilius ad majora pervenitur. Et hîc numerus adeó ſtrictè obſervatur, ut Max. Imp. tentans Electores, ut admittant Archiduces Auſtriæ ad ipſorum collegium, repulſam ſit paſſus. *Hartm. Maur. de Corn. Caroli* 5.

b) circa ann. Chriſti 996. Hæc communis & conſtans eſt traditio *Ioachim. Cluten. Syllog rer. quot. con.* 24. communiſſimo calculo ab omnibus feré hiſtoricis & JCtis aſſeritur, *Buxdorff. ad aur. bull. theſ.* 14. *ibiq; longa ita ſentientium ſeries, vid. Heig. lib.* 1. *quæſt.* 3. *ubi varios varié diſſ. refert & concordat.* Nolo ego de hoc, quaſi Edicto prætorio, quod validum eſſe debet ſive ſit juſtum ſive iniquum, *l. pen. ff. de juſt. & jur.*

& jur. l. servo. §. cum prator, ff. ad SCt. Trebell. licentiosiùs contendere, malo quod major pars, in hoc parum importante pro vero habet. sequi l. 19. ff. ad municip. quam in antiquissimæ fidei authores rigorosa & critica censura inquirere, qua nulla apud homines res est difficilior, Tileman discurs. Philol. de delect. histor. in vetustis enim, cum initium plerumq; ignoretur, si arbiter. ff. de probat. creditur historicis, gl. in c. placuit, dist. 16. Zas. lib. 2. cons. n. 1. contra sentientes tribus potissimum moventur, primò per t. 1. aur. bull. ibi si PP. 22. ad electionem hujusmodi, juxta antiquam & laudabilem consuetudinem, habuerint proficisci. Si ergo hoc fit consuetudine non certâ lege, dicunt, constitutum erit. §. 3. l. de jur. nat. gent. & civ. l. 32. ff. de leg. verùm hinc non probari potest, quod Electores consuetudine inceperint, nam certè singularis quoq; consuetudo in tempore & modo proficiscendi vel quoq; ratione viæ, aliorumq; esse potuit. Et quid? si verba illa de consuetudine approbante & interpretante legem acciperemus, l. si interpretatione ff. de legib. quod clarissimè patet c. venerabilem, de election. ibi de jure & consuetudine, quando autem Jus opponitur consuetudini intelligitur jus scriptum, §. constat, l. de jur. N.G. & C.L. 32. 33. ff. de ll. Secundò moventur, quod principes cæteri non facilè sibi jus coëlegendi adimi per expressam constitutionem passi fuissent. & certis quibusdam contribui, cum écontra vix unquam sentiantur, quæ paulatim irrepunt. Sed si ratione esset certandum, certè probabilius est, eos sedatius tulisse, si cum consensu ipsorum certi aliqui delecti fuerint, ad quos pertineret electio; status enim á tempore Caroli Magni in legibus ferendis Imperatoribus adfuisse probat, Buxdorf ex Gold. tom. 3 p. 133. & 154. in capit. Carol. Mag. quod & antiquissimè observatum, l. humanum, C. de legib. quàm se præteritis vel ipsis insciis obtrudi quasi dominum, cujus rei dubio procul movete quæstionem, qui voluissent investiti essent, nec jure ipsis præscriptio objici unquam potuisset, cum in libera erat semper ipsorum voluntate ad electionem venire vel non. Tertiò, qui historici non conveniunt omnes per omnia, imò testantur plerunque etiam alios principes interfuisse electioni. Sed mirum non est, si temporis statu mutato & turbido plerunque, quidam se rei, ad se non pertinenti, immiscuerunt; Nec etiam historici exactè denotant, an ipsi electioni coëlegendo interfuerint, licet in eundem locum eos interdum convenisse scribunt. Jurabo ego denique, si fides vetustatis, quæ tamen veneranda, Nov. 23. cap. 3. statim impugnanda esset, quoties de ea inter omnes non apprimé convenit, pauca inoppugnabilia manere. Equidem cum JCti tantum feré tribuant historicis, quantum ipsis legibus, dum tradunt historias & annales vim probandi habere, Bald. in leg. 1. de offic. quæst. Mascard. de probat. conclus. 287. Menoch. consil. 1. numero 272. Natt. consil. 636. numero 91. tomo 3. Imò eas notorium inducere testatur Mascard. dict. loc. numero 6. Et cum historia sit testis temporum, lux veritatis, memoria vitæ & magistra, nuncia vetustatis, describente ita Cicerone 2. de oratore; dolendum est, quod non ut Sleidan. quem pro probatissimo nostri seculi authore habeo, quicquid malevoli quidam grunniant, veritatem historicorum vulgus assequitur: Cujus maxima pars hodie odio diversæ religionis, invidia alterius fortunæ per vitiosissimorum affectuum nebulam acta gestaque in primis Principum, lividi intuentur, eaque mendacissimo calamo perstringunt, nec vident quantum debent, vident quantum volunt: audaces interdum quoque sunt in proferendo talia, qualia vel intimos consiliarios latent;

latent: Exempla longé petere opus non est, omnes rescimus. Insigne autem proximis præteritis Nundinis Francofurtensib. habuimus, ubi C.F. Spongiam deletilem sumere coactus est, & relationi suæ historicæ, ut vocabat, obducere, confiscatis exemplaribus quotquot superarant, qua mendaciissimé traduxerat Magnificum quendam Imperii principem. Quod adeó forsan ægré ferendum non est, cum optima quæque pessimæ calumniæ subiicere consuetudine detestanda pené obtinuerit, quó enim quod sanctius & venerabilius, eó magis á malevolis & invidis calumnia vexatur.

20. Inter quos sunt tres Archiepiscopi *a*, qui duplicem sustinet personam *b*. Quá autem sunt Principes Imperii Electorũ officio funguntur. *c* Unde capitulum vacante sede non succedit in his, quæ ipsis ut Electoribus competunt *d*.

a) Ut eó magis consulatur quoq; Ecclesiæ, non poterant, deinde tuté præterire in dandis suffragiis, quia á Caroli Magni tempore semper Comitiis interfuerant, *testl. Gunth. de elect. Frider.* 1. Tanta enim fuit veterum Impp. in Religione devotio, ut sine sacerdotibus & Episcopis nihil magni feliciter absolvere posse sperarent, & ita demum omnia rectè pro cessura crederent, si Religionis Antistites suis consiliis præsentes haberent, *Heig. p.* 1. *q.* 4. *nu.* 61. Quare autem principes eorum hodie in causis politicis consilium non magnoperé inquirant, mei non est dicere, Male cythara cum Psalterio convenit, *Ferr. in form. respon. rei conv. §. præscript.* habemus huius rei memorabile exemplum hac nostra ætate, sed manum de tabula. Imp. Justinian. opprobrium esse Clericis putavit, si periti esse velint disceptationum forensium, *l. repetita, C. de episc. & cler.* nam omninó præcavendum est, ne á cultu divino negotiis secularibus avocentur. *Ampliss. Dn. præcept. Hunnius, Resol. disp. Trent. th.* 9. *in princ.* Inde Alexius Imp. Constantinop. pontificem Thessalonicensem ab officio removit, quód curiosus pedem in curiam poneret, *Niceph.* 2. *Annal. Alex.* Sic Sigismundus Rex Poloniæ, curam ipsorum circa secularia reprehendens, illos non, nisi vocatos, ad se venire voluit, *lib* 1. *stat. Pol. c.* 2. In Gallia quoq; á Parlamentis arcentur, ut, si tempus ipsis superabundaret, in templo precibus id consumerent, *Bodin. de Republ.* *b*) Nam omnis homo diverso respectu, diverso iure præditus censetur, & duplicem personam repræsentat. *c. cum capella, de privileg. in* 6. *l.* 15. §. 1 *ff. de adopt.* licet J Cti id difficilé existiment, *in l.* 9 *ff. de pact. c. ex literis, de probat. Gail.* 1. *obs.* 20. *n.* 8. *Tiraquell. de nobil. c.* 28. *nu.* 15. Regnum quoque sacerdotio coniunctum fuisse disserit, *Iohan. Cas. Sphær Civit lib.* 4. *c.* 15. *Heig. q.* 4. *nu.* 57. in sacris occurrit Melchisedech, Samuel. Esdra. Notum quoque quód Arnol. Brixian. vel ideo, quod Episcopus Regalia habere negabat, annno 1197. præsentibus mille Antistitibus hæreseos damnatus est, *ex Sigonio lib.* 11. *de reg. Ital. notat Pruckman. ad cap. quæ sint Regalia, cap.* 4. *nu.* 43. Nec nostra Augustana confessio id improbat. *t. de potest. Eccl. ubi*, Si Episcopi quam habent potestatem secularem, hanc non habent ex mandato Dei, ut Episcopi, sed ut Principes Amplissimarum ditionum exiure humano, donatam á Regibus & Impp. administrationem civilem suorum bonorum, convenientius tamen iudico, si iis Regalia non concederentur, *arg. concl.* 3. *supr.* *c*) unde in aur. bull. passim principes appellantur, & ideo in dividuo decidit, *Molin. consuetud. Paris. præfat. n.* 71. *Heig. q.* 4. *Steph. de iurisd. lib.* 2. *p.* 1. *c.* 5. *n.* 58. nulla hic absurditas, ni

& Ele-

& Electorali dignitate salvâ Episcopalis auferri potest. *Molin cons. par. tit. 1. n. 71.* d) ratio dubitãdi, quia capitulum succedit Episcopo in administratione & jurisdictione, *c. unic. de major. & obed. in 6. c. 1. & 2. ne sede vacant, Mindan. de proces. lib. 1. c. 19. nu.* 12. & omnis potestas Episcopalis recidit in capitulum, *Gail. 1 obs. 30 n. 11. & seqq.* Sed nobis hic non agitur de iis, quæ sunt Episcopi, ut Episcopi, sed quæ sunt Electoris & status Imperii, qualis capitulum non est, *Gail. d. obs.*

21. Sunt verò Archiepiscopus Moguntinus *a*, Trevirensis *b* & Colonienſis *c*.

a) Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius, *aur. bull. t. 1.* Consilium sive Cancellaria aulæ Imperatoriæ, quia est Imperii, huic juramento obstringitur, *Thom. Mich de jurisd. concl. 28.* Nomine tamen ejus vice Cancellarius aulæ subscribit processibus. Convocatio coëlectorum ipsi incumbit, *concl. 32.* Est Decanus collegii, *Freh. tom. 1. fol. 427.* primas igitur habet in eo, *Dn. Arum. ad aur. bull. discurs. 3. concl. 23.* Coronavit olim Regem Bohemiæ, *Abb. Trithem.* quo munere Episcopus Pragensis jam fungitur. Habet insignia ROTÆ á Willigisio præceptore Ottonis 3. primo Electorali dignitate honorato, qui modestiæ & humilis ortus sui recordationis causa (fuit n. filius Rhedarii) rotam multis in locis pictam habuit. *b*) per Galliam & Regnum Arelatense Archicancellarius, *aur. bull. t. 1.* his tamen præter Burgundiam & Sabaudiam improbé ab Imp. defectis, nihil laboris in Cancellariatu sustinet. *c*) Archicancellarius Italiæ, *aur. bull. t. 1.* Et hic solo nomine gaudet, nam Itali trecentos fermé annos cancellariatum ipsius exigui fecerunt, perfracté jurisdictionem Cæsaris declinantes. Ita & Colonia Civitas jurisdictionem Archiepisc. non adeó moratur, nisi in criminalibus, & limitaté quidem. Est enim illa una é quatuor Rusticis S. Imperii, in cujus rei signum famuli consulum, habitu rustico baculum gestantes sequuntur ipsos. Et huic competit regium diadema Imperatori imponendi, *aur. bull. t 4. §. primo.* Quia autem Electus, quamvis confirmatus, ea quæ sunt ordinis episcopalis, si non consecratus sit & insultatus perficere nõ potest, *c. pallium dist. 100. c. quod sicut de elect.* in coronatione Maximiliani 2. Rudolphi. 2. Divi Matthiæ, eum, hac qualitate deficientem cooperati sunt Mogunt. & Trevir. *auth. elect. & Coron. D. Matth.* Notandus est hic error, *Abbat. Stadens. qui ad annum* 1240. *notat.* Trevirensem non esse de Alemannia. Nec minús absurdé *Georg. Theol. de rep. lib. 6. c. 13. n. 25.* scribit: Moguntinum A. E. respectu Germaniæ, Trevirensem Galliæ, Colonienſem Italiæ eligere.

22. Et hi eliguntur & eligunt, *a* licet nondum consecrati vel infulati sint. *b* An verò necesse, ut ab Imperatore investiti & confirmati sint? *c*.

a) *t. t. de election. & elect. t. t. de transl. episcop.* *b*) Eos non magis papali consecratione palliové opus habere, quam seculares, *ait Buxd. ad aur. bull. concl. 18.* papa enim nobis principem facere non valet per *concl. 3. & 4. supr.* Feuda ab Imperio habent, quib. principes & status ejusdem efficiuntur, *Gail. 1. obs. 30. Vultej de feud. lib. 1. c. 5. n. 7.* Nec obest, quod Electio Episcopum non faciat, *c. licet, de transl. episc.* imó nec confirmatio Papæ Episcop. perficit, sed accedat consecratio necesse est, *dict. c. licet,* breviter nobis hic rem non esse cum Episcopo, sed cum principe Imp. quo respectu eligunt, *concl. supr.* nam quando quis duas præfert personas, illam consideramus,

cujus intuitu actus geritur, *l. ſi pater, §. qui duos ff. de adop. Evarh. top loc. á tanquam.* & hoc multis præjudiciis confirmatum eſt. c) Negat *Buxd. concl.* 18. *Bertr. de Comitiis, concl.* 40 quia Electio tantum tribuit electo, quantum ſucceſſio ſucceſſori. Adde quod feuda apud capitulum reſerventur, unde capitulares dicantur, deß Stiffts Erbherrn/ *Mind. de proceſſ. c.* 19. *n.* 14. unde in electum recté transferunt, *l.* 21. *C. mand.* obſervátia deniq; id corroboravit. De quib. tamen diſputari probabiliter poſſet. Diximus enim eos hic conſiderari, ut Principes, Princeps autem Imperii is eſt, qui de principatu eſt inveſtitus, *c. quis dicatur Dux Marchio, in uſib. feud.* inveſtitura enim unicus feudi conſtituendi modus eſt, *Vultej. de feud. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 4. *Goth. Ant. diſp feud.* 4. *per c.* 25. *lib.* 1. *uſ. feud.* nec acquiſitum habere poſſunt, nõ præſcriptione, quod palam eſt: non ſucceſſione, *arg. c.* 1 *qualiter, in feud. ſucced.* ſi ergo feudum non habent, ſequitur, quod non ſint principes. Alterũ argumentum ſuppeditat *tit.* 2. *aur. bull.* Ubi jurare jubentur per fidem, qua Deo & Romano Imperio ſint aſtricti, neceſſe igitur ut antea á fidelitate ſeſe obligaverint. Intereſt deniq; Imperii, ne ipſi invito Vaſallus & Princeps obtrudatur. Quod autem dicebatur ſucceſſionem & electionem idem tribuere, & pari paſſu ambulare, falli videtur, nam eligunt capitulares tantum perſonam in Epiſcopum promovendã, quantum autem tribuat ſucceſſio dicetur, *concl. ſeq.* & liceat habeant poteſtatem eligendi principem, illud tamen aſtringitur, quatenus Regalia obtinuerit ab Imperatore electus, præſtito nimirum homagio & fidelitate, quod Fridericum 3. Imp. in uſum revocaſſe, deſuper conveniendo cum Pontifice, poſt *Choppin. de domand. lib.* 2. *t.* 10. *nu.* 7. *dicit Knichen, Comment. in jus aur. verb. Ducum, c.* 2. *Sic* & capitulares reſervant & retinent tantum feuda, ut nudi diſpenſatores, & fructuarii, *Knichen. dict. loc. poſt, Chopp dilect. durant.* principes profani liberiore adminiſtratione fruuntur, & ad ſucceſſores deferunt. Obſervantia allegata eſt facti in illa ergo ſubſiſtimus quatenus proceſſit, & de jure potuit procedere.

23. De ſecularibus PP. EE. quoq; hic quæritur, ſi in annum petendæ inveſtituræ inciderit electio Imp. vel comitia ſint agenda, an neceſſe habeant indultum impetrare, ut admittantur?

Jucunda hæc quæſtio mota fuit I. F. D. W. in comitiis Ratisbonenſibus anno 1608. á commiſſario Cæſareo, & ſtatibus pontificiis, *referente Buxd. concl.* 85. dicta cum pontificiis concordare *Chriſt. Wincell. de collect. obſ.* 2. *n.* 7. Sed eos refutat *Buxd. & Bertram. de comitiis, concl.* 40. Quia Electoratus ad deſcendentes ipſa lege devolvitur, *aur. bull. tit.* 7. nec requirit ad vocem eligendi Cæſaris inveſtituram, quare nos ergo requiremus, *l.* 19. *C. de collat.* Et quia vaſallus annum ad petendam inveſtituram habet, *c.* 1. *quo temp miles, inveſt. peter. deb. c.* 1 *§. præterea de prohib. feud. alien. per Frid.* Regiments Ordnung *de anno* 1521. vnd behalten vns/ tempus autem hoc in favorem vaſalli introductum, *l.* 41. *§.* 1. *ff. de V. O.* ita ut ultimo die eam petere poſſit, *l.* 50. *ff. de O & A.* in odium ipſius torqueri non poteſt, *l. quod favore, C. de legib.* Accedit tertió, quod vocem dare eſt fructus feudi, *Buxd. & á ſe alleg. dict. loc.* fructus autem ad vaſallum intra annum pertinent. Probat id quarto *Authoritate Garz. Maſtrill.* qui ita judicatum fuiſſe teſtatur. Nec quintó correctio juris facilé eſt admittenda, *l. unic. C. de inoff. dot.* ſic nec Dominus annum illum abbreviare invito vaſallo poteſt, *Avdiz. in rub. ex quo tem. curr. ann. ſub tit. quib. mod feud. amitt. & com. feud. ſta in c. qua temp. miles. quam communem teſtatur Schneid. Vult. de feud. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 67. Plura argumenta

menta habet, *Buxd. dict. loc.* quibus observantia, quæ optima legum interpres, *l. 32. ff. de leg.* maximũ robur addit. Nec certé argumenta, quæ Archiep. supra objiciebantur, huc quadrari possunt, hi enim successione feuda acquirunt, *text. rotundus in dict. tit. 7. t. 1. de succes. fratr. c. in fin. de succes. feud. c. 1. de consuet. rect. feud. c. 1. in fin. de cog. feud.* Successio autem non tantùm dominium, sed & possessionem feudi tribuit, *Bald. in l. cum in antiquioribus, C. de jur. delib. Vult. lib. 1. c. 9 n. 23.* Successio est concessio in jus quod defunctus habuit *Vultej. d. loc.* qui autem est in possessione ad votum admittitur, *aur. bull. t. 20.* & hæc tam clara sunt ut mirum videatur, quid illis de eis controvertendi causam præbuerit, maximé cum Archiepis. in suis personis contrarium jubenter admittant, ut iis *Bertram. dict. loc.* objicit.

24. P. P. E. E. seculares sunt Rex Bohemiæ *a* Comes Palatinus *b* Dux Saxoniæ *c* Marchio Brandeburgicus.

a) Qui ob Regiæ dignitatis fastigium inter Electores primum obtinet locũ *aur. bull. tit. 4.* imó alios omnes Reges in actibus Imperialibus antecedit, *aur. bull. t. 6.* Etiam Augustam, sed non Regem Romanum *d. t. & 22. Sixt. de reg lib. 1. c. 4. nu. 15.* nec ei obest, quod sit vasallus & subditus Imperii, *aur. bull. tit. 24.* § dañ wañ andere Fürstenthumb/ *& tit. 7.* dignitas n. hoc potius est, quam ut Imperium minuat, *Dier. de summ. Imp. pot. concl. 23.* Et servire Imperio Romano est libertate potiri, *post Bald. Natt. Hipp. Don. Garz. Mastrill. dicit. Dn. D.* Reinking *lib. 1. cl 4. c 3. in fin.* superioritas Imperii Majestatẽ ipsi aufert. *Dier. concl. 22. Lauf. d. l Reg. th. 52.* Unde vulgó Königliche Würde. *R. A. de an. 1526.* Zu Eßlingen/ § vnd seynd diß / de Ducali sede ad solium est evectus ann. 1086. ab Heinrico 4. *Spangenberg. Chron.* Mansfeld/ *c. 205.* Pertaró interest conventib. Imperii nec comprehensus est in circulis. Exemptus quoq; est oneribus, & processib. Imp. *aur. bull. t. 8.* obstrictus tamen est comitari Cæsarem in Italiam euntem *Hart. Maur. de Coron. Caroli 5.* Abbas Stadensis negat Regẽ Bohemiæ ad electionem venire, quia non sit Teutonicus, licet sit Pincerna. Verùm eum esse Teutonicum Germaniæ sc. Magnæ Geographi docent, *Æn. Syl. c. 1. Bohem. Cæs. Baro. tom. 10. Annal. Eccl.* Sunt deinde qui ipsum aliter non admittunt, nisi vota sint paria, *Canonistæ in c. venerabilem, de elect. Pet. de And. lib. 2. c. 2.* his tamen contradicit textus expres. *in aur. bull. tit. 3.* Regi Bohemico tertium statim votandi locum assignans. *b)* De cujus ortu & dignitate multa præclara congessit, *Marq. Freh. in orig. Palat. lib. 1.* Hic præter eligendi vocem & amplissimũ vicariatus munus, in summum & Christum caput habet cognitionem, *aur. bull. t. 5.* in curia Imperiali faciendam, licet jus illud raró vel nunquam exercuerit *Dn. Vultej. ad l. 1. ubi senatores, nu. 7.* Sed quibus in causis id exercere possit disceptant Dd. Ego puto ipsum æquẽ Imperatoris esse judicem in criminalibus si modo non agatur ad depositionem, *per concl. 8. supra diss. Dn. Vultej dict. loc. & alii.* In causis pecuniariis omnes concedunt jurisdictionem Palatino. In feudalibus excludo Palatinum nec ipsum Imperatorẽ agnosco, quod multi præclari nominis JCti tamẽ faciunt, *ut videmus apud Bux. concl. 89.* Sed tantum pares curiæ *cum Schrad. Rosent. Ampl. Dn. præc. Hun. Res. disp. Treutl. 12. q. 3. tit. 7.* cognoscere volo. Nec obstat generalitas textus cap. 5. aur. bull. nam ita comparatum ut in toto jure generi per speciem derogetur *l. in tot. ff. D. R. I.* textus enim cum textu conferendus, & quod legi deest, ex aliâ suppleri debet, *leg. 1. §. quibus, Cod. de vete. jure. enucl. leg. 24. 26. ff. de legib.* casus specialiter

privilegiati, sub generali locutione non continentur *d.l.1.§. quibus, l.3. C. de sim-*
tiar. lib.2. nihil magis tralatitium quam jurisdictiones debere esse distinctas *l.fin.ff.*
de jurisdict.l.1 l.3 ff.de tut.ff.de tut & curat.dat. Novell.80.l.16.de jurisdict.omn judic.
& similib. Et ita Cæsar respondere debet coram Palatino, si reus est, alium verò co-
ram ipso non convenit agendo *Buxd.concl.82.& seqq.* Sed si conveniendus est me-
diatè ipsi subjectus, id facit coram ordinario *artic.15.capitul. Ordinat. Cam.de an-*
no 1485. rubric. **Die Vnterthanen in jhren ordentlichen Gerichten bleiben zu**
lassen. *O.C.P.t.15.* Si vero causa fiscalis agitanda est, agit in Camera *O.C.P.2.t.20.*
ubi autem status & immediatos convenire debeat, altissimæ est indaginis, & quæ-
stio odiosa, quare hic supersedeo, cum eam peculiari discussione jamdum exornarē.
Et quando convenitur, ut Imperator, secus si ut princeps Imperii, nam tunc pro di-
versitate causæ vel requiritur ad Austregas, vel in Camera convenitur. Unde pro-
cessus aliquando sit decreti: **Wir Carle von Gottes Gnaden/Erwöhlter Römi-**
scher Keyser/entbieten dir Carlen Ertzhertzogen zu Osterreich/ *Vultej dict.loc nu.9.*
Detestor ergo vocem imprudentem quorundam dicentium: **Wann ein Stand**
deß Reichs von der Romischen Keys.Mayest. judicialiter **oder** extrajudicialiter
gravirt wird/ hat er sich deßwegen bey Churfürstlicher Pfaltz per modum simpli-
cis quærelæ **zu beklagen oder zu** appelliren. *Relat.* **Donawerth** *p.2 fol.112.* ineptum
hoc esse omnes boni confitentur. Contrarium mouere stultum esse putat, *Vlpian.l.*
§ 1.ff.á quib.appell. Sagacioris cerebri quidam videri volentes respondent: hodie
aliud esse, quia & condendi leges potestas sit apud status Imperii, ergo & appellatio
ad eosdem fieri debet. Sed quomodo hæc, ut & aliâs falsa, cohæreant, non video:
hoc admisso, certé latissima querelarum janua aperiretur multis calumniantibus,
rarissimi enim sunt, qui se reputant justé damnatos. *Iust. Spring.de pac.relig.c.2.* sa-
pientiores sunt qui, ne lædant nimium Imperatoris majestatem, á Cæsare malé in-
formato ad melius informandum posse appellari contendunt: Saniores tamen
sunt, inter quos Gail. aliiq́ue qui tradunt meritó hujusmodi provocantes commu-
ni statuum suffragio repulsam ferre debere, ab eodem enim ad eundem qualis pro-
vocatio? *c.Romana.de appell.in 6.* an non Imperator acta mutato consilio perficit, *l.*
pen.ff.de his, quæ in test.de l. an non totum jus in scrinio habet, *l.omnium, C.de test.* An
non ipse est animata lex ipsa inter homines, *Nov.105.in fin.* profectó reprehensio-
ne non caret, in curiæ aut inconsulti judicii principem insimulare velle, *Heig.2.q.*
10.n.22. præjudicium appellationis ab Imp. ad eundem ipsum & status Imp. reje-
ctæ, extat *in Act.* **Fürstlich.** *Marp.succ.in fin.* c) Et hic Serenissimus princeps præ-
ter vocem eligendi jure vicariatus gaudet, *ut sup* in ditionibus suis immunis quoq;
á provocatione ad superiorem, & hoc habet veluti peculiarem præeminentiam,
primitus nobili usu hominum memoria experte quæsitum aureâ bullâ & novitè
Ferdinandi anno 1559. privilegio obfirmatum *in quod And Knich. comm ent. edidit.*
Non solummodó Elector, sed & cæteri Saxoniæ Duces, *Knich.dict.loc.c.2. Heig q.4.*
n.42. id privilegium habent, etiam in illis locis ubi jus commune observatur, ut in
districtu Coburgico *Knich.cap.3. Zinzerlinus de appell. conclus.70.* & licet quando-
que processus in Camera contra decreti sint, factum tamen id est periculo partis
auth.decis. Cam. verb. appellare quibus. Nullitatis quoque querela inter Camerales
& Aulam Saxonicam diverberatur, de qua me contineo, *videatur, Mynsing.4.obser.*
68.Gail.1.observ.135.num.3.Thom. Mich.de jurisdict.conclus.26. **Dn.D. Reinking** *de*
reg.

reg. secul. class. 4. cap. 6. lib. 1 re & verbis gravissimus. Andr. Knichen dict. comm. verb. prov. nes. cap. 1. In dict. tract. rectè quoque contra Duces Lawenburgicos, & principes Anhaltinos propugnat Fridericum bellicosum Misniæ Marchionem, quod se. citra ipsorum injuriam Electoratum sit consecutus. *b)* Hodie é familia Zollerens. comitum, nam variæ familiæ electoratum hunc possiderunt, juxta versum, mutavit Dominos Marchia sæpe suos. Et hic, quod cæteri Electores sibi indultum contempserunt, privilegium de non provocando é terris suis habet. *Sympho supp. tom. 6.* is verò solus non cæteri Marchiones, *Zinzerlinus, dict. loc. conclus. 72.* quod confirmatum est á Rudolpho 2. Anno 1586. Hunc JCti aliâs experientissimi errantes in pacto confraternitatis Ducum Saxoniæ & Landgraviorum Hassiæ comprehensum scribunt, *Warem. ab Erenberg de fœd. cap. 2. num. 38. cap. 4. num. 10. Dionys. Goth. ad li. licet, C. de pact. Reusner. 1. consil. 3. num. 35. Knichen. de jur. Saxon. prov. verb. Electorum, cap. 2.* Verùm quidem est, quod inter ipsos de illo sit tractatum, sed tamen non perfecerunt, *Acta* in Sachen die F. *Marp. succes. deduct. caus. priæc. art. 110. & seqq.* est quidem principibus confratribus cum ipso hæreditaria confœderatio, vulgò **Erbeynigung** / quæ longé distat á confraternitate **Erbverbrüderung**. *Arum. discurs ad aur. bull. 6. thes. 6.* Notandus quoq; hîc error quorundam dignitates & officia sua Electores in feudum habere ab Episcopo Bambergensi.

24. Hi successione veniunt, & quidem jure primogenituræ.

Aur. bull t. 7. & 14. qualis successio antiquissima, *Gen. 25.* & justissima, á justitia enim ipsa Deo scilicet præcepta, *Deuter. 21. v. 17.* ubi habetur ejus ratio, quia scilicet est principium fortitudinis viri, plures aliâs rationes superaddit. *Tiraq. in præfat. de jure primog. ibiq, populos illud observantes enumerat*, quam observantiam validam & rationabilem putamus, maximé in familiis illustribus, *ut concl. seq. dicetur.* De gravissima illa quæstione, num Regnum Bohemiæ sit successorium & hæreditarium, vel electitium? hominibus privatis differere integrum non est, sed toti potius patriæ deploranda. Potentissimi Reges & principes, quia atramento & pennis decidi nequit, armis & sanguine discernere cœperunt, quia leges locum invenire non possunt, viam legionibus jam dum pararunt. Contremiscit cathedra totius Christiani orbis. Horrent imperiti & gaudent simul retia Aquilæ tendunt aucupes dolosi. Deus prudentissimus & æquissimus judex, aures misericordiæ, ad gemitus mœstissimæ patriæ advertere, Dominum & Regem legitimum juvare ac tueri, facesq; belli ardentissimas restinguere velit, multa & diversa hac de causa prodiêre scripta, quæ cum judicio certé legẽda. Prodiêre quoq; hac de causa famosi libelli innumeri, quod dolendum! quantum exinde animi potentissimorum exacerbati, & irritati, effectus docuit. *Si ex aur. bull. c. 7.* disputandum facilis esset quæstio.

25. Filius ergo primogenitus Electoris principatũ solus habet. *a* Fratribus pro dignitate alimentis constitutis. *b*

a) Aur. bull. t. 7. & 20. bonâ conscientiâ, clementior enim ipsâ lege esse non tenetur, *Nov. 82. c. 10.* bonâ ratione, firmior enim terra erit, si per unum regitur, si indivisa manserit penes unum, quàm si portionibus dividatur, *c. major. de prab.* vilescerent crebrâ divisione familiæ illustres, præter nomen dignitatis tandem nihil re-

tinerent, *arg. l. 2. C. quand. & quib. quart. pars, Dn. Vult. lib. 1. feud. c. 8. n. 36. laté Tiraq. q. 4. de jur. prim.* Subditorum quoq; refert pluribus non subjici dominis juxta illud: sole necor solo, quid ero, si creverit alter? *Cravet. cons. 624. n. 18.* Cesset plangere secundogenitus, senior prorsus ideó melior nõ est, incuset ordinẽ naturæ, quę ipsum non priorem produxit, hanc comitantur dignitates, respiciat penes se multó infeliciores, si fortuna volet, fiet de secundo primus. Et quia Illustrissimi & Potentissimi Hassorum Principes viderunt, quam aliæ familiæ passæ sint jacturam crebris divisionibus, primogenituram in duabus suis diversis lineis Darmstadina & Cassellana speciali convẽtione, quilibet in sua linea scilicet introduxerunt, *Referente Dn. D. Reinking/ lib. 1. cl. 4. c. 7. n. 26.* in genere tamen & ratione totius territorii sui tale jus non observant, *Act.* In Sachen F. *Marp. success. p. 2. cl. 4.* Fürstlicher Missiven. *b. aur. bull. tit. 24.* ibi, vnd sich gütlich vnd mültiglich beweisen/ gegen die andere Brüder vnnd Schwestern embsiglich/ nach Gnad/ die jhm GOTT gegeben hat/ nach seinem wolgefallen/ vnnd nach vermögen seiner Vätterlichen Güter/ &c. *accedit textus l. 5. §. 7. 10. 19. ff. de agnosc. liber.* dixi pro dignitate generis, *l. 1. §. 19. l. 4. §. 1. ff. de ventr. in poss. mitt.* sic Josaphat Rex Judæorum protogenito relinquens Regnum, cæteris filiis aurum, argentum & res pretiosas cum urbibus munitis dedit, quo honesté viverent, *2. paralip. 21.*

26. Si tamen & aliâs possident ditiones, quæ jure protogenio nõ censentur, eas inter se æqualiter dividunt.

Equidem de jure feudali ejusmodi feuda regalem dignitatem habentia dividi nequeunt, *c. Imperialem, §. præterea, de prohib. feud. alien. per Fridericum; ibiq. Dd. Gail. 2. observ. 153. ubi multas addit rationes,* cui tamen *Andr. Knich. in comment. in jus Saxon. verb. Ducum, c. 3.* fortiter resistit. Quia feuda regulariter dividuntur *c. 1. §. item si duo. quemadm. feud. amitt. c. omnes, si de feud. defunct. cont. c. 1. de nat. success. feud.* Deinde quia in literis investiturarum verba inserta, Zu jhrem Antheil/ occisa esse non debent. 3. quia id singulare est, in Electoratibus, aliisq; Principatibus, qui legem Salicam observant: In cæteris ergo contrarium est. Accedit deniq; & confirmat hoc consuetudo notoria. Cujus opinio notoriâ Germaniæ consuetudine est approbata, *Dn. Vultej. lib. 1. de feud. c. 8. n. 36.* etiam ratione ipsorum bonorum & Domini utilis, *Gail. d. loc.* quod sanâ ratione observari multis corroborat, *Knich. loc. alleg.* In dubio tamen censetur administratio tantum potiús divisa, qualem divisionẽ & in Regalib. feudis ipsum jus feudale non respuere ait, *Gail. secutus Bart. Alvar. & comm. Dd.* quam ipsa Regalia, *Wesenb. cons. 32. n. 8. & seqq.* ita ut jurisdictionis substantia ipsa æqué apud omnes in solidum maneat, administratio veré ejusdem, quæ ab illa diversa est, pro certâ portione singulis assignetur, *Vult. d. loc.* Quod inter illustriss. Dominos nostros Principes Hassorum observari, patet *ex actis* in Sachen F. *Marp. success. deduct. caus. princ. art. 88. & aliis loc.* In feudis autem, quæ divisioni subjecta sunt, pater invitis filiis neq; jus primogenituræ erigere, neque alteri majorem partem assignari potest, *c. 1. de success. feud. ibiq. Dd.* non enim id filii á patre habent, ab eo igitur ipsis auferri nullo modo potest. *Nov. 21. c. 33. cum similib.* Et quando diversæ lineæ concurrunt, una quæ observat jus primogenituræ, altera veró non, tũc non curatur prærogativa, sed solo ætatis ordine servato incedunt, *Coler. de jur. Imp. Germ. sect. 69. ubi multa præjudicia adfert.*

27. Sic

27. Sic jus primogenituræ in genere observatum pater invito filio a natu majori auferre non potest, licèt filius ante adeptum Electoratum sit natus. *b*

a) Jacobæam enim ordinare primogenituram secta temporum nostrorum non patitur, non enim eam consequitur á parente, non jure communi, sed lege singulari, vel consuetudine, *arg. l. eum qui, ff. de releg. & interd. c. 1. de succeſſ. feud.* lucrum autem quod cuiq; ex lege datur, ei auferri non potest, etiamsi decies millies contrarium morientes voluerint, *Novell 22. c. 33. l. si arrogator ff. de adopt. l. cum patronus, de leg. 2. l. Papinianus, §. si quis impubes ff. de inoff. test* non considerato quod voluntates morientium aliàs sint maximé favorabiles, *l. 1. C. de SS. Eccles. & similib.* intra limites legum persistere debèt *l. nemo. ff. de leg. 3. b*) *l. senatorii filium, ff. de senat. Tiraq. de jur. prim. q. 31.* Successio quia post mortẽ ejus, cui succeditur, consideratur *l. 1. §. impubes, ff. de collat.* Et nõ prius quærendũ de conditione alicuius, q̃ si legatum vel hæreditas ad eum pertinet, *l. non oportet, de leg 2.* & tunc nõ inspicitur quod prius fuit, sed quale nunc est. *l. quod ita, ff. de ædil. edict. l. 2. §. 6. ff. de suu & leg.* Jam autẽ primogenitus proximus est, *§. 6. hist. de leg. agn. succeſſ. l. 3. §. 2. ff. de jur fisc. cum similib.* Diss. quam plurimi præclari nominis JCti se fundãtes maximé, *in l. si senator, C. de dign.* quos enumerat & refutat *Tiraq. dist. q. 31.* cui & ideó absurda eorum opinio videtur, quod si Elector nullo alio quam eo de quo loquimur, filio relicto decederet, nullus heres inveniretur, absurditas autem vitanda est, *l. nam absurdum, cum præced. ff. de bon. libert.*

28. Hoc jure nepotem patruo præferimus *a* de nepote ex secundogenito an excludat filium tertiogenitum? major est dubitatio. *b*

a) Vix dici potest quantum vexata sit hæc quæstio, & quidẽ in facto inter potentissimos Reges & Principes. Tiraquellus eam dicit altissimum omnium pelagus cujus vix fundũ reperire possis. Quam Baldus Apolloni solvendã reliquit. Otto Imp. gladio dirimendã commisit. Nepos tamen triplici jure præpatruo gaudere videtur. Primó repræsentationis, *§. cum filius, Inst. de hared. ab inteſt. Novell 18 c. 1. & 3. de quo latè Tiraq. q. 40.* per repræsentationem autem filius omne privilegium patris habet, non tantum ut succedat cum patruo, sed etiam ut ipsum excludat in iis, in quibus pater eum excluſisset, *Menoch. consil. 111. nu. 60. & seqq. Rosenth c. 7. concl. 26. n. 7. Mynsing. 1. obs. 23 per tex. alleg.* Secundó jure transmissionis, *l. 19. C. de jur. delib.* nã quamvis ætas est quid personalissimum, nec ætas patris potest esse ætas filii, *l. si pater fam. §. fin. ff. de adopt. §. minorem, Inst. eod.* nec cedi potest, nec transmitti, *l. peto, §. prædium, ff. de legat. 2. §. fin. hist. de usufr.* jus tamen quod ex ea ætate patri jam quæsitum & in eo radicatum est, transmittitur, *Menoch. dict. cons. nu. 97. Surd. cons. 403. nu. 3. & seqq.* non quia ætas est personalissima, ideó & jus inde quæsitum eõdem modo censendum est, aliud enim est jus propter quod aliquid acquiritur, & aliud jus inde quæsitum. *Engelbrecht de succeſſ. elect. concl. 41* Nec jus nostrũ positũ est in spe incerta, quæ spes trãsmitti nequit, *l. sed si plures, in princ. l. qui plures, l. qui habebat, ff. de vulg. & pup. subst. l. Sempronius, ff. de usufr. leg. & similib.* quæ spes nullum jus, nullã actionem producit, ut futura evẽtualis liberorum legitimæ sperati, *l. 1. §. 21. ff. collat. bon. ibiq; Bar.* talis spes est, q̃ á conditione eventuali pendet, *Gail. 2. obs. 132. per tot.* q̃ vana nisi cõditio eveniat, *t. t. ff. de cõd & dem* Sed spes de qua nos loquimur firma est, certa, jusis est, invariabilis est. *Tiraq. q. 40. nu. 69.* q̃ transmittitur, *§. 4. Inst. de verb.* Venit é vocatio-

catione, dispositione legis, primi acquirentis successione, ex eo ipso, quo primus nascitur, primo nativitatis die jus infallibile generans, *Tiraq. d. loc. n.* 160. Est n. primogenitura qualitas instantanea & momentanea, quã continuó quis acquirit, ut natus est, & ita ẽt confestim excludit postea natos, quandiu ipse supersit, vel aliquis ex eo, cui & hoc jus veluti ex propagatione, & traduce ipsius competit. *Idem pulchrẽ d. loc* & omnia jura illi á lege destinata fortissimé acquiruntur, possessio & usus tantummodó suspenduntur, quæ suspensio jus conditionale non format, *l. cum illud in fin. ff quand. dies leg. l. conditiones, extrinjecus, ff. de cond. & demon. l. 6 ff. quand. dies leg. quæ eleganter huc facit*, accedit quod & filius querelam inofficiosi nondum præparatam ad nepotem transmittit *l. si quis v. sed nos C. de in off.* adde *pereg. de jur. fis. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 52. Tertió utitur nepos jure proprio & vocatione legis, *Tiraq q* 21. Lex Carolina nos vix dubitare permittit, *tit.* 7. *ibi*, ad filium suum primogenitum legitimum laicum, illo verò non existente, vernacula nostra *apud Gold.* habet, **Ob der nicht wer/** ad ejusdem primogeniti primogenitum similiter laicum, sine cujusquam contradictione devolvatur. Non existere autem in materia successionis is dicitur, qui heres non est, *Calv. lex verb existere*, & idem est quod deficere, quale verbum denotat eum qui non succedit, non qui jam, cum semel successit, moritur *l.* 4. *ff. de Vulg. & pup. substit. l.* 78 *ff. ad leg. Falcid. §. si eadẽ res Inst. de leg.* Bullâ Sigismundi luculentius hæc declarat *apud Gold.* in **Reichssatzung** *p.* 2. Comiti Palatino Ludovico Frãcofurti 1414. data. Dissentientibus profectó multa & speciosa argumẽta sunt, quibus Tiraq. Engelbrecht. & alii optimé respondent. *b)* hîc consilium **Weremundi ab Erenberg** sequar, hanc & sequentem litem privatus meas non faciendo, sed *cum Matth. de Afflict. lib.* 3. *constit. Neapol tit.* 24. *n.* 32. dicam non est meum in præsentiarum determinare, ubi tanta partes sunt in discordia, sed determinet Rex, qui potestatem habet determinandi occurrentia juristis, non enim me latet hâc quæstione præjudicium fieri controversiæ de hac successione inter Serenissim. Germaniæ Principes motæ, quam omnibus notam esse puto. Mentem igitur meam hic non aperiam, disputanti tamen satisfaciam, Besold. & Engelbrecht dicunt, tot promanare protogenias, quot filios pater relinquit, é quibus linea prior, donec est. succedit, eâ interemptâ, eôdem jure venit secunda, & hac demum absumpta locus patet tertiæ, & ita deinceps. Et ultimó é prima linea non succedit, proximior licet gradu, aliquis é tertia linea, sed qui erit superstes é linea secunda, licet multó sit remotior, & hoc é legis aureæ vocatione Caroli, & bullæ Sigismundeæ, ubi secundogenitus ejusq; descendẽtes æqué tertiogenito præferuntur, sicut ipsis primogeniti linea erat prælata, eosq; primogeniti descendentibus substitutos volunt, certi autem juris, quod substitutus substituto censetur, substitutus Instituto, *§. si Titius, Inst. de vulg. subst. & est omnium Dd. assensio.*

29. Et hæc si ascendenti sit succedendum, in successione transversali quæritur, an ultimo é primogeniti descendentibus defuncto potius succedere debeat, is qui gradu est proximior é tertiogenito proveniens, an verò præferendus superstes é secundogenito, licet sit remotior. Sic quidam volunt.

Quia *ut concl. præced. dictum.* secundogenitus ejusq; descendentes eodem jure adversus tertiogenitum ejusque descendentes utuntur, quo primogenitus utitur adversus ipsum, & ita secundogenitus substitutus primogeniti lineæ est deinde

alleg.

alleg. l. 32. §. In fidei commisso, ff. de leg. 2. ubi Modestinus, in fidei commisso, quod familiæ relinquitur, hi ad petitionem ejus admitti possunt, qui nominati sunt, aut post omnes eos extinctos, qui ex nomine defuncti fuerint, eo tempore, quo testator moreretur, *ibi Bart. Castr. Alciat. & alii.* Sicut igitur nominati primó, primo loco succedunt, ita & nominati secundo loco, primis extinctis, potiores sunt. Vocatur autem linea secundogeniti præ tertiogenito á Carolo & Sigismundo, *ut sup. dict.* naturæ quoque conveniens hoc esse creditur, in qua progenitus se maximé fundat. Natura enim ipsa lineas & stirpes distinxit. *Covar. pract. q. c. 3. n. 6. Menoch. cons. 442. n. 10.* natura autē saltum non facit, sed ordine procedit, ut numeret & vocet primo, qui in linea progenii inveniuntur, & progreditur ad posteriores ita successivé. Ut declarat *Engelbrecht de succes. Elect.* per exemplum bonorum possess. ubi prætor tres constituit ordines, in unoquoq; gradus prerogativam observare jubens interim duplicem prærogativam facit unam ordinis, alteram gradus, ut ordinis ratio semper potior sit, quam gradus, ut patet *ex titulo, ff. si tabul. test. null. ext. cum seqq. & C. unde liberi cum seqq.* Et hoc esse putatur, quod Sigismundea declaratio dicit *ex ordine genituræ.* Secundum quem vocabula *Senior & Proximior*, aur. bull. sint intelligenda, lineæ enim, ut diximus, prior quam gradus habetur ratio, semper igitur superstes é secundogenito, licet sit remotior poterit, primogenii juris exceptionem objicere, etiam proximiori agnoto volenti succedere defuncto. Disputantur quidem hæc ita, sed meam protestationem repetitam volo.

30. Extinctâ verò tota familiâ Electorali aliqua Cæsar adhuc potestatem habet alium de electoratu infeudandi *a* Illustrissima tamen domus Hassiaca Saxonico investita est. *b*

a) Aur. Bull. t. 20. 24. plurimi diss. moti articulo capitulationis: **Wz auch von Lehen dem Reich bey zeit vnser Regierung eröffnet/vnd ledig heim fallē werden/so etwas merckliches ertragen/als verfallen Fürstenthumb/Graff- vnd Herrschafften/Stätt vnd dergleichen/die sollen vnd wollen wir nicht verleyhen/sondern zu Vnterhaltung des Reichs/vnser/vnd anderer Nachkommenden Keyser behalten/einziehen vnnd** incorporiren, **biß so lang dasselb Reich widerzu wesen/vnnd auffnehmen kompt/** qui textus generalis videtur & non minùs de Electoratibus, quam cæteris principatibus loqui. Verùm cum nulla de illis fiat mentio, nec aurea bulla hodie correcta invenitur, credimus eam adhuc vigere, *l. sancimus, C. de testam.* scimus nunquam per generalem sanctionem speciali derogari, etiam priori: in toto enim jure generi per speciem derogatur, *l. in toto, ff. de R. I.* in dispositione generali non comprehenduntur res, causæ vel personæ specialiter privilegiatæ, *l. 3. C. de silent. lib. 12. l. 1. § 4. Cod. de nov. Cod. confirm.* singularis quoq; ratio subest, ne sc. sex pro septem candelabra luceant, & lumen Imperii fiat obscurum, officia ejus non administrentur, ipsiq; minus prospiciatur, quæ, ut & alia, ad Electores pertinent, adde deniq; quod Buxdorf. & alii conquerantur, prædictum articulum Imperio certé non inutilem, si observatus fuisset, usu non esse receptum, sed potius contraria observantia abolitum, infeudatione Ducatus Mediolanensis á Carolo V. filio Philippo facta, & Comitatus **Königstein**/ quem A. E. M. Imperio apertum & devolutum prætendens á Divo Rudolpho II. in feudum consecutus est. *b)* A Carolo Quarto primum, & ab omnibus huc usque Imperatoribus. Ratione

pacti confraternitatis, quo Sereniſſimi utriuſque Domus principes quaſi **Rechte / gleiche / natürliche Mitgeerben / Gemeynere vnnd Vngeſonderte Brüder/** effecti ſunt. Ut patet é confirmatione Caroli 4. inſuper datâ. Quod pactum valet in vim contractus, mutuæ obligationis & ſtatuti ex Cæſarea auctoritate, *Goil 2. obſ. 127. num. 9. Dauth. de teſtam. n. 87. Decius. conſ. 655. n. 11. Zaſ lib. 2. conſ. 1. n. 40. & ſeqq. Molin. conſ. 18. n. 27.* Eſt reciproca bonorum omnium donatio, communio & ſocietas; cujus effectus ſaltem in mortis caſum ſuſpenditur, habent confratres omnium bonorũ communionem, civilẽ poſſeſſionem conſtitutam. Cujus exercitum ſaltem in caſum ſupervenientem ſuſpenditur. De quibus omnibus *videatur Petr. Ritter. in diſcur. Arum. 22. Dn. D.* **Reinking** *de Regim. ſec. lib. 1. cl. 4. c. 81. acta.* **In Sachen Fürſtl. Marpurg.** *ſucceſſ.* hoc ſolum adhuc notatum volo, quod omnibus juribus, legibus, obſervantiis, conſuetudinibus, quæque pacto huic obſtare poſſent, per majeſtatem Cæſaream ex ſcientia certa, plenitudine poteſtatis Imperatoriæ ſit derogatum. *Et licet Fabr. libr. 7. orig. Saxon. refer. Arum.* putet Electoratum in pacto confraternitatis non comprehendi, ſed á cæteris ditionibus eſſe exceptum, eó quod ſit Imperii, quod non tribuatur generi ſed honori: aſt errorem ipſius oſtendunt Inſtrumenta tum ipſorum principum obligatoria, ut & Impp. confirmatoria. In principum habetur ſic: **Mit vnſer beyden Partheyen Fürſtenthumben/ Graffſchafften/ Herrſchafften/ Lehen vnd Pfandſchafften / mit allen vnſern Landen vnd Leuten / die wir jetzundt haben oder noch gewinnen mögen.** Confirmatio Caroli Quarti, ad quam poſteriores Impp. ſe referunt, ſonat, **daß die Erbverbrüderte vnd jhrer aller ſeits Manns/ Leibs Lehens erben ewigliche gleiche rechte vnd erbliche Mitgeerben/ vnd gemeiner Lehen vnd rechter Gewähre jhr Fürſtenthumben/ Graffſchafften/ Herrſchafften/ Lehen vnd Pfandſchafften/ Land/ Leut/ Güter vnd zugehörungen/ die ſie an beyderſeits jetzund haben / oder auch hernach ewiglich erwerben oder haben werden / wie man die mit ſonderlichen jhren Namen benennen mag/ nichts außgenommen / ſein / heiſſen vnd bleiben ſollen vnd mögen.** Homagii inde præſtatio non minus in Electoratu, quam cæteris dictorum Sereniſſ. principum, facta eſt terris.

31. Requiritur præterea. Ut filius Electoris votum in electione habere poſſit, ut annum 18. expleverit. *a* Quam ætatem ſufficientem quoq; putamus, ad gubernationem totius territorii ſuſcipiendam. *b* Et huc uſq; habet curatorem proximum agnatum ſeniorem, cui an teſtamentarius præferendus ſit, magna eſt contentio. *c*

a) Quamvis alias in favorabilibus inchoatus pro completo habeatur, *l. 8. ff. de muner. & hon. ibi* hoc enim in honoribus favoris cauſa conſtitutum eſt, ut pro plenis inchoatos accipiamus, per quem text. ut *Gothof. notat*, Michael Hoſpitalius Franciæ Cancellarius, Anno 1563. Carolum 9. Galliæ Regem annum 14. incipientem majorem eſſe probare auſus eſt. In Electoribus tamen requiritur, ut annus 18. ſit completus. *text. expreſſ. in aur. bull. tit. 7.* per quem Richardus Comes Palatinus, *referente Buxdorfio* F.C.P. cui poſt mortem Johannis Caſimiri Adminiſt. ſolummodó dies quinquaginta novem deerant; non admitti poſſe contendit, ſed nihil profecit, quaſi minimum non curet prætor, *l. ſciendum. ff de in integ. reſt.* & cingẽdus pro cincto habeatur, *l. filiusfam. ff. de teſt. milit. Freher. in duab. orat. ea de re hab.*

cujus

cujus sententia, an stare possit dubito, propter textum qui requirit ut anni 18. sint completi. *b)* Et de hoc controversiam movit idem R. C. P. quia jus commune neminem ad Rempubl. administrandam admittit ante annum vicesimum quintum, *d. l.* 8. aurea bulla autem intelligenda est, quo minus lædatur jus commune, *Andr. Knich in jus Sax. c.* 5. *num.* 41. Et hoc ex verbis aureæ bullæ probari posse videbatur, ubi tantum fit mentio vocis, juris eligendi, nec quicquam de administratione habetur, ad non dicta ergo trahi non debet, *l. quod contra, ff. de legib.* Idemque obfirmat declaratio Sigismundi, Anno 1434. *quam videmus apud Goldast. in Constit. Imp. p. m.* 145. § 7. *ibi:* ætatem autem debitam in eligendo Rege decem & octo annorum censeri volumus, & haberi. In principatibus autem, Ducatibus & Dominiis, aliis temporalibus gubernandis, ętatem observandam decernimus, prout á Divis Rom. Impp. & Regibus nostris prædecessoribus est sancitum, cujusmodi declaratio vim legis habere debet, *l. pen. & fin. Cod. de legib.* Accedit denique quod Electores in electione plures prudentissimos collegas habent, in gubernatione iisdem destituti ab aulicis facilé corrumpi possint, *l. fin. § melius, Cod de bon. qua liber. l.* 1 *ff de minor.* His veró non obstantibus pronunciatum est contra Richardum, quod observari, rescimus experientiâ ætatis nostræ. Ad contraria R. *Arum. ad Aur. bull. discursu* 4. *c)* Tutior hic essem si cum Celso, *in l.* 32. *ff. de reb. cred.* Ulpiano *in l.* 32. *ff de procurat.* subsisterem, de hac controversia enim longum catalogum scriptorum publicorum recitat, *Coler. de Iur. Imp. Germ. sect.* 56. & adhuc inter Serenissimos Principes lis ea agitatur. Ast ob amorem veritatis, JCtis negantibus, viris celeberrimis, veritatis & candoris amantissimis, rerum Imperii nostri experientissimis palmam esse tribuendam existimo, *hos enumerat Zacharias* Friedenreich / *in Synops. controv. de tut. Elect. palat.*

32. Archepiscopus Moguntinus *a* juxta præscriptam formulam *b* Coëlectores omnes *c* Francofurtum *d* intra tres menses *e* convocat.

a) Aur. bull. t. 1. meritó nam Decanus est collegii, *Freher. in not. ad Petr. de Andl lib.* 2. *c.* 2 *Knich de Iur. Sax. prov. c.* 1. *n.* 55. *Paurmeist. de Iurisd. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 45. Decanus enim capitulũ convocare debet, *Corn cons.* 181. *n.* 3. *vol* 1. idq; nostra ætate bis observatum meminimus. *b) Aur. bull t.* 1. §. *qualiter*, & titulus 18. illam continet. quæ omninó observari debet, actus aliâs nullus erit, *l.* 5. *C. de legib* Ordo enim & modus in dispositione legis statutus habetur pro forma, *Felin. in c. cum dilecta, de rescript. in* 6. quæ autem pro forma jubentur á lege, mutari non possunt, *l. nemo potest, ff. de leg. l. l. cum hi, §. si prator ff. de transs. c) Aur. B. t.* 1. § *præterea, c. bonæ memoriæ, c. quod sicut, §. si autem de election. c. cum in Ecclesiis, eod. in* 6. Unius enim contemptio plus operatur, quam dissensio plurium, *c. venerabilem de election.* ita ut tãquam nulla electio impugnari possit, *d. c.* quod factum in electione Ludovici Bavari, & Maximil. 1. á Rege Bohehemię, *Andr. Knich. de Iur. Saxon. non prov. d) Aur. B. t.* 1. 2. 25. aptionem enim locum vix invenire potuissent. *Laté Arum. discurs.* 2. *ad A. B.* qua in urbe etiam ante Carolinam hanc sanctionem electio celebrari consuevit historica fide testificante. Hic locus omninó est observandus, nec mutari potest, propter verbum *debet*, quod est dispositivum, & necessitatem importat, *l. prator ait, ff. de edend. ibiq. gloss. l. sepé audivi, ff. de offic. præsid.* Et est adjectus pro forma, á qua observata in futurum ne discedit or, *l.* 24 *ff ad mun. in fin.* Nisi justa causa subfuerit, ut est pestis, *argum. l.* 8. *Cod. de test.* vel alia necessitas, quæ á legis præscripto excusat,

l.5.§.11.ff.de nov.oper.nunc. de hoc est textus rotundus, *in A.B.25.§.inveniesi*, citra ergo necessitatem si in electione alio in loco procedatur, tanquam nulliter facta, *per supradicta*, impugnari potest, quod Elector Saxonię contra Ferdinandum Coloniæ electum intendit, *Sleidan.lib.7.&8.* *e)* *Aur.bull.t.1.* quod si is cessaverit, Electores ipsi sponte convenire possunt, imó debent *dict.tit.1.§ cum autem*, quod factum esse in Electione Ruperti, dicit *Peucer. lib.5. Chron.* coarctare quoq; tempus hoc non potest. Tempus enim indultum á lege, non potest abbreviari ab homine, *l.4.§.si quis condemnato, ff. de re jud.* Non est audiendus, qui terminum constitutum non vult servare, *l.scire oportet, §.consequens.ff.de excus.tut. Tiraq.de utroq. retract.§.3. gl.4.n.3. in termini ita concludit. Panorm.in c.cum nobis, de election.*

33. Hoc ergo tempore & loco convenire debent Electores ipsi, *a* vel si justo impedimento detinentur, eorum nuncii legales cum mandato ad præscriptam formulam *b* sub pœna amissionis suffragii, *c* veniunt autem tuti salvo conductu *d* ingressis urbem, non pluribus quam ducentis Equitibus, jurant cives, se ipsos fideli studio protecturos, & intra tempus electionis neminem intromissuros, illis, qui in civitate reperiuntur, absque mora, & cum effectu exitum ordinaturos, quę negligentes incurrunt pœnam perjurii, amissionis omnium privilegiorum, & banni Imperialis. *e*

a) *Aur. Bull.t.1.§.18.tit.25. quandocunq;*, Regulariter invitis collegis nemo procuratorem ad eligendum constituere potest, nisi necessitate impeditus, *c. quia prater, §.illud de elect.c.pen.§ fin.eod.in 6.* *b)* Sicut jam nomine Comitis Palatini Illustri ac Generosiss. Dn. Johannes Albertus Comes á Solms, Dn. meus clement. ad fuit, ut & Electores Saxoniæ, Brandeb. legatos suos misêre. Debent mitti cum plena & omnimoda potestate, *aur. bull. t. 1.§. preterea*, formula præscribitur, *tit 19.* Unde ad certam personam hodie mandatum dari non potest, licet ante auream bullam Waldemarus Marchio-Brandeb. legato suo in mandatis dederat, ut certam personam nempe Fridericum Austriacum eligeret: quo non observato, cum is Ludovicum Bavarum nominasset, nomine Friderici in instrumento eradicato, effossis oculis in carcere enecatus est, *Crantz.lib.9.c.8.* *c)* *A.B.t.1.§.principes, c.4.§. 1.c.quod sicut de election. Buxd. ad aur. bull. concl.25.* contumacia enim vel absentia quorundam negotia universitatis impedire non debet, *l.45.Cod. de decurion.lib.10.* Etiamsi ergo á minima parte collegii procedatur, id valet, *arg.l.7.§.in decurionibus, ff.quod univers.nom.Schrad.de feud.p.9.c.5.n.159.* minor pars tamen præsens honestè fecerit, si abstinuerit ab eligendo, *Iacob.de conc.lib.3.art.7.n.28.* *d)* Et discedunt, quibus autem conducantur exactè præscribit *Carolus in tit. 1.* *e)* *aur. bull.tit.1.§ fin.* quod & nostra ætate observatum meminimus. Electione tamen absoluta portæ cuivis aperiuntur.

34. Sequenti diluculo Electores in templo S. Bartholomæi conveniunt ad invocandam gratiam Dei *a* sacris finitis ad altare juramentum juxta legem Carolinam sibi invicem præstant. *b*

a) *Aur.bull.t.2.princ.* hoc primum & Christianum in omnibus etiam actionibus

nibus maximé in limine arduorum actuum, *ad Coloſ. 3. v. 17.* Ad omnia conſilia & actus per Deum progrediendum, *l. 2. in princ. C. de offic. præf. prat. Afr.* in electione, *Act. Apoſt. c. 1. in fin. c. cum terra de election.* Ubi enim Chriſtus non eſt fundamentum, nullum boni operis eſt bonum ſuperædificium, *c. cum Paulus, 26. q. 1.* hoc vult Gallorum veriverbium, Raiſon & oraiſon en toute ſaiſon font maiſon. Juxta auream bullam id fieri debet audiendo miſſam, quod Pontificii adhuc obſervant, interim cæteri Electores in proximum conclave, ſe recipiunt, quibus redeuntibus intonatur Hymnus: Veni creator Spiritus. *Relat. Election. Divi Matth.* b) *aur. bull. t. 2.* ubi formulam ejus habemus. Eccleſiaſtici coram Evangelio beati Johannis, c. 1. In principio erat verbum, manus ſuas pectori imponentes cum reverentia. Seculares ipſum Evangelium corporaliter tangentes: Nefas putamus ſibi invicem hoc juramentum remittere velle. *Florent. á Venning. conſ. 16. num. 198.* verba: **Zu dem heiligen Evangelio**/ut & poſtrema de adjutorio Sanctorum pro moribus Caroli quarti addita ſunt. Nam in verbo Dei nulla alia, quam quæ fit per Deum jurandi formula permiſſa eſt, *Deuter. 6. v. 13. & 10. verſ. 20. Weſenb. parat. de jurejur. n. 6.* Nec nos de ullo Sanctorum auxilio quicquam ſcimus. Permittunt tamen Dd. jurare, **zu Gott vnd auff das heilige Evangelium** *Warem. Erenberg. de feud. lib. 2 c. 1. nu. 151. & ſeq.* Et ſic in **Reichsabſchied** de Anno 1555. §. **vnnd dann**/ ꝛc. conſenſu proteſtantium conſtitutum, **Daß die Form der Beyſitzer vnd anderer Perſonen/vnnd Partheyen Eyds/ zu Gott vnd den heiligen/ oder zu Gott vnnd auff das heilige Evangelium zu ſchweren/ denen/ ſo ſchweren ſollen/ hinfüro nicht frey zu laſſen/ Sondern ein gewiſſe Maß/ als nemlich auff Gott vnnd das heilige Evangelium/ zu ſtellen ſey.**

35. Poſtea Elector Moguntinus exquirit vota: 1. ab Archiepiſcopo Trevirenſi. 2. Colonienſi. 3. Rege Bohemico. 4. Comite Palatino. 5. Duce Saxoniæ. 6. Marchione Brandeburgico, & hi rurſus ab ipſo vocem ſcrutantur. *a* Pacto, pretio vel quocunque modo corruptus voce careto, *b* corrumpens ut indignus repellitor. *c* Francofurto Electores non diſcedunto, niſi major pars in certum aliquem concordaverit. *d* Quod fiat intra triginta dies, aut panem manducanto & aquam bibunto. *d*

a) *Aur. bull. t. 4. §. primó*, collegialiter non diverſis in locis. *arg. l. 2. C. de decur. lib. 10. l. nulli. ff. quod cujuſq; univ. c. cum omnes, de conſtit. c. quia propter, c. Geneſ. de election.* b) ob juramentum præſtitum, *c. nobis de Simon Matth. Steph. de juriſd. lib. 2 p. 1. c. 5. n. 29. Simon. Piſt. inter conſ. Modeſt. Piſt. conſ. 1. n. 3.* c) *dict. c. nobis*, per ambitum ad Imperium aſpirare non debuit, *l. unic. ff. ad l. Iul de amb.* eaq; propter puniri debet, *d. l. un.* Etſi unus tantum Electorum tale quid acceptarit, *d. c. nobis* licet durum hoc videatur, quia utile per inutile vitiari non debet, *l. uſuras uſurarum ff. de uſur. c. utile, de R. I. in 6* delictum unius alteri non noceat, *l. ſancimus, Cod. de pœnis*, nam Electio eſt actus individuus, adeoq; tota inutilis erit, deinde lex noſtra eum vult demum eſſe electum, qui juxta prædicta & ſine precio & pacto eligitur, *aur. bull. t. 2. §. Et quia Sichard. in l. 5. n. 4. C. de his quæ vi met.* Quamvis datum fuerit precium, vel alio modo pactum ab amicis electi, ipſo etiam inſcio *d. c. nobis.* d)

Aur.bull. t. 2. §. 3. Major pars collegii scilicet, non Electorum, *Simon Pistor. d. conj. num. 9 Buxdorff. concl. 33. Panorm. in c. venerabilem, de election.* ideoque si forsan tres electi fuerint simul, é quib. unus tria habuerit vota, electio nulla erit. Electio enim ad Collegium universorum, non ad singulos Electores spectat, nam aliâs etiam singulorum consensus requireretur, *L. 7. §. 1. ff. quod cujusq; univers. l. per fundum, ff. de servit. prad. rust.* Videbimus quænam jactata sit Francofurtensium consuetudo de non intromittendo in urbem Rege in discordia electo, nisi aliquandiu eam obsederit, & adversarium repulerit. Hoc casu Jupiter Vaticanus authoritatem suam ridiculé ingerere conatur, *c. venerabilem de election.* melius egerit si discordias inter pastores composuerit, & Principibus nostris sua reliquerit, *concl. 3. & 4 sup. c) Aur. bull. t. 2. §. præstito*, eandem ferè, nam & vinum ipsis porrigitur, pœnam Canones electoribus Papæ infligunt, *c ubi periculum, de election. in 6. Clemen. ne Romani in eod.*

36. Eligent omnibus in Principe requisitis virtutibus conspicuum *a* quoad fieri potest, potentiorem *b* Christianum Catholicum. *c*

a) Carolina lex t. 2. vult eligi hominem justum, bonum, & utilem. Regnorum fortuna & status paret regnantium virtuti, & tantum Regni cujuslibet gloriam ampliari posse non dubites, quanti in principe virtutis esse cognoveris, ait *Hugo Falcand. lib. 8. rer. secul in Laud. Log. Reg.* De hoc dubitare esset hominis vitiosi. Regis ad exemplum totus componitur orbis. Gallus clamat: ce que fait le seigneur, plusieurs font puis apres, car dessus le seigneur tous ont les yenx fiches. Bellicis rebus potius erit instructus, quam intentus Scholasticis, unde laicus non Clericus esto. *b)* Interest Rempubl. per ditiores regi *Petrut. montisp. cons. 14. n. 3.* Si vero virtus in alio clariores radios emittet, in divitiis immorandum neutiquam est, *ut Archiepiscopus Trevirensis apud Schleid lib. 1.* de Rudolpho I. & Maximiliano I. graviter & veraciter disserit. *c)* veræ pietatis amantem *Deut. 17. v. 15. & seqq. l. inter claras, C. de sacros. Trinit. 2. Corinth. 6. v. 14. Osea. 8. v. 4. c. venerabilem de elect. clement. 1. de jurejur. c. ad Apostolica de re judic. in 6.* Quamvis Augustanæ Confessioni sit addictus. Quid obstaret? nonne omnis Ecclesiastica Censura in hos suspensa. *Recess. Imp. de Anno 1555. §. damit auch?* Nonne huc usque ipsis competit electio activé, quare non ergo etiam passivé? Nec Vota juramenti religio Pontificiis Electoribus super tali aliquo incutere potest religionem, Ineptum enim esset, & contradictionem implicaret dicere Romanam tantum ecclesiam esse Catholicam; plura de hoc discursus dabit. Liberum est dico, eligere talem, & liberum est Electo ad nostram religionem transire. Quod autem Romanenses id concedere nolunt, prætendentes quod Imperium Romano-Germ. sit feudum sedis Romanæ, aliam non meretur refutationem, quam Ottonis Wittelspachii, qui stricto ense, vero Germanicæ libertatis Zelo, legatum Adriani Pontificis, impudentiore tale spissum mendacium, in Principum Germanorum conventu effutientem, insecutus dubio procul confodisset, nisi Imperator ipse restitisset, *Günth. Radeg. Frising. testibus.*

37. Natione Germanum *a* etiam fratrem, filium, vel sanguine junctum *b* nemo seipsum *c* vota tamen á coëlectoribus sibi data suo augere fas est. *d*

a) Archi-

a) Archiepiscopus Moguntinus *apud Sleidanum lib.* 1. legibus, inquit, nostris & jurejurando nos arbitror impediri, quibus cautum est, ne decus hoc Imperii transferatur ad exteros. Quod constitutione Ottonis III. effectum esse *tradunt Dd apud Buxd. concl.* 31 *ad aur. Bull.* qui legem illam dignam judicat novâ approbatione, & quę redigatur in corpus decretorum, quo extraneis omnis ad Imperium spes præcidatur. *Panorm. in c. venerabilem, de elect. Heig. p* 1. *q.* 5. *Simon Pist. cons.* 1. *q.* 1 *inter cons. Modest. Pist.* Imperium activé & passivé ad Germanos translatũ multis rationibus comprobant. Non opus, gratia Deo, ut é milvis & falconibus nobis tutor quæratur, nam Teste AE. Trevirensi *apud Sleid. lib.* 1. Semper illustre Germaniæ principum nomen, & fama celebris fuit, quæ nondum extincta, sed incolumis viget & floret. Æn. Sylvius *descript. German. c.* 30. Nullibi, inquit, familiis Electorum, & Procerum Imperii illustriores vel similes inveniri possunt. Tacitus antiquissimus patriæ nostræ descriptor cõfitetur, quod ante Germanos nobilior gens nulla sit, ipse Andius sine Bono, veritate victus *in meth. histor. c.* 5. gentem nostram virtuosiorem omnibus aliis esse colligit. Urget quoque sanctio divina *Deut.* 17. *v.* 15. *ibi*, é medio fratrum tuorum constitues super te Regem, non poteris constituere super te Regem virum alienigenam, qui non sit frater tuus. Pro Germano eum quoque habemus, qui extra Germaniam vivo avo paterno Germano natus est, *l.* 1. *l. assumptio, ff. ad municip. ibiq; Dd. l. per ff. de Senator. l. filios, C. de municip.* præjudicium habemus in Ferdinando: (Cujus frater Carolus V. licet Rex Hispaniæ, tamen in Germania inferiori Gandavi scilicet natus erat) *Simon. Pist dict. cons.* 1. *n.* 27. *Gaden. cons.* 1. *n.* 2. b) Si modo dignus est, & nulla fraus, ut in electione Adolphi ab A. E. M. factum, intervenit, *Arum. discurs.* 2. *in fin. ad Aur. bull.* c) *c. fin. de instit. c. per materias. de jur. patron. l.* 4. *ff. de tut. & curat.* esset enim ambitiosa electio *c. cum in jure*, 33. *de elect. ibiq; Panorm.* Quod Sigismundus non multum curavit, cum ipsi ob regiam dignitatem primus votandi locus concederetur, me, ait, ego novi, alios nõitidem, an æquè mecum orbis Imperio digni sint *Dubrav. lib.* 23. *hist. Bohem.* quod tum temporis Coëlectores approbarunt: aliâs in propria causa testis idoneus nemo est, *l. nullus, C. de testib.* & suspectum se reddit, qui se ultrò ingerit, *l quæ omnia ff. de procur.* d) *Aur. bull. t* 2. *§ fin. l. plané, ff. quod cujusq; univers. ibiq; Dd. cap. cum jure de elect.* dum enim numerum auget, non suum, sed collegarum judicium sequitur, *Cavalcan. decis.* 40. *n.* 4. *lib.* 1.

38. Eum deinde, quem Electores Regem volunt, lege constringunt, *a* Quæ á certis capitibus & articulis capitulatio nominatur *b* quám Electus, sanctè observare Sacramenti religione promittit. *c*

a) *Schleidan. lib.* 1. *Goldast. const. Imp. p.* 2. *fol. mihi* 1. *& seqq.* Quod sanè non pugnat cum majestate, nec cõtrariatur Monarchiæ, *ut Andius sine Bono sibi somniat*, pertinet ad salutem Imperii, quod ipsum si non salvum, majestatem Cæsaris sustinere non potest. Sic olim in Veteri Testamento de regimine, antequam Rex constitueretur consultabant primores populi cũm eo 1. *Reg* 12. qui tractatus dicebatur fœdus populi cum Rege. 2. *Chron.* 23. jus Regni, 1. *Sam.* 8. Et hoc ab omnibus pene, Turcas exceperis, aliis nationibus salvâ Regalis nominis dignitate receptum est, *Steph. jun. Brut. in vindic. contr. Tyrann. c.* 3. idque maximé de Germanorum nostrorum antiquissimis Regibus *testatur Tacitus*, quod ipsorum scil. libera & infinita

potestas

potestas non fuerit : Unde Lazarus **Schwendi / in seinem bedencken von Regierung des Röm. Reichs/** §. 12. ait, **darneben haben die Teutschen je vnnd allwegen/ vnder jhren Keysern / jhre alte Teutsche Freyheit dermassen erhalten / vnnd herbracht / daß sie jhnen nicht eingreiffen können.** Illustris hæc libertas potius Augustiorem quam angustiorem reddit Imperatoris majestatem, quo enim quis melioribus & liberioribus præest, tanto illustrior & sublimior princeps æstimatur, *Novell.* 15. *Andr. Knich. de sublim. territ. cap.* 1. *& de Iur. Sax. Verb. ducum e.* 1. *Natt. cons.* 637. *n.* 35. *Zach. Viet. de exemp. Imp. concl.* 5. Nemini ignotum quanta Principum nostrorum sit nobilitas & præstantia, præ reliquarum gentium. Maximilianus I. scité & veré dixit se esse Regem Regum, Hispanum hominum, Regem Galliæ esse Dominum cætera nota sunt. Gallos quod attinet tritum est proverbium : Le Roy de france est un Roy des bestes, á cause de la grande facilité du peuple francois, qui se laisse emmener par le nez comme des bestes,. Non igitur acerbitatem Andii sine bono Monarchomachi nostri curamus, cui jam dudum satisfactum est. Nolumus tyrannidem, quam patres nostri, & nos ipsi meminimus apud alias gentes exerceri. Tremere nolumus tot lanienas, tot parricidia, & undantem per compita sanguinem, quot ipse Bodinus cum misera sua Gallia flebilibus oculis aspicere coactus est. Repudiant Principes nostri infelicis Galliæ Adolescentis ad Curiam suam vocem : je veux estre obei *Vietor. dict. loc.* b) Quorum triginta quinque enumerat *Coler. de jur. Imp. Germ. concl.* 33. *ex Schl. lib.* 1. *Goldast. const. Imp. p.* 2. *pag.* 1. Lex ea nullo modo tolli vel omitti potest, statuum Imp. consensu mutari, pro ratione temporis & utilitate Reipubl. nihil impedit. Est lex fundamentalis Regni quâ istud sustinetur quasi fulcro, quo amoto necesse ut collabatur. Adeó ut Baldus Pontifici Romano hanc regnandi formulam mutandi potestatem quoque *in c. venerabilem n.* 4. *de election.* mutatam autem esse *ait Coler é Goldast. fol fol.* 91. ubi **die Capitulation so viel des Bapst Huldigung betrifft / ist geendert in Keyser** Maximil. II. & Rudolphi **des andern Obligation.** Sic in ejusdem Divi Rudolphi obligatione omissus est articulus, de ordinatione Regimenti, qui tertius in Carolo V. fuit. c) His verbis **Solches haben wir Römischer König den Churfürsten geredt / versprochen / vnnd bey vnsern Königlichen Würden / Ehren / vnd Worten / im Namen der Warheit zugesagt / thun dasselbe auch hiemit vnd in krafft dieses Briefs / inmassen wir dann dessen ein leiblichen Eydt zu Gott vnnd dem heiligen Evangelio geschworen / dasselbe stät / fest vnd vnverbrochenlich.** Quæ juramenti votio ne minimum detrahit Majestati, *ut opinatur Arnis. de jur. majest. lib.* 1. *c.* 6. *num.* 8. *cui solidé resp. Dn. D. Reinking. libr.* 1. *cl.* 3. *c.* 9. *nu.* 6. *& seqq.* Credibile enim est arctius & sanctius ob sacramentum promissa servaturum, metu pœnę divinæ. Et quid quæso ipsius sublimitati decederet, cum & Deus ipse qui veritas & Constantia ipsa vel centies in sacris juravisse legatur, Convenit quidem Principi illud, semel locutus est, quod scripsi, scripsi : Princeps unum debet habere calamum, unam linguam, & non plures, quia scriptum est : quæ processerunt de facie mea, non faciam irrita : debet esse immobilis sicut lapis angularis & polus in cœlo, *Bald. cons.* 327. *n.* 4. *Gail.* 2. *obs.* 55. *nu.* 4. maximé cum sit lex animata in terris, *Nov.* 105. *in fin.* Unde vulgatum magni illius Philippi Hassiaci, Herois incomparabilis dicterium: **Man soll einen Fürsten erkennen / bey Haltung beschehener Zusag / reiner Strassen / vnd guter Müntz.** Ast homo est, lapsui obnoxius. *Videatur Dn. D.* **Reinking.** *d. l.*

39. Et

39. Et tunc Electus statim Rex existat, *a* privilegia Electorũ confirmat, antequam in aliis Imperii causis quicquam administret. *b* Nec expectat confirmationem *c* vel coronationem Pontificis Romani. *d*.

a) *Aur. bull. t. 2. Constitutio sæpe dicta Ludovici 4. Colonia promulgata.* Differentia quæ sit hoc casu Imperatoris & Regis Romani, non facile est dicere, & tractatur ab Arum. & aliis pagellæ lucrandæ causâ omitto ego. *b*) *text express. in aur. bull. t. 2. § 5. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 2. n. 9.* primo nomine Regali, postea innovat titulo Imperiali *aur. bull. d. loc. 46.* *c*) *dicta constit. Ludovici 4.* eum criminis læsæ majestatis reum pronunciat, qui ausus erit hoc dicere; impium ergo & ridiculum est de eo dubitare *Cornæ. cons. 177. n. 15. vol. 1.* Calliditas autem vulpina in præsule isto hîc apparet, nam confirmatio superioritatem præsupponit, *Thoming. cons. 8. n. 238.* Hinc quoq; morem & ritum ungendi antiquum mutarunt. Olim caput ungebatur, hodie humeri, & brachia, quasi Papa sit caput. *Laté Peregrin. de jure fisc. lib. 1. c. de iis qui jura fisc. habent.* *d*) Et de hoc dubitare esse sacrilegium dicit *Bero. cons. 194. n. 1. cons. 588. n. 7. Paris. cons. 1. n. 4. dict. const. Ludov.* Electio ipsi tãtum tribuit, quantum successio successori. Coronatio potiús honoris, quám necessitatis causâ fit. *And. Knich. de Iur. Sax. c. 1. num. 18.* Fit ob ostentationem non necessitatem. *Marsil. Patav. c. 11. & 12. in defensor.* si papalis Coronæ impositio esset necessaria, sequeretur quod Cæsares Constantinopolitani, Rudolphi, Maximiliani, Matthias & alii non fuerint Reges. Nec certé, quod Imperatores quidam ob majoris ostentationis honorem, voluere ab ipso Papa coronari, successoribus præjudicium parere potuerunt, *Wesenb. parat. ff. de constit. princip.* relictum enim id fuit liberæ ipsorum voluntati, quæ libertas non præscribitur *comm. Dd. per l. viam, ff. de via publ* dixi coronationem solennitatem esse, solennitatibus verò nonne solutus Augustus noster? *l. ex imperfecto, C. de testam.* Annon Papa electus licet nondum inthronizatus facultatem regendi Ecclesiam habet sicut verus Papa *cap. in nomine Domini distinct. 22.* annon Clemens V. *extravag. comm. ultim.* excommunicat eos, qui ausi fuerint disputare de potestate Papæ nondum coronati?

40. Mendacium enim est Imperium esse á Præsule Vaticano. *a* Nam soli Deo *b* & ensi id acceptum fert Cæsar. *c*

a) Quod Clemens V. *in Clement. unic. de jurejur.* petulanter affirmare non erubescit. Cum tamen ne hilum quidem de eo ipse unquam habuerit, quomodo ergo is donare vel transferre potuit? *l. nemo ff. de R. I.* Quid enim Hadrianus miser ille Papa potuit donare Carolo Magno: Cúm in summis angustiis constitutus auxiliũ Caroli submisse implorat, *c. Hadrianus dist. 63. c. 10. 23. quæst. 8.* Turpitudo quoque mendacii é variatione, & incertitudine colligitur, *l. eos. ff. de fals.* Quidam enim illam translationem Papę Stephano, alii Leoni, multi Hadriano, plerique Zachariæ ascribunt. Quidam factam esse anno 755. alii anno 801. tradunt. Separata Dei dona sunt, ab eodem principio, supernâ scilicet clementiâ, procedentia, sacerdotium & Imperium, *Novell. 6. cap. duo sunt distinct. 96.* Una autem determinatio duo determinabilia respiciens, æqualiter videtur determinare, *l quam vis, Cod. de impub. & al. subst. Socin. reg. 543.* *b*) Deus enim constituit regna, & per illum Reges regnant, *Proverb. 8. 15. Daniel 2. 21. Esa. 45. Sapient. 6. ad Roman. 13. c. quoniam distinct. 10. l. 1. in princ. C. de Vot. Iur. enucl. ibi* á cœlesti majestate Imperium

Cæsari datum, *text. elegans in Novell. 26. c. 4. in fin. ibi*: hanc nos gratiam Deo referendam putamus, qui Imperii coronam nobis imposuit clarissimè *dict. Ludovici 4. constituit.* Unde **Wir N. von Gottes Gnaden.** Nec obest, quod eligatur, Deus enim per media agit, distinguendum igitur inter ipsam potestatem, quæ immediatè á Deo venit, & modum eam acquirendi, qui diversus ab ea & hominis esse potest. Cessat ergo Bellarmini ducis Gregis Lojolitici *de translat. Imp. c. 9. Covarr. p. q. 1. cap. 6.* cõtradictio, acutè cernit, qui rationem videt, quomodo Papa potestatem suam, si habet, immediatius accipiat. *c)* Accedente consensu per transactionem Impp. Constantinop. Nicephori Anno 803. Michaëlis hujus successoris *Crantz. lib. 3. Saxon.* Et acclamatione populi consensum exprimentis hisce: Carolo piissimo perpetuó Augusto, á Deo ordinato magno ac pacifico Imperatori vita victoria, *Cuspin. in vit. Carol Magn. Eginard. Rhemig. lib. 2. Ganguinus. lib. 4.* fuit autem hic Carolus Germanus Ingelheimii non procul á Moguntia natus. Rursus hic Bellarminus impudentissimè hunc titulum improbat *de translat. Imp. cap. 7.* sed annon omnes alii Monarchæ per ensem ad potestatem pervenêre? Assyrii, Persæ, Macedo; nostræ ergo conditio solùm deterior erit? non licebit Carolo Magno quod Alexandro Magno? in Cyro approbat, *Esa. 45.* in Nabuchodonosor, *Ierem. 25. 27. Ezech. 29.* Maneat verum & firmum, quod Martinus Majer Cancellarius Moguntinus ad Æneam Sylvium scripsit: Germanicam nationem quondam inclyta sua virtute, suoque proprio sanguine Romanum Imperium coëmisse, unde versus.

Sanguine Romanum Regnum sibi Carolus aptè
Associat Magnus, proprio quoq; sanguine servat.

41. Et hic Imperator *a* noster Germanus *b* est Monarcha *c* totius orbis *d* omnium supremus *e* Nobilissimus *f* Sanctissimus *g* Christianissimus *h* mundi Deus corporalis *i* eminens super omnes tanquam stella matutina in medio nebulæ meridionalis. *k*

a) Est nomen dignitatis, & ei soli competit qui præest Romano Imperio, *auth. de jure princip. concl* 10. proprié dicitur princeps, *l. princeps, ff. de legib. & passim.* Rex quoque appellatur *in usib. Feud.* Cæsar. *l. 6. ff. de jur. fisc. Novell.* 30. á Julio Cæsare, Augustus ab augurio, quo reverenter est consecratus *Sueton. in Vesp. b)* vir dici potest quantum Andio sine Bono afferat dolorem, quare Germani in tali honore aliis populis sint prælati: *meth. hist. c. 7. de Rep. lib. 4. c. 2. in fin.* Eos contumeliosé, & non ut decet virum modestũ, indignos hac præeminentia judicat, & cur Gallis suis, Hispanis vel aliis, Turcis quoque non potius majestas ea divina virgula obtigerit, satis mirari præ invidia nequit, acquiescere debuit in voluntate divina, corda hominum scrutante, meruit eam Germanorum virtus candidissima, quam ut illuminemus pro modo opus non est, pluribus nota, quam dici potest. *c)* Statum Romano-Germanicum esse Monarchicum, novissimè propugnat contra Bodinũ Germano-mastigam **Dn. D. Reinking** *lib. 1. cl. 2. c. 10. d) l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. de jact. l. bene á Zenone, C. de quadr. præscript. Novell* 30. *in præf.* per Synecdochen non nimis hyperbolicam, *Zach. Viet. de exempl. Imp. concl.* 1. Olim plenè, hodie ipso jure *Petr. de Andl lib 2. c. 8. Freh. de Orig. Palatin. cap.* 15. *Hieronym. Balbæ de Coron. Caroli V.* Bartolus juris auriga, lumen veritatis, *in l. hostes, ff. de capt. & postl.* ait neganem Imp. Dominum totius mundi, esse hæreticum, quia contra sanctum spiritum

in c. 2.

in cap. 2. Luc., insurgat. Romulidæ armorum & legum bigis caput mundo dare totumq; pene terrarum orbem sibi adjungere premere & tueri Imperio potuerunt, *Novell. 24. in præf.* Et omnibus gentibus dominari tam præteritis effecit tēporibus, quàm Deus propitius in æternum efficiet, *l. unica, C. de just. confirm.* Quiescere victrix aquila non potuit, quin armis, aut armorum terrore percelleret quantum ad Orientem est, quantum Occidens respicit, quantum sub meridie subjacet, & quantum Septentrio tenet, *Novell. 3. & 29. c. 2.* *e)* *l. pen. C. de bon. quæ lib.* Ei omnes principes Christiani ultrò cedunt, *Bod. lib. 1. c. 9. de Rep.* cui Reges olim sponte ministrarunt, *idem lib. 2. de Reg. cap. 2.* depositis sceptris & fasciis Regalibus, pro cubicularis servierunt *Mart. de juris d. p. 1. c. 27. n. 7.* Alphonsus Rex Neapol. ait, Nos Reges omnes debemus reverentiam Imperatori, tanquam Summo Regi, qui est caput, & dux Regum *Cothman. lib. 1. C. t. 1. q. 1. nu. 7.* Imperii dignitas summam authoritatem Augusto nostro in cæteros Reges conciliat. Bellicosus Heros Landgrav. Hass. Philippus *apud Sleidan. lib. 17.* Granvell. Resp. *f)* *l quæru, ff de natalib. rest.* & quidem fons nobilitatis, é quo omnes aliæ promanant *comm. Dd.* *g)* *d. l quæris* nihil sanctius eo in terra habetur, *l. fin. C. de legib. l. Titius, ff. de legat. 2.* *h)* *l. inter claras, C de summa Trinit.* In summa, omnia attributa, quæ aliis Regibus solent dari, ipsi proprié competunt, tanquam fonti & scaturigini, *Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 2.* *i)* *Psal. 82. v. 6. ibi* dixi vos estis Dii. Unde ejus beneficia & decreta passim in jure nostro divina, cœlestia oracula appellantur. *k)* *d. l. pen. C. de bon. quæ lib. Bald. cons. 238. lib 1. cons. 300 libr. ult. Ant. Gabriel. comm. opin. lib. 5. concl. 5. Rosenth. de Feud. c. 8. concl. 15. Menoch. 2. præsumpt. 14.*

42. Summam *a* & absolutam habet potestatem, *b* quæ Majestas appellatur *c* ab eo non separabilis *d* & alii incommunicabilis. *e*

a) Quia eam á nemine, nisi Deo recognoscit *concl.* quia solus leges supremaque jura condit, *l. 1. ff. de re const. princ. l. 1. & fin. C. de legib. Thom. Michel. de juris d. concl. 7.* *b)* *Dn. Vultej. lib. 1. de jurisprud. cap. 12. Thom. Mich. concl. 2.* **Engelbrecht** *de juris d. concl. 64.* Si modo rectè accipitur, nam si legibus omnibus esse solutam diceremus, iniquè & blasphemè fieret, legibus enim divinis, naturæ & gentium, ut superiorum tenetur, *concluſ 46. inf. Bod. lib. 1 cap. 8. de Republ. adde concluſ. 7. supr.* quomodo ab ordinariâ differat docet, *Dauth. tract. de test. ad l. 3. C. de testam. lit. d. nu. 1.* *c)* dicitur majestas quasi major status, vel potestas *Oldrad. cons. 43. Gig. tract. de crim. læs. maj. lib. 1 sub. rubric.* Et soli Imperatori proprié competit *in § 1. Inst. de publ. Iudic. Dd. comm.* Regibus cæteris nomen serenitatis vel dignitatis rectiùs tribuitur, unde in **Reichs abschied/ Königliche würde zu Böheim / Vngern / in Engelland/** *Bodin. lib. 1. cap. 10. n. 149.* *d* Ossibus ipsius inhæret, *Molin. consuet. Paris. t. 1. § 1. gl. 4. Covar. p. q. c. 4. n. 1. Thom. Mich. de juris d. concl. 8.* *e)* *Natta cons. 604 per tot.* Unde neminem in partem plenitudinis potestatis assumit, sed tantum in sublevamen sollicitudinis *idem cons. 636 n. 170.* Ne duæ superioritates constituātur, quod naturæ contrarium est *Natt. dict. loc.* Est res sacra & adeo sacra ut sacra sacrorum appelletur *Dieter. de summ. Imp. potest concl. 78.* hinc hominum commercio exempta, *l. inter stipulantem. § sacram, ff. de V O.*

43. Et jurisdictionem universalem fundatam *a* in omnes sive recognoscunt adhuc imperii dominationem *b* sive illam quocunq; modo excusserunt. *c*

a) **Engelbrecht** *de Iurisdict. concl. 71. Thom. Mich. concl. 9. adde conclus. suprà.*
b) In immediatos immediaté, mediatos mediaté, quæ tamen altiorem indaginem desiderant, nos brevitati studentes pro modo ea omittemus, quærenti tamen interim satisfaciemus. c) Non minus contra hos ipso jure Imp. jurisdictio florida est, alleganti exemptionem probatio incumbit, *Cephal. cons. 163. Decius cons. 307. lib. 7. Andr. Gylm. Suppl. Symph. tom. 1. t. 1. vot. 5. n. 9. & comm. Dd* Sed quomodo probabunt? nullo modo. Turpitudinem propriam allegabunt, si secundum *Host. sens. in c. venerabilem, §. videbatur, qui filii sint legit. quem Dd. comm. seqq. teste Zoannetto* omnes, sive prætendant titulum, sive se nullum unquam superiorem agnovisse, peccent mortaliter. Ab Imperio totalis exemptio nullatenus fieri valet *Luc. de penn. Matth. de Afflict. quos citat Dn.* **Reinkingk** / *lib. 1. cl. 2. c. 8.* Imperator neminem ab Imperio alienare, vel eximere potest, *arg. l. 4. C. de defensor. civit. Vasq. illust. q. 1. c. 1. num. 10. quod Doctores omnes approbant.* Res Imperii non sunt in marsupio Principis *Bald. in c. intellecto de jurejur.* Proprietas Imperii ab Imperatoris jurisdictione separata, *Thom. Mich. concl. 14.* melius Gallus ipsum instruit: un bon Roy est un serviteur public, & gouverne la principante, comme chose appartenant au peuple, & non comme sa chose propre. Sub qualicunque actu, intelligitur salvum jus superioritatis, *Roland. á Vall. cons. 1. n. 56. & seqq. lib. 2. Raudens. resp. 1. n. 263. & 435. Petr. de Petr. de jur. quæs. non toll. c. 21. num 36.* cum clausula subintellecta semper, sauf en tout nostre droict, & d'autruy. Cessat præscriptionis remedium, *l. amissione. §. qui deficiunt, ff. de capt. & postl. Dieter. de sum. Imp. potest concl. 201. Modest. Pist. cons. 4 nu. 28. quæ communissima Dd. opinio* & quidem anni Platonici *Viet. de caus. exemp. Imp. concl. 7.* Vanitate vanius est Imperio id, quod ipsum in sui favorem & salutem introduxit, in ejus odium torquere conari. Refractarios & rebelles recenset, *Viet. d. l. concl. 2. Paurm. de jurisd. c. 4. num. 26. & seqq. Dn.* **Reinking.** *lib 1. cl. 2. c 8.* Breviter præter terras, quas Barbarus hostis Christiani nominis hæreditarius tyrannicé possidet, Imperio adhuc jure subjecta est Italia, quam Dominus Papa sibi Canonizata, nobis & omnibus ridiculæ donationis, titulo ab Constant. *c. Constantinum dist. 96.* injustissimé ascribit. De hac anili fabula disputare stolidum olim Æn. Sylvius, ipse postea Papa factus, & Pius V. dictus judicavit: hodie est Proverbii loco, quando de mendaci & nullo titulo loquimur non digna est, ut diutius in illa immoremur. *Videatur Dn.* **Reinkingk** / *d. loc.* Subdita adhuc est Hispania Gallia, *de quib. text. in l. 2. §. 13. ff. de orig. jur. l. 2. §. 2. C. de offic. præf. prat. Afr. de Gallia adde concl. 47. infra. lit. c* Hungaria, Anglia, Polonia, Dania, Livionia, Neapolis, Sicilia, & si quæ sunt terræ aliæ, qui partim astu Dei Romani, ejusque fulmine disrumpente fidelitatem Imperio debitam, se alis Aquilæ subtraxere, quæ vi injustâ armis Impp. non vigilantibus, defecere. Sunt & quædam, quæ ficulneum nullæ emptionis titulum allegant, ut Civitates Italiæ pleræque. Quædam gratiosum indultum, privilegium libertatis confirmationem prætendunt, ut Venetiani, quod tamen si validum fuisset, ab ipsis ut ingratis jure revocari posset. Imperium apud eos in possessione adhuc est, ut patet é declaratione in bannum Lauredamen Ducis Venetorum in causa **Herrn von der Leitern** / *decis. cam. Imp. Verb. Bannus.* Et Helvetii quos Imperium ut superius adhuc agnoscere ait *Bodin. de Rep. lib. 1. c. 9. Lans. de leg. Reg. th. 54.* Excipiunt enim semper in fœderibus Imperatorem, & Imp. postularunt á Ferdinando libertatis confirmationem, quæ præsupponit superioritatem, *Navet. 15. §. interim Natt. cons. 636. n. 7. 6.*

Idem

Idem judicamus de Borussia, quæ Alberto Marchioni Brandeburgico proscriptionem causavit cum eam á Polono in feudum acciperet *Sleid. lib.* 7. & 8. Metis, Tulli, Verduni recens vulnus liberationem aspirat. Sunt adhuc multa loca, quæ ab amicis Imperii (ita blandé se vocant) detinentur: quid de ipsis volvatur, olfacere quilibet potest. Sic prædictæ civitates vano advocatiæ titulo á Gallo subactæ sunt. Inveniuntur adhuc qui tædio libertatis sub mitissimo Imperio, spe, nescio cujus, in suam & posteritatis fortunam injurii, sese adjungunt aliis, & paulatim in æternam servitutem trahuntur. Unde veriverbium, qui ne sont pas plus soubs empire, se sent empirez.

44. Quos Imperium ad obsequium reducere potest jure *a* & potentia. *b*

a) *Zach. Viet. de exemp. Imp concl.* 7. quia aliter venire nolunt, quid igitur ibi legibus opus, ubi legionibus res futanda? Veniendum ad arma, si justitia apud adversariorum locum invenire non potest, *Cassidor. lib.* 3. *Var.* 117. 2. quia in hostem æterna authoritas, qui ab Imperio deficiunt Imperii hostes fiunt, *l.* 14. *ff & quib. caus. major. l.* 3. §. *fin. ff. ad l. corn. de sicar. Bart in l. hostes de capt. & postl. Zoan. de Rom. Imp. num.* 85. *Rosenth. de feud. c.* 10. *concl.* 35. *num.* 72. Nullum bellum justius, quam quod pro re repetunda infertur, *c.* 1. & *c.* 2. 3. *caus.* 23. *q.* 2. *l.* 2. *C. de his qui latron. l. qui restituere. ff. D. R. V. Gail. de pac. publ. c.* 4. *num.* 40. *Covar. in c. peccatum p.* 2. §. 9. *nu.* 10. nec interest fiat statim vel ex intervallo, *Wesenb. parat. uti possid. n.* 6. *Quetta cons.* 12. *num.* 4. 4. In servum fugitivum perpetua manus est injectio, *l. Barbarius ff. de offic. prator. ibiq. Doct.* ita & Augustis in provincias & Reges fugitivos auctoritas est *Felin. in c.* 10. *cum non liceat. Diet. de suum Imp. pot. concl.* 206. *Schönb. polit. lib* 5. *c.* 7. *Bod. de Rep. lib. c.* 9. 5. pertinet ad officium Cesaris peccata præcavere, & perpetrata punire, qui se eximit jurisdictione Cæsareâ, impingit in legem divinam, reddite Cæsari quæ sunt Cæs. violat Decalogum, qui jurisdictionem alienam concupiscit, *Dn. Reinking lib.* 1. *cl.* 2. *c.* 8. 6. Sic consuetum á Mavortio populo suum per feciales reposcente. *Varro libr.* 4. *de Ll. Livius lib.* 1. Sic Gotthi, Hunni, Wandali, licet res Romanas tempore & seculo longissimo tenuissent, á Justiniano demum exacti sunt, *L.* 1. *C de offic. præf. prat. Asr. Novell.* 8. *c.* 10. Sic Sanctius Maurus Saracenos & Mauros post Septingentos annos Iberia expulit & potestati Romanæ restituit, *Bodin. de Rep. lib.* 1. *c.* 8. *Vasq illust. q.* 2. *c.* 82. Unde non injusta, sed bona fuit Justiniani spes *in Novell* 30 *cap.* 11. Omnes gentes, quas Romani socordiâ sua amiserunt ditioni suæ adjungere Tale habuere propositum, divi Maximil. Dn. Rudolphus II. Carolus V. cui vana religio erga Papam obfuit. *Vid. Viet. dict. loc.* Urget octavó Religio juramêti præstiti, daß die Güter / so in anderer frembder Nation Händ vnbillicher weiß erwachsen / zum förderlichsten wider zum Reich sollen gebracht werden *b*) justam enim causam fovet, quæ tandem triumphat, & Deum habet adjutorem, *d. Novell.* 30. *c.* 11. quo duce hostis vincatur necesse est, 2 *paral.* 20. *& pass in sacr.* Nullum Regnum amplitudine & potentia huic nostro comparari potest, *Henis. orat.* 10. *p.* 237. *docentib. Geograph.* Ingentes Germaniæ vires & robur incredibile *dicit legatus Reg. Gall. apud Sleid lib.* 14. *add.* Lazarus Schwendi in seinem bedencken von Regierung des Römischen Reichs / §. 9. *& seq.* an Keys *Maxim.* 2. Putrescat *Ferdin. Vasq. in præf. lib.* 1. *q. illust. num.* 62. cum impuro suo vomitu dum Augustiss. Imp. mortuo furiosi Orlandi equo comparare festinat. Coite solum viri Principes, & trepidabunt

vires vestras exteri, quibus ob intestinas liticulas vilescere cœpistis, tollite thusca illa jurgia,& videbitis neque terrarum orbem, neque cunctas gentes conglobatas movere aut contundere Imperium hoc posse. *Viet. concl. 3.* Ast proh dolor, plusquam verum Danielis de hujus Imperii mala cohærentia in pedibus ferreo-luteis designata, vaticinium. Status capitibus arietant, exteri occasionem vident & observant: Inter alias autem, quas Dn. **Reinking** annotavit, dissidii causas, non minima est discrepantia religionis, qua hodie utuntur, ut vestibus, quæ nisi quotidie quid novi habent, displicent. Nam non potest congruere charitas, si discrepat fides *Ambros. lib. de Abraham.* Nulla fida societas inter eos, qui sunt diversæ fidei *ait Hieron.* Non tamen approbo Thom Stapletonii fomentum perditionis Reipubl. *in orat. an Polit sint in numero Christian.* qui uniformem & unisonam in Religione Rempubl. esse desiderat, quem Pontificii catervatim sequuntur. Sed magis hoc optandum est, quam sperandum, nam est unum ex Impossibilibus, quam proficuum testatur tempora, dum certatum igni & ense de religione, amissa est Regio. Quinq; illa verba: hæretico non est servanda fides, firmissima dissolvunt, Dominum à subditis, & é contra. Mater Diaboli est mater hujus doctrinæ damnatæ, *c. si quis. 17. q. 4. Nov. 17. c. 12.* Unum est é reservatis Dei omnipotentis, rectè sentiente Stephano Poloniæ Rege. Apprenez de moy, ait Henricus Rex Francorum, que la pieté est un devoir de l' homme envers Dieu, sur lequel bras de la chair n' aponit de puissance. **Daß Religionssachen nicht mit dem Schwerdt wollen gericht vnd gehandelt werden/auch kein erbar/ Gottsförchtiger / vnnd Friedlibender anders sagen wird/** testis est divæ memoriæ Maximil. II. **In seinem Sendbrieff an Lazarum Schwendi.** Cujus Responsio maximé huc facit.

45. Dux Sabaudiæ *a* Lotharingiæ *b* Et Burgundiæ *c* quia sunt subditi Imperii dubitatio parva est.

a) Quod erroneé negat *Thesaur. in Præfat. decis. Pedemont. nu.* 13. *Ant. Fab. lib. 7. de fin. fort. tit.* 11. *de fin.* 1. *lib.* 9. 4. 24. *de fin.* 19. Contra post alios *Thom. Mich. concl.* 20. *Henr: Brenning concl. 6. de var. univers. spec.* A Sigismundo Imperatore Ducalem dignitatem adeptus est, Anno 1418. *le ande Serres p.* 1. *invent gener. de la france, en la vie de Charles. Bod. de Republ. lib.* 1. *c.* 9. affirmat Carolum Ducem fidem dedisse Imperatori, ac Anno 1561. á Ferdinando novam fidelitatis formam postulasse: Idem Bodinus cum subditum Imper. esse probat, quia se dicat vicarium Imp. Vocatur ad comitia, ibidem comparet, ut videmus *in R. I.* Solvit collectas. Anno 1604. In causa **Johann vom Thurn** sententia in Camera contra Ducem lata est. Anno 1525. 13. Octobr in bannum Imperialem declaratus est. *b*) Ad comitia citatus venit, collectas solvit, se ipsum Principem S. Imp. in inscriptionibus nominat, propriæ igitur confessioni quare non credamus? *t. t. ff. & C. de Confess.* Nec obstat, quod á Camera per transactionem, causâ publ. pacis fractæ exceptâ, sit exemptus: tenorem illius transactionis exhibet *Warem. ab* **Ehrenberg** *de fœd. lib.* 2. *pag.* 369. nam diversa sunt, subditum esse & forum sortiri, *Thom Mich. concl.* 22. *Constrens. cons.* 44. *nu* 5. *Gail de pign. c.* 15. *n.* 3. Nec est, quod dicat aliquis, recognoscere eum quidem Imperium ratione bonorum quorundam particularium, quæ in feudum ab Imp. recognoscit. Sicut Rex Hispaniæ respectu Brabantiæ & Burgundiæ, &c. Rex Daniæ respectu Holsatiæ, &c. nam nulla ejusmodi distinctio in dicto Instrumento continetur, fingi ergo nefas, *l. de pretio, ff. de publ. in rem* totus ergo Lotharingiæ

giæ Ducatus Imperio subjectus est, hinc de eo inter Regem Siciliæ, & Comitem Vallimontis coram Imperatore, tanquam Domino, disceptatum est. *Bodin. de Republ. lib. 2. n. 192.* *c) Gail. lib. 1. depo. c. 11.* & ratione hujus Ducatus Rex Hisp. est vasallus Imperii, in Comitiis vocatus comparet, contribuit. Exemptus est á processibus cameræ, Augustæ transigente Carolo V. *Thom. Mich. dict. loc.*

46. Vi prædictæ jurisdictionis suæ leges universales figit, refigit, & interpretatur, *a* quamvis ipse legibus sit solutus. *b*

a) L. & ideó, ff. de legib. l. 1. ff. de constit. princip. § sed & quod Principi hist. de jur. nat. Gent. & civ. tot. tit. C. de legib. nam cum ipsi eandem jurisdictionem, quam veteres Cæsares habuere concedimus, quare ejus effectum ei denegabimus? licet propter pacta capitulationis id hodie faciat cum cõsensu Ordinum Imperii. Hos enim potius in partem sollicitudinis, & ratione consilii, quam participes majestatis adhiber *concl. 42. supra*, quod & olim observatum, *l. 8. C. de legib.* in pleriscq; aliis regnis idem observatur *testib. politicis.* Unde in Recess. Imp. solus edicit hoc modo: **Wir N. von Gottes Gnaden / bekennen vnnd thun kundt jedermänniglich** ubi nullum verbum de Statibus reperies, in fine sic habemus: **Vnd wir Churfürsten / bekennen offentlich mit diesem Abschied / daß alle vnd jede obgeschriebene Puncten vnd Artickel mit vnserm guten Willen / Wissen / vnd Raht fürgenommen vnd beschlossen worden.** *b)* Quod etiam de hodierno negare nefas est, *Dn.* **Reinking** *lib. 1. cl. 3. c. 11. Thom. Mich. de Iurisd. concl. 7. Dieter. de sum. Imp. potest. concl. 26. Coler. de Iur. Imp. Germ. concl. 19. Arum. discurs. de jur. publ.* Nondum enim obliterata est, *l. princeps, ff. de legib. l. 3. C. de testam Novel. 105. in fin. Cui & ipsas Deus leges subjecit legem animatam committens hominibus*, vivere has leges dicemus æquius. *l. præcipimus, Cod. de appell.* utitur adhuc plenitudine potestatis. nam quotidié edicit: **befehlen / setzen / ordnen / vnd wollen von Römischer Keyserlicher Macht / Vollkommenheit /** usurpantem autem hanc legibus teneri absurdum est, *Omph. lib. 2. de pot. princip. Gail. 2. obs. 56. Mynsing. 4. obs. 8.* plenitudo enim potestatis, est plenitudo arbitrii, nulli necessitati subjecta, nullisq; juris regulis limitata, *Bald in l. 1. nu. 40. C. de servit. & aq. Rol. cons. 61. n. 32. Peregr. de jur. fisc. lib. 1. c. 2. n. 63. diff certé ICt. celeberrimi.* Quibus autem, & quomodo sit solutus, magna est contentio, *Videatur Ampliss. Dn. prac. Hunnius tract. de auctor. jur. civil. cap. 1. q. 6. Dieter. dict. locl & concl. seqq. Lans. de leg. Reg. & alios ad quos nos remittimus.* Non ipsum cum Julia incestum cum Caracolla privigno cõcupiscente, divinis liberamus. Non cum Herode & Nerone parricidis á naturalibus absolvimus. Non eum facimus contemptorem jurisgentium, ut Constantiense Decretum á Papa Joan. 23. vel potius 24. (ne injuria fiat Joan. 8. Anglo, qui puerperio suo probavit, papatui divinitus quid præter naturam humanam contigisse) Husso inique fidem datam fregit, quam servandam esse dicimus, contra Lojolitas Rerumpubl. destructores, hujusmodi leges á superiore dictatæ sunt, quæ ab inferiore se tolli non patiuntur, *c. cum inferior de major. & obed. ibiq; Abb.* Deus & natura omnibus imperant, si igitur imperium ergo & lex; si lex, ergo & obligatio ex eadem: si obligatio ergo & obedientia, *Lans. dict. loc. concl 85.* Hinc fundamentalibus legibus solutus esse nequit. *Hottom. Illust. q. 1. Bodin. de Rep. lib. 1. c. 8. Dauth. de testam. ad l. 3. C. tot. concl. 17. supr. lit.* D. Circa leges civiles varié Dd. distinguunt. Puto ego ipsum omnibus LL. civilibus reverâ esse solutum. Ratio in promptu est, quia supra leges positus, *d. Nov. 105.* est legũ pater, *Nov. 12. c. 4.* potest abrogare, derogare, obrogare

rogare leges, *t.t.ff.de conſt princ.l.fin.aliúq;*, *C. de legib.* Et cujus legibus quæſo tenetur? cum ſuperiorem nõ agnoſcat. Lex autem nihil aliud ſit, quam ſummæ poteſtatis juſſum, & ad Imperantis majeſtatem pertineat, *Bodin.lib. 1.c.8.de Reg.* Majeſtatem ipſe habet, quæ ſibi leges præſcribi non patitur, alios ſibi parere jubet, aliis veró parere neſcit. Omne Imperium, omnem ſibi á populo poteſtatem habet conceſſam, nemo ergo ipſi objicere poteſt, quid facis? ipſius voluntas lex eſt, §. *ſed quod principi l. de jur. N. G. & C. cum ſimilib. vulg.* Vult ergo & lex erit, vult & non erit. Et certé ſolus Imperator leges facit, *l.fin.C.de legib.* poteſt a. quis ſibi præſcribere legé á qua ipſi recedere non ſit facultas? *l.ſi quis.ff.de legat.3.* Aliorum ſuſcipere imperiũ, ſibi ipſi vero nemo imperare valet, *l.13.§.4.ff.ad Sen. Trebell. l.pen ff. de arbit.receptt.* Et qualis obligatio eſſe poteſt, quam quis in ſe ipſo vélit comparare, nulla eſt dicit Põponius, *in l. á Titio, § nulla, ff. de verb.oblig.* quæ á voluntate promittentis ſtatum capit. Sic obligatus eſſe non poteſt legibus antiquioribus. Non populi, quod palam eſt, hujus enim exiſtente Imperatore nulla poteſt, ut dictum. Non Impp. anteceſſorum, qui ipſi præire nequiverunt, *Weſenb. & Dd. comm.* Pari in parem imperium nullum. Ab anteceſſore Imperium non habet, ſed á populo ſuo & proprio jure, gravari igitur ab eo eſſet contra civilem rationem, *l. ab eo C. de fideicommiſſ* Ad hæc ſcitum eſt non modo privilegia, ſed ne leges quidem, aut edicta, mortuo principe vim retinere ſuam, niſi conſequentium principum auctoritate, vel conſenſione ſaltem tacitâ ſanciantur ac confirmentur, *Bod. d. l.* Hiſce ita ſe habentibus in generalitate *textuum ſupra alleg.* Lubenter ſubſiſto doctorum diſtinctiones commentas relinquo. Obſtare videtur quidem *l.4.C.ad l.falcid.* nam tam diu durabit, quam diu Imperator voluerit. Si expreſſam contrariam ſanciverit conſtitutionem, annon abrogata eſſe dicetur? *l.fin ff. de conſtit.princip.* Si contrario facto ipſam contemnit. Ob authoritatem Majeſtatis regula per virtus expreſſi ac taciti, *l.3 ff de reb.cred.* eam abolere videtur. Eo enim caſu Imperator circa eam diſpenſare videtur, *Cald. obſ.139. n.6.lib.2. Arn Reig.theſ.jur.l.P. num.129.* Quod & ad alias, ſi quæ nobis obſtare inveniuntur LL. Deſponſum volumus. Nihil huc facit, ſed extra terminos quæſtionis poſita eſt, *l.8.§.2 ff.de inoff. teſt.* Jus continet naturale. Natura etenim bona parentum liberis addicit, *l.cum ratio, ff. de bon. damnat. l. ſcripto, ff. de bon poſſ. contr tab.* Cui ſi Imp. velit, uti tanquam ſuperiori tenetur, obedire, cedat & locum faciat filio iniqué exheredato & prĕterito, ad reſcindendum patris inofficioſi teſtamentum. Talem enim hereditatem eandem ob cauſam Eccleſia reſpuit; *c. fin. 17.q.4.* Omnes quidem LL. civiles rationem quandam habent naturalem, *l.6.ff. de juſt. & jur.* Sed non tractant jus naturale habent, deinde honeſta, juſta, utilia ſuos quodammodo gradus. Non igitur ſtatim quando princeps contra LL. facit contra omnem facit honeſtatem, juſtitiam, vel utilitatem. In dubio quicquid facit Princeps præſumitur facere ex juſta cauſa & rationabili, voluntas ejus ſatis juſta, ac magna cauſſa eſt, gl. *in l. relegati, ubi Bart. ff. de pœn.* De honeſtate ipſum legibus vivere teſtatum multoties videmus. Honeſtas illa tamen in ipſo neceſſitatis præciſę non eſt, *Bart. in l. imperium ff de juriſdict.* Cum & in privatis non omnis honeſtas neceſſitate juris ſcripti requiratur, *l ſemper ff. de rit. nupt.* Imó profeſſiones illæ Impp. ſi velle legibus vivere, potiús humanitatis ſunt, quam neceſſitatis. Nihil enim principe dignius, nihil humanius erit quam eas leges, quas ipſe tulit, ſervare, & ſubditis exemplo præire. In principe honeſtas, juſtitia, alięq; virtutes, tanquam Deo terreno, præ cęteris hominibus exube-

etuberare debent. Maximé constantia, *l. inter claras, C. de summa. Trinit.* Si vero factovel dicto contra legem á se latam, vel confirmatam acceleret constans non est. In summa solutus est omnibus legibus civilibus. Videat tamen ut talem se circa potestatem eam se exhibeat, ut Respublica sit in tuto, ne subditis offendiculum præbeat.

47. Solus bellum indicit, fœdus pangit, *a* Magistratus ordinat. *b* Reges, Duces, Comites, Barones, Nobiles, Doctores, Magistros, creat. *c* Privilegia *d* & immunitates concedit *e* Academias instituit & confirmat. *f*

a) Arg. l. hostes ibi: publicé populus Romanus, *ff. de capt. & postl. Gail. de P. p. c. 4. n. 4. & 6.* hodie citra consensum Electorum & ordinum bellum movere nequit propter capital. *Sleid lib.* 1. Alii bellum gerentes tenentur l. Julia majest. *l* 3. §. *eodem, ff. h. t. l. 17. Cod. de re milit.* concessum Principibus Germaniæ milites conscribere in propriam & aliorum salutem est scitu ducis circuli, & aliis in *Rec. Imp. de Anno* 1555. 70. 76. 80. 94. 98. observatis requisitis si sc. copia Imperatoris haberi nequit, *R. I. de Anno* 1521. *tit.* die pœn. der Friedenbrecher. Bellum & fœdus pari passu ambulant, igitur & in hoc Ordinum Imp. consensum adhibere tenetur, *Sleid. ibidem.* Subditorum hinc cõfœderationes regulariter sunt prohibitæ nisi fiant autoritate Imperatoris, *l. denunciamus, C de his qui ad Eccles. l.* 1. & 2. *C. de sedit.* quando regula hęc officium perdat, *videatur apud Dn. Warem. ab Eremb. de fœder. c.* 2. Ob defensionem licitas esse, omnes confitentur, si modo Imperator excipiatur, idq; cum effectu, non nudâ verborum protestatione. Solent interdum esse periculosiores, quam neutralitas, cautè igitur agendum est, & prudenter, ne quis in caducum parietem inclinet cujus jactura, ipsum quoque sit tactura, pietas quoque ante oculos habeatur, exemplum Josephat cum Achabo fœdus facientis, ejusdem cum Ochozia ne scilicet perversitas socii ipsum quandoque corrumpat. Inprimis vero cavendum, ne cum infideli adversus Christianum fœdus fiat, abominãdum hoc, nec Deus impunitum relinquet, quacunq; etiam causâ veletur, *Vi ient. noviss. Dn. D.* Reinking *de Regim. secul lib. 2. c 9. ubi,* quia 1. per Deum severé prohibitum, *Exod. 23. 33. Num 33. 55.* 2. ob tristes contrafacientium eventus, ut Josaphat aliorumq;. 3. quia ii maledicuntur à Deo, qui ipsi plané non confidunt, fiduciamq; in hominibus ponunt, *Esa. 30.* 4 ob periculum ne infidelis confœderatum deserat, vel adversario se jungat, vel sibi ipsi prædæ faciat. 5. Quia per sanctos patres in concilio Viennensi damnatum est ejusmodi fœdus. 6. Quia victoria soli Deo est ascribenda, eamq; propter is glorificandus, quæ gloria a. supprimeretur, & virtuti potius militum eo casu asscribi solet. 7. Quia juramentum, quod in fœderibus præstari solet, non absque læsione conscientiæ, & pietatis ab infidelibus auditur & accipitur, cum in veri Dei nomine jurare non soleant. 8. ab Exemplo Ducis Saxonici, qui noluit cum Zwinglianis fœdus ire, dissuadentibus Theologis. *b) l. unic. ibiq, Dd. ff. de l. jul. amb. c) Rosenth. de feud. c. 2. concl. 2. num. 3. & c. 5. q. 3.* per hunc Corona data est Regi Daniæ, Poloniæ, Bohem. &c. Rex Galliæ quoque, *teste Cujacio,* jura ab Imperatore accepit, *Zas. de feud p. 5. n. 6. c. 1. quis dicatur dux ibiq, Dd. comm.* de Ducibus & Comitibus in historicis hinc inde exempla occurrunt. Sigismundus in Gallia, Lugduni ex auctoritate Imperiali, quæ per universum mundum se extendit, creavit Comitem Sa-

 onensis

nensis status, *Mart. de jurisd. c. 26. num. 87.* & Parisiis regiam sedem occupans equi-tem creavit Bellocariensem prærorem, *Bodin. lib. 1. n. 129. de Repub.* Accedit *tex. l. 1. ff. de natal. restit. ibiq; Dd. Tiraq. de nobil. c. 6.* d) *l. 1 § fin. ff. de cons. princ. l. 3. eod. § sed & quod Inst. de Iur. N. G. & C.* quæ solus quoq; confirmat, *c. suffraganeis de elect. Thom. Mich. concl. 31.* de eorũ validitate solus judicat & ea interpretatur, *l ex facto, ff. de vulg. & pup. subst.* ejus enim est interpretari cujus est condere, *l omni innovationi, C. de SS. Eccl. l. fin. C. de legib.* Camerę tamen Imperiali, rectè insinuãtur, *decis. Cam. Imp. verb. privilegium.* Sic privilegia Academiæ hujus ipsi insinuata esse, *test. Dn.* Reinking *lib. 2. cl. 2. c. 8. n. 41.* á nobilib. ut privatis, Camera privilegium insinuationes non acceptat, *Gylm. d. loc. vers. si nobiles Gail. 1. obs. 1. n. 10* e) *t. t. ff. de censib. t. t. C. de immunit. non conced. l. unic. C. de his qui á princ. Vac.* f) *Dn. Vult. de feud lib. 1. cap. 5. nu. 7. Pruckman, de Regal. cap. 3. num. 2.* Ita divus & Gloriosissimus Imp. Rudolphus II. Principi nostro illustrissimo Academiam hanc, Orthodoxæ Religionis Zelo, patriæ & pietatis amore, in Dei, & sui nominis laudem nunquam intermorituram, instituenti, privilegia amplissima clementissimé concessit, Anno 1607. Pontificis parasiti clamant, pro Academiis non esse habendas, nisi & papali confirmatione sint munitæ, sed fallax hæc est opinio, & injuriosa in multas Germaniæ Academias, Ordinatio Cameræ *p. 1. t. 3.* eam minimé requirit, ubi. In Universitatem, **welche zum wenigsten von vnsern Vorfahrn Röm. Keysern/vnd Königen / der jetzigen Keyserlichen May. oder vns confirmirt.**

48. Solus jus civitatis *a* & nundinarum tribuit *b* venia ætatis ab eo solo petitur *c* Is solus famæ & honori restituit *d* Spurios legitimat *e* Collectas generales imponit *f* vectigalia nova exigit. *g* Et quis omnia, quæ ipsi in consequentiam suæ potestatis proprié *h* competunt, enumerare potest.

a) Arg l. 1. C. de metropol. Unde Maximil I. Alb. Com. Mansfeld. Anno 1514. vico cuidam vitam & spiritum, hoc est, **Stattrecht**/donare volenti scribit: **Wann nun dir noch jemahl anders nicht geziempt/Stattrecht/ oder anders daß der hohen Obrigkeit anhengt/ ohne sonder Erlaubnuß / außzurichten / so befehlen/ &c.** *Thom. Mich. concl. 12. b) l. 1. ff. l. unic C. de nundin. Gail. 2. obs. 69. n. 24. c) t. t. C. de his qui veniam ætat.* Eam impetravit bellicosus Hassiæ Landgravius Philippus, Heros nunquam satis laudatus, & quidem si *Dulichio Chron. Hass.* credendum anno ætatis suæ 14. Obtinuit eam Carolus Dux Lotharingiæ, ad consequendam investituram. & administrationem Episcopatus Metensis. annis Superioribus in Aula Imperatoris Pragæ, *Thom. Mich. concl. 32. d) l. cum indulgentia, & t. t. C. de senten. pass. & rest.* Sic Ferdinandus *in Recess.* **zu Augspurg** *Anno 1525.* restituit famæ, **die auffrührische Bawern.** *e) t. t ff. de natal. restit. Novell. 89. cap. 9.* Sic Bartolus á Carolo IV. est natalibus restitutus, & nobilitatem adeptus est, *Bodin de Republ. lib. 1. n. 129. f) l unic Cod. de superindict. ibiq;. Bart. l. placet, C. de excusat. muner. vulgo,* **Reichsstewr**/& requirit impositio earum consensum statuum Imp. *Sleid. l. 1.* de iis *agit Gail. 2 obs. 53.* differunt á principum inferiorum collectationibus vulgo **Landstewr**/*Vid. Caspar Glock de contribution. g) l. 3. & t. t. Cod. nova Vectig. institut. non. poss.* hodie cum consensu Electorum *Sleidan. libr. 1. R. l. de Anno 1576. §.* **weiters seynd wir** *& seqq. h)* proprio jure dico, *Besold. disp. 4. thes. 33. & seq.* Inferiores

tes enim alieno nomine regalia habent, *Besold. dict. loc.* & ab Imperatore tanquam fonte accipiunt, *Thom. Mich. de jurisd. concl.* 1. Ab eo tanquam mari omnes jurisdictiones fluunt, per appellationem & querelas refluunt, sicut sol radios spargit, ita & Imperator, sicut nec mare, nec sol inde minuitur, ita nec Majestas Imp. auctionem vel diminutionem patitur, *ut per simil. declarant Dd.* Est enim perfectum & absolutum, quid *Th. Mich. d. l.* Quatenus autem theorica illa vulgata, Principes in territorio suo tantum posse quantum Imperator in toto Imperio, vera sit, *docet Dn. Doct. Reinking lib. 1. cl. 5. c. 6.*

49. Absolutam potestatem concedit ipsi lex Regia, *a* an verò præscriptio juris Regis 1. Samuelis 8. ipsi quoq; quadret, disputatio magna est, non adeò absurdè affirmatur. *b*

a) L. 1. ff. de constit. princ. §. sed & quod in fi. d. l. N. G. & C. L. unic. §. sed & hoc vers. cum enim, C. de concept. ff. hac lege Pop. Rom. principi & in principem omne suũ Imperium, & potestatem contulit. Imperii hinc Majestatem consecutus est, quę *teste Lansio, ad l. Regiam, concl.* 47. tanquam summa potestas post omnipotentem & infinitam Sacrosanctæ Trinitatis ἐξουσίαν inter homines se ipsa superiorem agnoscit nullam, quæ nulli præterquam Deo subjecta est atque paret, aliis parere nescia.

b) Nondum enim video, quare de Tyranno, & non de legitimo principe, hujusque potestate accipi debeant verba Samuelis, *Warem. ab Erenberg. de regn. subsid. cap. 9. Aust de jur. princip. concl. 68. Coler. de jur. Imp. Germ. concl.* 13. Obstare videntur 1. c. 17. *Deuter. ubi* Moyses longé aliter videtur jus Regis describere, 2. Exemplum Achabi Reg. Isr. graviter ob vineam Nabotho ereptam puniti, 1. *Reg.* 21. 3. prohibitio Ezechielis c. 46. v. 18. 4. hâc ratione violaret jus naturæ, cujus principium est: Alterum non lædere, cuique suum tribuere, *l.* 10. *ff. de justit. & jur.* princeps autem *ut supradictum*, legibus naturæ obstrictus est, eas transgrediens est Tyrannus, *c.* 12. *caus.* 1. q. 1. His verò & aliis non obstantibus puto nullo modo pro Tyranno habendum, qui contenta *in d. c.* 8 exercet, si Rex legitimé constitutus est; sed de potestate Regis legitimi verba esse exaudienda, me movet, quod verba clara sint. Hoc ERIT jus Regis, qui regnaturus est super vos, movet quod Samuel jus illud regni scripsit in libro & reposuit coram Jehova in testimonium, *cap.* 10. *vers.* 25. Si jus illud de casu necessitatis intelligo nihil absurdi continet. Subditorum enim bona quodam modo Reipubl. sunt ejusque usibus inservire debent, unde dicitur, lex magis domina rerum nostrarum quam nos ipsi. Quando ergo Patria in discrimine versatur, & Princeps vitam & fortunam propriam impendit, neque gravabitur subditus si idem præstat. Et hoc casu illud tam verum puto, ut nec precia refundere debeat. Summam enim é prædicta l. Regia potestatem habet, quia lex ad salutem publicam spectat, quod publicé bonum est, non potest esse privatum damnum, *monente Cujacio*, publica utilitas privatæ antecedit, §. 14. *Cod. de caduc. tollend.* publica privatus declinare non potest. *l.* 18. *C. de decur. Et hoc Gail. 2. obs.* 56. admittit, si potestate absolutâ Princeps utatur, quod nos præsupponimus, & in dubio justam causam præsumimus, *arg. l. fin. C. si contra jus vel util. publ. l.* 8. *Cod. de legib. Omnium, C. de testam. & simil.* Si verò nulla sit necessitas, quæ urgeat, Princeps tamen vel Rex, maxima injuria cum subditis agat, libido ipsius horum fortunas per nefas auferat, contra sacrum Dei oraculum, de possessionibus eos de-

turbet: iniqua, si modo non improba, & contra præceptum Dei, mandet, non conveniet ipsis Principi vel Regi insultare, ejus vitam, famam & honorem rodere, tollere, in discrimen vocare, nihil ipsis restabit, quam jussus excipere, & dicto audientes esse, *Auct. de jur. Princip. dict. loc.* Tutus erit & manebit jure Regni, & hoc est, quod vult Samuel, hoc respectu direptiones ejusmodi ad jus regni ab eo revocantur. *Warem. ab Erenberg. dict. loc.* Nec contradicit huic Moises, nec Ezechiel improbat, hi boni principis officium describunt, dant limites imperandi, quatenus Rex procedere debeat: Samuel monstrat quatenus procedere possit salva persona sua, docet quæ subditis sint ferenda seu á bono seu á malo principe, necessitatem parendi indicat ipsis. Uno verbo, ea potest facere licet non honestè & piè faciat, *argum l. semper in conjunctionibus, ff. de R. I.* Ex his facilis est Responsio ad contraria. Et rationem quoque habet maximam, qui enim vigiliis simul, & inediis, cæterisque laboribus jugiter die nocteque, pro subditis ultra humanæ naturæ modum utuntur, *Novell.* 30. *cap.* 2. nonné dignam suâ prærogativâ meritó debent habere fortunam? *l. fin. Cod. de præscript. Novell.* 150. *c.* 2. *Novell Leon.* 109. Annon homines sunt, quorum est errare? Omnes habent suas virtutes & vitia, unde Gallorum proverbium canit: il ya peril á blasmer les Princes, & les en tout louer est en courir mensonge. Si modó Rex intemperiis & furiis infernalibus non totus sit agitatus, ita non insaniat, ut etiam Reipubl. statum, salutem populi, adeoq; ipsam legem Regiam, sub qua est, penitus intervertere serió attentet, tunc enim ipso jure se principatu exuit, & in privatis constituit, sublato enim fundamento quo Rex erat, Rex esse desinit, & populus superior evadit, & pristinũ jus suum recuperat. Licet sæviat dico alias Rex tamen manebit, *dixi concl. 7 supra.* tolle tuum, potius quam ut maledicas principi, pro eo preces fundito, *Exod.* 22. *Actor.* 23 5. 1. *ad Tim* 2. *ler.* 29. 7. *Baruch.* 1. 11. in his terris judicem non habet, superior est omnibus, *ut supra dictũ.* Etiam toto Regno, quænam ergo Regni potestas in ipsum cum omnem suam in eum contulit, ubi autem non est potestas, ibi nec animadversio, *argum l.* 3. *ff. de jurisdict.* An inferior in superiorem, imperium habet? *l.* 4. *ff. de recept. arbitr.* Nec Majestas, ut individuum quid, Imperio dum Rege communis esse potest, *concl.* 41. *sup.* pone propter libidines, crudelitatem, latrocinia, impietatem pœnas dare debet, non tibi sed Deo dabit, & quidem graviores cæteris, *Sapient.* 6. Gallus Lesgrans Seigneurs seront grandement tourmentez apres leur mort. Rectè enim Marcus Aurelius Imp. Magistratus quidem, ait, de privatis, Princeps de Magistratibus, Deus autem de principe decernit, ac judicat. Sacra certè te aliter non docebunt, 1. *Reg.* 8. 1. *Reg.* 24. & 26. *eod.* 2. *Reg* 1. *Rom.* 13. 1. *Petr.* 2. *Exod.* 20. *Levit.* 20. de nostro tamen Imp. confer hunc *concl.* 23. *supr.*

50. Imperium Romano-Germanicum, ut Monarchia una ex quatuor per divina oracula prædictis *a* usq; ad finem mundi interitum non videbit. *b*

a) *Daniel* 2. & 7. quem ita Divus Lutherus, Dn. D. Winckel. *ad c.* 13. & 17. *Apocal.* & interpretes communiter interpretantur: innumeri quoque Itali, Galli, Hispani, qui veritatis potius studio, quàm invidiæ calculum dare maluerunt, quorum catalogus Homeric. de Græcis navibus superaret. Lapis enim ibi est Christus, abscissus sine manibus, id est, Maria sine opera virili. Natus sub Augusto Imperatore

tore Rom. Bestia autem habens 10. cornua est Imperium, quæ duratura ad finem mundi in textibus prædictis dicitur. Sic Adventus, qui *Dan.* 7. describitur, non est ille in carnem, 1. quia loquitur de capienda sessione in throno Majestatis. 2. quia loquitur de adventu ad judicium, qualis in carnem non fuit, *Iohan.* 3. 17. *c.* 12. 43. 3. loquitur de adventu, qui fit in nubibus cœli, qui ultimus est, *Matth.* 24. *Apocal.* 1. v. 7. Dn. D. Reinking *de reg. Secul. lib.* 1. *cl* 1. *c.* 3. Miror hinc Costalii *adverss. p.* 1. *ad l. de quib. ff. de legib.* affectatam ignorantiam, an & ubi sit populus Romanus. Idem enim hodiernam Imperium, quod olim fuit, *Arum. discurs. de Iur. Publ.* testatur id Maximilianus II. *Recess. Imper. de Anno* 1455. *ibi*, **Weyland Keyser Justinianus unser Vorfahr am Reich.** Detestor simulatam Andii fine bono, ita facere á Cujacio per anagramma appellati, inscitiam, *lib.* 4. *de Republ. num.* 422. *Meth. Hist. lib.* 4. Non est ignorantia, livor est, malitia, excessus indulgentioris animi. Fregit hunc summum politicum nimius patriæ amor, fallax in Gallos suos propensio, invidiosum Imperii Germanici fastigium: Unde ad supprimendam Germanorum laudem, in scenam quasi produxit eorum nationem, totique mundo ludibrio eam exposuit: ut videantur apud ipsum nulli verecundiæ fines, pro regula tradit, *c.* 4. *Meth Histor.* licitum esse suorum popularium dignitatem honesto mendacio tueri. Insignis ejus calumnia, *lib.* 1. *c.* 16. *num.* 118. *de Rep.* principes Germaniæ esse vasallos ligios Regis Gallici: Germaniam esse Galliæ provinciam, *cap.* 9. *& lib.* 2. *de Republ. c.* 9. linquamus hunc, ut hominem variæ religionis, Stapletonii orationi, an politici sint in numero Christianorum. *b*) *Dan. d. loc.* Beatus Lutherus *in præf. super Daniel.* §. am 7. Capitel / ait, **Daß wir nunmehr nichts gewissers zugewarten haben / dann des Jüngsten Tags / dann der Türck wird nicht mehr Hörner über die drey abstossen** / §. am 2. Cap. vers. **das ander Stück** / dicit: **Es muß bleiben biß an Jüngsten Tag / wie schwach es immer sey / dann Daniel leugt nicht / und bißher die Erfahrung auch beweist hat.** Suam ergó juxta prædictionem dulcissimus veniat Jesus, filum Imperio nutanti abrumpat, & justos regnum suum demum occupare patiatur cum fidelibus omnib. precamur, quicquid interim temporis restat, sit nobis salutare & pacatum.

Jam naviculâ meâ in portum subductâ anchoram figo, oro atque etiam oro, lector cognoscendi simul ac ignoscendi animum afferas, si forte lapsus sum, judicia & censuras rigorosas ne pares. Si calamus titubavit, ne asperé nimis luam. De us differendi, quæ facilius in aulis, & é scrinio Principum discuntur, quám in scholis é digestis & codice, temeritati, si est, aliquid concede. Quicquid autem dixi, sive apté sive inepté, dixi Academicâ disputando consuetudine, de quo iterum sanctè protestor.

***

VII.

DE ORIGINE ET POTESTATE MODERNORUM ELECTORUM,

D. Michaëlis Schiferer.

Conclusio I.

IN Imperio Romano-Germanico summo Dei munere in cætera ἀξιώματα præfulgent Electores, qui ab Impp. elegantiss. titulis jure meritoq; insigniuntur: & imprimis in A. B. Caroli IV. *tit.* 1. palmites Imperiales, septem Candelabra lucentia in unitate Spiritus septiformis, quibus sacrum illuminari debet Imperiũ: nec minus veré latera, solidæque bases & propinquiora Cæsaris membra nuncupantur.

2. Quantum autem beneficium Imperio Roman. ab ordine illustriss. usque huc præstitum sit, omnia membra Imperii agnoscunt & ingenuè profiteri possunt, hujus consilio, ut & opera fideli Majestatem Romanam sartam tectam contra furorem exterorum Principum, & rabiem inprimis Pontific. Rom. conservatam esse.

3. De authore instituti ordinis Septemviralis, etsi ingens est conflictus scriptorum: magno tamen consensu tâm Germanici quàm Italici scriptores Otthoni III. Imperat. ex nobiliss. Saxonum Angrivariorum Ducum suam gentilitiam originem trahens, *Zisn. in Orat. Otthonis III. Imperat.* ambabus quasi manibus institutionem tribuunt.

4. Nullâitaque habitâ ratione quorundam judiciorum, quæ magna diligentia congessit *Heigius part.1.q.* 3. veriorem & pervulgatiorem opinionem multorum Historiographorum artipiendo asseveramus Ordinem VII. Electorum primum ab Otthone III. circa annum 996. decreto communicato á Gregorio V. Pontif. Roman. sancitum, & bonis avibus introductum fuisse, *Marsil. Patavin. d. translat. Imperii c.* 11. *Lupold. d. Bebenburg. d. I. Regni & Imperii. Schrad. d. Elect. orig. c.* 1. *Knichen. d. l. Sax. non provoc. v. Electorum c.* 1. *Zisn. in Orat. Ottonis III. Paurmeist. l.* 1. *d. l. dict. Rom. Imp. c.* 2. & quod major pars concludit, minor tenetur approbare, *l.* 19. *ad Municipal.*

5. Finis hujus rationabilis Institutionis censetur esse, ut in futurum non per sanguinis successionem Imperii dignitas duceretur, sed per Imperii Officiales Imperat. deligeretur. *Marsil. Patav. d. translat. Imperat. Schardius de Election. Germ. Princip. cap.* 1. cujus electionis omnium primum Conradus I. Imperat. particeps factus, *Onuph. Panvin. de Comitiis* & magis de utilitate Reipub. est per electionẽ promovere Principes ad fastigium Imperii, quàm per successionem; quia virtus semper certior Dux quàm natura, quæ nullâ stirpis habitâ ratione sua partitur dona, *Kock l.* 1. *Syst. Polit. c.* 4. *Schonborn. in Polit. l.* 2. *c.* 1.

6. Quo verò concordia in electione servaretur, nominati sunt tres Germa-

nia

niæ Antistites, Ecclesiastici, Principes Imperii, Archicancellarii Moguntinus, ut reb. Germaniæ, Colonienſis Italiæ, Trevirenſis Galliæ & Regno Arelatenſi præesſent, inq; iis officia ſua exercerent. His additi ſunt 4. ſeculares Principes, qui & ipſi munia ſua Cæſari, Palatinus Rheni ut Dapifer, Saxon. Dux ut Archimarſchallus, Marchio Brandenburgenſ. ut Camerarius, Dux Bohemiæ ut pincerna Imperii gnavitèr exhiberent, *Lupold á Bebenburg. de l. Regni, c. 2. Schönborn. l. 5. Polit. cap. 6. Paurmeiſt. l. 2. de l. d. c. 1.*

7. Et ne cui mirum videatur quod Antiſtites tres Electores in hoc quoque ſacrum Conſilium adſciti ſint, ſciendum eſt inſtitutionem horum trium Electorum ab Impp. ſanâ ratione factam, ducti namq; zelo fidei & religionis, quosvé ab initio á temporibus Caroli Magni, poſteaquam inaugurationi & conſecrationi Impp. præfuiſſe hiſtoriæ teſtantur, *Heigius part. 1. q. 4.*

8. Pari fatò in Romano Repub. licuit Sacerdotibus & religioſis verſari, imó cum Regno & ſacerdotio quãdoq; conjunctum Imperium habere, *Ærod. rerum judicat. l. 1. tit. 4. c. 1. & 2.* ſit Melchiſedech Rex & Sacerdos, ſed in figura Chriſti, ſit Heli Sacerdos & judex populi, ſint Sacerdotes Politicis veſtibus ac muneribus aliquãdo donati; illis tamen maximé convenit, ut h. læva non dextra teneant. ſibiq; privilegio data non debita ſimpliciter ex officio putent; *Caſus, l. 1. Sphær. Civitat. cap. 15.*

9. Nec diſſimili ratione apud Francię Regni moderatores in conſtitutione XII. Parium á Ludowico Rege juniore Anno 1179. ſacratiſſimé creati, Eccleſiaſtici ſecularibus adhibiti leguntur, *Hottom. in Francogall. c. 17.* Pares autem propterea dicti, non quod Regi, ſed quod inter ſe pares ſint; Septemviratui Roman. Imperii ſimiles quoad ſuſtinendum Imperium; non veró quoad electionem Imperat. aut Regis, cum Regnum Galliæ ex familiæ ordine ad proximum quemq; pervenit, *Ioh. Tilius de reb. Gall. l. 2. tit. de Parib. Gall.*

10. Ac proinde ſyncerè aſſeverandum, veterum Principum in religione magnam fuiſſe devotionem, tantam ſanè, ut ſine ſacerdotibus & Epiſcopis nihil magnum feliciter ſe abſolvere poſſe ſperarẽt, & ita demum rectè omnia proceſſura crederent; *Si* religionis antiſtites ſuis conſiliis præſentes haberent, *Heigius part. 1. quæſt. 4.*

11. Præmiſsâ brevi & ſuccinctâ delineatione primordii Electori, fugientes judicia multorum autorum, & amplectentes ea, quæ magis veritati conſona videntur, tranſimus ad poteſtatem Electorum, maximâ ex parte in electione & degradatione Cæſaris conſiſtens, *Schönborn. in Politic. Rubr. c. 33. & 34.*

12. Cum duo ſint modi, per quos Imperium legitimé transfertur, Electio videlicet & ſucceſſio, uterq; ſubindé in Republ. Romana á prima Cæſarum origine uſitatus; Electio quidem, ut naturâ prior & antiquior: ita & utilior eſt, teſte *Ariſtot. 4. Polit. 11.* quia optimum quemq; Electio invenit, *Tacitus 1. hiſtor. 2.*

13. Sed ſucceſſio ipſi Principi melior eſt, quoniam magis firmum ac diuturnum ipſius reddit Imperium, pro qua ſucceſſione, *Lipſ. 2. Polit. 4. Bodin. l. 6. d. Repub. 5. & 2. d. Repub. 3. Kirchn. diſp. 4. th. 2.* diſputant.

14. Unde omnibus modis ſtuduerunt primi Cæſares Imperium in ſua domo firmare, ob quod ſi liberos genuinos non haberent, alios ad Imperium adoptarunt; ſicuti Julius Cæſar Auguſtum hæredem inſtituit, Auguſtus Tiberium adopta-

vit,

vit, hic vicissim Drusum; Hinc hæredes *Seneca vocat*, adminicula Augusti, *Suet.* subsidia aulę; *Plinius* subsidia Dominationis, *Clapm. l. 2. c. 21. d. arcan. Rerumpubl.*

15. Nostrum enim Imperium quod Electitiũ sit, abundé elucescit, & quod Electoribus jus eligendi Cæsarem competat, nullum est dubium, *c. per venerab. extr. de Elect. A. B tit.* 7. non quidem uni aut pluribus, sed toti Collegio; & proinde habenda eorum electio est, ac si á tota universitate Principum & populi, á quibus in ipsos ea potestas trãslata est, facta esset, *argum. l. item cur. §. si Decur. ff. quod cujusq; univers. nomine, &c. c. ult. d. prabend. in 6. Lupold. á Bebenburg. d. l. Imperii. c. 6.*

16. Patũm altius jus electionis dimetientes, Historiographi hanc ansam nobis suppeditant scribendi, illud nempé primitús penes Septemviros absolutè non fuisse, *Schard. d. Princip. instit. cap. 9. Dresser. contra Bellarm. d. translat. Imperat.* sed procedente tempore, & ante ætatem Caroli IV. attritis per bella civilia familiis Suevicis, Franconicis & aliis; cumq; furor & rabies Pontificum erga Impp. Roman. magis magisq; exardesceret, tum demum sensim ad solos septem modernos eligendi potestas consilio Imperat. & voluntate Procerum devoluta esse, colligitur. *Cisn. in Orat. d Otthone III. Imperat. Heig. part. 1. q 3.*

17. Initium hujus translationis & mutationis colligit, *Dn. Frider. Hortleder. Fautor meus plurimùm colendus in disputat. ad Sleidan. thes.* 7. ex Brunone Saxone historico, & sub turbulento Henrici IV. Imperat. statu potestatem illam in Imperat. invaluisse affirmat.

18. Constat ex superioribus absolutâ Electores Imperii potestate gaudere in eligendo Imperat. Electoribus autem Archiepiscopis velut privilegium personale jus electionis concessum est, nempé ut qui legitimé ad unam ex Metropolitanis sedem assumptus fuerit, tam diu jure illo fruatur quámdiu dixerit. At Laicis jus eligendi hæreditarium est, & ubi primogenitus filiorum defuncti Electoris, vel si hic sine filiis decesserit ad propinquiores fratres vel agnatos hæc sereniss. dignitas devolvitur, *Onuphr. Panvin d. Comitiis.*

19. Et licet tres Ordines ad Comitia vel per se, vel per suos Legatos conveniant. qui in tres classes distinguuntur, prima Electorum, altera Principum, Comitum, Baronum, Prælatorum; tertia Liberarum Imperii Civitatum; Civitates enim unum constituentes corpus in duo latera partiuntur: **in die Reinische vnnd Schwäbische Banck**; tamen posterior ordo in numerum solùm suffragantium, non votantium refertur, *Paurmeist. l. 2. d. jurisdict. cap. 2. Dn. D. Aruma. in comm. A. B quæst. 6.*

20. Sed quid est? quod de J. Sax. *l. 3. art. 53* cujus h. formula, **der Schenck des Reichs hat keine Wahl/darumb daß er nicht deutsch ist**: Electio denegatur Regi Bohemiæ, licet in numerum Electorum sit adoptatus, quoniam sanguine Germanico non est cretus; cessante igitur hujus legis ratione, cessat ipsa dispositio, *c. cessante. de R. I. in 6.* aliâs si consentientibus suffragiis Electores in unum conspirent, reliqui tres in alium, potestatem habet Rex Bohemiæ alterutrum ex illis eligendi & in Imperat. evehendi, *Petr. de Andl. l. 2. de Inst. Rom. Imperii, c. 2. Schönborn. s. Polit. c. 33.*

21. Tanta cum effulgeat Electorum dignitas & amplitudo, sunt qui Præfectis Prætorio, Senatus urbis Romæ, Septemviris Persarum, Ephoris Lacedæmoniorum

niorum comparare non verentur, quibus non levidensia jura & amplitudines competebant, ut præfectis prętorio quod Patres dicerentur Imperii & provinciarum. pleniſſimumq; Imperium in Senatores obtinerent, *Cujac. ad tit. C. de off. præfect. prætor. Hennig. Göden. conſ.* 1. *Weſenb. conſil.* 46. *n.* 2.

22. Quod Senatus Roman. elogia & tituli Electoribus etiam competant, quos Patres Imperii florem & partem meliorem generis humani vetuſtas appellavit; nec non & Septemviris Perſarum quod judices prudentes patrii Juris & LL. Interpretes ſint; *Henning. Gœd. d. conſil.* 1. *Weſenb. d. loc* Ephoris Lacedæmon. Covarruvias comparat, quod æqué ipſis cura & negotium Reipubl. á populo demandatum fuerit, *l.* 14. *ad municip. l.* 97. *de condit. & demonſtr.* & facultatem habuerint ſibi deligendi & deponendi, *l.* 1 *pract. q. c.* 1.

23. Veruntamen ſunt alia in hoc laudatiſſimo Ordine auguſtiora, quæ prædictis perſonis & officiis congruunt, ut Præfectus prætorio, qui nudâ & imaginariâ dignitate ſaltem gaudebat, nec Senatus Roman. ſemper eundem honorem habuit, ita ut Tiberium ipſum projectæ illorum ſervitutis voce publicé emiſſa aliquando puduerit, & ſub Leone Imperatore Senatuſconſulta fieri prohibente, *Novell.* 78. poteſtas ejuſdem Senatus in ipſum Principem translata fuiſſe videatur, *Heig. part.* 1. *quæſt.* 4.

24. Nec minús Ephori fictitiam tantúm fovebant dignitatem: major namque poteſtas erat penes populum, cum ſtatus Lacedæmoniorum magis penderet ad formam Democraticam. & á potentiori fieri debere denominationem, conſtat ex *arg. l. queritur, & ibi Dd. de ſtat. homin.* Ephorique repræſentabant populum: nec denique Illuſtriſſimi Electores ſunt comparandi Septemviris Regum Perſicorum, qui non Principes, ſed Judices prudentes Patrii Juris & LL. Interpretes fuerunt. *Joſephus antiquit. de Iudaic. l.* 1. *c.* 6. *Briſſon. de Regno Perſar. l.* 1. *p.* 89. 95.

25. Nec mirum videri debet, ſi hæc dignitas Regibus comparerur, ut cenſet faciendum, *Schrader. d. princip. Inſtitut. in proœm.* Si enim Præfectum prætorio Regibus aſſimilare *Theodoric. apud Caſſiod. l.* 6. *c.* 3. dignum judicavit, ſi Legati Pyrrhi Regis Rom. Senatum Regum confeſſum judicarunt, *Flor. l.* 1. *c.* 18. imó ſi Cardinales Roman. Pontif. eminentiam & gradus amplitudinem Regibus æquiparantur, *Palaot. Cardinal. de ſacr. conſiſtorii conſult. part.* 5. *quæſt.* 1. *p.* 266. cur non etiam regalis prærogativa tám illuſtri ordini, ut cæterorum Principum ſortem multis paraſangis anteire videatur, *Heig part.* 1. *q.* 4.

26. Electionem novi Imperatoris feliciter auſpicando ſtat potior ſententia á parte Moguntini Archipræſulis illuſtris collegii Principum Electorum, hic cæteros Coëlectores ſuos pro electione futuri Cæſaris literis ſuis patentibus ad oppidum **Franckfurt** Moguntinæ Diœceſis quondam á veris Francis & Trojanis fundatum evocare ſolet, *Petr. de Andl. l.* 2. *de l. Regn. Roman. c.* 2. *A. B. tit. de Elect. Regis Roman.*

27. Facto ampliſſimo conventu in Baſilica S. Bartholomæi premiſſis ſacris Moguntinus Archiepiſcop. vota ſingulorum inquirere & ſcrutari habet, quo facto cæteri Coëlectores ipſum Moguntinum vice verſa requirunt, & votum ſcrutantur ab eo, ut hæc omnia in Caroli I V. Conſtitut. A. B. latiús declaratis dignoſcuntur, *Onuph. Panvin. de Comitiis.*

28. Nullâ autem ratione ex dicta urbe **Franckfurt** ipſis Septemviris decedere

dere fas est, nisi prius in unum caput unanimiter conspiraverint, & dignissimum Imperio Romano inter novos ambientes recentem Aquilæ Romanæ Majestatem Candidatos ritè elegerint, quod si facere distulerint intra 30. dies ex A. B. dispositione pane & aqua tàm diu alendi, donec voluntates eorum in unum consenserint, *Onuph. Panvin. d. l.*

29. Hujus etiam Collegii illustriss. partes sunt, non tantùm electionis negotium moderari & absolvere, sed ipsumet Imper. ex formula præscripta, quam Capitulationem dicimus, Imperio universo obligari, ad cujus observantiam vi juramenti Cæsar astringitur, quod ex ipsis juris Sax. verbis *lib. 3. art. 54. §.* **Als man den König wehlt/ so soll er dem Reich Huld thun vnd schweren/ &c.** colligitur, nec non ex *Clement. de jurejur. & tibi Domine dist. 63.* consectarium est, *Rittersh. in partit. EE. c. 10. n. 11. Heig part. 1. q. 4. Schönborn. l. 5. Polit. c. 8.*

30. Ex quo fundamento colligit Bodinus, formam Imperii nostri Romano-Germanici esse Aristocraticam; verùm hac assertione argumẽti sui quatuor terminorum non infringet statum nostrum Monarchicum; Nam si hic juramentis quibus se ad observantiam LL. fundamentalium astringunt Principes, læderent suam Majestatem, vix ullus esset Regum, qui Majestatem suam salvam haberet, nec ipse Rex Galliæ, qui æquè in LL. regni jurare cogitur, *teste Hottom. in Franco Gallic. & Arist. 3. Polit. 10.* quosdam ait Reges ad Imperium admitti sine juramento, quosdam v. non nisi juramento præstito.

31. Valdè ergò lubricum est ex eo Monarchiam nobis denegare, quod capitulatione sit certis modis constricta potestas Imperatoris; Quin potiùs si caligine submotâ ad lucem veritatis oculos attollere libeat, quorum nexu pleriq; Regum hodiè constringuntur *Waremund. ab Ehrenberg c. 11. num. 40. d. Regni subsidiis* ostendunt Imper. in Casibus non exceptis jure veterum Imperat. qui procul dubio Monarchæ fuerunt uti, *Dn. D. Arum. Præcept. & Fautor meus observantiss. in tr. de jurisd. Rom. Imperii* nec vanâ ratione Imperat. & Regum potentiâ loris ac frenis constringere, cum nemo facilè tantâ sit præditus sapientiâ, ut possit in summa potestate modum tenere, *Pontanus lib. 3. apud Herodot.*

32. Sic ipse Carolus M. Imperator, cui aliàs absolutissima erat potestas vivendi, & omnia secundum nutum ac voluntatem in spatiosissimo suo Imperio faciendi, juramentum tum temporis Leoni Pontifici præstitisse dicitur, quod in antiquo quodam Commentario, qui Ordo Romanus inscribitur, refertur, cujus hæc formula: In nomine Christi spondeo atq; polliceor ego Carolus &c. Imperator, coram Deo & B. Petro Apostolo me protectorem ac defensorem fore hujus S. Rom. Ecclesiæ, *Arnisæ l. 1. de jure Majest. c. 5.*

33. Hinc in dubium vertitur quæstio apud Jurisperitos. Utrum Electores Imperii aliquem Principem non Germanum in Cæsarem eligere possint? Quæ quæstio valdè agitata fuit in Elect. Caroli V. Imperatoris, ubi Trevirensis mirum in modum partes Francisci I. Galliar. Regis defendit motus, ut arguit *Sleid. libr. 1. comm. c. 1.* prognostico vatis cujusdam, qui Maximilianum dixerat ultimum fore Cæsarem Romano-Germanicum.

34. Sed causa dubitandi maximè ex eo profilit, quod A. B. non vetet, nec primis LL. quibus ad Germanos Principes facta translatio Imperii dicitur, prohibitum extet, quod ergò expressè non mutatum in LL. est, cur stare prohibetur, *l. 27.*

c. de

c. de teſt. & erubeſcimus ſine lege loqui, *Nov.* 18. *c.* 15. *in pr.* conſtat etiam ante Caroli IV. deſignationem Alphonſum Caſtiliæ Regem & Richardum Cornubiæ Ducem, poſtea Edovardum ex Anglia ad ſceptra Germani Imperii eſſe vocatos, *Heig. part.* 1. *q.* 5.

35. His non obſtantibus cum meridianâ luce clarius ſit translationem Imperii á tempore Caroli M. ad Germanos factam eſſe activé & paſſivé, ut loquitur *Panorm. in c. venerab. d. Elect.* conſectarium eſt eâ intentione diſpoſitam eſſe, ut axioma Imperii ſacri ſemper & in perpetuum penes Germanos eluceſceret, *Pet. d. Andl. l. 2. d. Imper. Rom. c.* 3. nec longé ab hac ratione aliorum eligentium communis forma diſcedit, ubi in *c. nullus diſt.* 61. *c. metropolit. diſt.* 37. *d. Elect.* rité ſancitum eſt, de gremio Eccleſiæ Epiſcopum eſſe eligendum, etiamſi alibi digniores reperiantur; quod ſi hoc in ſimplicibus Eccleſiaſticis beneficiis & minoribus regnis valet; multó magis in tam illuſtri majeſtate valere debet, *Innoc. Gentil. in Comment. d. Regno part.* 1. *th.* 5. *Heigius part.* 1. *q.* 5.

36. Poſtquam hoc modo Imperat. legitimé electus eſt, proceditur poſtea ad inaugurationem Aquiſgranum, qui locus ex more vetuſto ad peragendam ſacram coronationem deſtinatus videtur, ita ut Carolus V. Imperat. jus loci mutare nollet exconſtit. A. B etiamſi peſtis ibi graſſaretur, *Sleidan. l.* 1. *comm. cap.* 1. communitamen conſenſu Imperat. & Electorum ex neceſſaria cauſa mutari poſſe hodiernum exemplum D. Matthiæ Imperat. edocet.

37. Triplici Coronâ novus Imperialis Candidatus inauguratur; Argenteâ primùm Aquisgrani ab Archiepiſcopo Colonienſi, non veró Trevirenſi, ut putat *Schönborn. l.* 5. *Polit. cap.* 9 cui primum officium Regi Diadema imponere competit ex A. B. c. 4. cum olim id quoque Moguntino competeret atteſtante *Rittershuſ. in notis ad Günther. lib.* 6. Ferreâ deinde regni Longobardici propria Modæciæ propé Mediolanum ab Archiepiſcopo Mediolanenſi conſecratur; Aurea deniq; Romæ á pontifice coronatur, quorum ſolennitates deſcribit *Iovius in Car. V. coron. Onuph. Panv. d. Comit.*

38. Ad exemplum ſupremi terræ cœliq; Monarchæ his tribus coronis *Hieronym. Balbus Epiſcop. de coronat.* Imperat. noſtrorum ornari autumat; Argenteâ, *ut Zach.* 5 Sumes inquit, argentum & pones in capite Jeſu; Ferreâ, ut in libro Regum ſub imagine Eccleſiæ, qui ferream ſibi fabricavit coronam; Aureâ ut in *Apocalypſi*, Vidi, inquit, ſuper nubem filium hominis habentem in capite ſuo coronam auream, *Chaſſan. in Catal. glor. mundi. conſid.* 27.

39. Aliud nec illepidum agitatur commentum, Imperat. ſcilicet triplici coronâ inſigniri, ideó quod ſit totius mundi Dominus, qui in tres plagas mundi diſpeſcitur; Dominatur enim Aſiæ, *l. fin. Cod. de tempor. appell.* Africæ *l.* 1. *d. off. præfect. prator. Affr.* Europæ *l.* 2. *Cod. de Appell. Zoannett. in tract. de Roman. Imper. num.* 248. *Schneidw. d. feud. part.* 3. *num* 61. Unde non de nihilo ſcribit D. Thomas, Imperat. trahere nomen á ſupremo Domino, quaſi omnium Dominum, & qui ei ſubeſſe recuſat, omni ſuccedendi jure, legitimisque hereditatibus privatur, *c. jus Quiritum. diſt.* 1.

Dominabg imperii in Aſiam, Africam Europam.

40. Allegoricé hanc triplicem coronationem quidam enodant, Imperatorem ajunt primùm argenteâ coronari, ut intelligat ſe oportere eſſe purum, nullaq; macula conſperſum, exinde veteres vocarunt argentum purũ purumque; Deinde.

Ferro, quod designat, tantúm virium ei inesse debere, ut in Longobardia hostes devincat, totamque Italiam ex infestissimorum tyrannorum manibus eripiat, *l. In nomine Domini, Codic. de Offic. praf. prator. Affr.* postremum Romæ auro insigniri, quia sicut aurum perfectiss. est ac pretiosiss. metallor. ita Imperat. in urbe Roma, quæ est Imperii caput, supremum assequitur perfectionis gradum, & excellentiam super omnes Reges, *l. 1. C. de off. praf. augur. Schneidw. in Proæmio Instit. cum ib. allegat.*

41. Solennitatibus & ceremoniis plurimis, quæ ad h. sacratiss. opus accedere solent, sicco pede præteritis, & quarum latissimé Constitutio Carolina facit mẽtionem, ad talem quæstionem ordimur; An vi solius electionis Cæsari competat Jurisdictio, an verò tum demum, si subsecuta fuerit Papalis coronatio? *Paurmeist. de jurisd. l. 2. c. 3. Schonborn. l. 5. Polit. c. 7.*

42. Suffraganei non pauci hoc rerum statu adhuc erectis stant animis, qui autoritatem Papalem mirum in modum, ut in aliis sic in præsente casu extenuant, inprimis verò Hostiensis Cardinalis, *in c. super quib. de V. S. & in c. f. qui filii sunt legit.* nec minus Spec. *Iohan. Andr.* qui omnem movent lapidem, ut id nob. omninó persuadeant; nec solum autoritate sacrorum Canonum pugnant, sed argum. quoque jacula in repugnantes retorquent; non potest, inquiunt, esse perfectum, cui particula aliqua deest, *Arist. 5. Metaphys. cap. 15.* sed dum negligitur & superciliosé quasi despicitur coronatio atq; inunctio, cæteraque solennia Pontificis, pars aliqua Imperiali fastigio deest, non est igitur perfectum.

43. Insuper nemo quippiam agit, moliturus, antequam oriatur, & sit, *l. ul. ff. d. collat. bonor.* sed Imperat. in coronatione dicitur oriri & sic incipere esse, *l. omnes, ff. d. fer. ibi vel ortus Imperii protulerunt, ubi gl. id est, coronatio. Petr. d. Andl. l. 2. de Imp. Rom. c. 5. Hieron. Balbus d. coronat.*

44. Præterea, ut in naturalibus unaquæq; tria continet, substantiam, virtutem, actionem, quæ adeó invicem cohærent, ut actio non nisi á virtute proficiscatur, nec virtus, nisi á substantia *Averroes, 7. Metaphys. 5.* Electio autem locum substantiæ tenet, confirmatio virtutis, administratio actionis; ex quibus necessariò efficitur, ut Imperat. ex sola electione administrare non possit, nisi prius confirmationis virtus accesserit.

45. Hæc omnia qui jura Imperii labefactare student, quasi palpum nobis obtrudunt, adversus quos nulla certior victoria est speranda, quám si eos suo quéque gladio jugulemus; inprimis nobis herbam porrigere necessum habent in hoc, quod Pontifex antequam coronetur suo officio per omnes numeros fungi solet, *c. licet. d. elect. & elect. potestate*, quin imó si quis eo prætextu literas Pontificias oppugnat á sacris mysteriis, ut impius & prophanus arcetur, ut in *extravag. Benedict. XI.* quæ incipit, *quia nonnulli*, habetur; Hoc si valet in Pontifice, quidni in Imperatore; cum Imper. sit Dominus totius Orbis, *gl. in c. Adrianus dist. 63.* & præferatur Pontifici *in l. glorioss. C. d. Summ. Trinit.*

46. Quid verò in re plana tantum operæ ponimus, cum certiss. Canonum interpres Innoc. omnem nobis scrupulum ex animis exemerit in *c. venerab. d. elect. scribens.* Credimus, inquit, quod si Imperat. coronam in loco debito accipere non possit, nihilominus authoritatem administrandi ab Archiepisc. Colonien. possit recipere, vel sua autoritate, quam habet ex electione, sine ulla coronatione ministrare, *Hieron. Balbus de coronat.*

47. Qui-

47. Quilibet Pop. carens Rege, potest sibi Regem de I. gent. eligere, *l. ex hoc jur. ff. d. I. & I.* & talis electus é vestigio non tantùm sit Rex; verùm & jura & bona illius regni potest administrare. Sic Principes Electores ratione jam dictæ institutionis habent potestatem eligendi Imperat. repræsentantes in hoc omnes Principes & Pop. Germaniæ, Italiæ, & aliarum Provinciarum recognoscentium Aquilam Romanam, posito ergó illo, quod exercitus d. I. gent. faciat Imperat. *c. legimus, dist 93.* conclusionem nobis suppeditabit regula, ex electione hujusmodi licité nomine ac reipsa Cæsar. Roman regna, jura ac bona, SS. Imperii administrare non verebitur, *Lupold. d. Bebenburg. d. Iurib, reg. cap. 5.* & hæc sententia aperto fundamento Carolinæ constitutionis nititur, *tit. 2. d. elect. Rom. Regu, §. ult.*

48. Autoritas Imperat. etiam cum tanta sit, ut qui ausit ipsorum placita in dubium vocare, sacrilegium committere dicatur, *l. 3. C. de crimin. Sacrileg.* Videndum itaque quid hoc in genere ipsi Imper. senserint. Maximilian. I. in Comitiis Cõstantię Anno 1507. celebratis, dignitatem & authoritatem prorsus ex arbitrio Principum Germaniæ dependere palam professus est, *Guiccia. lib. 7. fol. 244. Bodin. l. 1. d. Repub. c. 10.*

49. Sic & Imperat. Fridericus audacter respondit; Quicunque nos Imperialem coronam pro beneficio á Domino Papa suscepisse duxerit, Divinæ institutioni & doctrinæ Petri contrarius est, & mendacii reus erit, *Radewic. d. gestis Frider. 1. l. 1. c. 10. Arnisæ. d. translat. Imperii, c. 7. Knich. in velit. Apolog p. 31.*

50. Denique si coronatio Papalis tantæ esset efficaciæ & potestatis, ut electus in regem Roman. absque illius confirmatione non posset subsistere, nec Imperii negotia realiter administrare, sané hunc coronationis ritum tám multi Imperat. neutiquam intermisissent. Constat enim Rudolphum I. Albert. & Maximil. I. Ferdin. & Maximil. II. Rudolphum II. & jam superstitem D. Matthiam Imperat. legitimé expeditâ electione plenum jus obtinuisse, *Paurmeist. d. I. Elect. Rom. Imp. l. 2. c. 4.* & quamvis fruatur tit. Roman. Imper. non tamen exinde sequitur, ut de necessitate sit ipsum Romæ coronari, cum Roma censeatur esse, ubi Imperat. est, & ubicunq; est Rom. Pontifex ibi Roma, ubi Helena, ibi Troja, *Innocent. in c. Eccles. de except. c. accusatum, d. Simonia.* & Imperium non in loco aut Italiæ occupatione fundatur, *Heigius part. 1. q. 2. Alber. Gentil. d. I. belli, l. 1. c. 23.*

51. Absolutiss. Electores Principes in Imper. Roman. habere potestatem libera electione eligendi Imperat. eumq; ad observantiam LL. imperialium coarctandi dicimus; has ipsas veró si non observaverit, æqué potestatem habere deponendi & alium substituendi asseveramus; cumq; ejus sit deponere, cujus eligere, *arg. l. 3. d. rejudic.* & qui habet jus conferendi, habet etiam destituendi, *Panorm. d. Clericis. c. 4.* consentit epistola Zachariæ Papæ ad Gallos de abdicando Childerico apud *Avent. 3. Annal. Bojor.* regem plebs constituit, eundem etiam destituere potest, *Dn. Frider. Hortleder. Fautor meus observantiss. in disp. ad Sleidan. th. 9. Arnis. l. 1. de Iur. Majestatu, c. 6.*

52. Estque ea similis consuetudini vetustæ, qua Imperator. á Senatu fuerunt judicati hostes, quæ pœna fuit, ut cervix insereretur furcæ, corpus virgis ad necem cederetur, *Sueton. in Neron. cap. 45.* Forte etiam illi pœnæ æquipararipotest, qua quis Jure civili á gradu & dignitate dejicitur, *l. aut damnum in princ. ff. de pœnis.*

53. In quam pœnam incurrit olim Adolphus de Naſſau. Imperator, qui ab Electoribus homicidii, ſtupri in virginem, ſocordię, negligentię, perjurii inſimulatus eſt SCto, ut ait Aventinus, *l.* 7. de faſtigio deturbarunt; ſimiliq́ue autoritate pauló poſt contra Wenceslaum á Patre optimo Carolo IV. Imperatore natum filium degenerem, ignavum & inertem, minusq́ue ad clavum Reipub. Romanæ auguſté torquendum aptum natum uſi, *Paurmeſt. de Comitiis. Arniſ de jur. Majeſt. l.* 1. *c.* 6. *Raphaël. Volat. l.* 32. *Cuſpin. in Wenceslav. Bodin. l.* 2. *de Repub. c.* 5.

54. Et hîc alas procul extra nidum Pontifex Roman. extendit, quidvé Regum dignitatis habet, á ſua manu petendum clamat; Rex aliquis ſit annon ſuæ cenſuræ etiam, ſui arbitrii, ad ſe pertinere transferre regna de gente in gentem, quippe qui ſit Vicarius DEI in terris, ſed malé? nec nos fugit quantoperé olim in Imperat. Reges & Principes ſyllaturiverit, & excommunicationis fulmine levi ſæpé ex cauſa percuſſerit, quæ omnia de facto tum temporis obtinuit, *Arniſ. l* 1. *de jur. Majeſt. c.* 4.

55. Ex Imperat. octo reperimus excommunicationis fulmine eſſe tactos, ex Regibus Gallorum quatuor, ex Regibus Angliæ duos, Ladislaum Regem Ungariæ Alexander V. regno exuit Plat. in Alex. Ungariæ namq; regnum feudis Eccleſiaſticis ex ſententia Clericorum annumeratur, *in Catalog. Feud Eccl.* idq́; feudatarium D. Petro factum vult *Auguſt. Steuchus in lib. de donat. Conſtant.* á Stephano I. Georgium Bohemiæ Regem, quod Huſſiticæ Religioni favere videretur, Pontifex nudavit omni Ducali, Marchionali & regio honore, ſubditosvé á fide ipſi data liberavit, *Bonfin. Dec.* 4. *lib.* 1. *&* 3.

56. Prolixiores eſſemus, quám hic locus exigit, ſi omnià ambitionis Pontificiæ exempla, quæ alibi latiús recenſentur & refutantur infarcire vellemus. Non ergó ferenda eſt illa Pontificialis inſolentia, quod ſibi degradandi licentiam ſumat, *c.* 2. *de ſentent. & rejudicat. c. alius*, 13. *q.* 6. cum veré illud obtinet, quod *Zaſius in l. non ambigitur, de LL. dicit.* Papæ non competere jus deponendi Imper. quia neq; eligendi poteſtas ipſi de jure competit.

57. Attendendum ſimiliter quam hac in parte Fridericus I. ferat ſententiam, & qualiter Rulando Legato ab Hadriano Papa ad ſe miſſo reſpondeat; Faceſſant, inquit, Legati á conſpectu noſtro, & via qua venerant ad Pontif. ſuum redeant, eumq́ue cogitare de portanda cruce Domini potiús, quám de regnis tradendis, adimendis, transferendis jubeant, præſulem ſe & ſacrorum antiſtitem, non auguſtum eſſe ſciat, *Rittershuſ. in Orat. Frid. I.*

58. Reſtat, non eſſe quod glorietur Roma quaſi beneficium in Germanos Principes contuliſſet, cum eos accerſivit; quin potiús beneficium ipſam Romam ab illis accepiſſe, cum diuturnis feſſa malis opem ac defenſionem Francorum imploravit, & impetravit, liberatâ per eos tyrannide Berengarii & Deſiderii, nec ſibi arroget jus aut eligendi vel renunciandi honori Imperatorio, cum Præſul Roman. maximé pendeat á nutu & voluntate Imperatoris, *c. Victor honorius diſt.* 96. *c. nos ſi in competent.* 2. *q.* 3. *l. Victor C. de Summ. Trinit. & d. l. glor. ibid.*

59. Quid juris Electores Principes habeant in electione & degradatione Cæſaris, ἐν παρόδῳ hactenus delineavimus, habitâ jam ratione ordinis, qui monſtrat cohærentiam antecedent. & conſeqq. facitq́; ut omnia ſint plana & perſpicua,

Ariſt. 2.

Arist. 2. Analyt. c. 3. Anton. Peregr. d. l fisci. l. 1. tit. 1. n. 2. potestatem Electorum extra Imperii electionem considerabimus.

60. Insignis sané est autoritas Electoralis Collegii tùm in Comitiis, tùm particularibus conventibus, prius soli Imperatori de jure velut supremo Monarchæ competit in hoc, ut convocet status Imperii, accedente tamen Electorum suffragio, secundum L L. Cæsari in electione præfiguratas Decreto Spirensi Anno 1507. §. **Haben wir ein gemeine Reichsversamlung nach vorgehabtem Raht vnnd gutachten vnser vnd des H. Reichs Churfürsten** / *Paurmeist. lib. 2. de l. Elect. cap. 3. Schönborn. l. 4. Polit. c. 33.* alterum peculiariter Electoribus concessum est, ut ipsimet absque specialis veniæ impetratione conventus pro salute & incolumitate Reip. in Germania indicere possint, *Paurmeist. & Schönborn. d. loc. Heig. part. 1. q 4.*

61. Cæteris verò Principibus minoribus jus celebrandi Comitia nullatenus esse concessa, eluces cit ex conventu Noribergensi Anno 1524. ubi Carol. V. non injuria accusavit Principes Germaniæ, quod sine autoritate Imperat. novum conventum Spiram indixissent, *Sleid. l. 4.* cum jus indicendorum Comitiorum inter jura Regia reponatur, *Arnisæ lib. 1. d. l. Majest. c. 2 & l. 2. c. 4.*

62. Post mortem Cæsaris, vacante Imperio, Electori Moguntino tanquam Decano Septemviralis Collegii indicendi Comitia, constitutione Carolina permissum esse minimé ambigitur; an verò idem quoq; liceat superstite Imperat. ut autumat, *Onuphr. Panv. de Comit. tit. 7.* graviter patrum nostrorum memoria in electione Ferdinandi Imperat. controversum fuit; verum quod non liceat, arguit interlocutio Johan. Electoris & Ducis Saxoniæ, qui misso filio Johanne Friderico ad conventum Colonienſem, Moguntino Electori antequam rem cum iis communicasset integrum non fuisse contendebat, quæ res transactione Spirensi Anno 1544. tandem sopita est, *Dn. D. Aruma. Præcept. meus honorandiss. comm. A. B. q. 11.*

63. Nec ab hoc scopo alienus est Pontifex Romanus, suam qui plenipotentiam velut ex altissima pharu dependere somnians, vacante namq; Imperio Romano vel alio regno superiorem non recognoscente, administrationem interim ad se pertinere, & tàm de causis Feudalibus quàm aliis pertinentibus ad cognitionem Rom. Imperat. cognoscere debere validé affirmat, *c. licet. ex suscepto, & ibi Panorm. & Dd. extr. de foro compet. Clem. pastoral. §. f. de sent. & rejudic. in 6.*

64. Pontificem Romanum hâc quoque ex parte nil habere juris contrarium docet A. B. lex fundamentalis, quę strictissimé est accipienda, *gl. in l. 3. §. hac verba, ff. de N. G. ubi sub Rubr.* **von Rechten des Pfaltzgraffen vnnd Hertzogen zu Sachsen** expressé cautum est, quod vacante Imperio Palatinus Rheni Elector possit pleno jure exercere judicia, præsentare ad beneficia Ecclesiastica, colligere reditus, investire de feudis, juramenta fidelitatis vice & nomine Imperii recipere, feudis Principum duntaxat exceptis, & illis quę **Fahnlehen** vulgò vocantur, quorum investitura & collatio soli Imperat. reservata est, *Vasq. illustr. quæst. l. 1. c. 22. Schrad. part. 10. de feud. sect. 1. nu. 174.*

65. Eodem jure Administrat. Elector Saxoniæ fruitur in illis locis, ubi observantur Jura Saxon. & ratio videtur militare, quod is defensor singularis constitutus sit Juris Saxonici, ut post *Wesenb. Albinus Hist. Misnens. part. 1. tit. 16.* meminit; & comprobari ex eo potest, quod Jus Sax. hisce terris jam olim peculiariter concessum, & subinde ipso rerum usu & seqq. Imp. concessione actum & confirmatum legimus,

gimus, in quo non Caroli M. tantùm, sed Ottonum, Heinricorum, Lotharii, Friderici & peritorum quorundam ejus juris beneficio Saxones debent plurimum, ut est in præfat. Specul. Sax. **Landrecht & Weichbild.**

66. Singulariter in hoc etiam Palatinus Comes, Elector decore quodam privilegii videtur cohonestatus, quod sit Judex Cæsaris, coram quo Imperator. Majestas in judicio stare tenetur, *A. B. in f. t.* 5. exinde pariter malè infert Bodinus, Cæsarem non censendum Monarcham, quia coram Comite Palatino, ut inferiore cõveniri potest; verùm in Jure feudali ita decisum invenimus, ut sive Imperator, sive Pontifex, sive Rex, sive Dux quicunque feudum ab inferiore recognoscit, illius jurisdictionis se submittere necessum habet, *cap. nos si incompet. 2. q. 7. gl. l. est receptum, de jurisdict.*

67. Non autem ita hîc intelligendum quasi Imperator noster esset Vasallus Electoris Palatini, sed quod hoc modo in constitutione Carolina sancitum inveniatur; ipse igitur Cæsar depositâ quodammodo Majestate de sua causa Comitem Palatinum Electorem judicare jubet, & sic Jure civili receptum est, eoque jure utimur, ut si quis major vel æqualis subjiciat se jurisdictioni alterius, possit ei & adversus eum jus dici, *l. 14. de jurisdict.*

68. Eodem modo & in conventione inita inter R. Bohemiæ & Marchiones Brandeburgicos cautum est, quod lites sive controversiæ motæ inter R. Bohemiæ & Brandenb. coram Consiliariis ex utroque latere ad hoc deputatis ventilari & determinari debeant; in contractibus namque Principes eodem jure utuntur, quo privati, *l. Cæsar, 15. de publ. can. l. de contractu, 3. C. de rescind. vendit. c. 1. de nat. feud.*

69. Rex Bohemiæ pari modo respectu Silesiæ subjicitur judicio superiori Uratislavienſi, & respectu Ducatus Glogovienſis Paribus Curiæ istius Ducatus, *Schrad. part. 10. de Feud. sect. 1. n. 53.* Electores Saxon. coram suprema sua Lipsensi curia Electorali sese convenire patiuntur; Archiduces Austriæ, cum sint immunes á jurisdict. ortis controversiis aliquem é suis Vasallis judicem constituunt, coram quo conveniantur & jus accipiant, *Cuspin in Austriac. p. 37.*

70. Jus appellationis recipiendæ, quæ altera libertatis tuendæ arx á Livio appellatur, *l 3.* quamvis & hoc supremæ potestatis sit proprium, adeó ut nullo tempore jus illud á Duce, Comite vel Marchione, ne ab illo ad Principem, cui subest, provocetur, præscribi posse putet *Covarr. pract. quæst. c. 4 num. 1.* tamen privilegium de non appellando primùm concessum est Electori Saxon. ex A. B. Deinde Sigismundi Imperatoris beneficio, tertiò ipsum plenius concessum á Ferdinando Cæsare, Anno 1559. reliqui contrario usu perdiderunt, nec ita quidem Brandenburgicus per concessionem Imperial. recuperavit, *Reiger. in thesaur. Iuris. Heig. part. 1. q. 4.*

71. Quo jure utebantur olim Præfecti prætorio, á quorum sententia appellatio non dabatur, *l. un §. 1. de off. præfect. prator. l. un. c. de sentent. q f. prator.* adeó ut Ennapius Præfecturam prætorianam instar Imperat. dignitatem se habere dixerit, nisi quod purpuræ trabæve usu caruerit, *Wesenb. in Parat. á quib. appell. n. 3. Peucer. §. Chron. p. 1003.*

72. Non igitur fas est subditis territorii Saxonici tentare provocationem ad aliena judicia: aliâs illis á malè informato ad eundem melius informandum permitti solet provocatio. I. *Ayrer. in proceſſ. c. 4. obſ. 4. n. 22.* dignum namq; quod Princeps sibi persuasum habuerit, eos, qui ob singularem industriam, exploratâ eorum fide

fide & gravitate ad hujus officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicaturos esse pro sapientia ac luce dignitatis suę, quàm ipse foret judicaturus, *l.un.§.1.ff de off.præf.prator.*

73. Archiduces Austri- nter cętera sua á variis Imperat. impetrata privilegia etiam hoc habent const.Frid.1.& 2. **Daß von jhnen an einen Römischen Keyser vnnd König noch an des Reichs Kammergericht / oder ander Gericht nicht appellirt/supplicirt noch redimiret werden kan / Item: daß sie vmb keiner Sachen schuldig seyn vor dem Reich zu Raht zu stehen/ sie wollen den gerne.** Constit. Carol.V. **Von Gerechtigkeit des Hauß Oesterich** / p.10. quam Cuspin.promulgatam dicit *in Austr.in Comitiis Wormat.*1522.

74. Commodissimé circa finem quæri potest, An Imperat. fas sit vi supremæ Jurisdict.immunitatem á collectis Turcicis pro placito petentibus indulgere? Et quidem cum harum remissio universo præjudicet Imperio, jura enim regia non solùm pro sustentatione Regis sed ad onera quoque publica supportanda destinata sunt, *Luc.de Penna. l.2. C. de omn. ag.desert.n.2.* alteri enim jus suum auferre nulla juris patitur ratio, *arg.l meminerint, C.unde vi*, ne quidem ex plenitudine potestatis, *Gail.2.obs.56.Va.q.controv.l.1.c.1.*

75. Decidendum itaque cum Privilegia Principis in præjudicium tertii nequaquam interpretanda sint; licet quidam Principem pro libitu contra jus dispensare & mutare quadrata rotundis posse asseverent; ast insanientium magis, quàm Juris prudentium loquelam non immeritó appellat *Valesc.d.l. Emphyt.q.8.n.* 34.non nisi ex causis justis id facere posse, *Thom. Mich.disp.de Iurisd. Rom.Imper.th.* 27. cum quolibet etiam hanc præsentem dissertationem secundis ventis finire.

VIII.

DE JURE EPISCOPALI,

D. LAURENTII Ohm.

THESIS I.

TRACTATIO Juris Episcopalis neque á se tenuis nec plané expedita nec præjudicii expers: quam ideó nec á multis tritam, vix ab uno alterove ex professo *a* nec plené quidem edoctam aut diductam reperias. Quippe non tám ad eam Juris partem, quæ singulorum civium utilitati providet, quám ad alteram refertur meritó, in quâ salus ac status Rei Romanæ publicus (qui ex Sacerdotio & Imperio absolutè constat) *b* supremæ legis vicem tuetur. Cujus ex Juris modó universali modó particulari ignorantiâ errores haud leves, quorum ad propositam speciem, qui pertinent, in progressu aliqui notabuntur, passim scaturire & deriva-

ri huc illud in comperto est. Operæ pretium igitur permagnum foret, penitús in istud argumenti inquirere, si mediocribus ingeniis liceret esse tám disertis. *c* Attamen si jacienda est alea, uti an abuti liceat nobis pauliſper (solemni cum veniâ) symbolo illustriſſ. Herois CAROLI MARCH. BURG. quod iconi ejus calcographi subnotant, h.e. TENTEMUS: lubenter lampada tradituri aliis, qui in confusione istâ ac tenebris seculi prælucere nobis clariorem viam ad sacrarii hujus adyta dignati fuerint. Interea cum bono Deo ac pro virili rem inimus præsentem.

a) Nam præter Joannis Bertach. vetustum tractatum *de Episcopis, &c.* & Ant. de Prætis *de Iurisd. Episcoporum*, & Herm. Bruschii *comment. Hist. de Episcopat. German.* nec non illa, quæ recentiús Matth. Steph. *lib. 3. de Iurisd. p. 1.* & Joach. Steph. *lib. 4. de Iurisd. Eccl. & lib. 1. Inst. Iur. Can.* de Jure Episcopali inspersérunt, haud facilé argumenti istius quidquam memorabile in classicis auctoribus obviat, nisi quod novissimé præteritis nundinis Francof. autumnali b. duo prodierunt Scriptores, Aubertus Miræus Canon. Antuerp. cum tit. *Notitia Episcopatuum, &c.* & Fráciſc. Maynard. JC. Pictavienſ. feré unus omnium in terminis de JURIBUS EPISCOPORUM ex Legum & rerum judicatarum auctoritate confirmatam disputationem præferens. Sed quorum neutrum adhuc Bibliopolia quantumvis diligenter sciscitantibus nobis exhibere potuerunt, ac propediem, uti speramus, exhibitura, quó sic illi etiam ad perfectionem opellæ nostræ τὸ ἐπιτελικὸν μέρος utiliter conferant. *b*) *arg. l. 1. §. Hujus stud i, 2. D. de I. & I. Nov. 6. in pr. ib. Maxima sunt in hominibus dona Dei Sacerdotium & Imperium, &c. Et Can. duo sunt pr. dist. 96.* (Salvâ hîc saniore principii istius applicatione quám á Gelasio inferri videtur.) *c*) ut imitemur stylum Martialis *lib. 9. Epigr. 12.*

2. Et origine quidem jus Episcopale antiquissimâ gloriatur tám in Ecclesiâ Dei quàm extra eam inter profanas sectas. Nam sicuti nulla feré gens tám barbara unquam extitit, quam non imbuerit Deorum, qualiscunque etiam, religio: ita vix ab ullâ non constitutos religionis suę & sacrorum præsides, quibus & peculiare jus datum fuit, deprehendere est.

3. Neque hîc mundum ligone quasi refodi opus. *a* Præter Ægyptios primos ex cæteris Ethnicis sacrorum sacerdotumq; opifices, horumq; debitores mutuarios Græcos, Romæ, quæ omnis literatæ antiquitatis mater audit, Numa Pompilius secundus Rex, ut præferocem populum ad pacis & Justitiæ cultum á rei bellicæ studiis averteret, sacrisque obligaret, statim Flamines sive Sacerdotes instituit: præterea Pontificem Maximum creavit ex patrib. Marcium Marci filium, cujus potestati omnia Sacrorum JURA subjecta. Imó si Festo & Polydoro Virgilio *b* credimus, judex ille atq; arbiter rerum æquè divinarum ut humanarum constitutus fuit.

a) Per

a) Per vulgatam theoricam Baldi, qui *conſ. 262. n. 3. lib. 1.* italianizans, Non ſuadeo, ait, ea diſputanda, per quæ mundus revangaretur. b) *lib. 4. de Invent. Rer. cap. 14* qui tamen hinc ſuperſtitioſé magis quám ſolerter auguratur, portentum hoc certum credens, quo ſignificatum ſit: Urbem Romam poſtremó perinde Pontificiâ Majeſtate gentibus moderaturam, atq; olim potentiâ imperaſſet.

4. Sed in Eccleſiâ Dei res fit expeditior: nec erraverimus, ſi ſpecimen Juris Epiſcopalis veteriſtiſſimi è decimis, quas ante legem ſcriptam, dum vicem ſuſtineret quaſi ſola lex naturalis, ab Abrahamo Patriarchâ Melchiſedech Rex Salem pariterq; Sacerdos Dei altiſſimi ſecundúm ordinem, percepiſſe legitur, commodâ argumentatione eruamus.

Facit text. *Gen. 18. verſ. 21. Heb. 6. v fin. & c. 7. v. 1. 2. 5. 9. junct. c. Decimas. 16. queſt. 7.*

5. Subſecuto tempore poſt publicatas Decalogi tabulas quid juris Aaroni ſummo Sacerdoti, ejuſque tribui Leviticæ Deus ipſe tribuerit, itidem explicatum eſt paſſim apud antiquiſſimum totius mundi Hiſtoricum Moyſen.

Præſertim *Num. 18. Deut. 10. 12. 18. &c.*

6. Nec ſané Veteri Fœdere atque in ſimul Hierarchiâ Judaicâ exoleſcente, Noviſque teſtamenti jactis á Salvatore & D. N. I. C. fundaminibus jus Epiſcopale prorſus conſopitum: quam tum penè intra limites prædicandi Evangelium & adminiſtrandi Sacramenta reſtrictum conſtiterit.

Arg. text. *Matth. ult. v. 19. Marc. ult. v. 16. 17. Ioh. 20. v. 22. 23.*

7. Quamprimúm porró Orbis Romanus Chriſtianæ fidei Imperatoribus donatus fuit, é quibus Primipilus celebratur Conſtantinus Magnus, *a* nihil illi habuerunt antiquius, quám ut jus Epiſcopale ſtabilirent certatim, adeoque augerent. *b*

a) Sed quid de Donatione Conſtantini in Sylveſtrum Papam collatâ eſt cenſendum? cujus Inſtrumentum extat primúm Latiné *in c. Conſtantinus. 96. Diſt.* (quæ licèt ſit palea & pro paleâ illic inſeratur, multum tamen grani attulit Roman. Eccleſiæ. *Everh. in Top. Loc. á Veriſimili n. 16.*) deinde Græcé apud Auguſtinum Steuchum libro ſingulari de Donatione Conſtantini Lugduni Anno 1547. edito, qui illud in Bibliotheca Vaticana repertum fuiſſe adſerit, hâc ſummatim ſententiâ, ut Romana Urbs & palatium Imperiale & omnes Italiæ ſive Occidentales provinciæ unâ cum Diademate Aureo, Indumentis Imperatoriis, Imperiali Sceptro, cunctiſque bannis, ſignis & vexillis, &c. relinquantur & concedantur Papæ Sylveſtro? λίαν μεγα πρᾶγμα! quod ab Imperatore Conſtantino unquam emanâſſe cordatis veriſimile haud venit, non quidem tám (1.) Argumento ab auctoritate negativé ducto contra Reg. top. Everhard. *loc. ab auctor. nu. 17.* quâ gratiâ Laurentium Vallam, Dantem Alighierium & Ulricum Huttenum deridet ac eludit D. Marta Neap. *lib. 1. de Iuriſd. c. 30. num. 4. 5. 6.* ſive ob ſummum tantâ de re ſilentium Euſebii, qui libros

quinq; integros de vitâ Constãtini scripsit, Socratis item, Theodoreti, Evagrii, Rufini, Eutropii, Pauli Diaconi, Orosii, Bedę, Zonarę, Nicephori, historicorum magni nominis & industriæ: quamvis hos plæraq; tetigisse, in hoc uno axiomate, quo mũdus non semel contremuit, Pythagoræ factos Discipulos vix quisquam cerebro sano persuadeat: Neq; tam (2.) ob defectũ *d. c. Constantinus*, in antiquis Decreti Gratianici Codicib. apparentem, de quo testatur Ant. Episc. Florent. 1 *part. Hist. t.* 8. *c.* 1. Joh de Imola *in Rubr. de V. O.* & Nic. de Cusâ Cardin. *lib.* 3. *de Concord. Cathol cap.* 2. Quám (3.) ob divisionem d. Imp. Constantini inter filios ipsius paulò ante discessum ex hac vitâ institutam, quâ singulos eorum Imperii sui participes esse voluit, Primogenito quidem ὁμωνύμῳ partes Occidentales, Secundo avi nomine Constantio Orientem, Juniori verò Constanti mediam regionem adsignans, *teste Euseb. lib.* 4. *de vitâ Constantini, Niceph. lib.* 8. *Hist. Eccl. c.* 53. *Socrate ejusd. Hist. lib.* 3. *c. ult. Zosimo part.* 2. Quo pacto ergo salvâ hâc divisione Occidentis Imperium jam antè relictum dixeris Pontifici? Tâm (4.) ob experientiam temporum contrariam, quæ rerũ magistra dicitur. Nam & Urbis Romæ & totius Italiæ & reliqui Occidentis Imperium penes Constantini successores (haud unquam verò penes Papas) continuâ serie usque ad Gothicas & Vandalicas irruptiones & devastationes permansisse, idque iterum Justinianum Imp. exactis Barbaris sibi vindicâsse, constans Chronographorum evincit adsertio. (5.) Quia Canones hoc in passu sibimet ipsis non constant, ceu animadvertit quoq; *gl. in c. futuram*, 12. *q.* 1. Quam enim Donationem á Constantino in Papam Sylvestrum collatam fuisse memorat *Gelas. in d. c. Constantinus.* ejusdem mentionem facit *Melchiades* (aliâs *Miltiades*) *in d. c. futuram*, quem tamen ante Sylvestrum pariter & Constantinum sub Maximino Imper. vixisse & obiisse series & vitæ Impp. & Pontif. Rom. hactenus in publico visæ liquidó demonstrant, ut agnoscit ipse ac fatetur fortiss. Canonista *Didac. Covar. Pract. q.* 31 *nu.* 2. Hæc igitur testimonii Papalis incongruentia factum illud Donationis non modó suspectum reddere, sed vanitatem ejus quasi ἐπ' αὐτοφόρῳ deprehensam arguere videtur. (6.) Quin & ipse Pius II. Pontifex (antea dictus Æneas Sylvius, ex celebri familiâ Piccolomineorum Senensium in Hetruriâ oriundus) sedulus rerum vetustate involutarum indagator (quo elogio eum ornat Hieron. Balb. Episc. Gurzensis *lib. de Coronatione ad Carol. V. sub Rubr. de Christian. Impp. pag.* 49.) in nobili illo Dialogo, quem ante Pontificatum in Germaniâ edidit, Paleæ scripta de Constantino, ut subditicia & adulterina refellit, invehiturq; cõtra miseros (ut verba ejus sonant) Legistas, qui tantúm sudant disputando, an illud valuerit, quod nullo unquam tempore fuit, teste eod. Hieron. Balb. *d. loc.* (7.) denique de suo subjungit, Laurentium Vallensem, inquiens, missum facio, eos auctores sequar, qui procul ab invidiâ & metu, rursus á gratiâ & amore hæc ex fide retulerunt, & é quorum monumentis innotuit, Constantinum Ecclesiam in Urbe Româ condidisse in hortis Equitii non longé á thermis Domitiani, donaq́ue obtulisse patinam argenteam & cyphos duos calicem aureum, aliaq́ue vasa ex auro & argento conflata: fundum quoque Cornelianum dedisse dono in agro Sabino & Hortum in urbe ad regionem duorum Adamantum, item domum in regione Orpheâ intra Urbem. Reliqua de ejus donatione, & leprâ & balneo puerorum sanguine redundante passim decantata silentio (ait Balbus) prætereo. En longé aliam faciem Donationis quám depingitur *in d. l. Constantinus & in d. c. Futuram!* Atqui sorte non ficta sed veré facta sit illa Cõstantini

ſtantini Donatio! Nos tamen non ſumus in terris amicis vel ſubditis Romanæ Eccleſiæ, ideó dicimus contra *Bart. in proœm. ff. n.* 14. Donationem illam nullatenús valere, quód interceſſerit de bonis ac juribus ejuſmodi, quę SS. Imperii caput & cor tangunt, quæq; oſſibus tantæ Majeſtatis perpetuó impreſſa manent, nec igitur alienari potuerunt; tantum abeſt ut debuerint. Quia Imperium non eſt in marſupio Principis, *Bald. in c. intellecto. Ext. de jurejur.* ita ut ejus jura prodigere & inſtar pecuniæ per feneſtram ejaculari liceat, ſed in adminiſtratione & protectione, *Dd. comm. in l. benè á Zenon. C. de quadr. præſcr.* quin Imperator jus habet diminuendi Imperii haud magis quám truncandi ſibimet ipſi capitis, aut mutilandi membri vel corporis, quod admittere eſſet ſpecies fatuitatis ſecundúm *Everh. in Top. lo. á Veriſimili. n.* 15. ſiquidem Imperator diminuendo tám enormiter Imperium ac velut viſcera ejus eviſcerando fit homicida propriæ dignitatis. *Bald. in l. licet cauſam. Extr. de probat. Rol. á Valle lib. 2 conſ. 1. n. 133. Molin in Conſuet. Pariſ. t. 1. §. 1. gl. 5. n. 49. in fin.* Neq; inſuper Papa capax eſt rei alienari prohibitæ, *arg. §. nullius. I. de R. D. §. ſed aliquando, & §. reſiſci noſtri. I. de Vſucap. §. Idem juris, 3. in fin. I. de inutil. ſtipul.* quocircâ hæc donatio velut rei, cujus commercium non eſt, vel adipiſci non poteſt, nullius momenti judicanda, *arg. §. non ſolúm, 5. I. de Legat.* ſed debet reddere Papa Cæſari quæ ſunt Cæſaris, quod jam olim in medio Papatu animosé cenſuit, *Iohan. P. Ferrar. in pract. in form. reſp. Rei convent. verb. Præſcriptionis, &c.* Præſertim cúm nihil pereat Eccleſiaſticis utilitatibus, ſi quæ ſunt aliena reddantur, *c. Generalis. in fin. Diſt. 54.* Quid? quód ipſius Eccleſiæ interſit plus æquo non ditari. Quó enim magis diteſcit, eó magis periclitatur. *Vaſq. lib. 1. Controv. c. 6. num. 2.* Ex quibus omnibus & hoc conſectarium elicitur, Impp. Rom. in hujuſmodi bona ac jura ſacroſancti Imperii propria á Pontificibus de facto ſubtracta ac detenta non aliter quám Domino in Barbarium Philippum, *l. Barbarius. 3. de offic. Prat.* perpetuam manus injectionem eſſe, eleganter D. *Richard. Dieter. Imp. Cam. Aſſeſſ. de Summa ſummi Imp pot. concl 206.* Imó etſi Donationem illam Conſtantinianam ſive auctor ipſe, ſive ſucceſſores ejus juramento confirmaſſent, tamen quia talis alienatio in præjudicium Imperii & contra Imperatoris honorem facta eſt, quilibet Imperator non obſtante juramento illam revocare poterit, cúm omnis Imperator & ipſo jure teneatur & in coronatione ſuâ jurare ſoleat Honorem Imperii & jura coronæ alligata conſervare & augere, unde etiam dicitur *ſemper Auguſtus* ab augendo Imperio, vulgó zu allen zeiten Mehrer des Reichs/ quâ ratione exaggerat quoq; *Frat. Ioh. de Pariſiis tr. de Poteſt. Reg & Pap. c. 22. de Donat. Conſtant.* Idq; argumenti de Revocandâ Donatione Conſtant. tantó acriús penetrat, quód eodem prorſus ad literam & quaſi in terminis terminantibus deciſionem ſuam contra donatarios Reges Hungariæ latam firmaverit Honorius III. Papa *in c. intellecto, Ext. de jurejur.* Quod ergo jus ipſe aliis dixit & in alterius perſonâ æquum eſſe credidit R. Pontifex, cur aſpernetur idem jus ſibi dici aut id in ipſius quoq; perſonâ valere non patiatur? Certé lex ita ſcripta eſt, *Rubr. l. 1. & 1. 1. ff. Quod quisque juris in alt. ſtat.* licét durum hoc Romanenſibus videatur, *argum. vulg. l. proſpexit, ff. qui & á quib. manumiſſ.* Atque hos & ſimiles Concluſionum arietes cæteris etiá Caroli Magni ejusq; filii Ludovici Pii, Henrici II. & V. Lotharii, Othonis IV. & neſcio cujus non Imperatoris ſive conceſſionibus ſive confirmationibus ſive obligationibus uti prætenduntur (*vid. c. ego Ludovicus, diſt. 63. c. tibi Domino cad. Clem. Romani. de jurej. & D. Martam de juriſdict. p. 1 c. 29. 30. 31. &c.*) ſa-

nior quævis ætas hucusq; semper admovit: quâ de re consulatur uberiùs *Melch. ab Haimsfeld. Goldast. in Replic. pro Imp. c.* 20. 31. 32. 33. *&c.* Et in specie quid de Donatione Constantini senserit antiquitas, docet *Fasc. rer. expetendarum & fugiend. ad Statuum Imperii usum collect. & impress. Coloniæ Anno* 1535. Diss. post plures ubique obvios *Bald. in tit. qui feud. dar. poss. in V. F.* secundùm quem dicere aliquid contrariũ Donationi Constant. esset percutere caput ad montem Murellum. *Et Panorm. in c. per venerabilem. Ext. qui fil. sint legit.* qui dicit textibus & decisionibus Ecclesiæ in hoc casu standum esse, & latissimé *D. Marta add. loc.* *b*) Ita Carolus M. maximam Saxoniæ partem jure gladii adquisitam in Episcopatus convertit, eosque validis juribus communivit, quem æmulati Henr. Auceps, Otto Magnus & alii, de quibus *Krantzius & Chytræus in Metropp. Saxoniæ, & Casp. Brusch. de Episcop. Germ. lib. sing.*

8. Diximus autem jus Episcopale esse antiquissimum; quód æquitati & rationi perinde consentaneum, id subjicimus, nihil morati, si cui ex adverso propter abusum atq; una cum isto usum ipsum Rei per se non malæ, imó optimæ plané excisum aut saltem conturbatum dare æquius melius videatur.

Cujusmodi opinatores & machinatores aliquot indigitat *Ventura de Valentiis in Parthen. litig. lib. 2. c. 3. n.* 10.

9. Etsi enim inficias ire haud velimus, ac salvâ veritate nequeamus, hunc ordinem Hierarchicum ex Papalis Monarchiæ contra ipsos antiquiores puriores que Canones *a* ut sacras literas taceamus, præsumtâ arrogantiâ odiosé apud mortales laborare, nec non postquam Decretis alæ accesserunt, superstitionum atque errorum involucris plurimis jam præpeditum existere, Nihilominús sapientissimi Britanniarum Regis enunciatum, *b* Esse debere Episcopos in Ecclesiâ Ordinis ac Discriminis gratiâ, atque inter eos ipsos ordinem & discrimen aliquod; firmo consilio hîc amplectimur, rationemq; *c* Divi Hieronymi huc accõmodamus, qui, cúm olim idem esset Presbyter qui & Episcopus *d* in Schismatis remedium factum esse ostendit, ac ne unusquisq; ad se trahens Ecclesiam Christi rumperet, *e* quód posteá unus electus est, qui cæteris præficeretur; cui nomen Episcopi attributum, quod antea omnib. erat commune, ut insigni aliquâ propriâq; appellatione á cæteris faciliús discerni posset, ut scité ait Duar. *de Sacr. Eccl. minist. ac benef. lib.* 1 *c.* 7.

a) *c. Legimus dist.* 93. *ex D. Hieronymo:* Non altera Romanæ Urbis Ecclesia, altera totius Orbis æstimanda est, & Galliæ & Britanniæ. Nam & Aphrica & Persis & Oriens & India & omnes Barbaræ nationes unum Christum adorant, unam observant Regulam veritatis. Si autem auctoritas quæreretur, ORBIS MAJOR EST URBE: Ubicunque fuerit Episcopus, sive Romæ, sive Eugubii, sive Constantinopoli, sive Rhegii, &c. ejusdem meriti est, ejusdem Sacerdotii. Potentia divitiarum & paupertatis humilitas vel sublimiorem vel inferiorem Episcopum non facit: Cæterúm,

rûm, omnes Apostolorum successores sunt. *Et c. prima sedis. 99. distinct. ex Concilio Aphricano*: Primæ sedis Episcopus non appelletur Princeps Sacerdotum nec summus Sacerdos vel aliquid hujusmodi, sed tantúm primæ sedis Episcopus, *Universalis autem ne quidem Romanus Pontifex appelletur*; cui consentit, *c. seq. Nullus Patriarchar. & c. fin. d. Dist.* ubi Gregor. Episc. Rom. ipse *Superbæ appellationis verbum* nominat *Universalem Papam se dici*, egregiè sub finem concludens: *Recedant verba quæ veritatem insiant & caritatem vulnerant.* Diss. Bellarm. *lib. 2. de summ. Pontif. c. 31.* *b*) *Epist. Monitor. Iacobi Regis, pag. (mihi) 61. 62.* *c*) *d. c. legimus. dist. 93.* *d*) *c. olim. dist. 95. alleg. auct. Pauli Philipp. 1. v. 1. Act. 20 v. 28. Tit. 1. v. 57.* *e*) Visa est igitur primitiva illa communis Presbyterorum administratio incommoda propter dissidia & contentiones, quas pariebat. Quare consultiús judicatum in singulis civitatibus unum ex Presbyterorum ordine cæteris præficere, ita ut cum eorum consilio omnia gereret & administraret. Quem cœtum Presbyterorum ideó Senatum Ecclesiæ vocat Hieron. *c. Ecclesia, 16. q. 1.* Atque inde genuinam trahunt originem hodierna in Ecclesiis Cathedralibus Collegia sive Capitula Canonicorum, qui in locum Presbyterorum successisse videntur, *Duar. d. lib. 1. c. 7. &* 18. Quorum Collegiorum successu temporis plura ab Impp. Regibus & Principibus Christianis de novo fundata fuerunt, eo fine primario, ut in Collegiis Canonicorum conservaretur religio vera á Clericis ibi constitutis, ac ut religionis Christianæ studia in his monumentis tanquam sacrariis depositis perpetuó extarent, ad quæ Imperatores, Reges, Principes tanquam ad Pythonis oraculum confugerent, indeq; veritatis eruendæ gratiâ dubiæ controversiæ tám in quæstione religionis quám status Politicâ Cleris responsa referrent, uti commemorat, *Ioach. Steph. lib. 4. de jurisdict. c. 7.* Alios fines ac rationes secundarias annotavit *Chytræus in Præfat. Metrop. Saxon.* unde facilé huc queunt accersi.

10. Nimirum hoc illud est quod primævi Augustanæ Confessionis ejusque Apologiæ auctores & propugnatores, nunquam non venerandæ memoriæ, licét fateantur & agnoscant, Episcopos Modernos non esse Episcopos (puré puta) secundúm Evangelium: esse tamen eosdem concedunt JUXTA POLITIAM CANONICAM, *a* quam diserté testantur se non improbare, nec se id agere, ut Episcopis potestas eorum auferatur. *b* Et cur ergo nos temeré cornicum oculos?

a) Quó respexisse etiam videtur D. Hieron. *in Epist. ad Tit.* Noverint, inquit, Episcopi, se magis consuetudine quám dispositionis Dominicæ veritate Presbyteris esse majores, & in communi debere Ecclesiam regere, *d. c. olim. dist. 95.* *b*) *Ang. Confess. & Apolog. art. Abus. ult. de Pot. Ecclesiast.*

11. Quin potiús tali utamur moderamine, ut é paleis grana utilia *a* colligentes, quâ fieri potest nervosâ sobriâque brevitate verum genuinumque jus Episcopale enucleemus, aut saltém, si non detur ire plus-ultrá, delineemus. *b*

a) Nec enim in jure Pontificio omnia sunt Sibyllæ folia, quod ampliter probat Alber. Gent. *in diss. & Censurâ jur. Canon.* ac fortasse nimis quám meritó superiori seculo conquestus fuit doctissimus Gallorum Guil. Budæus, SS. Canones meliorib..

meliorib. annis factos, utiis velut regulis vita Clericorum regeretur, ac veluti Patrum præscriptis posteri formarentur, nunc in amusses plumbeas evasisse, referente Matth. Flac. Illyr. *lib. de Controv. Rel. Papist. p. 73. & seq.* Pariterq; Cynus Pistorienſis clari nominis JCtus, totum hoc jus plenum erroribus esse, palám profiteri non erubuit, *teste Duar. in Præfat. d. tr. de S. Eccl. Minist. & benef. in pr.* adeoq; Gl. *in c. Anthemium, 2. q. 3. verb. infamem.* errorem Gratiani notabilem in interpretatione SCti Turpiliani perstringit hoc versu:

Hîc fateor plané te mentitum Gratiane.

Vicissim verò multæ Patrum sententiæ multaq; Conciliorum Decreta vel potiús fragmenta in Decreto Gratianico vitium nullum patiuntur, quod pluribus licét cognoscere é libello Germanico Anno 1530. edito, cui tit. **Kurtzer Außzug auß den Bäpstlichen Rechten der** *Decret* **vnd** *Decretalen* **in denen Articuln / die GOttes Wort vnnd dem Evangelio gemeß seyn / oder zum wenigsten nicht widerstreben /** cum præfat. Lutheri, quæ reperitur Tom. V. Jenensi Germanico, fol. 258. Ex quâ ille ipso facto perspicitur limitâsse zelum suum anteriorem, quo Anno 1520 die 10. Decemb. Wittebergæ jus Pontificium palám exusserat, *Sleid. lib. 2 Comment. circ fin.* Ac sub hac moderatione sine dubio in hunc usq; diem & Scholæ & Curiæ Evangelicæ jus Pontificium retinuerunt, causis maximi momenti ac præjudicii, utpote matrimoniorum, juramentorum, usurarum, præscriptionum, processus judiciarii & aliis quotidianis etiamnum ex illius præscripto utplurimúm decidi solitis. Unde itidem moris permansit non culpandi; ut Dd. in hoc jure haud minús quám in Cæsareo Academicâ solennitate passim creentur, æqué atque cum studiis & honoribus Philosophicis comparatum esse liquet, quantumvis Platoni, Aristoteli, Porphyrio, Ciceroni & aliis istius Reip. Dictatorib. Ethnicismi labes adhæreat. Quemadmodum enim non in Ethnicorum gratiam studia Philosophica discimus, docemus & honoramus, ita nec jus Canonicum in gratiam Romani Pontificis aut in superioritatis ejusdem recognitionem. Hinc nos jure illo jam uti non ut Pontificio sive á Papâ profecto, verúm ut jure nostro & quasi consuetudinario haud incógruè tradunt Francis. Roman. *quæst. illust. adt, de judic. c. Clerici, posit. 13. 14.* Gœdd. *de contrah. stipul. c. 6 concl. 7. n. 109* cujus vigor tamen delineatos superiús terminos non egreditur, nec in summâ ulteriús procedit, quám jus istud ratione & æquitate nititur, jurisq; naturalis ac divini vestigia imitatur, *Palaott. tr. de Spur. c. 47.* Nam & aliâs, secus quæ se habent, omnes sive Ecclesiasticæ sive seculares constitutiones penitús sunt excludendæ, juxta regulam D. Augustini relatam *in c. fin. in fin. dist. 9.*

b) Quo in proposito auctoritate textuum juris Canonici præcipué nitemur, quod ideó monemus, ne forté studiosa ac lubens aliorum fundamentorum plerisque in locis omissio delicatis offendiculum pariat.

12. Id quod eó commodiús fiet, si non nisi obiter & tantummodó per discursum delibatis atq; inspersis iis quæ de Officio & Qualitate, de Electione, Postulatione, Confirmatione, Institutione, sive Investiturâ, Consecratione item & Ordinatione Episcoporum alibi uberiús traduntur *a* ac veluti in præcognitis præsentis loci teneri oportet, limitibus Juris & Potestatis Episcopalis custodiendis potissimúm intenti simus. *b*

a) De

a) De Officio & Qualitate Episcopi *D. Paulus 1. Tim. 3. ápr. usq; ad v. 8 & Tit. 1. v. 5. 6. 7. 8.* cujus præcepta persequuntur & enucleant Canones nostri *á dist. 25. usq; ad dist. 48.* inclusivé per tot. & pulchré *c. cúm in cunctis. extr. de Elect. t. t. de vit. & honest. cler c. qui in aliquo, dist. 51. N. 6. c. 11.* cumulatim Margaritha Decreti sive Tabula Martiniana *lit. e. Episcopus. Rubr. de off. Episcop.* & Loci Comm. jur. Can. *d. lit. verb. & Rubr.* & quædam *in t. Extr. de off. & pot. ord.* Quó pertinent etiam, quæ de ætate Episcopali differenter quidem in utroq; jure disposita sunt, *Auth. Presbyt. in f. C. de Episc. & Cler. & d c. cúm in cunctis, Ext. de Elect.* in Episcopum sc. neminem eligi debere nisi qui trigesimum sextum vel saltém trigesimum ætatis annum excesserit. Postulari autem is poterit, *c. 3. & c. ult. Ext. de Postul. Prælat.* modó attigerit vigesimum septimum ætatis annum ex constitutione Joannis XXII. *c. un. de postulat. in Extravagg. Comm.* Verúm huic constitutioni jam-pridem usu contratio, in Germaniâ præsertim, derogatum est, quod nemo historiarum patriæ non ignarus negaverit. De Electione amplissimi sunt tituli *Ext. & in 6. Item in Extravagg Io, annu XXII. & Comm.* ubi etiam de Postulatione nonnihil, uti & *tit sign. ext. de Postul Præl. & in Extravagg. comm. eod.* quib. conjungi possunt jura Saxonica, *lib. 3. Landrecht art. 19. cum gl. n. 4.* ubi similiter de electione Episc. & quód ea ex quadraginta quinque causis possit annullari. De Investitura Episc. Waltramus Episc Naumburgens. qui sedit circa annum Christi 1109. *Cujus libellus ex Vet. Codice manuscripto dejumtus extat in Syntagmate Tractatuum de Imperiali jurisd. auctorit. & eminent. & potest. Eccl. &c. Anno 1609. Argentorati impresso, fol. 72.* De Confirmatione passim *dd tt. de Elect.* cumprimis *c. nihil. 44. Ext. eod* De Consecratione & Ordinatione *c. Episcopus dist. 23.* & pauló aliter *Nov. Iustin. 137.* Referri etiam huc possunt tanquam cognati tituli de Translatione, Depositione, Cessione, Renunciatione & Resignatione Episc. de quib. omnibus & singulis consulatur D. Leopold. Hackelm. *Disp. Iur. Can. 3.* acnovissimé & pleniùs Matth. Steph. *de jurisdict. lib 3. p. 1. c. 9. 10. 11. 12. 13.* *b*) Non enim de modo vel causis sive de Antecedente, sed de consequente, hoc est, vi & effectu agere nobis propositum est. Nec velimus in immodicum disputationem nostram excrescere. Malé etenim disputat, qui omnia disputat.

13. Hoc unicum autem præmonendum venit, Episcopus secundum gradus prærogativam in Triplici *a* esse differentiâ, *b* ex quâ etiam diversitas quædam Juris & Potestatis oritur, cujus suis in locis mentio fiet. Quippe primó Episcopi sive Diœcesani simpliciter ita dicti, qui singulis majorib. districtibus sive Civitatib. quoq; frequentiorib. præsunt. *c* Deinde Archiepiscopi, qui universæ alicui Provinciæ plures civitates frequentiores cum earum Episcopis complectentis inspectionem habent, qui etiam á matrice civitate sive Metropoli Metropolitani appellantur. *d* Deniq; Patriarchæ sive Primates, qui integræ nationi, in qua plures Provinciæ & Civitates uná cum earum Archiepiscopis & Episcopis continentur, præsident. *e*

a) *Arg. c. nullus primas, 9 q 2.* Et hanc distinctionem tuetur Duar *d. lib. de S. Eccl. minist. & benef. c. 9.* P. Paul. Lancell. *I. Iur. Can. lib. 1. c. 5.* Dissentire videtur D.

Paurmeist. *de jurisdict. lib. 2. c. 7.* qui quatuor gradus & in quarto Pontificem Rom. veluti πανεπίσκοπον ac totius Ecclesiastici Imperii Monarcham, constituit. Item Daniel Venat. *in anal. meth. Iur. Can. lib. 1. t. 11. per text. in c. Cleros. dist. 21.* ubi quadripartitus ordo Episcoporum recensetur & Archiepiscopi á Metropolitanis distinguuntur: Sed hanc ἀναπολογίαν *infrá lit. e.* conciliabimus. Fuit autem antiquitûs alius insuper ordo Episcoporum, qui Chorepiscopi á χώρα, h. e. pago, quasi χωρεπίσκοποι h. e. rustici seu magis pagani vel Vicanei Episcopi dicebantur, quia non in civitate sed per vicos & pagos munus & vicem Episcopi gerebant & Episcoporum veluti Vicarii erant, qui postea eam ob causam quód vicariæ istius operæ prætextu Episcopalem honorem solentiûs tandem ambirent, nec ulla satis bona ratio institutionis eorum appareret, omninó cassati & antiquitati, & in omnibus totius orbis Christiani Ecclesiis prohibiti sunt, *text. expr. in c. Quamvis. & c. Chorepiscopi, dist. 68. Duar. d. lib. 1. c. 9. Paurmeist. d. lib. 2. c. 7. nu. 17. P. Greg. Tholos. Syntagm. Iur. univers. lib. 15. c. 12. n. 46. Lancell. d. lib. 1. t. Iur. Can. c. 17. §. 1.* Quód verò nihilominûs hodié in Ecclesiis Germaniæ primariis Chorepiscopi adhuc usitati sunt & in magnâ dignitate habentur, (ut **Chor Bischoff zu Trier**/quale se in subscriptione Recessus Imperii Augustę Vindel. de An. 1582. cùm Episcoporum Wormatiensis & Spirensis tunc temporis Legatum ageret, professus est Dn. Philippus Christophorus á Sotern, Reverendiss. Principis Episcopi Spirensis, Augustiss. Camerę Imp. Judicis moderni Agnatus ὁμώνυμος. Ité **Chor Bischoff zu Cölu**/qualis annis abhinc 30. extitit Fridericus Dux Saxonię Laoburgensis, cumprimis Bello Colonienſi celebris, quo se acrem Gebhardo Truchsesio hostem præbuit, *Chytr. Chron. Sax. lib. 25. & 26.*) Id eâ ratione fieri quidam existimant, quód constitutio Damasi Papę *d. c. Chorepiscopi*, in Germaniâ & Galliâ usu non recepta fuerit, cessante scil. iis in locis prohibitionis causâ. Unde Germaniæ & Galliæ Episcopi putarint retinendos sibi Chorepiscopos suos, quos ob prohibentis causæ defectum amittere non potuerint. Quæ opinio probabilis redditur (1.) ex eo quód Leo I. successor Damasi Octavus An. 440. electus *in d. c. quamvis.* Galliæ & Germaniæ Episcopos sui officii diserté admonet, *ibi, quadam sibi prohibita noverint, &c.* Id quod frustra futurum erat, nisi remansissent in Germaniâ & Galliâ Chorepiscopi, nec in rerum naturâ tunc fuissent. (2.) *per gl. in Rubr. d. c. Chorepiscopi. verb. Damasus*, quæ testatur tẽpore Nicolai Papæ, qui sedere cœpit Anno Christi 856. quingentis circiter annis post Damasum, constitutionem Damasi jam exoleviſſe, quæ gl. tertiam (3.) quoq; rationem conciliãdi suggerit, fuisse se prohibitos Choroepiscopos non quin essent, sed ne essent ut priús. Verúm prior sententia optima, Decretũ illud Damasian. *d. c. Chorepiscopi*, in Germaniâ usu minimé receptum esse, quemadmodum in simili constitutio sive Rescriptũ Gregorii IX. *c. venerabilis. pen. de prabend. & dignit.* neq; in Argentinensi, ad quam præcipué est directum, neq; in aliis Germanię Ecclesiis Cathedralibus hactenus fuit observatum. Quod autem præterea ad illos attinet, quos vulgó Germania **Weybischoffe** appellat, ideó quia unicé ferè consecrationi sunt dediti, & in hac parte Episcoporum, qui licét omnes cõsecrare possint, tamen circa alia officii sui utplurimum occupati distinentur, suffraganeos agunt, hi non magis, quam Chorepiscopi diversam Episcoporum speciem constituere possunt ex ratione, quam adsignat Leo *d. c quamvis*. Quoniam, inquit, quamvis consecrationem habent, PONTIFICATUS TAMEN APICEM NON HABENT.

b) De ratione, fine & utilitate Discriminis hujus Hierarchici disserit quædam

Duar.

Duar. d. lib. 1. c. 9. & Ioach. Steph. lib. 4. de jurisd. c. 5. n. 82. De Origine verò opinatur, *c. decretis, dist. 21.* Discretionem hãc maximè á gentib. introductam esse, qui suos Flamines alios simpliciter Flamines, alios Archiflamines, alios Protoflamines appellarint *c) c. Episcopi, c. illud sanè, dist. 80 c. Episcopalia, ext. de Privil & Excess.* Hinc quãvis ad Civitatis constitutionem Episcopus non requiratur, *Flaminius de Rubeis vol. 2. cons. 65. n. 49. multos allegans, Alc. in c. pernicios am. Ext. de off. ordin. ubi hanc opinionem communiter recipi scribit:* Quia non Episcopus, sed solus Imperator dat spiritum & vitam Civitatibus, h. e. jus Civitatis tribuit, **hat allein macht vnd gewalt Stattrecht zu geben/** *arg. l. un. C. de Metrop. Beryt. D. Obr. de Regal. t. 8. concl. 188. cum duab. seqq. ubi & de usu hodierno testatur.* (Notetur hìc obiter, á jure Civitatis differre jus Civilitatis, **Burgerrecht/** q̃ non est de reservatis Principis, sed ejus concessio Senatibus & Magistratibus Civitatum ordinariè cõpetit. *Lancell. Conr. in T. O. I. lib. 1. c. 1. §. 4. verb. Civilitatem concedit, n. 3. Petra de potest. princ. c. 15. n. 1.) & Thom. Michaël. de jurisd. concl. 12. lit. c.* qui præjudicium refert Maximil. I. Imp. contra Albertum Comitem Mansfeld. cùm is vico cuidam prope Islebiam jus Civitatis dare voluisset. Mãdato inhibitorio d. 6. Febr. A. 1514. insertis his verbis: **Wann nun dir noch jemandt anders nit geziemet/ Stattrecht oß anders / dz der hohen Obrigkeit anhanget/ ohn sonder erlaubnus auffzurichten/ so empfehlen/ &c.** quod in tantũ verum est, ut si quis absque Cæsaris consensu ad minimum tacito *Valasc. in l. Imperium, n. 13. D. de jurisd. Obrecht. d. t. 8 de Regal. concl. 189.* civitatem constituerit, ea nec civitas revera sit, nec jura civitatis usurpare possit, *Natt. cons. 636. nu. 100. Obrecht. d. loc.* Tamen ab Imp. Justiniano dispositum, ut unaquæque civitas proprium Episcopum habeat, *lib. 36. C. de Episc. & Cler.* Atque in Italiâ consuetudine receptum est, *teste Panorm. in d. c. 1. de Privil. & excess. n. 1. sub fin. & Sigon. de Regn. Ital.* ut pro civitate non habeatur locus qui Episcopo careat, *facit c. in illis, ibi: in singulis ferè reliquis civitatibus, dist. 80.* Neq; aliter hodiè ibidem inquirenti observare licebit, quam singulas civitates singulis Episcopis, ut loquuntur, provisas esse. Plané in Magno Ducatu Hetruriæ cùm sedecim civitates existant (nam reliqua minutiora oppida non Cittá sed Borghi, Castelli, Terre, Ville, &c. ab Incolis vocantur, puto juxta veterẽ distinctionem, *c. si civitas, & ibi gl. de sent. excom. in 6. Flam. de rub. d. cons. 65. n. 60. 70. 71.*) Tot quoq; Episcopos, connumerato Archiepiscopo Pisano tanquam Metropolitâ, illic existere é fide dignorum vivâ & scriptâ relatione mihi compertum est. Sed Episcopatus Germaniæ non patiuntur sese ad singulas civitates adstringi, quin tot civitates sæpé uni Episcopo subesse videmus, quæ integram provinciam possunt constituere, & hac in parte nonnullis Archiepiscopatibus parùm aut nihil cedunt, veluti Episcopatus Bambergensis, qui præter Franconiæ populosissimæ & civitatibus undiquaque excultæ & regionis bonam partem in Carinthiâ quoq; peculiarem possidet, item Wurtzeburgensis. Monasterienſis, Leodiensis, &c. de quo posteriore *Gerhard. Mercat. in Atlante tab. Leodiens. Diœces. fol. 223.* in hoc tractu, *scribit*, præter Trajectum Mosæ, cujus media pars Duci Brabantiæ paret, numerantur viginti quatuor urbes muris munitæ, & mille septingenti pagi templis turrigeris ornati, multæque Abbatiæ & Dominia, &c. Imò insuper plures Episcopatus ab uno Præsule simul possideri in Germaniâ contingit, ceu superiori seculo Albertus Cardinalis & Elector ampliſſimas Archidiœceses Moguntinam & Magdeburgensem unà cum Diœcesi Halberstadiensi possedit. Similiter Georgius Dux Brunsvicẽsis, Franciscus Co-

mes á Waldeck, Johannes Comes ab Hojâ, Henricus Dux Saxoniæ Laoburgensis, &c. singuli plures Diœceses simul gubernarunt: *Chytræus in Metrop. & passim in Chron. Saxon.* novissimé defunctus Elector Colonienſis Ernestus Bavarus non modó Colonienſem, sed & Monasterienſ Leodienſ. Hildesheimenſ. & Frising. Diœceses simul tenuit, quos pari modo adhuc retinet successor ejus & ex fratre Wilhelmo nepos Sereniſſ. D. Ferdinandus. *d) c. Provincia c nulli, dist. 99.* Tales in Imperio German computatis Electoribus Ecclesiasticis & Primate, post Archiepiscopatum Rigensem á Polonis occupatum & in formam Provinciæ redactum sub Rege Sigismundo Augusto, Anno 1566. *Chytr. Chron. Saxon. lib. 20. circ. fin.* Nunc restant septem, Mogunt. Trevirenſ. Colonienſ. Magdeburgenſ. Salisburg. Bremenſ. & in Burgundiâ Vesontinus. *e) c. 1. d. c. provincia, dist. 99.* Et hi sunt vel primitivi & principaliores, qui κατ' ἐξοχὴν Patriarchæ & Primates vocantur, uti Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus, & qui primus inter illos olim habitus fuit Episcopus Romanus; *Novell. Iustin. 131. c. 2. c. Renovantes, c. diffinimus, dist. 22.* vel Recentiores & sic loquendo quasi Exemplares ad exemplum antiquiorum instituti, ut in Germaniâ Archiepiscopus Magdeburgensis, qui citra omnem controversiam (*ait Ludolph. Schrad. vol 1. cons. 4. n. 64 & 125.*) est Primas Germaniæ & primatum Germaniæ obtinet, tradēte hoc præter id, quod in Imperio notorium est, *Ioan. Francisc. de Pavin. de off. & Potest. Capit sede Vacante, in prælud. 6 n. 13. Item de Visitat p. 1. q. 2. n. 9.* quem ita allegat, *Schrad. d loc.* sicut & primum Archiepiscopum Magdeburgensem Adelbertum in literis Benedicti VI. Papæ ad Germaniæ Episcopos, Anno 979. Germaniæ Patriarcham appellatum adserit *Matth. Steph. de Iurisd. lib. 3. p. 1. c. 7. n. 35.* inaniter contrariante sive affectuum vitio, sive ob rerum Germanicarum imperitiam Jesuitâ illo Hispano *Iohanne Azorio Lorcitano Inst. Moral. tom. 2. c. 35. sub fin.* ubi de dignitate illâ nullo rationis fundamento, sed tantúm pet αὐτὸς ἔφα his verbis (in Germaniâ olim erat Primas Magdeburgensis, nunc verò est Salisburgensis) nimis quàm præposteré judicat: aliâs non contēnendus scriptor ac præ cæteris suæ sectæ Theologis in Jure Canonico diligēter versatus. Et fuit sanè Primatus ille summâ ratione ab Othone Secundo quem vulgó Magnum vocant (aliis primus est, quod verum respectu Impp. Rom. é natione Germanicâ istius nominis, sed nobis propter Sylvium OTHONEM, cujus vitam utpotè octavi inter priores duodecim Rom. Impp descripsit Suetonius, placet nominare Secundum) propterea Archiepiscopo Magdeburgensi concessus, ne Germani Pontificem appellare necesse haberent, nève Romana Aula Germaniam inquietaret eamque avaritiæ sordibus emungeret, sed ad hujus potiùs Primatis Tribunal omnes causæ spirituales & Ecclesiasticæ devolverentur; quamquam hoc Imperatoris Optimi consilium Pontificum successores variis artibus irritâsse post *Ioach. Steph. de Iurisd Eccl. lib. 4. c. 5. num. 32.* novissimé nec temeré conqueratur *Barth. Muscul. de Success. anomal. class. 1. membr. 3. n. 87.* Sunt autem præterea ejusmodi Patriarchæ sive Primates in Italiâ Aquilegiensis, qui & Venetus dicitur (credo quia Venetiis residet ac semper est de nobilitate Venetâ) & Pisanus: in Galliâ Celticâ sive Occidentali, Bituricensis, Viennenſ. Lugdunensis & Rhemensis, qui etiam inungit Regem Galliæ, *Iohan. Francisc. de Pavin. d tr. de Off. & Pot. Capit. Sede Vac. in prælud. 6. num. 13.* in Galliâ Orientali sive Belgicâ Trevirensis, *c. Teugualdum. 11 q. 3.* in Hispaniâ Toletanus, *Ioan. de Turre Crematâ ad c. Cleros, num. 20. dist. 21.* in Anglia Archi-

Archiepisc. Eboracensis & Cantuariensis, in Ungariâ Strigoniensis, *Pavin. d. loc.* (de quorum tamen controversiis super Primatu videatur omninó *Iohan. Azorius d. tom. 2. lib. 3. c. 36.*) Atque hoc intuitu Archiepiscopi á Metropolitanis distinguuntur, & Metropolitanis præsidere dicuntur, *d. c. Cleros, dist 21. d. c. provincia, distinct. 99* aliâs Archiepiscopi communiter sic dicti & Metropolitani uno & eodem nomine censentur, *facit text. in c. ut litigantes, ibi: Archiepiscopus jure Metropolitico, &c. d. Off. Ord. in 6.* uti Senonensis. qui *in c. licet in corrigendu. Extr. de Off. Ordin.* vocatur Metropolitanus, & *in c. fin. Extr. de his quæ fiunt á Prælat.* dicitur Archiepiscopus, *junct. c. cùm ex officii Extr. de Præscr. Pet. Rebuff. in comm. ad Concordata Franciæ tit. 1. de Constitutionibus, verb. Metropolitanos.* Item in Italiâ de Mediolanensis, Ravennatensis & similes, *Henr. Canis. in Summâ Iur. Can. lib. t. t. 5. not. β.* Sicut quoque in Germaniâ Salisburgensis & Bremensis, qui pariter Archiepiscopi sunt & Metropolitani, Magdeburgensi tamen tanquam Primati Germaniæ veteri Othonico instituto subordinati.

14. Cæterúm his ita præmissis, quæ non dicis causâ nec vano studio, sed plenioris & quasi necessariæ cautelæ ac declarationis gratiâ *a* anticipare voluimus, Thema nostrum Generale hoc esto: Episcopus ab iis, quibus id justæ facultatis competit *b* legitimé & Canonicé *c* Electus Postulatusvé, Confirmatus item & Investitus *d* Consecratus deniq; & Ordinatus *e* jus, vim ac potestatem Episcopalem consequitur. *f*

a) Est enim hęc materia non parùm difficilis, periculosa & præjudicialis, *ut dictum suprá Th. 1.* Ubi igitur majus periculum, ibi cautiús agendum, *per Reg. in l. 1. § si quis, ff. de Carbon. Edict. & in c. ubi periculum de Elect. in 6.* imó nihil, quod ad cautelam pertineat, omittendum, *arg. Can. quantó, ibi: ne aliud &c. dist 63.* quin abundans quoque cautela & declaratio non nocet, *l. non solent. 94. ubi gl. & comm. Dd. ff de R. I.* *b*) Quia hanc non cuivis homini contingit adire Corinthum. Ac valdé in hoc passu tempora variarunt, quæ distinguenda, ut concordent scripturæ, juxta regulam, *in c. si peccaverit, 2. q. 1.* Sed paucis in præsenti ac strictim. Olim igitur in primitivâ Ecclesiâ viventibus Apostolis Episcoporum sive Presbyterorum, qui tunc iidem erant, *ut notatum suprá, th. 9. lit. d.* Electio (quæ nihil est aliud quám personæ idoneæ ad Ecclesiæ vacans munus solennis optio vel vocatio) fuit penes ipsos Apostolos, *ut patet ex Act. c. 1. v. 21. & seqq. & c. 13. v. 2. junct. c. porró, dist 66. Euseb. lib. 5. Hist. Eccl. c. 11* Deindé ad Consensum Populi & Cleri translata fuit, *can. 1. pr. c. plebs. c. Cleri. c. Episcopos, c. nulla, c. vota, dist. 63.* sed ita, ut licét ille ab hoc non cogi doceri tamen & persuaderi posset, atque ille hunc potiús sequeretur quám præcederet aut duceret, *c docendus, c. nosse, c. non est, d. dist. 63. c. si verò, 8 q. 1.* Postea Monarchiâ Romanâ ad Christianos Principes devolutâ Imperatoris etiam consensus adhibitus, *c brèviter, dist. 62.* Memorabiliter *Niceph. lib. 2. Hist. Eccl. c. 2.* de Electione Johannis Chrysostomi in Episc. Constantinop. *fol. 659. sub f.* Quód si Metropolitanus forté eligendus erat, Omnes Episcopos comprovinciales electioni interesse oportebat, *c. Metropolitano, dist. 63.* quemadmodum Valentinianus Imp. ad Electionē Archiepiscopi Mediolanensis Divi Ambrosii Episcopos convocâsse legitur, *in Historiâ Tripart. & c. Valentinianus, d dist. 63.* Tandem ad Collegia Presbyterorum sive Capitula Canonicorum, ut hodié vocamus, in Ecclesiis Cathedralib. jus istud eli-

gendi Episcopos cujuscunq; gradus in solidum transiit, *c. Ecclesia, cl. 2. c. Cumana, c. congregato, c. in genesi. cum sim lib. Extr. de elect. c. cũ Ecclesia. Ext. de causa proprietatis & possess. gl. in d. c. Valetinianus verb. Episcopos in fin. d. dist. 63.* quod haud dubiè ab initio in Germanicâ Imperatorũ auctoritate contigit, cùm illi primitùs Episcopatus & Episcopos proprio arbitrio constituissent, ac postmodùm liberam electionem Capitulis Ecclesiarum Cathedralium concederent, quæ sententia confirmatur ex eo, quod tradit *Matth. Steph. de jurisd. lib. 3 p. 1. c. 7. n. 38.* Othonem Secundum (qui nobis tertius *per superiora th. 13. lit. d circ. med.*) Filium & successorem Othonis Magni primi fundatoris Capitulo Magdeburgensi liberam potestatem eligendi Archipræsulẽ unà cum aliquot oppidis dedisse, ac notat *Chytr. in Chron. p. 308.* quòd Anno 1122. in Comitiis Wormatiensibus pace factâ inter Henr. V. Imper. & Callist. II. Pont. Capitulares Collegii jus eligendi Episcopum ab Imperatore impetraverint. Sunt ergo Episcopi ac esse debent, *ut dicit Bald. in l. quacunq;, C. de bon. quæ libb.* Electivi, non Dativi, Eligique à Canonicis sive Clericis tantùm, Laicis omni potestate eligendi aut Electioni sese immiscendi jure Canonico præcisâ, *c. 1. 2. 3. 5. c. omnis Electio, dist. 63.* adeò ut ne consuetudine immemoriali induci velint Pontifices, ut Principis vel Patroni consensus in Electione requiratur, nisi post factam demũ Electionem, *c. cùm in terrâ, c. sacrosancta, c. Majestas. ext. de elect. c. nobis de Iure Patron.* aut nisi speciale privilegium Pontificis intercesserit, quale prætenditur illud datum à Gregor. 7. Regi Franciæ in electione cujusdã Abbatis, *c. hinc est etiã, 16. q. 1.* Diss. *Carol. Degrassalius lib. 2. de reg. Franc. Iur. 3. & Barth. Chassaneus in catalogo gloriæ mundi, part. 5. cõs. 24. n. 194.* qui adstruũt consuetudinẽ Regni Galliæ, quòd non valeat Electione, donec mors Prælati fuerit Principi nunciata & requisitus cõsensus Regis de procedendo ad novam Electionem, & si aliter fieret confirmatio (à summo Pontifice) quòd esset cassanda, innuentes unà optimam rationem hujusmodi consuetudinis, ne fortè eligatur suspectus Regi vel Regno, ubi dubitari possit de proditione Patriæ vel revelatione Secretorum: Quamvis res ista modò in vado sit, postquam per concordata inter Leonem X. & Franciscum I. An. Chr. 1517. quæ integra recensuit & amplissimis notis atq; interpretationibus illustravit *Pet. Rebuff.* Omne jus Eligendi aut Postulandi Prælatos Canonicis in totâ Galliâ ademptum est, ita ut nominatio personæ idoneæ intra sex menses à tempore vacationis Romano Pontifici ad Providendum facienda nũc soli Regi absolutè competat, *vid. d. concordata tit. de Regia ad Prælaturas nominatione faciendâ & ibi Rebuff.* His Concordatis Leoninæ Constitutionis nomen tribuit *Duar. d. tract. de Sacr. Eccl. minist. ac benefic. lib. 5. c. 11.* Ibidem simul *sub finem* invitus licèt testificans, Leonem non attentâ Scholastici Lutetiæ Conventus ad Concilium provocatione nihilominùs obtinuisse, ut Decretum suum Regiâ authoritate subnixum Curia Centenaria (quam aliàs supremum Parlamentum Parisiense nominant) reciperet, &c: Dissentit etiam *Didac. Covar. Tom. 1. Var. Resol. p. 2. in Relect. c. Mala fidei possess. Extr. de jure Patronat.* §. 10. *fol. 465.* qui adserit, Reges Hispaniarum non quidem ex Privilegio Papæ Hadriani Carolo Magno dato (quam opinionem tenuerunt aliqui Dd. Galli, ut Joan. Igneus *in rep. l. necessarios*, §. *non alias, n. 336 ff. ad SC. Syllanian.* & Joh. Ferrald. *tract. de Insign. reg. Franc. Iur. 9.* refutati à Covar. computatione temporis & aliis argumentis) sed jam inde à Concilio Toletano 12. celebrato Anno primo Hervigii Gothorum Regis, qui tùm Hispanias obtinebat, A. C. 685. (quo decretum, ut Rex ad Episcopalem dignitatem

gnitatem promovendos eligeret, ipse veró Toletanus Antistes prævia morum examinatione instituueret (absq; ullâ controversiâ jus & quasi possessionem habere nominandi & eligendi Episcopos, adeó ut nisi á Rege nominatus, nemo possit his dignitatibus insigniri, cujus rei testimonium extat quoq; jure Canonico, *c. cúm longé dist. 63.* Nec rationabili fundamento jus istud destituitur, quia scil. Regis maximé interest nosse ac diligere, qui Ecclesias intra suam Provinciàm sint administraturi, *Covarr. d. l.* Atque hoc illud est quod tantoperé exaggeratur ab auctore Relationis de Hispaniâ *in Thesauro Politico linguâ Italicâ edito*, dum ait: Della grandezza del Ré di Spagna basterá á dire questo solo, che con una sola parola (placet) puó in un pũto conferire senza alcun danno suo ó di altrui cinquanta, sessanta, cento & sino cento cinquanta milla seudi d' entrata, nominando alcuno Arcivescovo di Toledo ó Siviglia ó Vicario di Burgos ó di altra Chiesa importante, cosa che non puó fare altro Principe, &c. In Germania singulare Exemplum refert de Episcopatu Caminensi, *Matth. Steph. de Iurisd. lib. 3 p. 1. c. 9. num. 9. & seqq.* quód scilicet neque Episcopus neque alius Prælatus vel Canonicus á Capitulo eligi possit absque consensu & nominatione sive præsentatione Ducum Pomeraniæ tanquam Patronorum & fundatorum: Verúm Exempla illa omnia singularia sunt & ex jure vel consuetudine singulari dependent, ideoq; non trahi possunt ad consequentiam, *arg. l. quod verò, 14. cum duab. seqq. ff. de LL. l. quod contra, 141. ff. de Reg. Iur.* Certé quondam Imperatores Rom. auctoritatem suam in Electionibus Prælatorum interposuisse vel inde constat, quód modum Electioni dederunt & præscripserunt, *Auth. Presbyterum, in fin. l. si quenquam, l. sacris nostris, cum similib. C. de Episc. & Cler. Nov. 6 57. 123. 137.* imó ipsius etiam Romani Episcopi sive Pontificis non modó confirmandi jus & potestatem habuisse, *facit text. in c. Agatho, dist. 93.* (pro quâ confirmatione quoq; pecuniæ quantitas quædam Imperatori á Papâ dari solebat, quæ postea Agathoni ab Imp. utrego existimo, Constantino III. á prolixitate barbæ Pogonato dicto: siquidem hic imperavit Constantinopoli ab anno Christi 670. usque ad annum 687. atque interim Agatho Romæ ab Anno 679. usque ad annum 682. sedit ann. 2. menses 6. *Christoph. Helvic. in Theatr. Histor. fol. 29.* remissa est, *d. c. Agatho,*) verúm etiam eligendi illius & creandi, *text. in c. Adrianus. el. 2. c. in Synodo. dist. 63.* ubi tamen id privilegii nomine perperam indigetatur, quod declaratio tantúm fuit & recognitio juris Veteris, non novum jus, ceu rectè judicat D. Arnold. **Engelbrecht** *Disput. Helmstad. de jurisd. concl. 84.* Sed hæc latiús & cum adparatu persequi locus hic non permittit. *c*) Electio quidem legitima & Canonica his potissimúm circumstantiis definita est: (1.) Tempore, ut fiat intra tres menses á vacatione Ecclesiæ, *c. postquam, dist. 50.* (2.) Loco, ut fiat in Ecclesiâ Cathedrali, *c. quód sicut. in princ. vers. Cum juxta, Ext. de elect. c. fronte, in pr. Ext. de Appell.* (3.) Personis tũm Eligentium (ut ad Electionem citentur omnes, ad quos jus eligendi spectat, *d. c. quód sicut, §. si autem, & c. cúm inter universas. Extr. de Elect.* utque vel omnes, qui debent, volunt & possunt commodé interesse, vel major & sanior pars Capituli concludat & consentiat, *c quia propter. Ext. de Elect.* ubi verba: *Major & sanior pars*: conjunctim accipienda monet *Henr. Canis. in Sum. Iur. Can. lib. 1. t. 11. §. porró allegans, c. Ecclesia vestra. Extr. eod.* ita ut non satis sit majorem numerum suffragantium in eandem personã consensisse, si sanior non consentiat, præterquám si numerus eligentium alterius partis alteram in duplum excesserit, quo casu nulla habeatur ratio alterius partis,

licét sanioris, *c. si quando, de Elect. in 6.*) tùm Eligendi, ut sit Idoneus, *c. cùm in cunctis, c. cùm Vintonienſis, Ext. de Elect.* & regulariter & Gremio Ecclesiæ, *c. nullus, dist. 61. c. Metropolitano, dist. 33. c. cùm inter, ubi gl. de Elect.* (4.) Formâ, ut fiat vel per modum Scrutinii, qui modus etiamnum usitatissimus, vel per Compromissum, quod rarissimum, vel per Inspirationem, quæ prorsus ferè in usu esse desiit, *teste Ioach. Steph. lib. 3. de jurid. c. 11. n 41.* qui causam *ibidem* desuetudinis istius adsignat mirabilem, nescio è quo fundo petitam & an hîc exprimendam! Curiosus lector ipse indaget ac de his omnibus conferat Canonem Electionis ab Innocentio III. præscriptum unâ cum gl. *in d. c. quia propter. Ext. de Elect. Dan. Venator in Analys. Iur. Pontif. lib. 1. c. 6. Henr. Canis. d. lib. 1. t. 11.* qui προσκείμενα Canonicæ Electionis pluribus enarrant. Pleraque autem in Postulatione etiam conveniunt, quia constat, Postulatos nihil propè differre ab Episcopis Electis, nisi quòd solummodò ea, quæ sunt ex severitate Canonum in Electione Episcoporum præscripta, necessitatis & utilitatis gratiâ nõ observentur in Postulatis, qui etsi æquè eligantur ut Episcopi, non tamen consecrentur, *inquit idem Ioach. Steph. d. lib. 4. c. 11. num. 51.* quod intellige de Postulatione solenni: Duplex enim illa, Solennis & minùs solennis, *quod explicat a. Steph. d. lib. & c. n. 52. & 53. & Matth. Steph. d. lib. 3. c. 10.* *d)* Planè in Orientali Ecclesiâ ab Impp. Græcis Patriarchas Constantinopolitanos confirmari & investiri solitos, extra dubium est. Nam ita *Gregoras lib. 4* ritum Institutionis sive Introductionis describit, quòd postquam Patriarcha Constantinopolitanus (1.) ab Heraclensi Metropolitâ (cui hoc jus antiquitùs uti & hodiè competit) nominatus & (2.) Clero, Nobilibus & Primoribus populi, quorum consensus requirebatur, propositus esset, (3.) ad Imperatoris porrò aulam deductus, ab eoq; (4.) vestem undulatam & sericâ mitram preciosissimam ac Pedum pastorale seu deauratum baculum incurvatum per manus accepisset, albo tùm demùm (5.) equo impositus & solenni processu Clericorum per urbem circumvectus, tandem (6.) in Thronum Patriarchalem collocatus, eâque collocatione jus Patriarchicum plenissimè adeptus fuerit. Quam formam ac methodum etiam Impp. Turcici jam inde á Mahumete II. qui Constantinopolin expugnavit, hucusq; observarunt. Cùm enim Mahumetes urbem captam in tranquillum statum redigi non posse animadverteret, nisi restitutâ & confirmatâ Græcis Religione, Consilio aulicorum Græcos superstites ad se vocavit, jussitque, ut cùm vacans esset Patriarchatus, quemcunq; sibi vellent eligerent, se hujus creationem confirmaturum & ut Patriarchæ munera obiret, edicturum. Elegerunt ergò illi Georgium Scholarium JC. in Oriente tùm præstantissimum & Judicii Imperatorii paulò antè rebus integris Adessiorem, virum sanctimoniâ & pietate perspectum, nomine ejus priori in Gennadii nomen mutato; quem ita veteri ritu producentes coram Mahumete in Regia stiterunt. Cui ille ad se vocato suis manibus Pedum Pastorale seu baculum argenteum inauratum, magni pretii & artificiosè factum dedit, atque insuper equum bonum & certam aureorum summam, his verbis additis: *Quod fauſtum & felix ſit, eſto Patriarcha & utere noſtrâ amicitiâ, in quibus rebus voles, habens omnia jura privilegiaq; ſicuti ſuperiores ante te Patriarcha habuerũt. Habe quoq; Templum SS. Apoſtolorum Domicilii loco, prout latiùs ſuâ in linguâ commemorat Theod. Zygomala de clade Conſtantinop.* etsi postmodùm á successoribus Sultanis Patriarchiæ ad confirmationem impetrãdam Tributum, quod Peschesium vocant, dare coacti sint, *de quo Martin. Cruſ. in Turco-Graciâ lib. 2.* Quæ omnia aliquâtó pro-

tō prolixiūs in gratiam τῶν φιλιστέρων referre hîc placuit. In Oriēte autem de Episcopis Hispanię, Scotiæ, Anglię, Hungarię, quomodo & isti pariter ex antiquâ Institutione per Regis introierint, legi *ait Waltramus Episc. Naumburg d. tr. de Invest. Episc.* ubi prolixē tūm ex historiis & consuetudinibus, tūm ex rationibus probatur, quód meritó ac jure Investituræ & Inthronisationes Episcopatuū ad Principes & Reges pertineant, sub quorum Dominio Episcopatus sunt, Inprimis autē, cūm Episcopatus, qui sub Romano degunt Imperio, majoribus feudis & amplioribus vigeant justitiis, ideó propter majus scandalum evitandum á Stolâ Petri disertiús tractandos esse perquàm graviter censet idem *Waltramus d. l.* Nec dubium, Curiam Imperialem nosse *Privilegia & Iura Imperii circa Investituras Episcopatuum & Abbatiarum Impp. Romanis toties quondam á Papis restituta*, quæ tali titulo & singulari libello deducit *Theodoretus á Niem. potissimúm ex fundamento Can. Adrianus. el. 2. & c. in Synodo, dist. 65* quibus luculenter diffinitum, Archiepiscopos & Episcopos per singulas Provincias ab Impp. Investiturā debere accipere, ut si á Clero & Populo quis Eligatur Episcopus, nisi á Rege laudetur & investiatur, á nemine debeat consecrari sub pœnâ Anathematis, &c. quó conducit quoq; *c. lectis, d. dist. 65.* & circa hunc passum diligenter notandū, quód *Theod á Niem* vocat *Iura Restituta*, quæ sc. Impp. ab initio habuerunt, non á Pontificibus noviter consecuti sunt. Non ergo jus Imperatoribus deficit, nec etiam probatio. At quid nihilominús restat in facto præsenti? Olim quidem (*libet mutuari verba D. Gerlaci Buxtorffii ex eleg Diss. in 17. priora capp Aur. Bull. Caroli IV. concl. 69. lit. a.*) Impp. nostri de ipsis dignitatibus Episcopos & Abbates per Annulum & Baculum investire solebant, sed postmodúm Henrico V. (á Papâ Callisto II.) transactio extorta est, per quam is omnes Episcoporum & Abbatum Investituras per Annulum & Baculum fieri solitas Pontifici cessit, sibi veró reservavit, quód in Episcopos & Abbates electi Investituras Regalium suorū per Sceptrum ab Imperatore debeant & teneantur accipere, *referente Sigon. lib. 10. de regno Ital. Anno 1121. Crantz. lib. 5. Sax. c. 42. Cuspin. in Henr. V. cū plurib. aliis á D. Buxtorff. allegatis, quibus accumulatur omninó Christoph. Sturz. libro* (πολιτικῷ πάτρῳ) *de Imperio Germanorum, c. 43. de Henr. V.* Prætereá veró accesserunt interim Pacta novissima inter Frid. III. Imp & Principes Germaniæ & Nicol. V. Pap. An. 1447. Kal. April. inita, quæ á Romanistis *Concordata Germaniæ* nominātur, quib. Papa *non modó sibi reservat. Electionem* Mettopolitanis & Cathedralibus Ecclesiis factas, si ab Electis juxta Constitutionem Nicolai III. *in c. cupientes. de Elect. in 6.* nimirum intra mensem vel pro distātiâ loci ulteriús adhuc intra viginti dies post consensum vel post obtentam de suâ Electione notitiam, præsentatę fuerint, *confirmare, sed etiam*, si lapso dicto tempore non præsentatæ vel si præsentatæ minús Canonicæ (putá arbitrio Papali) fuerint, imó etsi Canonicæ fuerint, ex rationabili & evidenti causâ de fratrum suorum (Cardinalium) consilio de digniori & utiliori personâ *Providere, &c.* In quæ Concordata, nisi fallor, commentarium edidit Colonienfis quidam *D. Brandius*, sed qui ibidem & altiori indagini locum reliquerit. *e)* Consecrationem & Ordinationem pro iisdem sumit *gl. in c. si Archiepiscopus verb. ordinandus. Extr. de Temp. ordinat.* Et est Consecratio sive Ordinatio Periodus Electionis, quia per consecrationem Spirituale matrimonium inter Episcopū & Ecclesiam ejus Electione inchoatum & confirmatione contractum, tandem perficitur & consummitur, *c. 2. 3. 4. ext. de translat. Episc.* adeó ut de rigore Canonico Episcopus non dicatur, nisi sit con-

secratus, *c. licèt. Extract. eod. c. tua. De his quæ fiunt á Prælat.* quem tamen rigorem nec ipsi Pontificii Episcopi vel Archiepiscopi in Germaniâ admittunt, maximè ex illustrissimis familiis nati, cujusmodi exempla vigentia habemus in F. A. C. &c. & in L. E. A. & P. & aliis, qui consecrati non sunt neque consecrari aut ordinationem recipere, ex politicâ quadam consideratione, volunt; nihilominùs Titulum Nomenque Dignitatis suæ Archiepiscopalis & Episcopalis jure meritoque ac nemine in toto Roman. Imperio improbante aut denegante usurpant. Cæterùm post Confirmationem & Investituram Consecratio vel Ordinatio ultra tres menses protrahi non debet, nisi ob justissimum impedimentum, *cap. 1. distinct. 71. c. 2. c. quoniam, dist. 75. c. 1. dist. 100.* quale illud *in c. fraternitatem, dist. 71. c. de Syracusana. dist. 28.* Consecratur verò Episcopus á tribus ad minimum ejusdem Provinciæ Episcopis, jussu Metropolitani, aut quod melius foret, ab ipso Metropolitano sive Archiepiscopo cum ejus Suffraganeis, *c. si Archiepiscopus, c seq. Extr. de Temp ordin. c. 1. 2. 3. 4. dist 64.* Ipse autem Archiepiscopus ab omnibus suis suffraganeis, *d. c. si Archiepiscopus, cap. 6. distinct. 64. c. Metropolitanum distinct. 63.* hac formâ, ut duo Episcopi pluresvé ponant & teneant Evangeliorum Codicem super caput & cervicem ejus, & uno super eo fundente benedictionem, reliqui omnes manibus suis caput ejus tangant, *c. Episcopus, distinct. 23.* Quæ forma á χειροθεσία, quam in primitivâ Ecclesiâ Apostolicâ usitatam fuisse legimus, *Actor. 6. v. 5. 6. & c. 13. vers. 3.* non longè recedere videtur. Quin & illud, quod de Oleo & Unctione Sacrâ adglomerant Pontifices, *c. unic. Extr. de Sacrâ unction.* tolerari potest, cùm olim etiam in V. T. Summos Sacerdotes Regesque ungi moris fuerit, ac mos iste etiamnum hodie in Impp. & Regibus Christianis absque superstitione continuetur. Pallium verò (ne ejus quoque hoc loco ante conclusionem istius notæ obliviscamur, siquidem & *& supr. lit. d. in notat. de Confirmatione* commoda illius mentio inseri potuissent (quo Pontif. Romani Archiepiscopos & nonnullos Episcopos, importunâ plerumque gratiâ, onerant, *c. quod sicut, §. super eo, vers. præterea, Extr. de Elect. t. t. Extr. de Auctor. & Vs. Pallii,* (cujus descriptionem & mysticam vel quasi interpretationem habet *Durandus de ritib Eccles. lib. 2. c. 9.* describit quoque *Sleidanus lib. 13. pag. mihi 377.*) non injuriâ illis, qui aliter se tegi non posse existimant, in solidum ceditur & relinquitur. Quia hodiè nimis quàm carè solet Pontifex vendere suum Linum, *ut loquitur idem Sleid. d. l. asserens ibid.* Pallium illud constare ferè triginta millibus aureorũ, antequã domum perferatur. **Dañ (vermög vnd inhalts in Beschwerden der Teutschẽ Nation vnd des Heil. Röm. Reichs wider des Bapsts zu Rom Geitzigkeit vnd Tyranney/mit jhren** *Remedien* **vnd** *Avisen* **an die Keys. Majest.** Maximil. I. A. 1505. quę edidit *Goldast. in vol* **Reichssatzungen/ ꝛc.** *fol.* 215.) **werden allein zu Rom fürs** Pallium 25000. **fl. gegeben / also daß bey zeit eines Menschen Lebens auß dem einigen Ertzbisthumb Meintz für die** *Confirmation* **eines Ertzbischoffs siebenmahl** 25000 **fl das ist zusammen** 175000. **fl. nach Rom kommen vnd gelieffert wordẽ/ mit grossen beschwerden der Vnterthanen / welchen deßwegen Tribut vnd Schatzung aufferlegt worden/** *d. Remed. contra Gravam. Nat. German. art. 3. & 4.* **Dahero** Jacobus **Ertzbischoff zu Meintz/als er jetzt sterben wöllen/mit klagender Stim gesagt. Es kräncke jhn nit/daß er sterben müsse / vnd sein vorstehender Todt schmertze jhn auch nicht so sehr / als das jenige / daß seine arme Vnterthanen widerumb für das** Pallium **eine so grosse Schatzung geben müsten** / *Ibid. artic. 7. apud Goldast. d. loc.*

d. loc. Quibus similia ferè commemorat, *Sleidan. d. lib. 13. p. 376.* Sed olim non erat sic. Nam veteres Pontifices pro Pallio dati vel accipi aliquid tanquam incongruum sub districtâ interdictione vetuisse constat *ex c. novit. dist.* 100. Quamvis ne gratuita quidem Palliatio ob superstitionem & alias odiosas consequentias Cordatis expetenda videatur. *f)* Occasionem istius Thematis Generalis & quasi pro colophone ejusdem breviter delibari potest quæstio hæc non levis momenti: Si forsan Electus vel Postulatus in Episcopum maximis caussis impeditus sit aut per eum nõ stet, quin modis suprà dictis Confirmetur, Investiatur, Consecretur & Ordinetur, cujusmodi Impedimenta legitima in Episcopis Augustanæ Confessioni addictis quotidiè occurrunt, an nihilominùs possessionem vel quasi juris Episcopalis Universi apprehendere, id exercere, inque eâ possessione & exercitio justè se tueri possit? Rationem dubitandi movent textus juris Canonici *in c. nihil, 44. circ. princ. c. qualiter. ext. de elect. c. avaritiæ, eod. in 6.* qui volunt, quòd si Electus omissâ Confirmatione quovis etiam titulo aut prætextu Administrationi Ecclesiæ suæ se ingesserit, Jus ex Electione sibi quæsitum ipso facto amittat. Verùm iis non obstantib. affirmativa sententia nobis magis arridet: (1.) Quia ipsæ modò dictæ Constitutiones á Concilio Lateranensi in tantum limitatæ reperiuntur, ut his, qui extra Italiam in concordiâ electi aliâs á Pontifice confirmandi essent, potestas facta sit, statim ab Electione etiam ante Confirmationem tám Spiritualia quám Temporalia Ecclesiæ suæ administrandi, dummodò ex rebus Ecclesiasticis nihil alienent, *d. c. nihil, 44. §. cæterùm extr. de elect.* (2.) Legitimè Electus vel Postulatus justum titulum ac bonam fidem adfert atque insuper é manibus Capituli, quod Senatum Ecclesiæ perpetuum repræsentat, *c. Ecclesia. 16. q. 1. supr thes. 9. lit. e.* & sede vacante Administrationem Ecclesiæ & Diœceseos tám in Temporalibus quám in Spiritualibus ipso jure habet, *c. si Episcopus de supplendâ negligentiâ prælat. in 6. c. un. de majorit. & obed. eod.* Sedem & possessionem Vacantem adipiscitur. Justissima ergo talis Episcopi est possessio, justissimis requisitis munita. (3.) Facit, quod in simili á Dd. rectè infertur, Imperatorem ex solâ Septemvirorum Electione verum esse Imperatorem & jus administrandi consequi sive Pontificia approbatio & consecratio sequatur sive non, *Georg.* **Schönborn** *lib. 5. polit. c. 8. latè D. Buxtorff. in d. dissert. super Aur. Bull. th. 38. lit. b. c. d.* licèt Consistorii Papalis Advocati contrarium mordicùs defendant, *quos refert ibid. D. Buxtorff. lit. c.* (4.) Id nunc maximè dicendum in Episcopis Reformatis post pacem Religionis publico Comitiorum Imperii Recessu Augustæ Anno 1555. sancitâ, vigore cujus omnis prætensa potestas Ecclesiastica & jurisdictio Papæ in Ordines Protestantes, cum omnibus consequentiis plenè suspensa est. Nec quidquam officit decantatus ille Paragraphus, **der Geystlichen vorbehalt betreffent**/ Incip. **Vnd nach dem bey Vergleichung**/ &c. *d. R. A. de Anno* 1555 *&c.* Quia vis ejus cessat, ratione Legis cessante, quam in eo cumprimis positam putat *Iustus Spring. de pace relig. c. 8. §. cæterùm, pag. mihi* 87. ne in præjudicium Capituli (tanquam Senatus & Administratoris perpetui & quasi hæreditarii) vel Subditorum etiam quidquam in Diœcesi innovetur. Quod si ita est, *uti sit verisimile ex verbis d. §.* **Vnd nach dem**/ &c. *ibi:* **Auch den Capiteln vnd denenes von gemeinen Rechten oder der Kirchen vnd Stifft gewonheiten zugehöret**/ **eine Person der Alten Religion verwand**/ **zu wehlen vnd zu ordnen zugelassen seyn**/ &c. certè nodum ulteriùs in scirpo quærere eo casu nõ oportebit, quo Capitulum Episcopum Augustanæ Confessioni

addictum sciens prudens Elegit Postulavitvé, atque ita juri suo, quod *in d.* §. Wud nach dem/ꝛc. ei videtur reservatum, tacité quasi renunciavit, ac præsertim, si ipsum Capitulum libero motu ac voluntate Augustanam Cõfessionem amplexum fuerit: quod cùm ei non sit expresé prohibitum, concessum omninó erit, potissimùm in causâ tám favorabili, quæ libertatem conscientiæ concernit (5.) Ita quotidié in Imperio Germanico practicatur ab ipsis Episcopis Pontificis, quorum potentissimi & Illustrissimi quiq; Confirmationis & Confecrationis ἀναίβασιν parùm morantur, ceu suprá etiam innuimus *lit. e.* idq; vivis & viridibus demonstrare exemplis in proclivi esset, sed quid opus in meridie lucernâ? Civi Germano & statum Patriæ non(uti quidem patritius ac nobilis ille Orator Romanus, *de quo l. 2. §. servius, 43. ff. de O. l.* jus suum, in quo versabatur) ignoranti sat dictum. Poterant autem expenso præsentis Quæstionis nostræ plura fila similis texturæ cum fructu & jucunditate trahi, nisi majus operæ precium putaretur, ea ζητήματα ipsi Tractatui reservari. Nam in his Præludiis juxta diverbium, Manu præstat serere quám toto sacco.

15. Ea verò Vis ac Potestas, sive Jus istud Episcopale Quatuor Summis Capitibus absolvitur, atque hoc pacto Τετράγωνον, quæ forma Perfectionis esse solet, efficitur. Consistit enim in Ordine, Lege Dioecesana, Jurisdictione, Statu deniq; & Dignitate ipsâ.

Canonistę communiter tria tantùm capita agnoscunt, Ord. Dioeces., Jurisd. *arg. c. conquerente, &c. dilectus. & ibi gl. Ext. de Off. ordin.* Alii, quibus distinctio inter L. Diœcesanam & jurisdict. non videtur benè doctrinalis, Ord., Jurisd., Dignitat. ponunt. *Anton. de Butr. cons. 19. pr. Felin. in d. c. dilectus. Ext. de Off. ordin.* Quó utriusque satisfieret, media via nobis visa fuit tutissima, nec ambiguimus singula nostra capita tám per rationes quám casus singulares á se invicem posse rectissimé distingui; quo in puncto aliâs mirificam animadvertere licet confusionem, (á quâ nec prorsus immunis uterque Stephani *locis sæpé citatis*) dum ea quæ sunt magis proprié Diœceseos, affinguntur Ordini, aut quæ jurisdictionis Diœcesi, aut quæ Dignitatis & Status jurisdictioni, aut utrobique contrâ. Si nobis bono fato contigerit meliùs cuncta distinguere, melius utique docebimus; id quod periclitari expedit.

16. Percurramus hìc singulorum capitum extremas duntaxat lineas. *a* Ordinis igitur ratione *b* Episcopis principaliter competit Potestas publicé docendi & prædicandi Verbum Dei; *c* Administrandi Sacramenta; *d* Peccatores in Ecclesiâ ligandi & absolvendi, quę Potestas Clavium dicitur; *e* Item ad sanctæ prædicationis & cõnexorum officium salubriter exequendum vice suâ, cúm per se illi nequiverint, alios sive liberâ voluntate sive ad patronorum legitimam præsentationem *f* in subsidium tám diffusi gregis *g* adsumendi; *h* quales personæ cúm idoneę & dignæ esse debeant *i* adcrescit exinde Episcopo jus Scrutinii vel Examinis sive in Vitam & Doctrinam ejusmodi personarum secundúm rigorem Canonum inquirendi; *k* túm demúm si probati fuerint, eos-

dem

dem in clerum & ad sacrum Ecclesiæ ministerium ordinandi; *l* Item Ministris & Clericis ad sustentationem officiorum necessariam beneficia, titulos, præbendas, Canonias, &c. conferendi; *m* Eosdem in talia officia & beneficia Introducendi & Investiendi; *n* Abbates insuper, Abbatissas & Sacras Virgines benedicendi; *o* Ecclesias sive loca sacra propriâ auctoritate erigendi & ædificandi; *p* utque alii erigant & ædificent consentiendi & indulgendi; *q* jam erecta & ædificata consecrandi; *r* uti & Loca religiosa faciendi; *s* λόγον ἀσυλίας sive facultatem, ut quis sacro beneficio Asyli in Ecclesiis, Monasteriis, Xenodochiis, Cœmeteriis, Oratoriis & similibus locis sacris vel Religionis uti frui possit (daß sich einer des GOttes frieden oder Kirchen: Klöster: Kirchhöff: Hospitâl: Capellen vnd dergleichen Freyheiten sicher gebrauchen möge) concedendi; *t* deniq; Traditiones etiam Ecclesiasticas, ut vocant, ad εὐκοσμοσύνην καὶ εὐταξίαν *u* in Ecclesiâ conservandam directas nec Verbo Dei repugnantes constituendi, Kirchen Agenden vnd Kirchen-Ordnungen zu machen vnd auffzurichten/ *x* & si qua sunt forté plura huc congruentia, *y* quæ ipse Tractatus σὺν Θεῷ pleniús commodiúsq; producet ac deducet. Interim huic Thesi nostræ necessaria quædam admonitio adnectenda venit: Nimirum omnia illa membra ad Caput ORD. EPISCOP. modó per nos relata ordinario & Regulari Jure Episcopis competere. Salva igitur manet aliis Inferiorib. Antistitibus, Prælatis & Clericis, nec nõ Laicis & Secularibus, Principibus, Comitibus, Nobilib. Civitatibus, &c. Exceptio, si quam ex Consuetudine, Præscriptione, Privilegio & Gratiâ, Pactis cõventis, Transactione & similibus fundamẽtis in uno alteróve hujus Capitis membro habili *z* (cujus exercitium sive ipsi per se immediaté sive aliis idoneis personis eorum mandato vel curâ mediantibus & in summâ, ut dici solet, Paribus cæteris sibi arrogant & ad se pertinere contendunt) opponere ac liquidó demonstrare possint. Nam tunc quidquid istorum constiterit, servandum atq; sequendum, nec cuiquam jus suũ vel αὐτονομία hac in parte auferenda ac ne possessio quidem vel quasi turbãda sed ordinariâ cognitione experiundum est. Quæ declaratio reliquis quoq; Juris Episcopalis Capitib. certo atq; congruenti modo applicari poterit, uti clariús & distinctiús in ipso opere declarabitur.

a) Quia περίεργα ista sunt, non ἔργα. Idcircó prorogatis ad competentius forum & laxiorem terminũ iis litibus, quæ super Definitionibus & Distinctionib. singulorum tũm Capitum tũm membrorum contestandæ forent, nihil hoc loco intentioñi curæ habebimus, præterquám ut singulis membris primum aliquem fundamentorũ gustum demus. *b*) Hîc disputant Canonistę partim inter sese, partim cum Theo-

logis Pontificiis, an Episcopatus sit Ordo, & quomodo Ordines numerandi & considerandi, quâ de re vid. *Abb. in c. Aqua. ext. de consecr. Eccl. & c. 1. Ext. de ord. ab Episc. qui Episc. resign. gl. in proœm. Sexti. verb Episcopus. Didac. Covarr. var. resol. tom. 2. c. 10. n. 15. Fr. Ioh. de Paris in tract. de pot. Reg & Papali, c fin. §. Ad quintam rationem, &c. Bellar. de Clericis lib. 1. c. 11. Concil. Trid. sess. 23. in Doctrin. de Sacram. ord. can. 1. & 2. Henr. Canis. in Sum I. Can. lib. 1. t. 4. §. f. & in not at. lit. a. &c. 5. §. 1.* Nos jam studiose prætermimus. *c) per notata sup. ad th. 6. & per c. inter catera. & ibi gl. in verb. predicationis. ext. de off. ord. Aug. Confess. & Apol. art. abus. ult. de Pot. Eccl. d) c. sicut non alit. & c. 2. ibi: ea qua de Consecr. dist. 1.* Administrandi inquam, non mutilandi vel mutandi, ceu factū in Conc. Constantiensi Anno 1415. & Basil. 1437. quibus usus calicis in S. Cœnâ laicis ereptus contra expressam Institutionē Domini, ac Malé omninó, ut dici solet *secundúm Accursium*. Nam servo non convenit mutare testamentū Domini sed implere. Neq; licet voluntatem testatoris pro parte approbare, pro parte verò repudiare *l. 1. ff. de acqu. har.* sed in tota adimplenda est. *e) per dd. notata sup th. 6. & Aug. Confess. & Apolog. d. l junct c. pervenit. 16. q. 1. c. verbum Dei. 57. de pœnit. dist. 1. c. quia quorundam, §. Clavis. Extrav. de V. S. f)* Nam hujusmodi Patronatus & Præsentationes jure Canonico comprobatæ sunt, *c. decernimus, c. Monasterium, 16. q. 1. c. illud non pratermittendum, c. relatum cū similib. ext. de jur. Patron. g) arg. d. c. inter catera, ibi: maximé per amplas diœceses & diffusas. Ext. de off. ordin. h) d. c. inter catera. i) d. c. inter catera, ibi: potentes in opere, &c. c. nihil est, §. Episcopi. Ext. de Elect. k) c. quando cum duob. cc. seqq. dist. 24. t. t. Ext. de Tempor. ordin. & qualitate ordinandorum, t. t. Extr. de at. & qualit. ordin. c. un. Extr. de scrutin. in ord. fac junctis tit. 17. & seqq. usque ad tit. 21. inclusivé eod. lib. 1. Decretal.* Est enim hoc generale, ut ad eum pertineat Examinatio, ad quem manus Impositio spectat, *Iohan. Paul. Lancellot. d. lib. 1. Instit. Iur. Can. tit. 9. §. is autem. l) c. perlectis, §. ad Episcopum, dist. 25. c. quamvis, dist. 68.* & confer huc de modo & formâ Ordinationis, *c. in nomine Domini, dist. 23. m)* ne vacua manus imponatur ordinando contra Decreta Concil. Chalcedonensis & Placentini, *c. 1. & 2. dist. 70.* Quia Ecclesiastica beneficia propter officia constituta sunt, *Andr. Hispan. de reg. Decimar. q. 13. n. 15.* Itaq; illa Episcopus ordinariè confert, *c. 1. & ibi gl. de concess. prab. in c. n) c. praterea, el. 1. c. quod autem, c. illud pratereundum, c. cùm Laici. ex. r. de Iur. Patronat.* Qui enim aliter & absq; Episcopali auctoritate beneficia Ecclesiastica sibi præsumunt vindicare, non intrant per ostium, sed aliunde conscendunt. *c. relatum, 21. extr. eod. c. beneficium, 1. & ibi Pet. Pech. extr. de R. I. o) c. 1. extr. de supplendâ neglig. pralat. c. quamvis, dist 68. p)* de quo non potest esse dubium, cùm ipse aliis Privatis ejus rei auctoritatem præstet, *ut in seq. q) c. nemo Ecclesiam de Consecr. dist. 1. c. olim, 14. §. insuper & ibi gl. extr. de privil. & excess. Novell. Iust. 67. c. 1. & Nov. 131. c. 7.* Est autem hic stylus juris nostri Canonici, ut Ecclesiæ nomine ædificium Divino cultui exercendo deputatum accipiat, quod vulgó Templum, & Canonistis Ecclesia Materialis vocatur, (ad differentiam Spiritualis Ecclesiæ propriè sic dictæ, quæ est Congregatio Fidelium) ab eo quod continetur ejus quod continet sumtâ denominatione, *secundúm Lancellot. lib. 2. Instit. Iur. Canon. tit. 18. pr. r) c. Ecclesias, 16. q. 7. c. Ecclesias, 13. de Consec. dist. 1.* é quibus textibus apparet, quód primitiva Ecclesia Consecrationem Ecclesiarum Materialium in precibus publicis potissimùm collocaverit. *s)* veluti Monasteria, Oratoria, Xenodochia sive Hospitalia, *c. de Xenodochiis, c. adhac & t. t. Extrav. & in*

& in 6. de relig. Domib. t) l. pateant. 3. circa f. l. 6. C. de hiu qui ad Eccl. confug. Nov. 17. c. 7. c. inter alia, c. fin. Extr. de Immun. Eccleſiarum, Cœmeterii & rerum ad eas pertinent, c. ſicut antiquitùs, c. reũ ad Eccleſiam, c frater, c. ſi quis contumax, c. diffinivit, c. id conſtituimus, 17. q. 4. quibus é locis pariter & quantũ ad ſpacium & qualia ad delicta ratio aſyli ſe extendat, intelligere eſt, u) arg. 1. Cor. 14. v. 40. & v. 33. x) Aug. Confeſſ. & Apol. d. art. abuſ. ult. de Pot. Eccl. y) quæ inter fortaſſe non poſtremum locum inveniret jus conſtituendi Scholas (Triviales, ut vocant, ſive Particulares vel Gymnaſia, non Academias vel Univerſitates, quas ſolus Imperator jure Superioritatis fundat. Conſt. omnem, §. hæc autem tria, 7 ad Anteceſſor. Petra de poteſt. princ. c. 13. n. 34. P. Greg. Tholoſ. de repub. 18. c. 2. n. 19.) in Monaſteriis & aliis partibus oportunis Diœceſeos, Kloſter vnd Stiffts-Schulen anzurichten / cùm hoc aliâs ad officium Epiſcopi pertineat, text. in c. de quibuſdam. diſt. 37. Namq; id non privati ſed publici juris & auctoritatis opus eſt, in quo palmam Epiſcopo præripere non licet, arg. l. non eſt ſingulu, 176. ff. de R. I. Adde quód ſemper ſapientum judicio bona & rationabilis habita fuerit ab Eccleſiis ad Scholas ducta conſequentia, ob inveteratam cognationem, quâ invicem ſeſe attingunt, ita ut quod juris defertur Epiſcopo in erigendis & conſtituendis Eccleſiis, idem non malé ei permittatur in Scholis, Confer c. prohibeas, in fin. & t. Extr. de Magiſtris. Sed hæc jam obiter. z) Nec enim membra illa, quæ lit. c. d. e. h. l. attigimus, Laicus quiſpiam citra Anabaptiſticam & Enthuſiaſticâ impietatem immediaté ſibi arrogare poterit, quocunq; titulo: ac ne clericus quidem, ſi non ſit in eum finem ſpecialiter ordinatus; quia prædicationis officium unâ cum connexis privilegiatum eſt, quod nemo niſi Epiſcopali & Apoſtolicâ auctoritate mittatur, privatim uſurpare ac præſumere debet, c. inter cætera. Extr. de off. ordin. c. excommunicamus, el. 1. §. quia verò. Extr. de hæret. ubi allegatur textus Pauli Rom. 10. & 1. Timoth. 3. Quomodo prædicabunt niſi mittãtur? facit c. pervenit, c. interdicimus, c. adjicimus, 16. quæſt. 1. Inſtitutio verò & ſimilia Jura poſſunt ab inferioribus Antiſtitibus & Prælatis præſcribi, c. auditis, c. cùm olim. Extr. de præſcr. imó à Laicis etiam ſive præſcriptione ſive privilegio ſive alio licito modo adquiri, uti apparet ex iis, quæ ſupr. th. 14. lit. d. de confirmat. & inveſtit. Epiſcoporum diſſeruimus. Plané quó præſens nota noſtra z. & in theſi ſubjecta parentheſis inſuper reſpiciat, adhuc preſſiùs intelliget, qui inter alia meminerit, quód licét adminiſtrationem Juris Epiſcopalis propemodùm univerſi vi Pacis Religioſæ Anno 1552. & 1555. ſancitæ Principes, Civitates & alii Status Seculares Imperii (fruſtrá renitentibus Ingolſtadianis conſil. 24. n. 167.) ſibi hodié vendicent, exercitium tamen hujuſmodi jurium non ipſi immediaté ſed partim ea, quæ præcipué ſunt Ordinis, per Superintendentes, & alios Theologos, partim cætera quæ ſunt L. Diœceſanæ & Juriſdictionis, per Conſiſtoriales & Officiales expedire ſoleant. Omnia igitur cum micâ ſalis & κατ' ἀναλογίαν h. l. accipienda & judicanda ſunt.

18. Ad alterum deinde Caput ſive L. D I O E C E S A N A M commodé referri poterunt ſequentes Articuli: putá, Canonica Obedientia, Subjectio & Reverentia *a* quam omnes de Diœceſi tám Laici quám Clerici Epiſcopo tanquam Reverendiſſimo *b* præſtare tenentur; *c* Adminiſtratio item, Diſpoſitio & Gubernatio rerum & bonorum Eccleſię túm mobilium túm ſe moventium túm immobilium; *d* & conſequenter eorum,

rum, quæ contra præscripta Canonum alienata sunt *e* Vindicatio; *f* Oeconomorum quoq; & Provisorum suâ vice super bona & res illas Constitutio; *g* Rationumq; ab iisdem Repetitio; *h* Similiter Religiosarum domuum & quoad administrationem & quoad disciplinam Inspectio & Provisio; *i* Porró Decimarum perceptio ac distributio; *k* ex iis Canonicæ Portionis sive Quartæ retentio; *l* ejusdemque Quartæ sive interdum attentâ consuetudine loci Tertiæ Mediævé ex relictis vel Legatis Ecclesiæ piové loco participatio; *m* quin & hujusmodi piæ Voluntatis, sive nullus sit datus executor, jure immediato, sive datus cesset, jure devolutionis competēs Executio & Legata sive relicta exigendi facultas; *n* Præterea Visitatio; *o* ejusq; gratiâ Procurationis Ecclesiasticæ sive Sumtuum ad Visitationem Collectio; *p* Synodorum itidem in suâ Diœcesi Convocatio; *q* Synodaticique sive Cathedratici exactio; *r* Imó nonnunquam in casu honestæ necessitatis Clericorum moderata Collectatio sive Charisterii vel charitativi subsidii Indictio; *s* Deniq; Cancellariatus in Academiis suæ Diœcesi insitis vel vicinis honorificentissima Functio, hoc est, Doctores, Magistros & Baccalaureos in Quatuor Facultatibus Cardinalibus creandi & promovendi Licentia & Potestas, hujusvé Licentię suâ Vice Decanis Facultatum gratiosa Concessio & Indulgentia. *t*

a) *c. conquerente. Extr. de off. ordin.* *b*) uti nominatur *in c. in nomine Domini, dist.* 23. *& in locis infinitis aliis decret. Decretal c. & Nov.* *c*) *d.c.conquerente. Extr. de off. ord. c. quod super his in f. Extr. de majorit. & obed.* Unde nec absq; veniâ in jus vocari potest, ad instar parentum, *l parentes, ff de in jus voc, Zas. in l generaliter, ff. eod.* *d*) *c. sic quidam c. decretum, c. quacunq;, c. noverint, c. de his,* 10. *q.* 1. *c. Episcopus c. præcipimus,* 12. *q.* 1. *c. præsulū,* 16. *q.* 3. *e*) Res enim Ecclesiæ alienari nequeunt, *c. nulli liceat, & t. t. Extr. de reb. Eccl. non alien. c. casellas,* 12. *q.* 2. *l jubemus,* 14. *C. de SS. Eccl.* nisi certâ formâ ac modo, *c. ad aures, Ext. de reb Eccl non alien. d. l. jubemus, §. si quando, C. de SS. Eccl. Auth. hoc jus porrectum, eod. Nov.* 46. *c. si Episcopus, c. Abbatib.* 12. *q.* 2. *c. in venditionibus,* 17. *q.* 4. certisq; de caussis â jure expressis, *l. sancimus, cum d. seq. & A. hoc jus porrectum, C. de SS. Eccl. clem.* 1. *de reb. Eccl. non al. c.* 1. *extr. de pign. c. sacrorum, c. seq. c. aurum, cum c. seq. c. sine exceptione,* 12. *q.* 2. *c. fin.* 16. *q.* 1. quod tám strictè servari voluit Paulus Venetus Papa Secundus *in Extrav. comm. c. un. de reb. Eccl. non alien.* ut nec infeudationem nec contractum emphyteuticum præterquam in bonis & reb. in feudū vel emphyteusin ab antiquo concedi solitis ac nisi cum evidenti Ecclesiarum utilitate permittat, *d. Extr. comm.* cui consentit, *c. ad nostram. Extr. de Reb. Eccl. & c. c.* 2. *Extr. de feud. & c.* 1. §. 1. *Episcop. vel Abbat. in V. F.* *f*) *c. Augustin. c. si qua,* 12. *q.* 2. *l sancimus,* 21. *C. de SS. Eccl.* *g*) *d. l jubemus,* 14. *in pr. C. de SS. Eccl. l. omnes qui ubicunq;,* 33. *§ hoc nihilominùs observando, C. de Episc. & Cler.* Et hi Oeconomi debent é proprio Clero eligi, non é Laicis, *c. in nonâ,* 16. *q.* 7. ubi ratio additur ex Moyse *Deut.* 22. quod scil. non sit arandū in bove & asino, h. e. in uno eodemq;

officio

officio non debeat dispar esse professio. Indecorum enim videri Laicum Vicarium esse Episcopi & Seculares in Ecclesiâ judicare. *h*) *d.l.jubemus, d.l.omnes &c. dd.cc.sup.l.t.d.* Nam patroni aliivé, qui jura Episcopalia nõ habent, sicut de gubernatione & dispositione bonorum Ecclesiæ ita quoq; de ratiociniis eorum nihil sibi arrogare possunt, **sevnd nit befüget Kirchen Rechnungen zu fordern oder sich darbey einzudringen**/uti nonnunquã attentatur: etsi hunc punctum limitare aliquantulũ conetur per generalia transiens, *Matth. Steph.d.lib.3.de Iurisd p.1 c.14.n.117. i)* Nam & Monasteria & Monachorũ disciplina ad Episcopum pertinet, *c. Monasteria, el.1.18.q.2.c.visitandi, c. non semel ead.* Idemq; de reliquis Religiosis domibus esto judicium, *rubr.& t.t.extr.& in Clem.de Religiosis domibus, ut Episcopu sint subjecta.* Unde & illarum Rectores, æqué ut Ecclesiarum Oeconomi, de bonis eó spectantibus rité & bonâ fide administratis Episcopo rationẽ reddere tenentur, *Clem.2 §.ut autẽ præmissa, de Religiosis domib.* exceptis iis hospitalibus, quorum gubernatio &provisio de jure vel statuto in ipsorum fundatione appositio aut ex consuetudine præscriptâ legitimé vel ex privilegio ad alios pertinet, *d.Clem.2.per vers.nos incuriam, &c.& d. §.ut autem præmissa, ibi: Ordinariis seu aliis, quib subsunt, &c.* qualia sunt hospitalia militarium ordinum, & alia sine auctoritate Episcopi extructa, *d.Clem.2.§.præmissa verò, &c.* quorum Dispositio quidem Patronis Secularibus competit; Inspectio tamen Episcopo ex L. Diœcesanâ salva manet, *argum. c.inter dilectos in fin. Extr.de Donat.* *k*) Regula quippe est: Decimæ (quas quidem dari oportebat de omnibus fructibus terrarum, *c.omnes decimæ, 16 q.7. Andr.Hispan.in Reg. Decimar.q.10.n.1.* ubi fructus illos articulatim propé enumerat) sub manu Episcopi sunto, ut ille qui cæteris præest, omnibus justé distribuat, *tex.in c.decimas, el.1.16.q.7.* Ac posset hac occasione materia Decimarum *fundata cumprimis in caus.16.q.7. & t.t.extr.in 6.& Clement.de decim.* egregié enucleari. Sed differre cogimur. *l*) *c.conquerente, extr. de off.ordin.c.quoniam, 13.ibi: tuâ parte retentâ. Extr.de Decimis.* *m*) *d.c.conquerente, & ibigl.in verb.mortuariorum, ext.de off.ordin.c.officii, c.requisisti, extr.de Testam.c. certificari, extr.de Sepultur.* Et appellantur hæc Legata & relicta Ecclesiis Mortuaria, *d.c.conquerente, verb. Mortuariorum, &c.* Et illa Canonica portio Episcopalis, quam Episcopus detrahit pro curâ, quam ipse in suam Diœcesin impendit, *dd.textt. Henr.Canis in Sum.l.Can.lib.3.tit.12.§.fin.* Alia est Canonica portio, quæ Parochialis dicitur, *de qua idem Canis d.l.§. Nemo autem,* qui pariter tradit, portionis Canonicæ Episcopalis usum ferè videri in desuetudinem abiisse *d.l.§.fin.inf* Sané præscriptione contrariâ eandem tolli esse probat, *c.de quartâ, extr.de præscript.* *n*) *l.nulli licet, 38.cum Auth.licet, seq.C.de Episc.& Cler.Nov.131.c.11.c nos quidem, c.tua nobis, Ext.de Test.* etiamsi Testator prohibuerit vel interdixerit, *d.Auth.licet, d.c.tua nobis, &c.* *o*) quâ Episcopus (qui hinc etiam nomen habet ἀπὸ τῆς ἐπισκοπῆς, ab inspectione & visitatione sive, quod idem est, á Superintentione, *c. Cleros, §. Episcopatus autem dist.41.c.qui Episcopatum, 8.q.1.*) vel vice ejus Archidiaconus, qui ideó Oculus Episcopi dicitur, *c.ad hæc. extr.de off. Archid.* quotannis vel bis in anno vel quoties necessitas postulat, *d.c.conquerente, ibi: Visitationem quoq; annuam, ext.de off.ord.arg.c.cùm venerabilis, extr.de Censib.c.mandamus, extr.de offic.Archid.c.Regenda, 10.q.1.c.visitãdi, c.non semel, 18.q.2.* per totã Diœcesin trãsit tùm temporalis tùm spiritualis curę gratiâ, ceu explicatur, *in c.relata, c.Decrevimus, c.Episcopum, c.placuit, 10.q.1.text.pulcher in c.Romana, §.sané de censib.in 6.* quæ Visitatio non potest á

subditis contra Episcopum præscribi, *c. cùm ex officii, ext. de Præscript. c. cũ instantiâ, ext. de censib.* p) maximé si Episcopus ipse personaliter visitet, *d. c. conquerente, c. si Episcopus, de off. ord. in c. 6. arg. c. cùm Apostolus, §. prohibemus, vers. Archidiaconi. extr. de censib.* Et exigitur Procuratio, prout conditio & facultates Ecclesiarũ & natura loci atq; consuetudo patiuntur, *d. c. cùm Apostolus,* (ubi & numerus Equorum sive Evectionum, *ut ibi textus sonat,* determinatur, quas secum ducere possint Prælati Visitantes,) *c. super eo, ext. eod. d. c. conquerente, & c. d. c. Romana, §. procurationes, de censib. in sexto. d. c. si Episcopus, de off. ord. in 6.* q) quę Synodi Diœcesanæ dicuntur & Episcopales, quas Episcopi quotannis inter Abbates, Priores & Clericos suæ Diœceseos indicunt, *c. 2. § porrò, dist. 3. c sicut, ext. de accusat. c. annis, dist. 18.* non quidem ad constituendum seu definiendum sed ad corrigendum potissimùm atq; id quod in Provinciali vel Universali Concilio est statutum, publicandum, *c. 1. in pr. d dist. 18.* Sunt enim adhuc aliæ duæ species Synodorum sive Conciliorum, nempe Universalia sive Oecumenica (quę á Prælatis Ecclesiarum in unum locum ex toto orbe Christiano coactis celebrantur, quæq; Imperatores antiquitùs indicere & congregare solebant, *l. nemo. 4. ibi: per nostra præcepta, C. de Sum. Trinit. c. sancta, ibi: mediante Constantino, & ibi: mediante Theodosio, & c. dist. 15. c. habeo librum, §. Sancta sexta, ibi: Constantino imp. qui eam congregaverat, & c. dist. 16.* nunc Pontifices Romani sibimet solis arrogant, *dist. 17. per tot. c. dudum, 3. q 6.* Eorum quatuor sunt celebriora, Nicenũ, Constantinopolitanum primum, Ephesinum & Chalcedonẽse, *Nov. 131. c. Canones. cum c. seq dist. 15.* ubi Quatuor hæc Concilia cum quatuor Evangeliis & Quatuor Fluminibus Paradisi aliquantum hyperbolicé comparantur:) & provincialia (quæ Metropolitanus aut eo legitimé impedito Senior Coëpiscopus inter Episcopos & alios Clericos ejusdem Provinciæ singulis annis bis aut semel saltém instituit, *c. de Conciliis, c. propter Ecclesiasticas, el. 1. c. pervenit, c. quoniam, distinct. 18.* quibus omnes Episcopi aliique, quibus id ex jure vel consuetudine competit, interesse jubentur, *c. non oportet, c. Episcopus, el. 1. c. si Episcopus, cum duob. cc. seqq. distinct. 18.*) Unde autem Synodi & Concilii nomina deriventur, non inelegans textus est, *in d. c. Canones, 1. §. Synodus autem, d. distinct. 15.* ex quo præcipué notandus Aphorismus: Qui sibimet dissentiunt, non agunt Concilium, quia non consentiunt in unum neque omnem mentis obrutum (quasi Cilia oculorum) in unum dirigunt r) *c. 1. 10. quæst. 3. d. c. conquerente, extr. de off. ordin. c. pastoralis, 7. extr. de Donat.* quod solvitur plerunque á Clericis in Synodo Episcopali ob honorem & conservationem Cathedræ Episcopalis (Cathedra enim proprié Episcopo competit, quâ de causâ etiam Cathedralis Ecclesia dicitur, in quâ Episcopus ipse cum Collegio seu Capitulo residet, vulgó **Domstifft / Domkirch / Hohe Stifft** / ad differentiam Ecclesiæ Collegiatæ, **Collegiat Kirch: oder Stifft** / & Parochialis, **Pfarr-kirch**; atque hinc itidem descendit, quod Episcopi non gubernâsse sed sedisse, in Cathedrâ animirum, tot vel tot annis ab Historicis passim memorantur. Ac vetus quidem publicæ in Ecclesiâ professionis & doctrinæ nota est Cathedra, quemadmodum Christus ipse, *Matth. 23. v. 2.* Scribas & Pharisæos dicit sedere in Cathedrâ Moysis, hoc est, tradere ac docere publicé Legem Moysis, &c.) certusque modus huic Cathedratico vel Synodatico per Canones statutus est, ne scilicet annuatim ultra duos solidos â singulis Ecclesiis exigatur, *d. c. conquerente, Extr. de Off. ord. c. 1. c. illud. c. nec numerus, c. fin. 10. quæst. 3.* sive id fiat in Synodo, sive aliâs in peragratione Diœceseos,

seos, *d.c.1.princ. c. cavendum*, 10.*q.*3. *ſ)* quod eſt jus Epiſcopale Diœceſanum, quo Eccleſiæ Epiſcopus tempore neceſſitatis tributum (moderatum videlicet & ſubſidium ex charitate magis quàm coactione profectum) indicit & impetrat, *deſiniente Matth. Steph. d.c.*14 *n.*128. qui ibidem *allegato Menoch. de arbitr. jud. q. caſ.*178.*n.*8. *& Roſenth. de feud. c.*5.*concl.*76.*n.*2.*lit. c. in not. & n.* 8. *&* 9. caſus hujuſmodi neceſſitatis ita figurat, veluti ſi Imperator aut Rex apud Epiſcopum divertit, (quod Germani dicunt, **Keyſerl. oder Königliche Ablager halten**) aut ſi Epiſcopus emat terram aut locum pro ſuſtentatione vel defenſione, modò id publica ſuadeat utilitas & is ex ſuo non ſit idoneus, Item pro redemtione Epiſcopi ab Hoſtibus, à quibus ſine ſuâ culpâ captus eſt, &c. *t)* Oportet enim (Regulariter) Cancellarium Academiæ Eccleſiaſticam gerere perſonã, & hoc jus Cancellariatus poſt Synodum Baſilienſem & Ferrarienſem ita cœpiſſe & in Epiſcopos Diœceſium in terris Eccleſiæ & Imperii tranſlatum eſſe tradit *Ioach. Steph. lib.* 1. *Inſt. Iur Canon c.*8. *num.*22. *& ſeq.* ſingulari nimirum Pontificum & Imperatorum gratiâ, de quorum Reſervatis & juribus ἀνπξεσιαστικῆς poteſtas illa alioquin habetur. Quare & cumulativè non privativè translatio hæc intelligenda eſt, ita ut Imperatori ſalvum maneat, quem velit ex plenitudine juris & poteſtatis Auguſtalis immediatæ Doctorem, &c. Creare & Pronunciare, etiam ſolo verbo, *ut dicit Angelus in l.* 1. *C. de ſent. paſſ.* Quia ipſe eſt fons perennis omnium dignitatum, é quo omnes honores & dignitates promanant. Etſi tales actus rariùs exerceri conſueverint, ac proximè ſub Rudolpho II. Auguſtiſſimæ memoriæ vix exemplum illuſtrius quis meminerit, quam in D. Barthol. Bezio Tyrolenſi, Oratore primùm & Legato Cæſareo ad Portam Otthomannicam, ut vocant, póſt Conſilii Bellici in aulâ Pragenſi Præſide ſupremo, quem Imperator, antequam operâ ejus tam illuſtri uteretur, majoris dignitatis ac Reputationis gratiâ ſolemni Diplomate Doctorem juris renunciavit. Solent autem Imperatores interdum quoque Comitibus Sacri Palatii ſive Palatinis hanc poteſtatem Creandi Doctores, Licentiatos, Magiſtros, &c. concedere, ſed ratiſſimè, & plerunque limitatè (veluti ut liceat in hac vel illâ tantummodò Facultate creare, quale Privilegium de promovendis Dd. &c. in Philoſophiâ & in Utroq; Jure D. Reinaro Seltrecht Conſiliario Pomeranico datum refert, *Matth. Steph. de juriſd. lib.*2.*part.*1.*c.*6.*memb.*1.*nu.*73.) Item ſub conditione prævii examinis rigoroſi, ad quod, æquè ac in Academiis, Doctores aliquot eximii de Profeſſione creandi adhiberi debent: quod olim quoq; antiquiſſimi Imperatores ita ſervari voluerunt, *l. Magiſtros*7.*C. de Profeſſ. & Med. l.*2. *§. poſt hunc*, 47. *in verbis, non hoc peti ſed præſtari ſolere, ubi eleganter Zaſ. ff. de O. I.* Proinde cautis eſſe convenit Comitibus Palatinis, ne indignis & non probatis honores illos conferant, aut conceſsâ ſibi abutantur poteſtate, pennasvé nido majores extendant, ſive plus aliis tribuant quàm ipſis cõceſſum eſt, ne ipſimet forté ideó Syndicatum patiantur, practicetuŕque in iis Reg. *c. privilegium*, 11.*q.*3. aut gravius quidpiam periclitentur, cum eorum creaturis autem procedatur ſecundùm conſtitutionẽ, *l. reddatur*, 8. *C. de Profeſſ. & Med.* De cętero veriſſima eſt ſententia, tales Dd. Licc. Magg. ab Imperatore vel ejus vice á Comitibus Palatinis modo & cõditione ſuprá dict. promotos & renunciatos pares omninó eſſe privilegiis & dignitate illis, qui in Univerſitatibus Academicis publicâ ſolemnitate promoventur; idq́ue ſtatuere cogit patitas Poteſtatis & Auctoritatis Cæſareæ, cui non magis in uno quàm in altero caſu citra ſacrilegii crimen obviare

licet, *text. expreſſ. in l. ſacrilegii, 5. Cod. de diverſ. reſcript. & in l. diſputare de principali judicio, C. de crimine ſacrileg.* Sed abſolvamus hîc Ordinarios Academiarum, quos diximus, Cancellarios, hoc eſt, Epiſcopos Diœceſanos: á quibus Promotores in quacunque Facultate deſignati Licentiam & Poteſtatem promovendi Candidatos ſuos petere & impetrare neceſſe habent, quam aliâs nullus Elector, Dux vel Princeps Imperii conferre poteſt, nullâ, regulariter loquendo, ratione differentiæ fortiore, quâm quia Principes iſti Diœceſin, hoc eſt, diſtrictum ſpiritualem ſive Eccleſiaſticum non habent. Hinc Reverendiſſ. Epiſcopus Baſilienſis tanquam Diœceſanus Cancellarium agit ejuſdem Academiæ, nec non Friburgicæ in Briſgoiâ, Suerinenſis in Megapoli Academ. Roſeq; Mersburgenſis Academ. Lipſicæ; Caminenſis in Pomerania Acad. Gryphiswaldicæ; &c. Qui verò extra hoſce terminos de Cancellarium Aulicorum Origine, Munere & Dignitate tám veteri quám novâ bona & notabilia quædam vult cognoſcere, legat ea, quę potiſſimúm ex Caſſiodoro, Budæo, Oldendorpio, Gailio & aliis congeſſit, *Matth. Steph. d. l. b. 3. part. 2. c. 14. á pr. uſq; ad num. 21.*

18. Tertio porró ingreſſu latiſſimus ſimul ac ſpinoſiſſimus *a* JURISDICTIONIS EPISCOPALIS Campus ſeſe aperit, quem nunc ambire magis integrum fuerit quám emetiri. Poteſt ergo Epiſcopus VI JURISDICTION. SUÆ, quám in totâ Diœceſi & qualibet ejus parte fundatam habet *b* Clericorum omnium tám Civiles & Criminales *c* quám Spirituales, Laicorum verò Spirituales *d* potiſſimúm cauſſas audire, *e* per ſententiam definire, *f* Pœnas decernere, *g* Emendas & Satisfactiones imponere, *h* Clericos ob crimen, exceſſum vel defectum cognitum ab officio & dignitate ſuſpendere, *i* imó prorſus removere & deponere; *k* Eoſdem ex cauſsâ reſtituere; *l* Inſuper Cenſuram Eccleſiaſticam *m* in omnes Diœceſanos Clericos & Laicos per Excommunicationem Majorem & Minorem, *n* Itemque per Interdictum Generale & Speciale *o* ex juſtiſſimâ & probatiſſimâ ratione *p* exercere; *q* iterumq; ab Excommunicatione & Interdicto reconciliatos abſolvere, *r* ſicut etiam á juramento illicitè extorto ſive aliâs præſtito ad effectum agendi aut alium, *ſ* nec non de gradibus in Matrimonio prohibitis, *t* pariterq; de defectibus & irregularitatibus Clericorum *u* diſpenſare; Denique in cauſſis Scholarium ſive Studioſorum ex debito civili ſimul & delicto deſcendentibus judicare. *x*

a) Nam ſuper hoc puncto aliqui magnas guerras inceptant, partim juriſdictionem Eccleſiaſticam & Politicam confundentes, partim Epiſcopis omnem auferre juriſdicendi poteſtatem ſatagentes. A quibus diſſentire nobis & ſententiam noſtram congruis auctoritatibus roborare liceat. In quâ Praxis & Uſus Judiciorum quotidianus nobis adſiſtit, dum cauſſas & lites Eccleſiaſticas, quæ propriè ad juriſdictionem Epiſcopalem pertinent, etiam á parte Statuum Auguſtanę Confeſſioni addictorum & Decreti Paſſavienſis effectu fruentium ſeparatis judiciis,

(quæ

(quæ Judæis olim *Sanhedrim*, Græcus Συνέδρια dicta fuerunt, *arg Matth. 5. v. 22. Augustin. Marlorat. in loc. comm. Theolog. verb Seniores, p. 618.* hodié plerunq; Consistoria & Officialia, *arg. c. Romana, pr. de appell. in 6* Vocari solent, vulgó **Consistorial: oder Officialey Gerichte: Geystliche oder Kirchen-Gerichte**) expediri videmus Cujusmodi Consistoria optimé ac prudentissimé Constituta & Ordinata in Domibus Electoris ac Domus Saxonicæ aliis ad exemplum eminent. Veruntamen & illud observavimus, sicubi nullo singulari constituto Consistorio omnes lites & causſæ indistinctè in Cancellariis expediuntur, nihilominus Citationes & Decreta in controversiis Ecclesiasticis ita stylizari, ut nomine Consistorii emanare videantur, subscribendo plerunque: **Fürstliche/ ꝛc. zur Officialey oder zun Consistorial sachen verordnete/ ꝛc.** *b) c. omnes basilicæ, 16. q. 7. c. cùm contingat. Extr. de form. comp. d. c. conquerente, extr. de off ordin.* *c)* Sub Clericis autem comprehenduntur etiam Oeconomi Ecclesiarum, *l. decernimus, 13 C. de Episc. aud.* & aliæ personæ Ecclesiasticæ, Symphoniaci, Æditui, &c. *arg. c. perlectis, dist. 25. Auth. Presbyteros, C. de Episc. & Cler.* & omnis honesta familia Clericorum, *arg. l. 2. C. eod. c. Romana. 1. de pœn. in 6.* Horum ergo omnium causſæ ad audientiam Episcopalem referendę, *l cùm clericis, 25. C. de Episc. & Cler.* sive Civiles sive Criminales, *d. l. cùm Clericis, Auth. Statuimus, C. eod.* sive item Crimen civile sit, ut homicidium, adulterium, falsum, &c. sive Ecclesiasticum, ut hæresis, simonia, &c. *d. Auth. statuimus, junct. Auth. præced. Clericus, § fin & ibi gloss. verb. in Civili, c. 1. 2. 4. c. si diligenti, 12. extr. de for. compet. c. placuit, 11. q. 1. c. diversis, cum seqq. d. q. 1.* Adeó ut Clerici nec per viam reconventionis passivæ, neq; per conventionem activam sponté & consentientes, quantumvis desuper juraverint, jurisdictionem judicis Laici prorogare possint, *c. si diligenti, c. significasti, extr. eod.* Quod tamen á contrario Laicis permissum est, *l. si qui. l. Episcopale, C. de Episc. aud.* *d) c. decernimus, extr. de judic.* Unde nec Laicus arbiter esse potest in causſis Spiritualibus, *c. contingit. ext. de arbitr.* Et dicuntur Spirituales, quæ animam, religionem, conscientiam concernunt, aut aliâs Ecclesiastica jura proximè attingunt, *d. c. decernimus, &c.* uti controversiæ de articulis fidei, *l. omni innovatione, C. de SS. Eccl. c convenior, 23. q. 8.* ubi notanter D. Ambrosius: Causſam fidei in Ecclesiâ agendam quis abnuat? Si quis confidat, huc veniat, &c. Item de Sponsalibus & Matrimoniis, *l. si legibus, 16. l penult. C. de Episc. aud. t. t. ext. & in 6. de Spons. & matr. c. multorũ, inf. 35. q. 6. c. accedentib ext. de excess. Cler. Covarr. tom. 1. p. 2. § 12 f. 153. n. 2.* de Infantibus expositis, *l. nemini, 24. C. de Episc. aud.* de Leocinio Parentum vel Dominorum, *l. si Lenones, 12. C. eod.* de Legitimitate, *c. 5. & passim, ext. qui fil. sint legit. c. tuam, extr. de ordin. cogni.* de Usuris, *t. t. ext. de Vsur.* de Juramentis, *t. t. ext. & in 6. de jurej.* de Decimis, *t. t. extr. 6. & in Clem. eod. tit.* de Beneficiis Ecclesiasticis & iis annexo jure Patronatus, *t. t. ext. 6. & in Clem. de prebend & de concess. præbend. & t. t. Extr. & in 6. de jur. Patron. c. quanto, ext. de judic.* cùm scil. de jure talium rerum non de facto quæritur, *arg. d c. per tuam, extr. de ord. cognit. Mynsing. cent. 1. obs. 67. Wesenbec. C. de Episc. aud. nu. 2.* Extra has causſas verò & similes Laici coram Episcopo vel judicio Ecclesiastico conveniri nequeunt, nisi in defectum justitiæ Secularis, aut nisi consuetudo id exposcat, *c. si Clericus, c licét ex suscepto, extr de for. compet.* aut in casu Sacrilegii similisvé acceptę injuriæ, quo in favorem Ecclesiarum Clericis permissum est malefactores suos sub quo maluerint judice convenire, *c. cùm sit generale. Extr. eod.* Aliâs generaliter verum manet Axioma: Actor sequitur

forum Rei, *d.c.cùm sit generale, l.2. C. de jurisdict. omn. Iud.* c) servato processu ordinario, *arg.c.in causis, ext. de sentent.* & quia ipsa est judex ordinarius, *t.t. ext. & in 6. de off. & pot. ordin. t.t ext. de jud. cum multis seqq. Clem sapé de Verb. Sign.* imó in omnibus geminam fidem & sanctitatem tám incorrupti judicis quám sancti Sacerdotis gratis præstare debet, *arg. l. decernimus, 13. l. tám dementiæ, 28. C. de Episc. aud. c. cùm ab omni, extr. de vit. & honest. Cler. Specul de off. ordin. §. 1. nu. 5.* f) *per c. jurgantium, extr. de sent c. si quis cum clerico, 11. q. 1. c. dilectus, extr. de off. ord.* Et quia, ut modó dictum, judex est competens in his causis & ordinarius, cujus potestas maximè in ferendâ sententiâ emicat, *Dd. in l duo, 28. ff. de re jud. l. 1 ff. eod.* ideoq; improbatur, ut minús rationabilis consuetudo, quâ causæ Ecclesiasticæ judicantur præsentibus & sententiam dicentibus Laicis, *c. ad nostram, 3. extr. de consuet.* g) Jurisdictio enim sine coërcitione parúm efficax est, commodeque exerceri haud potest, *l. fin. ff. de off. ejus cui mand. jurisd. l. 2. ff. de jurisdict.* Cùm verò pœnæ sint duplices, Ecclesiasticæ sive Canonicæ, quæ correctionem & Reformationem vitæ & morum præcipuè respiciunt, & Seculares, quæ bonorum aut corporis afflictivæ aut capitales, illas omnes & ex his priores ipsi decernere, ultimas Laicis tanquam delegatis vel vicariis suis committere solent Episcopi, cùm de rigore canonum pœnam sanguinis irrogare judici Ecclesiastico non conveniat, *c. inter, 33. q. 2. c. cùm non ab homine, extr. de jud. c. Clericis, c. pen. ext. ne Clerici vel Monachi, c. ult eod. in 6.* Hinc adeó fit, ut post Degradationem, quæ est species ferè suprema inter pœnas Canonicas Clericorum, quâ nimirùm Clericus ob grave flagitium non solúm dignitatib. & honoribus verúm etiam privilegiis & ordinibus sacris exuitur, ad formam præscriptâ, *in c. degradatis, de pœnis in 6.* tradatur ille Curiæ seculari ad publicam punitionẽ: pro quo tamen debet Ecclesia efficaciter intercedere, ut citra mortis periculum circa eum sententia moderetur, *ut est text. in c. novimus, ext. de V. S. junct. c fortiús, ext. de calumniat.* De reliquis pœnis Canonicis, præter eas, quas in ipsâ thesi tetigimus, meminisse hac vice sufficerit carceris perpetui aut temporalis, *c. quamvis de pœn. in 6.* ejusq; sine catenâ vel cum catenâ (quæ est comestio panis nudi & potus aquæ ad certam mensuram & certum tempus, *c. accusasti, extr. de accusat* qui alicubi dicitur panis doloris & aquæ angustiæ, *d. c. novimus, Extr. de V. S.*) Item detrusionis in monasterium, *c. tua, Extr de pœnis.* Ad pœnas autem seculares bonorum afflictivas præcipuè referuntur Mulctæ pecuniariæ, *l. 2. Cod. de Episc. audient. c. Presbyteri 2. Extr de pœn.* quæ tamen non in fiscum Episcopi sed in Eleemosynas vel ad alios pios usus debent converti, *d. l. 2. & d. cap. 2.* contra quam aliás de jure communi receptum, quo mulctæ ad fiscum pertinent, *l. mulctarum, 5. C. de modo mulctar.* h) *c. dilectus, extr. de off. ord. c. quamvis, eod. in 6. faciunt modó notata sub fin lit praced. g. Confer de Satisfactionibus, c. 3. ext. de off. ord. atq; insigne exemplum Theodosii Imp. relatum in c. cùm apud Thessalonicam, 11. q. 3.* i) h.e. interdicere Clerico exercitium officii sui vel beneficii vel utriusq; simul in totum vel pro parte, ad certum tempus vel in perpetuum. *c. quaerenti, extr. de V. S. c. tuarum, ext de privileg. & excess.* ut colligitur ex exemplis adductis *à gl. in clem. 2. verb. suspensi de pœn.* k) *facit t. 1. ext. de eo qui furtivè ord. Henr. Canis. lib. 1. t. 9 §. 1. c. cùm olim, verb destitutionib. ext. de præscr. Pet. Gilken tract. de præscript. p. 1. c. 6. n. 52.* Et tradunt hîc Canonistæ duplicem Depositionem, Actualem & Verbalem: Illa propriè Degradatio dicitur, ejusque forma descripta est, *in c. Degradatio. de pœn. in 6. ceu jam antè meminimus supr. lit. g. vers. Hinc adeó.* Hæc fit per sententiam Episcopi, *c. 2.*

pi, *c.2 eod. in 6. junct. c. 3. cum seqq. 15. q. 7.* causſas utriuſq; recenſet, *Caniſ. lib. 3. Sum. Iur. Can. c. 22. §. Actualis & §. Verbalu.* Eſtq; præterea inter utramq; hæc differentia, quód per Depoſitionem removetur tantúm Clericus ab honoribus & dignitate clericali, ſalvô manente privilegiô & ordine, ſed in degradatione omnia amittit, *Ioach. Steph. Inſt jur. Can. lib. 3. c. fin. n 4. 5.* Atq; hinc unâ animadvertere licet, quám graviter Collatores & Patroni nonnulli errent, qui poteſtatem deſtituendi & dimittendi Paſtores Eccleſiarum ſibi arrogant, quæ ad jus Epiſcopale unicé ſpectare noſcitur. Notandum etiam, ob crimen, exceſſum vel defectum cognitum, ut diciturin theſi, Clericum deponi. Nam de occultis non judicat Eccleſia, nec ob latentia delicta jure ab Ordinibus Eccleſiaſticis quis removetur, *c 4. c. fin. extr. de temp. ordin. & ibi Panorm. c. fin. 32. q 5.* *l)* *d. c. tuarum, extr. de privil. & exceſſ.* ſi nimirum fuerint reconciliati, *d. c. tuarum.* *m)* *d c. quarenti, extr. de V. S.* Quia verò & hæc cenſura Eccleſiaſtica duplex eſt, alia Canonis, alia judicis, quæ diſtributio in ſingulis ſpeciebus, putá Excommunicatione, Interdicto, Suſpenſione, &c. Locum habet, *Caniſ. d. lib. 3. c. 22. §. inſertur, §. ſuſpenſio, §. Interdictum, breviter ac nervosé ibidem ſingula explicans:* nos potiſſimúm de alterâ ſpecie, hoc eſt, quę fit ab Epiſcopo & judice Eccleſiaſtico, tractare hoc loco ſciendum eſt, *n)* Major Excommunicatio eſt Chriſtiani hominis á toto corpore Eccleſiæ & communione fidelium abſciſſio & ſubmotio, *c. omnis Chriſtianus. cum c. ſeq. 11. q. 3. c pen. extr. de ſent. excommun.* quæ & idcirco κατ' ἐξοχὴν Anathema. h. e. æternæ mortis damnatio dicitur, *c nemo Epiſcoporum, 11. q. 3.* quâ homo traditur Satanæ, *1. Cor. 5. v. 5. 1. Tim. 1. v. fin. c. audi, d. q. 3.* Et quia omnîũ pœnarum eſt atrociſſima, ideó etiam exactiſſimã cognitionem requirit, titulisq; peculiaribus ſententiæ forma & Executio in jure Canonico tot locis expreſſa eſt, *t. t. extr. in c. Clem. & Extravag. de ſent. excomm junct. c. debent, 11. q. 3.* Minor verò Excommunicatio ſeparat dũtaxat á cultu publico Miniſterii & perceptione Sacramentorum, ſalvô hominum commerciô, *c. pen. extr. de ſent. excomm. Ioach. Steph. d. lib. 3. Inſt. Iur. Canon. c. fin. n. 12.* *o)* Sicut Excommunicatio in perſonas, ita Interdictus in res & loca præcipué dirigitur, licét perſonas quoq; tangat per conſequentiam. Hinc ſi tota aliqua Civitas ſive alia Univerſitas interdicta eſt, Generale, ſi pars aliqua Univerſitatis, veluti Clerus aut Populus aut Senatus ſeparatim Interdicto feriatur, Speciale dicitur, *ut luculenter explicatur in c. ſi ſententia, 16. de ſent. excomm. in 6. c. ſi Civitas, 17. eod* Eſtq; Interdictum nihil aliud quám Cenſura Eccleſiaſtica, quâ Univerſitati aut certæ parti facultas & jus exercendæ religionis adimitur, Clericisq; interdicitur, ne divina officia ibi celebrent aut Sacramenta adminiſtrent aut ſepulturâ Eccleſiaſticâ mortuos dignentur, *d. c. ſi ſententia, cum ſeqq. c. is cui, de ſent. excomm. in 6.* Idq; ob culpam ejus, qui loci Dominus eſt aut in eo juriſdictionẽ habet, evibrari poſſe Pontifices cenſuerunt, *c non eſt, 11. extr. de ſponſal. d. c. ſi ſententia, 16. de ſent. excomm. in 6.* *p)* Neq; enim temeré aut importunô vel perverſô zelô mucro iſte Epiſcopalis ſtringendus eſt, quâ de re ſunt pulcherrimi textus, *l. Epiſcopus, 30 Cod. de Epiſc. & Cleric. Novell. 123. c. 11. c. Epiſcopi, c. irritam, c. nemo Epiſcoporum, c. nullus ſacerdotum, c. temerarium, c. etſi c. ira, c. unicuiq;, c. illud plané, c. injuſtum, 11. q 3.* Ac remedia adverſus injuſtã ſententiam excommunicationis oſtenduntur *in c ſi Epiſcopus, 4. c. ſeq d c. Epiſcopi, c. Epiſcopus, c. presbyteri, d. q. 3.* Et ſanè memorabile eſt ad omnem poſteritatem maſculum illud ſpecimen, quo Venetos conſiliis & auſpiciis Incomparabilis Principis LEONARDI DONATI feliciſſ. mem. abhinc

hinc septennio gloriosé restitisse vidimus injusto interdicto Pauli V. Papæ cum excõmunicatione conjuncto: quo vel unico facinore abundé vindicare sese illi potuerãt á criminatione Joh. Bodini *lib. 6. de Rep. n. 569.* qui eos bestiis imbellibus, Cervis, Columbis & Leporibus comparare non veretur. Errorem, qui in relatione causæ istius Venetæ ejusq; exitus obrepsit D. Tobiæ Paurmeist. *lib. 2 de jurisd. c. 3. subf.* ante biennium correxit ipse, meliús interim informatus, in Epistolâ Apologeticâ, typis excusâ, ad D. Joannem Marsilium Neap. Reip. Venetæ Theologum Primarium, á quo eâ de re antea fuerat literis cõmonitus. Judicandi verò simul hoc loco optima occasio est, paucissimis licét, de crudâ illâ opinione, quâ privati quidam Theologi ac Ministri Ecclesiarum, quantumvis jurisdictione Episcopali destituti, causâ nec satis gravi nec ritè cognitâ & plerumq; ex odio ac vindictæ cupiditate Excommunicationis & Interdicti fulmina propriâ auctoritate usurpare præsumunt, quod inceptum patrum memoriâ in Primatiis quibusdam Germaniæ Civitatibus ingentes atq; periculosas turbas dedit. Cui paradoxo opponendi sunt textus, *supr. in pr. h. lit.* allegati. Interea non diffiteri oportet id, quod ait Chrys. *in c. nemo, 11. q. 3.* Nemo contemnat Vincula Ecclesiastica (legitimé sc. & ex irrefragabili ac necessariâ causâ usurpata.) Non enim homo est sed Christus, qui hanc potestatem dedit & dominos fecit homines tanti honoris. Quamobrem etiam salubriter constitutum, ut si quis has pœnas Canonicas & Censuram Ecclesiasticam contemserit, Episcopus pro executione brachium seculare implorare possit. *c. Principes, 23. q. 5. c. 1. in fin. s. quoniam, in fin. Extr. de off. ordin. c. statuimus, vers. per temporalem. Extr. de maledicis, c. 2. in fin ext de cler. excomm. depos. c. dilecto, de sentent. excomm. in 6.* teneturque judex Secularis Ecclesiastico, uti & hic vicissim illi, atq; ita mutuam sibi invicem operam præstare in exequendis mandatis & sententiis, *Covarr. tom. 2. Var. resol. c. 10. n. 1. lib. 1. facit huc l. 2. C. de his qui latrones occult.* q) *c. transmissam, extr. de Elect.* r) *c. nuper, extr. de sent. excomm. quem textum ad hoc singularem dicunt Canonistæ, teste Cov. Tom. 1. p. 1. relect. c. alma mater, §. 12 f. 413. n. 4. Confer c. si Episcopus, c. cùm aliquis, 11. q. 3.* s) *c. si verò, c. cùm quidam, §. fin. c. verum, c. 1. ext. de jurej. Covarr. d tom. 1. p. 1. in relect. c. quamvis, de Pact. in 6. §. 3. f. 276. n. 27.* quę potestas olim solis Imperatoribus competebat, *arg. l. fin. ff. qui satisd. cog. l. adigere § fin. ff. de jure patronat. l. fin. ff. ad municip. l. 1. C. qui milit. poss.* Hodié eam quoq; ex singulari permissione Camera Imperialis habet, *part. 2. ord. t. 24. Petr. Denais. in Iur. Cam. tit. 267. num. 1. 2. 3. Mynsing. obs. 99. Gail. 1. obs. 25. & 38.* Et Electorem Saxonię eâdem gaudere patet *ex part. 2. Const. Elect. c. 36.* t) Antiquitús similiter solus Princeps Romanus vetiti gradus gratiam faciebat, *arg. l. adoptio, 38. ff. de adopt. l. si senatori, 31, l. qui in provincia, 57. §. 1. ff. de ritu nupt.* Nunc juris Episcopalis pené propria est, ita tamen, ut dispensatio ista tantùm in lineâ collaterali locum inveniat, non in ascendente vel descendente, nec quoq; in gradibus expresé jure divino vel Civili, sed tãtùm jure Canonico prohibitis, *Cc. in c. quia circa, ext. de Consang. & Aff. arg. c. sunt quidam, 25. q. 1. c literas, vers. rescripto, & ibi gl. in verb. dispensare, ext. de restit. spol. Beust. de matrim. c. 56* nec fiat sine gravi & sufficienti causâ, secus dissipatio potiús foret quám dispensatio, *Camill. Gall. de V. S. lib. 10. c. 33. n. 47.* Non obstante, quód inter magnos Principes & ob publicam causam etiam in secundo gradu dispensari posse concluśum fuerit *in Concil. Trident sess. 24. can 5. de reform. matr.* fortasse ex fundamento axiomatis Papalis, quód, legitur *in c. proposuit, vers. licet, ibi: qui secũdùm plenitudinem, &c. extr. de concess. præb.*

u) *arg.*

u) *arg. c. ad audientiam, c. continebatur, ext. de homicid. c. 2. ext. de Cler. pugn. in duello, & c. Cov. d. t. 1. p. 2. in relect. Clem. furiosus, de homic. §. 3. n. 67. f. 593.* *x*) *Auth. habita, C. ne fil. pro patr.* Ex quâ Constitutione Episcopus cum Domino vel Magistro (Rectore) Scholarium concurrentem jurisdictionem habet, ac optioni & præventioni locus est, quamvis ob juramenta, quæ hodié Rectoribus Universitatum á Studiosis præstari consueverunt, passus iste jurisdictionis Episcopalis non multúm frequentetur, *quod innuit Sichard. in d. Auth. habita, n. 17. circa fin.*

19. Tandem ad Caput Bonæ Spei, quod est Quartum & Ultimum, pervenimus, in quo STATUS & DIGNITATIS *a* EPISCOPALIS culmina se ostentant. Hæc ora sic circumlegi poterit, ut & Titulos istius dignitatis illustriores; *b* & quæ sub eorum tegumento latent, Privilegia, Immunitates & Securitates *c* Episcopales; túm Prærogativam Gradus, *d* quâ invicem Episcopi sibi præstant; nec non Præcedentiam, *e* quâ Statibus Laicis antecellunt; ac præterea dignissimas illas functiones, quibus Episcopi in Imperio & Regnis Orbis Christiani coronando, unguendo & consecrando Impp. Reges, &c. potiuntur; *f* pauló fusiús cõsideremus & explicemus; Et quoniam in Imperio Romano-Germanico Episcopi jam inde multis á seculis in partẽ solicitudinis Imperialis *g* adsumti atque inter Principes Imperii adscripti sunt, *h* cunctisque Juribus Regalibus & Territorialibus *i* instar cæterorum Principum Imperii Secularium investiti ac decorati; *k* unde splendor Status & Dignitatis eorum latissimé diffunditur, *l* proinde hisce etiam Juribus repetitæ prælectionis operam impendere, precium haud vulgare futurum est. Cumq; insuper Bona Mensalia, Bischoffliche Tisch- vnd Taffelgütere/ *m* plurimum momenti ad conservationem Status & Dignitatis Episcopalis conferant, in eorum deniq; jure extremum hoc Caput ad placidam quietem componemus.

a) De dignitate Episcopali scripsit peculiarem tractatum *Troilus Malvitius*, & accumulat quædã *D. Maria lib. 2 de juriid. c. 34. n. ult. & Fulv. Pacianus lib. 2. c. 28. & Matth. Steph. d. lib. 3. de juriid c. 14. n. 1. cum multis seqq.* Breviter: Episcopatus non est simpliciter Dignitas, sed Dignitatis Honorumque Culmen, Apex, Fastigium, *c. Venerabilis, ext. de prabend. c. si per ordinationem, dist. 63. c. ordinatos, dist. 59.* Unde constitutio loquens de Ecclesiastica dignitate non comprehendit Episcopalem: Nam quia hæc est in culmine honorum & dignitas dignitatum, non debet é gradu positivo comprehendi *b*) *de quib. vid. D. Mart Fulv. Pac. & Matth. Steph ad ll. texc. in c. f. de sent. & rejud. in 6. gl. lur. Sax. ad art. 3 lib. 1.* Landrecht *lit. c. 1 as. in l. quicunq; n. 2. C. de procur.* *c*) Habent n. Episcopi Privilegia Illustritatis, quæ dignitas omnibus aliis, ut Spectabilitati, Clarissimatui, &c. de jure Civili veteri antecellit, *Novell. 23. c. fin. Chass. in catal. Glor. Mund p. 7. consid 3.* Et privilegia hujusmodi observare licet, *ex text. c. fin. 5. q. 2. junct. l. quoties. 17. §. fin. C. de dignitatib. lib. 12. Auth. Episcopalis, l. ad similitudinem, 21. C. de Episc. & Cler. l. nullus qui nexu. 60. C. de Decur. lib. 10. d. c. f. de sent.*

& re jud. in 6. junct. l. 2. C. de sent. ex peric. recit. Immunitatum & libertatum quarundã vestigia apparent *in Nov. 81. c. f. junct. §. filium f. Inst quib. mod. patr. pot. solvitur. Auth. sed Episcopalis, C. de Episc. & cler. & in l. generaliter, 52. C. eod. & in Auth sed Iudex & Auth. sed hodié nulla, vers. Episcopus, C. eod.* Securitatũ quoq;, *in Auth. nullus Episcop. C. eod. & in Clem. si quis suadente Diabolo de pœnis.* Quó spectat decisio *Franc. q. 905. n. 3. p. 1.* Injuriam Episcopo & Abbati factã atrocem æstimari, *D. Ioh. Georg. Bechtius in disp. de securitat. & salvo conductu, &c. c. 5. class. 3. th. 221. junct. th. 164. & 165.* Et plura in Tractatu nostro σὺν Θεῷ cumulabimus. *d)* quæ *suprà th. 13.* delineata & hîc uberiorem messem expectat, é cujus spicis, numero pluribus unam, quoq; collegit Põtifex *in c. 1. extr. de Majorit. & obed. e) arg. l. 1. §. hujus studii, vers. publicum, ibi: in Sacerdotibus, in Magistratibus, &c. Nov. 6. pr. ibi: Sacerdotium & Imperium &c. junctã doctrinâ Everhard. in Topic. loc. ab ordine, n. 7. 8. 13. 14. facit (dextro & sano intellectu) c. duo sunt, pr. dist. 96. & c. duo sunt, 12. q. 1. & c. solita. extr. de Majorit. & obed.* Et comprobat hanc præcedentiam stylus vulgaris, quo semper Status Clericalis præponitur Laicali: **Geystlicher vnd Weltlicher Standt**/ quod specialiùs declaratur Jure Sax. *lib. 1.* **Landrecht** *art. 3.* ubi Episcopi dicuntur habere secundum Hereschildum, **Die Bischoffe/ &c. haben den andern Heerschild. Vñ ist dieser Heerschildt nichts anders/ dann jhr Geystlicher Fürstenstandt vnnd Recht/ daß sie von jhren Fürstenthumben haben/** sic explicante Summario *art. 26. n. 2. d. lib. 1.* Cui plenioris intellectus gratiâ adde verba glossæ *ad d. art. 3. d. lib. 1. lit. b.* ubi ait: **Bey den Heerschilden vernimb alle Stände der Obrigkeit/ von dem Adel aller Stände Obrist vnd Nidrist/ also ist der König der Obriste vnd der Eltiste/ die Bischoffe sind nach jhme vñ weniger dann der König/ die Leyenfürsten nach den Bischoffen/ die Freyherren nach den Fürsten/ &c. Vnd ist also aller Adel in 7. Schilden vnterschiedẽ/ deren jeglicher einer höher ist/ dañ der ander/ &c.** Concordat **Schwabenspiegel** *lib. 2.* **Lehenrecht** *c. 1.* **von den Heerschilden/ &c.** *f)* quam dignitatem supremo ordini Sacerdotali & Prophetico, cui nunc Episcopalis æquipollet, quasi ipsius Dei manu antiquitùs traditam usuq; ita receptam probat *text. 1. Reg. 8. v. fin. & c. 9. v. 16. & c. 10. v. 1. & c. 16. vers. 12. 13. & 3. Reg. 1. vers. 45. & 4. Reg. 11. vers. 12. cum multis similib.* Hinc etiamnũ Jus istud veluti de Reservatis Status & dignitatis Episcopalis in toto orbe Christiano custodiri deprehẽdimus. Sic Regem Rom. primus coronat & inungit Archiepiscopus Colonienſis, *Aur. Bull. Car. IV. c. 4. §. primò quidè, &c.* Hispanum Toletanus, Gallum Rhemensis, Anglum Cantuarienſis, Hungarũ Strigonienſis, Polonum Gnesnenſis, Bohemum Pragensis, Suecum Uplalienſis (quem ex malâ conformatione Lipsolensem & Regem ipsum Suevũ nominat *Goldast. in repl. pro Imp. c. 36.*) Danum Lundensis, Scotum Sanct-Andreanus, &c. *g)* non Imperii consortiũ, *ut considerate loquitur D. Arnold.* **Engelbrecht** *d. disp. Helmst. de jurisd. th. 20. h)* cujus rei initium factũ sub Ludovico Pio Imp. *teste Helmboldo lib. 1. c. 4.* & rationem adsignat *Pet. Heig. p. 1. q. 4. i)* quæ per tractavit hactenus sine pari D. Andr Knich. *de Iure Territorii,* cui conjungendi Commentatores de Regalibus, *Obr. Sixt. Pruckm. Becer. &c.* Et magna pol hîc patescit planities per Episcoporum Regalia discurrendi; quem cursum tamen hac vice inchoare non licet, quia nec absolvere. *k)* Hinc duplex ordo natus Principum Imperii, qui sunt aut Ecclesiastici aut Seculares. Vereor igitur, ne parùm commodé judicent, qui Episcopos Imperii non habere Regalia ut Ecclesiasticos sed ut Principes Seculares communiter opinantur. Quibus contradicit

dicit modó memorata distributio, & textus Jur. Sax. *supr. lit. c.* allegati, & adhuc clariús *Glossa margin. ad d. art. 26. lib. 1.* **Landr.** his verbis: **Der Heerschild ist ô Gûrtel/ die *Dignitet, Prælatura* oder ô Standt jhrer Person / jhres Rechten vnd Gutes in der Kirchen/ daß sie** (NB.) **vom Römischen Reich vnter dem namen der Regalien empfahen** (NB **zu Geystlichem Fürstenthumb des Reichs.** Super quib. Regalib. *v. de Dd. in c. 1. de hu qui feud. dar. poss. & Lehnrecht c.* 54. *l)* Nec n. ullibi Episcopi majorib. feudis & amplioribus vigent Justiciis, *ut ait Walter. Ep. Naumb. d. tr. de Investit. Episc.* Et exemplis aliquando res prolixiús illustrabitur. *m)* de quib. passim Canonistæ & Feudistæ, quorum Catalogus & Doctrina suo tempore legitimé deducetur. Ac pertinet quidem, (ut hoc obiter inferam) ad Bona Mensalia Archiepiscopi Magdeburgensis maximo cum emolumento certa Pars Salinarum Halensium in Saxoniâ, sed de iis magis juverit tacere, quám non sufficienter dicere.

20. His Quatuor itaq; hactenus delineatis Capitibus JURA EPISCOPALIA præcipué continentur: quibus plerisq; (nam pauca quædam, quæ minús congruunt, hîc vel illîc excipi oportet) etiam Postulativel Electi Administratores & Coadjutores Episcopatuum (quia locum & vices Episcoporũ sustinent) & Capitulum Sede Vacante *a* nec nõ Abbates & Prælati exempti *b* fruuntur: Imó & Status seculares Romani Imperii, qui Augustanę Confessioni addicti sunt, ex Constitutione Pacis Religionis vel Autonomiæ Trãsactione Cadamicâ an. 1534. cœptâ, Passavii 1552. repetitâ, Augustæ 1555. obfirmatâ, Ratisbonæ 1557. continuatâ & denuó Augustæ 1559. & 1566. sanctè innovatâ & stabilitâ *c* JURA hæc sibi-ipsis non iniqué defendunt. Quos tamen articulos fortiús ac pro merito discutere præsens Instituti nostri ratio non sinit.

a) Quâ de re vid. *Tract. Ioh. Francisci de Pavin. de off. & potest. Capit. sed Vac. & Ioan. Azorium d. tom. 2. Instit. moral. c.* 37. *& duob. seqq.* *b)* Nam & Abbates ac Prælati exempti vices Episcoporum gerunt, *arg. c. si qua* 12. *q.* 2. *gl. in Clem.* 2. *verb. proprii, in fin. de reb. Eccles. non alien.* Vulgó vocamus, **Gefürstete vnnd Gefreyete Aepte vnd Prælaten** / quales aliquot in Germaniâ, uti ex subscriptione Recessum Imperii & aliunde videre est. *c)* prout initia & progressum istius Pacificationis non inscité recapitulat *D. Andr. Knich in Encyclopad. c.* 13. *pr.*

21. Jam enim naviculâ nostrâ in portum subductâ anchoram figimus: non eâ sanè intentione, quâ Glossator ille, qui in Clem. Romani, V. Cæterúm, &c. de jurejurando: Domini mei, ait, aperui vobis portam istius capituli, ideó vos supplico, ut residuum videatis per vos: Sed quoniam induciis nobis opus est, ut quod in præsenti per Argumenti ipsius singularitatem & amplitudinem, Auctorumque, quos maximé optabamus, denegatum subsidium, haud licuit (nam cæteras difficultates & impedimenta Harpocratis digito civiliter nunc cõpescimus) aliunde id suo tempore & loco, si Deus faverit, largiús exactiusq; consequamur. Inte-

rim haud dubié præstiterit, vel minimum egisse cauté quám nimium susce pisse periculosé. LECTOR, quisquis æqui boniq; intús radicem a-lis, Præludia hæc quæso serenâ fronte acceptato, legito, judicato: dubiis, obscuris, peregrinis, si qua ita tibi appareant, meditationem, Omissis (quorũ necessitas plura fecit quám velim) Erratis vel minús concinné positis Veniam & monitionem amicam adhibeto. In fidibus, si quid discrepet, bonus Cytharædus non abrumpit per iracundiam, sed paulatim pertentando reducit ad concentum. Cur hîc, amabo te, pigeat imitari? Me profectó, cum D. Augustino nunquam pigebit, si cubi hæsito, quærere, nec pudebit, si cubi erro, discere.

IX.

DE JURE PRINCIPATUS,

D. JOHANN. NORDERMANNI.

CONCLUSIO I.

ARs imperandi populo, & rectè formare Rempub. res non minus est difficilis, quam sublimis, & scientiarum scientia.

Phil. Iud. de errat. princ. Fulvius Pacianus, della arte digouernare cap. 1. num. 1. Figliucci de la politica, cap. 1. Omnium enim somnos principis vigilantia, omnium otiũ illius labor, omnium delicias illius industria, omnium denique vacationes ipsius sola defendit occupatio, *Sen.* Satius igitur est regnare, quám imperanti obedire; quia principis disciplina subditorum efficit obediẽtiam, & qui rectè ducit, rectè ut sequatur efficit. Nam ut equestris artis effectus est equum reddere mansuetum & obsequentem, sic principis disciplina obedientes, *Dominicus Cyllen. lib. 9. cap. 14. de discip. milit.*

2. Politiarum origo est antiquissima: *a* De primo autem rege controversia, ex sacris paginis, non vero gentiliũ nugis est de finienda. *b*

a) Joseph. *antiq lib.* 1. affirmat Cainum primo rempub. formasse quod etiam *c* 4. *v.* 17. *Gen.* innuere videtur. *b*) Argivi Phonoreum Inachi filium, qui tempore Belochi Assyriorum regis, vixit, *Aug. lib.* 8. *de Civ. Dei, c.* 13. Græci Cordolaomorem, *Guevara Epist.* 1. Sed S. Scriptura primo dicit Nimbrodum, *Gen.* 10. 9. qui dictus fuit Saturnus & ejus milites gigantes, *Berof. lib.* 5. Belus autem Chaldaicæ gentis princeps, qui patri Nimbrodo regnum Babyloniæ abstulit, Jupiter. Inde fabula de bello Jovis contra patrem Saturnum & Tytanes. Ab extructione veró turris Babylonicæ, & linguarum confusione Theomachia gigantum, qui á Jove fulminibus confecti dicuntur. Chami præterea impietas scelerata in Noam patrem, figmenti de Saturni in cœlum patrem facinore, cui falce virilia præsecuisse fertur, occasionem

casionem præbuisse videtur. Honores denique Mercurio habiti de Abrahamo intelligunt, ob communicatas Ægyptiis doctrinas Astronomicas & Medicas, *ut doctissimus Reinerus Reineccius de regni Ægyptiaci origine erudité demonstrat, Lactant. lib. 1. c. 11. & seq. ubi multum agit de Deorum nugis & origine.*

3. Imperium politicum definio summam ac legitimam Reipub. potestatem in res ac personas sibi subjectas; *a* vel ordinem in jubendo & parendo legitimum ad civilium rerum humanarum societatem á Deo imperatum. *b*

a) Paurmeist. de juriud. Rom. Imp. l. 1. c. 1. Reipub. vocabulum, hic generaliter accipio; ita ut omnis regiminis species comprehendat: quamvis alias regno & Aristocratiæ opponatur. Legitimam autem dico potestatem, quæ subditorum respicit utilitatem. Nulla enim in homine est absoluta potestas, *l filius, de cond. instit. lib. nepos de verb. signif. Gravet. de antiq. tẽ p. 1 s. 1. n. 3. Vasq contro v. lib. 1. c. 15. n. 17. Topius de potest. pr. sec. c. 5. n. 18. Agapet. de off. regis, axiom. 5.* Hinc Claud. ad Imp. Hodor.

Tu civem patremq; geras, tu consule cunctis:
Non tibi nec tua te moveant, sed publica vota.

b) Franciscus Iun. l. 3. c. 4. de natur. admin. Eccl. Dei, Lipsi. 2 polit. c. 1.

4. Politicum hominem dico, qui in humana societate ad Dei gloriam & mutua commoda cuncta dirigit.

Inter Politicos non refero nostri temporis cothurnos, qui omnium religioni sese accommodant. Nosse enim summum illud numen oportet politicum, cognitum verò pié & puré venerari. *Lipsi 2. Polit.* Multo minus inter Christianos. Abhorret enim Deus detestandam hypocrisin, *Marc. 8 38 Syr. c. 1. 1. Cor. 10. 20. cum seq.* & requirit ab homine cultum sincerum & obsequium non simulatum, *Matth. 4. 10. & 15. 8. Esa. 29. 13. 2 Reg. 5. 18.* Non excusavit Moyses Aaronen, sed acriter reprehẽdit, quamvis metu coactus conflasse vitulum responderet; *Exod. 32. 22.* Nam periculum & ea vis non est natura, ut divinas leges, quæ æternæ justicię, & voluntatis Dei immotæ, certissima sunt Regula, evertere possint, *Mart. class. 2. c. 4 sect. 37.* Adulteram imitantur hi Politici, quæ corpus cum affectu conjugali partitur inter maritum & mœchum, quorum huic cum pudore corpus prostituit: Marito verò, cui in totum est obligata, aliqualem cordis affectionem retinet: Sic illi existimant satis esse, si Deum, qui totum hominem requirit, interno cultu prosequantur: externis verò gestibus cum Babylonica scortentur meretrice. Quid hoc aliud est, quam inter Deum & Diabolum cultum æquâ portione dividere, ac Deo animam, corpus autem & externum cultum Diabolo mancipare?

5. Summa illa potestas consistit vel in jurisdictione, *a* vel imperio, *b* vel munerum indictione, *c* Quæ si in uno fuerit, Principatus: *d* si in pancis, & quidem nobilioribus, Aristocratia: *e* si verò penes honoratiores, Timocratia dicitur. *f*

a) Hæc tria sunt Imperii fundamenta præcipua, *Thesaur polit. c. 1.* Consistit autem jurisdictio in constitutione legis generalis, & ad solum Imperatorem pertinet, *l. 1. de constit. pr. l. 2 §. sed quia, 18. C. de vet. jur. enucl. l. 1. l. ult. C. de leg. l. 3. C. de crim. fals. Nov. 105. cap. 2. in fin.* Falsum est autem quod Bodinus inquit: In proceribus

esse potestatem ferendi leges; indicendi bella, & exigere tributa. Nam quamvis ordinum consilio & auxilio agat Imperator, attamen non eorum auctoritate, idq; ad imitationem aliorum Imp. & Regnum *l. humanũ, C. dell. l. 1. ff. eod.* Sic in Gallia edicta regia nullum habent vigorem nisi curiarum confessione comprobata fuerint, *uti ipse testatur. l. 1. c. 8. Lupũ de Mag. Franc. in loco de statib.* Sic in Anglia, Hisp. & aliis regnis, leges extra comitia & ordinum consensum promulgatæ, quæ ad Remp. pertinent, nihil valent, *Polyd. Verg.* Neq; vera Principis libertas consistit in hoc, ut faciat quid velit, sed quod justo possit, *Fluiv. Pac. d. l. c. 4.* b) Imperium consistit in orbis Romani dominatu, belli gestione, & legis executione. Nec quisquam in Imperio absq; Majestatis læsione, sine permissu Imperatoris illa exercere potest, *l. 3. §. Eadem ad L. Iul. Majest. l. neminem, C. de re milit. Boc. c. 2. num 42.* nisi sub forma præscripta in constit Imperii *sub An. 1555. & seq. Nobiliss. Warmund. ab Erenb, c. 2. nu. 52. & 37. de fœderib.* Non est autem impotentiæ (*ut ult. Bodio*) sed singularis prudentiæ signũ tractare de belli negotiis in comitiis, & communicare cum proceribus, quæ salutem Reip. subditorum vitam concernant ac fortunam, *Com. l* 10. Idem facit Romulus *Liv.* Idem Reges Galliæ ex veterum instituto, *Lup. d. loco. Comin l. 1. c. 8.* c) Personalium sc. & Realium. Quod a. pro libidine non exigit tributa, & exacta in usum suum convertat, signum est legitimi Principis, qui instar boni patrisfamilias cum subditis suis agit, qualem etiam describit Aristoteles *l. 5. c. 1.* Idem testatur de Galliæ Regib. Bellefor. *l 5. c. 151.* & præsertim de Henr. 3. in Blesensi conventu, *ut refert Bellievre, c. 14. & 16.* Et omnium Principum neminem esse, qui jus habeat vel teruncium unum exigendi à suis, præter annum censum constitutum, nisi populus assentiatur, *fatetur Comin. l. 1.* Imó donationes superfluæ omnes & regio patrimonio damnosæ Ludov. x 1. sunt rescissæ & fisco applicatæ: Ac multi pecuniam, quam acceperant & consumserant, fuerant coacti restituere, *Bellefor. cap. 150. Æmilius l. 9. de Carolo 6.* In Historiis Anglicanis sæpé reperitur, quod Regi etiam vehementissimé flagranti subsidia denegarint ordines, *Hollins in histo. Angli. fol. 719.* Sic Hispani, qui Regi suo ultra modum sunt morigeri, nihil pendunt præter subsidia antiquis temporib. præscripta, *Thevet. Cosmogr. l. 13 c. 4.* d) Principem hic intelligo orbis Romani Dominum nullius imperio subjectum, *c. Princeps. c. 23. q. 5. l. 1. v cunctos, C. de Sum. Trin.* Non autem præcipuum in Aristocratia, aut Ducem Venetum absq; ulla potestate; aut Regem Ranarum, cui populus pro libidine insultet, qualem calumniosé Romano Imperio obtrudit Bodin. *d. l. 1. c 8. & passim de Rep.* Distinguit inter Regem, Imperatorem, & Principem, quám distinctionem ipsum docuit adversa fortuna Francisci Primi, quę hominem commovit Romanis Imperatorib. status controversiam movere, ut eo liberius in invictissimum Carolum V. Imp. lasciviendi facultatem haberet, atq; ejus majestatem, quám omnes Christiani Principes comiter observarunt & reveriti sunt suis calumniarum nubeculis obscuraret. Ubiq; hic catulus generosissimum allatravit leonem, ejus barbam malitiosé vellicando, cujus vivi adspectum sustinere vix potuisset. Negat Imp. regiam majestatem habuisse, & Reges appellatos. Sed falso. Patet enim contrarium ex Julio Capitolino *in vita Ant. Philos.* qui interrogatus, quare tristis in adoptionem Regiam transiret. *Sic. Aff. Alex. l. 2. de bello Civ. Dion. l. 53. Nazian. in orat. 1. in Iulian. Imp.* Reges appellant. *Idem Ammir. l. 1. disc. 5 fol. 14. Cavrianal. 1. fol 65.* Idem probatur *per l. 9. & expressius in l. ult. C. de ll. & quoq; exc. 18. v. 16. Ioh.* ubi Judęi Pilato respondebant: se non habere

alium

alium Regem, quám Cæsarem. Quid pluribus opus? Annon ille Regiam superat dignitatem, qui aliis illam confert? Sed de hoc suo loco. *e*) Aristocratia est Senatus ex optimis & nobilioribus civibus collectus, qui non impediti artibus mæchanicis Reip. curis sunt intenti, *Pierre Centareno in compend. univers.* Saxonia nostra ante tempora Caroli M. Aristocraticé fuit administrata, & singulis provinciis sui dynastę præfecti. *Albin. in Gen. Sax.* quorum uni præsertim ingruenti bello tota rei summa fuit commendata, qui Imperatoriâ dignitate corruscans, bellum ad finem usq; perduxit, *Rein. Reinec.* *f*) Timocratia est, ubi ex populo honoratiores qui scilicet opibus & censu excellunt, Republicę præsunt, *Arist. 3. polit. c. 7. & 4. c. 2.*

6. Magna est Politicorum controversia, quænam ex his tribus formis sit præcipua? *a* Monarchiam *b* Aristocratiæ *c* & Timocratiæ *d* præfero.

a) In omnibus Politiarum formis aliquid est præcipui, quamvis nulla sit perfecta, *Hilicarn. de reb. gest. Rom.* In Regio statu est virtus; In optimatum divitiæ; In Timocratia libertas, *Ciccarelli sopra Liv. discors.* 1. Miscentur sæpe numero & pro ratione intenduntur & remittuntur, semper tamen præponderat aliqua ejus pars, á qua ei jure nomen, *Lipsi. l. 2. c. 1.* Et ejusmodi imperium conjunctione sui ordinata temperatum, durabile est & optimé fundatum, *Gers. in tract. de potest, Eccles. consid. 8. Molin. cont. abus. papar.* ubi inquit, quod in occid. imperio, & regno Franciæ monarchica sit politia, sub temperatura statuum imperii & regni. Idem Ludovicus Pius Imperator coram imperii & regni statib. professus, *ut patet ex constitut. quæ extat ad Parlamenti stylum. p. 3. tit. 50. Anségis. l. 2. c. 3. Hot. in Franco Gall. c. 6. 7. 14. & seq.* *b*) *Esdræ l. 1 c. 3. & 4. Plut. de trib. Reip. gen. & omnes feré antiquiores scriptores ac Philosophi. Lipsi. l. 2. c. 1. Molin. d. loc. Ciccurell disc.* 10. Est enim vetustissimus & convenit naturæ, *cap. in apibus*, 7. *q.* 1. Sic universum regitur ab uno principio Deo; unum corpus ab uno animo; varii corporis sensus ab una mente: Multiplices animi affectiones una moderatur ratio. Deniq; magis est secura? Quia Romani semper per unum conservarunt Remp. In reliquis speciebus crebræ fuerunt turbę, & mirũ quod dissidiorum fluctibus Roma non fuerit absorpta, cum tamen sub regno, quamvis variæ inter se coaluerint nationes, nullę prorsus extiterint emotiones, *Cicarell. disc.* 1. *c*) *Mart. in locis, th. 1. c. 18. Exod. Caluin. lib. 4. c. 20. sect. 8. Paulo Paruta lib. 3 della vita polit.* & plurimi præstantissimi viri præferunt Aristocratiam, & inter alios *Casp. Conturendus de Repub. & Magist. Venet. lib. 1. ubi inquit*: Ovium gregem non regit ovis, aut armenta boum non moderatur bos, sed homo, animal excellentius: Simili ratione hominem moderari debet homine quidpiam præstantius, quód brutis viribus á rationis semita avocari non possit. Sed nihil repetitur in rerum natura sublimius, quám splendoris divini radius, Meus sc. & Ratio nullis perturbationib. obnoxia, quorum beneficio leges, quibus cœtus hominem regendi officium demandari potest, inveniuntur. Verum hæc ratio ad omnes formas applicari potest, & magis locum habet in Monarchia, quám statu Optimatũ. Nam Princeps cum suis Ordinib. format bonis legib. Remp. & cum interpretatione retinet inspectionem, ne Magistratus & Consiliarii extra justitię limites exorbitare possint. Dura, fateor, res est, si degeneret in Tyrannidem Monarchia: Intolerabilior verò, si status Optimatum exorbitet, Quia si omnes libido inaudit regnandi, alter alterius impedit consilium, Opinionum varietas in pejus præcipitat deliberationem: Et potentia semel divisa nutrit

factio-

factiones atq; tumultus in civitate excitat. Exēplo nobis sunt *Roma, Florentia. Siena, Pisa, Pistorium, Perusium, & similes Italiæ civitates.* Deinde si gratiæ, odio, ambitionib., largitionib. incipit esse locus, & quilibet sibi ad honores viā patefacere studet, status redditur vænalis, & ad interitum ejus via aperitur, *Sal. de bell. Iug.* Oligarchia Aristocratiæ est contraria, ubi scil. penes paucos, & quidem potentiores omnis est potestas, qui avaritiæ dediti, nihil aliud, quam rem domesticam curant, & populi salutem negligunt. Et propterea Plato hanc avaram vocavit & ambitiosam. *d)* In Timocratia in honore sunt divitiæ, nec compensantur virtutes. Huic contrarii est Democratia quæ prorsus est ataxia. Nullus enim hic ordo, sed semper turbæ & rixæ: Major numerus, qui est, utplurimum in temerariis, inexpertis, malis, vincit minorem, idq; instar precioſissimi liquoris, qui effusus in lacum suas perdit vires. Populus eloquentiâ, spectaculis, & festis allicitur, pecuniâ corrumpitur. Et hac ratione Cæsar R. næ superavit socios. In summa, status popularis est in manu plebis, plebs in potestate juvenum arrogantium & seditiosorum, *Livius*, nec *secundum Arist.* viles & egeni nesciunt agere Principes.

7. Cōcludo igitur, Regium statum esse optumū, ad Reip. augmentū & conservationem magis apertū; ac Romam virtute hujus sceptri magis crevisse, quām reliquorum; *a* An autem prudenter fecerint Romani, quod statim sub initium mutati regiminis, omnem rei summam in unum Dictatorē contulerint, dubitatur? Prudenter illos fecisse existimo. *b*

a) Incredibiliter crevisse Romam libertate adeptâ *scribit Salustius*, sed hoc factū virtute regii sceptri arbitror, sed quo armis assuefacti, & ad virtutē compositi erant cives, Deinde Consules, primó regiâ potestate populum regebant, nec quidquam nisi nomen immutatum erat. Deniq; in extremis semper angustiis, & populi libertate in periculo constitutâ, ad regium imperium confugiebant Romani, sine quo Remp. stare posse non credebant. *b)* Existimant Politici propter extremam mortalium ambitionem & summam regnandi libidinem periculosum esse, totam rei summam uni committere, *Ammirat. lib. 5. c. 1.* Et eo quód facilē in Tyrannidem mutari possit summa potestas, idq; exemplo Syllæ & Cæsaris, qui sub prætextu hujus Magistratus Remp. everterunt. Verūm his nihil obstantibus considero, quod unico Dictaturæ remedio, ab interitu semper fuerit vindicata Reip. Libertas. Et quamvis summam habuerit Dictator potestatem, non tamen illam absque fræno & morsu, *Ciccarell. discor. 1.* Imprudentiæ igitur argui non possunt.

8. Perpetua seditionum flabra urbis Romæ creduntur Tribuni plebis, quibus tamen nihil salutarius, si in pristina integritate perstitissent, excogitari potuit.

Erant enim libertatis custodes, ac nobilium arrogantiam, libidinemq; reprimebant, qui insolenter in plebem insultare consueverant. Et propterea eorum fores perpetuó erant reclusæ, ut cuivis opem etiam de nocte imploranti, præsto essent, *Alex. lib. 1 c. 3.* Si in ista moderatione permansissent, nihil potuisset excogitari salutarius, *Ciccarell. d. loco.*

9. Imperium Romano-Germanicum Monarchiam esse contra Bodinum *a* & quidem ultimam á Prophetis prędictam, adq; finem mundi duraturam affirmo. *b*

a) Molin.

a) *Molin. in præf. consil. de Concilio Trident. non recip. Monf. de la Noue discors. 21. Cavriana sopra il Tacito fol. 11. Barclaius contra Monarch. c. 13. lib. 4. Imó ipse Bodin. c. 9. lib. 1. n. 9. ubi refert* Maximil. 2. responsum, & Franc. 1. Gall. Regis ad Ordines imperii literas, in quibus inquit: Ne sc. vasallo Francorum imperii subjiciant majestatem. *Et lib. 1. c. 8. verbis.* Et nisi Austiacæ gentis illustrissimæ Principes Imperii Germanici majestatē tuerentur jam pridem Ducibus Venetorum pares atq; haud scio inferiores facti. Non loquor de ejusmodi Monarchia, ubi Principis libidini omnia parent. Belluina sunt imperia, quæ subditorum salutem negligunt, *Arist. lib. 1. polit.* Neq; ullum regnum in Christiano Orbe est absq; temperamento & fræno, quod interdum pro ratione temporis & subditorum remittitur & intenditur, *Parad. d. lib. fol.* 469. Imó pauci sunt Reges hac tempestate, qui sub Antichristi non sint obsequio, & suas coronas ad pedes fœdissimi idoli Romani non abjecerint. *Warm. ab Erenb. de Reg. sub fol.* 27. In Gallia Regis frænum est remissius, jugum verò subditorum magis servile: In Germania major populi libertas, & potentiores subditi. Nam Imperii nostri Principes, Comites, Barones, & Nobiles, sive libertatē spectes, sive dignitatem sive familiæ splendorem & vetustatem, sive nobilitatem, quilibet in suo genere, ut plurimū aliorum regnorum Proceribus & Nobilibus præeminent & præferendi sunt. Quod sibi summæ glorię duxit Carolus V. dominium habere in personas liberas & nobiliores, non libidini, sed rationi parentes Galliæ verò regnum contra servile judicavit, ubi Rex subditis imperet, ut mancipiis & belluis: Unde Proverbium manavit: *Quele Roy de France est le Roy des bestes, á cause de la grande facilité du peuple Francoü, qui se laisse emmener par le nez comme des bestes, Parat. fol.* 456. Nec Imperii administratio statum immutat. Differt enim status & ejus gubernatio: Et circa qualitates, non verò substantiam fit immutatio, & propterea non desiit esse eadem, *Angel. in l. 76. de jud.* Neq; huic sententiæ obstat Moguntini oratio á Sleidano relata, in qua Imperium nostrum Aristocratiam appellat. Hoc namq; respectu administrationis dixit: Quia metuebant Caroli potentiam, & regiminis immutationem, & forté tale, quale in Hispanos usurpabat. Alibi appellat Carolum imperii dominum, custodem, & Ecclesię protectorem *in orat. habita in ejus ejus elect. & á Melanch. recitata.* b) *Dan. c. 7. Ioh. in Apocal. c. 13. juncto c. 17. Napeir. propos. 14. & 24. Idem vult Sleid. lib. 3. de 4. Monar. Warm. ab Erenb. d. lib. fol. 4. Vasq. contr. lib. 1. c. 1. n. 1. Idem probat ex Mant. prophetico versu:*

Imperium sine fine dedi.

Sciappal' aria in observ. polit. fol. 277. Nec refert quod sub diversis Imperatoribus ab externis hostibus, vel ipsis Imperii civib. caussam possessionis mutantibus plurimæ provinciæ, & ejus possessiones de facto sint avulsæ, quæ tamen de jure adhuc ejus membra censenda, *Br. in l. hostes de capt. & postlim. Cyn. in l. ea lege collat. fin. C. de condit. ob caus.*

10. Consequenter Imperatorem, *a* penes quem suprema est auctoritas, *b* Summum dico Monarcham, non solúm totius Christianismi, sed etiam Orbis universi præcipuum. *c*

a) Imperator in nostro proposito nomen est dignitatis, & ei soli competit, qui Romano imperio præest. Hic in jure nostro Princeps, *l. 1. C. de trin. l. benè á Zenone, C. de quadrien. præscript. l. de precatio, ad L. Rhod. Tacit. an lib. 1.* In usib. verò feudo-

rum passim Rex dicitur. Augusti cognomen ipsi additur ob majorem reverentiam, quód scilicet reverenter consecratus sancto augurio, ope Jovis augeatur, *Suet. in Vesp. Lampr. in Alex.* Est igitur *Augustus* idem quod Reverendissimus. *Bozzius de Imperio virt.* Interdum etiam appellatur Cæsar *libr. 6. §. 1. de jure fisci* á cæso Elephanto: Quod nomen olim designatis successoribus Imperatorum tribuebatur *Spart. in Ælio.* In Gallia dicitur *Delphinus*, ex eo, quód Umbertus Delphinatum Princeps Philippo Valesio eâ conditione cesserit principatum suum, ut regni proximus hæres Delphinus diceretur. *Lupan de Magistr. Fran. Polyd. li.* 11. In Anglia *Normanniæ Dux*, quâ recuperatâ á Gallis, *Walliæ Princeps* dictus. *Polyd. lib.* 11. & 16. Græcorum Imperatorum *Despota*, Hispanorum *Princeps*, & reliqui liberi *Infantes. Lupan. d. loc.* b) Auctoritatem hîc accipio pro summa potestate & Majestate, quam Imperator in Romano Imperio obtinet. Quicquid enim in privato est auctoritas, id in ipso est majestas, in qua Imperii consistit anima ac vita. c) *arg. eorum quæ suprá dixi ad lit. a. thes. praced. & l ult. C. de ll.* Idem communi Principum Imperii decreto *Anno* 1338. *tempore Benedicti* 12. est pronunciatum, Sacrum scil. Romanum Imperium esse summum & ejus Principem universi Orbis præcipuum & á nullo, nisi á Deo recognosci. Non igitur incuriâ Legati Francorum id obtinuerunt Imperatores nostri, *ut frivolé admodum Bodinus scripsit.*

11. Nec refert, quod Monarchia nostra harmonicé regatur. Hoc enim secundum omnes Politicos optimum est Imperium, ab omni perturbatione liberum, & tyrannide securum.

Laudat extremé Germanicum Imperium propter harmonicam administrationem *Parutali. fol.* 470. & 463. & *Albergati contra Bodin.* Ut enim in domestica vita paterfamilias, quatenus toti imperat familiæ, regiam sustinet auctoritatem: Quatenus vero cũ uxore de re familiari consultat & disponit, eatenus convenit cũ statu Optimatũ: Fratrumverò æqualitas in omni re & cura familiari statum repræsentat popularem. Eo ipso tamen paterfamilias, quod præscribat leges familiæ ex uxoris consilio, eamq; participem facit gubernationis, & cum filiis operetur in commune bonum, se non spoliat sua auctoritate: Sic quoq; Imperator, quamvis communicato consilio Procerum omnia agat, non tamen propterea se exuit suprema sua potestate, aut majestatem cum illis cõmunicat. Idem in fabrica corporis humani obtinet Cor enim & reliqua membra humanas absolvunt operationes, & cuilibet suum adsignatum est officium, ita tamen ut cor principatum, á quo reliqua membra originem ducunt, retineat. In anima quoq; idem observari potest, quę quamvis plurimas habeat facultates, & quoq; diversas operationes, omnium tamen aliarum potentiarum facultas rationalis regina dicitur, quę sedem in capite, ut in excelsa & fortissima arce, instar dominæ reliquis cõmendantis, obtinet. Huic proximé assistit sensitiva, quę rationali est á cõsiliis, & plurimas cũ illa eximias efficit virtutes: non tamen ab illa vult cogi, sed liberé bonũ sequi. Et in his Aristocratiare fulget. Tertia & infima facultas, quæ vegetativa indigetatur, participat quoq; quasi minuta plebs seu populus ab ista parvæ animæ reipub. curã maximé habendo & providendo hominum operationibus, ut ita tota hominis actio feliciter perficiatur. Hę similitudines optimé nostri imperii statum adumbrant. Ulterius, quod non sit status Aristocraticus, sequentes evincunt rationes. *In Aristocratia* cũ absoluta potestate pauci singulis & omnibus commendant. In Imperio autem par in parem non

habet

habet potestatē, sed Imperator in omnes, & quidē in cujusq; territorii districtu jurisdictionem exercere potest. *In Aristocratia*, nobiliores & potentiores suprema habent potestatem: In Imperio etiam minus potentes & nobiles adhibentur ad Reip. consilia & regimina, nec ullā inter se habent æqualitatem, nedum Imperator cum ipsis. *In Aristocratia* reguntur omnes sub una forma, & iisdem legibus, á quarū observatione nemo eximitur: sed Imperator non tenetur cum Principibus iisdem legibus. *In Aristocratia* quilibet est capax supremi Magistratus: sed major pars Imperii Ordinum non est capax Imperialis dignitatis, præsertim liberæ civitates, personæ Ecclesiasticæ, Barones & Nobiles. *In Aristocratia* uni non soli præstantur juramentum fidelitatis, nec ad unum ex ipsis devolvuntur beneficia, nec unus absq; reliquorū consensu de feudis potest investire, nec honores deferre, nec privilegia dare: Sed hæc omnia potest Imperator: Ergo est Monarcha, non verò Princeps in Aristocratia. In summa qui universorum consensum suæ serenitatis auctoritate firmat, ordinat, cui fidelitatē, nō solùm homagii, sed & subjectionis juratur, ad quem feuda post mortem devolvuntur, in Ordines rebelles animadvertit, in ipso est suprema Majestas. At Imperator hæc omnia potest. Ergo. ¶ Quod verò Caroli V. & reliquorum Imperatorum juramentum, quod in Inauguratione præstant Ordinibus, adeò exagitet, non video qua ratione id fiat, cum reliqua juramenta, quæ ibidem c. 8. *lib.* 1. refert, parum ab illo discrepent. Nec quoq; reperitur Princeps in Christiano orbe, cujus potestas certis capitulationibus non sit circumcisa. *Nobiliss. Warm. ab Ereub. c.* 11. *de reg subsid.* Regi Hisp. quando inauguratur hæc verba proponuntur: *Nos qui valemos tanto come vos, y podemos mas que vos, vos eligimos Reii conestas & estas cōdiiones: Entre vos ii nos un quemanda mas que vos.* Id est: *Nos qui tantū valemus, quātum vos, & possumus plus, quam vos Regem vos eligimus, cum hu conditionibus: Inter vos & nos imperat unus, qui potest plus quám vos; Summum scilicet Arragonicæ justitiæ imperium.* Hæ conditiones duriores sunt, quam quę Imperatori proponuntur, & nihilominùs Bodino est Monarcha. Nec majestatem diminuit, quod Ecclesiæ protectionem jurent, qui ejus sunt nutritores & custodes, *Esa.* 49. 23. *Idq; exemplo Davidis c.* 5. *v.* 3. 2. *Sam. &* 2. *Reg.* 11. 17. Vel quod Pontifici, quem Christi vicarium crediderunt, humiliter pedes osculati. Idem fecerunt Pipinus & Carolus M. qui primi auctores fuerunt Pontificum insolentiæ, quando Imperii bona, de facto, *ut inquit Marsil. Pat. in defens. Pacis*, in illos transtulerunt. Sic reliqui Reges Francorum sæpè strationis officium, frænum & Pōtificis stapedes tenentes, præstiterunt *Bell. in contr. 4. contr. Flac. Illyr.* Quid multis? Omnes Reges terræ scortati cum meretrice Babylonica sanctorum sanguine ebria, *Apoc. c.* 17. Malè deniq; ex eo, & perperam Procerum potestati subjicit Imperatores, quod olim Wenceslaum deposuerint. Nam si exemplis judicandum, id magis possumus dicere de Regibus Galliæ. Childericus enim, Ludovicus inutilis, Carolus Crassus & alii regno sunt moti. Quam rectè autē utrimq; id factū, id hîc non disputo, neq; meum est, judicare de Principum factis. Hoc tamen dico, summi Principis judicem esse, solum Deum, non autem subditos, *Dion. ex Xiphil. in vita Marc. Anton.* Modestius loquitur Franciscus Primus Gall. Rex *in epistola ad Principes Germaniæ scripta*: Rectè facturos ipsos (*inquit*) & ex officio, si Carolum ad pacis consilia flectant & hortentur, ut cum vicinis Regibus pacem colat, *Sleid. l.* 6. Verùm qui semel verecundiæ fines transgressus, is gnaviter impudens esse non desinit. In scænam quasi produxit nationem nostram, eamq; ludi-

brio toti exposuit Mundo, idq; ex mero livore. Neque ipsi fuit grave, aut morbus, uti honesto mendacio (*cum ipso loquor ex c.4. Met. histor.*) sed interdum etiam impudenti calumnia, ad Germanorum laudem supprimendam, & popularium dignitatem extra modum amplificandam. Sed de absentibus & mortuis parcé, ne Solonis pœnam incurrisse videar.

12. Soli autem Deo, & gladio suam auctoritatem fert acceptam Imperator, qui humanis rebus ipsum præposuit: *a* non veró beneficio, aut coronationi Romani Præsulis. *b*

a) Deus enim constituit Regna ac per illum Reges regnant & justa decernunt. *Prov.* 8.15. *Dan* 2.21. *Esa.* 25. *Deut.* 11.9. *Rom.* 13. *in pr. de concept ff. Aug. lib.* 4. *de Civ. Dei*, *Warm. ab Ereub. de reg. subsid. fol.* 40. *Hutten. in præfat. ad Leon.* 10. *Hugo in decret. ad c. cum ad verum, dist.* 69. *ubi inquit*: Cæsaream dignitatem & gladii potestatem non accepit ab Apostolis, sed á Principibus & populi electione: Quia Imperium tempore prior est summo Pontifice *D. Bern. lib.* 2. *consid. ad Eugen. Idem probat, l.* 1. *§. sed quia*, 18. *C. de veter. jur. enucleand. seu confirmat, Nov.* 28. *c.* 4. *v. nos hanc gratiam, Lud. Bavarus in constit. Imperii Anno* 1338. *Colonia promulgata, quam refert & probat Albericus de Rosato in l.* 2. *C. de quadr. præscript.* ubi mendacii arguit, ac criminis Majestatis Reos declarat hoc negantes. Sic Henricus Auceps ad filium Otthonem M. En tibi, *inquit*, Imperium non á majorib. mihi relictum, sed per memetipsum acquisitum, & á solo Deo concessum, *Witich. lib.* 2. *rer. Saxon.* Idem affirmat Archiepisc. Moguntinus *in Ottonis coronatione his verbis*: En adduco vobis Imperatorem á Deo electum. Item Otto 4. *apud Naucl.* 41. *Gen.* cum persequeretur á Nimrodo Romano, inquit: Advos, ô Proceres & regni cordatos Principes, non ad Pontificem pertinet creare Imperatorem. Sic Adriano Pontifici, (qui Imperatorem reprehendebat, quod nomen suum in literis præposuisset, & ab Episcopis homagium exegisset:) respondet Fridericus Imperator: Quidquid Papatus vester regalis habere dignoscitur, largitione Principum obtinet, & rectè ab his homagium exigimus, qui regalia nostra tenet: Noster & vester institutor ab homine Rege nihil accipiens, sed omnia bona omnibus conferens, qui pro se & Petro censum persoluit, & exemplum vobis dedit ut ita faciatis, docuit vos, dicens: Discite á me, quia mitis sum & humilis corde. Aut igitur Regalia nostra nobis dimittant, aut si hæc utilia judicaverint, quæ Dei Deo, quæ Cæsaris Cæsari persolvant, Cardinalib. vestris utiq; clausæ sunt Ecclesiæ & Civitates, quia non videmus eos prædicatores, sed prædatores: non pacis corroboratores, sed pecuniæ raptores: non Orbis reparatores, sed auri insatiabilis corrasores, &c. *Et in fine.* Non enim non possumus respondere auditis, cum superbiæ detestabilem bestiam usque ad sedem Petri reptasse videmus, *Naucl gener.* 39. Gregorius Mahujus locupletissimus sufficeret restit. Ille enim quoties de Imperatore loquitur, eum Serenissimum suum Dominum vocat, & se indignum ejus servum *lib.* 2. *ep.* 5. *& l.* 4. *ep.* 34. *b)* Verùm hic Choragus Romanus, qui se in terris Deum gerit, & ut alter Athlas, cœlum humeris sustinere creditur, in præcipuis mundi negotiis auctor fieri desiderat:

Oraclo vocis mundi moderatur habenas:
Et merito in terris dicitur esse Deus.

Eundem Fred. Imp. audiat adversus Adrianum *apud Güntherum*:

Ecclesiam

Ecclesiam regat ille suam, divinaq; jura
Temperet: Imperium nobis, fasceſq; relinquat.

Et paulò pòst *idem Günther lib. 6.*

Debita Pontifici saveat reverentia: Regnum
Legibus antiquis, & prisco more regatur,
Cujus ab æterno tantùm collatio Rege
Provenit: Ad proceres pertinet Electio.

Coronatio olim ad ostentationem, non verò ad necessitatem fiebat, *Marsil. Patavinus c. 11 & 12. in defensore Zuingeri in theatro, l. 2. vol. 28 fol. 42.* Nec á Pontifice, sed Urbi Præfecto Romæ Pontifice peragente ceremonias, ei corona fuit imposita, *Br. in l. 1. in pr. n. 3. si quis test. liber. esse. Lauden. in tr. de pr.* Et propterea ante coronationem concessa privilegia valent, *Aur. Bull. t. 2. de elect. Reg. Rom. §. Et quia speculator de reser. §. fin. Petrus de Andlo. in tr. de Concord. Catholica* Coronarum auctor Janus perhibetur, *Ath. l. 5.* Et omnium primum coronam ex hædera imposuisse Liberũ, *Plin. l. 16. c. 4. Bullenger. de spoliis bellicis, ubi plurimum differit de usu Coronarum* Rotunditas Coronæ Imperialis & Mundi figura in ejus summitate significat, quod Imperiũ sit totius Mundi regum præcipuum. Olim diademate, hoc est, fascia ex purpura confecta Regnum capita cingebantur, cui postmodum successit Corona aurea. *Alciat. de sing. cert. lib. 2. c. 32.* Papa utitur tiarâ cum triplici corona, ex eo, (ut nugatur,) quod á Constantino Asiæ, Africæ, & Europæ, Ecclesiarum caput sit constitutus: estq; extremæ potestatis insigne, quam in cœlum, terram & infernum sibi sumit, *Can. si Papa, dist. 49.* In quo Canone se non gerit Christi Vicarium, sed designatum Diaboli Ducem, cujus regnum auget & infernum replet, *ut patet ex d. Can.* ¶ Papam dictum existimant á Græco Πάππας, id est, Pater, *auctore Suida.* Et non est dubium quin ab Idolo, quod sub nomine Jovis á Bithinien sibus fuit adoratum, originem trahat ὁ Ζεὺς ὁ Πάππας, ô Jupiter Papa. Sic *Homerus* appellat Papam carnis patrem, *l. 6. Odyss. Arrian. in Bithyn. Duar. l. 1. c. 10. de benefic. Eccles.* Nomen Pontificis Varro deducit ex eo; quod ab his promum pons Sublicius factus ac sæpé restitutus, *Feneſt. de Mag. Rom. c. 8. & Pomp. Latus.*

13. Legitimæ enim accersiti Principes, á jugo Barbarorum Romanos liberarunt; quorum consensu postmodum fuerunt consecrati, & populi acclamatione confirmati.

Sic Carolus M. quarto Romam profectus, maximis bellis confectis, Imperator salutatus á Populo Romano, acclamando in ejus coronatione: *Carolo Augusto á Deo ordinato, magno & pacifico Imperatori. Eginardus Rhegino l. 2. Gauguinus lib. 4. c. Marsil. Patav. d. l. Plat. in Leone 3.* Et ita Occidentis pars Imperii sub Carolo redintegrata, ac veluti novũ corpus, colorem atque speciem resumpsit, *Sleid. l. 3. de 4. Monarch.* Sic Leo 8. Othonem cognomento Magnum legitimé vocatum coronavit, etiq; & successoribus ex Concilii decreto & Populi consensu in perpetuum eligendi Papam, sedem Apostolicam ordinandi, & Episcopos confirmandi auctoritatem concessit, *Marsil. Patav. c. 8 & 9.* Non igitur nostri Imperatores injuriis usurparunt, (*ut testatur Bodinus lib. 1. c. 9 num. 136.*) nomen Imperatoris, quod nulli alii competit, quam qui Imperio Romano potitur, á quo illud separari non potest, *Cuſp.* Multóminus Romani Præsulis coronatio ad Reges Franciæ pertinet. Quid n. quæso juris est Regi Francorum in Romana urbe? Falcem in alterius messem mitteret, si

sibi hoc præsumeret, quippe cũ ista ordinatio semper ad Imperatores Christianos, Imperii dominos, pertinuerit, *ut testatur leges passim ab illu lata: De Ecclesia, Episcopali audientia personis Eccl. & de earũ discip.* Et hæc ordinatio continuata in Impp. nisi quod abhinc aliquot seculis dolo & perfidiâ Pontificũ 5. optimis Principib. fuerit extorta. Quod primum tentavit Greg. 7. impurissimus Monachus, Hildebrandus antea dictus, cujus mores Cardinalis Benno & Sigebertus optimé describunt: Sed Paschalis 2. ab Henrico 5. id primum obtinuit *Anno* 1110. fraude & pertinaciâ Principib. clero & populo exclusis. *Mol. de abus. Pap. fol.* 161. *Machiav. l.* 1. *hist.* Innocẽtius 4. *Anno* 1219. id confirmavit. Et ne vindicarent jus suum Principes, Nicolaus 2. cõstituit, ut Cardinales de Electione tractarẽt, *Blond. & Carion.* à quo tempore indies Pontificum tyrannis augeri cœpit, & corroborari auctoritas sedes Rom. tot cõsultorib. simul juratis & devotis, operas assiduè ad eam undiquaq; augendam conferentibus, & pertinacissimé, omni alio studio omisso, defendentibus, *Mach. d. loc.*

14. Negamus contra Bodinum partem Imperii occidentis á Græcis devolutam ad Gallos; Aut Germaniam Francici Imperii (quod nunquam habuerunt) partem fuisse.

Germanus n. fuit Carolus Magnus, qui in sua gente Imperium stabilivit, in qua hucusq; Gratiâ Dei est conservatum. Est autem potiùs Imperium divisum, quã translatum. Mansit enim unum á diversis Principibus gubernatum, *Molin. in præfat. consil. de Concil. Trid. non recip. ubi aperte affirmat* ad Germanos esse devolutam Monarchiæ occidentis partem *Napeir. Scotus in Apoc. propos. 24. Annal. Burg. Micha Cocinius de translat. Imperii ad Germ.* Idem probat transactio Salisburgi inita, cum Imp. Orientis *Anno* 803. *Crantz. l.* 3. *Sax.* quę transactio nugas evertit fictæ donationis Constantini. *Paurmeist. lib.* 2. *de jurisd. Imp. c.* 1. *n.* 10. Certum est enim, Carolum M. Germanum fuisse, quód ejus testatur patria, lingua, & habitus. Natus etenim est Ingelhemii, & habitus usus Germano *Aventin. l.* 4. Germanico idiomate Grammaticam conscripsit, *Crantz. l.* 3. *c.* 8. *rer. Sax. Avent. d. l.* 4. Item Mensib. & Ventis nomina indidit Germanica, *Cuspin.* Evangelia Germanicis rithmis edidit, *Spanheim. & Tritheim.* ¶ Insigne Imperii non est Aquila biceps, ex Imperii divisione, ut vulgó autumant: sed duæ Aquilæ alis expansis dorsa juncta habentes, quæ Quintilio Varo ab Arminio Cheruscorum Principe fortissimo cæso, apud Bructeros inter Amasim & Lippiam sunt ereptæ, *Cuspin. ex Sueton.* Conflictus autem factus ad saltum Teutoburgensem (*teste Tacito*) in Comitatu Lippiensi, qui vix militare Diethmoldia, ubi aula est Generosiss. Comitis Lippiensis, Dn. mei Clementissimi, ut nomen loci indigetat, qui adhuc appellatur die Teuterhoue & villicus, der Teutmeyer. Proximus autem rivulus, die Rotebach dicitur, ex eo, quod interfectorum cruore fuerit coloratus. Inveniuntur adhuc sæpiùs á Rusticis, terram colentibus, reliquiæ armorum, certissimæ conflictus indicia.

15. Non est igitur Imperium nostrum sedis Romanæ feudum, *a* sed hęc illius portio, dolo, fraude, hypocrisi, & injustis machinationibus usurpata, *b* Imó de jure nulla competit clero potestas nedum majestas, sed saltem Religionis cura, sine ulla jurisdictione, & Imperii exercitio. *b*

a) Hujus thes. veritas dependet ex thes. 2. *Idem probat Patavinus lib.* 2. *c.* 8. *inpr. & passim Polyd. Verg l.* 4. *c.* 10. *Chryf.* 1. *Petr.* 2. *Magd. de jure Magist. Quicquid etiam de-*

cer-

ent Clement. paſtoralis de re judic. in fin. Nam ſi feudum Regale confert, erit beſtia, quæ plagam prioris beſtiæ lethaliter vulneratæ, h. e. Romani Imperii, ſanavit, *ut probat Napeir. Apocal. c.* 13. 3. cum qua Reges terræ ſcortati, & bellum agno intulerunt. Sed hoc negant omnes ejus creaturæ. Ergó feuda regalia non confert. *b*) Imperio enim, & inani excommunicationis terriculamento optimos noſtros Impp. ſemper deterruit, ac ſubditos eorum á religioſo jurisjurandi vinculo abſolutos cõtra legitimos ſuos Dominos veteratorié inſtigavit, ac faſces Imperii ad ſe traduxit, *Mol. art.* 93. *de Trid. Conc. non recip.* Et hic hamus fuit Piſcatoris Romani, quo ſubtilimagis, ac hoſtili rapacitate bona Imperii arripuit, ejus Proceres ac cives contra legitimos ſuos Dominos armavit, qui poſtmodum libertatem Reip. patriæ cum beſtia conculcarunt, Principum ſuorum inſignes victorias, legitimum ſceptrum & magnificos triumphos turpiter dehoneſtantes, ad pedes fœdiſſimi idoli abjecerunt. In ordinem redigendi fuiſſent rebelles Monachi, & more majorum ad ignominioſam canis geſtationem adigendi, ut illorum exemplo deterriti ſucceſſores Chriſtianam Remp. turbare deſtitiſſent:

Mos erat antiquis qui publica commoda pacis,
Cæſare turbaſſet bella gerente foris:
Totius Imperii rem inſpectante Senatu,
Vt canis impoſitum corpore ferret onus.

Sabin. in Cæſar. Refert Baptiſta Ignatius, quod Henr. 4. Imp. in aciem Civilis belli á Papa ſuſcitati, ſexagies & bis deſcenderit. *Idem Mol. de abuſ. Pap.* Henr. 7: veró, qui, cum abominabilis Papæ eſſet, & jura Imperii incepiſſet reſtaurare, á Bernhardino Monacho Beneventi per venenatam hoſtiam é medio eſt ſublatus. *c*) Civilibus enim negotiis impliciti, Chriſti miniſterium (cui, ſi abſque ullo avocamento dediti eſſent, vix ſufficerent) negligunt, 1. *Cor.* 6. 2. *Tim.* 2. 4. *Chryſoſt. tom.* 2 *fol.* 950. *de col. ſacerd.*

Aula decet Reges, Chriſti decet arma miniſtros:
Regnum cum Chriſto non habet Orbis idem. *Beuſt.*

16. Exturbandi prorſus ex Rep, *Canones*, 4. 9. & 19. *Tridentini Concilii*, propter enormes ſecularis nominationis, & ſummæ Principum juriſdictionis uſurpationes. *a* Nec ullo modo ob ſummam Pontificum ſuperbiam, adverſus legitimum Magiſtratum, ferendi, *Can.* 6. 17. 21. & 22. *ejuſdem Concilii.* *b*

a) Eccleſiaſticis enim permittunt cognitionem in Laicorum patrimonialibus, tâm in petitorio, quám poſſeſſorio, non obſtantibus privilegiis, poſſeſſionibus quibuſcunq; etiam temporis immemorialis, *Molin. art.* 86. *cum ſeq. de Concil. Trident. nõ recip.* *b*) In his n. Reges & Principes ſuos famulos, lictores, & executores contra legẽ Dei conſtituit, ac clericis defendit humilitatem & ſubjectionem: contra veró cõmendat Principib. ut his in omnib. principem locum & auctoritatem tribuant, contra Chriſti & Apoſtolorum præcepta, *Matth.* 23. 6. *Luc.* 20. 46. *Rom.* 13. 1. *Petr.* 2. *Molin. art.* 77. 86. 89. & 90. *d. lib.* An non hoc eſt humilitatis veſtes in ſuperbiæ ſtolã commutare? Hac confictę ſpiritualis poteſtatis audaciâ, miſerum populum á puritate, & obedientia Superiorum, avertit, ſuaſq; ſuperſtitioſas traditiones confirmavit, *Calu. lib.* 4. 11. *ſect.* 8. Vę vobis, qui diligitis primum conſeſſum in conventibus, primos accubitus in cœna, ac ſalutationes in foro, *Mar.* 12. 38. Fon-

Fondata in casta & humil povertate
Contra tuoi fundatori alzi le corna
Putta facciata; & dou' hai posto spene?
Gia non fostu nutriata in piume alzezzo
Manuda al vento, & scalza fra li stecchi:
Hor vivi si, ch' a Dio ne venga il lezzo.

Petrarcha. sent. 106. 108. *sui Triump.* Reges gentium dominantur, *Matth.* 20. 25 *Luc.* 22. 25. Neq; potest sacerdotis officium cum Magistratus coire. Ambrosii ætate Impp. magis sacerdotium optarunt, quam sacerdotes Imperium, ob sacri muneris summum decus, & reverentiam, *Homil. de Basil. trad.* A qua integritate adeó degenerarunt, ut existimarint Monachi sacerdotium non esse reverendum, nisi eo fastigii evicti, una etiam summis Monarchis essent formidabiles: Idque tantâ vafritie & obliquis artibus effecerunt, ut vix majores animadverterint. Imó etiamsi id senserint, tamen terrore & minis sub pietatis prætextu optimis Principib. per occasionem, non provincias solum, sed & regna cum summa jurisdictione extorserunt etiam invitis. Si scintillulam Apostolici spiritus habuissent, ea ex Apostoli præcepto repudiassent, 2. *Cor.* 10 4. Verúm cæcâ cupiditate rapti, & se ac posteros cum Ecclesia perdiderunt. Quid fines invadis alios, (*inquit D. Bernhard. ad Eugenium Papam, & lib.* 25. *consider.*) memineris tibi ministerium esse impositum, non dominatum datum. Discetibi sarculo opus esse, non sceptro, ut opus facias Prophetæ, *Calu. l.* 4. *c.* 11. *sect.* 11. & 14.

17. Maximé verò abominanda est Jovis Capitolini extrema insolentia & pudenda temeritas, qui honestatis pudore, & reverentiæ metu prorsus excusso, legitimis suis Principibus, unctis Domini, fœtidos pedes, venerandæ alicujus pivinæ Majestatis persuasione, exosculandos obtrudere non erubescit.

Olim Gentilium Pontifices, in eburnea sella considentes, Romæ pedes porrigebant, osculandos tépla frequentantibus. Sic Cęsar sinistrum pedem, ut sc. socculũ viderent aureum gemmis ornatum, *Sen. lib.* 2. *c.* 12. *de benef.* Sic Dioclet. (*referente Platonio Leto.*) edicto sanxit, ut omnes sine generis discrimine prostrati pedes ejus osculărentur. *Plin. lib.* 11. *Apul. l.* 2. Ab illis sanctiss. Pater hũc morem mutuavit, nõ verò á D. Petro, qui *Act.* 10. 26. ad Cornelium manu erectum dicebat Surge, & ego ipse sum homo. Neq; ab Angelo, *Ap.* 22. 9. *Tob.* 12. 16. Hunc impium cultum impuri ejus cynedi probare nituntur exc. 44. 3. Esa. ubi dicitur: *Reges vultu in terram demisso se incurabunt habentes honorem tibi: pulverem pedum suorum lingent.* Et Psal. 72. 9. & 11. *Incurvabunt se honorem ei exhibentes omnes, Reges, & gentes servient ei.* Hoc est, (*inquit quidam Monachiensis Iesuita sub nomine Macri civis Romani, proparaneſi Baronii ad Remp. Venetã, contra Crassum patricium Venetũ, f.* 34. & *seq.*) demisso vultu adstando, & famulorum, sive apparitorum more administrando, sacerdotes lactando, sive nutricando, *hoc est, Aurum, omnesq; divitias ac substantiam suam eis offerendo, ut sacerdotes in gloria gentium superbè vestiantur: Et gens ac regnum, quod nõ servierit tibi, peribit, Esa.* 6. O bone Deus, quæ Spiritus sanctus de Christo Emanuele, & ejus Ecclesia protulit, hęc Sardanapali pro suo allegant luxu & impietate: Tibi ô sacerdos. *inquit D. Hier.* vivere de altari permittitur, non autem luxuriari, *in Apoc. c.* 13. *v.* 8. *fundamentum*

tum habent hujus impietatis: Adorabunt eam omnes incolæ terræ, quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ Agni. Quam rectè Patrarcha scripsit *in dict. lib. Triumph. sonneto* 106.

Fiamma dal chiel su le tue trecce piova
Malvagia que dal fiume & dalle ghiande.
Per l' altru' impourier sei ricca & grande,
Por che di mal oprar tanto ti giova.
Nido di tradimenti, in cui si cova,
Quanto mal per lo mondo hoggi si spande,
Di vin serva, dilecti & de vivande;
In cui luxuria fa l' ultima prova.
L' avara Babilonia ha colmo l' savo
D' ira di Dio, & di vitii empii & rei
Tanto che scoppia, & ha fatti suoi Dei
Non Iove, & Palla, ma Venere & Bacco.
Ne gli adulteri suoi, ne le mal nate
Ricchezze tante? Hor Constantin non torna;
Ma tolga il mondo tristo, che l' sostone.

18. Salsé denique ridenda anilis fabula canonizatæ donationis Constant. M. *a* & explodenda in totum hierarchia in reliquos episcopos & Ecclesia Dei, *b* quam cum herili tyrannide in Principes Christianos *c* veteratorié, & nescio ex quo commentitio mandato ac divina ordinatione, ad commodũ & libidinem suam, in Christianæ Reip. & Ecclesiæ Dei irreparabile damnum usurpavit Alastor Romanus.

a) Eusebius, Socrates, Beda, Zonaras, & plurimi alii qui de reb. gest. Constan. M. scripserunt, huius prodigiosæ prodigalitatis non meminerunt. Nec quoq; Platina in vita Sylvestri Papæ. Valla de ementita Constant. donatione Cuspin. in Constant. Tholos. lib. 6. t. 9. de Repub. Æneas Sylv. stolidos vocat legistas quod in re tam inepta & stulta sudarint, Brut fulmen c. 8. Mar. Salam. de prin. lib. 5. refert Volaterranus lib. 3. Geograph. á Pipino & Carolo M. donationem esse factam, & á Ludov. confirmatam c. Ego Ludovicus. Sigon. lib. 1. & 4. de Reg. Italiæ testatur: Constantinum M. illa in Ecclesiam contulisse retento jure superioritatis. Sic falsitas deprehenditur ex subscriptione & dato, *c. Constantinus, dist. 96.* Non enim fuit Constantinus quartó Consul cum Gallicano, sed Licino. Ille enim annis quatuordecim post Constantinum cum Symmacho fuit Consul. *Napeir. in Apoc. propos 36. Quintin. Hedum in Aristocr. Christian. civit. fol. 76.* Deinde dicitur *in d. c. Constantinus*, quod ipsi concesserit quoq; in Constantinopol. Ecclesiam superioritatem, cum tamen Constantinopolis adhuc non esset in rerum naturâ. Deniq; divisio inter filios Constantini facta arguit hanc fabulam falsitatis, *Zonar. in vita Constant.* Quia imperiosissimé in Occidentis Imperio regnarunt. *Salomon. d. lib. 5.* Baptismum Constantini á Sylvestro factum *in d. c. Constantinus, relatum*, refellit *D. Hieron. in Chron. Eusebiani adiectione*, ubi refert, quod fuerit baptizatus ab Eusebio Nicodemensi Episcopo. Imó multi adhuc negant eius baptismũ, *§. solutapotestas, nu. 82. de donat. Const. apud Brut. fulm.* Angliam & Hiberniam Inno-

cent. 3. tributaria obtinuit à Johanne Rege propter dispensationem detestabilis parricidii, in Arturo fratris filio, ad quem sceptrum pertinebat, commissi, *Bod. lib. 1. c. 9. de Repub.* Ergo non ex Constantini dono, sed Judæ salario, eo tempore, quo facta donatio dicitur, in aëre vox fuit audita, *ut scribit Gigas.* Hodie in Ecclesiâ infusum est venenum. *Et testatur Malleolus*, quod eadem verba, manu incognitâ scripta, visa fuerint, in pariete Palatii Lateranensis in omnium conspectu. Quæ nobis confirmant Antichristi adventum intra annum 316. & 300. esse factum. *Napeir. in Apocal. fol.* 87. nec mirũ, quod promissio Petro & reliquis Apostolis facta primum completa fuerit in Sylvestro, *ut Cardinalis Polus q. 61. Iesuita Macer. in d. discept. contra Crassum Venetum fol.* 42. *inquiunt.* Nominis enim qualitas Sylvestri huic rei fidem facit, quippe qui grandiores pisces melius constringere poterat, quam Apostoli. *b*) Hoc est, in reliquos episcopos usurpata potestas. 1. *Pet.* 5. 1. *Calv lib.* 4. *c.* 7. *sect.* 2. Reges gentiũ dominantur, nõ Ecclesiæ ministri, *Luc.* 22. 15 *Matt.* 20. 25. 1. *Cor.* 2. 5. 2. *Cor.* 4. 5. *Franc. Iun. de natur. admin. Eccl. Dei lib.* 3. *c.* 4. *Gregorius M. hanc ambitionem Antich. pranunciam vocavit lib.* 4. *Epist.* 76. 78. 80. 83. 194. *& pæssim.* Hujus pernicios simæ rei auctor fuit Johannes Episcopus Constantinop. Ille enim affectavit primatum in d. Urbe, Quod novum facinus Pelagius 2. Romanus Episcopus improbavit, *c nulli. 99 distin.* ex eo, quod nulli liceret fratrum honorem diminuere, aut primatum in alios usurpare. *Molin. contra abus. Papar. fol.* 141. Verum hoc capitulum est corruptum, nec convenit cum veteri lectione. *Sic Cujac. obs.* 12. *Hotom. obs.* 7. *c.* 2 *existimans subreptitias esse Auth. Codicis de Sancta Trin ubi agitur de primatus concessione Romano Pontifici ab Imperatore facta.* *c*) Non est enim legibus conveniens hæc potestas, nec sponte consentientium, sed dolo, fraude, mendacio, & opinione hominum, *ut supra dictum*, calidè circumventorũ. Nihil n. est in speciem fallacius, quàm prava religio, ubi Deorum numen sceleribus prætenditur. Subit namq; animum timor, ne fraudibus humanis vindicandis, divini juris aliquid immixtum violetur, *Liv. lib.* 39. Et hac ratione Antichristi regnum est stabilitum. Concludo igitur hanc thesin verbis *Nobilissim.* Warm. *ab Erenberg c.* 1. *fol.* 39. *de reg subsid. Maneat* immota doctrina antiquissima Pontificem ab Imperatore posse judicari, puniri, deponi, si officio non fungatur; *Maneat* & hoc, nihil juris Pontifici competere in Reges & Principes; *Maneat* & hoc, Pontificem leges condere non debere. *D. Lutherus de capt. Babyloni. Calv. lib.* 3. *c.* 10. Eberhardt von Weihe *de reg. elect. succ.* Nec Imperatorẽ, nec Regem alium vel Principem, salvo Majestatis jure, summum Pontificem agnoscere posse; *Maneat* & hoc, quod Papa injustissimé possideat bona Romani Imperii, nec quicquam juris in illis obtineat, sive donationem, quæ fieri non poterat absq; consensu populi, sive Christi vicariatum, seu Petri successionem, sive longissimi temporis præscriptionem prætendat. Nec enim prædia imperialia publica, multò minus jura Majestatis ac patroni, cujus est æterna in Vasallum auctoritas, fidem ulla temporum diuturnitate præscribere potuit. Consequens igitur est, Romanos Pontifices esse subditos & vasallos, non vero Dominos Imperii, *ut eleganter Bodin. d. lib.* 1. *c.* 9 *inquit.*

19. Modi consequendi Principatũ sunt electio, successio, & legitimum bellum. *a* Electio reliquis est potior. *b* Variant autem scriptores: An ab Ottone 3. ad certos Principes? An vero ad omnes fuerit delata eligendi Imperatorem facultas? *c*

a) *Liss.*

a) *Lipſ.lib.2.c.4.ubi inquit*, quod ſucceſſionis & electionis repagulo duplici plurimum regnandi cupiditas reprimatur, *Clariſſ.Caſman.lib.4.polit.* Electio *Lipſ.d. loc.* eſt ubi ſpreto natalium jure Princeps ſuffragiis deſignatur: Succeſſio verò, cum Princeps ex Principe naſcitur, & honus eſt gentilis. Illic modus antiquior, hic receptior. Sortis uſus in deſuetudinem abiit, qui tamen in populo Dei fuit antiquiſſ. *Act.1* Et exiſtimo hunc omnibus eſſe tutiorem, præſertim ſi primum virtute prædicti eligantur, & poſtmodum cum invocatione Dei Princeps populo præficiendus ſorti committatur. Ceſſat enim omnis invidia, ambitio, & alia incommoda, *Caſman. d.loc lib.4.Ammir.lib.20 c.1.* b) *l.47 in pr.v.conveniens C.de epiſ.& cler.Fran.Topius §.4 de poteſt prin ſæcul.Marſ.Patav.lib.1.c.11.& 12. Machiav.li.1 c.2.diſc. Plat.lib.6.de ll.* Naſci enim & generari à Principibus, fortuitum eſt, nec ultra æſtimatur cooptãdi judicium integrum Et ſi eligere velis conſenſum monſtratur, *Tacit.1 hiſt.2.* Minus ſervilis eſt hic modus, *ut inquit idem auctor 3.* Principes feré indulgentiùs & mollius educantur, ac natura propendent ad vehementiores affectus, quos nemo coërcet, *Comin.in præf.4.* Quilibet in regno electivo ex Principib. ſtudet virtuti, ubi videt compenſationem. 5. Non audet electus Princeps niſi per viam rationis & juſtitiæ procedere, quod in Repub eſt præcipuum. *Cauriana in Tacit.fol.19. Ariſtoteles* appellat barbaros, qui regna ſucceſſorio jure deferunt. Sic veteres Germani Duces ſumebant ex virtute. *Tacit.de mor.Germ. Bodin c.5.li.5.* ſucceſſionem præfert propter incommoda & bella, quę pro adipiſcendo regno exoriri ſoleant, idq; exemplo probat vacãtis ſedis Pontificiæ, ubi omnia rapinis, latrociniis impleri nequit. Sed malè inſertâ ſede Pontificia, ad regna bene ordinata. Non n. ſilent leges, aut Magiſtratuum imperia metu ſeditioſorum civium conticeſcunt. Remedium in refrænandis ſceleribus præſentiſſimum eſt in Statib. Fateor equidem, quod ſæpius exorta bella propter ſuffragiorum diſcrepantiam, ſed cum Rom. Pontifex ſuam tyrannidem ſtabilitum, jure quæſivit, qui Principes noſtros contra ſe invicem armavit, ut ita in aqua turbida piſcati poſſet. Sed demus turbas exoriri ex ſuffragiorum diverſitate, exitumq; fratris quærendum. Tum enim Electi, aut pari ſunt potentia; aut alter ſuperat alterum Hoc cauſa facilé componitur diſſidium propter unius impotentiam: Illoverò committitur eventu fortunæ & juſto prælio controverſiæ dirimitur, cediq; victori principatus, & ab armis diſceditur. Quod in regno hæreditario longé aliter eſt. Transfertur enim ad poſteros cum prætenſo jure vindictæ cupiditas. Maioribus etiam incommodis & perturbationib. regnum hæreditarium eſt ſubjectum, præſertim ubi bono Principi ſuccedit malus, & malo pejor. Coguntur namq; prout natura illum protulit, accipere, nec refert prudens ſit, an ſtolidus, ſapiens ſeu fatuus, truculentus an mitis. Et in tali caſu nulla maiori clade Deus populum affligere poteſt, quám ſi ipſi Principem præficiat ſtolidum ac Imperitum, qui totus pendet ab aliorum arbitrio, neq; per ſe quidquam ipſe gerit. Unde poſtea factiones oriuntur, populus dividitur & regni proceres, ex quibus poſtmodũ bellum naſcitur ex bello penuria, quã deinde morbi excipiunt & varii generis ærumnæ. *Comin.l.3.* Quid ſi frater aut agnatus regnũ affectantes regi inſidientur, vel eius mortẽ promoveant veneno, aut aliis mediis inſidioſis? Sic Rex Caſtiliæ ſex fratres crudeli peremit parricidio. In Anglia, *teſte Cominæo*, intra annos 36. octoginta Regiæ ſtirpis Principes mutuis cladibus ceciderunt. Sic Turcarum Tyranni, ob metum invaſionis, fratrum cædibus, Regiam maculare conſueverunt. Neſcit enim pietatis jura regnandi

cupido. Quæ mortis captatio in regnis electivis non est timenda, quia nullam successionis spem, aut lucrum habet parricidia. Quid sit natus Rex omnibus destituatur virtutibus, qui mereretur potius servire, quàm commendare? Nullum hic remedium, sed ut in fortuna acquiescant oportet. Infinita denique mala causatur successio in regnis hæreditariis. Non fuit alia causa funestissimi belli inter Imperatorem, & Turcam, in Hungaria, quam successio. Quod malorum myriades in Asia post Alex. mortem extiterunt propter successionem? An non belli longissimi inter domum Fran. & Burg. causam præbuit legitima cura tela? Quæ bella cruenta inter Anglos & Gallos propter successionem? *ut testatur Comin.* Taceo regna Portugalliæ, Siciliæ, & alia, *Zvinger. l. 2. v. 28. f. 42. 45.* Ottonem Tertium ad omnes electionem devoluisse existimat, quos postea reductos ad numerum septenarium. *Rodolph. de Colom. de transl. Imp. c. 11. Cusan. de concord. Cathol. lib. 3. c. 4.* Statim ab initio septem institutos arbitrantur. Non sunt autem auctoritate, sed consilio tantùm Gregorii Pontificis instituti, qui Ottonis erat agnatus, & ex familia Saxonica oriundus, *Marsil. Patav. lib. 1. c. 11. & 12.*

20. **Imperii Majestas ad Principem defertur omnibus virtutibus clarum, & summâ prudentiâ præditum.** *a* **Inter omnes autem virtutũ & Majestatis laudes præcipuas refulget recta Fides, & summa in Deum pietas. Quibus tanquam puriore luce, & irradiante sydere reliquæ virtutes in ipso corruscant.** *b*

a) *Aurea Bull. tt. 2.* Nam qui imperat, alios virtutibus debet antecellere & splendore vincere. *Aristot. 3 polit. cap. 11.* Oportet autem ut sit Imperii incola, non extraneus, *ex Constit. d. Aurea Bulla*; propter mutuam scilicet affectionem, similes mores, & eandem religionem. *Nobiliss. Eberhard á Weihe in orat. de reg elect.* Et in hoc casu convenit cum lege Dei, *Deuter. 17. 15.* *b*) Non solùm has virtutes requiro in Imperatore, sed etiam in omni Magistratu. Ideoque quæ ad quamlibet virtutem sum dicturus de Imperatore, etiam dicta volo de proceribus Imperii, illis solùm exceptis, quæ summam summi Principis Majestatem concernunt. Est autem pietas rectus de Deo sensus, & verus in eum cultus, *Lipsi. lib. 1. c. 1. polit.* & omnium virtutum regina. *Ciro Spontone del Governo di Stato lib. 1. c. 5.* Adest enim semper Deus piis, religiosis, & corde puris, *Mercurius Trimegistus in Pimandro*: Et Majestas pietate, fide & virtute destituta levi momento concidit & evanescit, *Warm. ab Erenberg. cap. ult. de subst. Reg.* Imò Princeps impius, est Leo rugiens, & in populum tenuem Ursus discursans. *Proverb. 28. 15.* Præ omnibus, quæ regiæ Celsitati insunt, gloriosa pietatis corona Regem exornat. *Agapet. regula 15. l. 3. Inter claras, C. de Trin.* Vera enim auctoritas pietate paratur. *Isocr. in Busir. Sen. epist. 74.* Neque enim sine Deo bonus vir esse potest, nec quisquam supra formam exsurgere, nisi á Deo aditus. *Liv. lib. 5. Clariss. Casm. c. 11. polit.* Exulet igitur á Christiana Repub. impii impium Machiavelli dogma, qui Principem instruit, ut ante omnia laboret, quo videatur pius, etiamsi non sit, quia homines externa tantum specie duci, & cuncta ex eventu æstimare soleant, *c. 18. de princ.* Quasi verò hominum gratiâ pietatem colat Princeps, quæ sincerus cultus est, & obsequium non simulatum Deo præstandum. *Antimach.*

21. Cura

21. Cura igitur ejus erit præcipua, ut sit Constans, & sedulus in adserendo ejus honore, cujus vices gerit in terris. Religionis cultum integrũ, & incorruptum cõservet: Eversum verò, vel corruptum restituat, & sic sibi spartam impositam optimè exornet.

Decet namq; Principis Imperium summa solicitudo circa vera Dei dogmata, & sacerdotem honestatem. *Nov. 6 in pr. l. 3. C. de Trin. Calv. lib. 4. c. ult. Casm. c. 9. Arist. lib. 5 c. ut polit. Parut. lib. 3. in fin. della vita polit.* videlicet exteriori homini leges ferre, ne vera Religio, quæ Lege Dei continetur, palám & publicis sacrilegiis impunè violetur, & conspurcetur. *Fran. Iun. lib. de Eccles. admin. c. 3.*

22. Meritó itaq; habet Ecclesiæ inspectionem, de Religione cognitionem, *a* concilia, & quidem œcumenica convocandi potestatem, & in illis præsidendi auctoritatem. *b*

a) Quia utriusq; tabulæ custos est & præses. *Deut. 17. 19. Iosu 8.* Sic Moyses omnem Sacrorum rationem á Deo accepit & populo tradidit, *Exod. 27.* Aaronem severe verbis castigavit ob vitulum aureum (*forte ad bovis imitationem Soli sacri in Ægypto*) in eremi transitu conflatum, quem manib. suis perfregit & summam in populo stragem per Levitas fieri curavit ob idololatriam. Sic David cultum Dei restituit. *1. Chron. 13. & Amazias 2. Chron. 25.* Sic Ezechias æneum serpentem confregit, *2. Reg. 18.* 4 Josias, ac totus populus cum Deo fœdus renovavit ac lucos evertit, *2. Reg. 13.* Neq; hoc immutatum Christi adventu, *ut patet ex d. l. 3. C. de Trin. Nov. 3.* ubi Imperator inquit: Se non minorem Ecclesiæ curam habere, quam propriæ vitæ, *Nov. 6. & passim in Codice. Dn. Lutherus in Dominica de Zizania in Postillu minoribus, Beza de haret. Bucerus in Enar. c. 22. Matth. Musculus in Ps. 2. v. Servite Domino, Melanchton de offic. prin. Franc. Iun. d. l. lib.* Non tamen debet leges ferre homini interiori, aut munia sacerdotum exercere, *2. Chro. 26. 1. Sam. 13. 9. 1. Reg. 13.* Nam quatenus Princeps fidelis est, eatenus est de Christi grege sancta ovis: Quatenus v. Magistratus, eatenus Decalogi est custos, ac violati ordinis severus vindex. Non enim ipsi convenit pascere oves verbo in publica cathedra: Non lactare pueruloS, sed fovere atq; in sinu gestare, ut decet nutritium, *Esa 4. 23.* Nõ interiorem hominem informare, sed exteriorem in ordinem compellere, ut ita Deo sua auctoritas, sua lux verbo, sua dignitas Ecclesiæ, & ejus membris sua constet πλεονεξία *Franc. Iun. d. loco à quo non alienus Can. cum ad verũ dist. 96. Mart. cl. 2. c. 4. sect. 38.* *b)* Est n. Reip Christianæ communis causa, cujus præcipua cura ad Imp. & reliquos Principes Christianos pertinet: Papa v. nullam jurisd. neq; in Episcopos, neq; laicos habet, ut suo loco dicetur. Nec quoq; in hoc casu potest esse judex, cum sit pars altera litigantium, *arg. l. qui jurisdictioni, de juriid.* nec par in parem habet imperium, *l. est receptum 14. eod. tt. l. 4. de recep. arb. Mol. art. 5. de Conc. Trid. Calv. d. loco f. 16.* Sic Constantinus convocavit nõ solum Concilium, sed interfuit præses, *c ad fidem, dist. 96. Adria. 63. c futurum, v. idẽ vero præsidens 12. q. 1.* Uterq; Theodosius, Arcadius, Martianus, Carolus & Otto Magni, Henr. 3. & plurimi alii. *Theod. hist. Eccl. l. 5. c. 25. Euseb. de vita Const l. 3. c. 6. Niceph. l. 8. c. 4. & l 12. c. 18. & 14. c. 31. Socrat. l. 1. c. 5. & 18. l. 5. c. 10. ubi refert.* Theodosium nõ solum discep tationi præfuisse, sed etiam Catholicorum scripta comprobasse, hæreticorum vero laceràsse, *Evagrius lib. 2. Frisin. lib. 6. c. 23. Grantz. lib. 4. c. 34.*

Rhegin.lib.2.Luitpr.in lib.de Concil.Calv.d.lib.4.c.7.ſ.8.Magdeburg.cent.4.c.7.collat. 534. *Mol.d.art.6.Warm.ab Erenb.de reg.ſubſid fol.27.Lud.12.Franc.Rex contra Iulium Pontificem & Rex Navarra profeſſi.* Non licere Pontifici indicere Concilium, niſi de voluntate Cæſaris & Regum. Hinc utrumq; anathemate percuſſit, & hoc prætexta Ferdin. Arragonius Navarram occupavit. *Sleid. lib. 9.*

23. Deteſtandum eſt paraſitorum Rom. ſedis paradoxum: Papam eſſe caput Eccleſiæ, & ſupra Concilium. *a* Blaſphemum verò, impium & non tolerandum: Scripturæ authoritatem ab ipſo dependere. *b*

a) *Card. Pelus lib. de Concil. q.1.14. Moſconi, de Majeſt. militantis Eccleſiæ l.1.c.1. Iacobat. de Concil lib.1. art.1 n.36. Ant. Mar. in addit. dec. Rota de bigamis. nu.9. ubi impio ore inquit:* Papæ poteſtas eſt major Apoſtoli, & poteſt Apoſtoli dictis derogare. *Carol. Ruin. conſ.109. vol.5. n.1.* Papa pōt ſtatuere contra Epiſtolas Pauli. Nec minus impia ſunt & blaſphema Ephitheta, quæ adulatores ipſi tribuunt *Stapletonus in præf. adv. Gregor.13. de prin. fid. doctr.* Illum vocat ſupremum nomen in terris: *Glo. in c. cum inter extr.* Papa Dominus Deus noſter. *Concilium Lateranenſe ſeſſione 9.* Divinæ majeſtatis tuæ conſpectus *& ſeſſ.3.* Univerſis populis adorandus & Deo ſimilimus. *Sic glo. in præf Clem.* Papa neq; Deus eſt neq; homo, *Cer. l.1.c.7.* Papę data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra, *Bonif.8 quoniam de imm.6.* Eccleſiam ſuam ſponſam dicit. Verùm cum Chriſti ſponſa nullos admittat procos; hoc intelligo de muliere adumbrata *in Apoc.c.7.3.* Hæc n. adulterinos admittit procos, Deo ſuo immorigeros, qui ſanctum ejus nomen afficiunt convitiis, & ſupra id, quod dicitur Deus, ſeſe efferūt, ut filius perditionis facit, de quo *D. Paul.2. Theſſ.2.3. Apoc.13.6.* Et certé ut Pictores, *ex Horatii ſententia*, humano capiti cervicem jungunt equinam: ſic hi pariſiti extrema audendi licentia myſtico, corpori terrenum caput omnibus ſordibus pollutum affingunt, & ex Chriſti Eccleſia monſtrum biceps faciunt. Ab ipſo unico & vero Eccleſiæ capite, ſenſus ejus ac motus promanāt, virtute S. Sancti, per miniſterium verbi & Sacramentorum, *Mart.cl 4.c.3 ſ.3.* Qui, quæſo, ſenſus proflueren à capite adulterino? Impuri fontis ingratiæ vult: Impuræ mentis impuri motus. Apage igitur lubricum hoc caput, ne eius lue lepra totum corpus corrumpatur. Eſt enim ſecundum Petrarcham *Sonnet 107. de Triumph.*

Fontana di dolore, albergo, d' ira,
Scola d' errori & tempio d' hereſia
Gia Roma: Hor Babylonia falſa & ria.
Per cui tanto ſi piagne & ſi ſoſpita;
O faccina d' ingranni, ò pregion, d' ira.
O vè l' benemore; e' male ſi nutre & cria,
Di vivi inferno, un gran miraculo ſia,
Se Chriſto teco al fine non s' adira.

b) Hac enim ratione fides noſtra dependeret ab illius arbitrio, qui quotidie bonos fidei articulos cudit, & vera Chriſti dogmata ſpernit, *Calv. l.4.c.8.ſ.10.* Contradixit huic tetro errori Concilium Baſilienſe, *ut patet ex to.4. Conc. p.414.* Sic Carol. 9. Franc. Rex propoſuit in Trid. Concil. *per Monſ. de Lanſac. legatum (ut patet ex ejus oratione)* Ne Papa impoſterum diſponeret contro Concilii decreta. Falſiſſimum autem eſt Papam, aut ejus Eccleſiam, non poſſe errare, *Bellar. l.4.c.2. de Rom. P. c. ma-*

mot.

mor.c.pudenda.c.non turbatur 14 *q.*1. Quia(*ut dictum*)non est caput Ecclesiæ Christi: Sua verò Ecclesia est extra Dei verbum collocata,neq;Spiritu Christi ducitur *Calv. l.4.Instit.c.*8.*f.*13. In jure erravit, *ut patet ex c.si Papa* 4 *dist. & probant passim antimonia in jure Can* multo magis igitur in reb.divinis abstrusioribus *reg. Ioan.* 3.12. Sanctissimis viris id,evenit, qui præaliis excellentioribus gratiis fuerunt á Deo donati; ac propterea suæ imbecillitatis memores intra fines verbi Dei sese continuerunt. Primas enim & gustum quendam ejus spiritus duntaxat percipiunt in hac carne fideles.*Calv.d.loco s.Heb.*5.2.*Phil.*3.13. Quid igitur sperabimus, de Pp.quorum maxima pars perditissima vixit, ipsumq; Julianum impietate superavit: *Marcellus* sacrificavit idolis;*Liberius* fuit Arrianus;*Celestinus* Nestorianus; *Ioh.*22.animæ negavit immortalitatem; *Alii* fuerunt adulteri, Sodomitæ, Simoniaci, Nigromantici, *Napeir.propos.*20 *in Apoc.* Nam *Gregorius* 7 quoties voluit ex manicis ignem discussit,in singularis sanctitatis miraculum,*ut refert Benno Cardinalis,& Sigib.* Quod sané convenit cum *c.*13.14.*&* 16.14. *Ap.* Hunc Baronius *in Paraneſi*, desiderat in cathedra Papali; eo se. fine, ut Venetos eo modo, quo olim Imperatores, exerceret, ac omnia sursum verteret,rebellis ac seditiosus Monachus. *c)* Horrendum est dicere,veritatem Dei æternam dependere ab unius perversi hominis appetitu,& arbitrio,qui obnoxius passionibus,singulis movetur momentis. Prophetarum & Apostolorum sustinetur fundamento. *Eph.*2.20.Præcessit ejus approbatio Ecclesiam,& habuit certitudinem suam ante fictam istam approbationem. Quare dum Ecclesia illam recipit & suffragio obsignat non ex controversis reddit authenticam:sed quia veritatem Dei agnoscit,absq; mora veneratur, *Calv.l.*1.*c.*7.

24. Summum Regni bonum est,Si subditi in religione sunt cõcordes, ne perpetuis dissidiorum facibus Respub. conflagretur. *a* Non facile igitur Princeps aliam, præter veram in suo Regno admittet Religionem,*b* Aut sacra familiaria,seu conventicula & pravos ritus *c* subditis permittet.

a) Nervus Reip. & Pax Ecclesiæ est Religionis Unitas, quæ facti auctorem in sublimo provectum grata sibi tranquillitate custodit, *l.*8. *C.de Trin.* Qui plura admittit aut ambitosa Civium certamina, & nova sectarum nomina permittit, seipsum cum subditis in quietum reddit,*Lipſ.contra Dialog.Parat.l.*3 *della perf.polit.*Extreme a.absurdus est Bodinus, qui inter plures sectas tranquilliorem Remp. existimat,quam inter duas eum tot seditionum flabra sint,quot sectæ. *b)* Prorsus blasphemã non tolerabit *Exod.*12.27.2.*Reg.*10.*&* 22.19.*l.*3.*& passim.C.de har.& Man. Lev.*14.14.*Const Car.c.*106 *Nov.*77.*c.*1.§.1 *c.*2.*ext.de maled.Clar.§.blaſpemia in pr.* Si verò in quibusdam discrepat, neq; absq; tumultu & Reip. detrimento hoc corrigi potest, necessitate adactus Princeps cogitur tempestati cedere,ut ab aliis Impp.factum legimus *apud Socratem, lib.*3.*c.*25.*&l.*5 *cap.*1. Quia præstat aliquam habere Remp.& paucos conservare pios,quam committere ut omnes cum Rep.eversa pereant.*arg.c.*18.25. *cum Gen.* Quo tamen in causa per pios & sedatos ministros illos curabit assidué erudiri. *Mart.el.*2.*c.*4.*f*39. Imó illos adigere potest ad audiendum verbum Dei.Non enim debet Magistratus,qui ad subditorum bonũ ordinatus,pati ut cives absque pietatis vivant exercitio,vel in perpetua seditione hæreant. Neque etiam subditis obtentu, conscientiæ, simplicitatis & concordiæ quivis sentiendi

& do-

& docendi licentia tribuenda. Nam si hoc obtinerent, quæ tandem Ecclesiarũ forma esset futura, in qua eandem doctrinam, neq; ministri proponerent, neq; populus sequeretur, sed ad evitandas seditiones tot essent Religione sententiæ, quot capita? Requirit igitur decentia & verbo Dei congrua. Vade conscientia subditorum pertinaciter reluctatur, id non adscribendum pio Magistratui, qui sedulo operã dedit, ne veritatem ignorarent ac misere perirent. *Mart. f.* 40. Deinde sedulo cavebit mutuam conversationem, ne morbida pecus scabiem suam sanis ovibus affricet, ac puriores seducant superstitiosi, hoc enim esset permittere, ut populus reverteretur in Ægyptum ad veterem superstitionem & idololatriam, quod Deus severe prohibuit *Deut.* 17. 16. Hujus criminis Reus accusatus Salomon & graviter quoq; punitus. Hic enim non reprehenditur, quod Judæos ad idolorum cultum adegerit, sed quod hunc in suo Regno permiserit, & uxoribus fana, in quibus Deos alienos colerent, construxerit. 1. *Reg.* 11. 7. Et propterea, ut ille sacrum cultum partitus, sic Deus justo talionis judicio ejus regnum divisit. *d c.* 11. *v.* 13 *& c.* 12. 16. 19. *Mart. d. loco f.* 38. *e) l.* 5. §. *cunctis, l* 6. *l.* 8. §. 3. *v. conventicula C. de hær. l.* 1. *l.* 2. *C. de Trin. l. conventicula, C. de Ep. & Cler. Nov.* 57. *&* 131. Non tamen in suspectorum privatas actiones inquirendũ existimo, quia hoc speciem tyrãnidis in se habet, & imperium præsupponit in conscientias, ut olim ab Hospitalio Regio Cancellario in Gallia, nomine Regis adhuc minorennis rectè ac prudenter cautum *An.* 1561. ubi Orthodoxis misere afflictis conscientiæ libertatem á Rege impetravit sub Edictis Januarii & Juliano, *Pasquius l.* 4. *Ep.* Si tamen Religio cum blasphema impietate est conjuncta, qua Deus suo honore spoliatur, & res ad seditionem spectat, rectè inspectos inquisitionẽ fieri posse arbitror, ne negligentia Magistratus sanctissimum Dei nomen profanetur, ac dissidiorum fluctibus Respub. naufragium patiatur.

25. **Hæretici igitur non solúm si publicæ concordiæ pervicaces fuerit perturbatores, aut factiosi, sed etiam si blasphemi, ac in verum Numen contumelioſi, qui malitiosè virus spargere sustinuerint, auctoritate publica, legitimè ex sacra scriptura, non præjudicio hominum, criminis convicti, justa severitate puniri possunt.**

Hæreticũ dico, qui salute destitutus, gratiam Dei abjecit, & discessit á corpore & spiritu Christi. *Apolog. Anglic.* Injuria ergo Papicolæ Evangelicos appellant hæreticos, qui nec á Christo, aut ejus spiritu, nec á Prophetis, nec ab Apostolis defecerunt. Ille itaq; si rite ex verbo Dei erroris convictus, ac sæpe admonitus, volens adhuc affectata ignorãtia præfracte & fastidiosa suum judicium auctoritati veræ Ecclesiæ anteponit, absq; ulla hæsitatione á Magistratu coerceri potest. *Exod.* 22. 20. *Deut* 13. *&* 17. *Liv.* 24. 15. *Dan. c.* 3. 29. Exemplum habemus *Exod.* 32. 27. *Iehu* 2. *Reg.* 10. 1. *Iosia* 2. *Reg.* 23. 20. 1. *Reg.* 18. 40. *Beza de hæret. à Mag. pun.* Neque hoc adventu Christi est immutatum, aut civilis potestas sublata, *ut patet ex l. in fin. C. de Trin.* (ex qua lege videtur dicendum, quod pœna de jure Civili fuerint arbitraria. *Wes. in parat. C. de hæret.*) *l.* 5. *l.* 8. §. 6 *l.* 11. *l.* 12. *C. de hæret l.* 1. 2. *C. de pagan. l.* 2. *C. ne sacrum baptis. l.* 3. *C. de Apost. Dominus Lutherus in Postillis minorib. Dominica de Zizinia. Mel. de off. Princ. Capite de iure Mag. in relig Bezad. loco Ammirato l.* 1. *dist.* 10. *Mens de la Nove dispolit.* 3. Hæresis enim blasphema gravius est crimen, quám humanæ Majestatis delictum!

ctum! Quia quod in æternam committitur Majestatem, id in omnium fertur injuriam, *l. 4. §. in mortem, Authent. Gazaros, in fin. C. de hæret.* Qui enim tremendam ac unicé adorandam Majestatem, vitæ auctorem ludibrio habet veram Religionē, concordiam Christianam violat, dignissimus est, ut ei vita eripiatur. Præpostera igitur est clementia permittere, ut innocentes Oves, Christi sanguine redemtas. Lupus dilaniet. Imó detestanda patientia, quæ videns vineam Domini ante oculos ab immanissimis monstris devastari permittit, ac sanctum Dei nomē omnib. contumeliis affectū, cujus ex officio severus vindex esse deberet, despicit. Quidquid n. Lupus est ovili. Aper in vinea, id in Ecclesia Dei blasphemus hæreticus. Ille mordet, prosternit, jugulat, interficit, lacerat, & dolet si quidpiam evadat: Hic verò spiritu maligno agitatus, ad rebellionem impellit, ac sanguinis effusione gaudet. Hic igitur urendum & secandum. Satiús est enim, *ut inquit, Lipsius contra Dialog.* ut pereat unus, quam unitas. Reichsabschied *sub Ann. 1555. §.* Hierauff haben wir.

26. Ergo, inquis, Princeps habebit Imperium in conscientias? Nequaquam. Nulla enim major tyrannis est, quam quæ hominum conscientiis sibi imperare præsumit.

Mentium enim Rex, Deus est, *Curt. l. 8.* Quis mihi imponat necessitatem credendi, *inquit Lactant. l. 5. c. 14. Inst.*) quod nolim, vel non credendi, quod velim? Fides suadenda est non imperanda, & magis tollitur vana opinio, quæ sensib. insidet, docendo, quam jubendo, monendo quam minando. *Aug. in epist. Monst. de Lansac. in orat. sua habita nomine Carol. 9. Reg. Gall. in Trid. Concilio.* Nulla commodior est via, *inquit Carolus 5. Imp. in proœm. legum pub. jud. §. 7.* á fide Christi alienos, aut in avia delapsos, in viam reducendi, & ad spontaneum Dei cultum revocandi, quam si verbo & spiritus potentia hæreses convincantur, errantes sanabilesq; cum mansuetudine tractentur. Minimé verò quisquam vi, carcere, tormentis, flagris, ferro, fune, flumine, flamma ad colendum Numen, cui non nisi voluntaria mentis nostræ & labiorū ac pectoris victima, non thuris neq; hecatombes sacrificium probatur, á nostris judicib. cogetur, &c. *vide infrá thes. 27. lit. b. ubi reliqua verba Imp. recitamur.* Erat *(inquit Rex Navarra in epistola ad ordines Galliæ Chastelraudi 4. Martii An. 1589. data)* ita me Deus amet, & res ipsa clamat, si quis credat, vi & minis á nobis aliud extorqueri posse. Sæpé ne religionem meam mutare voluerunt, sed quomodo? adhibitis semper minis, tanquam sub carnificis manu. Etiamsi meæ conscientiæ nullam habuissem rationem, honoris tamen mei respectus, quó minús id facerem, deterruisset. Quis unquam fando audivit Turcam, & Ethnicum aliquem propter religionem, priusquam an posset converti, tentatum esset, occisum fuisse? Non puto hostium quenquam esse, qui me longiús á vero Dei cultu & cognitione, quám Turcā abesse existimet: severiús tamen mecum, quám cum barbaro agitur. Jam pridem edoctus, veram & unicam rationem populos ad cultum Dei conciliandos, pietatem stabiliendi, esse clementiam, pacem, salutaria exempla, non bellum neq; omnium rerum promiscuam confusionem ex quo omnium scelerum & flagitiorum propago redundat. Huc etiam referri potest Const. Imperii *sub Anno 1555. §.* Setzen demnach §. Vnd damit solcher §. Damit auch obberührte. *v.* So soll die Geistliche/ &c. De illo igitur qui simpliciter errat ex humano morbo non loquor. Hîc enim mitioribus remediis, ut convalescat curandus *l. 3. C. de Apost.* Hunc itaq; misericorditer

corripiat ut hominem, & id quod potest sanet, quod autem non potest, patienter ferat & cum dilectione gemat & lugeat. *Aug. li 3. cont. Parm. Cyprian. ad dictum Christi Mat. 13. 19. Calv. li. 4. c. 12. s. 11. Inst. D. Lutherus de formula missæ. tom. 1. en. & in adsert. omnium art. per Bullam Leonis 10. damn. fol. 326. adsert 33.* Neq; de infidelibus, qui sunt extra Ecclesiam, aut hypocritis, vel etiam hæreticis latentibus (qui omnes Dei judicio sunt relinquendi) Sed qui blasphemâ impietate Dei majestatem, & concordiam Christianam violant. *Constit. Imp. sub Ann. 1530* §. **Drauff ordnen. v. Vnd obzum dritten mal.** *& in d. proœm. Const. crim. Carol 5 §. 9.*

26. Falsissimum autem est, quod publicæ tranquillitatis Imperii hostes, malitiosé non solum, sed & factiosè scribunt, & publice clamant: *a* Pacificationis articulos vi Imperatori à protestantibus esse extortos; Et religionis impetratam securitaté, non nisi ad Tridentini Concilii exitum fuisse concessam, ac propterea quocunq; tempore revocari posse. *b*

a) Fran. Burckh. in sua autonomia p. 3. c. 13. & passim Windeccus *in delib. de her. extirp. ad 4. object.* Qui (TOLERAMUS) appellant hoc solenne pactum ab Impp. ad Concilii Trid. usq; judicium concessum. Quamobrem se mirari (*inquit* Windeccus) vecordiam sectariorum, qui pro Religione tuenda toties comitiorum decreta contra nos stultissime (*Notate hoc vos Cadmei fratres ministri*) detonare & deblaterare solent. Sic *Simancha de Cathol. Inst. c 46.* Ad *hæreticorum Lutheranorum (quæ nomine etiam Sacramentarios intelligo)* pœnam & odium etiam pertinet, quod fides illis data servanda non sit, ut in Constantiensi Concilio factum, non obstante juramento *Conrad. Brunus l. 3. c 15. de hær.* Pacta *An. 1552. & 1555.* quibus hæretici pacem impetrarunt & securitatem, non valent: nec cum hæreticis ulla pax esse potest, *Ribadeneira lib. 1. de prin. & Iacobus Sylvan. in sua Philipp.* Principes protestantes summé impios ac perduelles vocant. Imo *Iesuita Creswel. in resp. p. 109. inquit:* Si Imperator vel Rex hæreticum favore prosequitur, ipso facto regnum amittit. In summa tota Loyolana seditiosa cohors uno ore id tradit, malitiosé Principum pacta solenniter inita illudit, & ad perfidiam Principes instruit, ut Romani Alastoris tyrannidem in Imperio restauret. Indesinenter arietant perfidiæ auctores machinis clandestinis, ac omisso omni alio studio unicé in hoc laborant, ut Principum & Ordinum concordiam, dirimant, eorum animas á se invicem alienent ac incautos mutuo odio & diffidentiâ suspensos supprimant: aut irreparabile damnum illis inferant. *b)* Et singulari & patern â affectione erga communem patriam justis ordinum precibus commoti Impp. hanc religionis pacem, in qua Germaniæ salutem consistere animadvertebant, constituerunt: Ne perpetuis dissidiorum fluctibus Respub. prorsus submergeretur, aut propter intestina dissidia vicinis populis barbaris prædæ exponeretur Imperium, ut patet passim ex Imperii Recessibus. *Const sub Ann. 1532.* §. **Haben wir als Römischer Christlicher Keyser von sonderlicher Lieb vnnd Begierd wegen/ so wir zu gemeiner Teutscher Nation/ vnd derselben Ständen/ Friedt vnd guter Einigkeit tragen/ Vns mit denselben/ vnd sie hinwieder mit vns vergleichen** *Item sub An. 1541.* § **Vnd dieweil.** § **Vnd nach dem vnser Begierd** *cum seq. Et sub Anno 1544* § **Als wir aber in der Handlung.** *Item sub anno 1548. in declaratione Interim, in princ. Et Ann. 1555.* § **In solcher verzogener.** § **Setzen demnach.** § **Vnd**

damit

damit solcher Fried/v. Vnd soll solche streitige Religion nicht anders/dann durch Christliche/freundliche/friedliche Mittel vnd Wege zu einhelligem Christlichen Verstand vnd Vergleichung gebracht werden/alles bey Keyserlichen vnd Königlichen Würden/Fürstlichen ehren/waaren worten/vnd Peen deß Landfriedens/ *Item* ¶ Damit. v. Sondern derselben. ¶ Vnd nach dem. v. So haben wir diesen Friedenstand/von geliebts Frieds wegen das hochschädliche mißtrawen im Reich auffzuheben/vnnd diese löbliche Nation vor endlichem vorstehenden Vntergang zu verhüten/bewilligt solchen frieden in allen obgeschriebenen Articuln/biß zu Christlicher/freundlicher vnd friedlicher Vergleichung/der Religion vest vnd vnverbrüchlich zu halten/vnnd demselben trewlich nachzukommen. Wo dann solche durch die Wege deß *general Concilii. National* Versamblung/*Colloquien* oð Reichshandlung nicht erfolgen würde/soll als dann nicht desto weniger dieser Friedtstand in allen oberzehlten *puncten* bey kreffren/biß zu endlicher Vergleichung der Religion/stehen vnd bleiben Vnd soll also hiemit obberührter Gestalt/vnd sonst in alle andere Wege ein beständiger/beharrlicher/vnbedingter/für vnd für ewigwehrender Fried auffgericht vnd beschlossen seyn vnd bleiben. Hîc omnino exeluditur factumillud; TOLERAMUS. *Item* ¶ Solches wollen wir bey vnser Keyserlichen vnd Königlichen Würden/für vns/vnnd vnsere nachkommen/stett/vnverbrüchlich/vnd auffrichtig halten/vnd volnziehen/vnd drüber jetz oder künfftiglich/weder auß Volukommenheit/oder vnter einigem anderm Schein nichts vornehmen/oder handeln lassen/noch jemand anders von jhrer Lieb vnnd Keyserlichen May. vnd vnsert wegen zu thun gestatten. *Idem confirmatum Ann.* 1557. 1559. ¶ Dieweil. 1556. ¶. Vnd nach dem. *et in omnibus ferè Comitiis.* Ex his igitur omnibus satis apparet, neq; vi neque metu Imperatores pacem communi Patriæ vel in Religione (TOLERAMUS) usq; ad Tridentinum Concilium cõstituere coactos, ut improbé nugantur. Spontaneo namque id fecerunt motu; ut sublatâ mutuâ diffidentiâ inter Principes firma coalesceret amicitia. Et ab imminenti periculo ac interitu Remp. cujus boni creati erant, conservarent. Quid igitur rationi, & fidei Imperatoriæ Majestatis magis congruum, quàm quod semel placuit, & Imperio utile visum, sartum tectum conservare, *l.* 1 *ff. de pact.* Homicidam spiritum doctorem & ductorem habent (*inquit Carol.* 5. *Imp.*) qui religionem carnificum taureis & equuleis inculcare volunt, Gentile hoc nimium est, & Decium, Dioclet. Julianum & similes paganos tyrannos laudat auctores, quos ferè omnes tragicos excepit exitus. Pientissimi verò Imperatores Christiani, prædecessores nostri semper abhorruerunt hanc violentam conscientiarum coactionem, quorum exempla legis vicem nobis præbent, & eorum vestigiis insistere laudis opus arbitramur. Illis autẽ, cum impiè sentiant, in re tanti momenti suffragari non possumus. Omnes igitur hortantur judices, ut á consiliis cruentis sibi temperent, neq; á malè feriatis ac sanguinariis hominib. se armari patiantur: ne adversus voluntatem nostram hîc attestatam; limites officii egrediantur manusq; suas innocenti sanguine maculent. §. 7. *& seq proœm. const. crim.* Hoc unum sufficeret ad evertẽdas turbonũ nugas. Sed, inquiunt factiosi, hoc factũ Christianâ prudentiâ & licitâ dissimulatione, ubi scilicet magna timebãtur pericula. *Ribaden. lib.* 1. *c.* 15. *&* 26. *Wind. in del. de har extir. p.* 333. *Cresswel. ad edictum Reginæ Angliæ p.* 151. Nam ubi Lutherana religio commodé profligari nõ potest, aliquo tempore toleranda. *Becan. Iesuita de fid. hæred. serv. b,* 10. Neq; negligenda occasio, quando

videlicet protestantes pecuniis exhausti sunt, utque facilius Catholici sectarios opprimere possint, variis obductis causis & artibus alios ab aliis ut divellant, occasiones captandæ, & extrema auxilia adjungenda ad subjugandos sectarios: E contra, ne hi exteriorum suppetias sibi adsciscant, cavebunt, *Wind. d li. p. 244.* Imó & cẽtito habitu ac nomine uti permissum dicunt, cum veritatis suppressione, & æquivocationum deceptionibus, etiamsi á Magistratu examinentur. Et hoc fieri propter ea, quo commodiùs se passim insinuare & conatus suos promovere possint. *Campia. Iesuita in epistola ad General. Societatis An. 1585. Trevirii excusa. Iam in epistola de persecut. Anglic. Idem legitur in Garneti actis.* Idq; habent ex dispensatione Pont. *Auctor. memorab. Liga tom. 6. p. 262.* Rectè quadrat in hos perfidiæ auctores quod olim Invictiss. *Carol. 5.* dicebat *de Clemente 7.* qui contra jus, æquitatem, fidem datam, & juramẽto confirmata promissa violarat: *Vox est Iacobi, sed manus Esau.* Neq; cum ejusmodi hominibus tutè contrahi potest, *ut patet ex Carol. 5. cum Clem. 7. An. 1547. edito & Mogunt. impresso.* Hæc nostris Principibus servire deberent pro cautione, ne incauti supprimerentur. Quod attinet ad Tridentinum Concilium, illud legitimum nõ agnoscimus, utpote in quo nemo protestantium admissus, nedum auditus. Cavebat namq; rescripto *Papa Iulius 3.* ne quisquam admitteretur, nisi forte palinodiam canere, & ita cum cane ad vomitũ redire vellet: ut patet *ex oratione Mens. de Lans. legati Regis Gallia Car. 9.* qui indignitate hujus rei graviter offensus, neq; propterea permisit suis Episcopis ut Tridentum irent: nec unquã Concilii decreta recipere voluit. Taceo reliquos abusus & impias usurpationes secularis jurisdictionis *de quib. tractatum sess. 9. ferè per tot. ut dixi supr. thes. 16.* Sedebant deniq; judices, quorũ dissoluti mores, vita, abusus, cultus impius & superstitiosus incusabantur: nec quidquã non solum rerigore remittebant, sed insuper etiam superstitionem cum impietate cumulantes, morbum augebant, quem congruis remediis curare debebant, *Mol. art. 92. de Trid. Conc. non recip.*

28. Ut Principes Imperii jure territorii, & ex pacto cum Imper. inito, publicum tám Augustanæ, quám Catholicæ religionis exercitium, & ejus mutandi potestatem sibi vendicant: *a* Sic quoq; subditis diversam à Magistratu sententiam amplectentibus, eandem conscientiæ libertatem, & cum emigrationis etiam mansionis beneficium competere, Cõstitutionibus Imperii consentaneum esse puto. *b*

a) Vicem enim Imperatoris in suis territoriis obtinent. *Men. cons. 601. nu. 1. Castr. 2. cons. 34. n. 2. Zas. 2. cons. 1. n. 21.* (Quod tamen secundum quid, non verò absolutè intelligendum, ut suo loco dicetur.) *Idem probatur per allegata lit. b. thes. praced.* *b*) *Constit. 1544.* §. **Als wir aber.** *vers.* **Vnd dann hinfür niemands in der Religion hohes oder nieders Stands/ den andern befehden/ bekriegen/ berauben/ fahen/ vberziehen/ &c.** *Item Constit. Ann. 1548. in declarat. Interim in pr. v.* **Vnd dardurch alle vnd jede Ständ/ Glieder/ vnd Vnterthanen vnter jhrer Keys. Mayest. Flügeln vnd glückseliger Regierung rühig/ friedlich/ vnnd einig bleiben/ leben vnd grünen möchten.** *Item Constit. 1555.* §. **In solcher fürgezogener v. Solchen nachdencklicher Vnsicherheit auffzuheben/ der Ständen vnnd Vnterthanen Gemähter widerumb in Ruh vnnd Vertrawen gegen einander zu stellen/ &c.** Hic expresse fit mentio

mentio subditorum: Neq; hoc intelligendum de illis, qui cum Magistratu consentiunt (hoc enim casu nulla est difficultas) sed quia ab illo dissidēt. *Item*, **Setzen demnach/ordnen/wöllen vnd gebieten/daß hinfüro niemand/weß Würden/Stands/oder Wesens der sey/vmb keynerley Vrsachen willen/den andern befehden/bekriegen/berauben/fahen/vberziehen/oder in ander Weg beschedigen soll/** ꝛc. *Et* §. **Vnd damit solcher Fried der spaltigen Religion halben/ꝛc. v. Vnd soll die streitige Religion/nichts anders dann durch Christliche/freundtliche/friedliche Mittel vnnd Weg zu einhelligem Christlichen Verstand vnnd Vergleichung gebracht werden.** *Et arg.* §. **Nach dem aber in vielen v. auch derselben/ꝛc.** *Cum hoc consent.* §. *d.* 7. *&* 8. *præam. Const. Crim. th.* 26. *sup & 27. ad lit. b. allegata.* Ulteriùs *in* §. **Wo aber vnser/ꝛc.** conceditur subditis liberum emigrandi beneficium si velint: Ergo si non velint, cogi non debent, quod enim liberi arbitrii est & voluntatis, id non debet esse coactionis & necessitatis, *In fin. de* §. **Wo aber vnser.** dicitur, quod nemo debeat ignominia afficipropter fidei confessionem. At in exilium pelli summa est ignominia ac morte gravius, cui comes est tristis egestas. *Sen. in trag. Thiest. act.* 5. Deniq; finis constitutionis est pax publica, in qua pax religionis est fundata. Jam igitur si utrinq; videant. Principes persequutionem adsertorum suæ confessionis, non tollitur diffidentia, sed magis augetur. **Wir sollen** (*inquit Magnanimus heros Philippus Hassiæ Landgravius in epistola ad Iohan. Frid. Saxoniæ Ducem scripta propter discordias à ministris excitata.*) **nicht auff vns sehen/sondern viel mehr auff andere Christen/daß es denen nicht vbel gehe/vnnd ob sie vielleicht in einem Articul irreten/sie drumb nicht auff die Fleischbanck geliffert werden/vnnd vmb der Christlichen Lieb willen nicht so geschwind vnd vnfreundlich mit jhnen fahren** *Auct.* **deß warhafftigen Berichts von der Straßburger verenderten Kirchen-Ordnung/** *Fol.* 32. *Dissentit Antoninus Const. rigidus censor*, qui omnino denegat miseris subditis hoc beneficium, & eorum humeris onera gravia & portatu difficilia imponit, quæ non vult ut potentiores digito moveant. Sed noviſſe debuisset, quod in pauperum tabernis, & rusticorum tuguriis Deus magis celebretur, quam Romæ in Vaticano, aut potentiorum palatiis, inter luxum, gulam & extremam libidinem. Apud pauperem viduam Sareptanam delitescebat Ecclesia, cum in aulis Regnum Iudæ & Israëlis veritas omnis exularet. 1. *Reg.* 17. Neq; Herodi aut Principibus sacerdotum, sed pastoribus in agro Christū primo annunciabant Angeli, *Luc.* 2. 9. & illum sequebantur piscatores ex infima lege discipuli. Donum Dei est gratuitum nec acceptio personarum apud eum, *Rom.* 2. 10. *Act.* 3. 4. Annon Deus eligit pauperes mundi, ut fierent divites fide, & heredes Regni, quod promisit iis, qui ipsum diligunt? At vos contumeliâ affeciſtis pauperem, *inquit Iacob. in ep. c.* 2. *v.* 5. *&* 6.

30. An autē reformatæ Religionis adsertores, quos calumniosè Calviniſtas *a* appellant, in publica Religionis pace sint comprehensi, quotidie à factiosis & inquietis, quæritur? Et tam his, quam protestantibus statim ab initio pacificationis conscientiæ libertatē esse concessam, constanter affirmo. *b*

a) Hos in Gallia Hugenotas appellant, de cujus origine variæ sunt sententiæ. Alii enim illos dictos existimant ex eo, quod noctu preces peregerint,

Paſquier. libr. 4. epiſt. 1. Alii ab exordio orationis ad Flandriæ gubernatricem habitæ, quod erat: Huc nos venimus: Alii ab Hugonis porta, quæ eſt Turoni, ubi olim preces peregiſſe dicuntur: Alii ab Hugone Capero. Ut enim ille contra legitimum heredem dicitur regnum uſurpaſſe, & turbas excitaſſe: Ita Hugenotas contra Religionem aliam introduxiſſe, & Regni quietem turbaſſe: Alii ab Hugone Craſſo, Comite Griſvvaldenſe, qui Henrici IV. Imperatoris partes ſecuros contra rebelles Pontifices Gregorium 7. & Urbanum 2. quorum perfidiâ commotus á ſuperſtitione Romana defecit, & Eccleſias ſuas reformavit, *Anno* 1088. *Serran. in ſuo invent.* Unde orti Waldenſes, ab his Picardi, á Picardis Huſſitæ, ab Huſſitis verò Lutherus, qui ſemper impugnarunt Romanam Idololatriam, & ad noſtra tempora uſq; Eccleſiam conſervarunt. *b)* Eodem n. tempore, quo á proteſtantib. confeſſio Carolo 5. oblata, Argentinenſes etiam cum ſociis civitatib. propriam, quæ in omnibus cum Calvini ſcriptis conveniebat, per Bucerum *An.* 1530. exhibuerunt, *Sleid. lib.* 7. Neq; tamen id eo ſenſu factum, ut ſe prorſus ab iis ſepararent, ſed ut doctrinam de Cœna Domini & Ceremoniis puriorem, & verbo Dei magis congruentem haberent, additâ ratione, quare in his ab illis aliquantum diſſentirent. Notum eſt enim quod immutata Auguſtana confeſſio á tranſſubſtantiatione Papiſtica & Ceremoniis parum, aut nihil differret, *ut teſtatur Heshuſius in tract. de Cœn. Dom. Noribergæ impreſſo ad lit. N. 3* Argentinenſes verò cum ſociis longè diſceſſiſſent à ſuperſtitioſis ritibus ac multò meliorem formam & reformationem haberent quàm illi, præſertim quoad abrogationem elevationis hoſtiæ, (*ut vocant*) imaginum, cantionum latinarum, & ornatus hiſtrionici & ſimilium ineptiarum. Nec ullum eſt dubium, quod æquè horum confeſſio ab Imperatore fuerit recepta, quàm proteſtantium, & in omnibus Comitiis, colloquiis & Principum conventibus immutabiliter per triginta annos repetita, & quoq; á Principib. approbata, *ut patet paſſim* auß dem warhafftigen Bericht von der Straßburger verenderten Kirchen-Ordnung / *juſſu Bipontini Ducu editum.* Et quamvis primò in conventu Smalchaldico (ubi agebatur de fœdere ineundo) *Anno* 31. diſceptatum ſit inter Bucerum & Saxones Theologos, de utriuſq; confeſſionis veritate; Attamen communi Principum voluntate, & Lutheri conſenſu prior Apologia proteſtantium 30. *Anno* exhibita, fuit immutata. Bericht? 3. *c. 9. fol.* 326. Chytræus *in hiſt. Aug conf. Franc edita, fol.* 333. ubi hanc elaboratam editionem pro indubitata confeſſionis Auguſtanæ apologia ab omnib. habet teſtatur. Sequenti verò *Anno* 32. Argentinenſes cum ſociis communi proteſtantium cõſenſu in fœdus ſunt recepti Schvvinfurti, ita tamen etiam confeſſione retentâ. Sic Calvinus ipſe ſubſcripſit Auguſtanæ confeſſioni emendatæ, ut fatetur in epiſtola ad Mart. Schallingium miniſtrum Ratiſponenſem, & ad Electorem Palatinum. *A.* 60. Bericht *fol.* 154. *A.* 35. Renovatum fœdus Schmalcaldicum. Bericht *fol.* 326. *A.* vers. 36. Bucerus & Melancht. deſignati inter alios ad legationem Anglicam á proteſtantib *Sleid. l.* 10. Et inter Lutherum & Argentinenſes inita fraterna concordia. Bericht *fol.* 55. Unde etiam Lutherus ad Helveticos *A.* 37. 1. *Decemb.* ſcripſit hæc verba: Et ſi quid in hoc capite ex mutuis vel veſtris vel meis ſcriptis non ſatis intelligitur, (unâ ſiquidem linguâ, unové loquendi modo omnes loqui non poſſumus;) Capito & Bucerus omnia perſpicuè & claré mitigabunt, & optimè declarabunt. *Et paulò poſt:* Bucerus & Capito his in reb. conſulere poſſunt, dũmodo animis mutuó conjunctis omnem offenſionem remittamus, & in pia ac fraterna concordia perficienda la-

da laboremus. Ad nos certé & nominatim meam persónam quod attinet, omni offensione remissa, summa fide, benevolentia atq; amore vos complectar. Sathan n. tam nostri, quám vestri, concordiæ odio flagrans suos quosdam facilé inventurus est, qui non tantúm scrupulos, sed trabes ac rupes objicient, ut non necesse sit nos etiam mortuis offensionib. ac suspicionib. indulgere. Quin potiús animos, manusque invicem porrigamus; & pari etiam fide ac constantia perseveremus, ne posterior aliquando priorib. evadat deteriora. *A.* 41. Calvinus requisitus ab Ernesto Duce Luneburg. ad Colloquium Wormatiense, ubi ore cum Melanchtone, Aloysio Scoto & aliis protestantib. contra Papistas disputavit. *Sleid l.* 13. *A.* 41. Bucerus in Cæsaris præsentia contra Catholicos confessionem ante exhibitam, descendit Ratisbonæ **Bericht** *fol.* 15. *A* 46. Argentinensium confessio cum emendata apologia, in Comitiis rursus fuit exhibita, ubi Illust. Hassiæ Landgravius Philippus hoc testimonium reddidit Bucero, quod Civitatum confessio protestantibus maximé placeat, & cum emendata apologia conveniat. In hoc conventu idem Bucerus ab ipso Imperatore jussus cum Petro Malvenda Hispano conferre, ubi ex sua confessione & emendata apologia semper respondit. **Bericht** *fol.* 40. 42. *A.* 52. Hæc confessio cum elaborata apologia Tridentini exhibita. **Bericht** *f.* 27. *p.* 2. *A praterea* 55 unanimi consensu utramq; confessionem exhibuerunt, & pro uno habiti, ac in pacem religionis recepti & confirmati. **Bericht** *fol.* 30. *A.* 57. Cõstitutus præses ab Imperatore Elector Frid. Comes Palat instituti Colioquii, *ut patet ex con. Imper. d. A.* 57. §. **Daß von wegen vnser alten.** *v.* **Deßgleichen auch von wegen der Augspurgischen Confession das Thur vnd Fürstliche Hauß Pfaltz/ꝛc.** *Ann.* vero 59. *in Comitiu Aug.* periculosa divisio exorta, inter Saxones & Suevos ab una parte, & superioris Germaniæ Argent. sc. & socios ab altera parte, instinctu quorundam inquietorũ hominum. Quod schisma Illustriss. Hassiæ Landgravius, pacis amantissimus Princeps, omni studio tollere laboravit, *ut patet ex eius literis ad Saxones datis.* **Bericht** *fol.* 31. *A.* 61. Post mortem Melancht. undecima vice repetita & confirmata Augustana emendata, & omnes diffamationes & cõdemnationes utrinq; inhibitæ. Quam Christianam moderationẽ ægré tulerunt pacis osores, qui ab isto die occasionem quæsiverunt dissidiorum semina projicere in Ecclesiam & Remp. Christianam. **Bericht** *c.* 5. *p.* 2. *f* 63. *A.* 66. deniq; recognitus rursum membrum Aug. confessionis (quod quidã turbones in dubium vocárant). Elector Palatinus Frid. ciq; directorium in religionis negocio concessum *ut testatur Burghardus olim Cancellarius Colonienſis Archiep. in sua autonomia fol.* 129. Cui addo quod in Camera Imperiali semper fuerint admissi utriusq; confessionis adsertores absq; ulla contradictione. Sed tegerunt, Bucerũ á priore sua confessione defecisse, & immutatæ apologiæ subscripsisse. Hoc falsum esse testantur ejus scripta in Anglia & Germania publicata. Testamentum Argentinæ ante discessum in Angliam conscriptum ac plurimorum gravissima testimonia & refellitistas nugas *Auctor* **deß warhafftigen Berichts** 7 *p.* 2. Verum posito quod defecerit hoc tamen nihil ad Andromacham. Quæritur n. An diversæ confessiones fuerint exhibitæ & receptæ, quod, uti dictum, negari non potest. Neq; ullibi legitur, quod protestantium confessio fuerit purior declarata, ac propterea veræ fidei norma & Ecclesiæ Dei universalis regula constituta. Utriusq; enim partis exhibitæ quidem fuerunt confessiones, sed non approbatæ, imo confutatæ, & ad Concilium legitimum rejectæ, ut patet ex actis. Improbé igitur agunt inquieti, qui aliis absque suffragio & mandato, & q. magis admirandum personæ privatæ publicis ordinibus.

veterem apologiam reprobatam, & ab illo ex angulo protractam pro infallibili veritatis regula obtrudere conatur. Et qui hanc recipere recusant, convitiis, ultra boni viri officium extremé proscindunt. Olim Pontificiis ordinib. protestantes nolebant permittere hujus rei cognitionem, neq; censura dicisionum, ut patet ex actis *A.66*. Sed legitimum Concilium judex ab Imperatore constituebatur, non litigantes partes, in pares nullum habentes imperium. *l. est receptum 14. de jurisd. l. 4. de recept. arb.* Neq; confessionistæ inter se, sed cum Catholicis Rom. inierunt pacificationē. Imó decretum á visitatorib. Cameræ *A.55.* ¶. **Wir befehlen/** &c. ne processus decernātur in causa religionis inter confessionistas, ut patet ex causa P. contra M. S. cōtra A. M. contra B. Summa est itaq; temeritas ita turbare pacem publicā, & inter Imperii ordines diffidentiam excitare. Ipsi adhuc inter se digladiantur de apologiæ veritate, & nihilominus hanc obliquitatis mensuram aliis pro veritatis regula obtrudere volunt. Ex Responso sapientissimi Principis Wilhelmi Landgravii ad literas trium Electorum secularium, de formula concordiæ patet, qualis sit cōsensus inter illos. **Bericht** *p. 3. c. 13. f. 374.* Verùm quid prodest, multum desudare in hoc negotio? Frivola & vana est illorum jactantia de pace religionis, cum Lutheranis (si ita Christianos in odiosa sectarum nomina distinguere fas est) magis controversia moveatur ob pactum pacificationis (quod Toleramus vocant) quam aliis. Lutherani (*inquit Windecus de extirp. har. Antid.* 10. *& seq.*) mortis supplicio exterminandi, interficiendi, propulsandi, reprimendi, delendi ustionibus & sectionibus exscindendi, tollendi, explodendi, viriliter extirpandi, trucidandi, iternecione delendi. *Et Becan. Iesuita in disp. de fid. har. ser. A. 1607. Moguntiæ impressa c. 10. pa. 88. & 94. inquit*: Libertatem sive pactionem illam Religionis, qua liberum esse Catholicum, vel Lutheranum vel Calvinistam omnino esse illicitam, & omnino divino præcepto repugnantem. Nec aliter, quam aliquo tempore, majoris damni vitandi causa, tolerari posse. Imó hæc libertas á Catholicis omnibus modis, quantum commodè fieri potest, impediri & profligari debet. Nullus sit istis ministeriorum locus: Sciant omnes etiam quid speciali rescripto vel pacto ab hujusmodi hominum genere impetratum sit non valere. His accedit *Simancha de Catholica inst. c. 25.* Sed de his satis dictum in *thes. 27.* Eant igitur & colant familiaritatem cum Papistis bonis suis amicis in Calvinianorum despectum, ut olim quidam magis arroganter, quam prudēter effutivit. Nam qui hoc credit, quod Papistæ sint Lutheranorum amici, illi cerebrum nō in capite, sed calcaneo habent. Aperiant oculos, & videant, quid moliatur per emissarios communis hostis, qui non novit superstitiosa sectarum nomina. In utriusq; prædiam inhiat vultur Romanus, & indifferenter igni mancipat utrumq;. Consultius igitur esset dissensionum fibras ab ipsis radicibus exscindere, & odia hactenus excercita perpetuæ amnestiæ tradere: ne aliquando (quod Deus benignè avertat) privati eorum affectus causa sint totalis interitus Reip. & Christianæ Ecclesiæ. Melius est in pace conservare paucos fideles, quam efficere, ut cum Repub. funditús extirpentur.

30. **Prudenter igitur fecerit pius & prudens Magistratus, si summam ministrorum immodestiam ac linguam petulantem cohibeat: ne contumelioſe vicinorum Principum, diversum sentientium, ministros, vel concionando *a* vel scribendo suis convitiis perstringunt. *b***

a) Odio-

a) Odioſum enim hoc eſt, & Eccleſiæ unitatem non ſolùm, ſed & politiorũ tranquillitatem turbat. Cùm igitur Principes utriuſq; bono ſint nati, ipſorũ eſt turbatum hæc flubra & ſeditionum tubas inhibere, diſſidiorumq; ſemina in herbis ſupprimere, ne rempub. evertant, aut religioni in varios rivos deductæ, exitium parent, ac priſtinæ tyrannidi miſeram Eccleſiam ſubjiciant: Magis n. hæc contumelia redundat in Magiſtratum ipſum, qui diverſam opinionem tuetur, quám in ejus miniſtros, unde poſtmodum diſſidentiæ, diſſenſiones, bella & Rerump. everſiones oriuntur. Prudenter conſtituit Imperator *ſub An.* 1530. §. **Wir haben. v. Die Prediger ſollen ſich mit jhren predigen vnſerm Abſcheid gemeß halten / vnnd fürnemblich in jren predigen vermeiden vnd vnterlaſſen / was zu Bewegung deß gemeinen mañs / wider die Obrigkeit oder gegen einander zu verhetzen / dienen oder Vrſach geben möcht. Vnd Gottes Wort nicht nach eines eigen Willen / Nutzen / Neyd / Hoffart / oder zu verführen der vnverſtändigen gemeinen Leyen / predigen / darzu Stumphirung / ſchmehens / vnd läſterns ſich enthalten.** Et Luther. *in Pſ.* 1. inquit: Inprimis obſervandum in Eccleſia, ut quam prudenter abſtineat á nominib. ſectarum & perſonarum. Concionatoris eſt diſſentientem placare ut fratrem, & humanitatis ſparſo ſale argumenta contradicentis diluere. Poſſumus de quibuſdam reb. ſalvâ charitate & pace, diſſentire. *Aug. l.* 1. *cont. Iul.* Et omni tempore in Eccleſia Dei fuerunt ſchiſmata, etiã inter Apoſtolos ipſos, qui tamen ab ipſo veritatis fonte & præceptore erant inſtituti, & abunde S. Sancti donis aucti. *Mat.* 10 10. *Ioh.* 14. 17. *Act.* 1. 5 *ut patet ex c.* 1. *ad Gal. v.* 11. *&* 14. Nunquam frumentum ſine lolio, nec granum naſcitur abſq; palea. Et propterea providé Eccleſiæ in Polonia utriuſq; confeſſionis egerũt, quæ ſe poſitis privatis affectib. fraternitatem inierunt. *A.* 70. *in Synodo Sandomirenſi*, Non obſtantibus quibuſdã Ceremoniis diverſis, aut verborum quorundam diſcrepantiâ. Temere igitur judicant alterius ſervum. Si cadit, Domino ſuo cadit. *Rom* 14. 4. qui illũ dijudicabit. 1. *Cor.* 4. Verúm (proh dolor) eó res devenit in Eccleſia Chriſti, ut magis ex præconcepta opinione & præjudicio hominum, quám Dei verbo omnia agantur:

Vi procerum ſupplent, cum verba probantia deſunt.
Textaq; cum debent ſolvere, crura ligant.

Duro di Paſcalo regula 270. Jam non Sacerdotes Herodes, ſed Sacerdos perſequitur Sacerdotem. Quem animi morbũ Chriſtus ipſe acerrimé reprehendit. *Mat.* 7. 1. *Luc.* 6. 36. *cum ſeq Rom* 2. 2 Et pro inimicis rogavit. *Luc.* 23. 34. Nec non permittit Solem exoriri, ſuper improbos ac bonos. Pluere ſuper juſtos ac injuſtos. *Mat.* 5. 41. *cum ſeq.* Michaël diſputans cum Diabolo, non audebat contra ipſum condemnationis ferre ſententiam, ſed dicebat: Increpet te Deus, *Iudæ in ep. v.* 9. Omnes moderati viri ex animo deteſtantur immaturum hunc zelũ, qui non ex pietate, ſed merâ temeritate & ambitionis ſcelere naſcitur. Conſtituit namq; natura quandam cognitionem inter homines, *l.* 3. *de juſt. & jur.* Atq; ideó maximum ſcelus putandum, ſi hominem vel nocentem odiſſe præſumſerit. *Monſ. de la nove diſc.* 3. *Lactan. c.* 11. *& ſeq. Inſt.* Et certé ſi huic malo remedium non quæratur, metuendus eſt totius Chriſtianiſmi interitus. Si boni ſunt viri, religioſi, & pacis amantes, multum prodeſſe Reip. Si verò ambitioſi, ſuperſtitioſi, ac turbulenti, facilé rebellionẽ excitare, ſubditos ad arma vocare, & & in extremum diſcrimen ſtatum conjicere poſſunt. Melius n. vatibus plebs paret, quám ſuis ducib. *Curt. l.* 4. Quis turbarum auctor in Gallia, Anglia, Belgio, Suecia,

Polonia? Certé Sacerdos, præsertim turbulentus Jesuita. Quis auctor dissidentiæ inter Principes Germaniæ? Nemo alius, quam minister ambitiosus. Quis deniq; veræ Ecclesiæ & florentissimæ Monarchiæ Rom. destructor? Sacerdos. Beatissima igitur Resp. quæ ministros habet pios, sedatos & pacis amantes, qui studeat conservare Ecclesiam, ac errantes oves cum summa humanitate reducere. Hi cum Christo colligunt, reliqui veró dispergunt. *b*) Neq; hoc solum propter indoctos, qui ob insciti̇am, sæpé typis mandant, unde postmodum adversarii, causam calumniandi Ecclesiam arripiunt: Sed etiam propter doctos, qui maledicendi studio dilectantur, & suis calumniis Ecclesiæ & Reip. summum damnum inferũt. Hoc videmus observari in Italia, Hispania & similib. locis, ubi nihil divulgatur nisi prius censuræ Apostolicæ (ut loquuntur) fuerit subjectum. Idem ab Imp. constitutũ, *An.* 1530. §. **Vnd nach dem durch die vnordentliche Truckerey biß anhero viel Vbels entstanden: Setzen vnd wöllen wir/ daß eim jeder Stand/ bey allen Buchführern/ mit ernstem Fleiß Versehung thue/ daß hinfürter/ nichts newes/ vñ sonderlich Schmähschrifft/ Gemäls oder dergleichen/ weder öffentlich noch heimlich/ gedruckt od Feil gehalt̃ werden/ es sey dann zuvor durch die Obrigkeit darzu verordnete verständige Personen besichtigt/ &c.** *Et const. sub A.* 67. §. **Setzen vnd ordnen/ &c.**

31. Pari ratione hominum carnificinam, Hispanicam inquisitionẽ *a* Scythicâ barbarie immaniorem, & Christianæ pietati prorsus contrariam, improbandam censeo. *b*

a) Hæc primum á Ferdinando Arragono Caroli V. avo materno, cõtra Judæos, qui post baptismũ ad priores ritus redibant, introducta, & á Sixto IV. approbata. Invulgato veró Lutheri nomine, in omnes promiscué, qui vel minimum de religione suspecti, exerceri crudelissimé cœpit. Ad triennium feré in carceris squalore detinentur miseri, & postquam corpora eorum ultra modum fuerint equuleo lacerata, postmodum ad rogum, furcas, gladium, aquas, vel præcipitium damnantur. Quæ extrema inhumanitas illã extremé Belgis reddidit odiosam: Gallis veró prorsus execrabilẽ. Imó vana est ex causis Belgici tumultus. *Emman. Met. de reb. Belg. sub An.* 1566. Ideoq; Henric. III. Franciæ Rex illam in suo regno recipere recusavit, inquiens: Volo potius corpus languidũ, quám plané mortuum. Non amplius cogam conscientias subditorum, si modó corporis officium præstiterint. Neq; est carnificina, aut sacrificii ara Religio, sed animæ medicina. Veneta veró Respublica, cui Pontifex illam obtrudere voluit, cum hoc Responso nuncium dimisit: Se velle quidem in Religione peccantes punire, sed non more Hispanorum. *Sleid. lib.* 19. Innata est huic nationi belluina immanitas, quæ non aliter sitit sanguinem humanum, quám Charybes Antropophagi. Testatur id horribilis laniena adversus innocentissimos Americanos, quorum ultra 20. milliones miserè trucidarunt. *Don Frater Bartolmy de las Casas Episcopus Hisp. qui ipse hanc persecutionem vidit, ut testatur in lib. de persecutione Indorum.* Imó proditum, canem nomine Bezer, ob majorem rabiem clarum, egregia stipendia meruisse, ex eo, quod plurimos insultares dilaniarit. *Auctor Ptolomaica descript. de Parva & Cubagua.* *b*) Deus enim sibi soli reservavit Imperium in conscientias, seu hominum animos, qui non vi, sed amore volunt duci *Sen. ad Luc.* Corpora de loco in locum transferre possunt Principes, non veró animum cogere. Imó citiùs efficient lapides aut ligna vocem emittere, quàm adigere hominem agere, quæ

re, quæ non decrevit. *Phil. Iud. à quo non dissentit Carol. V. Imp. in procem. Const. crim §. 7. cuius verba supra ad thes. 26. sunt relata.* Detestatur inter nugas Thalmud. Judæorum, & Alcoranus inter suas imposturas abhorret Christianorum furorem, ac muruam carnificinam. Inquirere deberent in promiscuam libidinẽ, & fœdam execrabilemq; Sodomiam, á quibus etiam ipsi Ecclesiastici non sunt immunes, & purpurari. Replentur Xenodochia pueris (horrendum auditu) hoc abominabili crimine corrupti per Italiam. Nec puduit Johannem Casum Archiepiscopum Beneventanũ libellum plané cynedum conscribere, in hujus abominandi sceleris laudem. *Sleid. lib. 21.* Et inquit Petr. *d. lib. de Triumph. Sonn. 106.*

Per le camere tue fanciulle & vechi:
Vanno treschando & Belzabu in mezzo
Col mantici, & col foco, & conglispechi.

Hic essent adhibendæ ultrices flammæ; ad fœdissimi sceleris abolitionem, non autẽ contra illos, qui Jesum Christum unicum Redemtorem mundi agnoscunt & reverentur. Sed oportet ut impleatur prophetia, Joh. *in Apoc. c. 11. v. 8. & seq.*

32. Religio namq; ferro, aut violentis propagari non potest: *a* Nec bellum ob diversitatem Religionis inferri permissum. *b* Utrum autem Magistratus Judæos cogere possit, ut statutis diebus verbum Dei audiant: Et num recté hæreticis sepultura denegetur, queri potest? Illud affirmo: Hoc vero nego. *d*

a) Experientiâ enim edocti sumus, Religionem hoc modo non plantari, neq; extirpari. Est enim pietatis ara armis inimica. De cœlo á patre luminum expectanda unitas. *Mons. de Serres invent. fol. 733.* *b*) *Const. imp sub An. 1530. §.* **Wir/ auch Churfürsten vnd Fürsten** *cum seq. & sub An. 1555 §.* **Es soll auch kein Stand den andern & §. Nach dem aber §. Setzen demnach vnd wöllen** Sic D. Luth. dissuasit bellum contra Carol. V. Imp. propter Religionem *Sleid. lib. 8.* Neque verum est, quod Barelajus *in lib. cont. Mon.* scripsit de Luthero, illum auctorem fuisse rusticis ad rebellionẽ. Contrarium enim patet ex ejus publico scripto, quo dehortatur plebejos á seditionibus. *Sleid. lib. 5. comm.* Fortiter autem & cordaté veram Religionem Principes tueri debent, si invasi fuerint *arg. l. de just. & jur. lib. 1. C. quan. liceat, l. 5. C. de jur. fisc. l. 41. l. 5. ad L. Aquil. Calv. l. 4. Inst. c. 20. §. 21. Beza de haret. extirp.* *c*) Decet enim Magistratum subditos de Religione commonefacere, *l. 3. C. de Trin. arg. Luc. 14. 23. Matt. 11. Rom. 11. 25. & 26.* Quomodo enim invocabunt, in quem non crediderunt? Quomodo credent, de quo non audiverunt? Quomodo autem audient absq; prædicante? Fides ex auditu est auditus per verbũ Dei, per quod Spiritus Sanctus operatur. *Rom. 10. 14. & 17.* Et hoc observatur Romæ, & alibi In Italia, ubi Plurimi recipiunt fidem Papisticam. *d*) Terræ reddendus est homo, unde ortus: Et præstat hoc humanitati, non homini, qui jam nihil sentit, sed Deo, cujus ille fuit simulachrum. *Lact. lib. 6. c. 10. & c. 12. Orig. contra Cels. lib. 5. c. 8. l. humanum, lib. har. c. super de rapt. c placuit 23. q. 5. c de furtis, 2. Reg. 9. 34.* Cessat enim pœna in defunctis, *arg. lib. 3. l. defuncto, de pub. jud. l. 2. C si reus vel accus.*

33. Extrema autem est insania, & affectata cœcitas inter hæreticos referre illos, qui salutis anchoram habent Jesum Christum, unicum

generis humani Redemptorē & Advocatum, repudiata D. virginis Mariæ invocatione, & aliorum sanctorum intercessione.

Probrosum est enim & execrandum sacrilegium, filio Dei honorem eripere, & creaturis aliis illum tribuere. *Esa.* 42. 8. 1. *Timot.* 1. 17. *Deut.* 6. 13. & 10. 20 Ipse solus mediator inter Deum & hominem. 1. *Tim.* 82. *Rom.* 32. 1. *Pet.* 119. In ipso acquiescit Pater, cujus est vivus character & imago, ac primogenitus omnis creaturæ, *Mat.* 3. 17. & 17. 5. *Col.* 1. 13. *cum seq. Heb.* 1. 3. 1. *Ioh.* 3 Ipse oculus noster, per quem Patrem videmus, Os nostrum per quod patri loquimur, quo nisi intercedente, nec nobis, nec Sanctis omnib. quidquam cum Deo est: *ut Div. Ambrosius inquit*: Hunc ipsa Dei genetrix D. virga Maria suum agnovit Salvatorem, gaudio exultās & eximiis affectib. cordis laudes psallens. Et exultavit (*inquit*) Spiritus meus in Deo salutari meo: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. *Luc.* 1. 47. *ubi Calv. in Harm. Evang.* Hîc nihil propriæ felicitati, sed omnia gratiæ Dei refert accepta, etiam propriam salutem. Summum est igitur sacrilegium illam vocare, salutis portam, mundi Dominam, cœli Reginam, vitā & spem nostram. *Offic. beat. virg. Mariæ.* Item *in hymno*, Antiphona, & Litania Mariæ Lauretanæ. Quin etiam eó impudentiæ & furoris se proripuit hominum vesania, ut ipsi Imperium supra Christum tradiderint. Canunt enim: Roga patrem & jube natum; *Calv. d. loc.* Nec juvat illos frivolum distinctionis effugium, duliæ & latriæ, quorum illud sanctis, hoc vero Deo tribuunt: cum servire magis sit, quám colere, *ut eruditi ostendunt. Calv. lib.* 1. *c.* 12. 5. 2. *Chamierus in epist. Iesuitu ad Cotonem & alios.* Nec sufficit illos bonos viros ipsi adjungere, sed & parricidas & proditores. Truculentissimum enim Monachum Jacobum Clementem Dominicanum, qui sceleratas manus sanguine legitimi sui Principis maculavit, sanctum vocat: Auctor Arpocratiæ *en Rabau du Caquet des politiques, in præfat.* Sic Garneto & socii Anglicæ proditionis auctoribus Martyrii coronas imponunt, ut testatur tabula, quæ Romæ extat venalis, in quæ cum aliis, quæ similiter infami morte perierunt, depicti sunt Ad Plutonem cum ejusmodi Divis & Martyribus. De reliquis verò audiatur testimoniū Lud. Vivis: Multi, *inquit*, Christiani in re bona peccant, quod Divos, Divasq; non aliter venerantur, quám Deum: nec video, quod sit discrimen inter opinionem eorum de Sanctis, & quod de Diis suis putabant gentiles, *lib.* 8. *c.* 27. *com. de civ. Dei.* Neq; hoc absq; ratione, Suffecerunt enim Junoni Lucinæ Margeretam; Jovi Pluvio Mariam Prunetanam; Romano Ancilli Rochum; Marti aut Perseo Georgium, Palladi Catharinam; Æsculapio Cosmum & Damianum: Dianæ Antonium porcorū patronum, &c. Qui hos advocatos spernit, vel D. virgini divuum honorem non tribuit, sed Christum unicum profitetur Mediatorem & patronum, hunc ferina rabie fasci-bus constrictum, securi subjiciunt, vel infelici arbori alligatum flammis exurunt. Nulla autem inquisitio in illos, qui in Italia, Gallia & alibi, si lusus ex animi voto ipsis non successerit, Deo furiosé conviciantur, blasphemo ore; minacib. oculis cœlum intuentes ipsum abnegant, vel qui Dei genetricem appellant; (horresco referens) *La putana di Dio ou la putaine de Dieu* id est, *Dei meretricem.* Hic altum est silentium, quia nullum ipsis ab Epicureis periculum imminet. In summa Danieli innocens Leonib. objicitur; Christus quotidie in membris affligitur: Barrabas verò impuné grassatur. Verum secundum *Petrar. d. lib. Sonnet.* 107.

Gl' sui

Gl' suoi sarano in terra sparsi,
Et le torri superbe, al ciel nemiche,
Et suoi torrier di for, come dientro arsi.

34. Quæritur autem: An Magistratus ordinem sanctum immutare, & in Ecclesia Dei ceremonias abrogare possit? *a* Et si pro imperio violenter compellat, quid Ecclesiæ hoc in casu agendum? *b* In utroque distinguo.

a) Turbarunt omnibus seculis tranquillum Ecclesiæ statum superstitiosæ ceremoniæ, illumq; adhuc non parum exercent: adeó proclives sunt ad superstitionem mortales. Omnes quotquot missi Prophetæ, humanas traditiones, sincerum Dei cultum obscurantes, impugnarunt, ac pleriq; crudeliter cæsi occubuerunt. Sic quoque concertavit fortiter Christus cum suis Apostolis contra Pharisæos, acriter sua defendentes. Non mirum igitur si eædem hoc nostro seculo Ecclesiam divexēt: In omnibus autem ceremoniis sedulo considerandus verus earum usus, Et cavendum ne nimium simus scrupulosi in levioribus: aut pertinaces in crassis superstitionibus. Illud enim curiosorum; hoc verò est hypocritarum, qui mentam & anetum decimant, sed verum Dei cultum crassa superstitione involvunt, ac in pleno Solis fulgore ultro cæcutiunt: Aut igitur cæremoniæ ad salutem sunt necessariæ, aut indifferentes. Illæ á Deo ipso sunt institutæ (ut sunt baptisma, cœna Domini, clavium potestas, & similes) nec sine summa impietate & sacrilegio in fidei præjudicium á Magistratu violari possunt. Imó si negligentia ministrorum, aut temporis injuria, divina dispositio, humanis traditionib. fuerit corrupta, seduló illam curabit reformatin: ne mysteriorum simplicitas humanis figmentis, quæ Jehova prorsus abominatur, involuta pereat, *Esai.* 29.13. *Matt.* 15.3.8.9. *& ibi Bullinger.* indifferentes sunt ut plurimum boni ordinis gratiâ institutæ, quæ quamvis ad salutem non adeó necessariæ: sine scandalo abrogari non possunt, nisi ex justâ causâ, summâ necessitate urgente, *arg. c.* 12. 11. *Matt. Luc.* 6.9 *Mar* 3.4.1. *Sum.* 31.6. Aut in superstitionem sint conversæ, 1. *Reg.* 28 4. *Chron.* 29.30. Ubi Ezechias serpentem æneum contudit in Christi typum ex Dei mandato erectum, *Num.* 219. Neque illud refragatur legi: *Exod.* 10.10. Quia omnes superat ceremonias lex pietatis: *Mar* 2.27. Nec quoq; in iis quidquam operatur bona hominis intentio, quæ citra scripturam sunt introductæ, ut patet *exc.* 29.19.13. *Esa. Mat.* 15.38.9. Hujus generis erant traditiones Pharisæorum, *de quibus in dist. c.* 15. Et hodié superstitiosi ritus Papales, quorum quædam adhuc fragmenta, in Evangelicis supersunt Ecclesiis, pro quibus nostri Theologi vehementiùs pugnant quàm pro ipsa Dei veritate. *b*) In hoc casu diligenter considerabit Ecclesia, cujus sint generis ceremoniæ. Si prioris fuerint & ad salutem necessariæ, aperté Magistratui, sed tamen modestè debet exponere: *Se nihil contra veritatem, sed pro veritate posse.* Petat itaque ut suo loco relinquat veritatem, vel aut integret omnia, & rem ad Ecclesiæ judicium deferat. Non enim erit Christus in consistorio reus, sed judex. *Ambr. in oration. ad Auxent.* Caveat autem seduló, ne rebellionem excitet, aut populum ad arma contra Magistratum convocet: Sin verò indifferentes, nec adeó Ecclesiæ Dei necessariæ fuerint, patienter potiùs ferat, quàm sacrum Dei ordinem, & communem patriæ tranquillitatem in periculum deducat. Pluris n. est omnium Ecclesiarum ædificatio, quàm

unius ab officio deflectentis conservatio, *Ambros. libr. 5. epist. 32. ad Valentinum*, Deinde ubi Magistratui pio prompta est ratio, & janua ministris aperta, ut ii, qui hactenus veritate caruerunt, aut adhuc in quibusdam sunt superstitiosi, ad veram agnitionem deducantur. Hîc sané summé sunt perfidi ministri, si pro facultate & donis à Deo acceptis omnes nervos non intendant, ut opus tam sanctum cum Magistratu perficiant, Dei gloriam omnibus legitimis modis promoveant & veritatem á superstitione vendicent. *Franc. Iun. lib. 3. cap. 5. de nat. eccl. Dei adm. Calvin. lib. 4. c. 11. sect. 4.* Deniq; non impuné ferent, si in superstitiosis ceremoniis nimium fuerint rigidi, & Deum carnali cultu colere malunt, quã admoniti desistere, aut extinctum cupiunt, quidquid eorum libidini, quamvis sit ex Deo, adversatur. Pessimi verò sunt, si livore impulsi modicus superstitiones defendant contra Magistratum; Aut ex merâ ambitione & odio aliis, qui sancto huic operi manũ admovent, fastuosé insultent: Aut eorum facta ac dicta publicé arrodant. Hoc enim non solùm in summum vergit Ecclesiæ detrimentum, & Christi contumeliam (cujus lucem in tenebras convertunt:) sed id faciunt, ut eó ampliorem licentiam in rebus majoribus obtineant, ac immodestiùs in proximum debacchari possint.

35. **Si verò Princeps vel alius Magistratus á recto fidei tramite discesserit, & aliam, quàm veram religionem amplexus fuerit; subditi, si contra legem Dei aliquid imperaverit, ipsi obedire non tenentur.**

In omnibus enim obligationib. Deus, cui ante omnia obtemperandũ, excipitur. *Act. 5. 19. Matt. 6. 24.* Nec sunt audiendæ Cleonum voces impuræ, qui quasi ex communi dividundo, Deo cœlum, Imperatori verò terram, & pro libidine agendi facultatem tribuunt. Ad Tarpejum cum istis impiis Ecebolis, qui ejurato creatore suis adulationibus Principibus causa sunt ad præcipitium & ruinam. Quasi verò jus suum resignarit luteo tuguriolo tremenda illa & adoranda majestas divina. *Esa. 48. 11.* Perpetuó retinet in manu sceptrum, quo immorigeros & frementes Principes compescat, & instar vasis figulini conterat. *Psa. 2. 9.* Ad aram igitur usq; sit subditorum obedientia, non ultra. *Act. 4. & 5. Mart. cl. 2. c. 4 sect. 42.*

Danda opera est magnis, sed non cum vulnere mentis:
Danda opera est magnis, sed comitante metu.

Si igitur Imperator hanc, Deus verò rem commendat aliam: Deus est potentior. Dicas igitur: Domine excusabis me, tu carcere minaris & mortem, si non faciam; At Deus, si faciam, minatur infernum & mortem æternã. *Aug. ser. 6. de verb. Dom. c. Iulianus 11. q. 3. Phil. Iud. de Monar.* Rebelles igitur sunt, qui impio decreto ejus obediunt, non qui detrectant. *Cal. lib. 4. c. 10. § ult. Magd. de jur. Magist.* Magis enim timere debemus eum, qui animam cum corpore, quàm qui corpus solum occidit. Concludo igitur *ex Duro di Pascalo regula 28. Aul. Polit.*

Si placea Christo, facilis jactura potentum est:
Latius imperium Cæsare Christus habet.

Et Clariss. Theologo Frid. Widebramo:

Terra fremat, regna alta crepant, ruat orbis & orcus:
Cui comes est Christus, nulla ruina nocet.

36. **Etsi autem intolerabilis est tyrannis, subditorum à vera reli-**

gione

gione depulsio,& ad idololatriam violenta coactio: Attamẽ privati, hostiliter imperanti nullo modo insultare, aut ipsi violenter resistere; Sed impium ejus imperium modesté tantúm deprecari permissum.

a) Quia Princeps impius, qui supra populum est Leo rugiens, & Ursus esuriens, *Prov.* 18.15. facit in corporibus innocentum, quæ nec sævissimi latrones, nec iratissimi hostes nec immanissimi barbari aliquando fecerunt. Nemo invitus retinendus: cum nihil tam voluntarium sit, quám religio, in qua si animus sacrificantis auresus est, jam sublata est, & nulla. Inutilis Deo, qui devotione ac fide caret. Longé sunt diversa; carnificina & pietas nec potest aut veritas cum vi, aut justitia cũ crudelitate conjungi. Defendenda est religio non occidendo, sed monendo, non sævitiâ, sed patientiâ, non scelere, sed fide. *Lact. inst. l.* 5. *c.* 20. b) Ad preces, lacrymas, & vitæ emendationem cum Ecclesia confugiant. Adscendat deprecatio, & descendet commiseratio. Hæc enim sunt fidelium arma, quibus mundi furores expugnant. Consenescat igitur hic immaturus & ardentissimus vulgi impetus, ipsosq; terreat divinæ majestatis vindicta *c. convenior.* 23. *q.* 8. *c. porro*, 16. *q.* 3. Non n. convenit cuilibet servos vocare ad pileum; nec populari ludibrio sacrosancta Principis majestas, etiam si apud indignos resideat, exponenda, aut uniuscujusq; pedib. subjicienda; Ut enim Achilles Heros, potentissimus Hassiæ Landgravius Philippus, in oratione ad milites, contra furiosos Anabaptistas, *referente Sleid. l.* 5. ostendit. Licuit Asinæ Bilami (quæ populi typus) Domino suo dicere: Quid feci. Offenderis si tuo meoque Domino de via discedo, & morem potiús gero, quám tibi. *Num.* 22. 28. Non autem violenter aliquid contra Bilamum tentare. Quo exemplo monemur, ubi civile Magistratus imperium Deo obluctatur, á quo omnis ejus potestas, *Rom.* 13. huic magis quám illi obediendum. *Exod.* 1.17. 1 *Reg.* 18. *Dan* 6 22. Superat igitur omne genus cruciatus, Servatoris exemplo, modestiâ, lenitate, patientiâ, non defectione, non injuriâ, aut vindictæ cupiditate. Quisquis enim ex animo Christum profitetur, is pulsatus rogat, & pugnis concisus adorat. *Tert. in Apoc. c.* 37. Spontaneum igitur exilium potiús eligat, aut mortem privatus, quám vel contra Deum Principi obediat. vel in unctum Domini furiosé insurgat, sermone, scripto, aut opere invehat, ad ordinis & pacis publicæ perturbationem. *Dan. c.* 3. 16. *cum seq. Winzerus in flagel. har pag.* 77. *&* 94. quem allegat, & sequitur. *Barclajus l.* 4. *c.* 6 *&* 7. *contra Monarchom. Monsf. de la Nove discurs.* 10. *Cauriana sopra il Tacito l. f.* 30. Valeant igitur hic factionum tubæ Principum sanguinarii sicarii, & venerarii Jesuitæ Rerumpub. eversores, ut Mariana Toletanus, Rossæus, Buscherius, Cresvvel, Carnetus, Windecus, & similes.

37. Proceres tamen Regni ferocientis Principis libidinem pro officio refrænare, ac impotenter grassanti, legem Dei violanti, & Christi Ecclesiam vastanti de jure resistere possunt.

Quia adsciti sunt in partẽ curarũ Reip. ut scilic. justitia Dei rectè administretur; Respublica pro parte sibi commissa piè regatur, & Ecclesiæ Dei ab omni vi externâ & eversione conservetur. Gladium n. summus Princeps, pro Dei honore, non verò contra Deum, gerit. Cæsari quæ Cæsaris, quæ verò Dei, reddenda sunt Deo. Si igitur malum fecerit Dei cultum intervertendo, proceres qui cum ipso ad idem opus

opus ex Dei ordinatione sunt constituti, *Rom. 5. & seq.* ipsi propter conscientiam obedire non tenentur: Et si velit vi cogere, ipsis permissa est defensio, non tamen offensio: præsertim in suis territoriis: *arg. l. de just. & jur. Beza de hær. à mag pun.* Exemplum habemus in Ezechia Rege, qui errorem patris agnoscens, discessit á cultu impio Assyriorum, quem cum Assyrius vi in ordinem redigere, nec muneribus placari vellet, ab illo defecit, & Deum defensorem habuit. 2. *Reg.* 16. (Quod tamen non dico, ut idem faciant proceres Christiani contra suos Principes, ob summam diversitatis rationem, de qua thes. seq.) *Petr. Mart. cl. 2. c. 4 s. 39. Calv l. 4. c ult Cosman c. 9. pol.* Summa tamen hic cautio adhibenda. ne ambitione aut propriâ utilitate, sed ad solam Dei gloriam id fiat, & veritatis defessionem, idque prudenter, & summo cum moderatione.

38. Non tamen illum sub hoc prætextu removere, *a* aut á legitima successione arcere, *b* multó minûs opprimere, *c* aut devolvere, sed pro ejus salute orare debere subditos, *d* pio zelo affirmare.

a) Deum enim solum habent judicem non subditos. *Principes 23. q. 5. Ps. 50. 6.* Exempla habemus in Saule, & omnib. Regibus impiis Israël, qui omnes ob impietatem, & quod cultum Dei intervertissent, á populo non sunt abdicati. Et falsum est, quod dicit impius Abdicatur *Buscherius hen. 3 c. 6.* Saulum á Samuële regno esse privatum. Dominus scindebat regnum ejus, inquit textus, non Samuël, ne scilicet successoribus stabiliretur. 1. *Sam.* 15. 28. Pater enim *exc.* 13. 21. *Act.* illum regnum ad 40. annos obtinuisse: nec Davidem Regem confirmatũ ante illius mortem. Neque refert, quod Assyriorum jugum discusserit Ezechias 2 *Reg.* 16. Quia contra legem, & inconsulto Deo ejus pater sese subjicerat; novum & prohibitum introducendo cultum, ac propterea rectè fecit, quod defecerit. *arg. c. 34. v. 12. & 15. Exod. & Deut. 7. 2.* Deinde inquit textus, quod Assyrium tentaverit placare muneribus, ne ipsum in legitimo cultu turbaret, aut vi ad idololatriam cogeret. 2. *Reg.* 18. Sed frustra. Justa igitur defensio magis erat. Falsissimum autem est, imó impium, quod dicit Mariana Jesuita Toletanus: Subditos in casu ab omni homagio esse solutos, & ipsis permissum Principem interficere, vel ferro, aut veneno. Cum veneno autem minus esse periculum, & majorem spem impunitatis. Fiat igitur, me auctore (inquit) hoc temperamento, si non ipse, qui perimitur, venenum haurire cogitur, quo concepto pereat: ut exterius ab illo adhibeatur; cum veneni tanta vis sit, ut sella eo, aut vestis delibuta vim interficiendi habeat. *l. 1. de reg. c 7. p. 67. edit. Mog Cresvval. advers. Edict. Reg. Anglia. p.* 162. Omnium Catholicorum est sententia, ad Principes depellendos, qui fidei Cathol. injuriosi, obligatos subditos: Imó conscientiæ vinculo *hær. Gen. in Actu, A. 26. p. 68.* Reginam Angliæ ex Eccl. dejectam jure optimo occidere liceret.

b) *arg. §. 2 Inst. de his qui sunt sui. l. 13 §. C. de hær.* Hæc enim esset effrænata & violenta esset subditorum rebellio. *Comin. l. 10. comm.* *c)* Nullus enim condemnationis judicium ferre potest in Principem, si contra legem Dei fecerit, quia nullum superiorem *l est receptum. de jurisd. l. 4. de arbitris, Br. in l. in fin. nu. 5. de ver. divis. & in l. unic. §. 1. n. 7. Si quis dicent. non obtemp. Xiphil. ex Dion. in vita Antonin. Beza de exam. in fin.* Tibi, tibi soli peccavi, inquit David *Ps. 51. 6. Sic quoq; Flaccus:*

Reges in ipsos imperium est Iovis
Clari giganteo triumpho,

Cunctã

Cuncta supercilio moventia.

Olganniunt Jesuitæ omnes, qui indifferenter cunctos armant in sacra Principum capita, & illos pro sua libidine sancta auctoritate spoliant, præsertim si verum cultum restituant: vel minimum á Romana superstitione deflectant. *Abdicator impius Hist. 3. c. 6. Vindicator iniquus Rossæus de justa In Reges impios, l. 2. p. 13. In actis Carn. pag. 61. Conr. Brun. l. 3. c. ult. n. 13. de hei. Bozz. de temp. mon. Eccl. l. 1. c. 3. & 11. Marian. Iesuita Toletanus l. c. 6. de Reg. Bell. de Rom. Pont. lib. 5. c. 7. Windec in d. lib. de har. extirp. antid. 1. p. 407.* d) Scriptum est enim in lege Dei: Non maledices Principes populi tui. *Eccl. 11. 18. Act. 23. 5.* In se spuit, qui spuit adversus olympum, *Scalig.* Sic Prophetæ pro salute Nebucadnezaris & filiorum orare jusserunt, *Bar. c. 1. 11. Ier. 29. 7. 1. Tim. 2. Coll. Mant. de jure princ. lib. 8. c. 18.*

39. Nullatenus etiam excommunicatione regno privari potest. *a* Imó cum res sit ardua, non facilé in summum Principē dirigenda. *b* Brutа verò fulmina Pontificum, divini & humani juris corruptelas potiús, quám legitimas excommunicationes esse concludo. *c*

a) *Gloss. & Dd. ad cap. Apostol de sent. & re jud. in 6.* Papæ tribuunt absque Concilio deponendi potestatem Imperatorem. *Et Bonifac. VIII. in cap. unam sanctam extr. de major.* sibi utrumque gladium adscribit, & illo Reges, milite, tanquam subditos ad nutum Papæ uti debere. *Innocentius verò III. in cap. solicita de major. inquit:* Quod sit constitutus super regna, ut evellat, dissiper, ædificet & plantet. *Author concut. Eccl. Cath. Trevir. excusa An. 1583. p. 243. 246. 267. ait:* Pontificis auctoritatem esse articulum fidei: & Papam habere potestatem quemcunque Principem de principatu dejicere, ejusque sententiæ, si promulgetur, subditos Principum obedire teneri. Imó Imperatorem in convivio manibus Papæ ad lotionem aquam ministrare: In equum ascendenti stapedem tenere, & equum ducere, esse obstrictum, *inquit Auctor Ceremon. Eccl. l. 1 sect. 3 part. 1. & sect. 5 fol. 61.* Verùm de his satis *supra in thes. 15. 16. 17. & 18. ad lit. c.* Negamus autem constanter, Civilem potestatem ac Regum coronæ in hoc casu presbyterio subjici, sed soli DEO ἀμέσως, *Beza de excomm in fin. Mart. class. 4. l. 13 s. 10. VVarm. ab Erenberg. de Regni subsid. c. 3. fol. 39.* Quia Ecclesiæ officium est, docere, monere, arguere, increpare, & interdum cauterio adhibito ſeparare. Et hoc nihil communi habet cum civili pœna, quám presbyterium nescit. Imó raró civilis pœna bona auffert damnatis, *authent. Bona damnatorum, C. de bonis damn VVesenbec. de pœn. num. 9.* b) Verùm quidem est, quod presbyterium sit spirituale tribunal Christi, conscientias concernens, & propterea nemo mortalium ab ista dominatione immunis, *Beza d. l.* Attamen cum Principis auctoritas, quæ anima Imperii dicitur, hac ratione violetur, non facilé admittenda existimo. Excommunicandi enim publicé nominantur, ut famosi appareant, quæ infamia Principis majestatem prorsus evertere. Ideoque potiús privatim admonendi, (ut per Prophetas olim factum legimus) quám subditorum ludibrio exponendi. Sic August. *l. 3. Ep. cont. Parm.* prohibet: Ne in eum feratur anathematis sententia, qui sociam habet turbam & facilé Remp. evertere potest. Sic *Ann. 1561.* In Gallia Johan. Tanquerellus Theologiæ Baccalaureus fuit condemnatus ad faciendam amendam (ut vocant) honorabilem, eo quod in thesibus suis posuisset: Papam posse excommunicare Reges. *Mons. Arnauld. en son playdoyer con-*

yer contre les Iesuistes f. 8. Auctor des Abus & nullitez du Pape Sixte V. Warm. ab Erenv. d. lib. fol. 34. D. Ambrosii factum á multis non probatur, qui piissimum Imp. Theodosium á sacris arcebat, ex eo quod rebelles Thessalonicenses severé castigasset. Justa enim erat in perduelles sævitia, qui ejus præfectum cum aliis viris nobilibus injustè interfecerunt. Hic n. rectorem ludorum Circensium Sodomitam, ob stuprum in puerum cõmissum carcere incluserat, cujus industria delectabatur populus, qui illum à præfecto impunitum reposcebat; recusantem verò cum suis miserè per rebellionem trucidabat. Quæ causa dolorem auxit in castissimo Imperatore, & quoque severitatẽ. *c)* Causæ enim hujus impiæ excommunicationis sunt privata hominũ odia, ambitio, levitas & usurpatæ tyrannidis conservatio, ad politiarũ destructionem contra Christi, ejusq; Apostolorũ doctrinã inventæ *Calv. l. 4. Inst. c. 11.* Neq; solum cõtra sontes, sed ut plurimũ insontes diriguntur: & vná cum Principibus etiam subditos illaqueat, regnaq; prædę exponit, ut patet ex protestatione Regis Navarræ, ac Principis Cõdæi adversus impium fulmẽ Sixti V. cujus refutatio reperitur in Bruto fulm. Gregorius VII. monachus vafer, astutus, ac necromanticus (*teste Bennone & Sigeberto*) primus anathemate notavit Henr. IV. Imp. & imperio abrogare subditos sacramento absolvere, & simul omnes adhærentes, etiam dignitatibus, ac beneficiis, diris execrationib. adjectis, privare tentavit. Agite (inquit ad Cardinales, & alios Clericos) Apostolorum Principes, & vestrâ auctoritate, quod dixi, confirmate, ut omnes nunc demũ intelligant; Nos imperia, regna, principatus, & quidquid mortales habere possunt, auferre & dare posse. *Impius Abdicator Henr. III. c. 6. Bozz. de temp. Eccl. mon. Alex Pisan. de imm. Eccl. p. 4. 5 Bell. l. 5. c. 1. de R. P.* Verùm rectè Artaliba Rex Peru dixit (*ut refert Lopez.*) Insigniter fatuum esse oportet Papam, qui, quæ non habet, aliis liberaliter largitur: vel certè impudentem ac injustum nebulonẽ, qui ejectis veris possessorib. alienas terras peregrinis addicit, & in mutuas cædes mortale genus armat. Hoc Diaboli mancipium conduxerat aliquẽ, qui in Imp. cum preces perageret, lapidẽ ex alto dejiceret: Sed fracta tabula lapis suo pondere parricidã secum traxit & conquassavit. *Benno Cardinalis.* Reperitur Avennioni pictus in templo Cluniacensium cum flagello, & Henr. IV. Imp. devolutus ad pedes ipsius, candidâ stolâ amictus, complicatis manibus, cum hac inscriptione: Dum Rom. P. auctoritatẽ adversus Henr. IV. Imp. perfidiam strenué tueretur, Salernæ decubuit. Quam impudenter autem mentiantur Monachi, ex hoc liquet. Inquiunt, strenué tuendo suam auctoritatem, decubuisse: Cùm Benno *in eius vita* dicat, illum singulari Dei judicio rupra cathedra, cum detestabilem sententiam excom. contra suum Dominum Imp. Henricum proferret, in terram concidisse. *Mar. Scot. in Chron.* Contra hanc excom. Imp. coëgit Synodum Worm. & quoq; Brescię, in quibus fuit absolutus, & Papa damnatus, & scelerum gravis. convicto suffectus Clem. III. Ille verò ausugiens Salernæ miserè periit. Hic piscium usum instituit die Sabbathi. Urban. verò II. campanæ pulsum trinis vicib. ad singulis diebus pronunciandum salutationem Mariæ, *ut dicitur d. loc. in subscriptione utriusq;*.

40. Pietati cohæret probitas, & modestia? Illa est in omni actione & morib. recta via, ac norma honesta. *a* Vita autem Principis perpetua subditorum regula & censura? *b* Hæc verò est ratione temperatus, nec actione exultans de se suisq; sensus. *c*

a) Vana

a) Vana est absq; probitate pietas *Lipsl. 1 c. 6 pol.* quæ serió & veré in Principe requiritur, *Sal. in Cat.* Non similate, nec ad speciem scænæ servientem *ut impius vult Mach.* Dogma pariter Principi & subditis perniciosum, utpote naturæ & verbo Dei contrarium *Prov. c. 11. 3. Lipsl. in notu ad d. c. 6. Mar. Sal. de princ. c. 4.* *b*) Quales in Principe refulgent mores, tales quoq; propagantur in subditis? Nec probitate sibi soli, sed innumeris prodest. *Plin. in pan. Ammir. lib. 3. c. 9.* Ille siquidem cum alios regat & actionibus humanis modum imponat, æquum est ut culpâ & vitio careat? Ne regula, quæ suâ rectitudine humanos actus metiri debet, obliquitatis fiat mensura. Nam virga obliqua & & tortuosa rectam non reddit umbram. *Thal. Mil. Cel. Mancin lib. 8. c. 1.* Imó Rex Sol est sui regni; qui per opacitatem vitiorum obscuratur, & per virtutum candorem redditur illustrior. Quæ gloria est Principi universo Orbi dominari, si ipse vitiis inserviat? *Plin. d loc.* Ex morib. Vitellii omnes ejus administri gulâ æmulabantur, ac tempestivis gaudebant conviviis. *Tac. lib. 13.* *c*) Omnes hominum ordines, in primis verò viros Principes decet modestia. Qui hanc virtutem spernunt, & aliorũ repudiant cõsilia, propriis confisi viribus, gravissima vulnera populo infligere solent. *Com lib 1. Celsl. Manc. c. 4. l. 8.* Ubi superbia, ibi contumelia: ubi autẽ humilitas, ibi erit sapientia. *Prov. c. 11. v. 2.* Oderunt igitur Principem, qui ipsi superbiam suadent, & ut subditis se præbeat difficilem, *Paruta. lib. 2 fol. 304.*

41. Nunquam tamen nimium sese demittat, neq; subditos in ulteriorem familiaritatem admittat, *a* sed sedulò caveat, ne externo corporis habitu, *b* vel exemplo aliquo, *c* aut facto indecoro majestatis diminutionem patiatur. *d*

a) Ex hoc namq; auctoritatis nascitur diminutio. Quia facilé abutitur vulgus humanitate potentiorum. Et ex conversatione æquali majestatis nascitur contemtus. *l. 19 de off. præs. Parat. d. l. 2. fol. 304.* Reges Sabę quoties in conspectum populi prodibant, lapidib. obruebantur. Existimabant n. vilescere, continuo adspectu Regis auctoritatẽ. *Diod. lib. 3. c. 3.* Prudenter igitur facit, si interdum vitato assiduitatis fastidio auctoritatem sui conservet absentia, *Suet. in Tib. 9. 10.* Et animum recreare cupiens secretó id faciat cum paucis & fidis. *Fulv. Pacian. c. 3. n. 130* Nunquã autem tractabit nugas, aut impudicos sermones in præsentia subditorũ, ex Sosopatris sententia. Hoc unicũ enim in Wesphal. Principe aliâs optimo reprehensum. *b*) Plebs enim externâ specie ducitur, & ex apparentib. judicat. Et ut verruca, seu lentigo, ẽt minutissima in facie magis est odiosa, & oculis adspicientium ingratior, quàm cicatrix & deformitas in alia corporis parte: Ita exigua Principum errata majora videntur, & magis lædunt intuentium animos, quám maxima subditorum peccata. *Manc. d. loc.* Nam *secundum Iuvenalem lib. 3.*

Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò maior, qui peccat, habetur.

Si igitur habitu decoro, gravi, non lascivo nec pulcritudine vestimentorũ, sed virtutis splendore, comite humanitate, subditis se reddat amabilem & venerandũ *Fulv. Pac. d. c. 3.* *c*) Plus exemplo nocetur, quã peccato *Cic. 3. de leg.* Nec Deus ullo modo offenditur gravius, quám exemplo. Propterea magis conquestus de Davidis, Jeroboami, Achabi & aliorum malis exemplis, quibus populum ad eadem perpetranda solicitabant, quám de peccato ipso. Raró quippe evenit, quod subditi non

sint vitiorum imitatores Principis. *Guevara epist. 1. Ful. Pacian. c. 2. n. 29. Lipsc. 11. lib. 4. Claudian.*

Regis ad exemplum totus componitur Orbis.

Sit igitur exemplo major, cum sit imperio maximus. Et cives suos tectè facere, faciendo doceat, *Vellej. lib. 2.* Ægypti Regibus, si in vita perperam egissent, unde regalis fortunè splendor obscuratus, post mortem justa funeris denegebantur. Quin & obvio cuiquam defunctos accusare licebat. Quod Reges adeó reformidabant, ut vel ea duntaxat causa pietatem & justitiam sibi persuaderent colendam. *Diod. Sic. rer. an. lib. 2. c 3.* Pari ratione Princeps timeat historicos illosq; instar fœminæ deformis pictores, fugiat. Ut enim hic illius deformitatem ad vivum exprimere: sic illi Principem facinora æternæ memoriæ consecrare consueverunt. *d*) Ut contemptus Principis horribilis est machina ad dejiciendam ejus auctoritatem, & maximè efficax motio ad evertenda regna: *Serran. in Clodov.* sic non minus contemptorib. periculosa irrisio, etiamsi ille simplicissimus, ac dignum quidpiam irrisione committat. Manet n. altâmente reposta injuria, & oblatâ occasione non contemptum severè vindicat. *Tac. lib. 5. Ammir. c. 1.* Cujus rei exemplum est illustre in Ramiro ex monacho, Pontificis auctoritate, rege facto Hisp. qui ob simplicitatem suis proverbii loco erat. Verùm aliquando læsam majestatem supplicio undecim nobilium Aragonum aulicorum, qui prætereuntem irriserant, severè vindicabat. Illos enim suum carceri mancipari, & postero die securi percuti jussit, inquiens: *Non sabe la Volpeja con quien trobeja.* Id est: Nescit Vulpes, cum quo jocetur. Quasi vellet dicere: Periculosum esse cum mansueto Leone jocari. *Marinaus lib. 8. rer Hisp. Collenucius lib. 1. 8. rer. Hisp. Collenucius lib. 1. hist. Neap. Cauriana lib. 2. Corn. Tac fol. 334.*

42. Prudenter etiam faciunt, si per legatos *a* viros bonos & prudentes negotia curent, & controversias: nec ipsi sæpiùs conveniant, aut in colloquia cum aliis descendant. *b* Splendidè autem legatos etiam non adeó gratos alterius Principis excipiant, clementer audiant, & magnificè tractent, ne de inhospitalitate conquerendi occasionem præbeant. *c*

a) Legatorũ nomen latissimè patet, & pro quovis Magistratu accipitur, cui muneris obeundi alicujus, foris præsertim, officium delegatur. In nostro autem proposito sunt, qui alicujus negotii oretenus expediundi gratiâ ad alios mittũtur, & proprié Oratores dicti, de quibus *Alex. ab Alex. lib. 6. c. 3. & infr. loco de Consiliariis.*

b) Fieri enim non potest, quin ipsorũ familiares de rebus ante actis, non absq; molestia & fremitu alterius partis loquantur. Deinde propter æmulationem, quæ facilè exoriri potest, præsertim, si pari fuerint potentiâ, nisi ea fuerint ætate, ut prætet joeos & ludum nihil spectent. Sunt deniq; ex Principibus aliis decentiores, & adspectu magis honesto, iis jucundum est prædicari á multis, neq; id fieri potest absq; alterius, qui deformior est, vituperatione. *Comin. lib. 1.* ubi id illustratur exẽplis Lud. XI. Gall. & Hen. II. Hisp. Regum & quoq; Frid. Imperatoris, ac Caroli Burgundiæ Ducis. *c*) *Nobiliss. Duro di Paschalo in Aul. pol. reg. 66.*

43. Probitati subjungo clarissimum Reip. jubar, & orbis totius validissimum vinculum. Justitiam, quam unicè sibi commendatâ habebit, &

bit,& justâ lance ex præscripto legum & rationis, cum omnib. communicabit;si modò regnum suum velint salvum,totum,& quietum.

Majestatis Imperatoriæ proprium est,armis non solùm esse decoratam sed & legibus armatam, ut pacis & bellorũ tempus utrumq; possit gubernare,*proœm.Inst.* *can.scelus* 41 *And de Iser.ad tt.quæ sint Regal.n* 14.Nec excellentiùs donum hominib. est datum,quàm justitia. *Plat.lib.2.de repub.*Nec quidquam in terris Deo similiùs est Principe sapiente & justo. *Plin.in Paneg.* Est n.dux & auriga populi,quo deviante ad unum omnes præcipites ruunt.*Clariss.Casman.in appendice Aphoriſt.*Confugere igitur ad Principem,est ire ad ipsum jus. Et imperia absq; justitia sunt rapinæ & latrocinia,*Aug.lib.4.c.4.de civ.Dei.*Amara quidem vitiosis,ac malè viventibus sunt justitiæ præcepta, *Lact.lib.1.c.4.* sed Reip.maximè necessaria, & prudenter adhibenda. Non enim protinus subjiciendus securi, qui castigationem meruit: nec qui securi dignus,fustibus cædendus.Corrigit virga,quod emanderi potest:Quæ verò corrigi non possunt,succidunt secures. Fasces quidem erant in promptu Magistratui,cum securi,sed collegati. Quia nolebant Romani illâ expeditâ ad manus de capite cognoscentis: verùm ut omnis puniendi ratio humanitatis vinculo, ac misericordiæ dulcedine esset irretita,ita ut non,nisi lege, & quidem invitus, ad castigandum accedere videretur,*Salam.de jure princ lib.3.*

44. Utrum autem Princeps legum vinculis constringatur,*a* & ad observationem Mosaicarum teneatur, quæritur. *b* In utroque distinguo.

a) Nullum est Imperium legitimũ nisi rationis terminis sit conclusum. Distinguo igitur inter legem divinam,& humanam. Illa vel ceremonialis est,vel judicialis,vel moralis. Ceremonialis per Christi adventum est sublata: quia veritas adumbratain ipso est exhibita,& Solis exortu umbra depulsa. Mansit tamen Dei cultus spiritualis in Decalogo præscriptus. *Beza de har.* Lex judicialis abrogata solùm quoad ceremonias Judaicas.Nam cum lex moralis norma sit perpetua,quę sanguinem proximi innocenter effundere prohibet, perpetua quoq; erit inde resultans æquitas:Utscil. vicissim ejus sanguis effundatur, qui alternus injustè dispersit. *Beza d.loc.*Potest tamen Princeps pro qualitate loci & circumstantiarum,aliâs substituere pœnas,neq; adstrictus ad eundem judicii processum & executionis modum: sed ita,ut existimo)ne toto genere sint diversæ. Ad legis moralis observationem indistinctè tenetur. Quia est immutabilis Dei voluntas, & æternæ justitiæ regula,omnib.præscripta,maximè consistens in Dei cultu,parentum reverentia,& proximi dilectione.*Deut.*17.18.19. Quo refertur etiam jus naturæ, quod Principem æquè constringit,*l ubi pugnantia,*§ 1.*de R.l.l.*1.§ 3.*l.*2.*l* 3 *de just.& jur.*§ 1.*&* 21.*Inst.de jur. nat.gent.*Neq;Princeps amplius est,si natura repagula recludit,ejusq;terminos perrumpit,sed tyrannus,*c.scelus,*2.*q.*1.*Ciro Spontone lib.*4 *c.*2.*del governo di stato. Sal.lib.* 5.Ex legib.verò humanis,ad illas,quæ de regno sunt conscriptæ,obstringitur.Quia his regni salus certis limitib.est circumdata,& pactis soleuniter confirmata,quibus neglectis ipsum quoq; interire n[illegible]cessum est. *Bal.in cons* 326.*n.*4.*lib.secundum novam impress.* Quæ autem sub[illegible]itorum respectu sunt latæ, illas observare non tenetur,ut sunt onera regni[illegible]legũ solennitates,pœnæ & similia *l.*14.§ 1.*de manum.l.*12.*C.de don. int.vir.*[illegible]*.l.*19.*v.except.C.de episc.& cler.l.*34.*in fi.C.de don.l.*3.§ *lex imperii,juncta l.*23.

l.23.C.de testament.l.1.C.de const.prin.l.princeps,ff.de ll.l.23 de legat.3. Donell.1.comm. 17.Vult.1.Iurisp.c.12. si tamen ultrò solennitates velit observare, nihil facit, quod majestati adversatur, *l.digna vox, C. de ll.* Non autem ut id faciat compelli potest, *Barclajus lib.3.c.14.contra Monar.* Sic quoq; stare cogitur propriis pactis & conventionibus: quia alia ratio legum, alia est conventionum. Illæ etenim Principis á potestate sola dependent: At conventiones mutuum habent vinculum, quod Princeps honestè dissolvere non potest. Non erunt irrita, quæ procedunt de labiis Principum *1.Reg.1.30.* si tamen jure supremæ dominationis suâ potestate abutitur, de facto id quidem facit, sed absq; ullo metu pœnæ. *Prugkman. in § soluta potestas, Covar.resol.lib 38.n.9. Warm.ab Erenb.c.15.n.6 de reg.subsid Barclajus lib.1. Alb.Gentilis disp.1.de absol.reg pot.* Alii distingunt inter vim legis coactivam & directivam, coactivam appellant, quæ pœna transgressores affligit: Directiva, quæ hominum actiones dirigit, eosq; in foro conscientiæ obstringit. Ab illa eximunt Principem, ab hac verò non. *Tho. Aquin.qu.69.art.5. Cels. Mancin.lib.7.c.13. Barclajus lib.4.c.23.* Quia liberi sunt Reges á vinculis, & delictorum pœnis in hoc mundo. Neq; enim legibus ullis tenentur tuti Imperii potestate. Homini ergò non peccant, cui non tenentur obnoxii. *Ambr.in Apol David c.4.& 10.* Quam honestum inquit; quod David, cum potuisset Regi inimico nocere, voluit parcere. Quam etiam utile; Quia & successori profuit, ut discerent omnes fidem Regi proprio servare; nec usurpare imperium, sed veteri. *Idem lib.3 c.9.* Reges enim divino examini reservantur, nec seculi legibus cohibentur. *Frisin epist.ad Frid Barb. Imp.in epist.dedi.& D Bern.2 epist.270.& c.tum. c.de pass.Dom.c.45. Har.lib.1.epit.t.1.* Hæc longé diversa est doctrina, quám illa, quæ hodié à Jesuitis introducitur in principum, & Rerump.eversionē. *c)* Hujus quæstionis decisio dependet ex præcedentibus. Quibus addo, quod Mosaicæ leges meré politicæ strictè obligurint Judæos, nec licitum ab illis discedere. Christiano verò Magistratui liberum semper id fuit, & pro ratione temporis, loci, ac circumstantiarum, pœnam vel exasperare crescentibus delictis, vel mitigare: Ita tamen, ne nimiū á lege Dei, tanquam perfectissimo rationis, & legum condendarum justo exemplari, ob naturalem æquitatem discederet.

45. Communis Dd. est opinio: Principem lege Regia legibus esse solutum. *a* De auctore autem hujus legis apud omnes nō constat, quem L. Flaccum Interregem fuisse autumno. *b*

a) l.1.de const.prin.ubi Wesenb. in parat. *b)* Lucium Flaccum Interregē de Syllâ perpetuo Dictat. hanc legem tulisse existimat *Franc. Topejus de potest.princ.secul.* qua ei summam ac planè Regiam potestatem permisit. De hac lege *Cic.3.in Rullum inquit:* Omnium legum est inquinissima, quam L. Flaccus Interrex de Syllâ tulit, ut omnia illa, quę fecisset, rata essent. Nam cum cæteris civitatib. tyranni de institutis, leges omnes extinguantur, hic Reip. tyrannum constituit. *dem.1.de ll.* Jam verò stultissimū illud existimare, omnia justa esse, quæ sita sint in populorum institutis & legibus, etiam ne si quæ tyrannorum leges, si [illegible] illi Athenienses delactarentur legibus, num idcirco hæ leges justæ haberentur? [illegible] magis illa, quā Interrex noster tulit, ut Dictator, quē vellet civium, in dicta cā[illegible] impune [illegible] occidere, *Et Appianus de Bello Civ.l.1.* Lucius Valerius F. Interrex á Sen[illegible] proditus, dein Consulib. civitate, Carbone & Mario interfectis, tulit legē, ut Sylla [illegible] tuus Dict[illegible] esset.

rearetur, & quæcunq; is tuliſſet, rata eſſent. Unde cum pop. Rom. vidiſſet, ſe nihil amplius ſecundũ leges decernere poſſe, nullumq; in Rep. ſibi relictum eſſe locũ; ut qui arbitratur, ré ampliùs ad ſe non pertinere. Syllam D. & Principẽ, qui pleno jure regnaret, creavit. Et ita ſub Rege fuit; Poſtmodũ verò populus jugũ ſervitutis aſſuetus, lege Regia omnem poteſtatẽ in Principẽ transfudit, ut quod neceſſum erat patiꝰ legis Regiæ titulo contegeretur. Ergo non primũ cœpit in Cæſare aut Auguſto, ſed Sylla Dictatore. Addita quidem adhuc quædam de Auguſti & aliorũ Impp. imperio; *ut patet ex tab. ænea de Veſpaſ. imperio conſcripta, quæ adhuc Romæ viſitur, cui inciſa hæc verba:* Utiq; quibus legibus, plebeive ſcitis ſcriptum fuit, ne D. Auguſtus Tiberiuſve teneretur iis legibus, plebeive ſcitis, Imp. Cæſar Veſpaſianus ſolutus ſit, &c. *vide Salam lib. 6. de princ.* Ex quibus colligitur, Impp. non omnib. legibus fuiſſe ſolutos. Quæ n. hæc eſſet poteſtas anomala, nullis frænari legibus, ſed belluæ inſtar pro libidine vivere abſq; jure? Deus perfectiſſima juſtitiæ regula, ſolus poteſt quæ vult, *Pſal.* 25. & 115. quã gloriam nulli communicat creaturæ. *Eſai* 42. 8. & 48. 11. Id poteſt Princeps, quod jure poteſt, *l. nepos de V. S. l. filius. de cond. inſt. c. faciat* 21. *q.* 2. *c. Agathoſa, in fi.* 27. *q.* 2. pro communi ſcil. utilitate. *l.* 2. § *noviſſimè de Orig. Iur. l.* 3. *de offic. præf. vig. l.* 1. *C. l.* 1. *c. de Iuſt. C. confir.* Finis namq; humanæ legis eſt hominum utilitas *erit, diſt.* 4 *c. upibus q.* 1. Princeps igitur ad bonum potens, & pro communi hominũ ſalute creatus eſt. *Franc. Topejus d. lib.* §. 1.

46. Non igitur pro libidine juris repagula perfringere, leges figere, atq; refigere poteſt.

Nam etiamſi penes Principem omnis eſt juriſdictio, & ab eo, veluti perenni fonte in reliquos Magiſtratus inferiores dimanet *l.* 1. *tot. tt de ambitu. Weſem. in par. de iurisd. n.* Attamẽ non niſi evidenti aliqua ratione & utilitate ipſi permiſſum eſt, ab eo recedere jure, quod diu bonum & æquum viſum fuit. Arguit n. illud Principem inconſtantem, eumq; contemptibilem reddit cum legib. Nec convaleſcit quæ ſæpius transfertur planta. *Sen in ep. Caſman. c.* 17 *pol Fulv. Pacia. c.* 3. *n.* 48 *Bartoli Filippe in tr. del conſeglio & de canſeglieri, c.* 13. *n.* 14. Regis itaq; voluntatẽ pro lege habemus, ſi juſta ſit. Non enim, quia Rex vult, juſtum eſt; ſed quia juſtum Rex velle creditur. Eximii Machiavelli ſchola prodiit: Ut ſit pro ratione Principis voluntas. Exercranda hæc erat vox Alphoni Tolet. Ducis Albaniæ in perſecutione Belgica: Los Ivezes (dicebat, ſi judices æquitatem & rationes reſpicerent) SONVELLACOS: BASTAQUE IO OS LOMANDO: Judices ſunt beſtiæ: ſufficiat ipſis meum mandatum. Et ſi executio innocentum ob rei crudelitatẽ differretur, dixit PORESTAS BARBAS, SIONS NOLO HAZEISYO OS HARE AHORCAR: Per meam hanc barbam ſi nõ feceritis, vos curabo ſuſpendi. *Illuſtr. Vraniæ Princeps in ſua apologia cõtra Philippum Regem Hiſpaniarum.* Quæ voces non ſani ſunt hominis, ſed crudeliſſimi Buſiridis.

47. Nec quoq; mortem commeritum impunè dimittere, *a* ſive is Nobilis fuerit, ſive ignobilis; *b* Peritus vel imperitus; de Repub. benemeritus, vel non benemeritus. *c*

a) Præſertim ſi crimen lege divina capitale fuerit. Quia Dei eſt judicium *Pſ.* 82. *Mart. cl.* 4. *loc.* 14. *n.* 2. *cum ſeq.* Eſtq; abominabilis coram eo, qui impium abſolvit, ac juſtum cõdemnat, *Prov.* 17. 15. Et malè facit, qui faciem in judicio cognoſcit. *Lev.* 19. 15. *Deut.* 17. *Eccl.* 42. 1. *Prov.* 11. & 21. 3. & 24. 23. *l. proſpiciendũ. ff. de pœnis.*

Warm.

Warm. ab Erenb. c. 16. n. 3. de subs. Reg. Bod. l. 1. c. 10 n. 100. de rep. Qui igitur uni indulget indigno, ad prolapsionis contagium provocat universos, *Amb. eff.* 1. Et impunitas delicti, in censivum est delinquendi, *c. est injusta, q. 23.* Cur enim secundum desperet effugium, qui laqueum prioris criminis evasit. *Symmachus l. 10. ep 44.* Auferat igitur malum é medio populi. *Lev. 29. 20.* Et ab altari divellatur homicida, ne sanguinem ab ejus manu exigat Jehova, qui sanguinẽ temeré effundentis, rursus dispergere jussit, *Gen. 9. 6. Exod. 21. 12.* Aliud quidem dicendum de jure Civili, & moribus hodiernis, *l. Divi fratres, de pœn. l. relegati, in fine l. moris, § 1. ad bestias, § 1.* Sed existimo, ubi lege Dei crimen est capitale, neminem mortalium veniam largiri posse. Quis enim parricidam, incestuosum, & blasphemum hominem divinis legibus cõdemnatum, jure solvi posse putabit? *Bod. d. l. 1. c. 10.* *b)* Quo major in Principẽ est obligatio & fides, eó gravius censetur delictum, *l. eos de pœnu. Cic. in Cat.* Imó exasperatur potiús pœna, quám mitigatur de jure, *l. 3. C. de curiosis, l. presbyteri, 8. C. de epis & cler. l. 14. de pœnis.* Non enim permittendum, ut sub prætextu privilegii, flagitiorum crescat auctoritas, *l. 2. C. de priv. Schol. Cic. 2. offic.* Universa amittit privilegia, quibus abutitur, *l. quoties, l. judices, C. de dign. c. tuarum, § verum. extra de privil. l. 1. C. ubi Senat. vel Clariss.* Multó minús concedendum, ut illud Anacharsis prædicetur de Principum legibus:

Musca flaminibus veluti capiuntur in istis,
Sed culices rumpunt viribus illa suis?
Legibus obstrictum sic vulgus inane tenetur:
Hasq; levi infringunt impetu turba potens.

Prudenter & justissimé sustulit Stephanus Poloniæ Rex, barbarum montem Nobilium, qui impunitatem cædem perpetrantib. concedebat, certâ pecuniâ corporinterfecto impositâ, *Hem de reb. Liv. l. 39. de ll. & Nov 134. Gen. 9. 6. Exod. 21. 12.* Fiat igitur justitia & pereat mundus: Moriatur Absolon, & vivat Israël. *c)* Jus gratiæ datum non est, sed virtutes præmio afficiendæ, vitia veró punienda. Neque potest Princeps pejus facere, quám meritum cum justitia confundere, & illud cum scelere compensare. Quid proderat Horatio sanguine liberasse Remp? *Liv. l. 2. c. 10.* Quid Manlio virtute Capitolium conservasse? *Liv. l. 6. Amm l. c. 7.* Quæ futura esset Reip. forma, si sub specie meritorum & virtutis impuné grassari liceret? Hoc esset aperire januam sceleribus, nec quidquam ab improbitate esset tutum. Nec propterea Princeps dicendus ingratus, qui ad regulam justitiæ præmia & pœnas distribuit, *l. 1. de just. & jur.* Ingratus fuisset Tarquinius, si absq; parricidii & majest. crimine ab Horatio commisso bene meritum non compensasset. *Ciccarelli disc. 7. sopr. Liv.* ut olim Athenienses contra Aristidem, Cimonem & Themistoclem.

48 Diversum affirmare de personis illustrioribus, juris religio non patitur? *a* An autem differenda pœna in tempus commodius, si rei fuerint potentes, qui facilè Rempubl. turbare possent: Et num etiam absq; strepitu ejusmodi rebelles tolli possint, dubitatur. *c* Utrumq; affirmo.

a) Non suscipienda persona in judicio, quod summi Dei est: nec metuendus quisquam. *Deut. 1. 17. Lev. 19 15 Prov. 24. 24. Iac. 2. 2 Eccl. 42. 1. 1. Reg. 1. 52. & 2. 25. & 34.* Anima tua erit pro anima illius, *1. Reg. 20. 24.* Idẽ affirmat Christus *Ioh. 7 24.*

Justi-

Justitia enim, quæ instar poli Arctici immota est, non considerat, si quis nobilitate majorum insolentiùs delinquat: sed generis auctorem limum, tam eorum qui purpurâ & byssо magnificé & gloriosé vestiuntur, quàm qui egestate & morbis atteruntur, intuetur tam eos, qui gemmis & auro corruscant, quam qui ante domus versantur custodiæ causa. *Sen.* Sic Rex Bassannus Sicamber non pepercerit proprio filio in adulterio deprehenso, cui lachrumæ procerum vita salvare non poterant. Nemo n. potest (inquit) ô charissimi amici, hanc manum justitiæ vindicem abstinere, quin exequatur, quod justum. Accedas igitur, fili me Sedane optimé novi quod natura abhorreat sævitiam, & cor mihi palpitat, te videre sub meo sceptro. Exhorresco in proprio sangnine manus maculare meas. Non sum ego, fili mi, sed justissima lex, quæ interficit: quibus dictis, caput ipsi amputatum. *Trith. Ciro Spont. l. 7. c. 8.* Inter alia vitia Domitiani hoc tanquam summum refertur, quod puniret pauperes, & impunè dimitteret potentiores. *Suet.* Crudelitas igitur non æstimanda, ubi Princeps æqua lance justum distribuit. *b)* Pœnę sunt instar pharmacorum, *inquit Plato*, quæ non adhibentur, cum res videntur ita desperatæ, ut curari non possint, vel ejusmodi tempus sit, quod judicium ordinarium non permittat, *arg* 2. *Sam.* 19. 23. Verum quidé, quod plurimi præstantissimi Theologi improbent factum Davidis, quod pœnam Joabi & Semei, formidans illius potentiam & populi invidiam, distulerit; quod fieri non debuisset, cum Rex esset & judex constituens, quem fortitudo decuisset ex legis præscripto. *Exod.* 18. 21. *c)* Si scilicet crimen fuerit manifestum, præsertim rebellionis, & propter potentiam ac populi favorem periculum Reip. immineat, nec aliter coerceri possit. Quia lex Valeriana tyrannum & Reip. hostem occidere cuiq; permittit. *Plut. in publ.* Quis n. validissimo exercitu armatum & amicis circumdatum in jus vocaret? *Bod. l. 2. c. 5. de rep.* In his igitur Principem ut Vulpem & Leonem agitare inconsultum non existimo. Quia ab omni parte laudabili fit consilio, severé, & celeriter in maximé noxios animadvertere. *Liv. l. 26.* Deniq; privilegio honoratur Princeps, quod nō teneatur servare judiciorum ordinē. *Iacob. de S. Georg. in feud. in ver. Princeps Chassan. in p. 5. gloria mundi, n. 2. Felin. in causis de rejud. & in c. ad petitionem de accus. Barclajus l. 4. c. 25.* Sic David Amalechitam & parricidas Isbosethi absq; strepitu judicii confodere jussit. *Sam.* 1. 15. & 4. 12.

49. Par in parem nullum habet imperium. *a* Delinquendo tamē in alterius territorio, subjicitur ejus jurisdictioni. *b* Imo Clericus committens crimen majestatis, vel aliud, Principis jurisdictionem subire cogitur. *c*

a) l. 4. de arbit. l. 38. de jud. l. est receptū, d. juriśd. Br. in l. fin. n. 5. de rer. divis. Wesenb. in par. de juriśd. n. 10. Principes Imperii se invicem conveniunt secundū aur. reg. *b) c. Pastoralis, de rejud.* Sic Constantinus Imperii consortes. Licinū & Maxim. propter excitatas turbas, & intentatum parricidium, mortem mulctavit. Henric. VII. Imp. Robertum Siciliæ Regem. *Fazellus de reb. Sicul.* Carolus Andegavus ex judicio Clem. Papæ (quī á Carolo consultus respondit: VITA CONRADINI MORS CAROLI: MORS CONRADINI VITA CAROLI.) Conradinum Sueviæ Ducem. *Colin. in hist. Neap. p.* 186. Bonifacius Papa. Cœlestinum. *Col. l.* 1. *Corn. Agrip. de vanit. scient. c. de magist. occ.* Aliâs n. plurima hinc orientur mala, si cuiq; liceret sua prætendere privilegia. Omnia malignitati subjicerentur, si securitatem haberent, nec per viam justitiæ in-

juriam vindicare, aut illatam vim propulsare possent. Imò in suo territorio minus potens superat potentiorem, *l præses de offic. præsid. Dd. communiter ad l. receptum, de jurisd. c. cum inferior. de major. & obed. ubi Fel. & Panor. Vasq. l. 1. illustr.* Qua extra territorii sui districtum pro privato reputatur. *Castr. & Ias. ad d. l. receptum.* Hæc quidem de jure sunt vera, sed politicé loquendo pœnam ad mortem extendere, exemplum periculo est plenum. Ejusmodi enim mors, á conjunctis vindicatur, & ad posteros, in quib. vulnus majoribus illatum recrudescit, vindictæ cupiditas transfertur. Unde postmodum infinita exoriuntur mala. Insuper etiam causam præbet vulgó, personam Principis, quæ semper sancta & reverenda subditis esse debet, vilipendere, at idem contra eum tentare. Malé non solum audivit Carolus Andegavius, quod Cõradinum instar Assasini securi subjecerit; sed & proprium filium suâ crudelitate in dem capitis discrimen conjecit. Hic n. à Petro Arragoniæ Rege capto, 1297 *Munst. c. 71. de Ital* ad uxorem Reginam missus, quæ erat ex Conradini familia, ut idẽ mortis supplicium de illo sumeret. Quod etiam absq; dubio fuisset factũ, nisi muliebris animus humili & Christiano juvenis responso ad misericordiam fuisset commotus. Non facilé igitur Regalis fortuna ejusmodi miseræ subjiciatur conditioni. *Ammir. l. 7 c. 17.* c) *arg. 2. c. 2. Reg. c. 26* ubi ad Abiatrum inquit Salomon: Abi Nam reus mortis es: Attamen hoc die te nõ afficiam morte, quia portasti arcam Domini coram Davide patre meo. *Boss. in tr. crim. tit. de crim. majest. n. 86.* Sic Otto II. Johann. XII. Papam loco movit, *Rhegin. lib. 2. Fris. lib. 6. c. 23. Sigibert.* Sic Otto III. (Hic magnus dictus, non autem ille, cujus fit mentio *in thes. 13. supra.* Johan. XVII. exoculavit. *Lamber. Schaffnab. Luitpr. lib. 6. c. 6. Sleid. de quat. mon. lib. 3. Idem probat c. de capitulu, cum seqq. dist. 10. c. Nos si incompetenter, 2. p. 7. c. 1. §. 1. de pac. ten. in usib. feud in c. cum ad verum, 6. dist. & c. 1. de prohib. feud. al. per Frid.* Subjiciuntur in causis civilib. multò magis in delictis. Rejecimus igitur ut divini & humani juris corruptelas, *c. nullus, c. si diligent, c. Scholares de for. comp.* Quæ ficta, postquam legitimo Magistratus jugo excusso, tyrannidem suam stabiliri cœperunt. Præstat, inquit Marian. Iesuita *lib. 1. c. 10. de reg.* Impunita relinqui scelera, quám ex sacrato ordine aliquẽ punire. Magis impié Macer *in discept. pro Paran. Baronii contra crassum Patricium Venetum*, allegat dictum *Esa. c. 54.* Omnem linguã resistentem tibi judicio damnabis. Hæc est hæreditas servorũ Domini, & justitia eorum apud me, dicit Dominus, ex quib. verbis sic colligit *fol. 35.* causam suam sive litẽ, si quam cum sacerdote habent judicio sacerdotum esse subjiciendã. Hoc est quamvis apud hominem injustum videatur, aliquẽ esse in causâ propriâ judicem: Apud me tamen justũ erit, sacerdotes omnes secum litigantes judicare. Idq; confirmat ex dicto Apostolici, *Heb. 13. 17.* Obedire propositis vestris. Quæ præposterа Scripturæ interpretatio ex diametro pugnat cum Christi præceptis *Mat. 20. 25. cum seq. Mar. 10. 43. Luc. 22. 25. cum seq. Ioh. 8. 11.* Quis me vobis judicem constituit? inquit Christus *Luc. 12. 14.* Verùm rem indignam existimant, si coram judice civili in causis suis personalibus respondeant, atq; in eo dignitatem & Ecclesiæ libertatem esse positã, si communibus judiciis & ll. eximantur. Atqui veteres Episcopi, (aliás in deferẽdo jure Ecclesiæ rigidissimi) nihil se lædi, ac suum ordinem judicarunt, si subjicerentur. Et hujus rei exempla habemus *in epist. Const. ad Nicodem. referente Theodoreto l. 1. & 4. c. 8. Calv. l. 4. c. 11. f. 15.* Innocent. I. pietate Arcadii & Honorii abusus id primum tentavit; sed Nicol. II. id perfecit, *Mol. ad Edictum Henr. contra abusus Paparum.*

50. Ergo

50. Ergo, inquis, si adeò indifferenter justitiæ securim distringere tenetur in delinquentes, nullus relinquitur locus Clemẽtiæ: Nullo modo hoc virtutum præcipuo sydere spolio, aut omni ratione συμπαθείας Principem exuo.

Dei proprium est condonare culpam. Hominis v. justitiæ lancem rectè dirigere, ac pro ratione circumstantiarũ pœnas imponere. Clementia enim paululum inflectit leges, nihil tamen contra rectã rationẽ committit? Severitas a. nullo modo flectitur. Dum clemens de supplicii rigore aliquid remittit, ex mente legis judicat, reũ plus pati non oportere. Utpote si cædes fortuito facta, aut illata vis propulsa, vel aliud quidpiam contra civiles leges cõmissum; ibi non subito reum securi percutit. Aut si neglecto Cęsarei juris rigore, furi pœnã imponit ex æquitate legum divinarũ, grave existimans hominẽ ad suspendium condemnare, cum nulla sit proportio hominis vitæ cum reb. vilissimis. Nec ullum genus supplicii fœdius suspendio, *Bar. in l. capitalium, § servorum. de pœnis.* Hæc vera est clementia. Has tamen circumstantias severitas non respicit, sed pœnas ex verbis legũ infligit. Deinde in casibus, ubi nulla pœna certa præfinita; vel præfinita quidẽ, sed rebus meré humanis, ibi pro arbitrio pœnã imponere potest. *Deut. 25. in pr.* Ubi veró lex scripta cum lege Dei convenit. Princeps nihil propriâ temeritate, sed omnia Dei jubentis auctoritate facere debet, *Mart. cl. 2. c. 9 f. 31. Calv. l 4. Inst. c. 20. f. 10. Bod. c. 10. l. . n. 100* In totum igitur pœnam remittere non est clementia, sed venia â solo Deo speranda. Misericordia absq; justitia fatuitas: Justitia veró absq; misericordia crudelitas est *Chrys. in c. 5. Mat. Eccl. 7. 17.* Magistratus ne animi severitate magis vulneret, quám medeatur.

Iratus recolat, quod nobilis ira Leonis
In sibi prostratos se negat esse feram.

Vel superstitiosæ clementiæ affectatione in crudelissimam incidat humanitatem, si mollidissolutâq; indulgentiâ, cum multorum pernicie diffluat. Mergitur navis, si vela nimium tendas, si parum laxes, vehitur tutiùs. Gaudeat itaq; in executione justitiæ, non ut crudelis tortor, sed malorũ corrector, sed humanæ afflictionis spectator, *Mart. d. loc. Fulv. Pac. c. 3. b. 42. & 97. Ciro Spont. l. 4. c. 7. di Stato.*

51. Quid si reus injustè gravatus Dei tribunal appellet, & Judicem iniquum ad vallem Josaphat citet? Annè hoc superstitiosum existimandum? Non puto.

Sæpius enim Judex ex errore, aut falso testimonio persuasus, vel pecunia corruptus, vel deniq; odio, seu amore alterius incitatus, ad mortem condemnat, etiam innocentissimũ. Ubi misero nemo inter mortales supereſt, quẽ innocentiæ testem, aut injuriæ vindicem appellare possit. Rectè igitur justissimum & omnium rerũ gnarum judicem appellat Deum. Hujus rei exempla passim in historiis occurrunt. De Ferd. Castiliæ Rege id refert *Fulg. lib. 1. Turcagnotta lib. 15. della historia del mondo. Ricius lib. 3. de Reg. Hisp.* qui citatus â duobus Equitibus, quos ex falsa delatione & invidia condemnaret, ad cõstitutum diem inopinató expiravit. Idem referunt de Philipp. Pulchro & Clem. Pontifice, ob injustã condemnationẽ alicuius Equitis Neap. Templarii ordinis. *Pet. Messias p. 3. c. 11. Giovan. Baptist. Terzonel suo remedio sopremo, lib. 1.* Plura refert *in Theat. Zwingerus vol. 5 lib. 4. f. 1354.* De origine hujus citationis

tionis variorum variæ sunt opiniones. *Chrysostomus tom.* 5. existimat ex dicto *Ioel.* 12. invalle Josaphat futurum extrem m judicium, & propterea illuc citari iniquos judices. *Thom. Aqu. Bonav. & M. Sent.* illud futurum existimant in monte Olearum, ad cujus radices est vallis Josaphat, idq; probant *ex Actu c.* 1. 11. Verùm probabilius existimo, causam huic citationi dedisse liberationem Josaphati á persecutione Syrorum. 2. *Chron* 18. Ubi in hac valle post reditum Deo gratias egit pro miraculoso auxilio, ac spolia divisit. Inde appellata das Lobethal. Deinde Christus hostes suos armatos, ex hac valle Olearum montem adscendẽtes, virtute oris prostravit ac discipulos, ob malum militum consternatos, ex illorum manibus eripuit. Vocare igitur insolentem adversarium, seu injustum judicẽ ad vallem Josaph est ipsum ad Dei tribunal vocare, ut similem Syris & Judæis destructionem & vindictam reporter, ad salutem & securitatem partis innocentis, cum omni devotione, miraculosum auxilium expectantis. Et quod simili ratione illum, ut olim, Josaphatum & discipulos, si velit, eripere, ac persecutores prosternere iniquos: Vel suo tempore injuriam vindicare, ejusq; innocentiam declarare possit. Atq; hoc modo sæpe deterrenturiniqui homines, præsertim si ipsis terror incutiatur futuri judicii, & æterni cruciatus. Qui tc: r in ipsis augetur, si proximã vallẽ Gehinnon (qui á Christo passim in Evangelio Genenna vocatur. & Infernũ indigitat) in memoriam revocaverint. Est autem hæc vallis ad montis Moriæ, in quo olim jussus Abrahã immolare filium Isaacum, Gen. 22. radices, prope Jerusalem, non longé á valle Josaphat, ubi olim Judæi Molocho, seu Saturno, Ammonitarum Idolo filiolos suos sacrificabãt. Quod altare pius Rex Josias destruxit, & detestandum cultum sustulit, illuc transferendo ingentẽ ossium mortuorum acervum, ut ita subditos ab immanissima idololatria deterreret. Postmodum omnes urbis sordes illuc deportatæ. Unde ad similitudinem, Infernus fuit appellatus. Gehenna, á terribili adspectu. Quemadmodum vallis Josaphat divinum judicium & vindicta, á miraculoso auxilio. Et si hoc intuitu fiat citatio, non potest dici superstitiosa, quam si Dei præsentiam ubiq; præsentem & auxilium, ad certum aliquem locum & tempus superstitiosé alligemus.

52. **An autem in casu dubio ad cruendam veritatem occulti criminis: vel honoris & famæ defensionẽ subditis licité duella decernere? *a* Et num provocatus absq; salutis discrimine comparere possit? quæritur, *b* Utrumq; N.**

a) Tentatur n. Deus, & proximi dilectio hoc ipso evertitur, *c. consuluisti, 1. q. 3. c. monomachiam. 2. q. 5.* Ergo non concedendum, *Deut. 6. 16. Matt 4. 7.* Idem probatur *arg. l. un. C. de glad. l. ult. C. de prob.* Neq; Magistratui permissum, in occulta peccata (quæ Deus suo judicio sibi reservavit, & quorum veritas absq; discrimine indagari non potest. *d. c. consuluisti, in fine.*) inquirere. *Mert. cl. 4. c. 19. s. 2.* Nec quoq; Deus aliud remedium indagationis nobis reliquit, quam testes, & juramenta, *Heb. 6. 16. Deut. 19. 15. Mat. 18. 16.* Quinimó qui duella permittit aut odit, aut amat utrumq;. Aut diligit unum, & odit alterum. Si utrumq; odit, homicida est, 1. *Ioh. 3. 15.* Si verò utrumq; amat, crudelis est, qui tanto discrimini amicos subjicit. Si unum plus amat, quàm alterum, contra Christianã charitatẽ passionibus indulget, & privatis affectibus. Si innocens cum reo commissus, succumbit (quod fieri potest ex naturæ ordine, ubi non innocentior, sed fortior & peritior superat, *c. significantib. de purg. vulg.*) æquè

æquè homicida est, & Reus commeritâ pœnam effugit. Si deniq; reus succumbit, id non fit per viam ordinariam, sed vindictam, & quidem per ejus manum, qui mortaliter ipsum odit, ac æternâ salute privavit. *b*) *Prov.* 20 22. & 24. 29. *Rom* 12. 14. 17. 1. *Cor.* 4. 12. 1. *Thes.* 5. 15. *Num.* 35. 21. *Martyr. cl.* 4. *c.* 19. & *per alleg ad lit.* a. Multò minus absq; Principis decreto in arenam descendere potest, *arg. l.* 45. §. 4. *ad l. Aquil.* & *l.* 3. *de just.* & *jur. Gen.* 9. 6. Quia non est defensio, sed ultio, quæ in jure & sacris literis severè est prohibita, *Lev* 19. 18. *Deut.* 32. 35. *l. si ex plagis* § *tabernarium ad Aquil l. nullus* 14. *C. de Iudæ. l. ult C. de vi priv.* Deinde aliter honorem suum, & famâ defendere potuit. Ergo non debuit ad violentam defensionem prosilire, *d. l.* 45. §. *qui cum alter*, *c.* 191. *caus.* 13. §. *a hac ibidem q; gl. in ver. adducas. Obrechtus de defens. necessaria, c.* 9. Falsum autē, quod fiat infamis, qui non compareat, & detestabilis est consuetudo Germ. ubi propterea mappa resecatur in loco ubi talis sedet. *Agric. in epist. de cōgressu Frid. Imp. cum Carolo Burgundo.* Nec quoq; ulla hic est fortitudo, sed muliebris mollities, *Nov.* 69. *in pr.* Non n. fortis temerè, sed cum cōsilio quævis periculo adit, & tātum justa, honesta, & Reip. utilia, *Arist. li* 3. *c.* 10. *pol. Obrecht. c.* 11. Sibi imperare summa est fortitudo & maximum Imperium: Seq; ipsum vincere palmarium. Si vitæ illos tædet, multæ patent ad interitum viæ, ut provocanti Pyrrho ad duellum de Regno decernendo, rectè respondit Antiochus, *Plut. in Pyrrho.* Mortem exspectare, nō prævenire debemus. Illud n. fortitudinis: hoc temeritatis est, ac desperationis. Frustra honoris prætendunt defensionem, qui hoc modo non vindicatur: nec quidquā honestum minus ac bono viro conveniens, quàm certamen suscipere, in quo si succumbas, æternâ privatur salute, & communem cum canib. sortitur tumulum. Si adversarium prosternit, carnifex omnium mortalium vilissimus, demto honoris torque, ipsius collo restim injicit. Et tum egregiè conservavit honorem. Si verò fugâ elapsus, ignominioso, cum bonorum amissione, mulctatur exilio. Nulla ipsi quies, qui perpetuum animi tortorem circumfert, & ad cadentis folii strepitum horret, ac tremit miser, qui ante olympum concutere & mundi machinam dejicere viribus suis putabatur. Serió igitur improbo quorundam Regulorum Italiæ morem, qui passim sine delectu non solùm duella permittunt, sed loca adsignant. *Alciat. de sign. cert.*

53. Multò minús convenit rationi Status, Regnū, vel Civium libertatem, duorum vel paucorū fortitudini ac fortunæ committere.

Quod n. Princeps suâ virtute & prudentiâ defendendum suscepit, id paucorum arbitrio & fortunę temerè committitur. *Dominicus Gyllenius lib.* 9. *c.* 10. *de re mil. Ciccarelli discurs.* 6. *in Liv.* Deinde signum est timoris, diffidentiæ, & desperationis, quæ longè á Principe abesse debent. Omnibus igitur copiis dimicet. Nihil juvat cōtrariam partem exemplum Davidis cum Goliatho. Hoc enim impulsu S. Sancti fiebat, & Christi victoriam contra Diabolum repræsentabat. In consequentiam igitur trahendum non est.

54. Prorsus rejicio impiam probationem, quæ fit per aquam frigidam, *a* ferrum candens, *b* sacram hostiam, (ut vocat,) *c* & similes modos illicitos. *d*

a) Sortilegii suspectas personas, in quibusdam Germaniæ locis, manib. ac pedibus in transversum vinctis, imponunt aquis, quæ si merguntur, á scelere puras

pronunciant, quæ veró ſupernatãt, ſortium impietate teneri judicant. Sic olim ſpurii á legitimis liberis dignoſcebantur, quorum illi merſi, hi veró aquis innataſſe ſcribit Julian. Apoſt. *in epiſt. ad Antiochum* Appellantur autem hæ probationes vulgares ex eo, quod á vulgo & plebeis inventæ, & propterea inventiones Diaboli dicuntur, *c. Menna, § 1. q. 4. c. fin. de purg. vulg. d c. conſului, i, 22. q. 95. Damhoud. in pr. in crim. 43. Binfeld. in tr. de confeſſ. Bodin. lib. 4. c 4. de Mago. Dæmonom. Hotom. c. 44. de feud. Wirtz lib. 6. de præſtig. Dæmon. c. 9. Godelm. de Lamb. & venefic.* Et qui huic rei effectum probationis ineſſe exiſtimant, ac fidem ſuperſtitioni adhibent, graviter peccant, quia implicité, ex pacto, cum Diabolo habitó, procedunt, & in ejus laqueum cadunt, propter actũ implicitum cum Dæmone. Dum n. homines ſcire volunt occulta per modum, nec á natura, nec ture permiſſum, Diabolus accurrit, & manus adjutrices porrigit. Cauſa autẽ quód non ſubmergantur, non referenda eſt ad levitatẽ, quæ nulla eſt in Diabolo, cum ſit qualitas Elementorum compoſitorum. Nec quoq; ad contemptum baptiſmi. Hæc enim contumelia in Deum, cujus fœdus violatur, non veró in creaturam in animatam redundat. Imó ſi hoc verũ, tum in omnem aquam illa non redundaret, ſed in ſacramentalem ſolam. Non habent igitur flumina juſtã ſuccenſendi cauſam, nec mergi prohibent, ut vult Scribonius in ſuo ad Senatum Lemgovienſem ſcripto, de probat. per aquam frigidam, cujus argumenta ab Ewichio, Herm. Neuwaldo, & Pinciero erudité ſunt refutata. Deniq; non ſuſtinet Dæmon Lamias (quib. omnem operam ad ſalvandum addixit) ut reas declaret, qui non delectatur juſtitia, ſed potius innocentiam earum in conſpectu hominum (Mallet enim talem, ſi in culpa ſit, innocentem, & ſic in profundum deſcenderet, quám ut per juſtitiam hæc præda ipſi eriperetur.) Et ut in tali opere, dum fortaſſe unam animá perdit, quæ ad Deum per pœnitentiam revertitur, ſpectatores huic rei finem adhibentes, in ſuperſtitione retineat. Cúm igitur hoc judicium illegitimum ſit, per torturam quoq; ſubſecuta confeſſio nullius erit momenti. Imó etiamſi perſeveret in ea confeſſione, & aliarum ejuſdem criminis conſortium teſtimoniis fuerit rea delata nihil hæc ipſi præjudicant, quia nullum judicium præceſſit legitimum, *arg. l. non dubium. C. de ll. l. 2. C. de accuſat. l. 4 C. de quæſt.* **Peinliche Halßgerichts Ordnung.** *art. 20. v.* **Vnd ob auch.** *& art. 61. Gail. lib. de pac. pub. Mynſ. cent. 3 obſ. 8. n. 7. Zanger. de qq. c. vlt. n. 10. Menoch. lib. 2. cent. 5 caſ. 474. n. 42.* *b*) Cunigundis Auguſta Henr. II. Imp. uxor ſe ab adulterii crimine purgavit, gradiendo quindecim paſſus nudis pedibus ſupra ferrum candens, *Bapt. Fulg. lib. 8. Giovan Bap. Terzo di remed. ſoprem.* *c*) Hæc Monachorum impia & deteſtanda probatio in Concil. Wormat. inſtituta, *c. ſæpè, 2. q. 4.* Ubi ad inveſtigationem furti commiſſi in Monaſterio, celebrata Miſſa, & præſentibus Monachis hoſtia porrigitur, his verbis: CORPUS DOMINI SIT TIBI HODIE AD PROBATIONEM. Ex quo patet, quinam abuſus ſemper fuerint in Papatu. Convertunt enim ſacrilegii ſalutis remedia in damnationis æternæ occaſionem. *d*) Ut per flammas, aquam ferventem, & ſortes, *de quib. Hotom. d. loc.* ubi has probationes furioſas vocat.

55. Nec quoq; admitto, ut certum præſentiæ indicium homicidæ, ubi interfecti cadaver ſanguinem emiſerit: *a* Imó periculoſum judicl eſt, ad Equuleum, vel mortis ſententiam ex hoc ipſo procedere, niſi aliæ probationes adfuerint. *b*

a) Ex-

a) Existimant quidam hanc sanguinis destillationem fieri spiritibus homicidæ ferventioribus, oculis in vulnus fixis, ubi animus commotus & perturbatus, contra occisum hoc efficiat. Alii dicunt, per virtutem communis naturæ hoc fieri, ut ita reum declaret. Alii putant, Diabolum hoc efficere, ut reum ad securum perducat & supplicium. Quod non est verisimile: Quia non delectatur (*ut supra dixi*) judicat & supplicium. Quod non est verisimile: Quia non delectatur (*ut supra dixi*) justitiæ: Imó hac ratione prædam amitteret, quam venatur, cum reus facilé possit constitia

fuerit detecta, tum sedulo in auctores, ne Resp. naufragiũ patiatur, inquirat. *Ammir. l.1.c.8. & l.17.c.5. Cæsar. l.8. de bello Gallico. b)* Hac ratione vulgus placatur: Imó lætatur recidisse iram in iræ ministros, existimans nullam potentiam scelere quæsitam cuiquam esse diuturnam. *Curt. l.10. Tac. l.13. Ann. & 1. Hist. Plin. in Paneg.*

58. Caveat sedulo Princeps, ne sit suppliciorum vel torturæ spectator. *a* Neq; permittat judicibus, ut quæstioni subjiciendi extra modum torqueantur, præsertim in quæstione dubia, ubi sæpius lacerantur innocentes, & summo cum dispendio, cum honoris, tum valetudinis dimittendi.

a) Non est res Principe digna, inter supplicia; cadavera, ossa ac interemtorum cineres versari. *Cavria. in tac. f 214.* Sed ejus præsentia vúlgó causam præbet suggillationis fami, odii, ac summæ crudelitatis illud adscribit. Ubi igitur pœna indigenda venit, alios subdeleget; Ipse verò præmia distribuat. Hac ratione ostendet populo, se nõ delectari carnificinâ facinorosorum, sed invitum ac magno cum dolore ad castigandum procedere. *Tacit.* *b)* Ista enim membrorum dissolutio, gravior est utriusq; manus abscissione *Nov. 134. c. 13. Paris de Put.* Et testatur experientia, plurimos in ipsa tortura immodica mortem obiisse propter extremas corporis angustias & cruciatum, quem sustinere non poterunt. *Bos. in tr. crim. tit. de tort. nu. 12. Col. in proc. execut part. 1. c. 6. nu. 46.* Vel etiam membrorum contractionem, ita ut per totam vitam, neq; sibi, neque suis prodesse possint. Ideoque gravissimam hæc tortura continet injuriam, & damnum adfert irreparabile; *Menoch.* Deniq; non semper quæstioni, quæ res fragilis est, fallax & periculosa est, fides est adhibenda. Nam pleriq; patientia vel pertinacia ita tormenta contemnunt, ut ab eis veritas exprimi nullo modo possit. Alii tanta sunt impatientia, ut quidvis mentiri, quam pati tormenta velint. *l.1, §. quæstioni, de quæst.* Præficiendi igitur viri discreti, religiosi, & prudentes, qui speculatorũ crudeles impetus moderentur, & immodicé sævientib. fræni temperiem injiciant, ne ultra modum præsertim casu adhuc dubio & incerto, in miserorum corpora sæviant. *arg. l 2. C. de custod. reor. Carol. 5. const. sub Ann. 1521. §.* **Vnnd nach dem** *v.* **Auch etwan viel vnschuldig gepeinigt/vnnd vom Leben zum Todt gericht werden.**

59. Asyla prorsus sunt deneganda refugis nocétibus? *a* Et qui Ecclesias, & alia loca sancta ad salutis aram ordinarunt, ex domo Dei & orationis, fecerunt speluncam latronum. *b*

a) Asylum est locus refugii afflictorũ. Quod aperiri debet honestatis ratione & humanitatis intuitu iis solum, qui casu, aut per imprudentiam in aliquod infortunium inciderunt. Nec recipiendus reus antequam rationes Magistratui exposuerit *Deut. 41. & 19. 2. Ioh. 20. 7. Nu 35. 11.* Nam (*ut ait Poeta 2. de Ponto.*)

Confugit interdum templi violator ad aram.
Nec petere offensi numinis horret opem.

A nepotibus Herculis misericordiæ templum asylum est constitutum Athenis: postmodum verò Thesei sepulchrum habuerunt. *Alex. ab Alex. 3. c. 10.* Ephesi fuit Daniæ templum, *Strabo l. 14.* Hen. VI Imp. Barbarossæ filius Brisacum Brisgoviæ oppidum, veluti misericordiæ asylum pauperibus ædificavit. *Friging l. 7. c. ult.* Romulus & Remus

Remus indifferenter omnibus sceleroſis utilitatis gratia Romæ apparuerunt asylũ, *Liv. l.1.* Quos secuti Pontifices, qui de facto, indifferẽter omnibus, paucis exceptis, immunitatem concesserunt, & passim Ecclesias apparuerunt maleficis. *c.6 fin. de immun. c. reum, c. de fin. vit. 1.7. q.4* Etiam non consecratas, *c.9. de immun.* b) Hæ concessiones juris sunt corruptelæ, scelerum incitamenta, homicidarum ac furum receptacula potius, quàm oppressorum, ac imprudenter lapsorum, ad confirmationem Antichristi tyrannidis inventæ. Nec enim hominis est, contra Dei legem expressam & immutabilem, æquitatem aliquam fingere, *Deut. 4. Mart. class. 3. c. 4. s. 28.* An spelunca effractorum erit domus hæc, in oculis vestris, quæ vocata est de nomine meo? inquit Jehova apud Prophetam, *Esa. 56. Ier. 7. 11.* Domus mea domus est orationis: At vos illam feciſtis speluncam latronum, *Matt. 21. 13. Mar 11. 17. Luc. 19. 46. Iob. 1. 16.* Rapiatur ab altari & digno supplicio subjiciatur sceleroſus *Exod. 21. 14. 1. Reg. 2. 34 & c. 2. 29. Nov. 17. c. 5 & 7. Nov. 37 & 117. c. 15. arg l. 2. §3. ad SC. Vell. l. 1 C. de hu qui ad eccl. confug. Carol. M. Imp. decreto sub An. regni 11. referente Mol contra abusus Pap. Mart. cl. 4. c. 10 sect. 15.*

60. Summa quoq; juris est corruptela justitiæ Dei prorsus contraria, quæ sponsæ, virgini vastali, aut creaturæ Papæ, Cardinali purpurato, morti præcipere reum permittit. *a* A qua non dissimilis illa, quæ ob pompam nuptialem Principis, vel novi Domini inauguratione reis graviorum criminum impunitatem concedit. *b*

a) Est enim contra legem Dei, rationem, bonos mores, & lædit pietatẽ, & maximè justitiæ Solem obscurat Cardinalis galeri sui impositione noxium, qui ad supplicium ducitur, liberat, *Castr in l. addictos, in pr. C. de appell.* Idem poterant gentilium Pontifices, *Plut in Numa Geil. l. 10 c. 15 Bod. de rep. l. 1. c. 10.* b) Princeps namq; est divinæ majestatis imago, *Alb. ad l. decernimus, C. de SS. Eccl.* Constitutus ut faciat justitiam & judicium, *Prov. 8. 16.* Et qui justificat impium, abominabilis est coram Jehova *Prov. 17. 15.* Summum quidem est Regale, captivum compedibus solvere, *Boër dec. 217.* Sed cavendum ne fiat contra rationem si & honestatem. Dignus Deo, qui Deo nihil indignum molitur, *Agapetus sched. 3.*

61. Sit igitur maximè sollicitus, ut justitiæ lancem rectè dirigat, ejusque securim non securè nimium, sed parcè & justè distringat, *a* ne sua credulitate, aut mollitie in subditorum odium aut contemtum incurrat. *b* Utrumque enim Principem evertit, sed hoc citius, quàm illud. *c*

a) Non minus Principi turpia sunt multa supplicia, quàm Medico plurima funera *Sen. 1. de Clem. & l. 1. de ira, Cic. 2. offic.* b) Ex levitate oritur contemtus, ex nimia severitate, odium, & interdum subditorum defectio *Lipsl. 4. c. 12. Arist. 5 pol.* 10 Malẽ. cessit Rehoboamo nimia patris severitas; Quia cum nihil, ex stulto consilio juniorum, de rigore patris vellet remittere, multatus decẽ tribus Israëlis. *1. Reg. 12. 16.* Sic Rex Hispaniæ, propter ineffabilem Albani sævitiam, irreparabile damnum sensit in Belgio. Errat namque, si quis existimet tutum esse, á quo nihil tutum. Securitas mutua securitate paciscenda. Estque inexpugnabile munimentum Principis, amor Civium. *Sen. de Clem. ad Ner.* Extremè autẽ absurdus est Machiavellus, qui

existimat, Principem huic malo prævenire posse, si per fas & nefas é medio tollat, & crudas Busiridis aras suspectorum sanguine conspergat, seq; fidissimorum satellitũ custodia muniat. Hac n. ratione ipsi tyrãnidis venenum infundit, & postea antidotũ parat, creatq; ipsi periculum, nescius an evadere possit, nec ne. Quo quidquid in homine politico ineptius sit, non video. Principem suum instruere debuisset, ut ex virtutis & naturæ præscripto imperaret, ac civium animos sibi benevolentia devinciret, quo extra omne periculum, securus absq; satellitibus in utramq; aurem, etiam in subditorum sinu dormire posset: non autem, ut se difficultatibus illaquearet, ut ejusmodi inepto remedio indigeret. *e*) Quia in odio adhuc aliquis metus: contemptus veró, excusso reverentiæ fræno, efficit, quod metus prohibebat, *Lips. lib. 4. c. 10. Arist. 5. polit. c. 10.*

62. Tutius tamen est habere Principem severum, sub quo nihil; quam lenem, sub quo omnia licent. *a* Imó longius absunt à ruina crudeles, quam molles & luxuriosi. *b*.

a) Lenitas namq; nimia Imperiorũ est pestis, & licentiæ mater, quæ injustitiam progenerat, injustitia oppressionem, & malorum libidini omnia subjicit. *Cosm. Bart. c. 32. disc. hist.* Quinimo crudelior est Princeps, qui omnibus, quã qui nulli cõdonat. Hic enim sua dissoluta indulgentia causam præbet multorũ perniciei, *Fulv. Pac. c. 3. n. 94* Severitas veró virtutũ est custos, & subditos continet in pace, *Cic. 2 off. Fulv. Pac. n. 56. Gos. Cartoli d. loc.* Ita tamen temperet severitatem benignitate, ne in crudelitatem, vitium extremé detestandum, & Principi exitiosum, degeneret, *l. perspiciendum, de pœn. Pac. d. l. n. 59.* *b*) In crudelitate adhuc est aliquis metus, qui tamen, si in desperationem degeneret, valde regimini est perniciosus, *Fulv. Pac. c. 3. n. 76.* Luxuries veró muliebre est vitium, non modó Regis, sed & viri opinionem detrahens, *Lips. c. 12.* Hoc blandum malum Hannibalem armis invictum cum Punica feritate fregit, & illecebris suis complexum, Romanis viribus vindicandum tribuit. Hoc infami vitio, quo virtus atteritur, victoria languescit, sopita gloria in infamiam convertitur, animi pariter & corporis vires expugnantur, hoc perierunt Sardanapalus, Xerxes, *Oros. l. 1. c. 19.* & infiniti alii.

63. Et quamvis tyrannis Deo & hominibus sit exosa, subditis tamen non convenit, Principem suum, etiam sævissimum, persequi, aut é medio tollere.

Dico igitur, etiamsi Princeps fuerit libidinosus, adulter, obscœnus, raptor, improb. incendiarius, luxuriosus, prodigus, contemptor Dei, Apostata, sacrilegus, innocentis sanguinis effusor, fœdifragus, tributorum exactor iniquissimus: Tamẽ subditis non convenit contra ipsum rebellare, nedũ occidere. Non n. cujuslibet libidini subjacet sacrosancta Principis majestas, 1. *Pet. 2 Rom. 13. Matt. 27. 1. Tim. 2. 2. Reg. 25. Act. 23. Exod. 22. 28. arg. l. 12. § 1. & l. 13. C. de hær. Fran. Iun. l. 3. c. 5. de natura adm. Eccl. Nobil. Warm. ab Erenb. de Regni subsid. f. 30. Ammir. c. ult. l. 19. sup. in thes.* Neq; fas est filio violare patrẽ etiamsi omnibus suppliciis fuerit dignissimus. Quia nulla impietas vel scelus est tantum, quod parricidio sit vindicandum. *Quint. pater in declamat.* Multó minús, patriæ patrem, immortalis Dei munere concessum & omnibus sacrum, *Bod. l. 5. c. 2.* Nec ullibi conceditur *vel Deut. 17. 1. Sam. 8 aut alibi in sacris literis* ejusmodi facultas: sed contra hoc severé ultum legitur, 2. *Reg. 4. 14. 5. 21.*

24.

24. Quod si Deus quandoq; voluit exturbare Reges Judæorum, per Babylonios, vel Assyrios, non autem subditos, id fecit. Unum tantum Jehu, contra Dominum armavit, quod peculiare fuit, ergo in consequentiam non trahendum. *Mart. class. 4. c. 20. s. 13.* Nec obstat, quod David fatetur Semei Dei jussu convitiari, quia minimè commendabat obsequium, ac si Dei imperio pareret protervus ille canis: sed ejus linguam flagellum Dei agnoscens, castigari se patienter sustinebat. Dum enim per impios peragit Deus, quod occulto suo judicio decrevit, non illos excusat, quasi obediant ejus præcepto, quod datâ operâ pro sua libidine violant. Sic Deus dedit filium suum in mortem pro nostris peccatis? Judas verò ipsum prodidit contra Dei legem. Hic Dei actio justissima, Judæ autem pessima. Et sic fines diversi, diversos etiam operantur effectus. Idem dicendum de Israëlitarum defectione á Rehoboamo. *Calv. l. 8. c. 18. s. 4.*

64. Serió igitur improbamus turbulenta & sanguinaria Jesuitarum consilia, ac impias eorum conjurationes, qui indifferenter quosvis, etiam optimos Principes, unctos Domini, qui ne guttulam quidem tyrannici sanguinis in se habent, proditorié armant.

Abhorret n. pietas ab ejusmodi ferina rabie & barbara laniena. Sic Barrierus, qui Molini Borbonię executus *A.* 1593 á Varrada, Jesuitarum antesignano, animatus in Galliæ Regẽ, cum hac promissione, quod perpetrato hoc scelere nefando, rectá in paradisum iturus, idq; exemplo Samsonis & Eleazari, qui populũ Dei liberarunt. Sic quoq; Johannem Castellum Parisiensem, in eundem Regem armarant, ut testatur Apologia Castelli, & Pyramis in detestabilis parricidii illorum consilio suscepti, extructa: Quæ rursus arte Cotonis Jesuitæ (qui de rebus abstrusiorib. Diabolum cõsulere solet, ut factum *A* 1605. cum essem Lutetiæ) est demolita. Quam post aliquot secula negabunt unquam fuisse erectam, ut de Papissa Johanna idem jam faciunt. Sic Comoletus *pro concione in templo D. Bartholomæi*, ad cœlũ usq; evexit parricidam Henrici III. cum hac exclamatione: Il nous faut un Ajod, fust il Moine, fust il Soldat, fust il Goujad, fust il Berger, n'importe de rien. Il ne faut plus que ce coup pour mettre nos affaires bau poinct, que nous pauvons desirer: *Id est:* Ehude nobis aliquo opus est, nec refert sive is sit Monachus, miles, servus, aut ovium pastor. Unico ictu res nostræ expediri & ad optatum finem perduci possunt, *Mons. Arnauld procurator Regius contra Iesuitas cum essent expellendi regno.* Buscherius impius abdicator Henrici III. *in præfatione abdicationis*, inquit: Propterea fiat, ut cum de priore (Henrico sc. III.) justè abdicato dixerimus, de hoc quoq; (Henrico sc. IV.) excludendo, imo conterendo ac perdendo dixisse videri cupiamus. *Et c. 19. lib. 4. abdicat.* Ut Æglonẽ Moabitam alter Ajod imo etiam fortior Jacobus Clemens (quem Sanctum appellat) é pago Senonensi, cui nomen Sorbonna esse fertur, Henric. III. sine palloris trepidatione, cultello, quem ad id comparatum gestabat, in abdomine trajecit, qui ut alter Judas & Arrius crepans, infelicem exhalavit spiritum, duo de viginti horis post vulnus acceptum. Sic videlicet lapillus de monte cadens, statuam ingentem percussit. Franciscus de Verrona Jesuita *in sua Apologia* negat Reges & Principes Evangelicos esse legitimos Principes, sed tyrannos, & propterea á quovis ẽt privato occidi posse & debere; Accommodans *Psal.* 57. dictum: O Deus destrue dentes eorum in ore ipsorum &c. ad Henricum IV. Galliæ Regem, cui supra dictus Castellus,

jugulum petendo illorum instinctu, dentem fregerat. Sic Mariana Jesuita Toletan. *lib. 1. de Rege* inquit: *c. 6. p. 57. & 60.* Præclaré ageretur de rebus humanis, si multi homines, forti pectore invenirētur, pro libertate patriæ vitæ contemtores & salutis. *Et c. 7 p. 67.* Quid interest, ferro ac veneno perimere: Sed veneno minori fit periculo & majori spe impunitatis. Hoc tamen temperamento, me auctore, veneno uti licebit, si non ipse haurire cogitur, quo concepto pereat; sed exterius ab alio experiatur, nihil adjuvante eo qui perimendus est, nimirum eum veneni tanta vis est, ut sella aut veste delibuta, vim interficiendi habeat. Toti deniq; mundo notū, quid Oswaldus Tesmond, Joh. Gerhard. Garnetus provincialis, cum suis complicibus nonita pridem, contra Sereniss. Magnæ Britanniæ Regem Jacobum ejus nominis Quartum, ejusq; statum in Anglia tentarint, ut patet ex oratione Regiæ Majestatis habita 15. *Ian. An. 1606* & actis publicis Garneti. Denique Campianus Jesuita *in concertatione Eccl. Cathol. Treviris excusa fol. 22.* apertum bellum Evangelicis Principib. indicit: velim, inquit, sciatis, quod ad nostram societatem attinet, omnes qui per totū Orbem longé lateque diffusi sumus, quorum continua successio, & magnus numerus, Sanctum fœdus iniisse, nec quam diu vel unus nostrum supererit, studium & consilia nostra de salute vestra (hoc est, religionis & regni vestri eversione) intermissuros. Jampridem inita est ratio, & inchoatum certamen. Nulla vis, nullus Angelorum impetus superabit. Hinc satis apparet, quo spiritu ducantur hi turbones. Sed ridet Deus Catalinarium hunc conatum, neq; permittet, ut sanctum suum ordinem politicum ejusq; unctos evertant. Agite igitur prudenter, ô cordati Principes Christiani, circa quos divinæ humanitatis est providentia, & semper æternis liberalitatibus sustentare dignatur, *l. 2. de vet. jur. enucl.* Cavete rebellium assassinorum insidias, ac scelerati conjurationi obviam ite. Vestrūm est cōcordiam & Imperii tranquillitatem cum Imperatore custodire. Neq; media vobis desunt, quibus ordinem politicum cum Reipub. tranquillitate, contra vim Gigantium injustam defendere possitis. Rebelles sunt, ac divinæ humanæq; majestatis criminis Rei, qui contra Remp. ejus præcipua membra, & securitatem conjurarunt, *l. 1. §. 1 ad l. Iul. majest. l. quiquis, C eod. Aureâ Bullâ c. 15. Bod. de Rep. c. 7. lib 1.* A stirpe igitur excindatur viperina progenies, Principum Assassini, ut Orbi Christiano sua pax, & Deo integer suus conservetur honor.

65. Non minus detestor divisionis monstra, & subditorum scelestas factiones quocunq; modo factas: *a* Imó & ligas sub prætextu religionis initas, ut virtutum viduas, rebellionis matres, & omnium scelerū opercula, cum suis auctoribus ad Orcum ablego. *b*

a) Turbare enim pacē, & Remp. in discrimen adducere, est summum Majestatis crimen, & severé prohibitum, *l. quiquis, C. ad l. Iul. Majest. Paulus V. sent. 29. §. 2. Const. Imp sub An. 1521. ferè per totum. & An. 1526.* **Zum andern & 1530. §. Dergleichen soll der articul § Vnd als im Abscheid / &c.** *Clar. 1. sent. læsæ Majest. 11. Myns. resp. 5. 44.* Carthaginem ejusque imperium factio Hannoniana & Barchinianorum subvertit. Romanæ Reip. interitum causata factio Syllæ, Maris & aliorum Galliam exercuit extremé factio inter domum Aurel. *Comin. lib. 1.* Angliam verò domus de lan castre & lorgk ubi in septem conflictibus perierunt 80 Principes regalis sanguinis, ut Angliæ Annales testantur. Non minus exagitavit Italiam Guelforū & Gibellinorum

linorũ actio, justé tamen & suo merito. Origo Guelforum est à Welf, fratre Henrici Superbi Saxoniæ & Bavariæ Ducis, qui propter crimen Majest. & affectatum Imperium suis provinciis ab Imperatore fuit exutus. Huic Guelfo mittebant auxiliares copias Innoc. Papa & Siciliæ Rex, ut legitimum suum Dominum Imperatorem, ne Italiam & Calabriam, cum Sicilia vindicaret more consueto, bello implicarent. His tesseræ loco erat nomen sui Ducis WELF: Cunradi verò Imperatoris milites tesserã habebant (WAYBLIG) á pago Sueviæ, in quo erat nutritus. Verúm justo Dei judicio dignum rebellionis & perfidæ militiæ præmium secum reportarunt. Hæc enim factionũ nomina in Italiam transtulerunt, unde postmodum infinita exorta incommoda. Extra casum rebellionis divisio procerum in defensione Reip. admodũ quoque est periculosa. Et indubitatum interitus præludium á sociorum fœdere discedere, ac separatim negotia tractare, *Comin. lib. 1. Micipsa apud Salust. de Bello Iugurt.* Quminó & partialitas in Repub. est venenum, ruinæ præcursor, & insidiantibus omnia opportuna reddit. *Bod. lib. 4. c. 1. de rep. Liv. lib. 3. La Novem disc. 2. Petr. Greg 23. de rep. lib. 3. n. 13.* ubi ex Baldo Patrialitatem dicit esse tanquam Vermem in caseo. Notatu deniq; dignum, quod omnes, qui belli cunicula ad Reip. fundamenta evertenda adhibuerunt, hos plerunq; ruina oppressit. *b)* Hæc in Gallia extitit causa omnium malorum hisce postremis temporibus, ac florentissimum Regnum feré ad finem periodi perduxit. Hoc scelus impium, pietatis zelo, palliabant rebelles: *Rex Navarræ in epist. ad Ord. Galliæ. Auctor de moyens & abus du Papa, Sixt. V.* Armis, vi, dolo & proditione aggrediuntur, quod verbo Dei, spiritus potentia, mansuetudine & humanitate esset peragendum, *ut ex invictiss. Imp Carol V proœm. const. crim. § 7. patet* de quo *sup. thes. 26. & alibi* dictũ. Verúm clangunt Jesuitæ in contrariam factionis tubam, præsertim Windecus *in delib. de bar. ext n. 244. & 412.* ubi inquit: Ad sectarios profligandos Catholicorũ Principum liga & consociatio requiritur. Salutare fuit consilium [scil. quia ex illorum officina sanguinaria (ut & laniena Parisiensis furiosa ad legitimi sanguinis Regalis extirpationẽ, & ut Regnũ ad extraneos transferatur, prodiit] quod de sacra liga, & unionis fœdere in Gallia *A. 87.* fuit publicatũ. Nec negligenda occasio, quando videl. Protestantes (quod bene notandum Principibus Imperii) pecuniis sunt exhausti. Et obducendæ causæ & artes, ut â se invicem divellantur, & sectarii opprimi possint. Externos sibi adjungandos ac subjungãdos sectarios: & cavebunt, ne hi exteriorum suppetias adsciscant. Huc referri ẽt possunt minæ Jesuitæ Campiani *supra in thes. 62.* relatæ. Verúm nescio, an cum ratione insaniant hi Achitophiles, quod sanguinaria & proditoria sua consilia ita propalẽt. Aut enim justo Dei id fit judicio, ad Ecclesiæ suæ protectionem, & ordinis politici conservationẽ: Aut id faciunt ex innata malitia, existimantes horrorem incutere Protestantib. Verúm, quidquid sit res, est pessimi exempli & summi præjudicii. Neq; ferẽdum in Imperio, [ubi Protestantiũ ministris non permittitur ita debacchari in Principes Catholicos] ut canes isti mortui ita insultent Principibus, & vivẽtis Dei ordinem infinitis probris ac calumniis afficiant, statumq; Reip. dolosé non solúm perturbent, sed prorsus eversum cupiant.

66. **Severé igitur Princeps successor, parricidium á temerariis Assassinis, in prædecessore commissum, etiamsi omnium fuerit crudelissimus, ulciscatur.**

Non quidem honore tyranni, sed ad utilitatem propriam, munimentum &

fidei obſervationem Principibus poſteris, *arg.l.1.C.pro quib.cauſ.ſerv.* Hoc n. juſto punitionis exemplo ſubditi obedientiam diſcunt, nec uſurpare Imperium, ſed vere ri: Imó & Aſſaſſini ſupplicii metu ā diabolico ſuo propoſito deterrentur, *Ambr.lib 3. c.9.in Apol.David.* Et hoc negligere ipſis eſt indecorum, & quoq; periculoſum. Sic David interficit Amalechitam & percuſſores Isboſethi, Saulis filii, 2.*Reg.*4. Sic Darius moriendo rogavit Alex. M. ne parricidium, á Beſſo in ſe commiſſum, inultum ſineret: Quem Alex. duabus directis arborib. ad terram deflexis, ex æquo alligari, & poſtmodum laxatas arbores ad ſedem redire juſſit, ubi quælibet partem ſibi annexā retinuit. *Plut.in Alex. Curt.lib.5 in fine. uſtin.lib.5.* Idem factitatum legimus ab Iſraëlitarum Regibus 2.*Reg.*21.14.15.& 21.24.

67. Bodinus appellat tyrannum qui civibus ac ſociis invitis Rempub. occupavit: *a* An autem hic ſolus tyrannus dicendus, quæritur? Nego. *b*

a) *Lib.2.c.5* Hunc impunè lex Valeriana omnibus interficere permiſit, etiā inauditum. Hujus rei exempla habemus in Æglone, Seba, & aliis, quorū ſacræ meminerunt paginæ. *Idem vult, Celſ.Manc.c.*18.*lib.*8.& *lib.*9.*c.*16. *Werm.ab Erenb.c.*11.*de oneribus ſubd. Barclaj.c.*12.*contr. Monarch. Mart.cl.*4.*c.*10. Vim enim vi repellere omnia jura permittunt, *l.*3.*de juſt.& jur.* Quouſq; igitut Reſpub. oppreſſa non aſſenſerit ejus injuſto Imperio, tandiu á quolibet poteſt interfici. Et hac de cauſa laudatur Ajod, quod Æglonem occiderit, *Iud.*3. Hic enim vi ac tyrannide oppreſſerat Judæos, ut ſuæ ambitioni ſatisfaceret, non veró ex legitima Dei vocatione. Et ejuſmodi tyranni, quamvis ad punienda hominū peccata mittantur, tamen nō ex Deo regnare dicuntur. *Oſea.*8.4. Quia nihil minus cogitant. de voluntate Dei, aut ejus gloria promovenda, ſed propriis affectibus ambitioni & cupiditatibus indulgent. Non veró laudo interfectores Julii Cæſaris, Caſſium & Brutum Nam quamvis ille, invitis ſociis, Remp. invaſiſſet & tyrannide Imperium uſurpaſſet: Attamē ex poſt facto aliquo modo populus in ejus Imperium cōſenſit, *Mart.cl.*4.*c.*20.*ſ.*13. *b*) Tyrannū quidam á terendo populum deducūt. Eſt igitur tyrannus non ſolūm, qui invitis ſociis abſq; titulo Remp. opprimit; ſed & qui legitimé vocatus de proprio bono ſollicitus, violenter imperat, ac in mutuo odio, cū terrore apud ſubditos verſatur. *Polyb.lib.*5. Olim appellabātur tyranni, qui hodie Reges. Poſtea veró illi qui poteſtate abuſi, hoc nomē retinuerunt: Reges autē vocati, qui de Repub. benè meriti. *Plat. de repub.* Tyrannus bona Reip. pacem, virtutes, ordinem, leges, nobilitatem & populum, avaritia, ſuperbia, perfidia & crudelitate, ſubvertit. *Caſus in Sphæra lib.*5.*cap.*10. *Werm.ab Erenb.c.*11. Qui igitur á naufragio Reipub. navim conſervat, Rex eſt: Qui veró malitioſé illam ad ſcopulos allidit, archipyrata eſt & tyrannus. Cūm itaq; hæc omnia cadere poſſint in legitimé electum Regem, non ſolūm erit tyrannus, qui invitis ſociis Remp. oppreſſit, *Celſ.Manc.in lib.*8.*c.*13. *Saluſt orat.*2.*de rep.ord. Cauriana in Tacit fol.*16.

68. An autem ea, quæ in Samuële *a* ſcripta reperiunrur, de legitimo Rege intelligenda? Et num Propheta eadem verba, repoſuerit coram Domino, tàm à Theologis, quàm Politicis diſputatur? *b* Utrumque affirmantibus herbam porrigo.

a) 1.Sam.

a) 1.*Sam.*8.*Barcl.lib.*2.*contra Monarch.fol.*62.*Warm.ab Erenb.c.*9.*de reg.subj.* A qua sententia non dissidet etiam Magnus ille Melancht.*lib.*2.*Chron.& c.*8 *in Eth.* qui de oneribus stipendiorum causa impositis illa accepit. Nihil autem *in d.c.*8 refertur, quod publica urgente necessitate, & salute patriæ in discrimine versante, sine & bona conscientia facere non possit. Privatorum enim bona omnia, aliquo modo sunt Reip. & ejus usibus inservire debent. Si igitur Princeps vitam, & fortunam pro patriæ salute impendit, nõ gravabitur etiam subditus, neq; á ratione est alienũ, idem ut præstet. Et hoc casu nihil refundit Princeps, cum subditorum negotium gessisse censeatur, *Afflict.dec.*361 *n.*4.*&* 5.*& in c.*1.*§.similiter, n*11.*&* 12.*de capit qui cur.vend.Geil.*2.*obs.*57.*n.*1. Si verò extra hunc casum in Reip. utilitatem privato bona auferre velit, pretium refundere debet, *l.item si verberatum, de Rei vind.l.*13.*§.si constat, com.prad.l.*2 *C.pro quibus causis servi, ubi Bl.l.quod semel de decret.ab ord.Geil.*2.*obs.*55.*c.*36.*lib.*6.*Forst.de succes.de proces.exec.p.*2.*c.*3.*nu.*326.*cum seq.* Non tamen ad boni Regis officium refero, si extra casum necessitatis, ex mera libidine id faciat, quod sine injuria fieri non potest, *Warm.ab Erenb.d.lib.fol.*154. Neq; continuó propterea tyrannus erit, qui lapsus infirmitate aliquid violéter egerit. In singulis enim Principibus reperies, quod laudes & reprehendas, *Comin.lib.*9. Omnes enim habent suas virtutes & vitia In Deum cadit sola perfectio, *Idem Com.in præf.Calv.lib.*1.*c.*2. *s.*25. Et certé concedendũ aliquid iis, qui suis cõsiliis & laboribus, pro totius terrarũ orbis salute die ac nocte laborant, & propterea merito dignam sua habent prærogativa fortunam, *l.ult.C.de præsc.Nov.*105.*c.*2 *Non.Leo.*109. Quinimó si eó licẽtiæ, se protipiat Regũ libido, ut fortunas violenter auferat, & subditos opprimat, aut de jure possessionis eos deturbet, (q̃ ipsis facere prohibitũ *Ezech.c.*46.*v.*18.) Attamen propterea subditis nõ convenit Principi insultare, aut ejus vitam, famam, & honorem in discrimen deducere. Nihil n. ipsis aliud restat, nisi jussa excipere, & dicto audientes esse. *Calv lib.*4 *c.*20 *s.*26. Tutus igitur erit Imperii potestate, & Regni jure, quamvis inhonesté & summa injuria cum subditis egerit. Et hoc respectu ejusmodi direptiones á Propheta ad jus regni vevocãtur *Warm.ab Eren.d.loc.* Neq; propterea negat Samuël justa esse, quæ Moyses Regi præscripsit, sed hoc amplius Regẽ facere posse, jure suæ potestatis affirmat. Ergo injustè Naboth vineã Regi Achabo denegavit. *Reg* 21. Imó justissimè. Nam nulla urgente necessitate, sed contra legẽ Dei vineam ejus petebat. Neq; Naboth illam recusavit ex insolentia, aut avaritia, sed q̃ noviset, id esse contra legẽ Dei, quæ statuerat, ut quilibet possessionẽ suam, justé distributã, retineret. Quam legem Achab, intervertere conabatur, & propterea pius vir adsentiri non poterat. *Mart.cl.*2.*c.*4 *s.*44. *b*) Eadẽ verba Samuel coram Domino depositse patet *exc.*10.*v.*25. ubi postquam omnia repetiisset, & populo Dei voluntatẽ inculcasset, illa in arcam posuit; ne, si forte prædicta accidirent, effugium quæreret, aut quiritandi causam haberet. Quid enim opus fuisset ista describere aut repetere, quæ à Moyse satis erant declarata & proposita *Deut.*17.? Deinde *d.c.* Moyses non populum, sed Regem ad omnem continentiam & populi utilitatem instituit ejusque describit officium! Samuel verò ejus potestatem, & Imperii amplitudinem. Ille justum Imperium, & quæ bonis Principibus sunt agenda! Hic obedientiam, seu quæ subditis toleranda, sive á bono, seu malo Principe, describit: Ille limites imperandi: Hic verò necessitatem parendi præscribit. *Barclajus & Warm. ad locu.* Duræ quidem hæ sunt conditiones, sed tamen illas cogitur populus patientia

tientia vincere, & vindictã Deo relinquere. Nam quamvis pater iniqué filium percutiat aut objurget, attamen filii non est, iniquum ejus imperium & impetus vi reprimere, sed humili obedientia ejus iram permulcere. Non hoc dico, quasi delectet subditorum oppressione, aut proxeneta sim tyrannorum, verúm quid nostri sit officii ostendo. Non n. sum ex eorum numero, qui omnia Regum dominio & proprietate, subditorum verò usu & possessione saltem esse contendunt, *ut olim gloss. Mart. Angel. in l. verberatum, § 1. n. 1. de R. V. Dec. in c. ult. n. 31. de confir. util. vel inut. Bellai in Apol. Cath. p. 1 § 7. & Apol. pro Regib. c. 6. & c. 34.* Hi de capite sunt solliciti & reliqua membra negligunt. An non prodigiosé insaniunt, qui producunt hominẽ putribus calceis, laceris caligis, cum vilibus pannorum assumentis, & ejus capiti imponunt mitram auream, & pretiosam tiarã gemmis splendentem! Gloria Regis est multitudo populi divitis (*ut inquit Salam.*) non verò mancipiorum æris egentium. Et justitiæ proprium est, alienũ non attingere. *Lact. l. 1. c. 17. ex Carneade.* Ad Reges potestas pertinet omnium, ad singulos autem proprietas, *Sen. l. 7. de benef.*

69. Nullus itaq; erit casus, quo in Regem impotentius dominantem subditi, præsertim privati, insurgere possint, etiam si omnium scelerum & flagitiorum turpitudine sit infamis? *a* Si tamẽ ultra modum subditos excruciet? & damnum summum Reip. inferat. Proceres ex officio intervenire, & illos cum Rep. conservare ab interitu sunt obligati. *b* Imó si Remp. disperdere, *c* aut Regnum alterius potestati subjicere cogitat, jure ipsum Principatu cadere, existimo, *d*

a) *Barcl. l. 3. c. 16. Bod. l. B. de rep.* Quia nemo in ipsum potestatẽ habet, *sup thes.* 36. 38. & 44. Data est á Domino potentia Principibus, & potestas eorum ab Altissimo, qui quæstionem habebit de operib. illorum, *Sap. 6. 4. & seq. Calv. l. 4. c. 20. Warm. ad Erenb. c. 11. Alb. Gentil. de semper injusta vi adversus Regem.* Estq; perpetua hæc regula Ordinationi Dei ne resistatis. Nam si bonis tantùm Principibus obtemperandũ, D. Petri dictum, de diiscolis, esset supervacaneum, 1. *Pet.* 2. Æquum igitur & iniquum, ejus Imperium est ferendum. *Sen. in Med.* Etsi nocentem punit, cedẽdum justitiæ: Si verò innocentem, fortunæ, *Sen. 1. de Ira c.* 30. Neq; hoc in casu compedib. constringẽdus, aut Numellis, vel securi subjiciendus, qui nullius imperio est obnoxius, nec quisquã (ut dictum) ejus facta judicat, aut cogit, *Ps.* 50 *& ibigl.* Hoc n. casu etiam optimi Principes opprimi possent, & florentissima Imperia subverti. **Handelt nit wider ewer Trew**, dicebat Invictiss. Imp. Henr IV. cui ad Pontificis libidinem Imperium cum ornamentis á Colon. & Mogunt. Archiep. auferebatur.) **das seyn die Zeichen Keyserlicher Ehr, die hat mir verliehen deß ewigen Königs Miltigkeit, vnd die Fürstliche Erwöhlung. Wir meinen, daß wir sicher weren, vnd haben vns deß Gewalts nicht versehen. Es solt doch euch die Forcht Gottes darvon treiben, da menschliche gûte das nit thun wolte.** *Munst. l. 3. Cosm. c. 192.* *b*) *sup thes. 37. 63. & passim.* Non tamen, ut ipsius vitam, famã, & fortunam in discrimen deducãt. Monenti igitur primũ debet, si verò monitis locum non dederit, ipsum cohibere, & Remp. cum subditis defendere possunt, *Mart. class. 2. c. 4. f.* ne vel Principis ignavia, sævitia, & administratorum nequitia pessum eant. Jure enim ipsis incumbit Regis solicitudo, á quibus ejus fluxit ordinatio. Neque verisimile, illos neglecturos Regni salu-

salutem, quorum prosperitas, vita, vel ultima internecio in illius vertitur ruina, c) ut Nero, qui ferro & flammis urbem Romanam evertere, & sedem alió transferre conabatur. *Aurelius Victor de Cæsaribus.* Et Calligula, qui palam denunciavit, se neque civem, neque Principem Senatui amplius fore, & in animo habuit interempto Senatu Alexandriam commigrare, *Sueton. c.* 49. Imó toti populo unam cervicem optavit quám uno ictu amputare posset. *Suet. c.* 30. & 49. *Winzetus ad v. Buchn. p.* 267. *Barcla. d. c.* 16. *l.* 3. Dominus n. derelinquens servum, dominum amittit. *l.* 1. 2. *& ult. ff. pro relict.* d) In servitutem enim alterius liberam Remp. invito vel ignorante populo conjicit, quám sartam tectam conservare tenebatur. Nihil a juris hoc in casu, quod non habuit, transtulit, atque ita Rex eo facto, liberum & suæ potestatis populum relinquit, *Barclaius d. loco.* Et hac ratione recté feci: Rex Ezechias, quod ab Assyriorum Rege, cui pater sese subjecerat *supra thes.* 37. *& seq.* discesserit.

70. Quinimó in casu etiam, ubi Proceres fuerint negligentes, ipsis aliquid tentare non est permissum; *a* Multo minus abdicare Principem competit Jovi Vaticano, *b* sed Deus precibus jugiter fatigandus, ut aut ejus animum convertat, vel ab oppressione populum liberet. *c*

a) *dd. ration. ad lit.* a) *thes. praced.* Non enim protinus more Gothorum interimendus Princeps, qui nobis duplicet. *Aimon. l.* 2. *c.* 20. *& l.* 4 *c.* 35. Sic Tapobranes Insulares, Reges suos Imperio abutentes, morte mulctabant, *Plin. l.* 6. *c.* 22. Deus est, qui illos constituit & judicat. *Sap.* 6. 4. *& seq.* Neque propterea existiment subditi, scelera Principum manere inultra qui dies atque noctes gestant in pectore testem; quoq; scelus cómissum agitat, & amentia afficit. 1. *Cic. pro Rosc. Plut. l.* 5. *c.* 59. *Iuven.*

Ad generum Cereris sine cæde, & sanguine pauci
Descendunt Reges, & sicca morte tyranni.

Sic Nero & Herodes indesinenter agitabantur ob commissa parricidia. *Tac. l.* 24. *c.* 99. *Dion. in Neron. Ioseph. l.* 15. *c.* 11. *Antiq* Sic Alphonsus Siciliæ Rex ob crebra homicidia. *Guiciard. l.* 1. *Sabell. l* 9 *Ennead.* 10 *Iovius l.* 2. Non igitur ipsis hanc extremam invideamus licentiam, *Ammir. l.* 5. *c.* 4. b) *arg. th.* 15 26 In contrarium nituntur Romanistæ, *c. unam sanctam, c. sollicita. de Major. & obed. Bozius de temp. Monarch. l.* 1. *c.* 3. *Rossæus de iusta vindicat. Reip. Christ. l.* 2. *p.* 13. *Buscherius Henr.* 3. *Franc. Regis impiet. Abdicatur per totum librum Auctor concertationis Eccl. Cathol. Mariana de Rege l.* 1. *c.* 6. *Crefwel. adversus edicta Reginæ Angliæ, p.* 145. ubi non solúm dicunt, quod possit abdicari; sed quoq; á quolibet interfici. Imó illos ab omni memoria in magna laude fuisse, quicunque tyrannos opprimere aggressi. Sic Richardus Walpot Edoardum Squirre Anglum instruxit, ut Reginam cum Essexio é medio tolleret, *Memor. ligæ p.* 145. Verúm de his *supra th.* 63. c) *arg. c.* 2. *Exod.* 24 *Iud. c.* 226. 39. 43. *& passim.* Et quando Deus voluit punire impios Reges Israëlitarum, non armavit populum in illos, sed exteraneos Principes, ut Assyrios, Syros, Aegyptios, & similes. Sic Hercules liberavit oppressos ex manibus tyrannorum. Nec n. inter clara facinora Heroũ ullum est illustrius, quã innocentũ, & tenuiorum vitam, famã & fortunam defendere & á potentiorum injuria tueri, ubi videlicet judiciorum aditu obsesso, cuncta pro libidine geruntur. Sic Tamberlanes Baja Zetum, Turcam, sævissimum tyrannum, nulla alia ratione debellavit, quám ob tyrannidem. Non fuit hic Tamberlanes bubulcus, aut obscuro loco natus, ut vulgó existimatur; sed origine Illustrissimus, qui suis

raris virtutibus clariorum reddidit nativitatem. Fuit a ex sanguine Impp. Tartarorum, & patre Ogo natus, qui præfuit Regno Sacheray, seu Parthorum Idem est autē Tamberlanes, quod gratia cœlestis Magnus Cham, Tartarię Imper. ejus fuit patruus qui ob victoriam de Moschovitis obtentam, unicam suam filiam ipsi in matrimoniū dedit, cum qua totum Tartaricum acquisivit Imperium. Quod autem habitus sit Pastoris filius, seu Bubulcus id ex eo est, quod reditus Principum ejus loci præcipui essent ex pecoribus, quibus hæc provincia abundabat, & quoq; aurum negligerent, ac propterea pastores appellati. Hanc sententiam confirmat, quod cum aliquando per Syriam iter faceret, rusticus aratro, ingens vas aureæ monetæ detexerat, de cujus imagine cum sciscitanti responderetur ab adstantibus: Imperatorum Rom. eam esse, non verō patris sui, dixit. Reddite igitur aratori, si non fuit meorum majorum, ad quem Deus illam detulit, *Fulgos. l. 4. c. 3.* Jam si pastoris filius fuisset, de patris effigie non inquisivisset in moneta aurea. Nugæ præterea sunt, quę de tribus diversi coloris tentoriis narrant, quibus in expeditione usus dicitur. Fuit n. Princeps humanissimus, nisi quod Bajazetem extremē ob summam tyrannidem odisset, & ad castigandam ejus superbiam bellum susciperet contra Turcas, in quo Axallam Principem Græcum, & Christianum comitem & administrum habeat fidelissimum. Tempore hujus Tamberlanis pulvis tormentarius cum machinis in usum venit in Asia, idque industria Axallæ, cui per Judæos, cum Christianis negotiantib. hæc ars innotuit. Admiratus autem valde vim pulveris ineffabilem Tamberlanes, jussitque ut Axallæ ejus inventio tribueretur, & ad Annales referretur. *Ioan. de Bec. Abbas de Morte Mor hac ex Arabicu historiis & præcipuē ex Alhacen. Arabe. de rebus gestis Tamberlani, qui eius coætaneus fuit in linguam Gallicam transtulit.* Præfecerat autem Axallam regno Chinę, quod sibi subjecerat Tamberlanes, quō aliquot machinas ad locorum defensiones transferebat. Hinc conjicio ortum errorem vel potius invidiam illorum, qui machinarum & pulveris inventionem populo Chinæ tribuunt, ut & typographiæ & horologiorum usum, quæ tamen omnia ē Germanis inventa fuerunt.

71. Cum igitur subditorum vis adversus Principem semper sit injusta, summam impietatem, scelus & sacrilegium arbitror, si Pontifex illos á jurisjurandi vinculo debitæ observantiæ absolvere non solūm, sed & in Principum capita veteratorié solicitare, instruere, & armare sustinuerit.

Hoc perfidiæ astu omni tempore incorruptam popularium fidem, non solūm attentarunt, impiis pollicitationibus, & æternæ salutis mundinationibus pe. fidiam simplicium provocarunt; sed & sub prætextu pietatis in patriæ patres, Domini unctos, vasallos & subditos summa impietate & fastu armarunt, ac bellorum, omnium seditionum civiliū & persecutionum auctores extiterunt rebelles monachi. Et hoc tanta sævitia, ut etiam barbaros Scythas immanitate insolenti superarint. Testantur id Friderici, Henrici, Ludovici, & alii fortissimi Heroes, quos extremē persecuti, impiis excommunicationum terriculamentis, & vel in subditos Imperii illos concitarunt, vel extra Imperium contra infideles expeditionem, sub prætextu religionis, suscipere coëgerunt, ut interea raptores pro libidine prædari possent, aut innocētes in laqueos deducerēt, *supra thes.* 15. Zacharias Papa Gallos á juramento, quo Childerico obstricti erant, absolvit, & tonsuratum in monasterium detrusit, ei sufficiendo

Pipi-

pinum, qui primus bestię adulatus. *Marsſ. Patav. c. 6.* Sic per excommunicationem Hen. V. Imp. jus investituræ in Episcopos ademit. Et postmodum quoq; utrumq; regnum Siciliæ. Sic Situs excommunicavit Regem Navarræ, & Illustrissimum Comitem, eorumq; proceres, vasallos & reliquos subditos á fidelitatis & obsequii debito absolvit ac liberavit. Interdicimus illis (inquit) omnem obedientiam, ac Regem Francorum monemus & hortamur, ut ad executionem nostræ sententiæ incumbat, *ut habetur in pag. 4. Bulla.* Sic quoq; absolvit Uladislaum Hungariæ Regē á juramēto Turcico Imperatori præstito. *A. 1444. ut infra dicetur.* Et quoq; Philippum Regē Hispan. á juramento ordinibus Belgii prestito: Quod tamen plus Regi obfuit, quám profuit. Neq; consideravit, quod sublatā juramenti obligatione, illi viceversa propter religionem, nullam ipsi deberent obedientiam subjectionis. *Illustriss. Vrania Princ. sua Apol. contra Hisp. Reg.* Tantum illi curant sanctum Dei ordinem, & jurisjurandi religiosum cultum, ad illius gloriam, polliciti ordinis & pacis conservationē introducta. Juramentum enim rité peractum, est species divini cultus, quo ejus nomen invocamus, nostram religionem in ipsum testamur, & quoq; æternam immutatq; veritatem, ejusque adsertorem & testem idoneum unicum, qui abscondita in lucem proferre queat, ipsum esse confitemur. Cum igitur tam solennis & religiosa res sit juramentum, absq; extrema contumelia, æternæque salutis periculo, si de re licita & honesta conceptum, violari non potest. Nec enim est contumelia levis, si per ipsum pejeretur, aut nominis ejus sancti profanatio fiat. *Lev. 19. 12.* Quid enim refert Domino, si sua veritate spoliatur? Certé Deus esse desinit. Spoliatur a. dem vel falsi suffragator constituitur; vel quod rectè per ejus nomen juratum, malitiosè nuda ceremonia appellatur, ut perfidus fecit monachus Cardinalis Julianus Cęsarinus, qui Uladislao perfidiæ auctor extitit. *Calimachus Florentinus de rebus gestis Vladislai, l. 3. Aeneas Sylv ep. 82.*

72. Verúm cum juramenti tractatio ad fidem commodé referatur: ordo jam requirit ut etiam pauca de utroque agam. Fidem igitur unicum justitię fundamentum, & humanæ societatis nervum dico, quo inciso illam interire necesse est.

Fidem Lipsius describit; Effectum in homine dicti aut promissi, 2. *Politic. 14.* Quæ sanctissimum humani pectoris bonum, & unicum justitiæ fundamentum dicitur. *Cic. 1 offic.* Et homini, præsertim Principi, adeo necessaria quám Sol est mundo. *Cosmo Bartoli. c. 9 dis. historia.* Hanc fallere gravibus est grave, gravioribus gravius, gravissimis verò, qui aliis exemplo sunt gravissimum. *Bal. in cons. 343. liber 2. Tib. Decian conserv. 24. Pruckman. de Regalib. membr. 2. c. 4. affectionis 1.* Hujus igitur tam eximiæ virtutis (sine qua commerciorum usus inter homines consistere nō potest. *Arist. 1. Rhet. c. 15 Bodin. lib. 5. c. 6. de Rep. Thoming. decision. 13. num. 36.*) Princeps tam religiosus sit observator, quam propriæ coronæ. Quia Deus ipse suis pactis & promissionibus firmiter innititur. *Bald. in l. huius Edict. nu. 1. v & magist ff d. pactis.* Hinc heroicé admodum Illustrissimus Heros Philippus Magnus Hassiæ Landgravius dixit: **Man soll einen Fürsten erkeñen / bey haltung beschehener zusage / reiner strassen / vnd guter mūntz** *Nobil. War. ab Erenb. d subsid c. 5 f. 81.* Seduló igitur caveat, ne incurrat perfidiæ maculā, cujus plerunque fœdi & funesti solent esse exitus, (ut Arist. ad Alexan. dicebat, ubi illū ad datam fidem, & inita fœdera sancti servāda moneret:)

neret:) Aut Deum qui operantes iniquitatem extremè odit, mendacia loquẽtes perdit, sanguinarios & dolosos abominatur, *Psal.* 57. & 10. gravissimum scelerum ultorem habeat. Sit igitur suę promissionis proprius testis & judex, qui alium non habet, coram quo conveniri possit, nisi ignominiam & vindicem Deum.

73. Juramentum fidei fulcrum, *a* definio; Attestationem Dei, ad veritatem sermonis nostri confirmandam. *b* Impia igitur dico juramenta, & improbatæ religionis, quæ fiunt per deos alienos, aut aliquam & creaturam. *c*

a) Manavit hæc jurisjur. necessitas ab hominum vitiis, ut Christus aperte docet *Matth.* 5. Quasi inter mortales bona fides vigeret, & coleretur integritas, quã natura dictat non opus esset hoc religioso jurisjurandi cultu. *Calv. in Harm. Evang. c. 5. Matth. v* 34. Loquor a. hic de juramento, quo ad promissorum confirmationem, non etiam ad litium ambiguitates expediendum, quæ in judiciis, ut plurimum adhibetur. b) *Calv. lib. 2. c. 8. s. 23. Inst.* c) Ut per D. virg. Maria, insanctos eorumque superstitiosas reliquias Aut quod fit per Dei verbum cum Evangeliorum tactu. Nisi de verbo personæ id intelligatur. Nec quoque legitima sunt juramenta, quæ fiunt per fidem Principis, generositatis, vel nobilitatis: Quia per nomen Dei viventis solum est jurandum. *Wes. in parat. de iureiur. n. 6 Deut. 6. 13. & 10. 20. Hebr. 6. 16. Exod. 23. 13. Ios. 23. 7. Matt.* 5 34. *ubi Calvin. in Harm. Evang. & d. lib. 2. s. 24. c. & si Christus extr. de iureiur. sumptum ex Deut. & c. 6. ad Heb. & c. clericum, 22. q. 1. Donel. comment. lib. 24. cap. 15. Mart. class. 2. cap. 6. sect. 12. Idem in Concilio Carthag. 4. prohibitum* Dispердam eos, qui jurant per nomen Domini, & per Melchon, inquit Deus per Prophetam, *Sophon.* 15.

74. Confirmat juramentum pacta, si de re licita & honesta fuerint conventa: *a* Non verò si de re turpi, aut inhonesta. *b* Summa igitur cautio est adhibenda, & discretio, ne pro cultu Deus contumeliâ afficitur, aut iniquitatis vinculum juramentum constituatur. *c*

a) Licitæ sunt, quæ justæ necessitati, religioni, & charitati, nõ verò propriæ inservium libidini, ut sunt, quæ Dei gloriam, Reipub. & pacis conservationẽ ac proximi salutẽ respiciunt, neq; in ejus præjudicium redundant. Et hoc in casu juramentum pactis, etiam de jure civili nõ ad eõ validis robur addit firmissimum, *c. quamvis de pactis. in 6. c. cum contingat. de iureiur. c iuramenti, 22. q. 5. lib. 5. in pr. & § sed si quis de iureiur. ubi Wes. in parat. n. 5. l. 1. cũ auth. C. si adverſ. vend. l. si quis maior, 41. C. de transact. Calvin. d. l. 2. c. 8. s. 23.* Qui hæc juramenta violat, Deum, qui rei suffragator & testis invocatus, suo honore spoliat, charitatem proximi subvertit, seq; perjurii pœna obstringit. Huic igitur nemo mortaliũ, etiam Princeps absoluta sua potestate, multo minus Papa absque perfidiæ macula, & summa Dei contumelia, jure derogare potest. *supr. th.* 72. b) Res vel illicitæ, si juramentum accesserit, propter conscientiam sustinentur, quia Dei contumelia, vel naturalis pudor, seu inhonestas nulla hic versatur, *d. cum contingat de iureiur. c. quamvis de pactis in 6.* Quæ v. jure Divino vel Naturæ sunt illicitæ, jurisjurandi vinculo firmari non possunt, nec quoq; ejusmodi exigere fas non est homini Christiano, *c. non est obligatorium, de R. I. in 6. c. 1. c. quanto de iurar.*

iurtiur. c. 2. de reb. Ecc. non alien. Iason in l. fin. n. 2. Qui satisd. l. generaliter cum seq. l. Tit. 133 de V. O. l. 7. § 4. de pactis. l. 6. C. eod. l 5. C. de leg. Wes. in parat. n. 11. de V. O. Neq; hic nullum committitur perjurium, si á præstito juramento discesserit, quod obligationi, quę nulla fuit, robur addere non potuit. Gravissimé tamen peccavit, quod DEUM justitiæ & veritatis auctorem, falsi suffragatorem, vel iniquitatis approbatorem constituerit, *Mart. d. loc. sect 9.* c) Cautio adhibenda, ne scilicet pejeretur; Discretio verò, si agere perversa juravimus, ne votum impleamus. Nam hoc in casu justius est promissa intermittere, quàm in proximi detrimentum illa complere. Cauti ergó simus in dispositionibus: Discreti verò si neglexerimus, in votorum completionibus. Melius est namq; desistere á voto, quàm illicita complere. Neq; hoc vitium levitatis est, sed virtus discretionis. Sic David incautè jurabat interficere Nabal, cum tota sua familia, discretè verò prudentia Abigail erroris admonitus, á voto discessit contrà Herodes saltatrici puellę se incautè devovit, & improbum votũ indiscretè quoq; complevit, innocentem sanguinem D. Johannis Baptistæ effundendo *Mat. 14.* Eodem vitio laborat Jephtæ inconsulta promissio, & ejus quoq; indiscreta impletio. Jurate igitur inconsideratè, quę revocanda sunt, est detestandum, Implere verò, extremè horrendum, *Gregor. Magnus 1. & 14. Cauriana supr. il. Tacit. lib. 1. fol. 268. cum seq.* Minor est namq; culpa in turpi voto decretum mutare, & in animalis promissis fidẽ rescindere, quàm impiam promissionem scelere & homicidio adimplere, *Isiod. in synonym. lib. 2. c. quod David. c iuravit. c. in malis. & toto. q 4. caus 22. August. de bono viduit. c, 10. Epiphan. l. 2. tom. 1. hæres 61. Beda in natal. de collat. Sanct. Ioh. Homil. 44 Amb. de off. l. 3. cap. 13. Concil. Elebert. cap. 1 Viret. de vera & falsa relig. lib. 1. c. 16. cum seq.*

75. Si quis igitur jurat, se nõ velle succurrere proximo, in necessitate summa constitutó, propterea quod ab aliis deceptus: *a* Vel quod velit aliquem interficere, ejusmodi juramenta obligatoria non sunt. *b* An autem David perjurii maculam effugere possit, ex eo quod Salomoni jusserit Semejum punire, cui tamen vitam & impunitatẽ jurarat, á Theologis quæritur? Et rectè jussisse Davidem filio punire Semejum, absque perjurii crimine, affirmo. *c*

a) Quia de re illicita juravit & contra legem Dei. Nam in Dei gloria, proximi salute promovenda, ejusq; vita conservanda, cõsistit tota hominis obedientia. *Matth. 22. 37 36. Marc. 12. 31. Levit 19. 18. Rom. 13. 9. Gal 5. 14. Iacob. 2* Neque, *ut ante dictum*, juris jurandi religio introducta, ut inserviat propriæ libidini, charitati, & justæ necessitati, ubi scilicet vindicanda Dei gloria, vel promovenda proximi ædificatio. Eo enim legis mandatum spectat. *Calv d. l. 2. c. 8. § 23. & 27. in fin.* b) *d l. generaliter. cum seq. l. Titia. 133. de V. O. & ibid. Wes. in parat. n. 11. l 7. § 14. l. 27. § 8. de pact. l. 6 C. de pact l. 5. Cod. dell.* c) Malè siquidem juravit promittendo impunitatem homini sceleroso, qui Principi suo, uncto Jehovæ, maledixerat, contra expressam Dei legem, *Exodi 22. 28. Actor. 23. 5.* Mirum igitur non est, quod hunc errorem correxerit Rex pius & justus. Neq; id Deo displicuisse, patet ex eo, quod scriptura dicat: Deũ retorsisse in caput ejus malum, quod fecerat David. *1. Reg 2 44.* Deinde non dicit textus, *2. Samuel. 19. 24.* quod omninó non moriturus ob hoc delictum; sed quod isto die solenni non moriturus, *v. 23.* Quid mihi, inquit, vobiscum, filii Zeruję, qui

estis mihi hodie adversarii? Hodiené afficietur morte quisquam in Israële? Nam nó. ne agnosco hodie me esse Regem super Israëlem? Dixitq; Rex ipsi: Non est moriturus: In die scilicet Inaugurationis solenni. Deinde dicitur, 1. *Reg.* 2. & 8. 9. Juravi ei per Jehovam, dicendo: Morte non afficiam te gladio. Nunc autem cum sontem nó absoluto, cum vir sis sapiens: sed cognosce, quid sis facturus eó, ut deducas canitiē ejus cum sanguine in sepulchrum. Ex quibus apparet, juramentum fuisse de re illicita, nec obligatorium. Et propterea sapientiæ & discretioni Salomonis errorem corrigendum commisit. Deindeq; Salomon ipsum non principaliter propter maledicta patri facta puniebat, sed quod inobediens fuisset mandato ejus & juramentum præstitū violasset. 1. *Reg* 2. v. 42. & 43. Quare (inquit Salomon) non observasti juramentum Jehovæ, & præceptum quod præceperam tibi? Quam inobedientiam & perjurium aggravabat in Davidem crimen anté commissum, *v.* 44. Summa igitur fuit discretio Salomonis, qui ita patris errorem correxit, ut cum Dei honore conservaret etiam defuncti patris existimationem.

76. Grave ac indecorum est Principi, uti dolo, fraude, & mendacio, etiamsi id fiat in Reip. utilitatem. *a* Imó non solúm contra bonos mores, sed quoq; pietatem ac justiciam esse dico, si Principem á se dissidentem veneno, seu aliis mediis insidiosis, tollere tentaverit. *b*

a) Est enim viva Dei imago in terris, quám perjurio fœdare non solum est impium, sed insuper quoq; periculosum, & cum æterno dedecore conjunctum. Detestatur enim Jehova os bilingue. Abominatur sanguinolentum & dolosum, ac perdit mendacia loquentes, *Prov.* 6. 16 8. 14. 12. 5. 10. 22. & 17. 4. *Psal.* 5. 7. & 10. Labium verax autem stabilitur in æternum. *Prov.* 12. 18. 21. & 26. 24. *Comin. l.* 10 Principes sunt humanarum actionum condimentum, & sal subditorum, quod si infatuatum fuerit, qui poterit constare vita privatorum? Absq; amicitia nulla humana societas: Absq; hac verò nullus Dei cultus. Ergo qui non colit fidem, nullum habet quoq; Deum. *Caurian f.* 268. Et certé perjurium est detestabilius Atheismo, quia non tanta est eorum, qui Deum adversantur, impietas, quám illorum, qui & esse Deum, & rebus humanis prospicere fatentur: Juris tamen jurandi simulatione numen irridere non dubitant. Imó qui libenter audit mandacii verba, omnes ministros habet impios. *Prov.* 29. 12. *Cosmo. Bartoli.* 9. *discurs.* Impium ergo Euphemis *apud Thucid.* dictum rejicimus: Quod scilicet non sit injustum, quod fructuosum. *b*) Hos appellat Alex. M. *apud Curtiū*, percussores veneficos, inquiens: Verúm enimverò quum modo milites meos ad perniciem meam pecunia sollicitet Darius, ad internecionem mihi persequendus, non ut hostis, sed ut percussor veneficus. Alphonsus I. Rex Neapolit. heroicé respondit proditori Rugiero, qui ipsi promittebat occidere hostem suum Regem Castiliæ: Et si posiem luerari (inquit) totius mundi imperium, nedum Castiliæ regnum, non permitterem tamen tantum scelus. *Ammir. lib.* 2. *c. ult.* Sic Senatus improbavit Cępionis factum, qui Viriathum Lusitha-
num, latronem & belli ducem strenuum, hostem populi Rom. cum vincere cum aliter non posset, per duos satellites pecunia corruptos Viriathum humi depositū peremit. Quę victoria, quia emta erat, á Senatu non fuit probata. *Sex. Aurel. Victor de viris illust. Am. d. l.* 2. *disc. ult.* Sic quoq; non probarunt factum Q. Flaminii, qui Hannibalis mortem procurabat apud Regem Prusias. Hostem adversum opprimere stre-

nui

nui est hominis & virtutis opus. Papa Pius 3. emisit Italos, qui incendio atq; veneno per Germaniam damnum darent. *Sleid. lib.* 18. Rex Hispan. statuit in Principis Uraniæ caput 25000. coronatorum, & quoq; Assassino nobile stemma, si nobilis non esset, qui ejusmodi generosum (ita vocat) actum perficeret, cum criminis abolitione, etiamsi atrocissimi esset reus, *ut patet ex præscriptione, & quoq; Apologia Illustrissimi Orania Principis contra dictam proscriptionem.* Ubi etiam refert, quod Ducissa, ejusq; filius Dux Parmensis, sæpius summiserint si carios & venenarios, qui illum tollerent. Assassinum hujus Principis vocat Barclaius, pium & animosum juvenem, á quo jure optimo interemptus, pœnas Deo, Regi & Reipub debitas persolvisset. Contra verò defert mortem Guisiorum, *lib.* 3 *cap.* 16. *contra Monarchom.* qui dolor prodit iniquos hominis affectus. Sic sæpe missi sicarii cum á Papa tum ab aliis, qui Regem Galliæ, Angliæ Reginam defunctam, & præsentem Regem tollerent, *ut suo loco dictum.* Ejusmodi parricidæ clanculârii magis Principibus sunt timendi, quám hostis apertus potentissimus. Contra hunc enim industria ejus facilé remedium invenire potest, cum nulla humana diligentia declinare possit sceleratorum diabolicum impetum, nisi Deus unctos suos misericordiæ alis protegat.

77. Decorum verò & Principe dignum est, hosti, infideli, latroni hæretico fidem aut non temeré dare, aut datam omninó servare. *a* Thuscum igitur Doctorem non solúm, *b* sed & impia Pontificum theoremata *c* cum æquivocationibus Jesuiticis *d* fugiat, si modo majestatis, vitæ, ac salutis naufragium, cum perfidiæ macula evitare satagit. *e*

a) Nihil enim tam congruit humanæ fidei, quám ea, quæ semel placuerunt, servare. *l.* 1. *de pact l.* 1. *de constit. prin. Pistor. l.* 2. *q.* 4. *n.* 21. Neq; alia virtute Romanũ imperium crevit, quam fide erga inimicos, & amicos. Quam si Ethnici in tanto honore habuerunt, multo magis & Christiani. *Cavriana l.* 2. *Corn. Tacit f.* 167. *Boz. de Imperio virt. advers. Machiav. c* 7. *Lip. l.* 2. *c.* 13. *polit. Ciro Spont. l.* 3. *cap* 2. *& seq di gover. del. stato.* Servemus *inquit Iosua. c.* 9. fidem datam, ne Dei præpotentis furorem eiere videamur. Et *Aristot. ad Alex. M* Cogitâ ne pejeres, sed timeas divinam ultionem, & humanam infamiam. Quæ enim laus est Principi, justitiæ fidei, & bonitatis clarissimo speculo, toti Mundo imperare, & majestatem suam detestando maculare perjurio? Non igitur considerabit quid hic vel ille fecerit & mereatur, sed quid ipsi promissori conveniat. *Caur. d l f* 268. Æterna memoria Principe germano (qui nullis mortalium fide & armis cedunt, *Boiocalo teste apud Tacitum*) & majestate Imperatoria digna vox erat, Invictissimi Imperatoris Caroli quinti, ad Eccium & alios, qui urgebãt ipsum ad violandam fidem D. Luthero datam: Etiamsi, inquit, fides toto terrarũ orbe exularet, tamen apud Imperatorem immaculata manebit. *Bodinus l.* 5. *c.* 6. *de Rep.* Sic olim in Constantiensi Synodo fidem fregerunt constantissimis veritatis assertoribus, Johanni Husso & Hieronymo Pragensi, qui tamen fide publica eó venerant. *Mar. class.* 2. *s.* 23. b) Hic Politicorum, & Aulicorum quorundam summus est Pythagoras, quem non in minori precio habent, quám Turcæ suum Alcoranum, seu omnia sacrilegi Machumetis. Inquit autem *c.* 18. *de Princ. & l.* 3. *in Liv. c.* 42. Prudens Princeps fidẽ non debet servare, si ei sit damno, & necessitates præterierunt, propter quas illam dedit. Et magni refert, si Princeps non noverit bellinum ingenium pro arbi-

arbitrio scité induere, ut si jure legum decertando vincere non possit, tum more Vulpis adsumendo, & Leonis id aggrediatur. Hoc est, pro arbitrio, & tempore ingenium fingat, ut more Vulpis, quos volat, in insidias pelliceat, & pellectos instar Leonis jugulet. Et hanc Principis dotem non esse exiguam existimat. Quam autem impium id sit, & contra omnem honestatis rationem, quilibet bonus facilé animadvertit. Venenat namq; aures Principũ, ipsisq; suader, ut omnia recta negligant, dummodo potentiam consequantur. Cum tamen fides nulla necessitate ad fallendum cogatur, aut præmio aliquo corrumpatur. *Sen. Epist. 89.* inter mortuum illud Euripidis recoquit:

Ius regnandi gratia
Violandum est: Aliis rebus pietatem colas.

Et nihil in hominum societate erit firmum & stabile, si hoc impium theorema locum habuerit. Nunquam enim causa deficiet perfidis, cur pacto non stent. *Liv. lib. 9.* Et semper aliquam fraudi speciem juris imponent. *Liv. ibid.* Sed de his *Antimach. l. 3. Theor. 21.* c) Concilia, Lateranense, Constantiense, & Tridentinum *ex Abbatis Panorm. & Ludovici Romani auctoritate (qui dicunt* Infideli & hæretico fidem utiliter dari non posse, nec datam servari oportere:) id decreverunt. Quamvis Becanus Jesuita Moguntinus id neget, quem refutat auctor defensionis tertiæ, Fœderatorũ. Quid de Paschali 2. P. R. dicendum, qui, cum Dominum suum Henricum V. Imp. in periculum conjecisset, ita ut de vita, & fortuna ipsi decertandũ, nec tamen prohibere ipsum compescere posset, tandem rem dolo aggressus, & pacem, quám simulabat, divisa hostia confirmavit, cum celebraret, missam cujus partem unam Imperatori porrigebat, alteram verò ipse retinebat, addita hac execrationis formula: Sicut pars vivifici corporis divisa est: Ita divisus sit á regno Christi, qui pactum hoc violaverit. At Imperatore vix urbe egresso, perfidus Papa omnia sua promissa retractavit, & illũ Anathemate percussit. *Petrus Diacon. & Abbas Vrspergẽsis in Hen. 5. Vit. par. Chron. 17.* Ex quo apparet, quod quolibet tempore perfidiæ studuerint Romani Pon. Non immeritó igitur Laur. Valla Patric. Romanus dixit: ROMA schola est, in qua licet mentiri, fallere, jurare & pejerare. Pontificum decretis non solum adstipulantur Jesuitæ, sed & novis scelerum & perfidiæ generib augent & exornant. *Ribadeneira l. de Prin. c. 18. Simancha de Institutione Cathol. cap. 46. Cresswel. contra Edict. Regina Anglia sect. 2. n. 157. Paulus Chirlandus de har. q. Mariana. Tol. de Reg. l. 1. c. 7. Brun. l. 3. c. ult. de har. & omnes qui huic novæ sectæ sunt addicti, de quib. supra thes. 27 & seq lit.* c) d) Aequivocatio Jesuitica nihil aliud est, quàm Amphibologia, qua ad interrogativa, non adrogantis mentem sed aliter, quam verba sonant, respondent? Ut si rogatus Jesuita: An sit Romanæ religionis: vel, Anne hoc, vel illud fecerit? Respondet, Non sum; Non feci; sub intelligendo tamen ut sc. tibi dicam. Vel si quis ab illo petat commodato librum; respondet. Non habeo librum, quem petis, sc. ut tibi commodem. Quis n. me omnium debitorem constituit? *Sylvanus in Phil. pat. 5.* Hanc vocant bonam prudentiam, & sanctam doctrinam, *Azpilcuta in c. humana. 22. q. 5. Greg. de Valen tom. 3. disp. 5. q 13.* prudentẽ defensionem. Hujus rei fundamẽtum habent ex mendaci responso Francisci sui, (quem blasphemo ore, Jesum typicum vocant, & magnum Patriarchã, qui aliquando á lictoribus, homicidam persequentibus, rogabatur, ut, qua via criminosus aufugisset, ipsis diceret; respondisse fertur, immittendo manum in manicam. Hac non transit, id est (ut ille intelligebat) per hanc manicã non transit. *Sylv. in d. Phil.*

d. Phil. Confirmata a. hæc nobilis doctrina á Gregorio 3. Pontifice *in d. c. humanæ*, qui insuper ipsis indulsit, tempori inservire, nomina & vestes mentiri, religionem suam occultare, Principibus per dissimulationem obedire, ut ita commodius se insinuare, & conatus suos promovere possint. *Azpilcueta d. l. p. 352. num. 16. Campian. in Ep. ad Gener. Soci. Anno 1583. Treviru excusa p. 23. & seq. Item in ep. de persecut. Anglic p. 126. & 130. 2. 12. 314. Memor liga tom. 6. p. 262.* Et propterea ipsis familiare est in Cœmediarum usum, varia utriusq; sexus vestimenta sibi comparare, quibus mirabiles impostoras exercere, & passim apud omnes sese insinuare solēt. Jam n. nobili vestitu in aulis Principum luxuriantur, jam militari, jam civico, vel alio habitu vagantur, & auscultant, quæ consilia passim volvantur in aulis, diversoriis, & aliis locis publicis, ut in Anglia factum memini, ubi quidam ita deprehensi & digno supplicio affecti. Et fatetur Campianus *in Epist. ad general. Soc. Trevirus excusa*, se sæpius ejusmodi habitu dementissimo usum. *Item in Epist. de pers. Anglic. p. 126. 212.* Nunc exules præseferunt, & Evangelicorum ministros adeunt, petentes, ut sibi subveniant, seseque apud illos insinuant, ut explorent, quid contra se scribant, & machinentur. An nō hi emissarii sunt falsi isti fratres irreptitii, (*de quib. Apost. ad Gal. 2. 4.*) qui clam ingrediuntur ad explorandam libertatem nostram, ut illam scili. expugnent? *Mart. class 4. c. 16 s. 25.* Nec referre ajunt, etiamsi pro tribunali rogentur jurati, idque etiam diris execrationibus, & salutis æternæ contestatione, ut factum á Garneto in Anglia, *ut patet ex actis p. 97. & 107.* O bone Deus, quænam monstra prodierunt ex Pyreneis montib. ab isto infelicissimo bellatore, quæ universum orbem Christianum conflagrare cupiunt? Recordare Deus scelerum eorum, quorum accumulata peccata in cœlum usque pertingunt, & ordinem tuum sanctum clementer ab illorum furore protege. *e)* Tristissimus Uladislai R. Hungariæ exitus Principibus exemplo serviat, qui rupti fœderis pœnam dedit grauissimam. Hic n. cum ad Varnam Bulgariæ oppidum confligeret cum Amurathe, hunc quidem primum ad extremas redegit angustias, sed Turca in augustiis constitutus, oculis in cœlum sublatis, sic exclamasse dicitur: Jesu Christe, en hæc sunt fœdera, quæ Christiani tui per nomen tuum jurantes mecum percusserunt, suoq; perjurio te Deū suum abnegarunt. Quare, si Deus es, ut ipsi ajunt, hanc mihi, & tuo sancto nomini illatam injuriam ulciscere, Tum protinus mutata fortuna Rex cum proceribus (Inter quos etiam fuit Iulianus Cæsarinus Cardinalis perjurii tubicen) & 30000. militum miserē periit. *Cromer. lib 2. Iovius in vita Amurat. Bonfin. lib. 26. Ciro Spont. lib. 3. del gover. dist. Callimachus Florent. de reb. gestis Vladislai, l. 3.*

78. An autem Princeps Christianus cum infideli fœdus inire. *a* Et Romanus præsul licité inita dissolvere possit? *b* Deinde? num latroni de redimenda vita certi precii, & non detegendis eorum latebris promissio, sub jurejurando facta, sit obligatoria? *c* gravissimorum auctorum discrepantes sunt sententiæ: Saniores Theologi & Politici priora duo prorsus negant: posterius verō affirmant. In quo ego distinguo.

a) *per c. Exod. 22. in fin. 2. Paralipom. 16. 17. 18. 19. 20. & 23. 3. Regum 2. 15. Cor. 5. Mart. 4. Iud. Bod. l. 5. c. 5. Cacheran. in decis. Pedemont. per c. Gen. 34. v. 14 & 35. 2. Exod.*

34.12. *Deut.*7.2. *Ios.*23. *Iud.*2.*v.*22. *Chron.*19.2. *Esdræ* 9. *& passim in sacra Scriptura.* Deinde, si admittenda unio fidelium cum infidelibus, tum constatur exercitus ex piis & impiis, & ita religio sincera cum Idololatria, Deus cum Belial, & vera pietas cum superstitione commiscetur, & facilé fideles propter infirmitatem humanæ naturæ infici possunt. *Mart. in locù class.* 4.*c.*16. Si negociari cum Barbaris prohibitum *l. mercatores, C. de commerc.* multó magis cum hostibus nominis Christiani fœdus inire. *Br. Romulaus in compend. homic. n.* 163. *Cels: Mancinus l.*6.*c.*18. *cum seq. de iure Princip.* distinguit: Aut Christianus bellum gerit cum Christiano, & tum non licet ei infidelium auxilio uti. Si bellum justum sit tum infideli cum infidelis, contra infidelem opera uti posse affirmat. Franciscus 1. Gall. Rex ob potentiam Caroli 5. iniit fœdus cum Solimanno, ut illum Carolo objiceret. *An.*1535. Et propterea Barbarossa missus in Africam contra ipsum. Existimat a. Mons. de la Nove, quod hoc fœdus non sit causa minima malorum in Gallia dicit, quo adductos esse Turcas, ut Christianis nocerent. *b)* Nullam hominis dispensationem etiam sanctissimi, nedum Papæ hic agnosco. Nam aut ipso jure valet, aut non valet? Si valet, nemo hominum hunc religiosum nexum, quo soli Deo immediatè tenetur obstrictus, absq; perjurii crimine dissolvere potest. Si non valet, ipso jure vinculum est nullum, & rescissione opus non habet, *ut supra dictum de iuramento rei illicit.* c) De jure Civili res est expedita quo pacto metu seu vi extorta rescinduntur. *l.*1. *C. de rescin. vend. l.*3. *cum tot. quod met. auss.* Tutius tamen esse existimo, ut precii promissum exsolvat, ne sanctum Dei nomen propter rem vilissimam profanetur, & tranquilla conscientia & quieta reddatur Non a. bona conscientia latebras detegere potest, etiamsi id juraverit, cum res sit prorsus illicita, quæ in Reip. detrimentum vergit, & proximi delectionem prorsus evertit, qui facilé in idem vitæ discrimen incidere potest. Deinde, hæc promissio est contra juramentum, quo ratione subjectionis Magistratui est obstrictus, in quo sancté promisit, se velle declinare omnia, quæ Reip. vel civibus possint esse detrimentosa, vel ea significare, Ideoque cum ejusmodi silentii pactum omnino sit illicitum, nec quoq; obligatorium esse, aut dispensatione indigere existimarem. Hanc quæstionem latissimé tractat præstantissimus Dominus Goclenius, præceptor meus honorandus, *in quæst. Ethica* 94. *& seq.*

79. Hactenus de virtutibus Principum præcipuis, ad civilem vitam ipsis maximé necessariis, dictum: Iam earum ducem & directorem, Prudentiam, Mundi oculum, & vitæ magistram, subjungo, quâ Princeps intelligit, quæ sibi & subditis utilia, & ad conservationem Reip. appetenda & fugienda.

Hæc adeo Principibus necessaria, & reliquis virtutibus adhæret, ut sine illa non consistat potentia, nec quoque justitia. Et vice versâ sine his nihil valeat prudentia. Qualis enim Poëtarum cyclops Poliphemus est amisso oculo, talis est etiam Princeps, cui animi hoc lumen abest. *Ciro Spont. l.*7.*c.*1. *del. govern di stat.* Quidquid Sol in mũdo, id Princeps prudens in populo: Sol mundi oculus, Princeps verò multitudinis. Quod animus in homine, id Princeps prudens in civitate, *Top.* §. 5 *in fin. de poss. Prin. sec.* Dei moderantis universa, vivam imaginem hîc refert. *Gail. de pac. publ. l.*1.*c.*5.*n.*10. Imó prudentia magis, quàm armis & potentiâ Imperia defenduntur. *Fross. l.*1.*c.*132. *de Carol.* 5. *Imper. Franc. Rege cognomine Sapiente loquens.* Et si supremam Majesta-

jestatem non comitetur prudentia, plurima inde nascuntur incommoda. *Cavrian. l. 1 f. 26*, Qui igitur de rebus arduis & Reip. salutaribus cogitationes suscipit, necessum est alta sapiat? Qui v. secuti, cuncta rejiciunt in familiares, cum illis nihil perficitur. *Com. l. 2. Paruta della perfett. della vita pol. l. 2. f. 209. Lipsl. 3. polic. c. 1.* Mali Principes omnes absq; consilio imperarunt, ac propterea se, ac Remp. in discrimen deduxerunt: Prudentiores verò semper requisiverunt Senatus consilium. *Fulv. Pac. della arte di gover.* Consilium custodit, & prudentia Principem conservat, inquit Sapiens, *Prov. 2. 11. & 4.*

80. Prudentiam habet vel á se ipso, vel ab aliis mutuatam *a* Nam quod Princeps, nisi á se uno, utile consilium capere non possit, ex Machiavelli sensu, *b* id falsum esse existimo. *c*

a) Prudentia, quam á se ipso Princeps habet, ex proprio est intellectu & judicio. Proprium ejus consilium nascitur ex natura, educatione, & experientia. Naturæ donũ ideo in homine est necessarium, ut absq; hoc reliqua in illo nihil proficiant. Naturam postmodum confirmat educatio, quæ vitia exterminat, bonis præceptis imbuit, ac virtutibus exornat. Experientia est prudentiæ anima, regula voluntatis, & dux intellectus. Mutuata prudentia est, quam habet ab iis, quos sibi delegit amicos opinione prudentiæ, *b*) *c. 23 de Princip. ubi addit:* Si secus fiat, bono consilio uti non potest. *c*) Non enim sumus in statu isto innocentiæ, ex quo hominem deturbavit ambitio, cum altiùs, quám fas esset, & liceret, sese efferret. In illo habebamus veram sapientiam, quæ postmodum in pudendam conversa nuditatem, & stultitiam. Sapiens igitur Princeps, sapientum lætatur commercio *Evrip.* Et qui omnia cum consilio agunt, reguntur sapientiâ, *Prov. & 20.* Nulla etenim res est, quæ Principi majorem auctoritatem, fidem, prudentiam, & existimationem affert, quam si consilium capiat cum prudentioribus, in rebus difficilibus, neque velle sibi soli credere. *Fulv. Pacian. in l. della arte di govern. c. 4.* Neque argumentum imbecillitatis est, sed prudentiæ, consulere alios, ut sc. possit ex plurium suffragiis illud ipsum, quod melius & æquius est, judicare. Sapientissimi quique diffisi proprio judicio prudentiorum sententiæ, rebus ita exigentibus, accedere non erubuerunt. *Vell. lib. 2. Xenoph. l. 8. Lipsl. 3 c. 1.* Æquius est enim (ex Imp. prudentiss. Antonini Philos. sententia) ut multorum graviorum virorum sententiam unus, quam ut unius votum plurimi sequantur; si sc. rationibus melioribus suffulta fuerint illorum suffragia. Aliâs enim non ex multitudine auctorum, quod melius est & æquius judicandum: cum possit unius forsan, ejusque deterioris, sententia & multis & majores in aliqua parte superare, *ut inquit Iust. in § sed neq. de concept. ff.* Temerarium & exitiosum erat Xerxi proprium consilium: & nimis insolens ejus dictum, qui Asiæ, Principibus convocatis, bellum Græciæ indicturus, dicebat: Ne videret meo tantummodo usus consilio vos contrarii: Cæterum mementote parendum magis vobis, quam suadendum. *Val Max. l. 9 c. 6.* Nam quamuis id quod potuit, tamen non debuit, præsertim in re tam graui, á cuius eventu periclitabatur Imperii salus. Deinde raró repetitur in Principe prudentia á natura absq; educatione & profecta ætate, quæ particularem experientiam habet conjunctam. *viro Spon. l. 7. c. 1. di stato.* Et vix novus Alcides absq; prudente Athlante sustinere potest Imperii molem, Imó non est consultum Principi, infinitam turbam omnium accidentium cognoscere: Turbant enim ejus spiritum, eumque

reddunt difficilem & morosum *Ciro-Spont. d. loco*. Si Princeps eâ est prudentiâ, ut ex plurimis possit eligere meliorem sententiam, & eam solus, aut cum paucis, iisque fidissimis, executioni mandat, ni propaletur ejus propositum, res est extremè laudanda. Nec enim voluit Antigonus Rex filio Philippo scisciti ati significare, quando castra esset moturus. Et Celsus Metellus solebat dicere: Si indusium sciret ejus propositum, quod illud vellet in ignem conjicere.

81. Necessario autem requirimus in Principe prudentiam, sed majorem in consiliariis, quam in ipso *a*. Et propterea exigua prudentia præditi, bono tamen consilio obtemperantes bene Remp. administrare posse autumo *b*? An autem ejus prudentia astu temperata esse possit, quæritur? *c* Sic puto.

a) Quia Principes nimium sæpius confidunt propriis viribus, itaut vix saniora admittant consilia, existimantes, id sibi esse dedecori. Quod valde Reipub. est periculosum. Nam quamvis sit prudentissimus, attamen non semper appetitus & seipsum, obsummam hominis infirmitatem, quam exlapsu adquisitam habet, vincere potest. Singulare exemplum habemus in Augusto, qui domesticam turpitudinem in filia, in consultis amicis, relegatione coercere volebat, & ita propriam turpitudinem propalare. Cujus erroris cum esset admonitus, rubore diffusus, quod tantam in omnium Imperiali majestate indignam, non potuerit contegere. Et sæpius dixit cum suspiriis: Si Agrippa & Mecœnas fidissimi sui consiliarii vixissent, se ejusmodi errorem non commisisse: *Fulv. Pac. di loco*. Neq; (*ut ante dictum*) ignorantiæ vitium est, imperare alterius consilio, sed summum donum prudentiæ, quæ non consistit in obstinata persuasione de seipso, sed electione consilii melioris, & quod velit potius sanioribus rationibus acquiescere multorum, quam propriæ libidini. *Fulv. Pac. d. c. 4 nu. 15*. Deinde major est experientia in plurimis, quàm in uno, ac melius examinatur res, & quoque intelligitur. *Fulv. Pacian d. loco* Imò Principes, qui sese demittunt, ac libenter aliorum judicium agnoscunt, ii minus falluntur. *Comin. libr. 1. Hesiod.*

Laudatissimus est ipsus, qui cuncta videbit,
Sed laudandus & is, qui paret recta monentiu

b) Omnia Imperia, (*inquit Sal*) civitates, & nationes eousq; prosperum successum habuerunt, donec apud eos bona consilia valuerunt. Auctarii loco hic subjicio, quod præstet habere Principem malum & bonos consiliarios, quam malos consiliarios & bonum Principem: Quia facilius est multis bonis viris lucrari Principem malum, quam bonus Princeps plurimos malos. Auferas iniquos consiliarios coram Rege & confirmabis thronum ejus justitiâ. *Proverbior. 25. 4. Fulgos. l. 7. c. 2. Fulv. Pac. c. 3. num. 3.* *c*) Hæc mixta dicitur prudentia, in omni vitæ necessaria. Cuilibet n. salutis cura, & ne vel temerè in discrimen prosiliat, sed imminens periculum pro modo suæ conditionis effugiat, declinet, propulset, est demandatum: Nec voluit aliud Servator noster, *Matt. 10. 16.* (ubi præcepit discipulis serpentinam prudentiam columbinâ simplicitate mixtam) quam ut discipuli inter homines, ubi omnia insidiis noxiis exposita, prudenter caverent, neque se voracibus lupis deglutiendos nimiâ simplicitate projicerent. Conjungit autem diversissimæ naturæ animalia, ut salutare remedium ex utroque conficiat. Serpens enim astutissimum est animal quod

cum

cum norit, se omnibus exosum, solicité imminens periculum, cui resistere viribus non sufficit, arte declinare studet. Innoxium verò animal est Columba, cui nihil superest, nisi alarum præsidium, *Plin. l.* 10. *l.* 34. Efficit igitur columbina integritas, ne humanis fraudibus & dolis prorsus corrumpamur: serpentina verò prudentia, ne facilé circumveniamur, & nosmetipsos imprudenter immineri periculo objiciamus *Bulling d c.*10. *Caluin. ibi. in Harm.* Proprie autem in bello strategema vocatur, seu militaris solertia, hæc prudentia mixta, omni jure permissa *arg. l.* 3. *de iustit. & iur. l. conventionem & ibid. Dd. de pactis, l.* 1. *§ non fuit. ff. de dolo. l.* 26. *de capt. & postlim.* Nec in populo Dei incognita, imò à Deo jussa *Ios.* 8. 2. *Num.* 13. *Iud.* 20 33. *Prov.* 1. 4. Neq; interest ad justitiam, ubi justum est bellum, aperté quis pugnet, an ex insidiis. *Aug. super Ios. q* 10. Sic quoq; non improbo in Principe diffidentiam & suspicionem ut scilicet cautus sit & lentus, in fide & adsensu. Qui enim facilé credit, facilé quoq; decipitur. *Sen.* 2. *B. de Ira.* Et aditum nocendi perfido nimia præstat confidentia. *Sen. in Oedip.* Frons, oculi, & vultus persepe mentiuntur; sed sæpius oratio. *Cic. epist.* 1. *ad q. Fratrem.* In summa, vitium est, nimium suspicari, & indifferenter omnibus, & nulli credere. *Sen.* 1 *epist.* Fidat ergó illis, quorum longo usu exploratam habet fidem: Et caveat sedulo, ne nimium utriq; tribuat. Nullus est enim morbus, quo gravius excrucientur Principes, quàm suspicione, quę spiritus movet, ut stoma. hum venenum. Sic quoq; nemo celerius opprimitur, quam qui nihil timet, sed omnibus fidit, *Vel. Pater.* Et frequentissimum calamitatis initium est securitas *Lips. libr.* 5. *c.* 16. *pol.* Ut igitur venenum justâ quantitate prudenter mixtum purgat, nimium verò sumptum interficit: Sic quoq; hæc duo, si in vitium degenerant, sunt nociva. Pari ratione dissimulationem quæ frontem interdum & mentem tegit, admitto. Regnare enim nescit, qui dissimulare non novit. *Cic. pro Milion.* Neq; ad Rem publ. aptus, qui animum in fronte promptum gerit. *Cic.* 10. *epist.* 10. Habet in se speciem virtutis dissimulatio, & plurimum participata virtutum regina, prudentia; Et qui parum sunt cauti, illa uti nesciunt, sed experti, & sagaces, qui temporis occasionem, personæ & rei qualitatem, discernere noverunt, *arg. Gen.* 12. 10. *&* 20. 2. 26. 7. *&* 42. 1. *Samuel.* 21. 14. *Exod.* 1. 19. Nam ut sal justæ quantitatis cibum gratum reddit, & saporem addit, in nimia verò copia datum ingratum efficit: Sic quoq; dissimulatio grata, si justitiæ modum non excedat. Hanc tamen nunquam Princeps exercebit erga subditos (nisi in casu, 1. *Sam.* 10. 27. *&* 11. 13 vel similibus.) sed semper apud illos conservabit auctoritatem. Inter pares igitur illa fiat, aut erga superiorem, cum dicta tamen cautione. Verùm enim dicere aut quæ scimus, aut quæ facturi, non semper est consultum. Sic Abraham, Isaac, David, & alii sancti viri usi hâc prudentiâ, *ut patet ex textibus suprà allegatis.* Sic Livia Augusti mariti illicitum dissimulavit amorem. *Tac. li.* 2. *Ammir. dis.* 4. *li.* 1. Vbi verò Dei gloria versatur, aut ejus justitia, nunquam dissimulandum. Nec quoq; pro ejus laude mentiendum. *August. epist.* 8. Abominabilis est enim Iehovæ omnis dolus: *Prov.* 3. 32. *cum seq.* Et qui cum integritate ambulat, confidenter ambulat. *Prov.* 10. Valeant igitur quibus pactum, non est pactum; sed non pactum, pactum. Maneat sua versutia Pœnis, calliditas Græcis, antiquis Romanis virtus, ac nostris Germanis suus Candor, cum fide, quæ adhuc ipsis restat, intemerata.

82. Hucusque de virtutibus, earumque directore Prudentia: sequitur jam de summi Principis administris. Impossibile quippe erat, ut

ſuâ ſcientiâ cuncta poſſet complecti, aut Imperii faſces ſolus explicare. *a* Rei igitur magnitudo requirebat, adjutores ſibi deligere in curarum partem, eminentiſſimos viros, quorum conſilio & auxilio, utrumque tempus, bellorum & paucis, recté poſſet gubernare. *b*

a) In una etenim perſona etiam excellentiſſima, tanta non eſt perfectio, ut omnia non noverit & poſſit. *Caſparii Contareno de Repub. & Mag. Venet. Pierre Contareno ne ſuo compend. de Repub. Fulv. Pac. della arte di govern. c. 4. Cire Spontone li. 7. cap. 7. diſtato. Celſ. Mancin de iure Principatus lib. 8. c. 5. Paolo Paruta della vita polit.* Neccunius ingenium tantæ molis erat capax. *Tacit. li. 1.* Quia gubernare populum res non eſt exigua *ſupra theſ. 1.* Sed ex magna fortuna ſervitus ſplendida. *Auguſt. de civ. Dei li 19. c. 14. Sen. de conſolat. Antigon. Maced. Rex ad filium ſubditis inſolentius inſultantem, apud Plut. in Apoph.* Humeris namque illus totus innititur orbis. *Sen. de conſolat.* Eſt que veré dictum:

Sunt faſces faſces, & omnis honos, onus.

Ea propter electus Dei ſervus dux populi Moyſes, non ſine cauſa proteſtatur coram Jehova, de regiminis gravitate, & quód ſolus populum ſuſtinere non poſſet. *Exod* 18. 17. *Num.* 11. 14. *Deut.* 1. 9. Summa eſt igitur prudentia, diligere viros graves & juſtos, qui cum Principe onus ſuſtineant, ne immenſæ operis mole penitus ſuccumbat. *Xenoch. 8. de pad. Fulv. Pac. d. loco.* *b*) Præcipuum Principis opus eſt, parare amicos. *Plin. in Paneg.* Non quidem ex infima plebe, ſed genere illuſtres, virtute eminentes, auctoritate graves, & exprientiâ celebres, quorum fama ejus gloriâ reddatur illuſtrior. *Duro di Paſchalo in Aul. pol. reg.* 13. Idem factum legimus a Romulo, qui Reipub. ſtatu compoſito, conſiliarios de patrib. ſibi eleg. *Hali. de antiq. R.*

83. Hi autem adjutores, pro rerum, quibus præſunt, gravitate, & officiorum diverſitate, maximé inter ſe differunt dignitatibus. *a* In tres tamen claſſes præcipué diſtinguuntur: Electores ſcilicet, Principes, & Liberas Civitates. *b.*

a) Magna negocia magnis quoq; indigent adjutoribus & quó nobilius eſt ſubjectum, potentiores ſubditi, eó Principes æſtimatur illuſtrior: *Afflict. in c. 1. Quæ dicatur Dux Br. in c. intellecto. num. 5. de jureiur. Ammur c. 8. li. 2.* Cum igitur Imperator (quem in ordine dignitatis ſequitur Chriſtianiſſimus Rex Francorum. *Boniſa. Vitallinis, in præfat. Clem. Mojin art. 95. concilio. Trid. non recip.*) totius mundi Monarcha ſit præcipuus *c. futuram 12. q. 1 ſupra theſ.* 10. á Deo ordinatus, *Conſtit. Imp. Anno* 30. § Deßwegen. Eccleſiæ Chriſtianæ caput & advocatus ſupremus. *Conſtit. Imp ſub. A.* 1529. § Vnd anfänglich v. So haben. *& A.* 1530. § Vnd nach dem *ſup. the.* 22 qui tanquam Stella matutina eminet inter omnes Reges *Bl. in § ſi. nu. 24. de prohib. feud. non alien. per Fr. Br in l. hoſtes de cap. & poſtlim. reverſ. Cova. in c. peccatum p. 2. §. 9. nu. 8. Caſtal. in l. 5. de iuſtit. & iur. Geil. 2. obſer.* 56. quem cœleſtis Imperator, cum adhuc in matris utero clauſus, terræ Monarcham agnovit eiq; cenſum nõ ſolúm nõ denegavit, *Luc.* 2. ſed & dare juſſit, *Mat.* 22. 21. *Schenck. Bar. ad c. 1. de feu. March.* & á quo, tanquam perenni Majeſtatis fonte, omnes dignitatũ rivuli, & regalia profluunt in Reipub. commodum & uſum *Bal. in c. 1 §. adhuc. de pace firmanda. Menoch in tract de præſump. li. 2. 4. num. 14. Iaſon in l. qui Roma. §. Seia. nu, 15. de V. O. ubi inquit* Imperatorem quoad

quoad jurisdictionem esse tanquam mare, quod concursu fluminum nec augeatur, nec minuatur; *Idem Bl. l. fi. ¶ C. de appel. Schenck. Baro ad d. c. 5. de feud March.* Summæ quoq; rationis est, ut ejus corporis membra, qui cum ipso Reipub curæ sunt intenti, hoc dignitatis sole coruscant. *b*) Hi proprié Imperii Status dicuntur, ac perpetui sunt Magistratus (vulgo Stände deß Reichs/oder Reichs Räthe/) qui cum Imperatore in commune bonum consulunt, ejus consilia moderantur, & Rempub. administrant. Non tamen omnes jus suffragiorum habent Principes Imperii. *Paur. c. 6. numer 1. de iurud. Roman. Imperii.* Et quamvis Principum nomine honorentur, ac subditis postrem â imperent auctoritate, attamen Imperatori subjiciuntur, & limitatam habent jurisdictionem, *ar. l. 18. & l. 214 de V. S.* Nec in illos Rectè committitur crimen Majestatis, *Wes. par. ad L. Maiest.* nisi respectu Imperatoris id fiat, Nam tunc considerantur ut pars ejus corporis, *l. quisquis, C. ad L. Maiest. c. nulli, in fine, 2, q. 1. felicis, de pœnis in 6.* Hispani illos vocant, Los grandes: Galli, ordines Regni. Inter quos præcipui sunt Pares, quorum numero sunt 12. videlicet 6. Laici, Henricus Burbonius Princeps Condæus, qui in locum Burgundionis constitutus; Carolus Burbonius Comes Suessonius; Henricus Burbonius Dux Montpenserius in locum Ducis Normandiæ; Ludovicus Aurelionus Dux Longovalliæ, loco Comitis Flandriæ, Henricus Guisius Dux Lotharingius; Franciscus Gonzaga Dux Neveinensis pro Comite Campaniæ, Ecclesiastici itidem sex sunt: Carolus Lotharingus Archiepiscopus Rhemensis, Nicolaus de Pontoron Episcopus Lingonensis; Johannes de Pontigny Episcopus Langerensis; Nicolaus Potierus Episcopus Bellovacus; Petrus Haumontius Noviodinensis; Ludovicus Forget Catalaunus. Et hi judicant reliquos Principes, ac sententiam pronuntiant in criminibus capitalibus, si quis ex illis aut præcipuis officiariis criminis alicujus reus repertus.

84. Electores supremum inter illos gradum, ac plené regiã obtinent dignitatem, cum jure creandi Imperatorẽ; *a* Non quidem á Gregorio Pontifice (ut falsó adserit Bellarminus, Iesuitarum coryphæus, & inter purpuratos heroas non postremus, *b* sed ab ipsis Impp. instituti: *c*

a) *Hog. l. q. 4. n. 61.* Hi loco sunt Præfect. Prætorió, reliqui verò Principes ac Comites Præsidium provinciarum *Boc c. 3. de Regn. num. 212.* Sunt autem numero 7. tres Ecclesiastici, & quatuor Politici, qui omnes sequentibus versiculis exprimuntur:

Moguntinus, Trevirensis, Colonienſis,
Quilibet Imperii sit Cancellarius horum.
Est Palatinus dapifer: Dux portitor Ensis:
Marchio præpositus Cameræ, Pincerna Bohemus:
Hi statuunt Dominum cunctis per secula summum.

Marsil. Patav. in pac. defens. c. 11. Inter seculares Palatinus primum obtinet locum: In electionibus verò ipsi præfertur Rex Bohemiæ (qui ut arbiter honorarius adhibetur, & rem dirimit, si paria vota discrepantia in electione fuerunt,) quem sequitur Palatinus. *Aurea Bulla Carol. 4. tt.* Vacante sede Imperatoriâ Palatinus (non vero apud Romanos, ut frustra gloriatur *in Clemen. pastoralis, in fine de re iudic.*) Imperii est provisor, cũ potestate iudicia exercendi, de feudi investiendi, (exceptis Fahnlehn. horum investitura specialiter reservatur Imperatori:) Imo cõtroversiæ inter Impe-

rato-

ratorem & Principes apud Palatinum, in aula tamen Cæsaris dirimuntur, *d. Aur. Bull. c.* 5. Hoc jure etiam fruitur Elector Saxoniæ in istis locis ubi jura Saxonica vigent. *d. loc.* Habent præterea privilegium *ex Constit. d. Bullæ Car. 4. tit.* 11. ubi abillorum sententia non appelletur, nisi in casu denegatæ justiciæ. Et hoc privilegio Saxo & Brandeburgensis, sine læsione Majestatis Imperatoris, utuntur, Saxoniæ Ducii id confirmatum à Ferdinando, *An* 1559. *Heigius q.* 4. *n.* 33. Subjecti tamen manent judicio Cameræ tatione fractæ & violatæ pacis. *Mynsing. cent.* 5. *obs.* 58 *n.* 1. *Geil. lib.* 1. *obs.* 11. *n.* 6. *de pac. pub. & obser.* 15. *n* 3. *de pign.* ubi etiam excipiunt Burgundum & Lotharingum. Electores, Principes proprie sic dicti, Ecclesiastici sint vel Seculares, & Civitates in suis quisq; classibus viritim suffragia ineunt in comitiis. Prælati verò Comites & Barones curiatim sententias dicunt, hoc discrimine, ut Prælatorum curia unius, Comitum verò ac Baronum à locis in duas tribus dissecta, Suevicam scilicet & Wteravicam, durum ferendorum suffragiorum jus habeant. *Paurmeist. libr.* 2. *c.* 2. *de iurisd. Rom. Imp.* b) *lib.* 3. *de translat. Imp.* cujus sententiam probat, *c. venerabilem, ex. de elect. & c.* 2. *de re iud.* Verùm hęc capitula, ut & plurima alia, ad tyrannidem Romani Præsulis sunt excogitata. *c*) Ante Ottonem Primum illos nondum fuisse institutos evincunt verba Moguntini in ejus coronatione, ubi inquit: En adduco vobis Principem à Deo electum. *Witik. lib.* 2. *Rer. Sax. Martin. Polonus Pontificis penitentiarius. qui vixit Anno Fred.* 2. *& Thomas Aquinas affirmant* ab Ottone 3. id factum, ut scilicet perpetuis turbis, quæ oriri consueverant propter Imperii successionem, obviaretur. *Rodolphus de Columna de tranlat. Imp. c.* 11. *Nicol. Cusanus de Concord. Catholica li.* 3. *c.* 4. *Platina in vita Gregorii* 5. *Marsi. Patav. c.* 11. *& 12. ubi Annum addit videlicet* 1004. Idq; factum consilio D. Gregorii, qui ex ipsius erat parentela, & Bruno ante dictus, Quidam id adscribunt Frid. Barbarossæ. *Peuc. in Chron. li.* 5. Sed probabilius est ab Otthone 3. jus eligendi Imperator. ad Principes omnes esse translatum, qui postmodum ad septenarium numerum redacti, *ut supra thes.* 19. *in fi. dictum* §. Ad imitationem Imperatorum jus eligendi Pontificem Principibus extortum, transtulerunt. Pontifices ad creaturas suas Cardinales, præsertim Nicolaus secundus, (Blo. & Carion.) qui, ut assiduos familiares, consiliarios, & laterales haberet, illos é numero reliquorum clericorum, in altiorem ordinem prærogatæ dignitatis erexit, ac novo splendidoq; conficto vocabulo appellavit. Hi partim suâ, suiq; Papæ auctoritate & edictis, partim potentiâ, fastu ac pertinaciâ id egerunt & adsecuti, ut exclusis Principibus legitimis, populo, ac rel quo clero, ad se solos electio Pontificis pertineret, sicq; feré semper unum ex se ipsis elegerunt. Et hac ratione mirum in modum augeri, & indies corroborari cœpit potentia & auctoritas sedis Romanæ tot consultoribus simul juratis & devotis, assidué operas ad eam undiquaq; augendum conferentibus, & pertinacissimé, omni alio studio omisso, defendentibus. *Machiav. lib.* 1. *hist. Florent. Molin. contra abus Pap fol.* 173.

85. In ordine Electores sequuntur reliqui Principes, *a* tam Ecclesiastici, *b* quám Seculares, ut Duces, *c* Marchiones, *d* Landgravii, *e* Palatini, *f* Burgkgravii. *g*

a) Princeps (ex eo dictus, quod sit rerum primus *Tacit. lib.* 1.) hic non absolutè sumitur pro Imperatore ut hactenus factum *sup. th.* 5 *lit. d. thes.* 10 *& passim. Hug. q.* 2. *nu.* 6. *v. Principum. cum seq.* sed adstringitur ad certum territorium, & significat illos

illos quos Imperator in partem sollicitudinis adsumsit. *Gregor. Tholos. c. 4. n. 3. lib. 6. de Repub.* Electoribus inferiores, Prælatis tamen, Comitibus & Baronibus eminentiores & digniores; Quamvis alias & hi omnes cum illis sub eâdem classe comprehendantur, *ut supr. dictum.* b) Ecclesiasticos hîc considero ut Principes politicos, qui hoc in casu nihil commune habent cum Pontifice. Possident enim feuda Regalia, ut teliqui Principes ac proceres. Et eadem habent superioritatis jura, quæ Duces Comites, & alii in suis territoriis. *Geil in tract. de pignor. c. 7. n. 1. & obser. 30. n. 2. lib 1. Modest. Pistor. cons 49.* Alle Gericht/obrist vnd nidrist/ut tenor investiturae habet. Omnes autem Prælati nomine continentur, dignitate tamen distinguuntur. *Paur. lib. 1. c. 24. num. 18. & lib 2. c. 1. & c. 8. Geil. 1. obser. 30. Mynsi. cent. 5. 6.* Olim Episcopi erant Dd. in Ecclesia, & Episcopatus scholæ & collegia, quibus, ut & reliquis Prælatis omnibus ad eorum defensionē Advocati constituebantur. Est autem advocatia singularis dignitas, Ecclesiæ seu urbis præfectura. *c. Salvator. 1 quæst. 3 cap. in quibusdam de pœnis c præterea de iure patronatus* Sic illustrissimus Dux Brunswicensis est Advocatus Corbeiensis Abbatiæ. Generosissimi verò Comites Bentheimenses, Advocatiam habent in urbe Colon. Aliâs dicuntur Patroni seu defensores. *c. venerabilem, vers. qui autem, de Election. c. Romani in Clemen. de iureiur.* Imó Cæsares ipsi eo titulo utuntur, *ut patet ex Con. A. 1512.* § Vnd nach dem wir. *A 1529.* § Vnd anfänglich. *v.* So haben wir. *A 1530* § Nach dem aber. *Paur. lib 2. c 9.* c) Duces, Marchiones, & Comites, Capitanei, Regni dicti, quod veteri potiora Imperii essent capita. *Paur. d. lib. 2. c 24. nu. 13* Significata propriè Dux, qui strenuus est & rei militaris peritus exercitum ducit *Bol. l. 3 c. 2. in fin de Repub.* Alciatus existimat, *in l. sing. cer.* Austriacos, Mediolanens. & Burgundos, inter Duces Regali potestate esse præditos. d) Marchiones, Equitum Magistros appellat Alciatus *d. l. de signis certam*, quoniam German. equa dicatur Marca. Sed verior est opinio Heigii, *d q. 1. num. 44. & seq.* qui á limitibus, quibus custodiendis præpositi, illos deducit, & inde appellat Margraven/ ut Marchio Brandeburg, Stiriæ, Moraviæ, Badensis, *Baro de feud. c. 3. lib. 2. Paurm. d. lib. 2. c. 10.* e) Landgravii, seu Comites provinciales, judices erant totius alicujus provinciæ, *Petr de Andlo de Rom. Imp. lib. 2. c. 12. Vult. c. 4. l. 1.* f) Palatii Comites dicti, quod judices essent Palatii Cæsaris. *Vult. c. 4. lib. 1. de feud.* Vulgo Pfaltzgraven: Hodie dicuntur, Cammer/oder Hofrichter/ § Comites Palatini, qui hodie fiunt, honoris tantum habent titulum, & nomine Imperatoris tabelliones creare possunt, & quoque lauream conferre, Nobilitate verò, (nisi id specialiter in diplomate ipsis cōcessum) nec quoque natalibus restituere possunt. *Schrad. p. 7. n. 27. de feud Geil. 2. obs. 142 num. 3.* g) Burgkravii sunt judices in terris, quæ Imperatoris donatione Ecclesiis accesserunt. Sic dicti, quod eis arcis alicujus custodia commissa fuit, ut sunt, Noribergensis, Magdeburgensis; Gelnhusanus, & Fridenbergensis *Petr. Chron. l. 5 f. 530.* Qui antiquis Germanis Centenarii dicti. *Knich. de iure territor. c. 4. n. 54. & seq. Paurm d. l. 2. cap. 10. n. 6.*

86. Ad eandem classem Principum referuntur etiam Comites & Barones. Comites dicuntur, qui sacrum Imperatoris comitatum observabant; *a* Barones verò, qui proximo nobilitatis gradu post Comites sunt ornati. *b*

a) Germanis dicuntur Graven/á gravitate, qua alios præcellebãtur. (Non autẽ á Graphiis, ut quidam volunt, alludentes ad Gallicum *Grefier*, quod Notarium judicii seu Scribam Gallis denotat:) Et erant olim Judices, *c. 1. si. de investituris inter Dom & Vasall.* & dignitate Dúces, qui ipsis adjungebantur in bello, anteibant. *Pan. c. notitiarum Imperii, c. 1. & notit. Orient. Imp.* Hodie adhuc Marchionibus in Gallia præferuntur. *Alciat. de sing. cert.* Nihil a. hic loquor de minorum Gentium Diis, (utpote Greven Gogreven / Centgreven / Saltzgreven / Freygreven /) qui nulla habent Regalia, sed illorum sunt subditi & administri: Verúm de iis, qui nostro Imperio Germanico codicillis regiis, vel alio modo quæsitum habent Comitatum. *Thol. syntag. iuris univ. 6, c. 8.* Quin in suis territoriis dicuntur Principes, *Sichard. consil. num. 15 par. 4 f. 169. Mod. Pist. q. 70. n. 4. vol. 2.* quibus respectu sui Comitatus æquiparantur: *Sec. iun consil 126. n. 1 vol. Knich. autocr. c. 1. n. 302.* Inter hos quidem reperiuntur, qui Edle Herren / cum nomine Comitis appellãtur, Generosissimi Domini Comites, Lippienses, Mansfeldenses, & alii. Qui titulus familiæ antiquitatem & generositatem exprimit. Nam Adelingi (quod idem est quod Edle Herren /) tempore Aristocratiæ Saxonicæ, appellati præcipuę dignitatis Proceres, *Reim. Reineccii annal. l. 4. f. 60.* Ex horum numero fuerunt Dynastæ seu provinciarum Præfecti, ut Witekindus Saxo Angrivariæ Dux (cujus sepulchrum visitur renovatum ibidem á Canonicis Herfordensibus, qui cum Carolo M. ad 30. annos bellum gessit continuũ. Ex tempore fuerunt in Saxonia tria genera hominum: Adelingi, nobiliores scilicet, Frundigi, quasi liberi relicti, & Lazzi, id est, coloni seu adscriptitii glebæ, Ehegene Leuth / quorum meminit Beuterus *in Tacitum de morib. Germ. c. 43.* Adelgorum quidam erant præcipui, ut Duces seu territorii Principes & Comites, quos sequebatur Equestris ordinis milites; quia Baronum dignitas adhuc nondum erat in usu. Reliqui nobiles ad servitia erant destinati, & aulæ ministri vocabantur. Vulgó Edle Knecht. *Cruf annal. Suevic. p 1. l. 10.* Sed cum injecta sit ordinis Equestris mentio pauca quæ lam attingere placet. Varii a. Ordines á Principibus in militæ honorem sunt introducti. Olim Impp. ob rem strenuè gestam torquæ aureo milites donabant, vel hasta pura (sine ferro scilicet) phaleris, armillis, corona civica, murali, obsidionali, zona, fibula aurea, expresso primum nomine militis & facinore viri *Iul Cæsar. Buling. de Triumph. c. 12. Vegetius & Aurelius Victor.* Ordo aurei velleris (quod Chrysomalum vocant) est institutus á Philippo Bono Burgundiæ Duce, Divioni. Et propterea domus Austraica hunc sibi vẽdicat. Ordo S. Michaelis á Ludovico XI. *Vincentius Lupanus de Mag. & præfect. Francorum lib. 1.* Ordo S. Sancti ab Henr. 3. Francorum & Poloniæ Rege. Quia cum in die Pentecostes *A.* 1573. Rex poloniæ esset electus, & eodem die post mortem fratris Caroli IX. Regnum Galliæ acquisivisset, in hujus rei memoriam hunc ordinem Equitum auratorum in laudem SS. instituit, *Pasq l. 6. ep.* Ordo Periscelidis ab Edoardo 3. Anglorum Rege. Quib. a. dicti Ordinei conferuntur, ii veluti Principis conferentis fratres censentur. *VVes. in æcon. Cod. l. 12.* In cooptatione hæc verba proferuntur: Te Ordo fratris & sodalis loco habet, eáque ratione te torquę hoc donat. Faxit Deus ut eum diutius gestes. Deinde in amoris testimonium singulos exosculatur. Ex horum sodalitio nemo movetur, nisi hæreseos, aut proditionis reus peractus, aut signorum sit desertor. Moris est, ut hos Ordines etiam in extraneos Principes & Reges conferant, in honoris & benevolentiæ signum. Qui si hostes se profiteri volunt, per internuncios torquem remittunt, ut omni sacramenti religione soluti alteri Principi strenuam operam na-

vare possint. Reliqui Equites, qui nullis omninó majorum imaginibus aut factis, sed propria virtute sunt clari, & dignitatem, equestrem in acie quæsitam habent, auratis calcaribus, gladio, & solo Principis, vel ipsius Principis, vel ejus legati amplexu donantur, districtoque gladio, leniter eorum humeri percutiuntur á Principe vel ejus legato. Et hoc semper post commissum prælium fieri consuevit. *Vinc. Lupan. d. loco de Mag & præf. Franc* Gallia, tempore Catharinæ de Medices, militaris torques dicitur aptatus ingenuissimis quibusque. Unde inolevit Proverbium: *Lordre de France est un collier de toutes bestes.* Seu *una Cavezza á ogni una bestia:* Id est, Ordo Equestris Franciæ singulis accommodatur bestiis: Henricus Auceps Imperator leges Judicorum Equestrium tulit, ne scilicet aliquis ad illos admitteretur, qui non quatuor avos nobiles monstrare posset. *b*) Barones, Banner: oder Frey Herren / de quorum origine vel nominis notatione variæ sunt opiniones. Ego illud deductum existimo á Varon, quod Hispanis significat virum auctoritate gravem & conspicuum. Quam sententiam confirmat, quod Hispani litera v. & b. promiscuè utuntur. Mutato igitur v. in b. & abjecto litera finali N. ex Varon fit Baro. Inter hos Westerburg. & Limburgenses sunt præcipui, qui cum aliis Ordinum generibus numero 4. ante trecentos annos sunt constituti ad augendum Imperii splendorem & majestatem. *Oenipontanus de Comitiis Imp. tit. fin.* §. Non autem illis adsentior, qui nullum ponunt discrimen inter Comites & Barones; cum Comitum dignitas sit antiquissima, & olim etiam ipsos Duces præirent. Neque in jure feudali Baronum fit mentio, sed Ducum, Marchionum & Comitum. Ad Ordines Imperii referuntur etiam Nobiles immediatè Imperio subjecti. Alß die freye Ritterschafft in Francken / Schwaben / vnd Rheinstrom / so keiner andern Oberigkeit vnderworffen / *Decreto A.* 1150. & 1555. §. Wie man mit der freyen Ritterschafft. & *Anno* 1557. §. Wöllen / &c. Sed hi dignitatem solùm habent, non autem jus suffragiorum, *Baur l. 2. c. 2. n.* 17. Denique, olim omnes supra dictæ dignitates conferebantur, ut Principis nomine administrarentur. Sub Cæsaribus verò Germanicis, & præsertim sub Ottone I. in propriij juris titulum transire cœperunt, *Alciat. d. loco.*

87. Tertium denique Adjutorum ordinem constituunt Liberæ Civitates, *a* quæ á reliquorum imperio prorsus sunt immunes, & cum illis de Reipublicæ salute communia habent consilia, suffragia, ac eandem in subditos suos juris reddendi potestatem. *b*

a) Has vulgó Reichsstette appellant, & in Comitiis Noribergensibus *An.* 1521. receptæ & approbatæ. Quod proba vulgaris clausula Decretis Imperii perpetuò annexa: Wir der Chur: vnd Fürsten / Prelaten / Graven / Herren / vnd des Heiligen Reichs Stetten / Bottschafften / Gewalthaber / vnd gesandten / &c. Civitatis vocabulum variè usurpatur. Hìc a. illud accipio, pro communitate directè Imp. parente, quæ jus sessuræ & suffragiorum in Comitiis obtinet. Dicuntur Liberæ Civitates, nò quod prorsus ab obedientia Imperatoris, sed reliquorum Ordinum jurisdictione ac potestate planè sint exemtæ, á muneribus quibusdam immunitatem ab Imperatore concessam habentes, sine ulla vel Majestate adjectione, vel diminutione. Sic Helvetii Liberi dicti; die freye Schweitzer: non quod prorsus ab Imperio essent exemti, sed quod nullius Principis inferioris Imperio subjecti, immunitate donati, ac immediatæ potestati Impp. relicti, *Munster. Cos. lib. 66.* Olim quidem inter

Freyſtätte/vnd Reichſtette/diſtinguebant, *Münſt. l. 3. c. 18.* Illas dicebant, quæ ab Ordinum poteſtate exemtæ, juris imperialis eſſe cœperant: Has verò, quæ in perpetua libertate manſerant. Verùm hodie, ſive ab initio liberæ relictæ, vel poſtea immunitate donatæ ſint, ad immediatam ſubjectionem nihil intereſt, ſed omnes pari jure cenſentur communiq; appellatione (die Frey: vnd Reichs ſtette) comprehenduntur, ac in Comitiis in duo ſubſellia diſtribuuntur. Vulgo die Rheiniſche vnd Schwäbiſchebanck. Ex his 4 ad exemplum reliquorum Ordinum ſingulari dignitate ornatæ, ut Auguſta Aquiſgranũ, Lubeca, & Metum, quarum hęc ab Hen. 2. Gall Rege Imperio eſt erepta, *Munſt. d. l. 3. c. 18.* Præterdicti omnes ſtatus Imperii ſub decem continentur circulis, Francico, Bavarico, Suevico, Rhen. Weſtphalico, Saxonico, Auſtriaco, Burgundico, Electorio Rhenano & ſuperiore Saxonico. Et quamvis ab initio non eſſent niſi ſex priores; tamen poſtmodum pacis publicæ, juſticiæ, & ſanctionibus tuendis, cum ſententiis, mandatis aliiſq; rebus exequendis, quatuor adhuc additi, atq; ita decem ſunt conſtituti. *Decreto Coloniense An 1555.* Vnd ob wol *Paurm. de lib. 2. c. 2. n. 58* Atque hi ſunt præcipui rami Auguſtiſſimæ arboris, ſub qua ſubditi Imperii ſecuré quieſcunt, & ſuaviter recubant, tuti ab omni injuria. Ridiculum autem eſt ſumma Dd Italorum prodigalitas, in erogandis juribus Imperialibus civitatibus & provinciis Italicis, quas ex ſubditorum numero eximunt, ac Majeſtatis jura tribuunt, ex eo quod aliquam juriſdictionem conceſſam, ſeu coërcitam habeant. *Br. Bl. Angel. Salic. Imola ad l omnes de iuſt & iur.* Nec enim res commerciis hominum exemtæ, aut quę in privato cum bonis eſſe nõ poſſunt, pecunia cõparantur. *l. 3. §. pen. de iur. fiſ. l. cum ſerv. 39. §. pen. & ult. de leg 1. c. intellecto extr. de iure iur.* Multo minus idem patroni, cujus æterna in vaſallum eſt auctoritas, aut Majeſtatis jura (quibus imperator abſque diminutione, nullo modo ſe abdicare poteſt. *Mol. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 3. gloſ. 4 Bocer. c. nu. 243. de Regal.*) ullâ temporum diuturnitate præſcribere potuerunt. *argum. l. 3. §. Divus de ſepul violato.* Imó qui titulis ac inſigniis Regis utitur, capitis pœnam meretur. *l. 2. C. ut nemo privatus, l ſacri affatus: C. de diverſ. reſcript. Knich. c. 1. n. 309 autocrat.* Denique non ſolùm de populo Romano eſſe intelliguntur, qui in omnibus ad poteſtatem politicam pertinentibus, Imperio parent, ſed etiam in aliquibus *Br. in l. hoſtes num. 3 de capt. & poſtlim. probat. c. Imperialem firmiter de prohib. feud.* Olim tempore Frid. I. idem gloriati, qui tamen (*Gunthero teſte de rebus ab ipſo geſtis*) Regalia ab ipſis vindicavit, in ordinem redegit, ac poſtea titulum de Regalibus divulgavit, *Sixtin. de Regalibus.* Nihil igitur juvat Venetos totalis exemptionis privilegium á Carolo M. & Nicephoro Orientis Impp. ipſis conceſſum, *ut refert Muſcornius de iuriſd. nu. 129. Alber de Roſate ad l 1. de Sum. Trin.* Quia hoc fieri non poterat, *per d. c. intellecto, ubi Panorm. Felin. Aurea Bulla tit 20 Gabriel. l. 3. concl. de iure quæſito, concl. 8. Hottom. 1 q. 1.* Eſt enim tutor populi, qui alienare non poteſt *l 27. de adm. tut Bod l. 1. c. 10.* ubi non diſtinguit inter Hæredit. vel Electivum Regem, uterque enim juramento eſt populo obſtrictus, quod violare jure non poteſt, *l. 37. de pact. argum. lib. 1. off. Proc. Paruta l. 3. della vita pol. Aquin. q. 90. art. 2,* Gregor. II Pontifex ipſis rebellãdi anſam primum præbuit. Hic enim Leonem Imperatorem damnabat, quod in templis abraſiſſet imagines, & ipſe quoque ut Romæ idem faceret, mandaſſet? Et propterea non ſolùm Romam cum tota Italia ab illius Imperio recedere juſſit, ſed & vectigalia pendere vetuit Italicis civitatib. *Abbas Vrſper. in Chr. Anton. in addit. ad Vrſper. Naucl g 25. ubi inquit:* Tantam tunc decreta Pontificis auctoritatem

tem habuerunt, ut Ravennates primum, exinde Venetorum populi ac milites apertam in Imperatorem. Exarchumq; rebellionem præ se tulerint & procedebat in diē rebellio, ita ut tandem Imperator ope Longobardorum ex Italia dejectus. *Bulling. d. Concl. 2. c. 2.* Denique trium Cancellariorum constitutio (quæ adhuc durat) evincit, illos non esse exemtos. Ut enim Elector Moguntinus per Germaniam, sic Colonien sis per Italiam, Trevere sis verò per Galliam Celticam, in regno sc. Arelatensi, sunt constituti. Quorum quilibet in adsignata provincia munus obsignandi rescripta Imperatoris obire solitus. Complectebatur autē Regnum Arelatense, Delphinatum, Sabaudiæ comitatum (á Sigismundo in Ducatum erectum) tractum Sequanē. sem, sive Burgundiæ comitatum, & tractum Helvetiorum. *Mich. Coccin. de Imperá Græcis ad Ger. transf.* Quæ consuetudo ab Otthone ad Frid. usq; perduravit. *Onuph. de Comit. Imp. Paurm. c. 4. n. 12. l. 2.* Censetur igitur adhuc de territorio, qui non penitus ab Imperio jure sunt exemti. Et vel actu; vel potētiâ, sub ditione Reip. continentur & præsumitur in causas & personas jurisd ctio Imperatoris, donec de exemtione probetur, *arg. l. 22. de probat. Paur. d. loco.* Si quid igitur Italiæ civitates & principes pro libertate adipiscenda exsolverunt, tributi aut pensionis nomine solutum esse existimo cum Bodino *d loco, & l. 2. c. 5.* Et ut Domino in servum fugitivum perpetua est injectio: Sic quoque Imperatori (cui á prædecessoribus nullum creari potuit præjudicium) perpetua manet rebellium vindicatio.

88. Illis autem adjutoribus, viris celsissimis, impræmium virtutis & laborum pro Repub. perpessorum *a* Imperator non solúm suprà dictas dignitates, sed & provincias totas cum juribus, pertinentiis, & regalibus *b* feudi vel allodii titulo in perpetuum, jure superioritatis & Majestatis sibi reservato, concessit. *c*

a) Hoc prudenter factum, ut ita Illustres familiæ conservarentur. Raro n. fato sempiternæ potentiæ, *Tac. l. 3.* Nec minorem conciliat amorem & laudem liberalitas, a hilque dignius est Principis Majestate, quám benemerentibus benefacere. *l. pen. C. de don. int. vir. & ux.* Hac tamen cautione, ut cum delectu id fiat. *Suet. in Tit. Vesp. lib. 3. c. 3.* Nam quamvis gloriosius sit, civitatem replere beneficiis, quám trophæis: Attamen oportet, ut in terminis justitiæ consistat liberalitas. Non est enim liberalis, qui dat indifferenter, (alias & prædo, qui uni aufert & dat alteri, liberalis esset) sed qui rectè discernit inter accipientes. Qui igitur liberales sunt erga prodigum, lusorem, lenonem, & similes, illi potius nutritores vitiorum, quám liberales dicendi, ut fecerunt Commodus & Gallienus, *Fulv Pac. c. 3. n 90.* *b*) Ab illo tanquam fonte omnia manant Regalia, & jura, & quoq; ad ipsum refluunt, ut ita Reip. agrum non solum fœcundum conservet, sed etiam ad virtutem subditos excitet. *Bl in lib. fin ¶. fin. C. de appell. & in c. 1 ¶. ad hoc de pac ten Menoch. l. 2. præsumt 4 n. 24. Molin. Cons. Parisi. ti 1. ¶. 1. glos 5. num. 49. Iaso. in l. qui Roma. ¶. Seia. n. 15. de V. O. ubi inquit* Imperatorem quoad jurisd. esse instar maris, quod fluminum concursu nec augeatur, nec minuatur. Ideoque cum quolibet ordinario & inferiore concurrere. Imò ut á rapite omnis motus derivatur in reliqua membra, ita á Principe sensus per bonas leges, & motus in subditos derivantur. *Mart. c. aff. 4 c. 3.* Acquirunt a. Proceres concessione plenariam & omnimodam jurisdictionem cum commodis superioritatis: (Die hohe Landsfürstliche Obrigkeit mit allen Gerichten/ obrist/ mittelst/ vnd

nidrist/mit alln jhren Ehren/Würden/Freyheiten/Nutzen vñ zugehörung. *Knich. in comment. c. 4. fol. 119. & in autocr. b. 1. n. 191. Rolandus á Valle conf. 1. n. 115. Borch. in c. 1. Quæ sunt Regal. Obrecht. de Regal.*) Non quidem ad mandatum Imperatoris, sed proprio jure exercenda. *Knich. n. 386. Fulg. cons. 1. n. 2.* Quia Principes præfulgente utili domino, jurisd. & imperio in perpetuum, & quoq; inconsulto Imperatore, tam in civilibus quám criminalibus exercere possunt cõcessam jurisdictionem. Adeóut gratiæ Dei suum Principatum acceptum ferant. Quod tamen propriè ad principem superiorem non recognoscentem refertur. *Chassan. in Consuet. Burdegal. in proœm. ad ver. Par. la grace de Dieu.* Et in Gallia absq; crimine Majestatis nemo id scribere audet ex subditis. *Mons. de Serrez l. 1. 7. Inventarii.* Sunt autem Regalia jura regia, Imperatori propria, & in signum supremæ eminentiæ tributa, á quo illorum quædam legitimis modis transferũtur etiam ad alios, *Boc. c. 1. n. 4. & c. 2. n. 4. & 6. de Regal. sern. int. 1. Quæ sint Regal.* Regalia alia sunt Majora, alia Minora: Illa Imperatoris dignitatem respiciunt, quæ scilicet in signum supremæ potestatis, & præeminentiæ sine cõmodo pecuniario competunt. Minora sunt, quæ Imperatoris fiscum respiciunt, *Boc. c. 3. Vult. c. 5. n. 1.* Et propterea facilius concedi possunt Magistratibus. Differunt autem Majestas & Regalia, ut subjectum & adjunctum, *Boc. d. c. 2. n. 2.* Regalia igitur beneficia sunt, quæ ab Imperatore cum dignitate regali conceduntur, ut sunt Regum, Electoratus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & ex cõsuetudine Baronatus. *Schenck. Baro in c. 1. Quid dicatur Dux.* Non sunt autem Regalia dicenda, quæ Nobilibus, vel aliis privatis, á Principibus indulgentur, sed nobiles concessiones. *Knich. c. 1. n. 314. in autocrat.* Nobile enim in hoc casu maximé illos respicit, qui aliquid majus, præter vulgarem nobilitatem habent, ut sunt Reges, Duces, Marchiones, Comites, Barones. *c. constitutis. de testibus, c. grandi numero, de supplet. negli. Petr. de Andlo libr. 2. c. 11. de Imper. Rom. Tiraq. in tract. de Nobil. c. 6. n. 51. Paurmeist. lib. 2. c. 10. n. 12. Bocer. c. 2. n. 7. de Regal.* ubi decem species nobilitatis refert. Prædictas autem dignitates Reges Imperator omnes conferre potest. *c. 1. Quid dicatur Dux. Rosenth. 2. c. concl. 3. Sonsbp. 2. n. 1.* Neq; ullum est dubium, Imperatorem Reges creare posse. Et propterea ejus Majestas major est æstimanda, quám reliquorum Regum, qui hanc facultatem non habent. Sic Petro Duci Daniæ Fred. 1. Imperator dedit Regia stemmata. *Tritheim. a. 17.* Eratq; tum Dania Imperii feudum: & Canuthus Dux Daniæ, Lothario fidelitatem præstitit, á qua postmodum discesserunt, *Helvod. Schlavor. histor. c. 50. Bodin. c. 9. lib. 1. de Repub.* Sic Fredericus Barbarossa Ducem Bohemiæ Regem constituit, *Bodin. d. loco. Sleid. de 4. Monar. lib. 3.* Sic Carolus Burgundus cognomine Audax, qui adhuc Nacejam in Lotharingia adversus Germanos in acie occubuit ad Imp. Fredericum 3. Regalem dignitatẽ petiit. Sic Ottho 3. Boleslao Duci Poloniæ dignitatem, & quoq; immunitatem tribuit, *Sleid. d. lib. 3. Ottho Frising. libr. 7. c. 17. Mechovius in Chron. Polon. Crant. lib. 4. rer. Polon. Chron. lib. 3. histor. Pol.* Quibus tamen contradixit Monarchomach. noster *Bodinus d. libr 9. num. 60. cap. 1.* pro more suo: ut Imperatoribus nostris debitam laudem detraheret. Tributum pendisse Impp. Germanicis Reges Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Daniæ, ac reliquos Septentrionales ferè omnes Principes, Duces, ac Reges, refert Bozius *de Imperio virtutis adversus Machiavellum fol. 163 & in lib. de bellico robore.* Concessa autem Regalia alicui alteri rursus concedi non possunt. *Pereg. lib. 1. de iure fisci, c. 2. num. 101. arg. l. more, de iurisd. l. 1. in pr. l. ult. de of. cui mand. iurisd. Boc. lib. 4. n. 14. in fin.* c) Feudi titulo possident Proceres Imperii dignitates & terras, vel allodii. Et hoc in casu æqué sibi reservavit Im-

perator jus superioritatis, & in affectu cum jure beneficiario cõvenit, *Knich. autocr. c.n.* 377. In illo casu etiam lege successoriâ ad descendentes in infinitum proprietate sibi reservatâ, permisit translationem, jure tamen fiduciario salvo, cum olim saltem provinciarum administratores seu vicarii essent constituti. Defertur autem hęc successio ad primogenitum solum: ne majora illa feuda, quorum dignitatem titulis Imperium redditur augustius, divisionibus minuantur. Idque ex aurea bulla Caroli 4. *tit. 6. rubric.* von der Ertzbischoffen Segen. Hanc consuetudinem tempore Widekindi Saxonum, in usu fuisse colligitur ex eo, quod primogenitus maximam partem territorii cum titulo Ducali retinuerit: Reliqui verò Comitis nomine fuerunt contenti. *Rein. Reinece. de orig Saxon.* In hoc tamen differt hodierna consuetudo ab illa, quod dignitas & titulus nominis maneat, quamvis primogenito soli cedat territorium. Imó interdum Jungkern appellati *Spangeberg in Chron. Hennenb. lib. 5. c. 5. ubi refert*, quod Regis Daniæ filius vocatus, Jungker Ottho von Dennemarck. Primogenitus aliis fratribus tantum adsignabit, quantum ipsis pro natalium splendore & facultatibus Principatus ad vitæ sustentationem honestè suffecerit, ita tamen, ut primogenito commodè supersit, quo Principis vitam agere, & cum honore Principatui præesse possit. *Hostien. in c. licet, § mandamus, de voto Schenck. Baro ad § Et quia, n. 5 tit.* Meritó autem Princeps complectitur eos, á quibus in difficili rerum statu non sunt deserti. *Comin l. 1.* Et hæc concessio protelariè testatur Majestatem Imperatoris. Quid enim æquius quàm ut benemerita patris erga Rempub. filio quoq; prosint & egregiam virtutem illorum liberaliter agnoscat, quorum armis vitæq; periculo ex Regni difficultatibus, hostium acie profligata, emersit, ac signatæ suis nominibus æternum posteritati laudis monumentum extare faciat? Raró autem devolvũtur successorio jure hæc Regalia dignitatum ad fœminas. Neque id absque ratione: Quippe quæ militari virtute & sanguine acquirantur & conserventur. Imó inter Anarchiam referunt, quando fœmina præest, *Esa. c. 3. 12.* Quæ non æquè ac masculi ad beneficiorum functiones est apposita. Nam cum Vasallus Dominum ad prælium eundem comitari teneatur, eique fide adesse perpetuâ, (& propterea perpetuó militare dicuntur Imperio, *Geil 2. obser. 127. numero 9.* & ut domi forisque armati adsint Imperatori, togæ militiæque obituri obsequium. *Knich. autocr. c. 1. num. 164.*) adeó ut si periclitantem dimiserit, tanquam indignus feudo privetur: Manifestum est, hanc sarcinam mulierum humeris non congruere. Alienam quippe defensionem suscipere, est munus virile, & ultra muliebrem sexum, qui ipse alterius indiget defensione, *l. alienum C. de procur.* Denique ad fidelitatem pertinet, ne secreta Vasallus pandat. *c. 1 de nov. form. fid § fin. Quid sit investit.* Quod vix sperandum de fœmina. *Schenck. Baro c. 1. § de hu qui feu. dar.* Illud observatum in Regno Israëlitico, ac reliquis Asiaticis Imperiis, & adhuc observatur in Gallia, Hungaria, Dania, Suevia & Polonia. In Hispania autem, Sicilia, Neapoli, Navarra, Lusitania, Anglia, Scotia, meliori sunt loco, & ad defectum masculorum admittuntur fœminæ. Non tamen potest dici, quod hæc Regna habeant proprii sanguinis successionem, nequetiam veros Principes sanguinis, ut illa, in quibus masculus solus succedit. *Caur. fol 89. in Tacit.* 89. Et quamvis sublimiori, & Regiâ dignatione Principes ab Imperatore decorentur, *a* ac in suis territoriis idem posse, quod Imperator in universo, dicantur. Id tamẽ secundùm quid, nõ autem absolutè, intelligendum. *b* An autem Camera cum Principe summo in omnibus

bus concurrentem jurisdictionem habeat, non levis momenti est quæstio? Neganti Dn. Vultejo adstipulor. c

a) Eo enim tempore, quo in certum dignitatis titulum erigitur territorio, & Princeps investitur, ipsi omnia jura Regia, fundatam q; intentionem cum omni superioritatis jure concepisse existimatur, *Alc respon.12.nu.11.l.3.Valascu.q.8 n.21. de iure Emphyt.Knich.c.2.n.3.sup.thes praced lit.a.* Et ejusmodi concessio instar Universitatis est, *l.rerum in pr.de usucap l.Princeps,de V.S. Molin consil.10.n.7.tom.3.* Potest namq; communia jura abrogare, & contraria provincialia substituere. *Castrens.cons.34 n.3.volum.2.Knich.d.c.1.n.363.& seq* Et secundum has sanctiones Camera pronunciare tenetur, *Ordin part.1.tit.57.* Imó hoc casu subditi fortius dicuntur obligari suo Domino, quám Imperatori, *ut probat.Knich.d.c n.383 ex Petro Gr. de concess feud p.7 q.4.n.12. ubi videplura.* (Nisi causa ardua sit, intolerabilis præjudicii, ac notoriæ injustitiæ. Hoc enim casu recurritur ad Imperatorem. *Decian. respon.56.n.4.*) Attamen adhuc sibi reservavit plurima, præsertim supremam potestatem, quæ, ut in specie consideratur, transferri non potest, *Bl.in l.1 §.relegandi.n.9 de offic.Præsid.* Et patet ex Constit. A. 1576. ¶. Dardurch/v. Zu vnserer Keyserlichen sonderlichen Hoheiten. Debent enim privilegia & concessiones, esse ejusmodi, quę vires potestatis Imperatoris non exstinguant, *Æneas Sylv.de ortu & auct. Rom. Imp.c.13.* Neq; credendum, summum Principem omni suo juri renunciasse (quod fieri per rerum naturã, si superior manere velit, non potest,) & nihil residui in præeminentiæ & Majestatis testimonium sibi reservasse. Nec quoq; in generali concessione veniunt reservata Principum, *c in generali, d.R.I.in 6.c quod translationem de off deleg.* Qualia sunt: Directũ dominiũ, *Ias.in l. Imperiũ,n.20* (quod nunquã potest præscribi, ne quidem ab Ecclesia: *Borch.c.1, Quæ sunt Regal.Bl.in l. si hac,* ¶ *si libertas de in ius vocan.*) Restitutio natalium (Nemo n. notas vitiosæ opinionis abstergere potest, præter Imperatorem) *toto tt.de natalib.rest.l.1.in fi.de quæst Geil.2.ob.141. Cassiod.l.3.vari.ref.* Et hoc modo restituti, jure non possunt esse Episcopi. Doctores Cameræ Adsessores, *Obrecht de Regal.*) Academias erigere, *Rosenth conclus.5.n.5.* Concedere Nundinas, creare Tabelliones, legem promulgare universalem. *Vultei.c 5.nu.7. Borch c.4 n.12.* Item nobilitare, & efficere, ut reces factus nobiles quatuor aves nobilis nõ habens, admittatur ad Equestres ludos *Prugkmã in tract.Soluta potestas memb.1.effect.4.Mars de probat.conclus.1094.n.5.vol 2.Bocer.de Regal c 2.* ubi plura Majestatis refert Regal. Non igitur absolutè intelligendum præd ctum axioma: Idem posse in suo territorio Ducem vel alium, quod Imperator in universo: sed de ordinaria jurisdictione. *Geil.lib.1.c.6.n 16.de pac.pub.* c) Camera est locus consilii Cæsaris, in quo cognoscitur de rebus privatorum, per appellationem alias ad ipsum devolutis. *Ordin p.2. tit.27.* Secularibus, non verò Spiritualibus. *Ord.p 1.tit.9. Geil.1 observ.112.n.17.* Est autem primum hoc judicium institutum á Max. 1. A. 1465. Wormatiæ, & eodem anno postea Francofurti præsente Imperatore introductum. Habet autem 16. Adsessores, partim nobilitate, partim publico doctrinæ testimonio ornatis, iisq; Praetorem ad minimum Comitem vel Baronem, dignitate conspicuum, præfecit. *Decret. wormat.sub d.A* ¶. Zum ersten. *rubr.* Wie das Cammergericht mit Richtern/ &c. Et quamvis in decernendo, & judicando planè auctoritatem Imperatoriam habeant Camerales, *Geil.l.1.obser.41.n.8.Rhod.l.1.tt.3.n.6.Parat.Cameral.* Tamé hanc assertionem quoq; limitatè quidam intelligunt, *arg.l.quidquid.de V.O. Ful.Pasin.cons.47.*

n.10.

n.10. Vult. lib. 2. n. 9. Borch c. 10. n. 3. Fallere enim ajunt primo in controversiis feudorum Regalium, in quibus Cameræ nulla est jurisd. *Ordin p 2. tit. 7. & lib 1. c. 36.* Von deß Keyserlichen Fiscals. *v.* Darzu ob sich ꝛc. *aurea Bulla ti.* Von Rechten der Pfaltzgraffen *arg l. prohibere § plané. Quodvi aut clam. l. præses. C. de transact. l. 1. § 1. de off. procur. Cæs. l. Imperatores 37. de pactu. Vasq. in qq. lib. 1. c. 22. n. 1.* Deinde in concessione veniæ ætatis. *Bocer. c. 2. n. 133. de Regal.* Et generaliter omnes causas maximas excepi, quæ per se majorem judicem expetunt. *Orlan. cons. 75. Magenhorst. ad d. tit. 7, Ordin. Cam. quem allegat. Paurmeist. lib. 1. c. 4. n. 8. & lib. 1. c. 4. n. 83. de iurisd. Rom.* ubi refert & refutat contraria argumenta. Ab hujus judicii sententia appellari nõ potest, ne quidem ad Imperatorem. *Geil 1. obser. 41.* Revisorium tamen Imperat. & Statibus relinquitur. *Ord. Cam p. 3. tit. 53. §* Incidenter hîc quæro: An etiam ad Principem melius informatum provocare permissum subditis? Hoc factum legimus á Principe Gondeo Aureliis qui á sententia Francisci II. ita provocavit. *Auct. memorab. quæ sub. 5. Regib. acciderunt.* Indecorum est quidem & difficile, rem judicatam rescindere, cũ argumentum sit inconstantiæ, & capitali fraude teneatur, qui sciens prudens á summo Principe provocaverit, *Bodin. lib. 1. c. 10. num 88. de Repub.* Verúm existimarem, ubi reus gravatus fuerit, non tam respiciendam Principis auctoritatem, quám Dei justitiam, cui abominabile est judicium iniquum, *ut supra suo loco dictum*, sed sententiam esse in melius reformandam. Rotwilense judicium á Cunrado Suevorum Duce est institutum, cujus perpetuus præses est Comes á Sultz. Hoc tamen non est universale, sed saltem in districtu Rotwillense locum habet, *Paurm. libr. 2. c 7.* Principes Imperii in prima instantia in Camera Imperiali conveniri non possunt, sed utuntur Austregis, *Ordin p. 2. tit. 2. 3. 4. 26. Geil. 1. obs. 1. Warm. ab Erenb. c. 11. num. 40 de Reg. sub.* In Gallia Parlamenta sunt octo, videlicet Parisiense, Rotomagense, Tholosanum, Burdegalense, Rhenense, Aquense, Grationopolitanum & Divionense. Plurima autem reperiuntur passim in provinciis præsidialia. Disceptatur autem. Quæstio inter *Barclaium lib 4 c. 24. contra Monarchom* & Brutum Celtam *in vindiciis*: An scilicet Parlamentum Rege sit potius, eiq; præferatur in sententiis? Quorum ille negat, hic veró illud affirmat.

90. Quod autem bona Ecclesiæ ab infeudatione non sint libera, id fundatorum intentioni convenire non existimo. *a* Et est maximé improbandum, quód in quibusdam locis reditus Monasteriorum inter capitaneos distribuebantur, vix Monachis relictis alimentis. *b*

a) *argum. c. filiis, 16 q. 7.* Res enim Ecclesiarum, Christi sunt patrimonium, *c. cum ex eo, de Elect. in 6.* Et quę ad pias causas sunt collatæ, non debent alió transferri, *l. si quis, C. de Episc. & Cler. l. illud, l. sancimus, ut inter divinum, C. de S. Eccles. arg. Matt. h 26. 11. c. mos est, c. aurum, 12. q. 2. c. præsulum, 16. q. 3. Lact. c. 7 de offic. Dei.* b) Summum est peccatum, si ea, quæ semel Deo sunt consecrata, in usum tranferantur profanum. Olim Monasteria erant Ecclesiæ seminaria, jam veró ad illicitos usus, & ejus bona á Monachis malé utentibus transferuntur ad malé feriatos milites, qui lusu, luxuriâ, libidine, & omnis generis voluptatibus illa consumunt. Piissimi nostri majores illa ad bonum usum voluerunt concessa, non veró luxuriam & abusum. Eratq; finis illorum gloria Dei, & proximi dilectio, quæ non in abusu, sed veró consistunt usu. Cessante igitur fine (qui omnium actionum est terminus, & ad per-

fectionem rei requiritur) & dipositionis causa, cessabit quoq; & dispositio, *l.1. & 2. C. de donat. quæ sub. mod. l. ult. C. de revocand. donat. c. verum, in fi. extr. de condit. appos. & ibi. gloss. Molin. art. 83 de Trid. Concil.* Recté igitur fit & adfundatorum intentionem propius accedit, si ad altas pias causas, puta redemtionem captivorum, dotes filiarū pauperum, sustentationem egenorum, reparationes Ecclesiarum, & similia conferantur. Sic fortissimus Germaniæ Heros, Philippus, Hassiæ Landgravius, fugatis otiosis ac libidini deditis Monachis, eorum ditissima Monasteria mutavit in xenodochia, orphanorum variis modis afflictorum, mente captorum & furiosorum utriusque sexus receptacula, in quibus non solùm aluntur & curantur, sed ad omnem etiam pietatem instituuntur. Reliqua verò in Scholas, & Ecclesiæ puriorís ministros contulit. Sic Darius non solùm abstulit cibum Baalitis, cum animadverteret abusum & dolum eorum: sed etiam altaria & delubra destruxit, & perfidos neci dedit. 14. *Danielis.* Rejicimus igitur decretum. 5. Tridentini Concilii, quo potestatem concedit Clericis partem redituum Xenodochiorum capere & quoque de decimis Laicorum. *Molin. artic. 43. & 82 de Trid. Concil.*

91. Dantur autem supra dicta territoria, regalia, & dignitates, sub conditione certorum servitiorum, *a* & juramento fidelitatis. *b*

a) Feuda Imperii fulcra fortissima esse, & totius Reip. anchoram firmissimam, nemo est qui ambigit. Turcæ feudum vocant Timar, qui est honorarius prædiorum fructus, & Timaritis iis conditionibus conceditur, ut bello ingruente sint stipendio, & quidem cum Equitum numero in libello censuario ipsi definito, Domino ad sit; & hoc beneficium cū persona usu fructuarii extinguitur, *Bod. l. 1. c. 9. de Rep.* Olim Impp. regna fruenda concedebant, nulla obsequia aut fidem exigentes, quæ sponte Rege præstabant. *Dio in Aug. Bod. d. loco.* Servitia debēt esse de re licita, honesta & possibili, nec Vasallus quidquam suscipere debet quod vel ejus conscientiam, honorem, vel existimationem lædere possit. Rerum enim turpium nulla est obligatio, sed comes summum scelus & extremum dedecus, cujus naturam bonus finis mutare non potest, *l. 27 § 4. pact. l. 5. C. de pact. dotal. Rosent. concl 30. c. 6 Cauria l. 2. f. 168 supra il Tacit. Dn. Vult c. 7. n 40. de feud. Dn Gœd. dist. 3. thes. 15.* Feuda namque dantur propter virtutem, & rurat Vasallus getrew vnnd dienstbar zu seyn/ wie einem auffrichtigen/ Lehnman gehört vnd gezimbt. Atque ideo pacta de re illicita pro non adjectis habentur; Neque Dominus feudum repetere potest, si ejusmodi præstare recusat Vasallus, *Rosenth. d. loco*, sed causa possidentis erit potior. *l. 3. § 2. de ff. con. d. ob. iurpem caus. l. 9 de doli except.* Nisi sit tale, cui saltem quædam externa inhonestas inesse videatur, & hominum opinione sit turpe, quod indecorum appellant. Quale fuit factum Zophyri, *de quo Herod. l. 3. in fin. Præstantiss. Dn. Goclen. in Ethic. q. 54.* *b*) Fidelitas requiritur tam á parte Domini, quám Vasalli. *c. 1 § ex eadem, del Conrad. ubi Dd c. 1 de form. fid.* Non n. gravabitur Dominus præstare id, quod ab aliis exigit. *c. 1. § in quib. caus. de consuetudi. recti feudi c. 1. in princip. de milite Vasall. c. 1. Quæ sunt prim. causa feud.* Unde manavit illud vulgare: Getrewer Herr/ getrewer Knecht Communis a. infeudandi formula Imperatoris hæc est. Wir von Gottes gnaden/ M. Römischer Keyser/ belehnen/ M. mit dem Hertzogthumb/ Marggraffschafft/ Pfaltzgraffschafft/ Lãtgrafschafft/ Fürstenthũ/ Grafschafft/ Herrschafft/ Bischoffthumb/ Prælatur/ mit allen Gerichten/ obrist vnd nidrist/ &c. Et hæc omnia per vi-

con-

contractus feudalis, aut privilegii concedit Imperator, cum omnibus fisci commodis supremis, & jurisdictione. *c. 1. Quæ sunt Regal. Obrecht. de Regal. Rol. á Valle consil. 1. n. 115. Borch. in tract. de de Regal.* Non tamen Majestatem, quæ socium non patitur. Ut enim Mundus non patitur duos Soles, sic quoque nec Imperium patitur duplicem Majestatem. *Rol. á Valle d. cons. nu.* 138 Symbola investituræ sunt vexillum, Regni gladius, hasta signifera, seu lancea, sceptrum, annulus, *Molin. tom. 3. n. 20. consil. 10. Frising. l. 2. c. 5. & 32. Aimon. l. 3. c. 68. Knich. in autorr. c. 1. n. 138.*

92. Fidelitas est vel subjectionis, *a* vel officii, *b* vel homagii; *c* Utrum autem Vasallus solâ feudi recognitione, seu ratione juramenti homagii ordinariæ Domini investientis jurisdictioni subjiciatur, quęritur? Quod non existimo. *d*

a) Subjectionis juramentum est, quod subditi Domino territorii præstant, nostra lingua die Huldigung: Cujus juramenti formula est *in c. 1. Qualiter Vasallus*, & plenior *in fictitio capitulo, Tibi Domino distinct. 63.* Getrew vnnd gehorsam/wie einem auffrichtigen Vnderthanen gezimpt vnnd gebühret. Est a. subditus proprié. qui in alicujus territorio domicilium habet, cujus domicilii ea vis est, ut subditum foro ac legibus istius loci obliget, privilegiis, ac immunitatibus participem facit *Chass. in Consuet. Burg. reb. de feud.* Neque subditus est, qui bona in aliquo loco possidet. Hoc enim juramentum personale est & personæ subjectionem non rerum tantúm respicere videtur. *Rosenth. concl. 85. c. 6. per l. domicilium. Ac municipalem l. si patria. C. de Incolis. Iacob. de S. Georg. Hostiens. Innoc. Panorm. in c. nimis. de iureiur.* Et hac ratione potest aliquis diversis Principibus esse obligatus, ratione sc. feudi & subjectionis. Fortiùs tamen hoc juramentum stringit, quàm Vasalli, *Geil. de pign. obs. 15. Rosenth. d. loc.* Quia subditi ad collectas obligantur, & similia, ad quæ Vasallus non tenetur, *Rosen. c. 5. concl. 78.* Juramentum subjectionis præstiterunt etiam Civitates, & Episcopi Imperatori Frederico in Italia, *teste Frisingense c. 19. Vult c. 6. nu. 5. Mars. Patav. in suo defensc. Adrianus. 63. distinct.* b) Officii juramentum præstant omnes domestici, qui sunt in Principis familia, ratione officii sui, sive cum illo habitent, sive non, idq; ratione identitatis quám extensionem usus, optimus legum interpres, comprobat. *l. pronunciatio § familiæ de V. S. Vult c. 6. num. 6.* Quamvis Obert. *in c. 1. Qualiter Vasallus.* ad domesticos saltem respexisse videatur, qui dicuntur protectores Imperatoris *in l. 8. C. Theod. de domest. & protest.* c) Homagium, Germanis Lehnpflicht/ præstatur á Vasallo ob feudum sibi concessum, & inter cætera jurat getrew vñ gewertig oder diensthafftig zusenn/wie einem auffrechten Lehnmann gebührt vnd gezimbt. *c. 1. § fin. per quos fiat invest. c. 1. § est & alia quæ fuit prima causa. Vult. d. loco* H. E. quod velit tueri personam, honorem & bona Domini, etiam contra omnes, nec consilio sciens adesse, quo ille lædi possit. *d)* Etsi enim Dominus ex natura contractus feudalis jurisdictionem aliquam acquirit, tamen non est ordinaria & generalis, sed terminis certis & limitibus circumscripta. *Clemen. pastoralis § deniq; de sent. & re iud. c. 1. Qualiter iurare debeat ubi Afflict. Menoch. præs. l. 1. conclus. 99.* Et usque adeo contrahitur Domini feudi jurisdictio, ut ei non tantúm universalis jurisdictio ordinaria denegatur; *Wes. tom. 1. consil. 1. num. 57. & tom. 2. cons. 78. num. 12.* sed illa etiam certis casibus feudalibus circumscribatur, iis videl. quę ad ipsam naturam feudi pertinent, h. e. constitutionem, conservationem, & privationem. *Hart. Pist. q. 15. num. 27.* Sub-

ditus propriè & veré domicilii ratione subjicitur, *gloss. in Clem. unic. aè foro compet.* Habet igitur ordinarium judicem Dominum territorii, non veró feudi, nisi de causis feudum tangentibus, vel si ex spontanea subjectione, vel cõventione, vel præscriptione id fiat. Non n. actus agentium ultra eorum intentionem operari debent. *l. non omnia, & ib. Dd. Si cert. pet.* Imó si ex statibus Imperii fuerint Vasalli, & ex necessitate compulsi, territorium potentiori in feudum obtulerint, tamen absque Imperatoris consensu sese subjicere non possunt. *argum. l. id quod nostrum de R. I. Paurm l. 2. 8. num. 40 cum seq.*

93. Inter præcipua fidelitatis effecta refertur, quod vasallus Dominum teneatur defendere contra omnes, *a* Non tamen patitur summum pietatis officium clientem pro patrono in patrem, *b* nec charitatis ratio, & Magistratus reverẽtia, in patriam, *c* multõ minús tremenda Dei Majestas, & æternus gehennæ cruciatus in veram religionẽ armare. *d*

a) *c. 1 in fin. Hic finitur lex. ubi Pet. Raven.* Et hoc intelligunt, si injustè bello fuerit peritus Dominus, non autem si velit offendere. *Luc. 5 3. v. 14. Actor. 10. Dan. in polit. Christ l. 7. c. 3 Covarr. in c. peccatum, p. 2. § 9. de R. I.* Neque hoc in casu distinguo, inter Dominum fidelem seu infidelem, si modo bellum justum fuerit, cui etiam ministri verbi Dei, si Magistratus ita jusserit, interesse possunt. Quemadmodum in veteri fœdere id observatum legimus *Deut. 20. 2. Ios. 69. & seq. Dan. d. loco.* Tribus modis dicitur bellũ injustum: 1. Si ab eo suscipiatur, cui id non licet. 2. Si alterum nõ jure invadat. 3. Si ulciscẽdi animo fiat, aut ad gloriam vel Imperium adquirendum. Nam ad tranquillitatem & tutelam bella suscipienda. *Lipsi. l. 5 c. 4* Graviter igitur peccant, qui indifferenter cuilibet militant, non consideratâ ratione, quare bellum fiat & inferatur, & ita vitæ non solùm, sed & salutis æternæ naufragium patiuntur.

b) Est enim contra legem Dei, cui lege humanâ nunquam derogari potest, cum sit immutabilis, & perpetua divinæ sapientiæ norma in homine, ut suo loco dictum. Imó Parentes non amare, summa est Impietas; Non v agnoscere, extrema insania *Sen. l. 3. de benefic. c. 1.* Secundo probatur *arg. l. minime. 3 5. de reliq. & sunt. fun. l. postliminio. 29 § filius de cap. & postlim. revers. 2 de iust. & iure.* Et filio persona patris semper sancta erit *Exod 20 11. Deut 5. 22 arg. l. libert. de obseq. parent* Deinde juramentum fidelitatis non est absolutè interpretandum, sed ex hypothesi, quod videl. teneatur Dominum juvare necessariò ex jurisjurandi religiosâ obligatione, si sc. requisita conditio adsit. Hoc est, necessariò sunt præstanda servitia sed honesta & possibilia, *supra thesi 91.* Sic quoque necessario est obediendum Magistratui, sed in terminis sui officii, si scilicet nihil præcipiat contra Deum. Nam aliàs magis Deo obediendum, quàm ipsi, *Act. c. 4. v. 19.* Denique hæc dictio (contra omnes) non est κατὰ παντὸς, quia patitur suas exceptiones. Nam si absolutæ esset necessitatis, & infinitæ universalitatis, tum etiam Imperator non excipieretur, nec quoque Dominus territorii, cui Vasallus est subjectus *Rosenth. § 13 c. 6. § 34. & c. 8.* cum tamen manifestum sit illos excipi: Quia subjectionis juramẽtum longé fortius ligat quàm Vasallagii. Sic quoque excipitur *in d. § Hic finitur lex.* feudi Dominus antiquior. Ergó quamvis dictio (omnis) sit signum universalitatis, non tamen protinus efficit axioma simpliciter universale; Et propterea ad certam universalitatem, non autem imperẽ in infinitum extendenda. Sic Omnes Evangelii promissiones universales sunt intelligen-

ligendæ sub conditione fidei. Nam si in infinitum extenderentur, multæ absurditates inde sequerentur. Quippe cum Christus ipse illas restrinxerit *Marc. c. 16 v. 16.* ad solos credentes; Sic quoque in nostro casu omnia servitia ipsi sunt præstanda, sed naturâ & lege honesta ac possibilia. Contra filium & cognatos id textus affirmat, § *fin. d. Hic finitur lex c. 1. § insuper de prohibitione feud. non alien. per Fred.* Duræ equidem & prorsus barbaræ videntur in ejusmodi casibus consuetudines feudales, quæ naturalem affectionem ob exiguum lucrum prorsus evertunt, neque inter causæ justiciam vel injusticiam distinguunt. Irridebat Harminius Hetruscorum Principes, *apud Tacitum* vilia servitii præmia in fratre Flavio, qui oculum perdiderat in Romanorum servitio: Et nos, qui Christianam religionem profitemur, unius aut alterius castri, vel decorum aut trium terræ jugerum commodo, non dubitamus vim naturæ inferre & debitam reverentiam subvertere. *c)* Omnes enim charitates una patria complectitur, *Cic. in offi. Nov. 115. § 3.* Nec justa causa ulla videri potest adversus patriam arma capiendi, *Bod. lib. 2. c. 5.* Summa pietas est in rebus humanis patriæ hic populi ad verum & legitimum suum Principem amor, & vice versa. *Molin. contra abus. Papar. fol. 126.* Qui nō minus curat subditos, quàm pater suos liberos, *Phil. Iud. in vita Moysis, lib. 3. & l. de creat. Xenoph. l. 8. de Cyropæd.* Utrum autem filius patrem patriæ præferre debeat patri naturali, quæri potest? Iaus Civile patriam præfert parentibus. *l. minime. de rel. & sumtibus fun. l. 19 § filius de capt. & postl. revers.* Quia illud particulare est in particularem: Hoc v. generale, quod dignius & fortius est speciali, Ergo præferendum, Ego ita distingui posse existimo: Si vitam privatam & jus naturæ respicimus, ac filium consideramus ut bonum virum, Patrem præfero Principi, quia filius est patris portio, os ex ossibus, & caro ex carnis ejus, quàm nemo odisse potest. *Apostolo teste:* Si verò filium consideramus ut bonum civem, & utilitatem respicimus publicam, jam Principem præfero Patri naturali. Et hoc modo potest esse aliquis civis bonus, qui tamen est vir malus. Sic Fabius Maximus Consul filius patrem olim Dictatorem ad se venientem jussit descendere equo; aliàs se nolle ipsum audire. Placuit id patri, & filio, ut summo Magistratui, reverentiam debitam exhibendo morem gessit. *Liv.* Et certè si Princeps ex amore fraterno & charitate Christianâ populum regat, quænam esse potest differentia, inter legitimum Patrem & Principem, nisi procreandi ratio. *d)* Quia Deo summam & supra omnes potestates debemus obedientiam, reverentiam, & cultum. Nam patriam, parentes, & proximos diligimus propter Deum, hunc verò propter seipsum. Judicate (dicebant Petrus, & Johannes ad Phariæos) an justum sit in conspectu Dei, vobis potius auscultare, quàm Deo. *Act. 4. 19.*

94. Si verò Dominus Vasallum injustè bello petat, illatam vim in terminis, inculpatæ tutelę, non obstante reverentiâ, jure repellere potest. *a* Quid si igitur subditus injuriâ á Superiore stricto gladio invasus, potest é, ubi fugæ non est locus, nec medium inter summum & precipitium, illatam vim justè repellere: Sic existimant. *b*

a) argum. c. subiectus. 7. dist. 95. Quia reverentia ipsi debetur; quamdiu se gerit, ut Dominus! Si verò aliter se gerit, cadit directo suo dominio, & justissimè, non ut Dominus, sed ut oppressor repellitur. *Roseth. c. 10. § 22.* Et poterit hoc casu uti Vasallus interdicto, unde vi, *l. 1. § 43. de vi & vi arm. Menoch. remed. 1. recup. poss. num. 94.*

Wesenb. in par. de vi & vi arm. & remed. 3. retinend. possess. nu. 124. ex l si quis, C unde vi. Quod quidam etiam ad summum Principem extendunt, si inferiorem injustè bello petat, quod tum se & subditos inferior defendere possit, *arg. 1. Sam. 22. 1. & 4. Cas. in pol. vide supra thes. 37. & 63.* b) Justam enim & inculpatam defensionem omni jure esse permissam *l 3. de iust & iure.* Et naturam ut omnibus propriæ tutelæ summum desiderium indidisse, neq; quenquam vitæ propriæ esse Dominum, sed custodem: Ita etiam Reip. Principem, sive Regem, humanæ vitæ non habere dominium. Ergo nec quenquam, nisi ob perpetrata crimina, posse interficere. Deinde Deum esse absolutè Dominum vitæ hominum, quem non ut judicem aut custodem, sed ut auctorè & Dominum morti offerre *Cels. Manc. de iure Princ. l 2. c 3. & l. 8. c. 18.* Humilem potentem suscipere, non timere, Antecedere, non contemnere humiliorem debere potentem. *Vell. Pater.* Hoc etiam extenduntad summum Principem, *arg. 1. Sam 26. 10.* ubi David inquit: Vivit Dominus, nisi venerit dies, ut moriatur, aut descendat in prælium, manum meam non extendam in unctum Domini. Ex his posterioribus verbis id concludunt, & vocabulum bellum extendunt ad duorum conflictum. Esse enim duellum, quasi duorum bellum. Verùm Barclajus *legem. 3 de iust. & iur.* contra summum Principem locum habere negat; neq; vim esse, quæ subdito fit á Principe, (ut olim mihi respondebat Andegavi, cum de hac quæstione cum illo conferrem,) sed regię naturę & juri cõveniens. Ut n. furor naturalis est in Leone; i a in Regib. ita Sic Davidem jussisse absq; ratione, sed tamen rectè interfici Amalechitam. Regis iram (dicebat ex Salom.) esse mortem hominis: & propterea sapientem laxare velum ubi in ejusmodi procellas ex improviso inciderit: Nec ob unius civis salutem Regnum capite Remp. sponso viduare fas esse. Quia h nec maximam Regnorum confusionem, & infinitam privatorum hominum licentiam consequi. Nec referre, quod defensio sit juris naturæ. Nam & reverentiam erga Principem esse quoq; juris naturæ & divini. In hoc concursu prævalere debere, quod religionis erga Deum vel societatis humanæ & publicæ salutis conservandæ potiorem causam contineat, Privatam opem privati civis vitam conferre, & ejus mortem luctu privato deplorati: In Principis verò incolumitate totius Regni salutem & status publici tranquillitatem verti. Optimâ igitur ratione hanc tutelam adversus Principem subditis adimi. Non enim unius privati hominis vitam cum salute Reipub. & securitate esse commutandam. Nec Politiæ ordinem invertendum, sed publica semper privatis anteponenda *lib. 6. c 22. contra Monarchom.* Hæ rationes me non parum movent, & propter utilitatem Reip. ejus sententiæ accedo. Quod autem inquit, Davidem jussisse absque ratione Amalechitam occidi: in hoc ab illo dissentio. Nam si Saul malè fecit, quod seipsum interfecerit, eó quod non esset Dominus membrorum suorum, Consequens est, nec Amalechitæ hoc licuisse. Qui enim seipsum interimit, Deo infert injuriam, ac Reip. Deo, quia illius est imago: Reipub. quia ejus est membrum. Ideo civili & divinâ lege Amalechitam, qui Saulem incumbentem hastæ (quem armiger semivivum, licet precibus ab illo id contendisset, ob reverentiam interficere recusabat, *1. Sam. 31. 4.*) interfecisse jactabat justè David percutere jussit. *2. Sam. 1.* Quod autem Geilius *2 obs. 100.* existimat, plebejum teneri fugere, si persequatur ab alio, non verò Nobilem, nõ probo. Non enim legum rationes generales ita sunt restringendæ ad certam speciem. Jam præcipua ratio, quare fugere non teneatur aliquis, est, ne scilicet cadendo interficiatur. Quod æque potest accidere plebejo, quam nobili, *Obrech. ad d. l 3. de iust. & iur. Don. in l. 1. C. unde vi.* 95. Si

95. Si duo, vel plures Principes gravi bello sunt impliciti, periculosam judico neutralitatem. *a* Meliori igitur, puta qui religionem, aut patriæ libertatem defendit; *b* In dubio veró fortiori sese adjungat, nisi aliud suadeat opportunitas. *c*

a) Plerunq; enim sine gratia & dignitate præmium fiunt victoris. *Quintius Consul apud Liv lib. 35. Duro di Pascalo reg. 30.* Et sunt neutrales instar illorum, qui mediam domus partem inhabitant: Hi ab infimis fumo, á superioribus veró urinâ molestantur, (durante enim bello prædæ sunt factionis utriusq; militibus.) *Ammir. c. 8. lib. 18.* Difficilius est Principem á summo fastigio ad medium detrahi, quám á medio ad ima præcipitari. *Sfric. apud Liv. lib 37.* b) Quia membra Ecclesiæ sub uno capite sunt comprehensa, ad mutuam defensionem & auxilia. Et pro religione pugnare, bella sunt Domini, *Exod. 17. 16. 32. 29. num. 12. 13. 1. Regum. 17. 47. & 18. 17. 1. Paralip. 5. 22. Ier. 7. 4. Ioel. 3. 9.* Imó hostes Dei sunt quoq; hostes nostri, ut patet ex responso Eliæ ad Achabum, 3. *Reg.* 21. 20. Deinde ad Reipub. defensionem sumus quoq; nati. Suntque chari parentes, liberi, propinqui, familiares: sed omnes omniũ charitates patria una complexa est, pro qua nemo mortem oppetere dubitabit. *Cic. 1. off. Idem 3. de finib. § 1. Instit. de excus. v. hi enim. l 8. ff. eod. l. ult. de vacat. muner.* c) Nam hic æmuli potentiam facilé frangit, *Duro di Paschalo d. loc.* Cujus autem sumptibus, si in investitura hoc non sit expressum, servitia fieri debeant, quæri potest? Si feudum est magnum, tum propriis sumtibus id fieri debere putant *per l. suo victu. de oper. libert.* Et hoc procedere ajunt, si bellum fuerit intra patriam: si veró extra illam, non propriis sumtibus, etiamsi, amplissimum feudum habuerint, Dominum sequi teneri: **Sondern es müsse der Lehnherr futter / mahl / vnnd huffschlag dem Lehnmann geben außerhalb Landes.** *Alciat c. 1. Quo tempore miles invest. pet. num. 1. Paurmeist. de iurisdict. Rom. Imperii.* Sic quoque nec Civem teneri propriis sumtibus Principem sequi ad bellum sine stipendio. *Br. in lib. mœnia. § 1. de annuis legat. Boer. decis. 305.* Nisi Princeps idoneos reditus no habuerit, vel Reipub. necessitas id exegerit. *Bl. in l. si aliquam de off Proconf. Warm. ab Erenb. de Regni subsidiis.* Sumtus appellatione hic intelligunt, non victum & amictum, sed alias impensas, quas Vasallus ratione impositi servitii facere tenetur. *argument. d. l. suo. victu. iuncta l oper. 21 de oper. libert.* Quid si Dominus ad inopiam fuerit redactus, teneturné Vasallus ipsi alimenta præstare? Sic existimo, pro ratione scilicet facultatum, & maxime si feudi fructus id permittant. *argument. lib 5. § 18. & seq. lib. 6. l 9. de agnos. & alend. liber. argument. c. 1. § licet. si de feud. defunct. contro v. Martin. Coler. de alimentis lib. 1 c. 13. n. 95. Nobiliss. Warmund ab Erenb. de Regni subsid. c. 7.* Interim tamen ab aliis servitiis erit immunis. *Schenck Baro. ad d. § licet, in fin.* Quia alimenta quodammodo succedant in locum servitiorum. Et propter hanc rationem Dominus non teneri alimentare Vasallum, si ad paupertatem redactus fuerit.

* * *

DE

X.

DE COMITIBUS ET BARONIBUS IMPERII D. CHRISTOPHORI BESOLDI.

DISSERTATIO I.

Comitum origo & Notatio

PRIMUS, ut puto, Comitum originem, officium dignitatē, á Germanis promanâsse; Udalricus Zasius, vir nunquam sine laude loquendus, divinavit: quem & sequitur Amplissimus Rutger Rulandus, *tr. de Commissar. part. 2. lib. 5 cap 4. sub. num. 26.* acidem hoc pluribus nupe: Philipp. Cluverius firmavit in doctissimo illo opere, quod Germaniam antiquam indigitavit *l. 1. c. 48.* Stabiliendę sententię suę, omnes unâ illum Taciti locum, *lib. d. morib. & popul. German.* adducunt, ubi is ita scribit: Eliguntur in iisdem consiliis & Principes, qui jure per pagos, vicosq; reddunt. Centeni singulis ex plebe Comites, consilium simul & auctoritas adsunt. *Et paulò post.* Gradus quinetiam & ipse comitatus habet, judicio ejus, quem sectātur. Magnaque & Comitum æmulatio, quibus primus apud Principem suum locus: & Principum, cui plurimi & acerrimi Comites *Ibidem.* Cùm ventum in aciem, turpe principi virtute vinci; turpe comitatui, virtutem Principis non adæquare. Iterùm: Principes pro victoriâ pugnant, Comites pro Principe. Ex hisce nempé Taciti verbis, á Germanorum consuetudine, Comitum titulos, ad Romanos & Italos fuisse devolutos, probare conantur. Sed cùm mentio Comitum crebrrima, in Constitutionibus Imperatorum, aliisque passim scriptoribus celebretur, antequam Gothi & Longobardi, aliæque Germanicæ nationes, ista in loca, sese examine ingenti effudissent; nec etiam verisimile videatur, Romanos Imperatores ad normam Barbaricæ gentis, Aulam suam instituisse: credere sanè non debemus, Comites Romanorum, á Comitibus Germanorum; sed hosce potiùs abillis nactos fuisse originem atque occasionem. Quod & perplacet Christophoro Colero, *in parerg. cap. 27.* ab eodemque aliis adhuc rationibus roboratur. Ac etiam Germanicum Grave / Comitem multa ante secula sonuisse, diserte verbis Paulus Diaconus docet, *l. 5. c. 36* cùm inquit: Hic dū esset in Tridentinâ Civitate, cum Comite Bajoariorum, quem illi *Graviorum* dicunt, qui Bauzanum & reliqua castella regebat, conflixit, eumque mirificè superavit, &c. *adde Frid. Lindenbrog Glossarium subnexum Codici Legum antiquar. verb. Comes. Claud. Fauchet. 2. cap. 4. des origines des dignit. Marquard. Freher. orig. Pa lat. in cap. 1.*

2 A comitando, Comitum Latina natio est: nec etiam alii initiò apud Romanos ita nominabantur, quàm qui Principem sectarentur, ejusque lateri adhærent: pariter ut Comites Provincialium Magistratuum dicti fuerunt, qui eos tanquàm negotiorum publicorum adjutores sequebantur; quales erant Quæstores, Legati, Accensi, Scribæ, ut & Jureconsulti, quos nempé suo electos arbitratu, secum ducebant Magistratus. Et sic de Comitibus Principum, Spartianus in Hadriano: Cùm judicaret, inquit, in consilio habuit non amicos suos & Comites solùm, sed Jure-

Jureconsultos, & præcipué Julium Celsum, Salvium Julianum, &c. Romani nempé Principes, varii generis administros, cùm Equestris ordinis & Militaris, tùm Togatos & Jurisperitos, á consiliis secum habuerunt: omnes vulgatissimé Comites nominatos, & in comitatu Principis versantes. Eosque tanto numero plerunque, ut ipsa Principis residentia sive Aula, Comitatus, aut Sacer etiam Comitatus cœperit appellari. Posteá ex horum numero adsumebantur, qui ad provincias regendas mitterentur: & Comites quidē illi, non tám Principis (á quo aberant) sed Provinciæ dicebantur, quam ipsi cum Comitivâ dignitate gubernabant. Sic jam sub Arcadio & Honorio, Comitem Africæ, Comitem Tingitaniæ, tractus Argentoratensis, Britanniarum, littoris Saxonici per Britannias, Notitia Imperii suggerit, *fol. m. 126. b. Pancirol. in comm. c. 70. & seqq.* Insignis quoq; ad hanc rem est Zosimi locus, *lib. 5.* ubi inquit: Is verò Comitē Orientis fecit; cujus Magistratus ea potestas est, ut qui eū gerit, omnibus Provincias Orientis administrantibus præsit, & corrigat etiam, quęcunque non, uti par est, aguntur. Quin imó, omnis Præfectura honestior, etiam Justiniani temporibus, Comitiva dicebatur: & adeó quilibet Prępfectus, Comes appellari cœpit. Ita ut denominatio Præfecti atq; Procuratoris, in Comitis mutata nomē omnibusq; Magistratibus tributa; ac deinde ad omnes negotio alicui præpositos fuerit porrecta. Hinc passim occurrit mentio Comitis Sacrarum Largitionum (cui commissi fuerunt Imperatoris thesauri) Comitis rerum privatarum, Comitis patrimonii sacri. Hincq; Comites equitum domesticorum, & peditum domesticorum: Comites Consistoriani, Scholarum, rei militaris, Stabuli sacri, regiiq; Equilis, &c. Comes Scutariorum, Comes qui familiæ, qui custodiæ Principis præsidebat, &c. Unde & Eustathius alicubi: Nunc quoq; triremis prępfectū qui sc. totius remigii curam gerit, Comitem vocari, ait. Et apud Cassiodotū, *var lib. 6. ep 19.* habetur formula Comitis Archiatrorum. Etenim quos Principes Romani euntes in bellum, aut Imperii ditionem perlustrantes, in comitatum adsciscebant, eosdem in consortiū principalium curarū adsumpsisse cēsebantur: iiq; talibus ut plurimūm ministeriis adhibebātur, quibus maxuma queq; consummantur; deniq; istis propemodūm ut oculis, brachiis, manibus, utebantur. Comitum porró alii in ordine primo, alii in secundo, alii etiam in tertio collocati fuēre. Inde & comitiva primi, secundi, tertii ordinis; inter primas & eximias dignitates, atque officia erat: sicque apud Cassiodorum, *1. variar. cap. 28.* Comitivam primi ordinis dignitatem, pro militiæ laboribus strenué perlatis, confert Rex Theodoricus, *addatur idem Cassiodor. 6. var. epist. 11 & seq* Videri etiam potest Vegetius, *2. de re Milit. cap. 9.* ubi scribit: proprius Judex erat Præfectus Legionis, habens comitivam primi ordinis dignitatem; qui absente Legato, tanquám Vicarius ipsius, potestatem maxumam retinebat, &c.

á pr. & cap. seq. apr. Carol. Paschalius Coronar lib. 9. c. 23. Franc. Guilliman. P. Habspurg. l. 2. c. 2. Isa. Pontanus Orig Francicar. l. 6. c. 14. Paurm. 2. de jurisd. cap. 11. ab init.

3. At nunc propiús ad Germanicos Comites, sivé Graviones accedam; quorum etymon haut cuiquam facile erit invenire: & sanè Isaac Pontanus *origin lib. 2. c. 14.* virum æstimat eum, Germanicæ hujus vocis, veram qui dederit notationem. Planè mihi persuasum est, nomen id á nostro **Grawen** (cui & Græca consonant Γραῦς, γηρὸς, γερεσιάμην, &c.) Provenire: ut ita **Grawen**, sint quasi cani, seniores, seu Senatores, hoc est; præcipui, optimates. (Nam & Romæ qui olim Patres ac Senatores, póst comites dicti fuerunr) & ita etiā apud Christianos, presbyteri seu Seniores specialiter olim appellabantur, qui Ecclesiæ pręerant; quorū alii politiam Ecclesia sticā administrabāt, aliis interdum doctrinæ verbi cura incumbebat. Et certé πρεσβύτεροι

Stumpff. lib. 4. der Schweitzer Chronick c. 29. f. 290. Willichius ad Tacitum de germac. 19.

πρέσβυς frequentissimé apud Græcos, ut & apud Latinos antiquum, non annorum semper multitudinem importat; sed pro potiori, aut pretiosiori sumitur quandoq; quod Lexicographi docēt. Sic & πρέσβυς, denotat Legatum; eó quód officium hoc, senili prudentiâ præditos requirat. Absonum ergó videtur, á fossis (quę nobis **Graben**/á Belgis **Graven** indigitantur) elicere etymon vocabuli hujus: quasi limitibus prępositi Comites sient; licet id Heigio arrideat, 1. *q.* 2. Et adhûc vani magis esse videntur, qui á Latino gravis, aut Gallico *homme grave* (qualiter ob virtutem & animi præstantiam, viros quosdam adpellitare solemus) derivationem emendicant: quod tamen facit ingeniosissimus Lycklama 5. *memb. eclog.* 9. Nec etiam Adriano Seriekio accedere queo, qui *in Indice 2. originib. Celtic. suffixo*, ait: Grave, **Graeff**/quasi **Gaer-haeff**/Celtis esse tributorum exactorem, perceptorem collectarum. Quāvis etenim Grafio, pro exactore, & Judice fiscali quandoq; accipiatur: *Lindenbrog. in gloss. Codici Legum antiq. subnexo: verb. Graphio, adde Bulenger. libr. d. Vectigal. c. 55. ad fin. & ibid. in Analect.* id tamen munus, haut præcipué Comitibus seu Grafionibus incumbebat; ut jam mox deducam.

Münster. Cosmogr. 3. c. 20. Eslič. Pasquier. 2. des Recherch. c. 12. á pr. Reinecc. von des Adels herkommen/ fol. m. 147. &c. Christoph. Lehman. lib. 2. c. 17. Isaac. Pont. orig. 6. c. 14 Guillim. Habsburg. 2. c. 2. f. 37. & seq. Hier. Bign. in notis ad formulas Marculfi. l. 1. fol. 458. &c. Knich. d. superior. 4. n. 85. &c. Lindenbr. in gl. verb.

4. Ergó, quod attinet rem ipsam, sané apud Francos, cæterosq; Germanos, vox Comitis in genere Judicem denotabat: quo eodem etiā in significatu, accipitur in c. 1. *si de investit. inter Dom. & vasall. liv oriatur. in usib. Feud.* Quin imó, & adhûc in quibusdā Germaniæ locis, **Graff**/aut **Grâve** Judicem signat: ac ita nunc hodiè in Coloniâ Agrippinâ, **Gräff vnnd Scheffen**/pro judice & Assessoribus usurpant. Et generaliter, ex veteri Saxonicâ dialecto, **Grave**/nil aliud est, quám Judex. Etinět **Graffengeding**/idem est quod. **Ein gehegt/oder bedingtes Gericht. Sachsenspiegel**/*lib. 3. art. 61.* Ideoq; **Ting**/forum Judiciale Germanis olim, & hodiè etiam Danis notat: & Tungini, quorum etiam Salicæ leges referunt mentionem, Judices quondam vocabantur, qui post Comites erant; *Lindenbrog. in gloss. verb. Tunginus*, quos etiam **Dinggraffen**/appellabant.

5. Constat sané, jam sub Imperio Francorum, Comites non in singulas provincias solūm, sed & in Civitates fuisse ablegatos; hinc q; territoriū & districtus, cui præficiebātur, Comiratus dici cœpit: & Regnū universum, in certos pagos (**Gauw**) sivé Comitatus (**Graveschafften**) qui etiam Grafiæ ex eo vocabantur, divisum fuit, *vid. Hier. Bignon. in not. ad lib. 1. form. Marculfi. fol.* 518. *& sequens & libr. 2. fol.* 594. **Graffschafft ist nichts anders/ dañ ein Jurisdiction/oder ein Gegend vñ Weichbild/welche vor Alters den Graffen durch die Keyser verliehen worden; auff daß sie an jhr Statt daselbst Gerichtszwang hielten/vnnd jederman richteten/dieweil man den Keyser nicht vmb alle Sachen hat mögen besuchen**: ut alicubi hanc rem jus Saxonicum definit. Ac ita Comites censebantur; Regis, Regniq; officiales, Judicesque provinciales: quod & innuit Glossa Latino-Theodisc. *Præses*, **Grave**. Et hoc quoque ex aliis Heigius, *part. 1. q. 2. nu.* 38. notat: Caroli Magni circiter ætatē, Duces fuisse dictos, quibus Comites duodecim subjecti erant (quod tamen haut perpetuum fuisse, Knichen probat *de superior. c. 1. n.* 38. *&c. & Encyclop. c. 1. n.* 17. *&c.*) Nempé Comites Justitiæ; Duces sive **Hertzogen**/militiæ præfecti fuerunt, *vid. omnin. Bignonium in not. ad libr. 1. formular. Marculfi.* 461. *& seq.* Quamvis verò, & Comitum esset munus, tributa curare (*quod monui suprá nu. 3. ad fin.*) atq; idem nobiles, liberosq; cives colligere sub signa, & adjungere exercitui Regis. (Ita Ludovicus Pius in cōstitutione quâdam, *quæ est apud Goldast. tom. 2. f. 9.* sancit: ut liberi homines

mines cum Comite suo in exercitum pergant; & in marchâ juxta rationabilem comitis ordinationem atque admonitionem, explorationes & excubias facere non negligant, &c. de eorum tamen officio præcipuo, Ansegisus *lib. 4. Legum Francicar. cap. 39.* sub Ludovico & Lothario Impp. sequentia scribit: Comites pleniter justitiã diligant, & juxta vires eorum expleant, & justitiæ sanctę Dei Ecclesiæ vigilanti curâ insistant: orphanorum, viduarum, pauperum, & omnium, qui in eorum ministerio permanent, & de caussâ quæcunq; ad eos venerit querela, plenissimâ & justissimâ deliberatione definire decernant; & sicut rectum & justum est, ita agant. Insuper, quód Comites apud Francos Judices fuerint, qui ordinarié Jus dicebant, provinciasq; gubernabant, Gregorius quoq; Turonẽsis docet, cúm de S. Nicetio ita ait: Vidi ego quodam tempore Basiliũ presbyterum, missum ab eo ad Armentariũ Comitem, qui Lugdunensem urbem, his diebus potestate judiciariâ gubernabat. *Idem* de Beato Gregorio Episcopo: In comitatu positus, regionem illam per XL. annos, justitiâ comitante correxit. Et iterúm ille: *lib. 6. c. 22.* Rex Chilpericus pervasis Civitatibus fratris sui, novos Comites ordinat, & cuncta jubet sibi urbium tributa deferri. Idem sæpé etiam, Judices non Comites vocat. Sicq; *lib. 7. c. 42.* seipsum interpretatur: Posthâc edictum *á Iudicibus* datum est, ut qui in hâc expeditione tardi fuerant, damnatentur; Biturigum quoq; *Comes* pueros suos misit. Sic & Ripuariæ sanciunt Leges, *c. 53.* Si quis *Iudicem* fiscalem, quem *Comitem* vocant, interfecerit, DC solidis mulctetur. Ac ibidem, *cap. 15.* ut & in leg Salicâ *tit. 51.* agitur de eo, qui Grafionem ad res alienas injusté tollendas invitat; isq; idem posteá nominatur Judex Fiscalis: non quód fiscales solúm deciderit caussas, (*ut jam suprá h. n. dixi*) ut olim Cæsaris Procurator, *l. 1. C. d. Iurisd. l. 2. C. si advers. Fisc.* (id enim modó dict. cap. Ripuariæ Leges, satis refutat) sed Fiscalis, idem est ac si públicus diceretur.

Graphio Ant. Coler. de jure Imp. Germ. sect. 57.

6. In Comitibus a. instituendis, Francos, ut & in aliis plurimis, Romanorum instituta sequutos fuisse, probabile est, *vid. suprá nu. 1.* Plerunq; etenim Germanicæ gentes, Latinis provinciis potitæ, æmulatione Romani splẽdoris; priscam etiam regiminis formam, & Aulæ dignitatumq; pompam retinere studuerunt: quasi aut majoribus titulis honestari, aut illam Reipublicæ formam, in melius producere non possent, *Freher. orig. 1. fol. 2. & seq.* Et in specie, Cassiodorus, *lib. 6. var. ep. 22 & seqq.* Comitivæ Syracusanæ civitatis, Neapolitanæq; formulas scripsit; quarũ si munia cum Francis conferantur, eadẽ prorsus adparebunt: ille n. Judices eos vocat, & civilia negotia eos examinare, itidemq; eos exercitũ habere dicit. Ac recté Suidas, Comitis definivit vocem; dum populi Magistratũ, vel Principem vocat: Κόμης, ὁ λαοῦ ἀρχῶν. Quæ omnia, Comitis quoq; apud veteres Francos officia indicare, constat Imó Francisc. Guillimannus *Habspurg. lib. 2. c. 2. fol. 38.* notanter scribit: Post Burgũdionum in Helvetiam excursiones, qui priús apud Romanos, iisque imperantibus fuerant Comites urbium, provinciarum, & regionũ; apud eos eâdem fermé omnes in dignitate & administratione positos permansisse. Unde porró obtinuisse ait, ut ubi Romanorum præsidia, hyberna, castra, majorq; frequentia erat; Comiter pariter, multâ apud posteros celebritate ac potentiâ essent, atq; superessent: quod complusculis exemplis ex Helvetiâ petitis, probat. Pariliter in Angliâ (æmulâ morum Franco-Gallicanorum) tám ante quám post Conquestorem Wilhelmum Nortmãnum, Comites seu *Graviones, Iustitiarii* vocabantur; hisque cúm ad privata, túm publica judicia, suis fuêre in Comitatibus fora. Ad privata; singulo quoque men-

Claude Fauchet. lib. 2. c. 4. des orig. des dignit. Ioh. Selden. in Iani Anglorum facie alterâ, lib. 2. fol. 129. &c.

se conventus celebrabatur: quilibet Gravius, quartâ quâq; septimanâ frequentem populum conveniebat, cuique jus æquabile dicebat; litesq; singulas, ad diem condictum dirimebat.

7. Sed quoque Gravionum haut uniformis potestas nomenq; fuit. Sicq; **Gehe: oder Gograff**/is dicebatur, qui sine caussæ cognitione judicabat: **Welcher gehe/oder handhafftige That richten möcht. Sachsenspiegel**/*part. 1. art 56. ut & art. 57. ac seq.* Sic & **Freygraffen** indigitabâtur, Prætores occultorum Westphalicorum Judiciorum: ex privilegio, sine operosâ cognitione, & ex arbitrii libertate in facinorosos animadvertentium, *Zasius in l. Imperium ff. de jurid. Paurm. 2. de jurid. c. 11. n. 4.* Sic & Hollandi **Dykhgraven** habent, qui aggeres curant: alibi **Saltzgraven** inveniuntur, qui Salinarum curam habent. Quibusdam in locis, **Holtz: oder Waldgraffen**/Judices, quibus cura Sylvarum commissa erat dominabantur. (**Von dem Rein- vnd Wildgraven**/agit Freherus, *orig. c. 3. f. 23.*) **Centgraffe**/**des Gawgraffen**/ **oder Landrichters** locum tenens erat; quod docet Beatus Rhenan. *lib. 2. rerum Germanicar.* Regiones, ait, per centenas distinctæ fuerunt: undé Centenarii nomen. Is Magistratus, qui centenæ præsidebat, Comiti subjectus erat. Et adhuc in aliquibus Germaniæ locis, & etiam prope Heidelbergam, vestigium centenę, & ipsum vocabulum mansit. Ac est, ut ego puto, **Zent**/quasi **Zehent**/distrîctus minor. Idq; Bignonius confirmat, dum *in not. ad vet. Formul f. 599.* scribit: Singulos comitatus in Centenas, seu territoria quędam fuisse divisos, quib. minores judices præerant sub Comitis dispositione; qui á centenâ Centenarii dicebantur. Sic in Synodi Cabillonēsis, sub Carolo M. celebratæ, c. 21. Comitibus & Judicibus hoc summoperé præcipitur observandum, ut judicēt justé. Ac paulò pòst: Sed & ministros, quos vicarios & centenarios vocāt, justos habere debent. Alibi etiā Tungini appellantur, **Dinggraven**/quorum suprá *n. 4. ad fin.* feci mentionem: qui pedanei Judices erant. Lex Salica *tit. 48.* Hoc observare convenit, ut Tunginus vel centenarius mallum indicet. Glossa vetus: Tunginus, qui post Comitem est. Centenarii etiam non de omnibus caussis, sed de minoribus tantummodó judicabant. Capitulare Caroli Magn. *lib. 4. c. 26.* Omnis controversia coram centenario definiri potest; exceptâ redditione terræ & mancipiorum; quæ non nisi coram Comite fieri potest, Ibid. *lib. 3. cap. 79.* Ut nullus homo, in placito centenarii, neq; ad mortem, neque ad libertatem amittendam, aut ad res reddendas, vel mancipia, judicetur: sed ista in præsentiâ Comitis vel missorum nostrorum, judicentur. At verò hodié, ut in ejusmodi rebus constantia nulla est, **Zent**/**Zentbarsliche Obrigkeit**/ꝛc. pro criminali Jurisdictione sumi solet. *Wehner, in observ. d. verb. signif. verb.* **Zent**/ꝛc. Scabinos a. (qui & Racimburgii vel Rachinburgii alicubi vocitantur) singulis Comitibus in mallis (**Mahlstatt**) seu comitiis fuisse associatos, patet ex glossâ Latino-Theotiscâ: ubi Judex, Scepeno denominatur. Quæ certé vox, eâdem adhûc notione, apud Germanos Belgasque usitata reperitur: **Schepffen**/**Scheffen**/*ut etiam monui suprá n. 4.* Nec aliundé Gallorum *Eschevins* deducuntur: & omnia hæc descendere videntur ab Hebraico *schophat*, id est, judicavit: á quo etiam indubié sunt Pœnorum Suffetes, ut probat Bernh. Aldrete, *2. c. 2. de varias antiquedad. fol. 335.*

8. Sed fuerunt Comites quoque, qui nunc Principum ordini non adscripti solúm, sed & Ducibus multis superiores sunt. Atq; ita Comites Palatini (**Pfaltzgraffen**) olim Palatii Cæsaris Judices, sivé Præfecti erant: **Richter des Keyserl. oder**

Andr. Knichen. de Superior. c. 4. n. 192. &c. M. Freher. orig. Palat. c. 4. Christ. Lehmann in d. Speirischē Chronick. lib. 2. c. 23. Lindēbrogius in gl. verb. cēzena, centenarius add. Knich. de super. cap. 4. n. 68. &c. Lindenbr. ut & Mart. Lydius in gl. verb. Scabini, & in verb. Rachimburgii Bignonius in not. ad l. 1. formul. Marculf. f. 470. & idem ad ver. form. f. 588. ac seq. Freher. Orig. c. 1. & seqq. passim

oder Königlichen Hoffs. *tit. 55. in prin. lib. 2. Feud. Borcholt. de feudis c. 5. num. 34. Lagus, in Iuris Civilis & Saxon compendio, lib. 2. cap. 8. Rudinger. observat. cent. 4. observ.* 4. Nunc Kammer: oder Hoffrichter dici possent. Etenim Pfaltz/ sive ex vetustâ dialecto Pfallentz; idem quod Palatium, vel curia Regalis sonat: sicque Curia Argentinensis, & hodié die Pfaltz indigitatur. Et eodem intuitu hoc, in Speculo Saxonico, *lib. 3. art. 62.* sancitur; fünff Stätt seind die Pfaltzen geheissen / die liegen in dē Lande zu Sachsen / da der König sein rechten Hoff halten soll. Hanc itidem propter caussam, Palatia in Civitatibus consuetis, Regalibus adnumerantur, *cap. unic. tit. 56. quæ sint Regalia, libr. 2. Feudor.* Comites hi in Palatio, hoc est, in Aulâ Regis ferè erant: undé eos Güntherus in Ligurino, Comites Aulicos vocat; custodes item Aulæ Palatinæ. Interdúm quoque ad Provincias regendas mittebantur. Indé Spec. Saxonici glossa, *lib. 3. art. 53* prodit; Palatinos sive Pfaltzgraffen / eos esse, qui bello partis pacatisq; Provinciis jus dicebant. Ibique in textu habetur: quamlibet Provinciam Teutonicæ terræ, suum habere Palansgravionatum. Ex his Saxoniæ Ducem existere primum, secundum Rheni Palatinum, tertium Brandenburgicum Marchionem; Franconiæ Palatinum, Episcopum Moguntinensem, Sueviæ Trevirensem, Grunaviæ Coloniensem Episcopum esse. (Verúm in dem Schwabenspiegel / *cap. 19.* mentio fit quatuor tantúm Palatinorum; Saxoniæ, Bavariæ, Franconiæ, & Sueviæ, *add. Goldast. in notis marginal. ad antiquam Ordinat. d. officio Comitis Palatin. quæ extat Tom. 3. Constitut. fol. 403.*) Iisdem ex hoc electionem Imperatorum concreditam fuisse, colligit: vnnd haben andere Fürsten zu mahnen / welche in die Pfaltz gehören / ꝛc. Successu temporis, complusculis locis Comites Palatini imperitârunt. Sicque Carolus V. Imper. in Inscriptionibus suis, semet nominavit Palatinum Ceritaniæ, Habspurgi, Hannoniæ, Hollandię, Kiburgi, Namurci, Phireti, Rossiglionis, Selandiæ, Zutphaniæ, &c. Habuit quoq; Burgundia, Brema, Wittelsbach / Soüren / & etiam nostra Tübinga Palatinum. Ante Carulinos, Comes Palatii unus tantúm erat, & Major domus adpellabatur, ejusque potentia fuerat proxuma post Regem. Erat enim Vicarius Regni; ipsi Regi, à populo, tanquám arbiter, custos & observator ad tributus: ne limites præscriptæ Jurisdictionis excedere possit, *Goldast. in not. marginal. ad d. antiquam Ordinat. de officio Comit. Palat.* Carolus veró Magnus, insigni politico stratagemate, plures eorum fecit; & tum etiam absoluté Palatini dicti fuerunt, procerum summi, á Regeque proximi: ac ita Rolandum illum, & Rinaldum, Oliveriumq;, sacræ in Sarracenos expeditionis comites, non tantúm vernaculi scriptores passim, ac cúm primis Poëta Italus Ariostus, sed & Chalcocandeles, Græcus scriptor, Paladinos adpellat, *lib. 2. hist. Turcic.* Verúm de Comitum Palatinorum officio, insequentia. Hincmarus *cap. 19.* scribit: Comes Palatii, de omnibus secularibus caussis, vel judiciis suscipiendis, curam instanter habebat; ut nec seculares priús Dominum Regem absque ejus consultu inquietare necesse haberent, quousque ille prævideret, si necessitas esset, ut causa ante Regem meritó venire deberet, &c. Et idem *cap. 21.* Palatii Comitis, inter cætera pené innumerabilia, in hoc maxumé sollicitudo erat; ut omnes contentiones legales, quæ alibi ortæ, propter æquitatis judicium, Palatium aggrediebantur, justé & rationabiliter determinaret; seu perversé judicata, ad æquitatis trámitem reduceret: ut & corám Deo, propter Justitiam; & coram hominibus, propter legum observationem cunctis placeret. Sic & Eginhartus

P. Pitthæus in libello de Comitibus Campaniæ, juncto Originibus Palat. Freheri Bignonius in not. ad formulis Marculfi. l. 1. f. 515. & seq. Christ. Lehnmañ in d Speirischen Chronick. *lib. 2. ca. 9. Claude Fauchet. 1. des orig. des dignitez. c. 10. Knichen. de Saxon. non provoc. jure, ad verb. Electorum, c. 1. nu. 109. Cluten. in Syllog. thes. 26. a. Rein. Reinecc. tr.* von des Adels anfänglichē herkom̄en / *fol. 148.*

Pfaltzgraviorz origo et denominatio.

in vitâ Caroli Magni: Si Comes Palatii, litem aliquam esse diceret, quæ sine ejus jussu definiri non poterat; statim litigantes introducere jussit, & veluti pro tribunali sedens, lite cognitâ, sententiam dixit.

Landgrauij

9. Comites Provinciales. **Landgraffen**/præsides, & Judices erant, provinciæ alicujus totius (Judices mediterranei, ad differentiam Marchionum) **die da Richter geweſt ſeynd eines Landes/ſo zwiſchen des Reichs Lande ligt**/ *Borchold. de Feud cap. 5. n 33. Conradus Lagus in compend. Iuru Civ. & Sax. lib 2. tit. 8. Reinec.* **von des Adels herkommen**/*fol* 148. Ac etiam verosimile videtur; fuisse eosdem olim **Grauen** vel **Gauwgraffen**/(Pagi Præsides) vocitatos: **Gau** namq; vel **Göv**/(à γαῖα) sive Pagus, sumitur pro territorio aliquo satis amplo; *ut & suprà monui, n. 5. & idem doceo lib. 1. polit. c. ult. num. 52. ac videri etiam possunt, Freher. orig. c. 5. & Knichen. tr. de superiorit. c. 4. n. 119.* Memorantur autem Landgraviatus, Hassiæ & Leuchtenbergiæ: Alsatiæ, item & Suntgoviæ (quæ duæ ditiones, jam magnâ ex parte Austriacis parent) Thuringiæ (hodié Saxoniæ Ducum) Baræ (nunc Comitum Furstenbergiorum) Kleckoviæ (Sultzensium Comitum) Strülingæ (Lupffiorum quondam Comitum, nunc Pappenheimii Marescalci) Susenbergiæ (Badensium Marchionum, &c.

Knichen. de Saxon. non provoc. jure, ad vv. Ducum Saxon. cap. 4. num. 30. & mult. seqq. Matth. Stephani, de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 6. num. 85. &c.

10. Marchiones (quorum jam in constitutione quâdam Ludovici Pii, *quæ extat apud Goldastum tom. 2. fol. 9* mentio fit) Marchiæ Comites, **Marggraffen**: finibus Imperii præfecti, Limitumque Judices erant: **Marckrichter oder Grentzſtetten**: quique provinciam demandatam ab incursionibus hostium tutubantur, non secùs ac olim milites Præsidiarii vel Riparenses. Ac sic Marchio habetur, **ein Fürſt der über ein ſolch Lande Richter iſt / daß an den Gräntzen des Teutſchen Reiches liegt**/*Borcholt. dict. cap. 5. num. 32. & seqq. Vultej. de Feudis, cap. 4. numer. 14. Lagus dict. lib. 2. cap. 8.* Et hinc rectè Odofredus *in suâ summâ, tit. qui possessores in Feud. succedant.* Vulgare esse apud Francos, ait, ut Marchio adpelletur, qui de jure Romano Liminarcha, seu custodiens Imperii fines, &c. Sicut & idem Annonius *lib. 5. cap. 11.* diserté docet, cùm scribit: Reliquit Marchiones, qui fines Regni tuerentur, & hostium arcerent incursus **Marck** namque significat fines (quasi **Gemärck**.) Et ita vocabulum Marchæ, à rerum Francicarum scriptoribus, sæpiùs pro termino, finibus, & etiam pro regione usurpatur, *Lindenbrog. in Glossar. verb. Marcha. Iohan. Lydius in Gloss. Latino Barbar. junctis operib. Nic. Clemangis, verb. Marca, & item verb. Marcha. Barth. Schobinger. in addit. ad farrag antiquitat. Vadiani in tom. 3. Rerum Alemanic. Goldast. fol. 148.* Indeque commarcani dicebantur, quorum marcæ sunt vicinæ: *Lindenbrog. verb. commarcani*, ut & hodié in Hispaniâ linguâ, eodem sensu usurpatur vox *Commarcano*. Veteres quidem Galli, ac etiam Germani nostri, equum militarem **March** vocitarunt. Indé ipsis erat **Marchfall**/ depositio de equo; **Merworphin**/ab equo dejectio, *Lindenbrog. in gloss. verb. Marach.* Quin & nunc usurpatur **Meere** vel **Merche**/pro equâ: ut etiam Glossa Latino-Anglosax. equum interpretatur **Horß**/equam **Mâra**. Sed tamen minimé placet, quòd exindé nonnulli, Marchionem Præfectum Equitum sonare ajunt: *Alciat. in libr. de singul. certam, cap. 32. Cujac. in cap. unic. de his qui Feudum dare poss. Claude Fauchet. lib. 2. de orig. des dignit. cap. 3. & 8.* quem usitatè Comestablum (quòd Comes, seu præfectus stabuli sit) aut quoque Marescha[illegible]cum adpellamus; **Marach**/ equo, & **Schalck** quod denotat servum, *Lydius in Glossar. verb. Schalcus* (undé & nos adhûc, instrumentum

mentum quoddam inserviens culinæ, ita nominamus.) Quemadmodúm etiam Lyclama. 5. *membranar. eclog. 9* hunc in sensum scribit: Marchiones censeam esse Comites, quorum nobilitas sit equestris. Sicque eosdem Gowgraviis seu Landgraviis opponit: quorum nimirúm nobilitatem pedestrem esse censet. Sed aliud plané est **Marach / Märe** / aut Celticum vetus *Marchisia*, quod apud Pausaniam erat, & equum denotare scribit: aliud Marka, **Marck** / limes. Et indé etiam inter Marchionem & Mareschallum, maxuma differentia erit. Ac cúm itidem de Marchiæ vocabulo, nil Germanicarum gentium incursionibus antiquius constet, credibile omninó est, Marchionum nomen, limitaneis Præsidibus inditum: nec ideó á Græco *νομαρχία*, quod quidem etiam provinciam notat (per aphæresin primæ syllabæ) fuisse deductum; ut & contra Georg. Sabinum Heigius probat, *quæst. 2. num. 57.* Ac hinc Misnica Marchia contra Bohemos, Brandenburgica adversus Henetos & Obotritos, Lusatiæ, Moravię, Austrięque contra Ungaros, Sarmatos & Polonos, Sleswici adversus Danos & Jutas, Badensis & Hochburgensis adversus Gallos constituta fuit. Quamvis plures postmodúm cæperint Marchionatus, nullâ habitâ limitum ratione: ut & aliæ consimiles dignitates, á nomine, & propriâ primævâq; suâ significatione degenerârunt.

Knichen. de Saxon. non prov. Iure, supr. dict. c. 4. num. 44. &c. Respõsum in causá d Statt Fridberg / passim, multisq; locis, quæ index, in verb. Burggravius refert. Reinec. von herkommen des Adels. fol. 149. Christoph Lehmann in d Speirischen Chronick / lib. 4. c. 1. Ant. Coler. f. 58. Matt. Steph. 2. de jurisd. part. 1. c. 5. á pr. Bignonius

11. Burggravii, perpetui Castellani; præfecti, sivé Judices erant, certi alicujus præsidii atque arcis, **Einer Vestung des Reichs: ein Herr so ein Vestung des Teutschen Landes zu Lehen innen hat; Oberster Richter der Statt** / *Conr. Lagus supra dict. loco.* Talis est Burggraviatus Norimbergensis, qui pertinet ad Electores & Duces Brandeburgenses, Magdeburgensis, qui est Saxoniæ Electoris; Burggraviatus item qui est in Urbe Imperiali **Friedberg / vnd Geilnhaussen** / certis nobilium familiis constitutus: & aliorum adhûc plurium mentio fit in Imperii Recessibus, constitutionibusque á Goldasto vulgatis; *ut indices monstrant.* Magna hęc olim dignitas erat; adeó ut in civilibus, etiam Marchionibus jus dicere postremi nostri tulit Auctor **Sachsenspiegels** / *part. 3. artic. 52. ad fin.* Aliquandó etiam in Episcopatibus civilem exercebant Jurisdictionem: undé Peucerus *lib. 5. Chronic.* eos illarum terrarum Judices esse censet, quæ Imperatorum donatione Ecclesiis accesserunt.

12. Omnes hi, omniumque generum Comites ab initio temporariè, postea perpetuó Provinciarum administrationi præpositi ruêre. Ut & Ducum, Marchionum, &c. olim officiorum, muneris & administrationis; nunc dignitatis & patrimonii nomina sunt, *argum. cap. 1. §. & quia vidimus, de his qui Feud. dare poss. cap. unic. in fin. de alienat. Feudi, cap. unic. in prin. de Feud. Marchia.* Et indé apud Stumpfium *lib. 4.* der **Schweitzer Chronick** / *cap. 29. fol. m. 290.* mentio fit Landgraviorum, qui tantúm Barones; & quoque Burggraviorum, qui tántum nobiles erant. Licet Comites & Duces hereditarii, etiam vetustissimi reperiantur: & habuit nempé Britannia Gallicana Comites, jam sub Mæroveis, *Claude Fauchet. 2 cap. 4. folio 85 des Origin. des dignit.* Pertinet hûc, quód Paulus Æmilius, *lib. 1. sub Rege 9.* notanter scribit: Duces initio, Comitesque á Regibus præficiebantur gentibus, Civitatibusque; ac cúm videretur, dimittebantur. Deindé inveteravit consuetudo, ut nisi sceleris convicti, abire Imperio non cogerentur: idque postremó, ut quisq;

not. ad l. for. Marculf. f. 460. & seq. qui simul, quâ occasione, & quo tempore talia munere hereditaria sint facta, monstrant. Adde meum tract. de appellat. cap. 2. nu. 15.

quisque eo munere donabatur, jurejurando Regum cavebatur, *Adde Estien. Pasquier. 2. cap. 11. des Recherch.* Unde in consuetudinibus Feudorum, pro eo sumitur Comitis verbum, qui de Comitatu, feudo primi gradus, est investitus, *tit. 10 quis dicatur Dux, &c. á prin. lib. 2. Feud. Ant. Contius, in comment. Feudal. tit. d. divis. feud.* quamvis & quidam Comitatus sint allodiales, *Compilator decision. seu prajudic. Cameral. verb. Comitatus.* Et hinc etiam Comites, ita speciatim nominati, Reichsgraffen (nam qui cum adjectione aliquâ sic nominantur; Comites putâ Palatini, Marchiones, Landgravii, Burggravii, &c. (Principum extra controversiam obtinent locum) in Imperio Germanico-Romano, quó ad subditos territorii sui, Jura Imperii habent: de iisque idem feré, quod de Ducibus ac Principibus aliis statuendum erit. Quo itidem respectu Baldus, *in cap. 1. numer. 3. vers. item nota, de Feud. Marchia.* scribit: Comitatum, non tantúm dignitatem, sed & dignitatem Regiam atque Principalem esse. Quin & jam olim Comes pro Principe sumebatur, inde Güntherus *lib. 1.*

Paurmest. 2. d. jurisd. c. 11. n. 22. Knichen. d. superiorit. num. 332. &c.

——— *Dubium puer inclute, dici*
Rexné Comesné velis. ———

Et mox:

——— *Comitemné vocem, Regemné, Ducemné;*
Pontificemné magis? ———

Póst idem libro eodem:

Dux, Comes, an Præsul dubium.

Et inde sæpé jam laudatus Güntherus, *in Ligurino lib. 8.* Comitatum, utpoté Regale feudum, individuum esse scribit:

Marchia, seu Comitis possessio, sive Ducatus,
Integra permaneant. ———

Hocq; forsan intuitu, inter Saxonicos & Francicos Comites, differentiam facere satagunt quidam: ut nempé Judices hi, illi Principes fuerint jam olim, *Anton. Coler. d. Iure Imper. Germanic. sect. 57. Knichen. Encyclopæd. c. 1. n. 178. &c.*

Wehner. d. verb. sign. verb. Graff.

13. Totus nunc Comitum ordo, duo tantúm suffragia in Comitiis habet: quę plerunque per legatos **der Schwäbischen vnd Wedderawischen Graffschafften** præstari solent: non tamen ideó reliquis Imperii Comitibus (& Baronibus quoque) ad consilium Principum (**zum Fürsten Raht**) accedere, deliberationibusque interesse, denegatum existimatur. Quod tamen de Comitibus tantúm, qui statum Imperii repręsentant, intelligi debet: ac ideo ut doceat quis, Imperii se Comitem esse; sufficiens est si adprobare possit, sibi ad consilium illud liberum aditum patere; **daß er auff die Reichstäge beruffen/ oder daselbst zu dem Fürsten Raht einen zutritt habe.** Aliis namq;, qui Imperio immediaté non sunt subjecti, id non permittunt ii Principes vel Status, qui eos sibi subesse pertendũt; ut nec nomina eorum Catalogo Inscriptionũ, **den Reichsabschieden zu End angehefft vnd beygedruckt** inseruntur. Haut pauci quippe & alterius generis comites reperiuntur, qui in Imperii matriculam non modó haut relati, sed & absq; Regalibus sunt investiti; quales in complusculis Germaniæ locis reperiuntur: v.g. sub Austriacis, **die Graffen von Hardeck**; sub Electore Brandenburgensi, **die Graffen von Hohenstein**; Sub Archiepiscopo Coloniensi (ex quorundam opinione) **die Graffen von Manderscheidt.** Sub Bavariæ Duce (particularium tamen bonorum ratione) **die Graffen von Ottenburg.**

Rutg. Rul. d. commiss. part. 2. li. 5. c. 4. nu. 27. Matth. Steph. 2. d. jurisd. part. 1. c. 6. num. 115. &c. Cluten. in Syll. th. 26. sub. lit. h. vers. Comitum varia genera sunt.

tenburg. Sub Pomeraniæ Ducibus, & Episcopo Caminensi, **die Graffen von Eberstein zu Newgarten**. Hi quia Regalia vel nulla, vel nõ integra habent, & aliis Principibus (**als Landsässen**) subsunt; parilibus Juribus, ac Comites, qui Status Imperii existunt, minimé gaudent. Nec idcircó consequentia habetur justa, si quis ita argumentari velit: Comes est, vel Baro. Ergó Statibus Imperii accensetur. Cúm quippé possit & alterius Principis subditus esse: quod quoq; roboratur Imperii Recessu de Anno 1548. §. **Wiewol auch** Tales item Comites titulares, in Italiâ atque Lombardiâ, magno numero reperiuntur. Hincq; effectum fuit, ut nostris nũc moribus Comites dicanturilli, quibus dignitas ea, vel Cæsareis codicillis, vel usu longevo est acquisita: ut Petr. Gregorius *lib. 6. Syntagm. c. 8.* & Sigonius, *de Regno Italiæ lib. 7.* notant: Hacque ratione Comes pro gradu Nobilitatis politicæ usurpatur, *Paurmeist. 2. d. jurisd cap. 11. num. 10. & seqq.* Quod & innuit Steph. Pasquierius, *2. des Recherch. c. 11 ad fin.* ita scribens. A prendre les choses au vray, les Ducs & Cõtes, qui sont aujourdhuy, ne sont qu' images des œux, qui estoient du temps de Hugues Capet; n' ajans, ce semble, aucune prerogative sur les autres Seigneurs, si non par une pompe de nom, & pour les ceremonies exterieures, &c. Itidem Petrus de Andlo, *tr. d Imperio Roman. lib 2. cap. 12.* plures in Germaniâ Comites esse censet, de Comitatu nõ investitos, sed quiâ Castellis privatis, quæ possident, titulos contraxerint nominationis: quorum etiam majores, Romæ Comites temperarios fuisse, nomenq; dignitatis dum exteras peterent nationes, retinuisse: eorumq; de numero, Comites ab Oetingen & Zollern, superstites esse putat de quo tamen non præter rationem dubitatur.

141 Est & porró dignitas Comitalis, cum eminentiâ Principali, **ein gefürstete Grafschafft**: ut Hennenbergensis, Arenbergensis, Mansfeldensis, Habsburgẽs, Tirolensis, Würtembergensis (olim) Montisbelgardensis, Gortzensis: Artesia item. Burgundia, Flandria, Hollandia, Namurcum, Selandia, Spanheim & Veldentz, &c. *Sixtin. de Regalib. 1. cap. 4. nu. 22. Paurmeist. 2. de jurisd. c. 10.* Hi sané Principibus æquiparantur, & in Recessibus Ordinationibusq; Imperii, sub voce **Fürstenmässige**/ comprehenduntur **Reichs abschied zu Speyr.** de Anno 1576. §. **Auß besondern ansehnlichen Vrsachen**/ *& consimil. locis.* Tandem etiam ex Comitum ordine, privilegio Cęsarum singulari, quatuor familiæ, **die vier Graffen des H. Römischen Reichs**/ nuncupari solent: Comites nempé Clivenses, Schwartzenburgenses, Cilix, & Sabaudiæ quoque, *Petr. de Andlo d. tr. de Imp Rom. lib. 1. c. 16. ubi Freher. Sebast. Münster. Cosmograph. lib. 3. c. 18. Crus. Annal. p. 2. lib. 5. c. 7.* Ex quibus Clivenses & Sabaudi, in Principum ordinem adsciti; Cilienses v. Anno 1456. defecerũt: ac ita soli Schwartzenburgenses in Thuringiâ, rerum gestarum gloriâ, ut & amplitudine possessionum nobilissimi (ex quorum etiam gente fuit Güntherus, contra Carolum IV. Imperator electus) supersunt. Comites autem Sacri Palatii, quos subindé creare solent Imperatores, abusivé ita dicuntur, & Comites tantúm honorarii reputantur: non obstantibus, quæ in contrarium disputat Petrus Calefatus, *tr. de Equestr. dign. n. 18.* nam & eos idem *num seq.* Equitibus postponit, *vid. Freher. origin. cap. 2. fol. 10. Sixtin. de Regal. 1. cap. 4. num. 103. &c. Matth. Sttephan. 2. de jurisd. part. 1. cap. 7 per tot.*

15. Sed nunc de BARONIBUS, pauca quædam dicenda sunt: quorum etiam originem ex priscâ Germanicâ deducere antiquitate, operæ pretium esse vi-

detur. Etyma vocis hujus, varia, & ridicula quoque adferuntur: nec itidem Adriano Striekio, Cimbricæ Linguæ restauratori, possum adstipulari qui *libr.* 19. *num.* 73 *Origin. Celticarum, ut & in Indice* 2. *miscello*, Baron, **Fanerhon** / Celtis vexilli supremum esse ait: cúm quippé *Baron* & *Baneret*, differre videantur. Sed rem paulò altiús repetere placet: Subditi, aut etiam Cives, ita in genere, **Leut**/ sive Leodes, aut etiam Leudes dicti fuerunt; quos & alii *Homines* vocant: ac indé vox Hominium, sive Homagium descendit. Dicuntur & Fideles, Gallicé *Leaulx* sive *Loyaulx*: quorum illud ex nomine **Leut**; hoc á *Loy* semi-Latino (quasi Legales) descendit. Et sic Gregorius Turonens. *histor. lib.* 9. *cap.* 20 Convenit, ut secundúm pactiones inter Domnum Guntichramum, & bonæ memoriæ Domnum Sigibertum initas, *Leudes* illi, qui Domno Guntichramo post transitum Domni Chlotarii, sacramenta primitús præbuerunt: ac si posteá convincuntur, se in parte aliâ tradidisse; de locis ubi commanere videntur, convenit ut debeant removeri. Ac *paulò póst*: Similiter convenit, ut nullus alterius *Leudes*, nec sollicitet, nec venientes excipiat. Itē Aimonius, *lib.* 2 *c.* 91 Leudi Theodoricum hortari cœperunt. Idem *lib.* 3. *c.* 80. Fuit autem Guntrannus in bonitate præcipuus; præbens *Leudis* suis benevolum, gentibus externis pacatum. Et *lib.* 4. *c.* 53. Fines Regni illius, *Leudibus* suis, probatissimis Vitis & illustribus, ac resistendum contra gentes rebelles, in fide disposuit. Hincque dubio procul feudum, *Leudum* sive **Lehen**/ hodié quoque Germani vocant; quod jam Cujacius *init Feudor.* adnotavit. Et indé forsan apud Feudistas dictum est *Ligium*, quasi Lidium; hoc est tale *feudum*, quod arctissimam importat subjectionem.

16. Inter hisce autem *Leodes* sive *Leüdes*: quidam homines servientes, arme **Leut**/ servilis sive potiús libertinæ conditionis dicebantur (namque in Legis Ripuariæ *cap.* 61. servum, tributario aut *Lito* opponi videmus) Nobiles veró specialiter **Mann**/ sive **Manne** / hoc est, Viri indigitabantur. Pariter ut apud Hebræos, discrimen erat inter Cives, ut alii *Ischim*, vel *Benei isch*, id est Viri, vel Filii viri; alii *Benei Adám*, hoc est, Filii hominis dicebantur: parili feré sensu, quo nos dicimus, Patricios simul & Plebeios. Hęcq; differentia, in Psalmo 49. v. 3. planissimé observatur; ubi ita loquitur Propheta: Auscultate omnes habitatores orbis; etiam filii hominis, etiam filii viri, pariter dives & pauper. Et qui filii viri, aliâs quoque *Begei horim*, á vestium colore aut splendore, indigitantur, & pro nobilibus sumuntur. Eodem ergó plané sensu, *Barn* vetus Teutonicum est, & virum, marem, heroëm signat. Inde veteres Glossæ: Baro, ἀνὴρ, id est, animosus, generosus. Et idem Latino-Gallica Glossa: Ber, Baro & vir. Quemadmodum etiam in Salicâ, Ripuariâ & Alemannicâ lege; fœminæ passim opponitur Barus. Quin & adhûc hodié, Baron Piccardis est maritus. Et eodem etiam Hispanicum *Varon* descendit; quod non simpliciter virum, sed egregium denotat: & omninó reliquum est á Gothicâ dialecto. Similiter jure Saxonico feudali, vasalli simpliciter **Manne** vocitantur: quasi prædita virilitate, animoq; strenuo & recto, *Heigius, part.* 1. *quæst.* 2. *num.* 82. Ex eo Baronagium, pro Homagio quandoq; usurpatur: *Selden in Iani Angl. facie alterâ lib.* 2. *fol.* 106. *& ego monui Politic. lib.* 1. *cap.* 11. *nnm.* 2. *v.* 1 Et hinc in lege Salicâ, Ripuariâ & Longobardorum, *Sagebarones*, (qui perperam aliquando Sacebarones, aut Salebarones nominantur) viri prudentes erant, & quasi senatores; *Lindenbrog. in gloss. verb. Sagibarto* quorum sententiæ eam auctoritatem obtinebant, ut Gravionibus ab eorum responso (veluti Prætoribus olim apud Romanos, á Jurecōsultorum) recedere non

Pasquier. 2. de Rerch-erch c. 13. *f.* 205 *Clau de Fauchet. de orig. des dign.* 2. *c.* 6. *f.* 61 *&c. Hier. Bign. in notat. ad For. Marculf lib.* 1. *c. ult. f.* 543. *Lindenbr. in gl. verb. Leudes. Goldast. rer. Alemānic. tom.* 1. *fol.* 216. *& seq.*

Drusius Ebraic. q. l. 1. *c.* 21. *& ad loca Gen. c.* 31. *Piscat. in Scholis ad Salomonis Prov. c.* 8. *fol.* 63. *Freher. in not. ad Pet. de Andlo, l.* 2. *c.* 12. *ad p.* 116 *Goldast. in not. ad Paraneticos veteres, f.* 414. *& seqq. Lindenbr. in gl. verb. Barus. Claude*

non liceret: quemadmodum in lege Salicâ, *tit.* 56 §. 4. constitutum invenimus. Verba ita sonant: Sagibarones in singulis mallobergiis (id est, plebs quæ ad unum mallum convenire solet) plús quám tres esse non debent; & si caussa aliqua ante illos secundúm legem fuerit definita, ante Grafionem eam removere non licet. Sagibaron, sicut & *Sagefemme*, voces sunt Celtico-Romanæ: *Sage*, etenim adhuc hodié Franco-Galli usurpant pro sapiente. Arabes, Saga; Etrusci ac Sabini, Sagni dicunt. Et Hebræis est *Segih* magnificus, amplus, quo sensu Jobi, *cap.* 36 *vers.* 24. usurpatur; & *Sogi* Aramæis in crebro usu est: sapientes namq; sunt populo magni ac reverendi. Ex eo item Latinis Saga dicitur, fatidica & superstitiosa anus. *Fauchet.* 2. *c.* 5. *de orig. des dign.*

17. In vetustissimis itidem Germanicis Rhytmis, *Bar* pro libero, franco, freyledig vnnd loß/ frequentissimé usurpatur: & indé etiam; quæ componuntur; puta Sorgenbar/ Falschesbar/ Leidesbar/ Sinnebar/ &c. Pariter quoque *Baren*, á calcis Germanis, pro gnatis sumi comperimus: undé Fürstenbaren. Hincque in quádam precatione, ad Christum nostrum Salvatorem invenitur: *Isac. Poncan. Orig. Francic. l.* 6 *f.* 698. *c. ult. Barno, Anglis & Danis adhuc hodie filium denotare ait: idq; ex* Bären/ *quod est generare derivat: Heb. abludit Barah creavit. Val. Schindler. in Lexic. pentagl. Drusius in Comment. prior. ad voces N. T. & idem comment. poster. c.* 5.

Ich bitte dich reiner Magde Baren.

Et dicuntur ita gnati, Baren, á Libertate; non aliter ac liberi Latinis. Hocque provenite videtur ex primigeniâ linguâ; Hebræi enim nonnunquám, & usitatissimé Chaldæi atque Syri, *Bar* pro filio utuntur. Indeque sunt nomina quædam propria, in Novo Testamento: Simon Bar Jona; Matthæi c. 16. vers. 17. pro quo habetur Johannis c. 1 v. 43. Simon filius Jona. Bartholomæus, filius Ptolomæi, Bartimæus, filius Timæi. Idemque judicium esto de Barrabas, Barnabas, Barjesus: Barsabas. Et hîc pertinet quod scribit Caspar Waserus, *in Comment. ad Mithridatem Gesneri fol.* 115. Orta *Baronis* vox videtur ab Hebræâ Bar; purum vel mundum: ut Baro sit, qui vel ortu purus ac mundus, hoc est, nullâ τῆς δυσγενείας seu ἐπιγενείας labe conspersus est. Vel purus ac mundus onerum militarium respectu; putá ab eis exemptus atque immunis. Alludit quoque ad Baronis nomen, alia Hebraica radix (*Schindler* in Lexic.) *Para* liber, seu vacuus fuit, aut transitivé liberavit. Ex eo Pharaones Ægyptii Reges, ita κατ' ἐξοχὴν nominabantur; quasi præ subditis liberi, & legum vinculis soluti. Idque aptissimum est nomen Monarcharum; ita ut Pharao, Josepho teste, Regem significârit veteri Ægyptiorum linguâ: alioqui singuli Pharaones Ægypti, nomina sua propria habuêre. Et nempé, qui tempore Abraham erat, dicebatur *Tutis*; is qui tempore Josephi, *Rean*; & is qui in rubro mari submersus, *Talma*: Jeremiæ item *cap.* 44. mentio fit Pharaonis *Hophra*, & ibid. *cap.* 46 Pharaonis *Necho* sive claudi. Et sic apud veteres Germanos, Baren, seu Barones (etiam Ber, & Boro invenitur) dici cœperunt liberi Domini (hodié Frenherren) quorum majores nullum nunquam servitium serviissent: aut, ut Lindenbrogius, *in Glossar. verb Baro* ait: Homines Regii, sive qui hominum Regi debent (quo forsan intuitu Isidorus, *lib.* 9. *Orig. cap.* 4. Barones eos vocat qui serviunt acceptâ mercede.) Et hi propriè Nobiles erant: undé etiam olim Franco-Galli, *grande Baronie*, pro multitudine nobilium sumebat: *Nicod, au grand Dictionaire, verbo Baro. Paschalius, libr.* 4. *Cornar. cap.* 4. *fol.* 644. & item *Bernage* pro noblesse, & franchise du coeur. *Fauchet.* 2. *des Origin, des dignit. cap.* 5. Sicque Barones, in latissimâ significatione, adpellabantur olim omnes, qui Vassi Dominici; & homines seu Vasalli Regni dicebantur: quo nomine Regni Capitanei, seu Magnates omnes nempé Comites, Duces, Marchiones, &c. comprehenduntur, *Iohan. Lydius in Glossis subnexis operib. Nicol.*

de Clemang. verb. Baro, Paurmeister 2. de jurisdict cap. 11. num. 27. & seq. Cluten Sylloge, thes. 26. lit. I. Firmat itidem hoc Suidigerus *in Chron. Franc.* Abbates, ait, in antiquis historiis non sunt Monachi, vel religiosi, sed Barones, magnatesq; seculares, quibus Abbatias, vel Monasteria Princeps dat ad tempus, vel quò ad vixerint. Patriter Cicardus Abbas, *de interpretat. verborum*; Baro; Dominus. Princeps.

18 Augustiùs verò, & propriè ac simpliciter dictum Baronis nomen; pro Capitaneis, Comitibus proximis usurpatur. Barones namque, dignitate, opibus item & potentiâ, reliquos Nobiles ac Milites antecellunt, *Heigius part 1 quæst. 2. num. 35.* Quam rem ita explicat Johann Stumpffius, **in der Schweitzer Chronick** *lib. 4. cap. 29 fol. m. 291.* **Bey den Francken vnnd Teutschen / würden mitler Zeit die jenige Nobiles, Freyen (jetzt Freyherren) genandt / welche mit ehrlichen vnnd langen Diensten / die Güter / so sie von den Fürsten zu zeitlichen Lehen empfangen / vmb jhrer getrewen Dienste willen / für eygen vnnd erblich empfangen / vnd auff solches der Pflichten täglicher Dienst / vnd Reisen / über andere Edle Dienstleut (die man allein Edelknecht nante) etwas entlassen vnnd gefreyet waren / &c.** Cui etiam Reiner. Reineccius consentit, *tract.* **von des Adels herkommen** / *fol. m. 145.* Non aliter ferè, apud Hirtium *de Bello Alexandr. cap. 53.* ex usu, ut suspicor Gallicano, Barones dicuntur milites principales, quibus militiæ onus remissum, vacatioque muneris præstita erat, **die gefreyte Rott**: *Goldast. in not. ad Paraneticos auctores, fol. 416. & seq.* Prætoriana cohors. Sicque non apud Germanos modò, sed & Gallos, Britannos, aliasque obtinuit gentes; ut Barones superiorem constituerent nobilitatis gradum. Et in Angliâ Baronibus jam olim sua territoria fuêre; in illisque Curiæ erant, ad Beneficiarios; statis temporibus convocandos, iisq; jus dicundum, *Selden. lib. 2. Iani Anglor. ad fin. fol. 132.*

19. Lubet heîc inquirere in originem & significationem *semper Liberorum.* **der Semperfreyen.** De hisque Goldastus, *rerum Alemannicar. tom. 1. fol. 218.* ita scribit: Qui ex servitute manumissi, libertatem consequebantur, Ingenui dicti fuerunt, & ab Alamannis **Semperfrey**: ex formulâ manumissionis; semper ingenuus, atque securus existat, ab omni servitutis jugo in perpetuum sit exutus. Hæc formula, Avorum memoriâ, sublato manumissionis ritu, iis aptari cœpit, qui Baronum ordini ab Imperatore primùm adscribebantur; ut juberentur esse, ac etiam dicerentur porrò **Semperfrey**. Quæ appellatio olim, ut diximus, nota erat generis libertini; apud Majores autem nostros, novorum Baronum. *Hactenus Goldastus.* At hæc aliquantum absona mihi videntur: cùm constet Barones vetustissimos, & quasi κατ' ἐξοχὴν, hoc nomine indigitari. Rectiùs sentire puto Johannem Selden, qui *Iani Anglor. libr. 2. fol. 122.* dicit: Priscis Germanis, semper liberos, medios liberos, & infimos liberos, Nobilium fuisse classes: ita ut **Semperfrey** habiti fuerint præcipui inter Barones. Consentit **der Schwabenspiegel** / cap. 47. **Hie soll man mercken dreyerley freye Leut / welche recht hie haben. Es heissent eins Semperfryen / das sind die freyen Herren / als Fürsten / vnd die andern Freyen zu Mass habent. Das ander seynd Mittel freyen / das seynd die / die der hohen freyen Mass seynd. Das dritt seynd geboren die frey seynd / die heissent frey Landsessen.** Eadem propè, Münsterus habet. *Cosmographiæ lib. 3 cap. 20.* Sic & Paurmeister *2. de jurisdict. cap. 11 numer. 40.* rectè scribit. Lympurgicos & Westerburgenses (quos Comites Leiningenses jam repræsentant,) ut & Thusanos ac Aldenwaldenses, Semper-

freyen

freyen fuisse adpellatos, quód á tempore antiquissimo in dignitate istâ ingenui constituti, reliquis ordinibus parilis dignitatis splendidiores videantur. Alia commiscitur Petr. de Andlo, *lib. 2. c. 12.* qui referre piget.

20. Hodié Barones, variis Germanicis nominibus adpellantur, quorum usus, etiam videre est, ex decretis Comitiorum (1.) Etenim simpliciter dicuntur Freyen (2.) Freyherren (3.) Semperfreyen. (4.) nudé Herren (5.) Barones (6.) Edle Herren (7.) Simpliciter Edle: ut, **Edle von Querfurt**; vel adjectâ demonstratione, **der Edle**, ut, **Evert von Werberg, der Edle.** (Addi potest **von den Edlen Herren**, Reineccius. tr. **Von des Adels herkommen**, fol. 142.) Quos tamen omnes; Nobilitate ac dignitate pares esse, Paurmeisterus censet; per rationes quas adducit: quód & facit Sixtinus. At verò titulus simplex **Herr**, etiam pro Principe aliquantò usurpatur: sicque Austriæ Archiduces inscribuntur; **Herren zu Friesland, auff der Windischen Marck, zu Portenaw**, &c. Duces Juliacenses, **Herren zu Ravenstein**, Megapolitani, **Herrn der Lande Rostock, vnd Stargart**, &c. Ac tandem ex moribus nostris, Comiti Baro æquiparatur, nullumque inter eos censeri esse discrimen; nisi quód Baro non est investitus de Comitatu: qui tamen omnibus in rebus suscipiendis, honoribusque administrandis, haut quaquam Comite inferior censetur: Quare & hunc Capitaneum quoq; Regni, vel Regis (modó tamen ab Imperatore suum obtineat Feudum) cognominari debere; vetustissimo procerum Germanorum usu receptum esse, notat Frid. Schenck Baro. *ad c. 1 tit. quis dicatur Dux, &c.* Undé Baronatus inter Feuda Regalia numeratur, *v. Petr. Calefat. tr. de Equestr. dign. n. 112. &c.* & æqué ac Comitatus Jure territorii regulariter præfulget, *Knich. de superiorit. c. 1. Ioh. Gœdd. in Resp. Iuris, de Restitutione Baroniæ Vallendar per discurs.* Sic Barones non minús quám Comites, Status Imperii adpellantur; atque in Imperii Matricula, ratione privilegii & Juris Austregarum, æquiparantur; ac Barones, uná cum Comitibus simul unâ, in Comitiis Jus suffragii habent: ut Dn. Cluten in *Syllog. th. 27. sub. lit. I.* multis probat. In dignitate item ac munere Judicis seu Præsidis Cameræ Imperialis, æquiparantur, caussæ Baronatum concernentes, æquéque aliæ superiorum Feudorum, Imperatoris cognitioni reservantur, &c. Discrimen quidem inter eos tale est, ut inferiorem á Comitibus ordinem tueantur. *Henzius q. 2. n. 53. part. 1.* Sed & inter Duces aliosq; Principes hæcce discrepantia est; quód alii Comites Palatini, alii Duces, Principes quidem, nonnulli Landgravii vel Marchiones, aliisque diversis adpellationibus designentur; ac alii alios antecedãt: & omnes tamen, quatenus Principes, ac Regalem obtinent dignitatem, æquiparantur. Ac sunt quoq; Barones non omnes immediatè, sed & magno numero mediatè Imperio subjecti: qui ordinationibus Principum ac Dominorum sub quibus degunt, quibusq; subjecti sunt, utuntur. Et etiam inter mediatos, discrimen aliquibus in locis est inter Baronem titulatum, & Baroniam possidentem, *Henel. in descr. Silesiæ, fol. m. 69.*

Sixtin. de Regalib. 1. cap. 4. num. 37. &c. Rutg Ruland. de comm. par. 2. l. 5. c. 4. n. 32. Paurmeister 2. c. n. 32. &c. Matth. Stephani de jurisd. l. 2. part. 1. c. 6. n. 122. &c. Cluten. de th. 26 lit. I. Wehner. de v. sign. ver. Freyherr. Fritz. apud Arumæum discurs. de Iur. pub. 16. concluss. 18. lit. I. Sixt. de c. 4. n. 37. &c. Dan. Otho disc. de jure publ. c. 11. q. 2. f. 334. Ioh Hensl. in Colleg. Pol. disp. 2. th. 27.

XI.

DE ORDINE EQUESTRI IN IMPERIO ROMANO, D. CHRISTOPHORI BESOLDI.

DE jure Nobilium Liberorum, (**von der freyen Adelichen Reichs Ritterschafft** / ut vulgò loqui solemus) disserere nonnulla, in eorumq; originem cúmprimis atque immunitates inquirere, animus fert. Sed veniam, á te, humanissime Lector, exposco; si in re ambiguâ, maxumeq; obscurâ, velá sensu aliorum alienâ, vel etiam attulero incerta: aut quoque, si quæ meum superant captum, reliquero indecisa.

DISCVRSVS I.

NObilitas, originem quam habeat in Germaniâ nostrâ (nec enim gentium aliarum instituta nunc indagare lubet) vix sine cognitione prisci Gallicani moris, cognosci posse puto. (Nam & de Gallis ac Germanis Strabo *lib.* 4. prodit: Naturæ & Vitæ institutis, gentes has invicem similes esse, atque cognatas; confinem habitantes regionem, Rheno divisam, ac pleraque inter se similia habere.) De Gallis autem Jul. Cæsar, *de Bello Gallico lib.* 6. ita scribit: Homines eos, qui aliquo in numero sunt atque honore, in duo genera diviserunt. *Plebs* apud illos penè servorum habetur loco, & nulli consilio adhibetur. Plerique cùm aut ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut injuriâ potentiorum premuntur, sese in servitutem Nobilibus dicant; in hos eadem omnia sunt jura, quę Dominis in servos. Sed de his duobus generibus, alterum est Druidum (indé *Trohtin* vel *Truthin*, priscis Francis idem quod Dominus fuit) alterum Equitum. Illi rebus Divinis intersunt, Sacrificia publica ac privata procurant, Religionesq; interpretantur. Alterum genus Equitum est: ii cùm exigit usus, atque aliquod bellum incidit, omnes in eo versantur; atque illorum, ut quisq; est genere, copiis amplissimus, ita plurimos circum se Ambactos, clientesq; habet; hanc unam gratiam potentiamq; noverunt. Sané adhûc in priscis Francicis libris: *Ambachtman*, pro ministro seu servo mercenario usurpatur: *Lindibrogii gl. verb. Ambascia. Iohan. Martin. Lydius, in Glossis Latino-Barbar. Nicol. de Clemang. operib. adjectis, verb. Ambachtus*, & hinc est *Ambascia* opera, & Belgis etiam nunc **Ampacht**: quod Itali & Franco-Galli, *L' ambassade, ambasciata*, strictè pro officio Legati sumunt; ut innuitur, *Polit. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 2.) Sed verò idē Cæsar, *lib.* 3. *Bell. Gallici*, Devotorum mentionem facit, eosq; Soldurios adpellari scribit (haut dubiè

vou

vom Sold / quasi Söldner / ex quo & hodie stipendiarii milites, á Franco-Gallis *Souldarts* indigitantur, *adde Lydii gloss. in verb. Solidatus.*) Eorumq; hanc esse conditionem dicit, ut omnibus in vitâ commodis, unâ cum his fruantur, quorum se amicitiæ dediderunt. Hiique iidem esse videntur, quos Tacitus, *in lib. de Germaniâ* Comites vocat, Principibusq; adjungit: & ex quibus perperam forsan nonnulli, Comitum seu Graphionum nostratium originem emendicant; *ut probare conatus sum, in dissert. de Comitib. Imperii Germanico-Romani.* Apud eosdem porró Gallos, non ex plebe nec ex ingenuis quidem; sed ex primâ Nobilitate fuisse eos, qui ad arcana sapientiæ, futuraq; sacerdotia admittebantur; ostendit quoq; Pompon. Mela, *libr. 3. c. 11.* Docent multa, inquit, nobilissimos gentis, clám, & diu, vicenis, annis, &c. *vid. Cluver. Germ antiq. lib. 1. cap. 24. fol. 204.* Utriusque hujus moris, vestigia apud nostrates sat conspicua, remansisse puto. Ac pariter ut in Gallis olim Equites soli, ita & ante aliquot secula, in Germaniâ nemo ferè nisi Nobiles, eorumq; ministri militabant: omnis exercitus Equitatu solo constabat; indeque Nobilium ordo, ferè nõ aliter adhûc, als die Ritterschafft / indigitatur. Itidem, quemadmodum sacris ordinibus addicti, apud Gallos quondam tantummodó Nobiles erant: sic & Episcopatus propè omnes, ac monasteria complura, non nisi Nobilibus & generosis destinata inveniuntur.

2. Sed ad ipsam Germaniam nostram propiús accedamus. Inibi quid suo tempore fuerit in usu, quám distinctissimé Tacitus tradit, cúm ait: Liberti non multúm supra servos sunt; raró aliquod momentum in domo, nunquam in civitate, exceptis duntaxat iis gentibus, quę regnantur; ibi enim & supra ingenuos, & supernobiles adscendunt. Tacito consentiens ferè est, inferioris quamvis ævi scriptor, Adamus Bremensis, de Saxonibus ita dicens: Quatuor differentiis gens illa constitit; Nobilium scilicet, & Liberorum, & Libertorum, atque servorum. At verò, id non modó de unâ Saxonum natione est intelligendum; sed de universâ Germanorum gente: cũcta etenim, quæ Tacitus universis tribuit Germanis; Adamus, & iisdem penè verbis, unis Saxonibus adscribit. Sed parilia ferè de Saxonibus, & Hucbaldus Abbas Elnonensis tradit, in vitâ B. Lebvini: Erat gens Saxonum, ait, sicut nunc usque consistit, ordine tripartito divisa; sunt enim ibi, qui illorum linguâ *Edlingi*, sunt qui *Frilingi*, sunt qui *Lassi* vocantur. Quod Latinâ linguâ, Nobiles, Ingenuos, atque serviles sonat. Eadem planeque gemina habet Nithardus, *Histor. Francor. lib. 4.* Equidem hi duo, malè treis tantúm ordines facere videri possent; cúm servorum ordinem omittant: sed nempè id fit, quia Liberti non multúm supra servos erant; ut Tacitus attestatur. Fuisse autem aliâs eorum statum á servis distinctum, præter Taciti Adamiique fidem, Leges quoq; priscæ Bajuvariorum attestãtur: in quibus legimus; Manumissa, quam Frilazin vocant. Et alia similia Lindenbrogius habet, *in gloss. verb. Frilazin.* Adamus quoq; Bremensis, superioribus hæc continuó subnectit: Et id Legibus firmatum est, ut nulla pars in copulandis conjugiis, propriæ sortis terminos transferat; sed nobilis nobilem ducat uxorem, & liber liberam, libertus conjugatur libertę, & servus ancillæ. Si verò quisquam horum sibi non congruentem, & genere præstantiorem duxerit uxorem; cum vitæ suæ damno componat.

Cluverius, Germaniæ antiq. lib. 1. c. 15. Isaac. Pontanus orig. Francicar. lib. 6. c. 15. Lindenbrog. in gloss. verb. Adalingus.

3. Cæterúm Nobiles, & uti nunc sermone patrio adpellamus, die Edelleut / oder die Edlen / & ipsa Nobilitas, der Adel / varié olim: pro dialectorum varietate adpel-

adpellabantur: Thi Adalinge, Athalinge, Æthelinge, Eddelinge, Edilinge, Edlinge, &c. Et falli censeo Paulum Diaconum, *rerum Longobard. lib. 1. c. 21.* ubi Longobardorum octo Regibus enumeratis, hæc addit: Hi omnes Adalingi fuerunt. Sic enim apud eos, nobilis quędam prosapia vocabatur. Quippe non quædam tantùm apud Longobardos, sed quævis familia nobilitate prefulgens, & etiã apud omnes Germaniæ gentes, eo nomine indigitabatur. Et inde, Adelscalck; servi Principis, vulgatissimè Nobiles omnes dicebantur: **Edelknecht** *Lindenbrogius verb. Adelscalk.* Ac porró, si cui minùs rectè, plausibiliter certé Reiner. Reineccius, *in tractatu* **von des Adels anfänglichem herkommen**/*fol. mihi 144 & seqq.* Nobiles Germanos separat **in Freyen vnnd Edelknecht**: ac utrosque sequentibus verbis describit: **Freyen hat man die genandt/ welche die Güter so entweder jhnen selber / oder jhren Eltern / zu zeitlichen Lehen von den Obern Herren auffgetragen waren / nun eygen/ frey vnd erblich enbekommen vnd also der Verpflichtung täglicher Dienste/ über ander Edle Dienstleut/ etwas entlassen/ vnd gefreyet waren. Edelknecht seind die andern/ nidrigen vom Adel gewesen: Vnd haben dahero diesen Namen bekom̃en/ daß sie den Herren in Kriegen/ vnnd andern Händlen/ mit Dienst verpflicht gewesen** Denominatio verò **Junckherren** / primùm Ducum, Principum, Comitumque filiis, natu minoribus tribuebatur. Sicq; ex Epitaphio quodam vetusto, Reineccius *dict. loco refert*: **Der Edle / Wolgeborne Junckherr / Junckherr Bernhard / Edler Herr zu der Lippe/** &c. Idque nomen (quemadmodum virtute degenerante, titulorum plerumq; arrogantia crescit) Nobiles dèmùm sibi adtribuerunt: & tamen ab eodem, nonnullis jam in locis incipiunt abhorrere. Dicti autem fuêre *Frilingi*, seu liberi; qui Nobilibus non fuêre subjecti; sed jure suo, ut nunc Oppidani, vivebant. Ac constat, vicos Germanis priscis, **Burg** fuisse dictos; *Marc. Lydius in gl. verb. Burgus add. Paul. Orosium lib. 7. cap. 32.* unde & hodie adhuc, Franco-Gallicè *Bourgades* indigitantur: & ex eo eosdem Frilingos, Burgariorum (**Burger**) adpellationem accepisse; nemini dubium esse potest. Et ita quod ex Cæsare, *supra n. 1.* de Gallis relatum fuit; Plebem servorum haberi loco: id non omninò pertinet ad Germaniam nostram; inibi namque Frilingi, semper honore longè meliori fuerũt adfecti. Quod vel unico Taciti testimonio probari potest; qui *in libell. de Germ.* Principibus (Jura per pagos, vicosque reddentibus) non solùm Comites ex plebe adjungit; sed & iisdem consilium simul tribuit & auctoritatem: ac id etiam ratio Democratiæ, quam Germani olim amabant, requirebat, & vicissim Oligarchia, cui tum Galli erant addicti, respuebat.

Addantur quæ ego trado, in diss. de Comitib. & Baronib. nu. 18.

Junckherr

Iohann. **Stumpff/** *lib. 4. hist. Helvet c. 19 f. 290. b.*

4. At verò quòd Heigius *lib. 1. quæst. 2. n. 61. & seq.* tradit: Nobiles nunc adpellari, quorum majores ingenuam, illibatamq; servarunt nativitatem, & servitutem non servierunt: id non ita accipere possum, ac si Liberi, sive Frilingi omnes, Nobiles fuerint indigitati. Plurimos namque olim officium nobilitavit; & nempè ex Ministerialibus Ducum, Comitum, aliorumque Magnatum, Nobiles facti fuerunt, numero perquàm multi: qui gentilitiam posteà Nobilitatem ad posteros propagaverunt. Hincque nomina multorum officiorum, adhùc usurpant familiæ nonnullæ: ut putà **Truckſäß/ Schenck / Mayer / Marschalck / Keller/** &c. Infinita itidem est eorum multitudo, imò omnes propè Nobiles nostrates, à Castellis denominationem

De Nobilitate Germanicâ, vid. Ioh. Stumpfium lib. 4. c. 19. Sebast. Münster. lib. 3. Cosmographiæ, c. 21. & 28.

Christoph Lehmann *lib. 2. c. 19.* **Bernh. Hertzog/ in der Elsassischen Chronick** / *libr. 6. c. 1. de Nobilitate Batavicâ, consule Hadrianum Iunium in Batavia, cap. 19.*

nominantur: ita ut credi possit, majores eorum antiquissimo tempore, vel Romanorum vel Francorum milites præsidiarios extitisse; qui in Castris Burgisq; suis, vel loco vel arte munitis habitarunt, & provincias bello acquisitas, aut gubernârunt, aut contra hostes & veteres colonos defenderunt, *argum. l. 2. §. 4. C. de offic. Præfecti Prætor. Africæ.* Et pertinet tandem hûc, quód in Capitulari Caroli M. *lib. 3. c. 73.* mẽtio fit Vassorum Dominicorum, in Palatio servientium. Quodq; in Capitulis Synodi Dingulovensis in Bavariâ, sancitur: Nobilis tamdiu Equestris ordinis censeatur, quamdiu beneficia & prædia, principis Regniq; possidet; quamdiu Principi suo fidem servârit, & utilis Reipublicæ fuerit, &c. Christoph Lehmann *lib. 2. c. 14.*

5. Nobiles, si hodiernum Imperii Romano-Germanici statum respiciamus; quidam Imperio directé parent, alii Principibus & ordinibus consimilib. subjiciuntur. Et inter hosce secundùm varias consuetudines regionum, differentiæ quoq; variæ existunt. Sicque in Electoratu, & item in Saxoniæ Ducatu, alii obediunt Principi immediaté; quos **Lantzley**: sive **Schrifftsassen** vocant: quibus utpotè imperitat vel ipse Princeps, vel Consiliarii ejusdem loco. Alii mediaté subjecti existunt, & **Amptsässen** indigitantur: quia Toparchis, Præfectis seu Quæstoribus, quos illi **Schösser** adpellant, subjiciuntur; & coram iis conveniri queunt. Liberiè contra Nobiles ii censentur, qui nulli Statui; sed immediaté Imperio sunt subjecti. *Dn. Cluten in Syllog. th. 26. sub lit. K.* *Casp. Ziegler in addit. ad practicas conclus. Calvoli. §.* **Die freye vom Adel / die freye Ritterschafft: Welche ohne Mittel der Keyserlichen Majestät / vnd dem Reich vnterworffen** / *Recessus Imperii August. de Anno 1555.* § **Vnd in solchem Frieden** / *ord. Cameral part. 2. tit. 5. ibi:* **Edelmann / oder andern des Adels / der oder die dem Reich ohne Mittel vnterworffen** / 2c. Et hi quamvis à Principibus, aliisq; Statibus Imperii habeant Feuda; coram iis tamen, non comparere solent, nisi causarum feudalium ratione: in cæteris, Judices alios singulares habent; putá vel Imperialia Dicasteria, vel Austregarum. Illi (qui communiter nomine, **Landsassen** adpellantur) indifferenter, omnibus in causis, etiam non feudalibus, coram Domino (**von jhrem Landfürsten**) comparere tenentur. Liberi porrò Nobiles, à loco, ubi degunt, in tres Classes distribuuntur; Franconicam, Suevicam & Rhenanam. *Recessus Imperii Aug. de Anno 1500.* **Was man mit den Ritterschafften zu Francken / Schwaben / vnd Rheinlanden handlen solle.** *Recessus item Imperii Spirensis, de Anno 1542.* § **Demnach haben wir auff der Churfürsten / Fürsten / vnd Stände** / 2c. Equites v. Franconiæ, rursus in sex loca communiter dividuntur: 1. **Odenwald** 2. **Steiger Wald.** 3. **Gebürg.** 4. **Altemühl.** 5. **Die Buchen oder Baunach.** 6 **Die Röhn vnd Währa.** Suevi, in quinque quaterniones separantur; **in fünff** Quartier **oder Viertel** 1. **Hegöw / Bodensee / vnd Algöw.** 2. **An der Donauw.** 3. **Am Kocher.** 4. **Am Schwartzwaldt / oder Necker.** 5. **Im Kriechgöw.** Sed nec omnes iis in locis, nobili licet genere prognati, Liberi Nobiles (per omnia) **freye Reichs vom Adel** / sed ii tantummodó tales reputantur; nullum qui Statum pro Domino & Magistratu agnoscunt, nobiliaq; & libera sua prædia habeat, eóque nomine Imperatori, Imperioque soli parent: *Ioh. Bidenbach, in Nobilib. quæstionib. q. 1. n. 7.* nec alibi, quám **in Gemeine der Ritterschafft Kasten** / aliquid contribuere solent. *Symphorema Supplicat. part. 1. tit. 4 fol. 299.* Et ita Nobilium privilegia: atque immunitates, duplices existere: & nempé Reales, atq; Personales esse, dicere forsan licet. Reales; castris, pagis & ita rei adnexæ, Territorium liberum (**das frey Adelich Gut**) sequuntur, ejusque possessores (ni fallor)

quoscunque. Personalia cum Realibus si non concurrant; haut ita conspicua esse videntur. Ac sané Nobiles, si sint incolæ Civitatum, oppidorum, vel alia non immunia possideant bona, ut plurimùm Jurisdictionem atq; onera, quibus non singulari pacto exempti sunt, coguntur pati, *arg. traditor. á. Dn. Bidenbach. q.* 18. *& seq.* Et pariter, nova ipsis Feuda, rarò sine onere subjectionis, vel Regalium & meri Imperii reservatione conceduntur. Nec item jus incolatus, nisi sub conditionib. certis, multipliciq; libertatis restrictione subnexâ, iis concedi solet: Imò multis in locis, subditi; & oppida provincialia, hoc se jus habere jactant; ut nec Domini, ipsis invitis, Nobilibus incolatum concedere possint. Sic cùm olim in Civitatibus Imperii Nobiles habitare nollent, nec etiam semper in Aulis pateret ipsis locus; effectum hinc esse conjecturâ ducor, ut in Castris, pagisq;, numerosa sæpé soboles, magnaq; multitudo Nobilium inveniretur: hocq; forsan originem & occasionem dedit **der Ganerben-Häusser**. Et tandem, Nobiles liberos immediatosq;, in Franconiâ tantummodó, Sueviâ & tractu Rhenano, inveniri posse videntur. Et nescio nũ nos fallat Bernhardus **Hertzog** *qui lib. 6. c. 2. & 3.* **der Elsässischen Chronick**/in Alsatiâ quoq; Nobiles immediatè Imperium recognoscentes, inveniri prodit.

Ergo Nobilium immediata subjectio

6. Historica hîc, sed nõ inelegans dubitatio insurgit; Unde & quâ occasione, Suevica atque Franconica, unâ cum Rhenanâ Wederavicâq; Nobilitate, hanc suam obtineant Libertatem: seu, cur iis tantummodó in locis, ordo Equestris immediatè subsit Imperatori; alibi verò Principes & Dominos territorium ita agnoscat, ut loco subditorũ, planè pleneq; habeatur? Sanè iis adstipulari non possum qui censent; omnes olim Nobiles, omnium in Germaniâ locorum, Imperatorẽ immediatè, non Principes, aliosq; Magnates, pro Domino, superioreq; recognovisse. Ac quoq, memoriâ nostrorum patrum, turbulenti quidam novatores, quorum caput Guilhelmus Grumbrachius erat, id moliebantur; ut Equestris ordo universus, excusso Principũ Imperio, in libertatẽ vindicaretur, soliq; subjiceretur Imperatori: ut testatur Aug. Thuanus, *hist. sui temp. lib.* 39. Sed ut hoc caruit successu; ita etiã (meo quidẽ judicio) factum fuisset novissimo exemplo. Quippè nam omnes olim Nobiles, Principib. suis paruisse, verosimile mihi est. Fuerũt etenim, ut jam deduxi suprà, *n.* 4. nil olim nisi homines ex ingenuis præcipui, Episcoporum, Ducum, &c. Ministeriales; & ita inferiores vasalli. Et etiam quondam á Rege; Duces, Marchiones, Comites, Capitanei, majoresvé Valvasores: á Capitaneis verò similibusvé, á Principe investitis, Valvasores minores, ab his minimi, seu Valvasini investiebantur. Quod passim jus Feudale prodit: *& præsertim titul. quis dicatur Dux, &c. lib.* 2. *Feud. ubi Gothofred.* Certé Duces, Marchiones, Comites, &c. non solùm servis, libertinæque conditionis hominibus ac Burgariis; sed quoq; Nobilibus, suisque Vasallis jugiter imperitárunt. Et sic quoque Sueviæ Ducibus, dum isti fuerunt, dum Suevicus Ducatus, unius corporis nomen mereretur; Nobiles pariter (Ducibus illis) fuisse subjectos, planè habeo persuasum. At verò incluto illo Ducatu, Penthei instar, in plurima discerpto membra; Ducatus ipse, unâ cum ordine Equestri, Imperio accessit, nec ulli alteri postea, ex integro datus fuit (quamvis ejusdem titulum, ad filium suum transtulerit Rodulphus Habspurgensis) ex eoque Suevica Nobilitas, libertatem, & immediatam illam subjectionem acquisivisse videtur.

7. Sueviæ quidem Ducatum, ab Henrico IV. Friderico Hohenstauffensi concessum; rursus á Friderico II. Imperatore, imperio unitum fuisse, sunt qui dicant.

dicant: ideoque Cunradino, Ultimo Sueviæ Cynastæ, circa Anno 1262. cum titulum Sueviæ Ducis usurpasset, contradictum fuisse ajunt *videatur Dn. Crusius Annal. Suevic part 3. lib. 1. cap. 2. fol. 7.* Quo fortassis alludit Richardus Anglus, Rex Romanorum, in diplomate, quo Tigurinos contra Cunradinum defendit, cum (referente eodem Crusio, *part. 3. lib. 3. c. 15. fol. 103.*) ita rescribit: Fideli relatione pervenit ad Serenitatis nostræ auditum; Quod Cunradinus, olim Cunradi Regis filius, *qui se Ducem Suevia nominat:* eâ non contentus injuriâ, *quod in vanum sibi gloriam alienam usurpat*; insuper etiam in Cives nostros Thuricenses, in nostro & Imperii nostri gremio speciali collocatos; nec ad Ducatum eundem, sed ad Imperium (prout stabilivit antiquitas, & modernitas adprobavit) immediatè spectantes; tanquam sobessent memorato Ducatui, proscriptionis de facto, cum nullo penitus jure posset, sententiam promulgavit, &c. Ast hoc aliis vix verosimile videtur; Fridericum II. Principem prudentem, patrimonium suum, cum liberis non careret, Imperio reddidisse. Cum præsertim constet, filios ac nepotes ejusdem, illo titulo fuisse usos. Insuper Sueviæ Nobiles Ducibus olim illis paruisse; argumento etiam mihi sunt Judicia provincialia, **die Landgericht in Schwaben**; Sueviæ quondam Ducum, post ad Imperium translata, ab eoq; Austriacis oppignorata: quæ antiquam illam subjectionem ex parte redolere videntur. Quin & Civitates nonnullæ, liberæ nunc, Sueviæ olim Ducibus parebant; & ita Augustani, libertatem suam á Cunradino habent, *Crusius part. 3 lib. 2. cap. 27. fol 111.* Sic ergo Equestris Suevicus ordo, Anno 1269. ad Imperium pervenit: quo unâ cum Cunradino, Illustrissimum Sueviæ Ducum genus; & potentissimus item Ducatus, sinistro simul unâ corruerunt fato.

8. Franconicæ Nobilitatis libertatem, parili plané adscribo occasioni. Franconia namque olim habuit Duces, quorum similiter jus Imperio aderevit. Licet quippe Bruschius, *in tr. de Episcopatibus* scribat: jam Anno 749. á Pipino & Carolo Magno, Episcopatui Würtzeburgensi, sive Herbipolitano (**Wurtz** enim herba est) Orientalis Franconiæ Ducatum fuisse adnexum; & hinc quoties Episcopus Herbipolensis ad aram sacra facit, semper gladium nudum juxta sepositum habere: quo Ostro-Franciæ Ducatus, ad plenum jus vitæ necisq; innuatur. Inde etiam Episcopi Sigillo seculari incisum esse:

Videatur Andr. Knichen. tr. de superiorit. c. 4. n. 243. & seqq.

Herbipolis sola judicat orbe & globâ.

Attamen post Carolum Magnum, Franconiæ seculares fuisse Duces, nemo, nisi qui historias nescire potest. Nec unquam plenarium Franconici Ducatus jus; sed (ut ad Austriacos Sueviæ) nomen & inscriptionem tantummodó Ducis pervenisse, probabile omninó est. Quin & Brandeburgici Marchiones, Episcopos Würtzeburgicos, Duces Franconiæ non salutant: & ut hoc jus interpellaretur, Godefridus quoque ex Pincernarum de Limburg generosissimâ familiâ, in publicis litteris sese Francorum Ducem scripsit Monetisq; exprimi curavit. Memoriæ etiam proditum invenimus, Franconiæ Ducatum, Episcopo Herbipolitano, ab Henrico IV. Imperat. ademptum, & Cunrado Hohenstauffensi, sororis suæ filio fuisse commissum, *Crusius part. 2. lib. 9 c. 6. fol. 322. & cap. 10. fol. 334.* Sicq; Cunradus Barbarossæ frater; Ducem Sueviæ, Franconiæ, & Palatinum Rheni, semet nominavit. Sic & de Barbarossæ filio Güntherus, *lib. 1. Ligurini.*

——— *Francona rura,*
Herbipolinq; regis. ———

Licet quidam dicant, ipsos Sueviæ Duces, Franconiam Episcopo restituisse. *Crusius part. 2. lib. 9. c. 14. fol. 352. & lib. 11. c. 6. fol. 454.* Tractus tandem Rhenanus, præter Sueviæ Duces; nullos alios certos Dominos, qui conclusum (quod vocant) habuerint territorium, agnovisse videtur. Et ibi Serenissimi Palatini Electoris dominatus, ex variis contractibus, hereditatibusq; sucrevit: quod Freherus in Originibus, non uno loco, docet. Vicissim in utraq; Bavariâ, Saxoniâ, aliisq; in locis, ubi ex familiis priscis successores supersunt; ibi semper & adhûc usq; tempus, Nobiles mediaté Imperio subjecti fuerunt.

9. At verò, maximé ut controversum est; an Liberæ in Germaniâ Civitates, suam in Civitatem & districtum, Territorii atque Superioritatis ἀξιώματα, seu Imperium Regale, asserere sibi possint? ita de Nobilibus Liberis (**vonder freyen Reichs Ritterschafft**) eâdem eâ num potestate fruantur? dubitatio est multó major. Hanc quidem ego litem nolo facere meam; ac etiam si vellem, nunc id nõ possem, destitutus eâ instructione, factiúque informatione, quam (ut puto) solùm Archiva; non autem historiæ, aut Interpretes Juris suggerere possunt. Sed tamen, exercitii causâ, eâ de re, utramque in partem quid dici queat, dispicere lubet. Et nempé ii, qui ni-miam hanc Nobilium libertatem in dubium vocant, ita argumentantur. Dignitatem, quã ex Nobilitate habent, non ut in Principibus, Comitibus, Baronibus, &c. Regalem esse, ajunt: unde eosdem haut Imperii Statibus adnumerari censent. Et nominatim quoque Dn. Joh. Gœddæus, *in Responso de Baroniâ Vallendar. num. 370.* ita scribit: Nobiles Rhenani, tantùm ex eo hâc libertate gaudere gestiunt; quód certa quædam sunt castra Imperii libera, quibus assignati, quorumq; Municipes sun facti, seu **Ganerben & Burgmanne**. Quæ castra cum territoriali Jure, Imperatores & Reges Romani, exemerunt; tum & Regali quâdam dignitate muniverunt. Atq; ita singulorum Nobilium castra, non gaudent propriè territoriali jure; nisi fortè ex consequenti. Undé etiam titulata non sunt, & eorum tantùm **Vogtsherrn** dicebantur: ut & ex opinione nonnullorum, Imperium merum (**den Blutban**) non habent, nisi ex feudali Imperatoris concessione, &c. Non iis competere putatur jus, suos subditos collectandi; non habent vini accisas, **das Vmbgelt**: nisi singulari id impetrent decreto. Sicque Anno 1559. Nobiles de **Graneck**/id vectigalis, ut in pago **Lackendorff** ipsis exigere liceret, Cæsaream sollicitaverunt Majestatem. Sed id eis primó denegatum; & per Commissarios, animus incolarum hâc de re qui siet exploratus, quo demùm cognito, petitis potiti fuerunt. Ex quibus & similibus aliis, multi concludere audent: summam illam jurisdictionem, quam superioritatem vulgó vocant, quamque Statibus aliis, & præsertim Principibus competere certum est; Nobilibus, etiam immediatis denegatam, eamq; adhûc penes Imperatorem residere. Alii item Principibus vicinis, multa Regalia Jura, in Pagos & Castra Nobilium adscribere non verentur.

Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4. n. 92. & seqq. Rutg. Ruland. de comm. p. 2. lib. 5. c. 4. num. 48. & seqq. Cluẽ. Syllog. th. 26. lit. K.

10. At vicissim, eó inclinant nonnulli; ut illos regulariter, non minorem quàm cæteros Imperii Status, Jurisdictionis potestatisque, in liberis suis castris, pagis, aliisq; similibus bonis, eminentiam habere putent: ita ut non solùm liberi existant ab onere territorialis Jurisdictionis Principum, Statuumq; aliorum, quorum in ditionibus castra, pagosq; suos habent; sed & ipsi Imperatori, inibi non plùs competat juris, quám in territoriis ordinum reliquorum. Sicq; nominatim Johannes Bidenbachius, in Nobilib. quæstionibus, *q. 1. nu. 11. &c.* Nobilibus, ut vocant, imme-

immediatis, Jurisdictionem itidem territorialem assignant; qualitate & specie cum eâ parem, quam habent cæteri Status: adeó ut summum Imperium in Principe, sit Landsfürstlich: in Comite Gräfflich: in Civitate Stättisch: in Nobilibus veró immediatis, Adeliche Obrigkeit. Sic & Gailius 2 *observat.62.num.*3. notat: oppida & castra Nobilium in Schwaben / Francken vnnd am Rhein / eodem privilegio fruisci; quo liberę in Imperio Civitates. Et robur capit opinio hæcce, auß der freyen Reichs Ritterschafft vnnd Adels / dero fünff Theil im Landt zu Schwaben / von Keyser Ferdinandt / *in Anno* 1561. *confirmirter* Ordnung. Ubi sequentia habentur verba: Daß die Freyen Reichs Ritterliche Adels Personen / allein vnnd ohn alles Mittel jhr Majest. vnterworffen / vnnd versprüchig: Auch sonst aller hoher vnd niderer Reichsständt vñ Kreysen obligen / Bürden / Lasts / Beschwerden / Aufflag / Gebiet / Satzung / Ordnung / Abschiedt / Jurisdiction vnd Dienstbarkeit / keine außgenommen / gäntzlich exempt vnd befreyt. Denselben nichts anders / dann so viel jhrer etlich / von sondern bekandter Lehenstuck / frey willig angenommer Diensten / vnnd eins theils conditionirter Gerichtsbarkeit wegen verpflicht / vnnd welche ein solch offenbahre gewisse vnd wol verurkundte Maß haben / daß die / berierten Adelichen / exceptionen, Freyheiten / Herrligkeiten vnd Rechten nichts entziehen mögen / ꝛc. Et item pauló póst affirmatur: Omnia hæc, Imperatorum Regumque Romanórum privilegiis, sæpiús confirmata roborataque esse. Et subjungitur item. Wiewol auch von altem herkommen / vnd mit dero halb auffgerichten beyhanden habenden Keyserlichen / Fürstlichen / vnd sonst vieler Reichsständt glaubwürdigen besigelten Brieffen erweißlich; Wann sich die / an den die Schwäbische Ritterschafft benachbart / zu erheischender Zeit vmb Handhabung willen des gemeynen Landfriedens zusammen zuthun / Verständnuß / Gesellschafft oder Bündnuß zumachen für noht vnnd gut angesehen / oder des von der Keyserl. Majest. Befelch gehabt: daß sie mehrgedachte Ritterschafft / ehe ichs fürgenommen vnnd beschlossen / gemeiniglich oder sonderlich zu jhnen vnverbündlich / gnediglich / günstlich / freundlich vnd nachbarlich beschrieben / mit jhnen gleichmässiglich tractirt: Also daß sie allein gratuitó vnnd gutwillig / mit einer gleichen Maß ir solche Verständnuß vnnd Association kommen / ꝛc. Idem feré sensus, ex privilegiis variis, ordini equestri libero Rhenano, à Cæsaribus datis, & á Simone Günthero; sub titulo, Freyheiten des heiligen Römischen Reichs eximirter Adelichen Ritterschafft am Rheinstrom / uno fasciculo connexis, præloque Anno 1609. vulgatis, erui potest: ubi quamplurimis in locis libertas nobilium confirmatur, iique von der Lands Obrigkeit eximuntur. Et in specie, in privilegio Rudolphi II. de dato den 9. Julii Anno 1605. districtus der befreyten Reichs Ritterschafft am Rheinstrom / vnd in der Wetteraw / sollicité determinatur. Parilia de Franconicâ Nobilitate, operosé deducit probatque Paulus Matthias Wehnerus *in pract. observat. verb.* Craiß / Craißtag / ubi ait: Daß die löbliche Ritterschafft der sechs Orten in Francken / ein gemeines vnzertrennet corpus vnnd Respublica seye: Die dißhalben jhre sondere Freyheiten / Statuta, Bräuch vnd herkommen haben / deren Weyland Voreltern seeligen / mit jhren löblichen Ritterdiensten / dem heiligen Römischen Reich manigfaltig vnd nutzlich gedient / vnd fürs Vatterland gestritten / erobert vnnd erlanget / vnnd dahero noch auff den heutigen Tag / die freyen Francken genennet werden. Et addit: Dahero / wann die Römische Keyser-

serliche Majestät / an die gemeine Ritterschafften der sechs Orth in Francken / allergnedigst ein Ritterdienst begehret / haben sie solchen aller vnterthänigst nicht gewaigert : Doch daß hingegen jhre Keyserliche Majestät / sie bey jhren alten Freyheiten / Lehens gebräuchen vnnd rittermässigem über Menschen Gedencken herkommen / allergnedigst handhaben vnd schützen wölle. Ac insuper ibidem subjungit: Vber diß hat löblich gedachte Ritterschafft in Francken / in Anno 1590. einen sonderbaren Ritter-Raht verordnet / vnnd ein newe Ritter-Ordnung / des gantzen Fränckischen Kräiß verfassen / auch durch Römische Keyserliche Majestät Rudolphum II confirmiren vnnd bestättigen lassen : Nach welcher Ordnung vnd Satzung / nicht allein der Ritterraht sich zu verhalten / sondern auch alle derühreter Ritterschafft zugewante vnterschriebene Glieder / jhr Leben / Thun / Wandel vnnd Wesen / darnach anzustellen / jhnen Raht- vnd hilffliche Hand darbieten zulassen bewilligt / vnd danckbarlich angenommen. In eademque illa ordinatione innuitur passim, Ordinem illum Equestrem nullum habere superiorem, unicâ exceptâ Cæsareâ Majestate ; nec Magnatibus & Statibus vicinis (nisi forte feudali subjectione) ullo modo esse subjectos. Et conferunt hûc, quæ Nobiliss. Goldastus, in der Politischen Reichshandlungen / *titul.* 5. *fol.* 989. *& seqq. multa* habet.

II. Cùm ergó Nobilium ille liber ordo, non minùs quám alii Status, Imperio subsint immediaté ; Constitutionibusque de immediaté Imperio subjectis, loquentibus comprehendantur: nil certé impedire posse videtur, quó minùs quoque parilia cum illis privilegia, Imperiique habeant jura. Et sic illis competit Jus Austregarum, hacque in parte Civitates Imperiales, tanquam eo regulariter destituti, superare conspiciuntur. Beneficio etiam Pacis Religiosæ (tam scilicet quó ad professionem, quám quó ad exercitium instituendum) plenariè gaudent. *Pet. Lapoldi apud Aruma. discurs.* 24. *concl. ult. fol.* 704. *& Bernh. Bertram. ibid. discurs* 9. *fol.* 58. *Bidembach. quæst. nobil.* 4. *Syringus, diss de Pace Relig. th.* 7. Nec minùs quám Imperii alii Status, Imperio contribuunt immediaté ; imó Nobiles haut in partem onerum vocantur, ut cæteri Status, denen jhr gewisser Anschlag aufferlegt: sed requiruntur á Cæsareâ Majestate vmb eine mitleidentliche hülffe / ohn einigen gewissen Anschlag. Id quod passim recessus Imperii inculcant, *vid. omninó* Reichs Abschied *de Anno* 1500. §. Wir oder der so an vnser Statt / &c. Tantaque eorum ab Imperatore ratio habetur, ut Anno 1592. Cameræ Imperiali mandarit, ut eos in suâ libertate ejusq; possessione vel quasi, adversus potentiores manutenerent ; nec facilè attenderet exceptiones subjectionis iis objectas, nec sub prætextu superioritatis, vnderm Schein der Landsfürstlichen Obrigkeit ; Item des Forsts vnd anderer Gerechtigkeit / contra libertatem eorum pronunciaret: ut refertur in Decision. seu præjudic. Cameræ Imp. in verb. Nobilitas, vers. der Fränckischen. Et licet porró multi ex immediatis nobilibus sint; qui contenti libertatis prærogativâ communi, Regalibus destituantur : verùm tamen non pauci quoque inveniuntur, qui unum vel plura etiam Regalia ex peculiari concessione vel præscriptione acquisiverunt. Atq; hoc ut in nõnullis regalibus aliis; sic maximé in mixto meroq; Imperio (quod plura quám unum ex usu hodierno comprehenduntur) & jure item venandi (quod etiam de Regalibus hodié reputatur) ita se habet. Hocque eó minùs est mirum, cùm reperiantur inter Nobiles hosce, qui amplissima bona, amplissimumq; territorium

tentur

venent & in eo nonnullis etiam Comitibus atque Baronibus æquiparari facilé possint. Eosdem item habere facultatem Leges atque Statuta condendi (**Vogtsbücher** vocant) tralatitium est. Quemadmodum etiam inter se faciunt Statuta de succedendo, *post alios Ruland. de comm. part. 2. lib. 5. c. 4. n. 49.*

12. Proinde ex sententiâ Præclarissimi Sixtini, ad ejusmodi aliosque Nobiles immediatè Imperio subjectos, & legitimo modo acquisita regalia habentes, non est extendendum; quod mãdato sine clausulâ in Camerâ Imperiali Anno 1580. 10 Januarii (referente Compilatore Decisionum seu Præjudiciorum Cameral. *verb. Nobilitas.*) Decreto cuidam, in causâ **Cassel** contra **Trailßheim/die Abschaffung der Juden zu Rottelsee belangendt**/adjectum hisce fuit verbis: **Dieweil dann jhr kein Standt des Reichs seyet/noch als** Privati **einige** Privilegia **oder** Regalia **habt/noch erlangen köndt.** Nam ea verba, præterquam quód ex ea narratis supplicationis sunt desumpta; non etiam, quatenus Camera iis utitur, ita accipi debent, quasi ipso Imperatore volente & concedente, vel per legitimam præscriptionem, regalia aliqua á Nobilibus haberi & acquiri non queant. Idque inde liquet; quód generaliter Juri consentaneum sit, ejusmodi modis regalia acquiri posse. Atque in specie quantum ipsum jus habendi Judeos attinet (quod de regalibus est, & cujus in prædictis verbis mandati sine clausulâ mentio fit) reperiuntur Nobiles immediatè Imperio subjecti, qui illud ex privilegio Cæsareo, vel lapsu temporis immemorialis habent. Illud tandem facilé largiuntur omnes, privilegio & prærogativâ singulari præ aliis gaudere nobiles hosce immediatos; unde etiam κατ' ἐξοχὴν, Nobiles Liberi, **freye vom Adel/die freye Ritterschafft**/ indigitantur. Majori certé libertate fruuntur Nobiles immediati, quám Austriaci Comites & Barones; ut Nicol. Bertius notat. *tract. de pactis famil. cap. 2. fol. 37.* Unde Landsassios non annumerat egregiis personis, adnumerat Nobiles immediatos, Ubbo Ummius post Rulandum, *disp. ad Proceſſ. 14. n. 15.* *

13. Hic etiam illud disputari solet, & ad decisionem propositæ quæstionis scire omninó necesse est; utrum Nobiles immediatè Imperio subjecti, inter Status Imperii referantur? Concedit hoc Compilator Cameralium præjudiciorum, *in verb. Nobilitas, á princip.* quó ad immediatos: ita ut ii conjunctim dici queant Status, non verò separatim unus aut alter. Negant aliis sive mediatè, sive immediatè Imperio sint subjecti; & putant hoc experientiæ ipsique Imperii matriculę repugnare, in quâ quippe non reperiuntur, nec etiam ad Comitia Imperialia vocantur, multó minùs sessionem & Jus suffragii in iis habere conspiciuntur. Olim tamen immediati Nobiles Comitiis quoque interfuerunt, liberque Equestris ordo, antiquitus tanquam singularis Imperii status, ad conventus generales vocatus fuit. Hinc- que est priscus ille Cæsareus Stylus, **mit gutem Raht/ vnser vnnd des H. Reichs Churfürsten/ Fürsten/ Graffen/ Freyherrn/ Ritter/ Knechten/ vnd Stätten/** &c. Aur. Bulla Caroli IV. in princ. ibi: assidentibus nobis omnibus Principibus Electoribus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium & Civitatum multitudine numerosâ, &c. **Reformation Keyser Friderichs des dritten/ zu Franckfurt am Mayn/** *Anno* 1442. **auffgericht/** *in princ. ibi:* **Freyen/ Herren/ Rittern/ Knechten/ vnd Stätte.** Eadem habentur in Bulla Sigismundi, §. 2. & §. 4. *á Goldast. tom. 1. conſtit. Imp. pag. 143. & ſeq. relata. Ludov. Gremp. á* **Frewdenstein/** & *Hier.* **frey: zum Lamb/** *in Reſponſio ſolivago*, **der Erbarn: vnd Reichsstätt Session/**

Casp. Ziegler. §. Landsassii concl. 1. in limit. nu. 44. &c. fol. 200. & seq. Bernh. Bertram. ap. Aruma. discurs. 9. th. 39 fol. 136.

Session/Standt vnd Stim̃ belangent. §. Zu der vierdten Objection/ ꝛc. Braunschweigische *Consil fol. m. 38. Buxtorff, th. 5. lit. C.* Nec nobis facilé persuadere potest Author der Donawertischen Erinnerung/ *fol. 169. & 173.* Nobilium, non ut Status: sed ut Consiliariorum fieri mentionem. Quod veró Nobiles, ad Imperialium Statuum diætas vocari desierunt, hoc in eorum favorem receptum esse videtur; ne Cameræ Imperialis sumptus pro ratâ ferre, aliaque Statuum onera subire teneantur. Et hoc ideó insigne Nobilium privilegium, nequaquam ullâ ex parte, in eorum odium retorqueri debet, *argum. cap. quod in favorem, de Reg. Iur. in 6.* Quâ de ve Henr. Brunning. *disput. de variis Vniversit. specieb. th. 18. ad fin.* ita scribit: Crediderim, Nobilitatem & Civitates quasdam, non invitas Citatoriis libellis præteriri se passas, quód hoc pacto mitigationem & exemptionem onerum, der gewissen Anschläge impetrarent, & tolerabiliores fierent contributiones illæ, quæ ad peculiares Cæsaris expeditiones conferuntut. Undé evenit, ut Nobiles in Sueviâ præsertim, jam á multis annis, cæteris majoribus Statibus liberiores se, majoribusque privilegiis dotatos jactitârint, quâ de re Nauclerus Cancellarius primus Academiæ nostræ, *generatione 43. fol. m. 231.* ita scribit: Nobilitas gradus habet, sunt enim Principes, sunt Comites, atque Barones, sunt & inferioris gradus Nobiles. Principes non solúm dignitate & generis claritate, sed & potentiâ antecedunt reliquos, terras habent & dominia latissima: Comites & Barones cæterique Nobiles per totam Sueviam dispersi sunt, regionem veluti flores campos, undique exornantes. Et quod mirum videtur, cúm Principes, Comites & Barones: quoties Imperii necessitas exigit, obsequia Cæsari tanquam subjecti pręstant: inferioris tamen gradus Nobiles exemptos se dicunt, & nisi ad stipendium nemini serviunt, nec suos subjectos servire sinunt. Et tamen Romanum Imperatorem, ut suum naturalem Principem, omnes recognoscunt. Hi quoque profanari suam dignitatem arbitrantur, si mercaturas aut artes exerceant aliquas, si ex civibus aut plebe uxorem recipiant, si in Urbibus habitent: consortia urbanorum perosi, arces & castra in montibus, Sylvis & rure collocant, curias Principum percupidé frequentant; cæterúm de patrimonio & redditibus suis victitant. Hactenus Nauclerus; cujus verbis concludere libuit hanc dissertationem: inquirendi non decidendi animo, quæ á me, proposita fuit.

* * *

DE

XII.

DE JURE ET IMPERIO IMPERIALIUM CIVITATUM D. CHRISTOPHORI BESOLDI.

DISSERTATIO I.

LIBERAS Imperii Civitates promereri, ut earum parilis atque Statum aliorum ratio habeatur; ut earum Imperium explicetur, atq; á calumniantium insultibus protegatur: verba Alciati, JCti prœclarissimi, *in l censere. 111. ff. de verb. sign.* pervincere queunt, cúm ait; Solam antiquam indolem retinuerunt in Germaniâ Civitates, quas illi Francas vocant. *Et addit*: Ut enim Imperatoris fastigium libenter agnoscunt; ita tributis se atteri, violentiâ urgeri, tyrannide opprimi non patiuntur. Quod & innuit gravissimus Historicus Franciscus Guicciardinus, cúm *lib. 7. histor. num. 7.* Liberas Germaniæ Civitates sic describit: Recognoscere eas quidem, pensionibus quibusdam certis & definitis Imperii auctoritatem; cæterúm ipsas suis ferè moribus ac Magistratibus gubernari: neque tam studere territorio amplificando, quám libertati suæ conservandæ. Et item Trajanus Boccalini; acutissimus Politiarum censor, *cent 2. ragguagl. 6.* solas in Germaniâ Civitates, eam liberę Reipublicæ formam invenisse fatetur; quæ diuturnitate, etiam cum Monarchiâ certare queat: hocque tam olim Græcos, & Romanos, quám quoque Italos modernos latuisse.

2. Verúm originatio immunitatis, libertatisque Imperialium Civitatum, unâ certé illis temporibus incepisse, iisdemque occasionibus adscribenda esse videtur; quibus Ducatus, Marchionatus, similesque dignitates successoriæ factæ sunt; & ita territorio Jurisdictio annecti, Imperiique autocratici (der Landsfürstlichen Obrigkeit) fundamenta poni cœperunt. Id quod sequentibus verbis innuit Münsterus, *Cosmograph libr. 3. cap 22. 24. & item 28.* Quemadmodúm, inquit, Imperatores, & Reges Germanico-Romani, Duces ac reliquos ordines; sic etiam antiquas Imperii Civitates, ex singulari clementiâ ac liberalitate, immunitatibus donârunt: iisq; Jurisdictionem, ac potissimam vectigalium partem, jurium q; aliorum ad Fiscum pertinentium concesserunt, quod & pluribus firmat Christophorus Lehman/ *lib. 4.* der Speirischen Chronick/ *cap. 1.* qui quoq; easdem sub Francis seu Caroli nis á Ducibus gubernatas, pleneque ac plané subditas fuisse probat, *dict. lib. c. 2.* Ac sanè quemadmodúm non ita liberi olim fuerunt Duces, Marchiones, & omnes alii titulati Status, ac item quæ ipsis nunc omnibus, vigore der Lands Obrigkeit/ competere dicuntur; horum quamplurima quondam, non nisi ex privilegio singulari quibusdam concessa erant; immunitasque & autocratia latenter incrementa sumpsit: ita ut terminus á quo inceperit, ignoretur. Namque quod de Helvetiâ, Stumpffius attestatur, *lib 4. c. 50.* daß bey Keys. Friderichs II. Zeiten/ über die Bischöff/ Ept/ Graven/ Herrn/ vnd Edelknecht/ auch jhre Herrschafft/ die Röm. Key-

Vid. Kyriándrum in Annal. Trevirov. parte 13.

ſer/die hohe Obrigkeit behalten/ꝛc. Id de pleriſque locis aliis dici poteſt: licet forſan unus vel alter citiùs acquiſiverit potentiam atque immunitatem. Hîcque etiam factum eſſe puto, quod Bodinus, *de Republ. lib. 2. cap. 6.* regulariter uſuvenire ait, cùm ſcribit: Quæ paulatim irrepere ſolent, vix unquàm percipiuntur; nec niſi converſione ſecutâ ſentiuntur. Quâ ratione & alia ferè infinita in Imperio Germanico conſpiciuntur, quorum certa origo planè ignoratur. Et ſic in obſcuro eſt initium ſeptem Electorum; Regiæ item Legis, ſeu Capitulationis, in quam electi Imperatores jurant. Electio inſuper ipſa, num inibi ſemper fuerit uſitata? dubitant nonnulli; ac quando cœperit, haut omninò pernoſcere quimus: & omnia hæc, aeſimilia alia, greſſu latente, tractuque temporis introducta fuiſſe, reſponderi ſolet. Atque ita pariter quoque, Imperium & Juriſdictio Regalis, Germanicis Civitatibus liberis, indies major accrevit: quod & placet Auctori Reſponſi Fridbergenſis, *in puncto 2. á princ.*

Arnoldus Engelbrecht diſ quiſit. de Iuriſd. Imp. th. 143. & aliquos ſeqq.

2. Sed age rem hanc altiùs repetamus. In Republicâ Romanâ, præter Urbem Romam, Municipia & Coloniæ erant; provinciis quibuſdam ſuæ leges ſingulari privilegio relinquebantur, quibuſdam etiam immunitas á tributis cõceſſa fuit: quo reſpectu liberæ dicebantur, nec tamen minùs populo Romano ſumma vis Imperii in omnes illæſa manebat; adeo ut provinciales: nec minùs Municipia, habuerint Præſides ſuos. Quod tum manifeſtè apparebat, cùm Imp. Antoninus, omnibus ſubjectis, Romanæ Civitatis jus daret: manifeſtiùs autem ex eo, quòd omnes Civitates, exceptâ Româ, privatorum loco haberentur. Neq; aliud tum Civitatum ſuper erat genus, quàm fœderatarum, & ſociarum; quæ libertatem non amittebant, licet impari conditione in fœdus conveniſſent; quod optimè J. C. Proculus explicat *in l 7. de capt. & poſtlim. reverſ.* Indeq; Civibus Romanis, eò exilii causâ abire licebat. Eâdem ferè ratione ſub Carolo Magno, omnes ditiones in provinciæ formam redigebantur; illisque Epiſcopi & Comites, qui tàm rei Sacræ quàm Politicæ præeſſent, fuêre dati: ut ita omnes ſubditæ eſſent Imperatori; quanquàm alia duriorem, alia meliorem á victore obtinuerit quandoque conditionem. Nam & Carolus Magnus Saxoniæ toti, & item populis aliis antiquis legibus vivere concedebat. Et ita de Civitatum libertate, Sigon. *lib. 7. de Regn. Ital.* ſcribit: quòd illarum libertas conſtiterit in eo; ut leges, conſuetudines; Juriſdictionem, magiſtratus, vectigalia, ſui fermè Juris atque arbitrii haberent. Libertas itaque earum erat, non á ſubjectione; ſed quòd ipſis beneficia majora, & privilegia ab Imperatore conceſſa fuerint eminentiora. Nam & Italiæ Civitates, ſub Imperio Romano-Germanico erant: omnes etenim ſacramentum Regibus dicebant. Et demùm eædem, tempore Henrici IV. & Hildebrandi Papæ, ex illorum diſſenſionibus fundamenta uberioris jecerunt libertatis: donec tandem longo tempore pòſt, magno precio, ab Imperatoribus totalem illam (quam jactitant) acquiſiverint exemptionem. Sicq; ſi conjecturis uti licet, ferè eſt ut dicam; olim Civitates in Germaniâ Imperiales, diu ita ſubditas fuiſſe Imperatori, ut nunc Principibus aliis ſuæ Civitates Municipales. Primùs etenim in iis Juriſdictionem, & Imperium præſertim merum, Imperatores per Præfectos Imperatores (vulgò die Reichsvögt appellitatos) ſolebant explicare, *Stumpf. lib. 6. cap. 14. fol. 149. & ſeq. in prine.* Ejuſmodi Præfecti Civitatum, plerumque Comites vel Epiſcopi erant; Lehman *lib 4. c. 2. & lib. 2. cap. 18. ac 22.* qui ibi vicarium habebant, quem Schultheiſſen indigitabant. De quo Similerus *lib. 2. de Republ. Hel-*

NB

vet.

vat. notat; apparere ex legib. Longobardorum, quód **Schultheiß** Judicem denotârit. qui de debitis pronunciabat, pignora capiebat, & creditoribus satisfieri cogebat (undé & etymon vocis sit, á debito atque jubendo) non tamen habuisse plenam Jurisdictionem, sed Comitum potestati obnoxium fuisse. Et hinc sæpé **das Schultheissen oder Statt Ammans Ampt**/ad vicinos Principes, oppignoratione concessionevé Imperatorum perveniebat. Sic Jurisdictio sive Advocatio Urbis Tigurinæ, Zæringię Ducibus, ab Henrico IV. Imperatore, tradita fuit, teste Guillimãno, *de reb. Helvet. c. 5. fol.* 350. *Stumpff. 6. cap.* 15. *fol.* 151. quæ postea ad Cives á Wenceslao pervenit. *Stumpff. cap.* 19 *fol.* 160. Sic & Anno 1360. Eberhardus Würtembergiæ Comes, viginti quatuor Sueviæ Imperialium Civitatum Patronus & Administrator, **Regent vnnd Schirmher**; ab Imperatore Carolo IV. constitutus fuit. *Cruſius part.* 3. *lib.* 5. *c.* 4. *Hortleder. tom.* 1. *lib.* 3. *fol.* 616. Sic quoq; Abbas S. Galli sæpé adfectavit **die Reichs Vogtey zu Sanct Gallen**/quæ posteá etiam civibus cessit. *Stumpff. lib.* 5. *cap* 6. *fol.* 28. *a. & fol.* 29. *b. ut & cap.* 8. *fol.* 45. Et quoque **die Reichs-Vogtey**/á subjectione censebatur separata. Ut **von den Reichsthäler**/**oder Länder**/idem Stumpffius tradit, *lib.* 4. *cap.* 52. *fol.* 317. Similiter ipsas Imperii Civitates, sepiùs Jure pignoris, aliis Magnatibus tradere solebant Imperatores; cujus rei ubivis Germanicarum rerum scriptores faciunt mentionem: eâq; occasione, adhûc hodiè in Noviomagum, Ingelheim, Oppenheim, **Keyserslautern**/ & alias quamplurimas Civitates liberas anté, seu Imperio immediaté subjectas, vicini Principes dominantur. *Münsterus* 3. *cap.* 24. Et ex hoc forsan evenit, quód in antiquis Imperii matriculis, nonnullæ reperiuntur Civitates, quę nunc provinciales reputantur. Porró quoque multa, ex proprio & autocratico Jure, sibi asserunt hodie Imperii Civitates, quæ certis olim privilegiis, & quibusdam tantummodó ab Imperatoribus largita fuêre. Ac ita Wilhelmi, Ludovici IV & Caroli IV. Imperatorum beneficio, privilegiati sunt Francofurtenses, **daß sie nicht versetzt**/**noch von dem Reich entäussert werden sollen** (quale quoque privilegium ejusdem Ludovici tempore prætendit Tigurinum, *Stumpff. fol.* 155. *lib.* 6. *cap.* 17.) Richardus & Ludovicus IV. **befreyen bemelte Statt Franckfort**/**kein Vestung in der Statt zu bawen**: idem Ludovicus IV. immunes eos facit **von allen Keyserlichen exactionẽ**/**vnd Auffiagen.** Non secús Anno 1257. Richardus Romanorum Rex. in diplomate quodam, firmiter & simpliciter protestatur; quód Civitatem Fridebergensem, Francofurdensem, Wezflariensem, & Gilnhusensem, á se & Imperio nullatenus alienare, seu separare velit; sed eas immediaté sibi & Imperio sit reservaturus. Et idẽ, anno eodem, alio in diplomate, enixé assertat, quód Civibus Fridebergensibus legaliter promiserit, se infra muros Civitatis ipsius, nullam munitionem vel castrum aliquod constructurum esse. Sic & Ludovicus IV. de Anno 1337. gratiosé Fridbergensibus concedit, **daß die Pfandschafft der Statt Fridberg**/**so von dem Reich geschehen**/**nichtig sein solle.**

Lidius in gloss. verb. Schuldhaschius.

Franckfurter Privilegia, uno fasciculo ante paucos annes edita.

Responsum Iuris in causa der Statt Friedberg.

4. Hic illa sese quæstio obviam fert; quid inter Civitates Imperii liberas, & Civitates simpliciter Imperiales intersit? **vnter den Reichsstätten**/**vnnd denen so sich freye Reichstätt nennen?** Non enim semper, omnique tempore eorum conditio parilis fuisse videtur. Constans multorum opinio est; simpliciter Imperiales **Keyserliche Reichstätt**/illas quondam dictas esse Civitates, quas Germaniæ Reges vel Cæsares condiderunt; & quæ Imperio statim ab initio addictæ fuerunt: ac

in ejus rei testimonium, in ipsis plerunque insignium suorum scutis, vel aquilam integram, vel aliquid ex aquilâ habent. Hasque Urbes, Petrus de Andlo *lib. 1. c. 6.* nominat Civitates insignes: ibique adnotavit Marquardus Freherus, eas olim sub primis Franciæ Regibus, villas publicas fuisse dictas; veluti quæ Regni & Reipub. essent, non Principum, Comitum, Ecclesiarum. Liberas verò Imperiales Civitates (**freye Reichsstätt**) eas reputant indigitatas; quæ olim sub jugo fuerunt Episcoporum, vel aliorum, eâq; potestate liberatę, ultro sese Juri Imperiali, sed cum quâdam reservatione subdiderunt: & eas ideò aliis ferè majori libertate, privilegiorumque uberiori gaudere censent immunitate.

5. Nec absonum est, quod alii dicunt; gradus Libertatis Civitatum ad Imperium pertinentium, ex eo provenire quòd vel ab initio quædam majori libertate donatæ, vel postea temporis successu, privilegia magis illustria promeruêre. Et sic Cives Colonienses, in formulâ homagiali, quâ Regi Romanorum semet devincũt; Cives liberi vocitantur: Verba ita sonant: **Diesen Tag heut/ vnnd diesen Tag all/ vnnd von diesem Tage fort / hulden wir freye Bürger von Cöln / vnserm lieben Herrn / H. R. Römischen König / getrew vnnd hold zu seyn / Behalt misse vns/ vnsern Weibern/ vnd vnsern Kindern/ vnser Statt von Cöllen / Recht vnd Bürger Freyheit / sonder argelist:** ut habent Statuta Concordata **der H freyen Reichs Statt Cölln/** *fol. 5. & fol seq.* Itidem **in dem Huldungs Brieff Königs** Sigismundi, eadem Civitas Nobilis indigitatur: **Burgermeister vnnd Raht / vnd die Bürger der Edlen Statt Cöllen.** Mox subjunctum invenitur, **daß die vorgeschriebene Statt / vor andern Stätten in Teutschen Landen Edler fundirt / vnnd dieselbe Statt / mit mancher Hände Freyheiten vnd Ehre / bannen all manigfaltig gezeichnet seye.** Quâ de re & Arnoldus **Engelbrecht** *in disquisitione de Iurisdictione Imperii n. 53. & seq. ita scribit.* Cùm Civitates omnes Imperatoribus subditæ essent, & ab illo Præsides dâtos haberent; factum est postea, ut Principibus & Ducibus eũ territorio & universali ejus Jure investitis, cum reliquâ totâ provinciâ & ditione, Civitates quoque unâ in subjectionem Principum transirent: nisi speciatim sibi & Imperio eas reservarent Imperatores. Inde Imperiales, quòd solùm Imperium immediatè agnoscant, & eo respectu etiam liberæ dicuntur. Hoc interim certum esse subdens, quòd inter Civitates Imperiales, non quidem ratione subjectionis, quæ eadem & individua semper existat: sed respectu privilegiorum differentia reperiatur. Quâ eâdem ratione, provincialium non eandem esse rationem, rectè dici possit: cum quædam majoribus privilegiis effulgeant; quibus vix ulli Imperialium Civitatum cedant; quædam minoribus sint contentæ. Ab eâdem etiam opinione non abhorrere autumo Compilatorem Cameralium Decisionum sive præjudiciorum, *in verbo Civitas*, quem etiam sequitur Amplissimus Rutger. Rulandus, *de Commission. de V. signif. part. 2. lib. 5. cap. 4. sub num. 41.* Verùm ita loquitur Compilator: Si differentia inter liberas & Imperiales Civitates subesse censeatur, semper pro eo habitum est; unam Civitatem Imperialem plus alterâ liberam esse: ita ut Cives á tributis vel jure migrationis sint immunes. Sicque quasdam Civitates, ut Ulmam, Hailpronnam, Hallam Suevorum, Eslingam, & alias similes reperiri, cum quibus ante discessum **mũsse sich des Abzugs halber abfinden mũsse.** Sed vicissim illud in aliis Civitatibus usu non esse, ut Aquisgrani, Argentinæ, Spiræ, Wormatię; proinde etiam eas, simul liberales & Imperiales Civitates se nominare. Mox verò subjicit idem auctor:

Vid. Matt. Steph. de jurisd. lib. 2. part. 2. c. 1. num. 82. Wehner. verb. freye Reichsstätt. Paurmeist. de jurisd. lib. 2. c. ult. n. 25.

Audiri

Audivi & aliam rationem, quód plurimæ Civitates Imperii, teneantur Imperatori quotannis ad certam pecuniarum summam, quasi pro tributo, vel subsidio; aut aliam similem in recognitionem: si non quotannis, tamen certis modis & conditionibus, putâ, quotiescunque Imperator aliquam Civitatem transit, vel ingreditur; cujus ratione & intuitu non sunt liberæ, sed meré & proprié Imperiales. Veras ergó & genuinas causas differentiæ hujus sibi videri concludit; quód proprié & per excellentiam liberæ Civitates sint, & ita soleant nominari, quæ singularia & insignia privilegia á Cæsar. Majest. antiquitús impetrata & concessa, aut ejus probatas habeant causas: quód nempé á communibus Imperii collectis exemptæ sint atque liberatæ.

6. At veró ut certum habetur, liberas Imperii Civitates, liberiores extitisse aliis simpliciter Imperialibus dictis: ita illud convertitur solúm, undé liberior immunitas illa descendat, quâvé occasione, sumpserit ansam atque originationem? Et si cui id quod suprá *num.* 4. relatum á me fuit, satisfaciat minús; ei suggero & aliam á Beato Rhenano *lib.* 2. *Rer. German. tit. Germanicum Regnum*, *mihi fol.* 129. proditam rationem (cui etiam Kyriander *in Annal. Treverorum part* 13. astipulari videtur) Agit ibi Rhenanus, de Imperii á Franco-Gallis in Germanos translatione, & ita scribit: Quúm hæc fieri viderent Civitates quædam in Galliis, quæ non serviebant, sed tantúm certis conditionibus agnoscebant Francos, de quarum numero præcipua fuit Arelas, cum circumjacentibus oppidis, Geneva ad Lacum Lemanum, in Sequanis Vesontio, Tullum in Leucis, in Nerviis Tornacum, & similes, &c. ad Germanicum Imperium respicere cœperunt, sic suæ libertatis compotes permansuræ. Nam complusculæ Civitates Romanis præfectis usæ, Visogotthis & Burgundionibus pertinacissimé restiterunt; ut boni consulerent Barbari, quód certis pactis & fœderibus eas obnoxias haberent. Sic & Peucerus, in Chron. *lib.* 5. dicit, Imperiales Civitates immunitatibus inter sese dissimiles esse, eó quód veteri Romano more aliæ municipiorum, aliæ sociarum Civitatum gaudeant Jure. Sed probabile magis esse videtur, quod alii pertendunt; Imperatores Regesque Germanico-Romanos, eas ab initio Civitates pro liberis simul & Imperialibus agnovisse, quæ jam sub Imperio Francorum faciem jusque Civitatis habuerunt, Imperioque paruerunt. Et quę postea ab Imperatorum officialium, Ducum nempé, Comitum, similiumvé Jurisdictione & administratione liberatæ fuerunt. Id quod indicare puto Dithmarum (fidum rerum Germanicarum scriptorem,) qui *lib.* 5. de exemptione Wormatiensi:

Christoph. Lehman lib. 4. *c.* 3. 4. & 6.

Vrbs Wormacensis gaudet temporibus istis
Libertate suâ; cujus manebat in umbrâ
Hactenús, atq; Ducum fuerat sub lege suorum.
Burchard Antistes lætatur, & inter Heriles
Ex animo Proceres, quod non timet ampliús hostes.

Feré autem, quod tunc Imperatores secularibus Magistratibus ademerunt, Episcopis tradiderunt. Ita Colonienses Moguntiniq; Archipræsules, ut & Episcopi Spirenses aliique complures, in Civitates á Ducibus anté vel Comitibus gubernatas, Imperium Jurisdictionemque vel omnem, vel in casibus saltem quibusdam acquisiverunt: quod & testatur Theodoricus de Niem *fol.* 811. ubi de Otthone I. ait: Pené omnibus Cathedralibus Ecclesiis in Italiâ, Galliâ, Germaniâ, Burgundiâ & Lotharin-

Vid. Kyriandr. in Annal. Treveror. part. ult. fol. 225. & *seqq.*

tharingiâ constitutis, multas Civitates, castra, oppida, villas, & multa alia dominia temporalia & Jurisdictionea donavit, & omnibus illis Ecclesiis propria insignia perpetuó deputavit. Archiepiscopos quoque & Episcopos Ducatibus, Comitatibus, & Baroniis communivit; quibus nobiles & potentes vasallos subjecit, ut semper essent ad resistendum, & manu forti paganis & hæreticis in opportuno tempore fortiores. Sic & Sigonius *lib. 7. de Regno Italiæ* scribit: Ecclesiasticorum bonorum amplitudo erat maxuma tempore Ottonum, præsertim verò Episcoporum; quorum & reverentia summa, & jus in Civitatibus semper amplissimum fuit. Episcopis verò Abbates proximi incesserunt. Hûcq; item respicere videtur id, quod in literis pacis Constantiensis habetur: In Civitate illâ, in quâ Episcopus privilegio Imperatoris aut Regis comitatum habet; si consules per ipsum Episcopum consulatum recipere solent, ab ipso recipiant, sicut consueverunt accipere; alioqui unaquæq; Civitas Civitatis recipiat consulatum. Attamen hodié inter liberas & simpliciter Imperiales Civitates, sive ab initio liberæ relictæ, seu posteá immunitate donatæ sint; quó ad immediatam subjectionem nihil interest: sed omnes Jure parili cẽsentur. In Imperii etenim Constitutionibus, Catalogoq; Statuum iis adnexo, ac in matriculâ Imperii per copulam (&) utræq; conjunguntur, ac **Freye vnd Reichs Stätte** simul omnes indistinctè vocantur: nec in enumeratione etiam earum ibi innuitur, quæ liberæ tantùm, vel Imperiales appellitentur. *Sixtinus de Regal. lib. 1. cap. 4. numer. 78. Paurmeist. lib. 2. cap. ult. nu. 24.* Nec per Præfectos ampliùs Cæsareos, sed per ipsos Cives, ac Magistratus à se constitutos, Jurisdictio omnimoda, & reliqua eis unà omnibus concessa potestas, explicatur. Qui etiam Cæsari & Imperio, ad reddendas rationes, Justitiæ tantùm administratione exceptâ; haud obnoxii censentur. *Responsum Academiæ Ingolstadiensis Tom. 5. Consil. varior. German. ICC. Consil. 24. quæst. 23. n. 185. & mult. seqq.*

Christoph. Lehmann. lib. 4. c. 3. f. 282. Arume. ad Aur. Bullam discurs. 1. th. 8 Cluten in Syllog. thes. 27. lit. C. ad fin. Buxt. diss. ad Aur. Bull. th. 5. lit. D. Brunning. de var. Universit. spec. th. 18 Casp. Bitschius ad Natalẽ

7. Civitates Imperiales ad Comitia Imperialia vocari, ibiq; sessionem habere, ac nominatim **in den Rheinischen vnd Schwäbischen Banck** disserti; experientia in dubiũ vocare non finit. Et quidem easdem non votum solùm consultivum, sed & decisivum habere; sanè magis est, ut dicamus. Quamvis enim Peucerus in Chronico *libr. 5. fol. m. 498.* de Civitatibus ita scribat: Ę nec suffragia ferunt, nec dicunt sententias in Comitiis, sed ferè, ubi quæ monenda aut corrigenda esse censent, exposuerunt (nam quod ab his viri excellentes sapientiâ, & edocti rerum usu adducuntur, ad deliberationes, & in consilia adhibentur, magni earum sententiæ fiunt) deinceps á decretis, communi consensu, sese non sejungunt. Cui quoque assentit Italicus Politici Thesauri author, *part. 1 Relat. della Corte & Stato del Imperatore, fol m. 60.* Natalis Comes, Petrus Bizarrus aliiq; Attamen sententia hæc, veritati & forsan quoque praxi, cumprimis verò æquitati contraria esse videtur. Sanè cùm Civitates ad Comitia vocentur, cùm ibi audiantur, cùm Imperii Recessus ab iis subscriptione sigilloq; muniantur; ex eo illas quoq; votum habere decisivum, nec pedibus in aliorum sententiam ut eant cogi posse, liquidò satis apparet. Ad hæc Civitates sub hac verborum formulâ ad Comitia vocantur: **Mit vnd neben allen andern Ständen helffen handlen / rahtschlagen vñ schliessen.** Itidem in quamplurimis decretis Imperii, hæc vel similia circa finem adponi solent verba. **Vnd wir Churfürsten / Fürsten / Prælaten / Graffen vnd Herrn / vnd des H. Reichs Freye vnd Reichsstätte / Gesandten / Bottschafften vnd Gewaltshaber her-**

hernach benant/beteñen offentlichen mit diesem Abschied/daß alle vñ jede Puncten vnd Articul mit vnserm guten Wissen/Willen vnd Raht vorgenommen vnd beschlossen seyn/ꝛc. Quo quidem quid clarius & ad rei propositæ comprobationem dilucidius proponi possit, videre non possum. Si enim Statuum (inter quos etiam nominatim referuntur Civitates) scientiâ, voluntate & consilio, **mit gutem Wissen/Willen vnnd Raht/alle vnnd jede Articul nicht allein pflegen vorgenommen/ sondern auch beschlossen zuwerden**: quidni omnes Status voti decisivi participes essent? Imperator non cum Electoribus solùm; sed & cum Civitatibus, ac illi ut & Civitates, vicissim cum Imperatore habitâ deliberatione conveniunt in unum. Hoc sanè necessum minimé foret, si Jus suffragii Civitatibus denegatum esset. Nam cujus in negotio assensus non necessarius est; ut conveniam vel transigam cũ eo, nulla me necessitas cogit. Quinimó, cùm teste Ulpiano, *in l. 1. §. 3. ff. de pact.* illi demum, qui ex diversis motibus consentiunt in unum, convenire dicantur; res ipsa nos fateri cogit, siquidem admittimus cõventionem inter Status & Imperatorem, ut Civitatibus Jus suffragandi (qui enim aliâs diversos animorum motus in unum conferrent?) largiamur. Hinc q; Imperii Status, Sessuræ & sententiæ dicendi potestate actuali, definitur. Secundùm Naturam etiam est, eum commoda habere, quẽ & incommoda subsequuntur. At nemo sani crebri negabit; magnam onerum partem Civitatibus incumbere. Eadem quoque Natura docet, neminem cum alterius damno locupletem fieri debere. Quis autem hoc eventurum non videt, si reliqui Status, Civitatibus Imperialibus pro libitu imponerent Collectas. Probatur idem hoc formulâ Juramenti Friderici I. Imperatoris: In Christi nomine juro, non solùm Principum, sed & Civitatum consilio negotia confœderationis & Collegii Universitatis, & quæ omnes & uniuersos concernunt, tractanda esse. Sic & Günther. in Ligurino *lib.* 1. prodit, Imperii Civitates, ad Imperatorum quoq; Electionem vocatas fuisse olim, inibiq; jus disponendi habuisse.

Ex omni regione fluunt ad publica Regni
Commoda: de summis agere ac disponere rebus
Exactâ ratione parant. ——————

Et paulò pòst:

Sic postquám sedere Duces, dubieq; volutant
Pectore, cui tanti Regni tribuantur honores,
Saxones, & quorum Ripuaria nomine tellus,
Westvaliaq; Vrbes, & Norica rura regentes,
Allobrogumq; Duces coëunt. ——————

Et iterùm:

Quaq; suos Vrbes hûc direxêre potentes,
Claraq; Teutonici cojerunt nomina Regni.

Idem Author *lib.* 8. alium describit conventum Imperialem, in eoq; de Regalibus seu Fisci Jure tractatum fuisse prodit, ac ait:

Hæc Ligures sacro tribuerunt omnia fisco:
Hæc, & si quæ pari fuerant obnoxia Iuri;
Prælati, Proceres, missiq; potentib. Vrbes,
Libera Romano liquerunt omnia Regno.

& Rudolphus I. Imperator, filio suo Alberto, ex communi Principum & Civitatum

Comit. hist. libr. 16. fol. m. 342. Georg. Obrecht. de jurisd. c. 6. n. 76. Spring. de Pac. Relig. c. 1. fol. 101. & Syring. disp. de pac. relig. thes. 39. Conf. duo Germ. hâc de quæst. singulari, Ludovici Grẽpii, & Hieronymi Lamb.

tum consensu Austriam concessit. *Gerard. de Roo.* Maximé hûc conferunt: Acta Frãcofurtensium Comitiorum, sub Ludovico Bavaro, super injustis articulis Papę Romani, celebratorum: quæ *habentur apud Goldast. constit. tom. 2. fol. 91.* ubi inter alia sequentia referuntur: Tunc quæsivit Imperator de Civitatibus Aquensi, Augustensi & Uberlingensi, & aliis si adessent? Et dicto, quód sic; dixit Nunciis Civitatum: Vos audistis decretum & consilium Principum: Vos igitur Nuncii exite, nobisq; vestram deliberationem referte. Illiq́ue exuentes, diuq́; deliberantes, ad Principes rediêre, & per Civem Moguntinum de mandato omniũ taliter responderunt: Domine, Civitates adverterunt, qualiter Papa cum articulis ad læsionem Imperii nititur: Et cúm Civitates non possunt stare, nisi cum Imperio, & Imperii læsio earum sit destructio: si Dominus Papa in talibus persistere vellet, nos insistemus omnibus viis, quas cogitaverunt Domini Principes Imperii. Et quærente illo Civeá Nunciis, si ita esset? omnibusq́; Nunciis dicentibus, quód sit: Imperator grates multiplices referens, &c.

Responsum Iuris in causa Friedberg puncto 2. Gail. 2. obs. 57. n. 7. & lib. 1. d. pac. publ. c. 6. nu. 11. ut & de arrest. c. 9. n. 1. Thom. Michel. de jurisd. th. 44. lit. g. Dn. D. Bocer. tract. de jurisd. cap. 8 nu 81. &c. & tr. de Collectis, cap. 4. nu. 24. &c. Ampl. Rutg. Ruland de Commiss part 2. lib. 5. c. 4. num. 51. & seq. Paurm. de jurisd. lib. 2. c. ult. num. 24 Matthias Sophani tract. de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 2. num. 3. Waremundus. 2. de fœderib. fol. 29. Apologia muri Imperii, Civitatis Spirensis in Camerales, f. 7. Scipio Gentilis, lib. 3. de jurisd. c. 22. Sixt. de Reg. 1. c. 4. n. 82. Casp. Klocke, disp. de collect. th. 10 Cluten. in fasciculo rer. quotid. th. 27 Ioh. Dauth. in hypotyp. junctâ Encyclopædia, Iohan. Dauth. unior in disp. quæ Tom. 2 jur. publ. inserta, quæst. 1. Bruning disp. de Vniversit. th. 19 Casp. Ziegler. § a strega. in limit. n. 45. &c fol. 57. & §. Landsaß/conclus. 1. num. 203. &c. Ego tr. de jurisdict. quæst. 17.

8. Porró vero cúm Statuum autocratica Jurisdictio ex eo provenire dicatur: quód immediaté Imperatori subjiciantur, & pro membris Imperii habeantur: Liberis proinde in Germaniâ Rebuspublicis, Collegio Imperii Statuum adlectis, suam in Civitatem & districtum, subditosq́ue ejusdem, superioritatis & territorii axioma, æqué ac principibus asserere non dubitarem. Quamvis enim hanc sententiam nostram, Aulico-politici quidam, (hoc est, qui Civilem suam disciplinam ad Aulæ genium Auramq́ue accommodare studens) & inprimis Andreas Knichen nõ uno loco, ac expresso in Velitatione apologeticâ, & Epopsi, oppugnare conentur, eam tamen veram firmamq́ue esse, persuasum mihi plané est. Et quamvis dissentientes, Jura Territorialia in Civitatibus nominetenus Imperatori, transcribant; cõ tamen hoc tendit, ut Principes vicinos, in districtu ejusmodi Civitatem, ea sibi cõparâsse, faciliori operâ seu titulo magis specioso asserere queant. Nihil nunc dicam, communem pro nobis stare opinationem, vulgoq́ue de Civitatibus Imperialib. idem quod communiter de Principibus pronunciari: eas nempé in suo territorio tantúm posse, quantúm in Imperio Imperator. Sed lubet magis aliquas producere rationes. Imperium haud solúm super Principes, sed & super Civitates est fundatum; ut dicit Petrus de Andlo *lib. 1. cap. 6.* Et nempé membra Imperii sunt Civitates, classis civitatum, unâ cum Ordinibus Principum & Electorum, Imperium politicum, vel jus Majestatis Reipublicę Romanæ, æqué ac alii, & pro indiviso repræsentat. Nomen ideó hoc Status Imperii (vel Imperii Civitas) haud inane magis atque Principis Imperii (Reichsfürsten) esse decet. Certé Civitatibus haud nudũ nomén Status cessit virtute suâ amictum venit, ornamenta ac jura sua secum trahit. Ac Status essentia (præter suffragii ferendi jus, *ut modó dixi*) in eo quoq; consistit, ut Cæsarem in suo territorio repræsentet, & tanquam Imperii membrum, parti-

participet de eminentiâ, jureq; totius. Præterea Civitates Imperiales propria Territoria habent, & Imperatorem eo nomine immediatè recognoscunt. Habent ergó & Jus territorio adnexum; quod aliud nil, nisi superioritas est; die Lands-Obrigkeit. Cui enim Territorium competit proprié sumptum (putá, ut Imperii Statui) eidem quoque competit jus Territorio cohærens. In pace Constantiæ multa passim privilegia & autocraticum jus Civitatibus tributum videmus: idq; non pertinet ad Italicas solùm Civitates, sed & jam tùm ad eorum normam, aliæ complures in Germaniâ fuerunt. Et ante Rudolphum primum (á quo eæ libertatem habent Lehmann/ 5. cap. 106.) non liberę magis Lombardicæ fuerunt Civitates, quàm hodiè Imperiales, *quod & docui in discursu de jurisdict. q.* 17. Accedit quòd Germanicæ Civitates, cumplura Regalia, jam per multa secula, sine contradictione habent: Imperium nempé merum ac mixtum, plenarium beneficium Religionis; contrahunt item fœdus, *Mynsing. 6. observ.* 2. mittunt Legatos, & Bella gesserunt sæpissimé cum Libertatis suę inimicis, nec crebriùs ferè aliud in historiis invenitur, quàm der Stätt Krieg vnd Bündnuß.

9. Dn. Bocerus quidem *in tract. de Collect. c.* 4. *num. finali*, superioritatis seu territorii jus, Civitatibus adscribit: improprié tamen id appellari die hohe Lands-Fürstliche Obrigkeit/ rectè autem vocari die Lands-Obrigkeit/ die Obere Lands-Herrligkeit. Sed qui principia politica gustârunt, ignorare non possunt, jus principale non hicá Principe, ut Monarchâ, dici, sed á Principis Jure: quod etiã est in Democratiâ, quamvis id non sit penes unum, *quâ de re quoq; infrá num.* 10. *agam* & de hoc non videtur pugnandum esse, quia cum Dauthio *in hypotypos.* dicere quimus: Licet Baro, Comes, vel Civitas immediata, & vocem Imperii decisivam habens, non possit habere Landsfürstliche Gerichtbarkeit (uti species sunt disparatæ) in suo genere tamen eadem jura habet, quæ Princeps in propria ditione. Et paulò pòst: Illud summum Imperium in Principe Landsfürstlich; in Comite Gräfflich; in Civitate Stättlich / Ober- oder Herrligkeit vocari potest. Fateor cum Dn. Cluthenio aliisque *in Syllog. thes. 27. lit. c.* Civitates non habere personalia Principum Jura. Et nempé quamvis titulum ac dignitatem, personalia quædam privilegia concomitentur: sed tamen non ideó concludi potest, Civitates non habere realia Territorii Jura. Ab istis etenim diversa sunt ea, quæ cõpetunt personæ: illa quippé Principem quoq; subsequuntur, qui Territorium & Jura Territorii non habet; dignitas namq; Regalis sine Juribus Regalibus consistere potest. *Alvar. Valasc. de jur. emphyteut. quæst. 8. num.* 34. Sic econtrá, abso num haut est, aliquem habere Comitatũ, & Comitem non esse: quia etiam jura regalia, sine titulo regali subsistere queunt. Unde Andr. Barbatia *consil.* 71. *num.* 3. *vol.* 3. scribit: Etiamsi quis Comitatum non habeat; seu regalem dignitatem; si tamen habeat castra & loca, in quibus regalia exerceret (ex quo fortè ad eum spectent pœnæ, & mulctæ) esse nihilominús de ipso, & Castris, ac locis ipsius, non aliter judicandum; quàm de Ducatu, Comitatu, &c. Ex quo satis conspicuum est, nihil titulum hîc operari. (add. tr. meum de Appellat. *cap.* 2. *sect.* 3. ubi monstravi, Regem vocari sæpé qui monarcha non est, & Ducem quandoque nominari, qui plenissimum habet dominatum.) Et quoque quòd Comitis aut Ducis nomen, minimé hanc eminentiã largiatur (sed subjectio potiùs immediata; paritet ex eo luce meridianâ clarius elucescit, quia Comites municipales, (ut ita loquar) seu Landsassii inveniuntur. Etin Silesia itidem Duces ac Princi-

pes sunt mediati, quos non puto Jura territorialia, ad instar nostratium habere. Sicque non Principis aut Ducis nomen, sed Imperii adjectio (quia Reichsfürsten/Reichsgraffen/existunt) jus Principis territoriale præsupponit.

Joh. Georg. Bechtius tr. de secur. & salv. cond. thes. 161.

10. Sané liberæ & Imperiales Civitates, ab ipsismet Imperatoribus, Nobiles, ac nobilia sacri Romani Imperii membra apellitantur. *Author* gründlichen Berichts/des heiligen Reichsstatt Friedberg/Stand/Regalien/&c. betreffendt/*part. 1. punct. 15. nu. 14.* Cingulum ergó suum militare habent (jhren Heerschild) das sie vonderschiedt der Ritterschafft/oder Nobilitet. Quod privilegiis Cæsarum Saxonum manifesté constare, ait Johann Dauth Junior *in suâ disput. Tom. 2. Iur. publ. insertâ, quæst. 1. á princip.* Eædem etiam sanctæ & inviolabiles vocitantur. In specie namque Civitatum Imperialium securitas elucet ex Reformatione Imperatoris Sigismundi, de Anno 1436. qui eas, non solúm die würdige Reichsstätte appellat; & libertatem suam á Christianitate habere dicit: in der Geystlichen Reformation *c. 3. v. 11.* verúm etiam expressé easdem indigitat Heilig/in der Weltlichen Reformation/*c. 10.* Sanctum autem auctore Martiano JC. est, quód ab injuriâ hominum defensum atq; munitum existit, *l. 8. in pr. D. d rer. divis. & qualit.* Quod sacrilego conatu violare attentant ii, qui Civitatum libertatem, jura ac privilegia, quâvis arreptâ occasione, quantum possunt, imminutum vel etiam prorsús abolitum eunt; earumq; Cives, tanquam Rusticos muro indusos, alto supercilio despectant, iisq; injuriosé insultant: cúm tamen nihil æquius sit, quám omnes & singulos Imperii ordines atque Status, sesé invicem, secundúm cujusque gradum dignitatis & qualitatem, pacis publicæ conservandæ gratiâ, comiter atq; officiosé observare, humaniterq; sustinere.

11. Minimé ergó obstat, quód ogganniunt nonnulli; Civitates Regalium esse incapaces. Quippé quemadmodum populus liber, etiam in Democratico Statu, aut in Laocratiâ, ipsa plebs, jure optimo habere potest Majestatis Jura; etiamsi ibi Nobiles non sint. Imó ignobiles, Nobilibus imperare queunt: ut in Helvetiis usuvenire videmus. Ita pariter Civitas superiorem recognoscens, æquéac Marchio, Dux, Comes, &c. regalia ut obtineat, impedit nihil. *Quæ eodem sensu, sed a. liis verbis proponit Caspar Kloke, disput. de contribut. thes.* 10. Et hocidem est, quod Dauthius in Hypotyp. *sect.* 4. extruere conatur generalem Principis definitionem, quæ tám Civitates quám Barones, Duces, Comites, &c. comprehendat: quodque suprá *nu.* 9. dixi, Principis jura adscribi quoque iis licere, qui Principes non existunt. Nec puto investiturę solúm vigore, territorii illa Jura Principes habere: quippé non omnes Principatus Feudales sunt, sed in dubio allodiales præsumuntur. *Sixtin. tract. de regalib. lib. 1. c. 4. nu. 63.* Ita ut iterum concludere possim; Territorii hocce Jus Territorio immediaté Imperatori subjecto inhærere: inprimis si possessores membra Imperii, universalisque illius penes omnes Status residentis Majestatis, participes existant.

Gail. 2. observ. 54. n. 10. Bocer. de collect. c. 4. n. 27. & seq.

12. Quin imó, si Civitas Imperii certâ lege, pacto vel conditione, subdita alicui Principi sit: aut in eâ Princeps Jura quædam singularia (merum purúm Imperium, vectigalia, salvum conductum; den Forst/vel similia) ex præscriptione, vel conventione habere comperiatur: extra eam tamen conditionem atque jura, isthæc libertate suâ, jureque quod ut Imperii Status habet, placidé frui potest, nec ipsum Territorium aliaque Regalia, Principis esse censentur. Sic in Goslariâ, Dux

Dux Brunsvicensis insignia quædam obtinet jura: licet ea Imperii Civitas libera sit. Ejusmodi quoque conditionis fuit Noriberga; cùm in eâ Marchio Brandeburgensis Burgraviatum sibi adhûc vendicaret: ut & Magdeburgum, in quo Dux Saxoniæ, similiter Burggraviatum sibi adscribit. Sic & ex jure Advocatiæ, **Schutz vnd Schirmsgerechtigkeit**; **die Landesfürstliche Obrigkeit** non potest induci: licet dicantur **die Oberste**/ vel etiam **Erbschirmherrn**. Ideoq; Dominus pro hisce, tanquam sub ditis, in Camerâ supplicare non potest. Quę præjudiciis Cameralibus roborat Dn. Ruland *de interrog. lib. 2. c. 3. n. 12 & seq.* Imó nec homagium semper subjectionem inducit: certum enim est, Coloniam Agrippensem illustrem esse sacri Romani Imperii atque liberam, & præ aliis, ut supra deductum, prę cipuam ac nobilem Civitatem: veruntamen Archiepiscopo homagium præstat, cujus verba ex Statutis Colonien sibus, fol. 8. referre lubet. **Diesen Tag heut/ vnd diese Tag all/ vñ von diesem Tag fort/ hulden wir freye Bürger zu Cöllen / vnserm H. N. Ertzbischoffen von Cöllen/ Trew vnd Hold zu seyn/ als lang er vns helt/ in Rechte vñ Ehren/ bey vnser guter alter Gewonde/ die wir vnd vnsere Vorfahren herbracht haben/ &c.** Sic pariter licet in: ac circa Hagenawensem Civitatem, vigore **der Landvogtey**/ multa Regalia habeat serenissima Austriaca domus; non minùs tamen ea Civitas Imperialis manet, plenâque in cæteris fruitur superioritate, *ut deducit autem Consilii, de Augustanâ Confessione pro Republ. Hagenawensi, sub quæst. 3. in Symphorem. Supplication. Tom. 1. part. 1. tit. 3. fol. 266.* Idem judicat de Augustâ Trevetorum, multisq; firmat Kyriander, *in Annal passim præsertim fol. 228.* ut & de oppido **Friedberg**/ probat multis in locis, **Christian. Lehman**/ ac etiam auctor Responsi, hâc de re singularis.

Sixtinus de Regal. lib. 1. c. 4. nu. 82. Gluten. in Syll. th. 27. lit. e. ad fin. Matth. Steph. c. 1. n. 31. & seq.

13. Dicendum nunc esset de Civitatibus, quas mixti vulgó status appellant; quæ nempé Imperiales partim, partim sunt provinciales. Dicendum item restat de Justiciâ Hanseatici fœderis, Vandalicarumque Civitatum, quæ magnam partem non meré Imperiales, libereque existunt: sed cùm ea singularem requirere videantur dissertationem, tantùm nunc in etymon voculæ **Hansse** inquirere placet; cùm videam etiam doctissimos id velle, ut **Hansse**/ quasi **am See** dederit huic nominationi originationem; quod etiam amplissimus Rutger. Rulandus censet, & nominatim hâc in parte á me se dissentire scribit: *part. 2. lib. 5. c. 4. n. 56.* quod & placet Wehnero in verbo **Hansseestätt**/ ubi dicit, **Hain: Hassee: Sehe vnd Ansehe**/ **oder am Sehe Stätt**/ dictas esse, quód maxima pars earum mari adjaceat; undé **Anseheſtätt** / & litera H. euphoniæ gratiâ successu temporis adjectâ, **Hanseheſtätt** fuerint adpellatæ. Verùm huic opinioni nec nunc assentiri possum; sed easdem potiùs ab antiquo Gotthico verbo **Anst**/ denominationem accepisse puto. Vocabulum autem *Ansi*, proprium Gotthici Idiomatis (quod Teutonicam fuisse dialectum, extra controversiam est) multorum testimonio denotat eos, qui cæteros mortales, fortunâ & opibus antecellunt; Heroum & Semideorum proximi conditioni, ac velut humanæ sortis terminos egressi: undé & vernacula nostra, additione aspiratæ, Hansos olim proceres nominavit. Quin & nunc hodié in Helvetiis, & Rhetiâ **die Hanssen** / Nobiles & optimates, âplebeque factionem diversam foventes, adpellantur. Indeque Hadrianus Junius, *etymon Francorum* deducit, **Fry Anssi** quasi **Freye Hanssen**. Sic & Franci, in *Ansuarios* ac Salios dividebantur. Tacitus etiam *Ansibariorum* meminit, quos quidam interpretantur *Ansi buren*, seu

Adrianus Iunius in Batavia Historiâ, c. 9. fol. 72. & 99. Reinner. Reinecc. in pro leg hist. Iul. tom. 1. c. 3. fol. 25. Isaac Pontanus lib. 2. orig. Francicar. c. 8. lib. 3. c. 1. fol. 181.

ut nos loquimur, **freye/fürneme Bawren**. Nec ambiguam, indé nata nomina, Ansegisus, Ansgarius, &c. Pariter idcircó **Hanſſe Städte** / Urbes præcipuæ ſunt, Urbes negotiationibus, opibus & cõfœderationibus potentiores. Non excutiam hoc loco, quæ adfert pluribus, ſed nimiúm infirmis conjecturis, Goropius Becanus, ad oſtendendum; Angrivarios, eoſdem cum Anſibariis, eſſe: nec etiam quód comminiſcitur etymon frigidum ſatis, Hanſeaticæ ſocietatis; ab **Anſie** Germanicâ voce, quę reſpicio notat. Verba tamen ejus non pigebat adjicere, vel fidei ergó: ita ea habent, *Francicorum lib.* 2. Angrivarii proximi Chaucis majoribus, olim habitabant inter Albim & Viſurgim, Longobardis inferiores; quó fit, ut illos eoſdem cũ Anſibariis eſſe credam: & Tacitum diverſitate nominum deceptum, diverſos populos putaviſſe. Et deinde *lib.* 3. Frequens fuit inter Principes Francorũ *Anſegiſi* nomẽ; quo ſocietatis obſes, vernaculis noſtris denotatur: quia **Anſe** ſocietatem ſignat, ab **Anſie**/quod eſt reſpicio, vel rationem cujuſpiam in re quápiam gerendâ habeo. Undè Civitates Germanicæ in mercatu, confœderatæ **Anſee Städen** / id eſt, ſocię Civitates vocantur. **Giß** verò vel **Giſel** obſes nominatur. Hactenús ille. Cum quo de tabulâ manum!

XIII.

DE JURE IMPERIALIUM CIVITATUM IN IMMUTANDA RELIGIONE, D. CHRIST. BESOLDI.

DISCVRSVS I.

IMPERII Civitatum multiplicibus privilegiis immunitatibusq;, quibus jure optimo-maximo gaudent, & hocce adnumerandũ eſſe, firmiter adſevero; quód Religionem veterẽ, pariter ut cæteri Status, mutare queunt: etiamſi poſt pacem noſtrę Religioni datam, adhùc illę veteres amplexę fuerint ritus. Negant quidẽ hoc Catholico-Romani; quẽ in ſenſum apud Compilatorem Cameralium præjudicium, §. *Civitas Imperialis.* Aſſeſſor quidam Cameræ anonymus, ita cenſet: An Civitates Imperiales hactenus Catholicæ, poſſint nunc demúm mutare Religionem? de Principib nunquám dubium fuit: de civitatibus a Imperialibus ſecús. At verò contrarium ſentiunt alii: *hacq; de dubitatione conſilii elegans Reip. Hagenowenſi datũ (q. 1. 3. & 4.) extat in tom. 1. Symphorem. ſupplic. part. 1. tit. 3. de relig. f. 264. & aſſentit Henr. Brunning. diſp. de variis univerſ. ſpecieb.* (*quæ tom. 1. juris publici, Hanoviæ edito inſerta eſt*) *th.* 20. ac iiſdẽ etiam adſtipulari me cogit (1.) præjudicium quod extat inſigne, in Symphoremate ſupplicationũ; *tom. 1. part. 1. vot. 2. f. 211 col.* 2. ubi per majora in pleno Senatu concluſum fuiſſe refertur: proceſſus adflictæ cuidã urbi, quæ etiam poſt Annum 55. Auguſtanam receperat confeſſionem, decernendos eſſe. *6. Febr. A.* 1582. Accedunt (2.) Pacis Religioſæ clariſſima verba: quę quippé ſtatibus omnibus liberam mutandæ Religionis concedunt facultatem; hujuſq; facultatis coarctandę, omnem præcidunt occaſionem; tam ubi á Catholico-Romanâ ad noſtratem, quàm cùm ad illam á noſtrate tranſitur. **Reichsabſchied zu Augſpurg**, *de An.* 1555. §. **Vnd damit ſolcher fried**, *ibi*: **Bey ſolcher Religion/ Kirchengebreuchen / ſo ſie auffgericht oder nachmals auffrichten werden/** ꝛc.

2. Et hoc eſt quod aliis verbis effertur, & pro vulgatiſſimo axiomate hodierni juris

furis venditatur; Religionis sc. mutationem promanare ex immediatâ jurisdictione, & radicaliter etiam adnexam esse juri territoriali, *Paurm. 2. de jurisd. c. ult. sub. n. 46. f. 919. ad fin & seq. Petr. Leopoldi, apud Aruma. d. seurs de jure publ. 24. q. 3.* Hoc verò territorii jus, competere Civitatib. Cæsari immediatè subjectis; unanimi propè sensu, juris publici Doctores docēt. Ac suarū partium studio occæcatus manifestó fuit, suprà allegatus Adsessor cameralis; qui *apud Compilatorem dub. & prajudic. Cameral. d. 5. Civitas Imp.* in sequentia verba scribit: Semper ego fui in illâ opinione, quód civitates Imperiales non habeant **die hohe Landsfürstliche Obrigkeit**; sed quód illa residet penes Imperatorem: multiq; alii Catholici mecum tenuerunt hanc opinionem. Attamen Catholici aliud & contrarium asserant in civitate Colonienſi; adeó quód nisi hoc illis concedatur, Catholicam ibidem conservare Religionem, nullo se modo posse putent: & ideó vigore dieser **Landsfürstl. Obrigkeit** / Fiscum in hâc civitate cōtra hæreticos constituerunt; quó cōpescerent eos. Consultiús tamen facerent, si hoc fisci jus, sibi per Imperatorē tradi curarent: ne aliæ civitates illius vestigia sequantur, & consimilia contra Catholicos tentent, quod hi contra hæreticos facere solent, &c. Sed hęc alibi latiús refutabuntur: nunc id faciam presse, & etiam haut meis; verùm augustis Imperatoris Sigismūdi verbis, qui in **der Reformation de An. 1436.** de Imperialibus liberis Rebuspublicis, ita notanter rescribit: **Die Reichsstätt stehen geschrieben Heilig/ dann jhnen wardt empfohlen alles recht vnd Göttliche Seligkeit/vnd wardt die Christenheit durch sie gesterckt/vnnd wurden jhnen Geystliche vnd Weltliche Recht empfohlen/als dem Keyser das Reich: als sie noch heut bey tag/dem H. Reich verbunden seind/ bey Eyden vnd Ehren zuthun. Et idem ibidē: Jhr würdige Reichsstätte/so man alle Welt rechnet/so seynd jr doch die Glider/die an dem Göttlichen recht nit weichen sollen. Jhr habt ewer Freyheit von der Christenheit: Jhr seind des heiligen Glaubens beschirmer/ rechte Vögt/ꝛc.**

3. Porró ergó in casu reformandæ Religionis, non opus esse videtur; ut Cæsareæ Majestatis assensionem priùs impetrent Civitates. Frustrá namq; precibus implorator, quod jure conceditur cōmuni, *l. un. C. de thesaur. lib. 10.* Et ubi prohibitio abest, ibi culpa considerari nequit, *arg. l. Gracchus, 4. C. ad l. Iul. de adult. Cravetta, cons. 4. incip. præsupponitur, n. 24. & cons. 63. primum dubium. n. 9.* Nec quoq;, si á Cæsareâ Majestate Civitas, quę Religionem mutare volet, mandato, vel etiam iteratâ jussione impediatur, obtemperandum esse reputarem. Etenim injustitia notorio mandatio nemo vinculum obedientiæ dissolvit, *Abbas. & Decius in c. si quando, de offic. delegat.* Non item in Principe justa præsumitur caussa, quandó is aliquid rescribit cōtra leges fundamentales, vel cum Ordinibus initam conventionem.

4. Usq; hûc, sufficienter, utputo, demonstratum est; nullo impediente obstaculo extemo, Civitates liberas vel Imperiales, de Religione disponere posse: sed operæ pretium nūc esse mihi videtur, decisionem indagare notæ & vexatissimæ illius disputationis; An si in aliquâ Imperii civitate, Senatores unanimi, vel partis majoris assensu, Religionem Romano-Catholicam (verbi gratiâ) revocare velint, hoc cū tribubus seu aliis civibus invitis, facere queant: aut si Senatus semper antiquos retinuerit ritus, an cives, eorum vé magna pars, jure petere queant exercitium liberum formatæ Religionis; hocq; illis Magistratus invitus permittere cogatur? Quæstio hæc in duabus maximé, maximiq; momenti causis, coram Augustissimo Spirensi tribunali discussa, magnaq; contētione agitata fuit olim: Civium (1) nempé aliquot

Colonienſium, contra Senatum Colonienſem: *ut videre licet in Symphoremate ſuppl. tom. 1. part. 1. tit. 3. f. 160. &c. Herm Eſaia Roſacorb. pract. forens. c. 32. fol. 66. &c.* In den Abſchieden des Keyſ: Cammergerichts *ordinari* vnd *extraord. viſitationen, fol.* 138. *& ſeqq. multis.* Item (2.) Augſpurg / *contra* Augſpurg: *Symphorema ſuppl d. t. 3. voto 9 fol.* 244. *&c* cùm ibi ob Calendarii Gregoriani introductionem, Anno 1584. fierent turbæ; quarum hiſtoriam David Chytræus habet, *Sax. lib. 26. ad fin. f. m.* 741. cardo itidem negotii Aquiſgranenſis (vid. die Relation welcher maſſen des heiligen Reichsſtatt / vnd Königlicher Stul Aach durch den Herrn *Marquis di Spinola*, eingenommen vnd beſetzet worden) ut & Wilenſis in vicinià noſtrâ, hoc ipſo in dubio verti videtur. Ac licet quæſtio ea, diverſos & adverſos etiam, nacta ſemper fuerit patronos; maxumé pro adfectus ad hanc vel illam Religionẽ propenſione: Nos tamen ejuſmodi in controverſiis, cùm ſimpliciter & candidé procedendum eſſe arbitremur, ſi modó pacem publicã (ſimul & religioſam) velimus intemeratam conſervare; cùm primis operæ pretium reputamus, argumentorum ut acies adverſas, in cãpum producamus (*quod & factum eſt á Petro Fridero Mind. 1. de proceſſ. c. 3. ac etiam auctore anonymo, quem Dn. Ant. Albicium eſſe puto, Examinu edicti de pace Religionu ſervandâ in Germaniâ, &c. q. 7.*) & oculo ſinceri judicii acuraté perluſtremus.

5. Ergó qui civium tuentur partes (á quibus non admodùm alienus eſt Paurmeiſterus *d. c. ult n.* 46.) ita non inarguté argumentantur: (1.) Quód alia longé ratio ſit ſubjectionis, reſpectu civium erga Senatorium magiſtratum; quám aliorũ ſubditorum erga Principes, Comites, aut Barones, Nobiles vé immediatos. Ut idcó, licet his liberum haut pateat exercitiũ Divini cultus recuſantibus Dominis ſuis, de illis tamen ſecus ſit ſtatuendum: quia nempé in Imperii civitatibus, non Senatus tãtùm, ſed unà etiam reliqui cives, ſtatum Imperialem repræſentent; & non minùs ac Senatus ipſe, Majeſtati Cęſareæ, ſacroq; Imperio immediaté ſubjecti exiſtimẽtur: cùm eidem obedientiam atq; fidelitatem, ex more juraté promittant: Es ſeynd auch die gemeine Bürger / Keyſ. Majeſt. vnd dem H. Reich mit Eyden vnd Huldigungs gelübde verbunden. (2) Quamvis cives ipſo actu, haut poſſideant ſenatoriam dignitatem; potentiâ tamen eandem habent, dum per liberum electionis votum, earundem capaces eſſe queant. (3) Cives, qui ſunt extra Senatum, potiſſima videntur pars civitatis. (4) Declaratio deniq; Divi Ferdinandi Regis Romanorum ſuper promulgandâ Religionis conſtitutione, An 15. 55. 30. Auguſti facta (& quæ extat apud Gilman. *Symphor. tom. 1. d. tit 3. fol.* 161. & Dn. Goldaſtum, *tom 2. Conſtit. f.* 288.) pro civibus quoq; gnaviter propugnat. Et nempé incolis Imperialium Civitatum libertatem tribuit Religionis exercitium inſtituendi; verba ita ſonant: Daß jhr Königliche Majeſt. nach geſtalt der Bürgerſchafft vnd Einwohner der Frey- vñ Reichs Stätte / billich vnd gleichmäſſig zu ſein erachte; In erwegung / die Bürgerſchafft in den Frey- vnd Reichs Stätten / alle zugleich vnd ohne Mittel dem Römiſchen Keyſer vnd König / vñ dem Heiligen Reich / ſo wol als andere mehr vnterworffen. Vnd ſo nun andere Reichsſtände / die alte Religion / oder Augſpurgiſche Confeſſion zuhalten frey ſein wöllen / daß ſolches den Bürgern / in Frey- vnd Reichsſtätten / auch nicht wol verſagt werden möge. In erwegung nit wenig beſchwerlich were / daß der weniger theil in einiger freyen vnd Reichsſtatt / ſich durch des mehrertheils Stimmen im Raht oder Gemein / von ſeiner jetzo habenden alten Religion oder Kirchengebreuchen / zu der Augſpurgiſchen Confeſſion / oder herwiderumb

von

dem solcher Confession oder jhren Kirchengebräuchen/ zu der alten Religion dringen lassen müste/ &c.

6. Nec tamen minùs prægnantibus rationibus roborare licet Magistratus seu Senatus partes: in quas etiã secedere videtur Friderus, *suprà d. l.* eumq; sequutus Petrus Syringus, *disp. de pace Relig. th.* 41. & idem sub personâ Justi Springeri, *tr. de pace Relig. c.* 10. *f.* 99. *&c.* (1) In multis quidem differunt subditi Principum, Statuumq; similium, à civibus seu incolis civitatum: illi etenim nunquám in Principis & Dominorum suorum, hi verò subindé ad Magistratus & Senatorum dignitatẽ evehuntur; nec aliundé nisi ex corpore Civitatis Senatores peti vel legi solent, &c. Vicissim tamen, in multis etiam, & præsertim quó ad obedientiæ vim, conveniunt Civitatũ & Principum subjecti: nõ minùs quippé Senatui cives, quám subditi suo Principi, obtemperare tenentur; tributum, vectigal, & munera alia, sive ea patrimonialia, sive personalia sint, præstare debent. Et proindé nec in publico Religionis exercitio adornando, maxumi illius Imperii partes, cui Religionis mutatio adscribi solet, ullo jure sibi sumere queunt. (2) Etsi crassé populariterq; loquendo, nihil aliud Universitas civitatis, quám homines ipsius Universitatis: subtilitate tamen, fictioneq;, juris, animam personam Universitas repræsentat. Ac ideó minimé procedit, sed pura puta elusa syllogistia: Imperii Status civitas est, & eo nomine, vigore Pacis Religiosæ, ex arbitratu libero Augustanam Confessionem amplecti, ejusq; exercitium inchoare potest. Ergó etiam singuli cives, eorumvé insignis aliqua pars, tanquám Universitatis membra hoc idem facere queunt. Id etenim privilegiũ, isq; honor; Universitatis est, non singulorum. Universitatẽ verò totaliter & universim, Senatus repræsentat; cui utpotè jurisdictionis & imperii vis, concredita censetur; pariter ferè, ut plures quamvis in Capitulo Canonici sint, non tamen hi, sed Episcopus, pro Statu Imperii habetur. (3) Quâ eâdẽ ratione, nec illud quicquám sublevare Cives potest, quód qui sunt extra Senatum, potissimã constituere dicuntur Civitatis partem. Potius enim, non in numero semper, sed ut plurimùm in dignitate consistit. Et sic, cùm (ut modó dictũ) jurisdictio omnis, penes Senatum plerunq; sit, eâq; Cives omninó destituantur; potior idcircó Civitatis pars Senatus erit. (4) Ferdinandi Regis declarationem, ob quod Recessib. Imperii non sit inserta, haut multùm probare posse videtur. Quin & eandem, magis ad deliberationem de futurâ pace Religionis sanciendâ; quám ad ejus interpretationem vel derogationem pertinere; cùm ipse contextus, tum & dies adscripta, seu datum (ut vulgó loquimur) produnt satis manifestè. *Aliis quoq; rationibus multis, declarationis hujus nullitatem evincere satagunt Rosacorb. pract. forens cap.* 32. *fol.* 67. *& Syrinus, thes.* 41.

7. Ut hæc utrinq; speciosa videantur, ita ut in ancipiti constitutus, quám in partem judicii æquilibriũ propendere debeat ignorem: rem tamẽ distinctione aliquâ indigere puto. Illud inprimis extra dubitationis aleam constitutũ est: Quib. in Liberis vel Imperialib. Civitatibus, ante pacem hancce factã, utraq; in usu promiscuo religio fuit, in iis porró sic manere debere. **Donawert. Erinnerung** *part.* 1. *f.* 21. Et ita etiam in constitutione Religiosæ pacis diserté sancitum est: §. **Nach dẽ aber.** 27. **Nach dem in vielen Freyen vnd Reichsstätten/ die beyden Religionen ein zeithero im gang vnd gebrauch gewesen/ daß die hinfüro auch also bleiben/ vñ in solchen Stätten gehalten werden. Auch derselben freyen vnd Reichs Stätt Bürger vnd andere Einwohner/ Geistlichs vñ Weltlichs Stands/ friedlich vnd rühig bey vnd neben**

neben einander wohnen/vnd kein theil des andern Religion/Kirchengebräuch/oder Ceremonien abzuthun/ oder jhn darvon zutringen vnterstehen solle. Ergó jus id, q cives communi Imperii lege quæsitum habent, á Senatu tolli nequit: & quávis ideó omnes Senatores, ad Catholicam v.g. inclinent Religionem; civibus tamen exercitium diversæ confessionis nullo sub prætextu adimere debent. Sicq; Biberaci, Ravenspurgi, Augustæ Vindelicorum aliisq; similibus in locis, Senatores, qui partem maxumam Pontificii sunt, ad usum civium, qui Augustanæ addicti Confessioni, Ecclesię ministros sustentant, aluntq;. Ex quibus & illud deducitur subsequenter, si (ut non rarenter usuvenire comperimus) Augustanam Confessionē, qui amplectuntur, Legibus aut Statutis per Romano-catholicos (aut é contra) excludantur á Senatu; vel etiam prohibitio fiat, ne ullorū votis ad Senatorium ordinē aggregentur: id in Pacificationem religiosam facinus temerariū reputari. Sicq; nisi ordinarius subveniat Magistratus, ab Imperiali Camerâ, supplicando petere licere, ut debitis processibus turbatis subveniatur, *Petr. Frider. d. cap. 31. num. 18 Syringus, thes. 41. ad fin.*

8. Cúm veró favore pro se introducto, quilibet renuntiare queat: & recepti etiam existat juris, renuntiare beneficio statuti, in ejus favorem principaliter introducti quē posse; licet id secundarió respiceret publicam utilitatem, *Aret. in §. idem n. 45. Inst. de except. Rol. á Valle, cons. 25. num. 10. & 28. lib. 2.* Cumq; cessante causâ, ejus quoq; desinat effectus; ac quicquid conceditur ex causâ, secundum illā debeat regulari: *per jura vulgó vulgata.* Ideó si cives, qui Romano-Catholicam anté Religionem amplectabantur, ad mentē pervenirent saniorē; licitum quoq; censeri potest, Romano-Catholicum abolere cultum. Sin item civiū Catholicorum numerus decrescat; non prohibitum esse reputarem, unum atq; alterum adhuc Templum, de novo addicere crescenti Religioni, & pro numero ovium Ecclesiæ adversæ, numerū etiam ac qualitatem mutare Templorum. Et ita, vel invito auctore der Donawertischen Erinnerung *part. 1. f. 49. & seq.* aliisq; Pontificiis reclamantibus concludo, haut in Religiosæ pacis constitutionem impegisse Eslingenses, aliasq; Respublicas liberas Imperiales, quæ demúm post pacem nostræ Religioni datā, reliqua Catholico-Romanæ Ecclesiæ, quæ supererant, sacra restinxerunt, aut etiam antiquârunt in totum. Quin & hoc tradi solet, Civitates Imperiales Augustanæ Confessionis (nō Episcopum vel ordinarius qui eo loci anté fuit) jurisdictionem quoque Ecclesiasticam habere in reliquos Papisticos cives, *qua de re disquirit* die Donawertische Information *part. 1. fol. 50. §.* Wafehr es nun war sein solte/ *& foliis seqq.*

9. Si autem tempore pacificatæ Religionis, Catholicæ vel Reformatæ exercitium Confessionis, in omnibus ad Civitatem pertinentibus Templis fuerit in usu: Anné tūc Senatus, mutationem aliquā suscipere queat; num veró Civium beneplacitū aliquid hîc operetur? id (ut jam modó *n. 7.* dixi) absq; subsidio distinctionis tractari, decidiq; nequit. Et nempé, cúm nunc Religio, jurisdictionis sequela plané sit (quod & á me suprá *n. 2.* adprobatum est) accurato judicio indagandum puto; anné Senatus habeat omnem potestatem, Imperiumq; omne, aut num simul penes plebem, aliqua resideat eminentia potestatis. H.e. perspiciendum erit; an ad aristocraticam vel democraticam formam. Civitatis regimen accedat. Quod & monere videtur Paurmeisterus, *d. cap ult. n. 48. & seq.* Et hinc, si potestas omnis, in Senatum á populo fuerit translata: vel potiús, si Regalia ac superioritatis jura singula, Senatoribus contulerit Imperator; ita ut in iis omnibus administrandis, ipsam referant Civitatem,

vitatem, sintq; in Republicâ loco Optimatum, penes quos est ἀριστοκρατία, vel πολυαρχία: non sanè tunc major erit Civium circa Religionis immutationē, quám cæteris Statibus (Ducibus sc. Comitibus &c.) subjectorum, potestas. Nec quippé hoc in casu, simul etiam cives, agere Imperii Statum; sed ii Cæsareæ Majestati, Sacroq; Imperio, mediatè subjecti censentur. At vicissim, in Reipublicæ administratione, democratica (aut mixta etiam) si ratio observetur; si quæcunq; sunt jura Civitatis, non Magistratui Rectoribusvé, sed toti communitati concessa fuisse, apud eamq; in totum vel ex parte adhûc residere constet; aut si Tribuni Tribusque aliquam habeant potestatem (**da die alten Zünfften noch im Schwang**/ut sc. Rottwilæ, Reitlingæ, & ut puto Argentinæ &c.) Civium certè consensus necessarius est omninò, horum præter voluntatem, ut aliis in rebus, sic & in hocce negotio cumprimis, ob maximum ejus momentum atq; pondus, disponi mutarivé potest nihil. An autem in Republicâ vigeat Aristocratia, aut verò Democratia, hoc nō ad juridicialem sed ad conjecturalem statū pertinere; h. e. in facto magis, quám in jure consistere videtur: & tamen Paurmeist. *d. c. ult. sub n.* 51. *ad fin fol* 923. notas aliquas adducit, ex quibus id cognosci queat; cujus scrinia non compilo.

10. Et capit hæc nostra decisio robur ex eo, quód disputat & decidit Hartmannus Pistoris; *lib.* 1. *q.* 37. *n.* 5. *ad fin.* Senatum quoq; Civitatis, absq; Tribunorū convocatione, de quâcunq; rei statuendi facultatē habere; si talis sit in Civitate Senatus, qui omnes ordines repræsentet. Quo pertinet quoq; illud, quod scribit Andreas Rauchbar, *quæst. jur. civil.* 1. *part.* 2. Syndicum Civitatis, á Consulibus & Senatoribus, **Von Burgermeistern vnd Rathmannen**/absq; Tribunorum plebis interventu, constitui non posse: verùm id procedere tum demùm, si rerum ad Civitatem pertinentium gubernatio, Tribunis competat quoq; &c. Id quod teste Keckermanno, 2 *Polit. c.* 5. in Civitatibus mercaturæ deditis, plerumq; fieri solet. *Addi potest Paurmeisterus, sæpè laudato c. ult sub nu.* 52. *vers. Esse autem in plerisq; Civitatib. triacontas fol.* 915.

11. Illustrantur hæc itidem, Privilegio Wenceslai Francofurtensibus dato; **Daß die Bürger dem Raht/von wegen deß Keysers vñ deß Reichs zu schwören/ vnd in allen Sachen zu gehorsamen schuldig seyn sollen.** Et ita concludi necessum est, merō inibi Aristocraticum esse Statum. Ex quo eodem fundamento, in suprá adducto consilio pro Rep. Hagenowensi, *qu.* 5. *in Symphor. suppl. tom.* 1. *fol.* 270 decisum invenimus; **Das ein Ersamer Raht/nit schuldig/die Keyserlichen Schreiben wegen Abstellung deß** exercitii Augustanæ Confessionis, **einer Gemeine zueröffnen: Weil hierdurch ein Ersamer Raht wider sein alt Herkommen/ Freyheit vnnd Gewonheit/handlen würde; auch bey andern Frey: vnd Reichsstätten gantz nicht gebreuchig/ daß sie der Gemein die Schreiben oder** rescripta, **so an dem Keyß: Hoff außgehen/communicieren, oder fürhalten. Inmassen nicht weniger in der Keyß: Cantzley der Stylus nie gewesen/ die Vberschrifft an den Raht vnd die Gemein zustellen/**&c. Vicissim verò Cives Colonienses. **Freye Königliche Bürger** indigitatur, in Colonienſib. Statutis *fol.* 46. *& seq.* **Es ist zu wissen/daß ein Statt von Cölln/ein freye Reichsstatt/ vnd alle Bürger freye Königliche Bürger seynd/ vnd frey gehuld von einem Römischen König/**&c. ubi in subsequentib. multorum Privilegiorum mentio fit, restringentium Senatus potestatem: & quæ ideó statum inibi democraticum, vel mixtum esse probabile reddunt.

12. Ac tandem durum, & á Chriſtianæ Religionis principiis diverſum planè eſt; ſi qui Reipublicæ poteſtatem habent (Senatus nempè vel populi major pars) cives particulares, intuitu Religionis, mit Fiſcaliſchen Proceſſen/ inquiſitorio vexare velint modo (quod quoq; meritò carpit auctor examinis Edict. de pace Relig. *d. quæſt. 7. § concluſio.*) ut Coloniæ factum fuiſſe refertur in quâdam Supplicatione, quæ eſt apud Roſacorb. *c. 32. fol. 63.* pro quo tamen *ibid. fol. 66.* Romano-catholicus quidam JCtus, propugnare, idque exemplo Lutheranorum nequicquàm excuſare conatur.

XIV.

DE STATU NOBILIUM CIVILI EORUMQUE PRIVILEGIIS, D. JOSIÆ NOLDEN.

QUandoquidem juxta Marcellinum *in lib. de pediâ Hiſtor.* in παγματείᾳ juris publici diſcurrendum ſit per negotiorum celſitudines, nõ juris Civilis apices, de quibus inter Nobiles diſputandum non eſt, *Iacob. Thoming. conſ. 40. n. 66. vol. 1.* ſed nobiliſſimam doteq; ſuâ ampliſſimam nobilitatis materiam publicæ velitationi committere pretium operę duximus. In ea itaq; pertractanda Ulpiani JCti ὅτε πάντα *ex l. ſolent, 6. §. non vero, 3. ff de off. proconſ.* obſervabimus. Etenim teſte Catullo.

Turpe eſt difficiles habere nugas
Et ſtultus labor eſt ineptiarum.

CAPUT I.

De Notatione, Significatione & Definitione Nobilitatis.

CONCLUSIO I.

DE Etymologia ſeu Notatione *Nobilis* varia ſunt inter Dd. opinionum divortia. Aliis dicitur quaſi *Non Bilis.* Cum enim ſoror nobilitatis ſit humilitas, *Paraliip. ad Abb. Urſperg. tit. de Conc. Baſil.* manſuetus potiùs & humanus quàm ad elationem pronus eſſe debet, *Bart. Chaſſan. in Catal. glor. mund. part. 8. conſid. 32. Felix Malleolus vulgò* Hammerlin *in Dial. de Nobil. & ruſt. c. 7.* Aliis imitatione Stoicorum quaſi *Nobis Lu*, tanquam ſuperbia & faſtus nobilitatis ſit pediſſequa, *Saluſt. de Metello in Iugurth. c. 64. Vellej. Patercul. lib. 2. hiſt. Rom. Livius 1. decad. lib. 9. in fin.* ipſiſque nobilibus cum animo litigandi ab Horoſcopo & Synaſtria innata & congenita, *Iul. Firm. lib. 8. Aſtronomicon, c. 11. Bald. in l. per adoptionem, lect. 1. n. 2. ff. de adop. Fr. Pruckm conſ. 2. n. 439. Rob. Maranta conſ. 47. nu. 8.* Aliis quaſi Non Vilis. *Greg. Tholoſ. in Syntag. art. mirab. Wechner. in diſc. de Nob. c. 1. Paris de Put. tr. de re mil. lib. 7. quæſt. 1. n. 24.* eo quod

Viles

Viles & Nobiles *in auth. Præsides, in pr. C. de Episc. aud. & l. ingenuæ, 3. C. de murileg.* sibi opponantur, Viles autem & ignobiles *in Novell. 90. c. 1.* conjungantur. Aliis deniq; á noscendo quasi Noscibilis. *Andr. Tiraqu. de Nobilit. c. 2. nu. 3. Tholosan lib. 4. de Repub. c. 2. n. 8. Chass. in Catal. glor. mund. p. 8. consid. 2. Ioh. Arze ab Otalora de Nobil. Hispan. part. 2. c. 4. nu. 4. & seq. Fo. Sonsbec. de feud. part. 7. n. 20. H. Bocer. tr. de qual. & nat. feud. c. 3. n. 15. Joh. Gutierrez pract. qq. lib. 3. & 4. q. 16. nu. 33.* Quæ non solùm derivatio est quædam Grammatica, quæ metitur sonos ac syllabas ex additione vel detractione literæ, sed etiam notatio nominis Logica, eo quod ipsorum Virtus κατ' ἐξοχὴν nota esse debeat, Ita tamen ne noti magis sint quám nobiles, *Seneca lib. 3. de benef. cap. 28.*

2. Nobilis Germanicé significanter vocatur **ein Edelmann** / à Germanico Adel. De cujus notatione non minús convenit inter criticos ac Philologos. Nonnulli dictum putant ab **Adler** / quod ut Aquila altius volatu penetrando omnes aves longo post se intervallo relinquit, Ita & Nobiles Virtutum gloria cæteros hominum ordines longé antecellant. Alii ab Hebræo Arsilim vel Gadal, i.e. Optimates. Alii á Græco ἀέθλιος, quod bene meritum seu præmio affectum denotat, *Christoph. Besold. lib. 1. polit. c. 11. § 6. num. 38.* Alii é Latino Ædili deducunt, *vid. Ioan. Geiler. in navi stultifera sub turba 76.* Dicitur etiam Germanis, **ein Juncker** / quasi Jung Herr / hoc est ætate ac robore juvenili pollens heros, *vide infra thes. 5.* Saxonibus **Schufft**. Sed hæc appellatio, ut illi putant, non est ignominiosa, sed potius honorifica. Descendit enim ab Hebræo Schuftim, quod judicem significat.

3. Est autem vocabulum Nobile τῶν μέσων. Accipitur enim vel genericé vel specificé. Genericé rursus sumitur bifariam. Nam I. significat omne id quod in unoquoq; genere excellit, ita Poppæam, quæ omnem pudorem ejuraverat *Apud Tac. lib. 13. Annal.* Quintillam, quæ nunquam Virginem se noverat, *Greg. Rollenhag. in certam. mascul. fœm. cap. 19. num. 25.* Chionem, quæ mille procis placuit bis septem nubilis annis, *apud Ovid. lib. 11. Metamorph. fabul. 9.* nobile scortum vocamus. Romanos in Cannensi clade cæsos, Nobiles Cannas salutamus, *de qua Liv. lib. 22. histor. c. 47. & seqq. Polyb. lib. 5. c. 18. lib. 33. c. 1. Sil. Ital. lib. 9. per tot. Frontin. lib. 2. c. 5. Oros. lib. 4. c. 16. Strabon. lib. 6. in fin. Valer. Max. in dict. memorab. passim.* Verúm ista vox parum importat præeminentiæ, ideoq; illud nobilitatis signum hîc non usque adeo attendemus, aliâs nobis occini posset, quod *ex Flandr. lib. 5. Metaphor. qu. 17.* repetit *Henn. Arnis. lib. 1. Polit. c. 12.* Oppositum glossatur per oppositum glossa destruente textum.

4. II. Eo nomine salutantur omnium Ordinum Principes, rerumq́ue potentes. Nam Duces, Marchiones, Comites licét hodié majoris dignitatis titulo vocentur, attamen appellatione Nobilium comprehenduntur. *Thob. Paurmeist. lib. 2. de jurid. c. 11. nu. 12. Lud. Schrader. de feud. part. 10. sect. 7. num. 59. Petr. de Andlo lib. 2. de Rom. Imp. c. 13. Bart. Capoll. tr. de Imp. mil. delig. c. 4. n. 41. Bon. de Curtil. tr. Nobil. part. 5. n. 49. H. Kirch. de Legat. lib. 1. c. 4. nu. 148. Chass. in Catal. glor. mund. p. 8. consid. 46. Gutierrez d. lib. 3. & 4. qu. 6. n. 7. & seq. & n. 51. cum seqq. Fab. de Anna cons. 56. nu. 17. cum seqq. Peregrin. cons. 20. nu. 7. lib. 1.* Quapropter Henricus IV. Rex Galliæ, Anno 96. in Comitiis Rhotomag. bene dixit: De mabrave & genereuse Noblesse je ne distingue point mes Princes, pour estre nostre plus beau tiltre Foy de Gentil homme.

Histoir des dernier troubl. de France liv. 5. p. 68. Nobilium enim titulus olim solis Ducibus, Comitibus, Baronibus tribuebatur. *Genr Rittershus. in prolegom. ad com. feud. Paurmeist. d. c.* 11. *de jurisd. Dn. Christ. Lehmann in Chron. Spirens. l.* 2. *c.* 14. *& cap.* 19. Spangenberg *in Chron. Henneb. lib.* 5. *c.* 5. ubi refert quod primogenitus Daniæ vocetur Juncker Otto von Dennemarck. *Reiner. Reinecc. tr.* von deß Adels herkommen/ *fol.* 144. *ubi refert ex Epitaphio quodam vetusto,* der Edle Wolgeborne Juncker/ Juncker Bernhard/ edler Herr von Lippe. Reliqui verò Nobiles Ministeriales aut Feudatarii, vulgò Edle Knechte/ *Alb. Crantz. in Metrop. lib.* 3. *c.* 11 *lib.* 8. *c.* 14. *Crusius annal. Suevic. p.* 1. *lib.* 10. *Ioan. Lampad. in contin. mellif. histor. Pezel. period.* 4. *cent.* 2. *c.* 1. *Advocati Brunsvicens. part.* 2. Braunschw. Histor. Händel/ *fol.* 867. Knechte deß H. Reichs vocabantur. *Ord. nat. Regiment* zu Augspurg *de an.* 1500. *tit.* von der Ritter- vnd Knecht stewr. *Recess. Imp. de Anno* 500. Wir oder der. Sic Gregor. IX. Pontifex Marchionem Misnensem, *in c.* 46. *ext. de testib.* Innoc. III. Ducem Carinthiæ *in c. venerabilem, in fin. extr. de el. & elect. potest.* Et Innoc. IV. Comitem Bolon. Regis Portugalliæ fratrem *in c.* 2. *de supplend. negl. pral. in* 6. Nobiles viros appellant. Quemadmodum etiam Anno 51. per Legatos oblatæ Pii IV. Pontificis literæ ad singulos Principes Germaniæ in Naumburgensi conventu, cum hâc inscriptione Nobili Viro N. Electori, Duci, &c. Verùm illæ non fuerunt resignatæ, sed remissæ. *Chytr. in Chron. lib.* 20. *Kirchn. in rep. disp.* 12. *th.* 1. *lit.* b.

5. Specificé loquendo olim apud Romanos Nobiles dicebantur, qui nori hominis filii essent. *Joan. Rosin. lib.* 1. *antiq. Rom. c.* 19. *Petr. Ramus in praelect. ad Orat. Cic.* 2. *de Lege Agrar. in pr.* Novus autè dicebatur, qui primus in sua familia Magistratum adipisceretur, ac statuæ sibi erigendæ jus haberet, *Joh. Bod. lib.* 3. *de Rep. c.* 8. *Hipp. à Collib. in Nobili, concl.* 9. *Natta cons* 637. *n.* 22. *tom.* 3. Quæ descriptio valdè inservit notationi nominis Juncker per Synæresin, quasi novus homo, novus Dominus ein Junger Herr sit effectus. Ita olim apud Moscos Gnesii, apud Ægyptios Mammalici, apud Judæos Naezi, apud Indos Nairi, *Pruckman. tr. de Reg. § soluta potestas, cap.* 4. *Effect.* 4. *nu.* 18. *ex Jovio & Massio*, apud Hebræos á stirpe Aaronis sacerdotes, á stirpe Nimrodi Reges, *Genes. c.* 10. *vers.* 9. *& seqq. Bodin. d. c* 8. *de rep. If Casaubon. exerc.* 1. *ad appar. Annal. Baron. c.* 3. *n.* 5. apud Impp. Constantinopolitanos Proceres aulæ regiæ, *Rhenat. Chopp. de privil. rustic. lib.* 3. *c.* 13. *Giphan ad* § 4. *Inst. quib. mod. jus patr. pot. solv.* Hodié apud Hispanos Hydalgi, *Fr. Sarmient. lib.* 1. *select. interpr c.* 15. *n.* 5. *Casp. Bart. tr. de inop. deb. c.* 16. *n.* 44. *& seq. Roder. Santius Hist. Hisp part.* 1. *c.* 8. *Joan. Vasæus Chron. Hisp. c.* 15. *Guttier. lib.* 3. *& 4. pract. qq* 13. *& seqq.* apud Anglos Walli, *Levin. Lemn. de occult. nat. mirac. lib.* 4. *c.* 2. *post pr.* apud Turcas Janizari *Mich. Casp. Lundorp. in Contin. Sleid lib.* 18. *fol.* 349. nobilium titulis ac honore fruuntur.

6. Cùm ergo juxta mores & scita cujusque regionis, Nobilitas, Dignitas, & Infamia judicetur, *Tiraq. de Nobil. c.* 33. *nu.* 20. *Chass. in Cacal. p.* 8. *consid.* 49. *Andr. Knichen de vestit. pact p.* 2. *c.* 4. *n.* 109. *Guttierrez. lib.* 1. *quæst.* 137. *n.* 18. *& seq. Fed. Scotus resp.* 28. *n.* 145. *tit.* 1. *lib.* 6. *Joan. Vinc. Hond. cons.* 87. *n.* 61. *vol.* 2. *Prosp. Farin. cons. crim.* 95. *n.* 13. *lib.* 1. unaq; omnibus populis conveniens nobilitatis definitio haberi non possit, *P. Heig. part.* 1. *quæst.* 2. *n* 63. *Ant. Godfrid disp. feud.* 2. *th.* 4. *lit.* g. *Bodin. de Republ. d. c.* 8. *Besold. lib.* 1. *pol. c.* 11. § 6. *th.* 38. nostrum erit sequi consilium Pauli *in l. cum de* 18. § *item* 3. *ff. de instruct. leg.* eoq; sensu nobilitatem definire, quem illi hodiernus usus imposuit.

7. Est

7. Est ergo Nobilitas dignitas, beneficio Principis seu Legis Plebejum per gradus legitimé erigens. *Consentiunt Æguin. Baro lib. 2. de feud. c. 4 & lib. 3. de Nobil. c. 2. Paurm lib. 1. de jurud. c. 29. n. 29 lib. 2. c. 11. n. 11 & c. ult. n. 39. Otalora de Nob. Hisp. c. 19. n. 4. Tiraq. de Nobil c. 6. n. 1 Guttier. pract qq. lib. 3. & 4. quæst. 14. n. 11. Masc. de prob. 1094. n. 6. vol. 2. Chass in Consuet. Burg. rub. des droicts & appar. à gens mariez § 19. n. 5. Decian. resp. 9. n. 2. resp 66. n. 1. & n. 67. vol. 3.*

8. Diximus I. loco generis DIGNITAS. Hæc enim in abstracto plus est quám Nobilitas, *arg. l. 1. C de Consul.* Cúm vix possit esse sine nobilitate, possit autem nobilitas esse sine dignitate, *Ant. Faber in Cod. forens. lib. 9. tit. 29. de fin. 10. n. 6.* In concreto ergo Nobilitas in dignitatum numero reponitur, *Bart. in l. 1. nu. 46. C. de dign. Mancua in Dial. Historologist. class. 5. c. 95 nu. 3. Guid. Papæ decis. 383. in not. lit. b. Oct. Cacheran. dec. 100. n. 47. Thoming. cons. 52. nu. 39. part. 1. Sixtin. cons. 9 nu. 48, vol. 2. H. Valtej. cons. Marp. 17. n. 43. vol. 3.*

9. Diximus II. BENEFICIO PRINCIPIS SEU LEGIS, cujus nobilitatis privilegia vocantur clausa in corpore juris, *Ant. Fab. in Cod. d. lib. 9. tit 30. de fin. 6. nu. 3. de quib. infr. c. 5.* Est enim inventa Nobilitas ad similitudinem illius nobilitatis quæ est apud Deum, *Bart. in auth. Ut judices sine quoquo suffrag. § itaq; Et in l. in nomine, C. de off. præf. præt. Chass. in Catal. glor. mund part. 8. consid. 1. Somnium viridar de potest. Secul. & Eccl. c. 133. n. 13. & seq.* Sicut ergo ille apud Deum est nobilis, quē sua gratia gratum sibi facit, Ita apud nos est ille nobilis, quem Princeps vel sua gratia sibi gratum vel nobilem facit. *Guttierez pract. quæst. 16 n. 34. & seq. lib. 3. & 4. Paris de Put. tr. de re mil. lib. 7. quæst 1. n. 9. Peregr. cons. 84 n. 16. lib. 1.*

10. Diximus III PLEBEJUM PER GRADUS. Quemadmodū enim in aliis rebus fieri constat, ut aliquid sit melius, aliquid honestius, *l. ubi 75 § 2. ff. de V. O. l. legato, 37. ff. de leg. 1.* Ita etiam gradus nobilitatis evincunt, *l. quæro, 3 ff. de nat. rest. l. tam dementia, 28. C. de Episc. aud. l. si furiosi, 25. in fin C. de nupt. c. grave, ext. de fals. Restaur. Castald. tr. de Imper. quæst. 3. Chass. in Catal glor. mund. p. 8. consid. 39. Schrad. cons. 23. n. 12. vol. 2.* Cúm enim honores gradatim deferantur, *l. ut gradatim, 11. ff. de mun. & honor. t. t. C. ut dign. ord. serv. c. legimus, in fin dist. 93. arg. c. monachus, 16. quæst. 1. c. si officia, cum 3. seqq. 59. dist. c. honor, fin. 48 dist. Capoll de Imp. mil. delig. c. 2. n. 4. Bernard. Bomb. cons. 21. n. 6.* non, ut loquuntur, Satyricé, id est, per saltum, *c. sollicitudo, 52. dist. Zas. in l. 3. § si servus, n. 6. ff de acqu. poss. Steph. Gratian lib. 1. discept. for. c. 186 n. 71. Ernest. Cothm. resp. Acad. 44. n. 28.* ut qui heri servus, hodie sit liber, *l prætor, 7. § 2. ff. de injur.* Et enim ut nemo sit casu bonus, *quod pluribus firmat Seneca Epist. 123. § 3. pr.* repente pessimus, *Cicero in Orat. pro Rosc. Amerin Libav. declamat, 44. Apologia cæci*, ita neque repente aliquis sit summus, *c. hæc quæ, de pœn. dist. 2. Joan. de Pavin. tr. de Visitat. quæst. 5 num. 29. Christ. Lanfranc. tr. Utrum præferend. sit Doctor, an miles, nu 51. & seq. Hier. Magon. dec. 40. n. 24.* fortuna siquidem queîs repentina, iis est & gravis, *Seneca consol. ad Helbiam, c. 5. facit in Agamemn. vers 99 H. Kirchn. in Morviller. lib. 3. c. 3. nu. 96. ubi ait ex Ausonio Quod fortuna iis sit reverenter habenda, quicunq; repente nobiles ab exili progrediuntur loco* sors quæ citó influit, citó effluit, *affini illi Thyestæ in Seneca, vers. 534.* Ergo plebejus vel creatur Nobilis, vel jam ante talis ad gradum altiorem erigitur, & proclamatur Comes, Dux, Marchio, Imperator. Quos gradus in pręsenti latiús examinarem, nisi me terreret Ulpiani formula, INFINITA VITA.

11. Diximus IV. LEGITIME ERIGENS. Quoniam secundum Leges,

ac mores cujusq; loci nobilitas confertur, *Arze ab Otalor. de Nobil. Hisp. p. 2. princ. c. 15. n. 15. Capoll. de Imp. mil. delig. c. 4. Incip. nobilitatis, n. 7. Gabr. Palaott. de noth. & spur. c. 61 n. 8. Tiraq. de Nobil. c. 10. n. 1. & seqq. Petr. Friz. de Nobil. Civ. concl. 3. in pr.* Est enim Nobilitas juris Civilis & juri gentium incognita, *per § 1. Inst. de jur. pers. l. quod attinet, 32. ff. de R. I. Pruckman. d. § soluta potestas, c. 4. obs. 4. n. 12. & seq. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 7. membr. 2. nu. 13. Adr. Gylman. in Symphorem. tom. 4 p. 1. nu. 100. Vultej. cons. Marp. 33. nu. 167. vol. 3.* In quam sententiam rectè Canulejus Tribunus plebis Rom. Patritiorum nobilitatem ex Sabinis & Albanis non genere, nec sanguine, sed per cooptationem in patres derivat, *referente Livio lib. 4. histor. Rom. cap. 4.* Unde si summo jure ageretur, dici posset non insubtiliter, eum, qui dignitatem habet ex Principis sui privilegio, quantumq; simplicem & absolutam, non posse dici Nobilem extra territorium concedentis, *arg. l. ult. ff. de jurisd. l. cum unus, § 12. pen. ff. de autor. jud. pud. possid. Casp. Baët. de inop. debit. c. 16. nu. 108. Guttierrez quæst. pract. 14. n. 85. lib. 3. & 4. Ioan. Bapt. Bajard. ad Iul. Clar. quæst. 60. nu. 93. Chass. in Consuet. Burg. rub. 6. § 4. nu. 2. & seqq.* Quamvis ex mutuo populorum consensu & quadam veluti tolerantia aliud receptum sit, ut, qui nobilis sit in una provincia, pro tali etiam habeatur in alia, *Azevedo ad const. Hispan. lib. 6. tit. 2. in rubr. nu. 110. & seq. Ant. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 28. defin. 12. nu. 9.* Quoniam si Nobiles Germani non essent nobiles in Dania vel Polonia, jure eveniret, ut nec Danos vel Polonos Nobiles dici paterentur in Germania, *arg. tit. ff. quod quisq; juris in alterum statuerit, ipse eo utatur, § 1. de consuet. rect. feud. 2. F. 33. c. cum omnes, 6. vers. cum igitur, de constit. Petr. Friz. d. concl. 3. in fin.* Quis enim aspernabitur idem jus sibi dici, quod ipse aliis dixit, vel dici effecit? *l. 1. ff. quod quuq; jur. & ibi Wesenb. n. 2.* aut quis justissimam illam & á natura profectam Talionis legem justé deprecari poterit? *Cic. lib. 2. de Invent. c. 5. & 12.* Quisquis igitur alicubi nobilis est, eum ubiq; nobilē esse necesse erit, cum ea dignitas ad hominis qualitatē pertineat, quæ non minus individua est quam ipsa hominis substātia, *arg. l. si ex causa, 9. ubi Bart. ff. de postul. l. ult. C. de sent. pass. Gail. de Arrest. Imp. c. 6. n. 7. vers. Itaq;, Guttier. pract. quæst. lib. 3. & 4. quæst. 13. nu. 95. Ioan. Garsias de Nobil. gl. 6. n. 19. Fab. de Anna cons. 40. n. 43.*

CAPUT II.

De causa Efficiente Nobilitatis.

12. Causa Efficiens nobilitatis est Princeps jure Majestatis jus nobilitandi exercens, *Petr. Ant. de Petra tr. de jur. quæsit. non toll. c. 13. n. 6. Guttierrez, pract. quæst. 17. n. 132. & seq. d. lib. 3. & 4. Bon. de Curt. tr. Nobil. part. 3. n. 125. & seq. Decian. resp. 66. in pr. vol. 3. Pruckm. cons. 22. nu. 44. & seq. arg. l. sed si hac, 10. § 3. ibiq; Gothofr. ff. de in jus voc.* Nam cum nobilitate ad majora Regalia non pertineat, *Bart. in l. 1. C. de dign. Ferrar. Montan. de feud. lib. 2. c. 1. & lib. 5. c. 7. Castald. de Imperat. q. 110. Vultej. de feud. c. 5. n. 7. H. Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 2. n. 4. Pruckman. tr. soluta potestas, memb. 1. effect. 4. Sixtin. de Regal. c. 2. n. 36. lib. 1. Bocer. de Regal. c. 2. n. 7.* quæ solius Principis ossibus adhærent. *Hier. de Cavallos in specul. com. opin. q. 46. nu. 7. Pruckm. de Regal. c. 5. nu. 98. Wesenb. cons. 61. n. 31. lib. 2.* Et ipsius Coronæ annexa *Molin. ad consuet. Paris. tit. 1. § 2. verb.*

verb. le fief. n. 54. Sixtin. de Regal. d. c. 2. nu. 8 lib. 1. personalissima sunt. Bellug. in specul. princ. rub. 9. n. 31. Menoch. cons. 604. n. 15. per inferiores hæc sacra sacrorum ut vocant Eberh. à Middelb. in top. loco 129. n. 9. Lancell. in templ. omn. jud. lib. 1. c. 1. §. 9. in verb. Dignitatis jura non alien. n. 5. nõ possunt profanari, vel, ut mollius loquar, usurpari, nisi ex concessione summi Principis, eaq; aut tacita, quæ inducitur præscriptione, aut expressa, quæ inducitur conventione, hæc vel alia sibi acquisiverint.

§. I. 13. Talis est I. Imperator in Augustissimo Romanorum imperio, l. quotiens, 3. §. 2. C. ubi Senat. vel clariss. l. 3. C. de consul. l. 2. & l. fin. ff. de nat. rest. c. cum redemptor. 11. q. 2. Vultej. de feud. c. 8. n. 9. & seq. Otalora in Nobil. Hisp. p. 4. pr. c. 1. n. 1. Schneid. de feud. part. 3. n. 53. Melch. Palaez. de major. p. 1. q. 15. n. 9. Georg. de Cabedo pract. dec. 73. n. 12. Qui solo verbo facit civitatem, Bart. in l. 1. C. de Metrop. Decian. resp. 21. n. 18. lib. 1. & cons. 7. n. 19. & seq. lib. 3. Fab. de Anna cons. 56. n. 19. cum alleg. solo verbo creat Doctores, Angel. in l. 1. C. de sent. pass. Rest. Castald. de Imp. qu. 100. priv. 41. Schneid. de feud. part. 3. n. 63. Chass. in Catal. glor. mund. p. 5. consid. 24. nu. 91. Mart. de Caraz. tr. de Princip. q. 207. Cacher. cons. 1. n. 30. sola nominatione constituit Duces, Marchiones, Comites, Nobiles, ut post Bart. Alex. Angel. & Ripam resp. 2. cap. 26. tradunt Molin. de Hisp. primog. lib. 1. c. 11. nu. 22. Vinc. Franch. decis. 62. nu. 6. Peregr. cons. 84. n. 13. lib. 1. & cons. 3. n. 13. lib. 2. Et in summa dignitates facit pro suo velle, ut ait Andr. in c. 1. n. 22. de exp. qui cur. vend. Duar. de feud. c. 4. n. 8. Paris. cons. 23. n. 17. vol. 1. Natta cons. 288. n. 1. vol. 2. Menoch. cons. 32. n. 9. vol. 1.

14. Est enim solus civium Romanorum Dominus, l. 1. C. de sum. trin. l. bene à Zenone 3. C. de quadr. præscript. l. deprecatio, 9. ff. ad l. Rhod. de jact. Fr. Zoannet. de Rom. Imp. n. 149. Castald. de Imp. qu. 52. n. 1. & seqq. Ioan. Hugo tr. de off. quatuor prælat. part. 4. tit. 1. n. 1. Ias. cons. 177. n. 11. vol. 2. qui tanquam stella matutina eminet inter omnes Reges in medio nebulæ meridionalis, l. pen. & ibi Bart. C. de bon. qua lib. Sixtin. de regal. c. 4. nu. 6. lib. 1. Schneid. de feud. p. 3. nu. 51. á quo scaturiunt omnes dignitates tanquam á suo fonte & principio, Mart. de Caraz. de princip. q. 540. Schrad de feud. p. 4. c. 2. nu. 2. Vult. de feud. c. 4. num. 14. circ. fin. Knich. de Sax. non prov. jur. verb. Ducum, c. 1. nu. 2. Gail. 1. obs. 30. n. 21. Hen. Göden. cons. 3. n. 23. & seq. ad quem rursus, tanquam rivuli & flumina ad mare, redeunt, Sebast. Vant. tr. de nullit. tit. 10. nu. 10. Sigism. Scaccia tr. de judic. s. 9. n. 1608. & seqq. lib. 2. Ægid. Magistr. tr. de amortizat. c. 1. n. 2. Paurmeist. de jurid. c. 4. nu. 22. Rosenth. de feud. c. 5. concl. 85. n. 3. Curt. Sen. cons. 65. nu. 2. part. 2. in quo requiescunt tanquam thesauri in scrinio reconditi, Ioh. Borcholt. de feud. c. 4. nu. 12. Mod. Pist. cons. 51. n. 38. Curt. Sen. cons. 8. nu. 6. vol. 1. & penes quem residet velut scabellum pedum suorum. Rimon. Maiol. tom. 2. dier. canicul. colloq. 6. Chopp. de doman. Fran. lib. 1. tit. 4. in f. Molin. in Consu. Paris. §. 2. gl. 4. nu. 9. Petra de fideic. q. 13. n. 563. & seqq. Crav. cons. 338. n. 1.

15. Atq; hæc Nobilitas ex persona concedentis omnium est nobilissima, Tiraq. de Nobil. c. 6. n. 7. & seq. Ioh. Wimpheling. in Epit. rer. Germ. c. 70. Eo enim major habetur dignitas, quo major concedens est, l. 2. ibiq; glo. ff. de alb. scrib. P. Gilken. lib. 1. C. ad Auth. Quas act. de SS. Eccles. c. 9. n. 42. Cravet. cons. 982. n. 6. Menoch. cons. 51. nu. 29. lib. 1. cons. 257. n. 11. tom. 3. Peregr. cons. 3. n. 34. vol. 2. Farin. cons. crim. 94. n. 9. lib. 1. Cephal. cons. 615. n. 42. lib. 5. Natta cons. 638. n. 21. tom. 3. Burs. cons. 343. n. 10. lib. 4. qua ratione Doctor creatus per Imp. præfertur Doctoribus creatis ab inferioribus, Mart. Laudens. tr. de dign. qu. 16. Bon. de Curtil. tr. Nobil. part. 3. num. 23. Gomez. in com. ad l. Tauri,

Tauri, leg. 83. *nu.* 17. *in fin. Chaſſ. in Catal. glor. mund. p.* 10. *conſid.* 32. *Steph. Grat. lib.* 1. *diſcept. for. c.* 186. *n.* 94. *& ſeqq. Azevedo conſ.* 12. *n.* 26. *Ceph. conſ* 566. *n.* 26. *lib.* 4. atq; in ſpecie feudi & juriſdictionis nobiliorem eum exiſtimari, cui à majori conceſſio eius fit, oſtenditur *ex text. in c. un. quis dic. Dux, March. c.* 1. *qui feud. dar. poſſ. Jaſ. in prælud. feud. n.* 119. *Boer. de auth. magni concil. nu.* 92. *&* 116.

§. II. 16. II. Rex in ſuo regno, *Georg. de Cabedo pract. quæſt. dec.* 73. *nu.* 1. *p.* 2. *Azevedo ad conſt. Hiſp. lib.* 6. *t.* 1. *leg.* 1. *n.* 17. *Otalora de Nobil. Hiſp. c.* 1. *nu.* 1. *Zaj. de feud. part.* 5. *c.* 4. *Matth. Steph. de juriſd. lib* 2. *p.* 1. *c.* 2. *n.* 18. Æquiparatur enim Imperatori, *Re aur. Caſtald. de Imp. q.* 69. *nu.* 15. *Mart. de Caraz. tr. de Princip. qu.* 67. *Vultej. de feud. c.* 3 *n.* 3. *lib.* 1. *Nic. Boer. deciſ.* 178. *n* 9. *Cothman conſ.* 31. *n.* 11. *vol.* 1. tantumq; poteſt in regno, quantum Imp. in Imperio, *Joh. Bertachin. de gabell. p.* 1. *n.* 3. *Peregr. de jur. fiſc. c.* 2. *n.* 44. *& ſeq. Rod. Suarez. alleg.* 6. *n.* 13. *& in diſp. de Majoricat. nu.* 28. *& ſeqq. Decius conſ.* 390. *n.* 10. Id quod in ſpecie retulerunt de Rege, *Joh. Ferald. tr. de jur. & priv. reg. Franc. Ant. Corſet. de poteſt. reg. part* 4. *q* 44. *n.* 5. *& part* 5. *q* 101. *nu.* 66. *Fr. Balb. de præſcript. part.* 2. *partu* 5. *q.* 2. *n.* 5. *Somnium Viridar. de poteſt. Secul. & Eccleſ. c.* 181. *n* 9. *Chaſſ. in Conſu. Burg. tit. des ſucceſſions des baſtards. rub.* 8. § 3. *verb. ab inteſt. n.* 23. *& ſeqq.* Ita Delphino Franciæ, *Steph. Bertrand. conſ.* 42 *n* 2. *vol.* 1. *part.* 1. *conſ.* 254. *n.* 1. *vol.* 4. *conſ.* 38. *n.* 3. *vol.* 6. Rege Hiſpaniæ, *Azeved. ad conſt. Hiſp. lib* 9 *tit.* 17. *leg.* 1. *n.* 5. *& ſeqq. Joh. Lupus de don. int. vir. & ux. in pr. n.* 9. *Guil. de Monſerrat. de ſucc. regn. dub.* 1. *n.* 40. *Ferd. Vaſq. lib.* 1 *illuſt. qq. c.* 22. *nu.* 11. *Gabedo dec.* 211. *num.* 3. *p.* 1. *& dec.* 8. *nu.* 3. *p.* 2. *Bertaz. conſ.* 366. *n.* 27. *lib* 2. Rege Angliæ, *Joh. Crot. de teſtib. part.* 8. *nu.* 43. *Sonsbec. de feud. p.* 6. *n.* 4. Rege Poloniæ, *Florimond. Raymund. de la naiſſance de l' hereſie lib.* 4. *c.* 8. *n.* 1. *Arniſ. de jur. Majeſt. c.* 2. *n.* 6. Rege Sueciæ, *Laur. Kirchof inter conſ. matr. Germ. conſ.* 27. *n.* 18. Rege Daniæ, *Gail. de Arreſt. c.* 16. *n.* 16. *Martha de juriſd. p.* 1. *c.* 26. *nu.* 61. *Ant. Hering. de fideiuſſ. c.* 7. *n.* 570. *& ſeqq.*

§. III. 17. III. Superiorem non recognoſcentes, *Somnium Viridar. de pot. Secul. & Eccleſ. c.* 133. *nu.* 17. *Tiraq. de nobil. c.* 6 *nu.* 6. juriſdictionemq; perpetuam habentes, *Cephal. conſ.* 608. *num.* 27. *& ſeq. lib.* 4. Quod enim in Imperio primitus fecit Imp. in hac nobilitatis dignitate conſtituenda, id poſtea ſecuti ſunt alii extra imperium, qui videbantur ſibi ſi non majorem, ac certé parem in ſuis regnis obtinere poteſtatem. *Petra de jur. quæſit. non toll. c.* 3. *q.* 4. *n.* 39. *Peregr. de jur. fiſc. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 76. *& ſeqq. Scaccia tr. de judiciis, c.* 53. *n.* 13. *lib.* 1. *G Panciroll. conſ.* 119 *n.* 40. *Pacian. conſ.* 143. *n.* 13. *& ſeqq Coler. conſ* 34. *n.* 27. *Bertrand conſ.* 227 *n.* 2 *vol.* 3. *part.* 1. ut in ſpecie conſulti reſponderunt de Duce Mediolanenſi, *Alciat. tract. de ſing certam c.* 32 *nu.* 4. *Rol. Cavagn. dec.* 21. *n.* 2. *lib.* 1 *Curt. Sen. conſ.* 49. *n.* 50. *part.* 1. *conſ.* 65 *n.* 5. *part.* 2. *Alb. Brun. conſ feud.* 19. *n.* 4. *part.* 1. *Burſat. conſ.* 4. *n.* 21. *lib.* 1. *Peregr. conſ.* 1. *n.* 36. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 1279. *n.* 15 *lib* 12. *Iaſon conſ.* 101. *n.* 10 *vol.* 4. *Alexand. conſ* 11. *n.* 9. *vol.* 7. Duce Sabaudiæ, *Teſſaur. in præf. deciſ. Pedem, n.* 13. *& ſeq. Cacheran. dec.* 155. *nu.* 1. *& conſ.* 9. *nu.* 5. *& ſeqq. Lud Morott. reſp* 45. *n.* 7. *Cephal. conſ* 608. *n.* 29. *lib.* 4. *Menoch. conſ.* 604. *n.* 1. *lib.* 7. Duce Ferrariæ, *Conſil. Rota Bononienſ. nu.* 10 *poſt deciſ. Cæſar. Rarz. Bertaz. conſ.* 240. *lit. c. lib.* 1. *Curt. Iun. conſ.* 188. *n.* 22. *conſ.* 219. *n.* 32. *lib.* 1. *Marcobrun. ab Anguil. conſ.* 51. *nu.* 138. *Menoch. conſ.* 92. *nu.* 32. *lib.* 1. *conſ.* 459. *nu.* 27. *lib.* 5. Duce Florentiæ, *Fr. Socin. conſ.* 20. *n.* 130. *lib.* 6. *tom.* 1. *Port. conſ.* 167. *n.* 54. *Menoch. conſ.* 51 *nu.* 39. *conſ.* 257. *n.* 16. Duce Moſcoviæ, *Marth. de juriſd. p.* 1. *c.* 27. *n.* 1. Duce Mantuæ, *Bertaz. dec.* 42. *n.* 4. *lib.* 1. *Cacch. dec.* 39. *n.* 18. *Soc. jun. conſ.* 33. *n.* 9 *lib.* 3. Duce Montisferrati, *Ioan. Petr. Surd. deciſ.*

decis.1.n.1.& cons.210.n.22.cons.278.nu.24.lib.2.Pacian.cons.149.nu.123.cons.271. n.9. Duce Parmæ *Petrad.tr.c.3.q.4.n.70.* Venetorum, *Jas.cons.70.n.4.& seqq.vol.3. Curt.Sen.d.cons.49.n.50.part.1.Menoch.cons.1210.n.25.lib.13.* aliisq; Principibus & Rebuspub. Italiæ; *Scip.Gentil.lib.3.de jurisd.c.23.Bursat.cons.138.nu.4.lib.2.Pacian. cons.60.nu.15.Peregr.d.cons.2.nu.17.lib.1.* de quibus hodie idem judicatur, quod de Polo Antarctico, qui non est nostri hemisphærii.

§. IV. 18. IV. Electores, Duces, Marchiones, aliiq; Romano-Germanici Imperii Principes, quoad suum Electoratum, Ducatum, Marchionatum, Principatum, *Schrad.de feud.p.10 sect.1.n.34.tom.2.Vultej.de feud.c.8.n.10.vers.Ignobile. Knichen de Sax.non prov.jur.verb.Ducum, c.1.in fin.Ant.Godfrid.disp.feud.1.th.6.lit.b. Georg Obrecht.disp.feud.2.c.5.nu.35. Dionys.Gothofr.in prax.civ.lib.1.tit.5.de stat.hom.* Proprio enim & ordinario Marte Regalia & jurisdictionem obtinent universalem territorio munitam, *Knichen de sublim.territ.jur.c.1.n.38.Gylman.in symph.tom.1.p.1. tit.6.vot.1.n.61.Meichsn.dec.Cam.8.n.21.tom.2.lib.1. Nic.Reusn.dec.21.nu 33.lib.4.* Tales autem æquiparantur non recognoscenti superiorem. *Gallin.de V.S.l b.1.c.35. n.11.Purpur.rub.de jurisd.n.58.* Hinc frequentes istæ & parietariæ formulæ, Electores & Principes tantum posse in suo, quantum Cæsarē in universo, *Casp.Ziegler.in prax.aur.§ Lantsassii, concl.1.nu.109.& seq.Knichen d.c.1.nu.413. Et de Sax.non prov. jur.verb.Ducum, c.1.n 64. Gail.1.obs.21.nu.2.in fin.2.obs.57.n.7.& de P.P.c.6.n.10. Coler de processib. Execut.p.1.c.2 n.8. Schrad.de feud.p.2.sect.10.n.36. Borchold.de feud. t.5.n.87. Kirchner.de Legat.lib.1.c.3.nu.11.& seq. Harprecht.tr.crim.§ in summa 10.n. 144.& seq.de injur. Cravet.cons.983.n.1. Decian.resp.5.n.17.vol.4. Cacher.cons.9.n.2. Gidenc.cons.5,n.4. Pruckm.cons.13.n.82. Cothm.cons.29.n.21.279.& seqq.part.3. Wes. cons.27.nu.19.& cons.40.nu.44. Vultej cons.Marp.35.nu.21.vol 3. Thoming.cons.5 n. 110.vol.1.*

19. Quæritur, An Principes subditos suos nobilitare possint extra territorium? Videbatur negandum tum quia inconveniens est falcem in alienam messem immittere, *l.1.C.de apparit.l.sicut,8.§ Arist.ff.si serv.vind.c.scriptum, 6.q.2. Corneus cons.159.n.12.vol.2. Soc.jun.cons.146.n.26.vol.3.* tum quia Princeps extra territorium habetur instar subditi, *Aldaran.Mascard de statut.interpr.concl.6.nu.6.* alterius privati, *l.3.ff.de off.præsid. Thoming.cons.22.n.16.& seq.vol.1.* ibiq; quoad jurisdictionū forum sortitur, *l.1.& 2.ff.de off.proconsl.ult.ff de off.præf.urb. Acac.Enencelt.tr.de priv.c.19.nn.8. Knichen de jur.territ.c 4.nu.31. Gail.1.de P.P.c.16.n.28. Sim. Pistor.cons.19.nu.29.cum seq vol.1.* Quapropter cum Sigismundus Imp. Comitem Sabaudiæ Lugduni Ducem creare vellet, acerrimé ei restitit Prætor Lugdunensis, nec potestate sua liberé uti potuit, priusquam regni Gallici finibus excederet. *Bod. lib.1.de repub.c.9.fol.292.* His tamen nihil obstantibus, affirmantium votis subscribimus hoc fundamento. Actus voluntarii exerceri possunt extra territorium, *l.2.ff. de off.proconsl.apud 17.in fin ff.de manum.vind.l.pen. C.de emanc.lib.l. emancipati 36. ff.de adopt.c.nov.ubi Innoc.de off.deleg.c.qua fronte, extr.de appell. Coras.ad l.fin.ff.de off. præf.urb.n 4. Petr.Barbas.in comm.ad tit.ff.de jud.leg.1.art.1.n.184.* Atqui nobilitare est actus voluntarius, *Anton.Corset.de potest.reg.part.5.q.77.n.7. Somnium viridar.de potest.Secul.& Eccl.c.133.n.18. Azeved.ad const.Hisp.lib.6.tit.2.in rub.n.56. Tiraq.de Nobil.c.6.n.26. Bocer.de regal.c.2.n.102. Gothofr.in prax.civ.lib.1.tit.5.de stat.hom. Ioh. Niell.disp.feud.ult.thes.2.lit.b.reg.6. adde Chass.in Consu.Burg.rub.1.des justices,§4.tex. nouvelle chevalerie.n.1.* Ergo.

§. V. 20. Archi-Duces Austriæ, qui non solúm Nobiles, sed etiam Comites, Barones creare, iisq; insignia dare possunt. *Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4. nu. 34. 64. & c. 5. n. 127. Dn. Joach. Cluten in syllog. rer. quotid. concl. 25. in fin.* Doch daß sie voran gebürlich gelübd vnd Eydt darumb von jhnen / an deß Keysers vnd deß Reichs statt nemen / alß dann solch gelübd vnd Eydt von deroselben Ehren vnd Würdigkeit wegen zu thun gebüret. *ut refert Sebast. Munster. lib. 3. Cosmogr. c. 406.*

§. VI. 21. VI. Comites Palatinos (καταχρηστικῶς ita dictos) nobilitare posse, si in specie hoc privilegium ab Impp. *Sixt. de Regal. d. c. 4. n. 104.* vel Pontificibus ipsis concessum sit, *Lancell. Conr. in temp. om. jud. lib. 1. c. 1. Paurm. de jurisd. lib. 2. c. 3. nu. 27.* non pauci affirmant. At cum tales unquam extitisse nobis non constet, malumus in præsentiarum de eo nihil quam θαύματα ῥημάτων comminisci.

Caput III.

De causa materiali Nobilitatis.

22. Causa materialis nobilitatis est homo ad nobilitandum idoneus. Idoneus autem dicitur, quem virtutum ornamenta probant, *arg. l. 1. C. de cond. in publ. horr. l. probrum, 42. in fin. ff. de V. S. Tiraq. de Nobil. c. 4. Rutg. Ruland. de Comm. c. 19. n. 1. lib. 1. part. 1.* honorum decora & insignia commendant, *l. fin. C. ad l. Iul. repet. c. cum in cunctis, de elect. Petr. Gilken. in C. ad l. 8. de testib. num. 34.* quæ non nisi probus consequitur, *Zas. cons. 2. num. 13.* Ut enim non ex quovis ligno fit Mercurius, *M. Ant. de Amat. repet. l. si Emancipati, C. de Collat. q. 1. num. 17.* vel ex quolibet marmore Jovis statua, ita non temeré ex quovis homine formandus est nobilis, *arg. l. inter, 31. ff. de solut.* Neq; illud immeritó; Materiam enim adesse non sufficit, nisi apta sit & habilis, *arg. l. 1. § pen. ff. de rivis, Sebast. Medic. tr. de defin. p. 1. in procem. n. 18. Nicol. Moron. de fid. treuga, & pace, q. 2. n. 1. & seq.* siquidem non esse & inhabile esse paria sunt, *arg. l. quotiens, 6. ff. qui satisd. cog. l. 1. § 2. ff. quod cuiusq; univ. nom. l. libertus, 17. ff. de manum. test. § 2. Inst. de satisd. tut. Scaccia tr. de jud. c. 9. nu. 186. & seqq. lib. 2. Cavalc. dec. 39. n. 43. & seqq. lib. 1. Reusn. dec. 4. nu. 25. lib. 3. Azevedo cons. 34. nu. 1.* Quemadmodum igitur ex nihilo nihil fit, *l. adeo, 7. § cum quis, ff. de acqu. rer. dom. Amatis in rep. l. si emancipati, C. de collat. resp. 9. n. 296.* non entis enim nullæ qualitates, nulli Effectus, *l. 1. ff. de usufr. l. locatio, 4. ff. locati, l. si servum, 4. §. 1. ff. de act. empt. l. ejus, 41. vers. quod si, ff. si cert. pet. Cothman. cons. 9. n. 41. vol. 4. Borcholt. cons. 31. part. 1. Reusn. cons. 11. n. 22. lib. 1.* Ita nec ex inhabili, vel virtute homine vacuo creandus est nobilis, ne melioris conditionis sint stulti quám viri boni, & sapientes, *l. Servius, 4. ff. quod vi aut clàm.* Merentibus, non hominibus nihili vitiisq; contaminatis, *l. auxilium, 37. in fin. ff. de mun. & hon.* virtutum præmia tribui convenit, *l. & virtutum, 4. C. de stat. & imag. l. ut gradatim, 11. § 1. ff. de mun. & hon. Eberh. à Weih. in aulico polit. reg. 619. Nic. Boër. de Ordin. grad. part. 2. n. 40. Capoll. de Imp. mil. de lig. c. 8. incip. Virtutis, nu. 1. & seqq. Alex. Baudens. decis. Pisan. 34. num. 182.* Si autem virtus exulat, quorsum virtutis præmium? *propter l. contra, 14. ff. de re mil. l. 1. C. de Castrens. l. 1. C. de agent. in reb. l. fin. C. de tyron. l. 1. C. de Adsess. l. 2. § 9. in fin. ff. de off. præf. Afr. l. 1. & seq. C. de off. Magistr. l. unicuiq; in prin. C. de prox. sacr. scrin. c. Vulturana, 12. C. de redditibus, qu. 2. c. un. in pr. de relig. & ven. sacr. in 6. Nov. 5. c. 9.*

23. Hinc

23. Hinc theorema tale, An sola gratia, vel divitiæ Principem movere debeant ad conferendum nobilitatis insignia? Neg. tum quia dignitas non pecunia, sed virtute emitur. *D. Richard. Diet. de sum. Imp Maj. concl.* 115. *Mart. Laud. tr. de dign. q.* 67. *Paris de Put. de re mil. lib.* 7. *q.* 1. *nu.* 29. *Gylman. in symph. suppl. tom.* 4. *p.* 1. *vot.* 3. *nu.* 106. *Decian. resp.* 19. *nu.* 14. *vol.* 3. tum quia dignitas malit tributa, dignitas non est: *Salust. in Iugurth c.* 4 *f.* tum quia nihil aliud esset quam Caji Caligulæ stultitiam imitari, qui Equum suum consulem Romanum efficere studebat. *Xiphil. in vita Caji, Anti-Mach. lib.* 3. *de polit. theor.* 35. *ex Dione.* An ob servitia Regi Galliæ præstita Imp. quem possit declarare Nobilem vel Equitem auratum? Negat *Frid. Mindan. de continent. caus. lib.* 3. *process. c.* 5. *num.* 31. nisi vel Imperatori vel Imperio Equitis servitia præstiterit.

24. Quid si Princeps locum faciat proverbio γαλῇ κροκωτὸν & ob flagitium nobile, nobile stemma conferat? Cornelius Agrippa *in lib. de vanit. scient. c.* 8. perfidia & crudelitate, Bodinus *lib* 3. *de Repub. c.* 8. scelere nobilitatem primitus fuisse quæsitam asserunt; Ita Cnæus Flavius & Tribunus plebis, & Senator, & ædilis Curulis á populo Romano factus est ob surreptum actionum librum, *l.* 2 *§ postea, & ibi Zas. n.* 2. *ff. de O. I. Liv. lib.* 9. *hist. Rom. c.* 46. *in pr. Valer. Max. lib.* 2. *c.* 9. *Cic. in Pison. &* 6. *ad Attic. A. Gell. lib.* 6. *noct. Attic. cap.* 9. Ita jura nobilitatis cum 25000. coronat. promissa omnib. assassinis, qui Wilhelmum Principem Auraicum, Comitemq; Nassoviæ, vel vivum sisterent, vel mortuum traderent. *Apolog. illustr. Oran. Princip. contra dictam proscr. Em. à Metern. lib.* 10. *relat. bell. Belg sub An.* 1580. *vide ex parte Casp. Lundorp. in Contin. Sleid. lib.* 22. *tom.* 2. *Thuan. lib.* 71. *hist. partis* 4. *tom.* 2. Ita ut meritó *cum Juvenale ex Satyra* 13. ingeminare quis posset,

Ille crucem sceleris pretium tulit, hic Diadema.

Nos, qui se scelere quærunt Nobiles, impios judicamus, *ex Plauti vers.* 10. *act.* 4. *scen.* 2. *Rudentis, Tiraq. de Nobil. c.* 6. *n.* 25. & tanta indignitate commoti Cnæo Flavio ædili creato cum Romanis nobilibus aureos annulos abjicimus, *vid. Franc. Duaren. in Epist. ad Sebast. Albaspin. Regu Gall. Orat. Liv. d. lib.* 9. *in fin. Fr. Patrit. de Reg. inst. lib.* 7 *tit.* 13. Quis enim pro maleficio summum velit reddere beneficium? *Terentianum ex act.* 11. *scen.* 2. *Phormionis.* Si nobilitas virtutis testimonium, cur sceleris præmium cõstituendum? *Georg. Obrecht. de Regal. tit.* 4. *th.* 109. Quale ergo lignum, talis Mercurius: quale marmor, tales Jovis statuæ, *Ita concludimus ex Topic. Dn. Zachar. Vietor. dissert.* 3. *n.* 120.

§. I. 25. Est autem Virtus nobilitatem generans duplex, vel Militaris, quæ legionibus, vel Civilis, quæ legibus paratur. Unde etiam duæ alæ vel scalæ nobilitatis, una, quæ sagatam, altera, quæ togatam vitam insequitur, *Nicol. Bets. de pact. famil. illustr. c.* 10. *p.* 721. Militaris virtus est, qua quis pro patria mortem bellicam honesté oppetere non detrectat, *Cicero lib.* 1. *offic. Idem lib.* 3. *de finib.* Cúm enim non tám parentibus quám patriæ nascamur, *l.* 1. *§. generaliter,* 15. *ff. de ventr. in poss. mitt. l. nam quod, ff. ad SC. Treb. l. honor.* 14. *ff. de mun. & hon. l. post liminium,* 19. *§. filius,* 7. *ff. de captiv. & postl. rev. l. minimè,* 35. *ff. de relig. & sumpt. fun. Natta cons.* 597. *nu.* 19. *& seqq. Dec. resp.* 82. *n.* 15. *& seqq. vol.* 5. hoc augurium erit optimũ tueri patriam, *Hector apud Hom. Iliad. μ.* dulce & decorum erit pro patria mori, *Horat. libr.* 3. *Carm. Ode* 2. gloriosum & nobilitate dignum, nullum patriæ vitæ periculũ denegare, *arg. pr. Inst. in fin. de Excus. tut. Petr. Salizar. de Consuet. c.* 1. *num.* 105. *cum seqq. Ioan. de Selva tr. de* *De Virtute Militari.*

benef. part. 3. q. 7. n. 22. Paris de Put. de re mil. lib. 7. q. 1. nu. 19. & seqq. Nevizan. cons. 12. nu. 3. inter cons. feud. Brun. in quo laudat Nobilitatem Bohemicam, *Æne. Sylv. c. 18. hist. Bohem.* Nobilitatem Gallicam, *Claud Sesell. lib. 1. de Rep. Gall.* Nobilitatem Hispanicam *Alph. Lopez. in delit. Arrag. c. 9.* Nobilitatem Polonicam *Gerh. Mercator. in Athlant. min. sub regn. Pol in fin.* Et ob id Nobiles vocati Ritter/ á Græco ἐρύτης, i.e. servator, quod virtute & fortitudine servent patriam, observavit *justus* Ritter/ *vir mihi peramicus, lib 1. Inst feud. c. 3. n. 9. in fin.* Ecõtra multos Nobiles jacturam dignitatis feciſſe, quod ob flagitium timoris & fugæ hoſtibus loca munita dederint, notavit *Joh. Werner. Gebhard. lib. 1.* Fürſtlicher Diſchreden/ *c. 29.*

26. Quod tamen ita intelligendum non eſt, quaſi ſola militia nobiliter, *Chaſſ. in Conſu. Burg. rub. 4. § 19. n. 11. & ſeq. Tiraq. de Nobil. c. 8. n. 5. & ſeqq.* Diſſ. *Paris de Put. de re mil lib. 7. q. 14. n. 9. & qu. ſeq. Incip. Quia ſuperiori, n. 3. ubi ait, quod Ruſticus efficitur nobilis ſi per 10. vel 15. annos in armis verſetur. Alciat. tr. de ſing. cert. c. 30. n. 2. & ſeq. & q. 34. n. 6. adde Peregr. conſ. 84. n. 22. & ſeqq. lib. 1.* Nam Lapud Romanos omnes omnino cives militare cogebantur, *arg. l. 2. C. de his qui non implet. ſtipend. l. fin. C. de veter. Polyb lib. 6. Tacit. lib. 4. Annal.* Et qui ad delectum non reſpondebat, libertatem perdiderat, *l. qui cum 4. § 1. & 5. ibiq;* Weſenb. *ff. de re mil. l ſi is, 20. ff com div. Duar. lib. 1. diſp. c. 4. Vultej. lib. 1. diſcept. ſchola. c. 9.* neq; tamen omnes, ſed ſoli Decuriones ſtebant nobiles, *l. 1. C. ſi ſerv. aut libert. ad Decur l. ult. C. de Decur.* Imó & ſervi ad militiam aſpirare poterant, *l ſuper. 6. C. qui mil. poſſ. Claud. Coter. tr. de jur. & priv. mil. c. 11. lib. 1.* quibus tamen niſi jure aureorum annulorum impetrato honoris potta precludebatur, *l un. C. ad L. Viſell. Chriſt. Lanfranc. tr. utrum præferend. ſit Doctor an miles. n. 38. & ſeq.* II. Infamia repellit á dignitatibus, *l. infamia, 8. C. de Decur. l. 2. C. de dign. Petr à Biaxio in direct. elect c. 5. nu. 2. part. 2. Conſtant. Roger. tr. de ſumm. bono, c. 2 nu. 1. Monald. conſ. 96. n. 14. vol. 2.* Infamis autem quamvis initio miles conſcribi non poſſit, *d. l. qui cum, 4. § adulterii, 7. ff. de re mil. l. 3. & t. t. eod. Mart. Laudenſ. tr. de Milit. qu. 54. Paris de Put. de re mil. lib. 6 q. 18. rub. Miles vel nobilis, n. 7. & ſeq. Obrecht. de jur. belli th. 720. & ſeqq.* Weſenb. *in par ff tor. de re mil. n. 3. Et de his qui not. infam. n. 9.* In ipſatamen militia, ſi infamis efficitur, militiam retinet, *l. ſi quis, 6. § ſed et ſi, 6. ff. de injuſt. rupt. l. ſi quis, 22. § 1. ff. de legat. 3. l. ex militari, 11. ff. de teſt. mil. Tiraq de Nobil. c. 8. nu 7. Bocer. lib. 1. de bello c. 8 n. 23.* III. Quia genus *l. nullus, 4. C. ad l. Iul. Maj.* & dignitas in jure á militia ſejunguntur, *in l. ſi quis, 13. C de off rect prov. l pen. C. de pact. l. fin. § 2. ibiq; Salyc. n. 1. C. de Pagan l. fin. C de juriſd. omn. jud. l ult. C. de com. & merc l. 1. C. in quib. cauſ. mil l ſordidorũ, 13. C. de excuſ. mun. l. pen. & ult. C. de cohort. l. ult. C. qui mil poſſ. Nov. 90. c. 1. Nov. 114. c. 1. Nov. 128. c. 19. in fin. Bocer. tr. de tortur. c. 4. n. 61. & ſeqq.*

27. Quamvis κατ' ἐξ. Militia dignitas ſit, *arg. l 2 in pr. C. de primicerio, l. inter 13. C. de palatin. ſacr. largit. Et rub. qui mil. poſſ. c. eum eſſet, de Simon. Mart. de Caraiz. tr. de Milite, qu. 15. Azevedo ad conſt. Hiſp. lib. 6. tit. 1. leg. 4. n. 3. & ſeqq. Farin. conſ. crim. 94. n. 9. & ſeqq. Et conſ. 95. n. 9. & ſeqq lib. 1.* honoris ſpecies, *arg. l. ſed & milites, 8. in pr. ff. de excuſ. tut* exercitium nobile, *Fr. Burſat. conſ. 62. n. 25. ibiq; alleg. lib. 1.* & proprium Nobilium tyrocinium. Hinc Militum nomen in jure feudali pro nobili uſurpatur. Nobilis enim vel militat, vel militavit, vel aptus natus eſt militare, *ait Guid. Pap. dec. 384. in addit. lit. b Bon. de Curtil. tr. Nobil. part. 3. n. 58.* Hinc ante ann. 200. ſoli in Germania & Italia militabant Nobiles, ſolo feré Equitatu conſtabat Exercitus. Præſumptio enim erat, quod in equeſtri militia prævalerent Nobiles. *Bart. de Saxoferrat. tr. de*

tr. de testib. n. 92. Thom. Lans de Ordin. Equestr th. 1. in fin. Alciat. tr. de sing. cert. q. 39. n. 7. ubi ait, Nobili Viro magis convenire ut Eques congrediatur, quam ut mercenariorum peditum more prodeat. Inde remansit, quod adhuc Nobiles **die Ritterschafft** vocentur, Et in **Heerschawen vnd Musterungen** (quam Cicero lustrationem *lib. 15. Epist. 4.* Justinianus Imp. Exercitationem armorum *in l. 2. § & unumquemq;, C. de off. prat. prof. Afr.* Valerius Maximus Probationem *lib. 2. tit. de inst. antiq.* Suetonius recensionem Exercitus & recognitionem *in Augusto c. 33.* Livius transvectionem Equitũ *lib. 3. hist. Rom. c. 46. in fin. & ibi Wilh. Godelev. in annot.* appellant, & á Fabio Maximo inventam esse probant, *Marc. Anton. Surgens, de prof. prator. lib. 1. c. 26. Valer. Max. d. lib. 2. Liv. d. lib. 9. in fin. Ioan. Coras. lib. 1 miscel. c. 11.*) Equis comparere, *Knichen de jure territ. 3. n. 366. Ant. Godfrid. disp. feud. 7. th. 2 in fin.* & periclitanti Principi Equo & armis succurrere tenentur, *Ioh. Gars. de Nobil. Hisp. gl. 2. Petr. Bellin. de re mil. p. 2. tit. 3. Antibli de muner. p. 3. Chopp. lib. 2. de leg. And. p. 1. c. 1. tit. 3. Henr. Boguet. in Consu. Burg. tit. 24 Nobles. Barnab. Brisson. in Basil. lib. 6. tit. 13. art. Qu'en la necessité de guerre touts les gentilz hommes sont tenuz de prendre les armes pour la ne cessité du Roy.*

§. II. 28. Virtus Civilis (quæ non consistit in atramento, sed cerebro: *Petr. de Penatr. fideic. prohib q. 9. n. 8*) est prudentia rectè consultandi de iis, quæ Reipub. sunt utilia: Qua virtute qui instructi sunt, nobilitatem licet non civilem, *arg. Nov. 117. c. 4. Tiraq. de Nobil. c. 5. n. 5. & c. 4. n. 13. & seqq. Bon de Curt. tr. Nobil. princ. n. 79. ubi ait ex Bart. nisi concurrat Doctoratus,* non tamen minorem tanquam Castrense aliquod bonum sibi suisq; conciliant, ita ut naturaliter loquendo, sicuti anima præferatur corpori, *l sancimus, C. de SS. Eccles. c. cum infirmitas, 12. de pœnit. & remiss.* Sol Lunæ, *c. solita, de maior. & obed.* aurum plumbo, *c. duo sunt, 46. dist.* Ita nobilitas scientiæ, quæ dicitur animi, sit præponenda civili, *arg. c illud, 41. dist. c. venerabilem, de prob. Salycet. in l providendum, 7. nu. 3. C. de postul. Joh. de Cirier. de primog. art. 2. nu. 12. P. Jason de citat. real lib. 1. c. 1 nu. 849. & s qq. Joan. de Selva tr. de benef p. 3. q. 7. nu. 22. Casp. Bach. tr. de inop. debit. p. 2. c. 16. n. 155. Ruland. de commiss. part. 1. lib. 1. c. 19. n. 2. lit. c. Maranta cons. 47. n. 8, Decian. resp. 7. n. 59. vol. 3.* Nam ex genere Nobilis quis est præsumone tantùm, *arg l. quod si, 31. § qui assidua, 20 ff de auil. edict. Tholos. lib. 6. syntag. iur. univ. c. 4. nu. 7. Alciat. præsumpt. 48. nu. 5. Chass in catal. glor. mund. p. 8. consid. 10. & 28. Alex. cons. 209. n. 8. vol 6. Cephal. cons. 566 n. 19. lib. 4.* sed qui scientia, virtute & animi motibus fulget, ipse clariorem sibi nobilitatem adeptus est, *Frid. Solis tr de lucr. dotis, qu. 16. n. 7 & seqq. Azeved ad const. Hisp. lib. 6. tit. 2 in rub. n 32. & seqq. Chass. in Consuet. Burg. rub. 4 § 19 n. 23. & seqq. H. Schurff. cons 56 n. 17. cent. 2. Fr. Pfeil. cons. 197. n 4. cent. 2. Alex. cons 213. n. 11. vol. 6. Thoming. cons 52 n. 41. vol. 1.* fortior autem est dignitas, quàm quis habet per se, illâ, quam quis habet per alium. *Steph. Gratian. lib. 1. discept. forens. c. 111. num. 58 & seq. Natta cons. 179. num. 8. tom. 1. Cravett. cons. 982. nu. 23. part. 6. arg. l. 1. & 2. ff. de off proconsl. l. 33. § 1. ff. de fideicom. lib. l. antepen ff. de capt. l. 56 cum l seq. ff. de legat. 2. l. fin. ff quod cuiusq; univ nom l. 9. ff. de admin. tut l. more, 5. ff. de iuriud.* *De virtute Civili.*

29. Qui ergo Nobilis virtute propria caret, & genus tanquam jactat suum, aliena laudat, non sua, *vers. Seneca, n. 340. Hercul furent.* Cenotaphii instar est, quod genus, nomen & stemma foris ostendit, intus est vacuum, *Desyd. Eras. Epist. 47. ad Henricum VIII. Reg. Angl.* de nobiliore stercore intumescit, *Pruckman de Regal. §. soluta potestas, c. 4. Effect. 4. n. 14. Tiraq. de Nobil. c. 22. n. 22.* & in patrios cineres mingere

dicitur. *Joh. Harprecht. in Orat. 10. de vera nobil. poſt comm. de procur.* Majores noſtri in campo lanceis pugnabant; Noſtri verò adoleſcentes de familia ad menſam nunc linguis præliantur, *ait Ant. de Guevara in Horolog. princ. in proœm. ad Carol. V. Imp. n. 46.* qui cũ lepores ſint, pulpamenta quærunt, *Drances apud Virgil. de fortitudine Martia contra Turni timiditatem*, cumque fugaciſſimi, de acie tamen inepté garriunt. *H. Kirchn. de leg. lib. 1. c. 4. n. 41.* In quos admodum quadrat illud á Dionyſiodoro Troezenio uſurpatum, Quis parentem laudabit, niſi filii infelices? *Joh. Boter. de polit. illuſt. lib. 9. c. 11. Guazzo de civ. converſ. lib. 2. Bertr. conſ. 24. n. 6. vol. 2 part. 1. ubi ait ex Panor. Si nobilis es genere, lauda parentes.*

§. III. 30. Inprimis verò virtuti tám civili quám militari ad Sacroſanctum nobilitatis ſacrarium ſtimulos addit Magnificentia & Liberalitas. Hæc n. virtutum omnium gratiſſima, *Policrat. lib. 8. c. 15.* ad dilectionem & amicitiam homines facit promptiſſimos, *Azeved. ad Conſt. Hiſp. lib. 5. tit. 9. lib. 1. nu. 1. & ſeqq. Joh. Rodin. de jur. Majeſt. verb. largum, beneficium liberalem, n. 4. Rayn. Corſet. de indagat. jur. lib. 3. c. 13. n. 13. Thom. Actius de lud. Scacchor. q. 11. n. 11.* ſubditos vé pacis & bellorũ tempore devotiſſimos, *Carol. Tapia in rub. de conſtit. Princ. c. 4. in pr.* Quapropter ut donare ornamentum eſt Nobilium, *c. 1. ubi Cujac. de donat. c. grandi, de ſuppl. negl. prel. Lupus in repet. rub. de don. int. vir. & u. §. 9. n. 1. & ſeqq. Chaſſ. in catal. glor. mund. p. 8. conſid. 35. Menoch. lib. 6. præſ. 59. n. 6. Dec. reſp 66. n. 36. & ſeq. vol. 43. Thoming. conſ. 12. nu. 27. vol. 3.* laus Regum, *Cicero in Orat. pro Dejotar. de laud. Reg. Ant. Corſet. de poteſt. reg. part. 1. n. 15. Gail. 2. obſ 62. n. 9. Natta conſ. 554. n. 33. tom. 3. Fab. de Anna conſ. 62. n. 17. & ſeqq.* gloria Principum, Impp. *l pen. C. de don. int. vir. & ux. l. 1. C. de theſaur. Molin. de Hiſp. primog. lib. 1. c. 3. n. 20. cum ſeq Knich. de Sax. non pro. jur. verb. Ducum, c. 1. n. 1. Caſtald. de Imp. queſt. 104. n. 5. & ſeqq. Reuſn. dec. 4. nu. 51. & ſeqq lib 4. Cravett. conſ. 44. n. 16. Cephal. conſ. 369 nu. 73. & ſeqq.* proprium ſenatorum, *arg. l. ſi filiuſ. 7. §. 3 ff. de donat.* Ita avaritia nobilitati eſt inimica & certiſſimum vilitatis argumentum, *Guazzo de civil. converſ. lib. 2. Bon de Curtili de Nobil. part. 5. n. 19.* Quo reſpexiſſe videntur *Ariſt. lib. 4. Polit. c. 8. Boër lib. 3. de conſolat. Philoſ. proſa 6. Felin. in c. ſuper, col. 4. de teſt. Fr. Purpur. in l. 1. verſ. 3 ff. de juriſd.* qui Nobilitatem definire voluerũt virtutem cum abundantia pecuniæ, *arg l. ad ſubeunda, 46. C. de Decur. l. 2. C. de prad. Decur. l. reſcripto. 6. ff. de mun. & hon. adde Azeved. ad Conſt. Hiſp. lib. 3. tit. 6. l. g. 15. n. 11. Chaſſ. in Conſu. Burg. rub. 4. §. 19. n. 36. ubi tamen ait, quod Nobilitas ex divitiis ſit infima.*

36. Et ſané cum mos aulicorum in curiis ſit, ut fruſtra neminem promoveant, *teſte Zaſ. in l. illo procul, n. fin. C. de jud. tom. 4.*

Des, capias, quæras, plurima, pauca, nihil.

Eberh. à Weihe in aulic. polit. reg. 567. & ſeq Georg. Richter. in axiom. polit. reg. 116. Nam cum mortalibus nihil charius ſit pecunia, *Euripid. in Phœniſſ. Damhoud in Encom. pecun* & nihil non pecuniæ cauſa fiat, *Sonsbec. de feud. part. 1 n. 38. Chaſſ in catal. glor. mund. conſid. 54. part. 12. Eccleſ. c. 10.* facilé illaqueari poſſunt eorum animi munerib. qui jus ſuffragiorum habent. G. Schönborn. *lib. 2 pol. cap. 19.* Ita Coſmus Medices, (Leonis X. Pont. Max. proavus) hujuſq; nepos Laurentius Florentiæ Principatum acceperunt. *Guicciard. lib. 20. Hiſt. Lampad in melleſ. hiſtor. Pezel. part. 3. c. 11. Hiſtor de France du regne de Henry IV. lib. 2. narrat. 4. n. 5. & ſeqq.* Ita Vice-Comites Mediolanenſes perpetuum Vicariatum per Lombardiam á Carolo IV. obtinuerunt. *Cuſp. in vita Carol. IV.* Etenim

Sic

Sic avidis fallax indulget piscibus hamus,
Callida sic stultas decipit esca feras.

Caput III.

De causa formali Nobilitatis.

32. Causa formalis est ipsa á plebeja conditione exemptio facta ab eo, qui jure & privilegio nobilitandi corruscat: Nam ut quis habeatur Nobilis, non sufficit causis ἀφορμητικὴ, meritum aliquod, *Tiraq. de Nobil. c. 4. n. 13. & seqq. Matth. Steph. de jurid. lib. 2. p. 1. n. 7 memb. 2. nu. 28. Alciat. præsumpt. 48. n. 5. in fin. arg. l. 3 C. de comm. l. 1. §. 1. C. de cond. in publ. horr. l. vidua*, 18 §. 1. *C. de nupt. ubi virtus à nobilitate distinguitur*, λητουργία plebeji. Ut n. invitus nō nobilitat, Ita etiā invito non confertur nobilitatis beneficium, *arg. l. invito*, 69. *l. invitus*, 156. *§. fin. ff. de R. I. l. æstimationem*, 38 *ff. muner. & hon. Somnium Viridar. de potest. Secul. & Eccles. cap.* 119. *per tot. ubi ait, quod nobilitare sit quasi contractus, qui non potest perfici, nisi ex consensu contrahentium. Tiraq. de Nobil. c. 6. nu.* 36. *& seqq. Ant. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 29. defin. 26. n. 4. ubi ex parte def.* nisi ἐνεργείᾳ, nobilitantis sc. affectio, & actus nobilitandi externus accedat, *Joh. Raynud. tr. Nobil. n. 9. Bon. de Curt. de Nobil. p. 6. n. 8. Mich. Nizol. alleg. 1. de Emphyteus. n. 99. Sylvan. cons. 1. n.* 37. Forma enim dat esse rei, *l. si is*, 80. §. 1. *vers. sed etsi, ff. ad l. Falcid. Gail. 1. obs.* 124. *n. 2. Munnoz de Escobar, de ration. administr. c.* 11. *n.* 18. *Thoming. cons.* 38. *nu.* 92. *vol.* 1. actusq; denominatio non á materia, quæ per se imperfecta est, *arg. l. Iana.* 88. *ff. de legat.* 3. *Guil. de Monserrat, de succes. Reg. dub.* 3. *n.* 6. sed á forma dependet, *arg. l. Iulianus*, 9. §. 3. *ff. ad Exhib. l. cum hi*, 8. §. *si prætor.* 17. *in fin ff. de transact. l. Iurisg.* 7. §. *quod ferè*, 12. *ff. de pact.*

33. Qui autem tale jus nobilitandi exercet, aliquem é plebejis eximit nobilitando, vel expresse, vel tacitè. Expresse, quādo vel verbis solemnibus, vel collatione diplomatum voluntatem suam declarat, *l. quoties*, 3. §. 2. *C. ubi Senat. vel Clariss. Raynud de Nobil. n.* 15. *& seq. Bon. de Curtil. d. tr. p.* 3. *n.* 125. *Otalora de Nobil. Hisp. p.* 3. *c.* 6. *n.* 7. Tacitè, quando sine creatione solemni, vel collatione diplomatum de sua dignitate participat, *Bart. in l.* 1. *col. ult. C. de dignit. Paurm. lib.* 2. *de jurid. c. ult. nu.* 44. *Tiraq. de Nobil. c.* 6. *nu.* 9. *& seqq.* Cum idem taciti & expressi idem sit judicium, *arg. l. cum quid*, 3 *ff. si cert. pet.* quid interest, suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? *l. de quibus*, 32. *in fin. ff. de legib, arg. l. recusari*, 95. *ff. de acquir. hared. l. non tantum*, 5. *ff. rem. rat. hab.* Imó plus est facere quām pronunciare, & re quām verbis demonstrare, *l. si tamen*, 4. §. 3. *ff. de ædil. edict. cap. cum dilecti.* 52. *extr. de appell.*

Caput V.

De Nobilitate tacita, Et quomodo tacitè quis nobilitetur.

§. I. 34. Tacité nobilitat Princeps, si quē lateri suo adhærerere sinit, *l.1.C. de præpos.lab.l.1.C.de domest.l.ult.C.de excus.tut.Georg de Cabed.pract.Obs.p.2.dec.73.n. 4.Bon.de Curtil.tr.Nobil part 3.n 158.Tiraq.d.tr c.6.nu.10. Chass.in catal.glor.mund, p.8.consid.19.Mascar.d.prob.concl.1094.n.5.vol.2. Azeved.ad const.Hisp.lib.6.tit.1 leg. 1.n.19.* Qui enim Principi vicinus, de ejus qualitate participat, ut ars imitetur naturam *ait Decian.resp.58.nu 23.vol.5.* Imó eos illustres fieri docuerunt *Ang.in l.quisquis,C.ad l Jul.Maiest.Ant.Corset de pot.reg.q.21.n.16.part.3.Nevizan.lib.5.com opin. n.37.Paris de Put.tr.Syndic.de Excess cons.vers.excedunt,n.9.Jas.in l.1.n.6.ff de off.eius, cui mand.est iurisd.& in l quidam.n.36 ff.de V.O.Alex.cons.94.n.2.vol.1.per l.quuquis, C.ad L.Jul Mai.* Quibus respondent. *Decius in l.1.C.de in ius voc.Bart.in proœm ffior. nu.12.* legem illam loqui de iis, qui antea viri illustres erant; Nec multum probat, *l.un.C.de propos.labor. ibi: quos nostri lateris Comitatus illustrat.* Nam illustrare ibi pro nobilitate accipitur. *Menoch.de A.I.Q.cas.68.n.35.& seqq.cent.1 Tiraq.de Nobil.c 2. n.18.Decian d.resp.58.nu.7 vol.5.* nisi dicamus, illo tempore inter illustres & clarissimos nondum fuisse differentiam. *Duar.lib.2.disp.c.1. Wesenb.in par ffior.de Senator. circ fin.*

§. II. 35. Si Princeps aliquem tanquam Cancellarium & Consiliarium sui Palatii assumit, *l fœminæ,8 ff de Senator.l.omnium,in pr.C.de testa.l.2.in pr.C.de legib. l.iudices,12.C.de dignit.l.honores,7.§.is qui,ff.de Decur.Sixt.de Regal.lib.2.c.15.nu.22. Mart.de Coraz.de Legat.Princip q.17.Bocer.de Regal.c.2.n.8.Dom.Jacobat.d.concil.lib. 1.art.1.n.148.Pruckm.cons.2 n.81.& seqq.* Quales sunt qui præsunt aulico Consilio Cæsaris, **die deß Keysers Rähte seynd/am Reichs Hoffraht/ oder am Cammergericht/** Et eliguntur in locum antiquorum Patrum conscriptorum, *Schneid.ad §.filiusf.n.2.Inst quib.mod.ius patr.pot.solv.* suntq; perpetui & rogati Imperii Senatores; **Visitations Memorial** *de Ann.70.§* **Dann obwol.Concept der ernewerten Cammergerichts Ordnung** *tit.9.in pr.Petr.Denais.in iur.Cam.tit.15.§3.Guil.Roding.Pandect.Cam.lib.4.tit.3.*

36. Consiliarii enim sunt cor Principis, & pars ipsorum Principum, *d l.quisquis,5.C.ad l.Iul.Mai.c.si quis,6 q.1.c.fœlices,de pœn.in 6.Lancell.in templ.om.iud.lib.1. c.1.§3.Zoannet.de Rom.Imp.n.108.* unum corpus cum ipso constituunt, *l.ius Senatorum,8.C.de dignit. Boër.de author.magn concil.n.30.* Et dicuntur inhærere Principi sicuti stellæ firmamento cœli, *Bald.in l cum multa.7.C.de bon.quæ lib.Frid.Mindan. de mand.iud lib.2.c.3.n.19 Gylman in Symphor.suppl.tom.5.vot.ult.n.15.* Atq; eum ita decorare putantur ut splendor firmamentum, *arg.c.super,extr.de Magistr.Chassan in catal glor.mund.p.10.consid.24.* Et radii solares Solem, *argum.c,multi,de pœnit.dist.2. Schrad.tr.feud.part.10.sect.2 nu.24.* Eorum intuitu jura in scrinio pectoris habere decantatur, *P Gilken.in auth.Habita,C.ne fil.pro patr.n.3.Salyc.in l.omnium,19.nu.1. C.de testam.Petr.Dom.Magdal.de num.test.in testem.requis.p.1.c.23.n.24.cum seqq.Intrigliol.cent.1 qu.4.feud.n.62.& seqq.Mart.de Caraz.tr.de princip.q.354.& q.361.Alvar.Valasc.consult.51.n.6.* In iis enim, quæ ad jus pertinent, Princeps raró reperitur Jurista, *Andreas de Isern.c.qui feud.dar.poss.n.16.Intrigliol.d.loc.& q.8.nu.56.Knichen de Sax,non prov.iur.verb.Elector.c.5.n.94. Fed.Scotus resp.19.n.15.lib.1.* Unde eorum vocantur parentes, *l.Divi,17.ff.de iur patron.l.si post,4.C.de iur.& fact.ignor.Chassan. in consuet.Burg.rub.4.entre gens nobiles,§19.nu.6.& seq.* & amici, *l.secundum,4.C.de contrah.empt.l.1.§si quis,13.ff.de appell. Joan.Montaigne de parlament.c.3.n.1.Castald.*

de

de Imper. q. 63. n. 9. Peregr. conf. 3. nu. 25. lib. 2. Quem morem servant Reges Galliæ, in quorum rescriptis & Epistolis illud passim legitur, A noz amez & seaux conseillers. *Idde Papon. 3. Notar. 5. des termes ès rescripts d'aimé & feal.* Quod etiam in Pro-Rege Hispaniæ servari videmus, quem ipse Rex materna lingua ita honorat, Primo nuestro. *M. Ant. Pitsil. de instit. Princip. color. 1. p. 12.* Sed & in Germania currenti stylo vocantur non solùm liebe Getrewe/ liebe Besondere. *De quib. clausulis videatur Gail. de Arrest. Imp. c. 7. nu. 13. Rudinger. 5. obs. 26.* Warem. ab Ereuberg *lib. 1. de fœd. c. 4. nu. 15. Vult. de feud. c. 4. n. 13. & c. 7. n. 6. Matth. Steph de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 247. Heig. part. 1. q. 2. n. 82. Chothm. cons. 57. n. 45. vol. 2 Fachin. cons. 58. nu. 25. vol. 1.* sed etiam Duces & Principes Consiliarios & Doctores nõ appellant, nisi numero plurativo (Ihr/ Euch) quorumen numero Nobilem non honorant, sed in singulari Du/ Dir/ alloquuntur. *Steno Bieke in com. de Acad. præsid Thom. Lans. J Cto Tübing. lit. M. fol. 81.*

§. III. 37. Si Princeps Doctoratus vel Licentiatus (in actibus enim maximè favorabilibus Licentiatus habetur pro Doctore, *Ruland. part. 1. lib. 1. de Commiss. c. 14. n. 11. Lupus de don. int. vir. & ux. in rub.* § 38 *n. 1. & 14. cum seqq. Ant. Mar. Corat. tr. de cum opin. lib. 1 tit. 6. inspect. 10. nu. 124. Prosp. Caravit. ad rit. magn. Cur. rit. 142. nu. 9. Tiraq ad Consu. Picton. de leg. connub. gl. 2. tex. En pouvoir de son mary. n. 2. Guid. Pap. dec. 390. Menoch. de A. I. Q. cas. 379. n. 13. & seqq. qui ex parte diff.*) in jurisprudentia ipse vel per alios (ubiq; enim locorum esse nequit, *l. Magistros, 7. C de profess. & med.*) honores conferat, utpote per Doctorum Collegium, *per l. 1. vers. omnia, C. de vet jur. enucl. c. Apostolica, de prabend. in 6. Tholos. lib. 18. de rep. c. 9. n 18. Bon. de Curtil. tr. Nobil. p. 3. n. 206. Chass. in catal. p. 8. consid. 12. Peregr. cons. 3. n. 11. lib. 2.* quemadmodum plausibiliter deduxerunt *Joh. Lauterb. tr. de arm. & liter. n. 11. & seq. Nic. Festas. de æstim. & collect. c. 38. 46. & 49. Petr. Lenaud. de priv. Doctor. p. 2. n. 40. § 30. Lanfr. de praced. Doctor. & mil. per tot. Chass. in Consu. Burg. rub. 4. §. 19. nu. 1 & seq. Lud. Schwarzmaj. lib. 1. miscel. jur. c. 10. Aruma. Exerc. Iust. 7. th. 9. Natta cons. 1. n. 2. tom. 1. Decian. resp. 71. nu. 13. & seq. vol. 4. Fr. Pfeil. cons. 197 n. 6. & seqq. cent. 2.* Ad quid enim J Cti vocantur Nobiles? *in l. 2. §. fin. ff. de Excus. tut.* Nobilissimi? *in l. diximus. 4. §. 1. in fin. ff. eod. l. providendum, 7. C. de postul.* Egregii, & Illustres? *l 2. §. fin. ff. qui pet. tut. l. 2. §. 9. C. de vet. jur. enucl. Tholos. lib. 18. de Repub. c. 4. n. 10, Baptist. de Plot. cons. 87. n. 25. inter cons. Rucker.* Quia Doctoratus nobilis & egregia est dignitas, *Salycet. in prim. Const. Cod. §. 1. n. 2. & seq. Tholos. lib. 4. de rep. c. 10. n. 14. Ruland. de Commiss lib. 7. c. 2. n. 8 lit. b. p. 1. Ant Tassara de Error. Notar. c. 1. n. 7. Guid. Pap. dec. 88. n. 3. Cavalcan. decis. 41. nu. 5. lib. 1. Decius cons 161. n. 2. Fab. Turret. cons. 16. n. 66. Natta cons. 1. nu. 2. tom. 1. Farin. cons. crim. 94. nu. 5. lib. 1. Bertaz. cons. 462. nu. 7. lib. 2.* Et per consequens Doctor, Nobilis & persona egregia. *Rol. Cavagnol dec. 38. nu. 16. lib. 1. Menoch. de A. I. Q. lib. 2. cent. 1. cas. 70. nu. 9. Ioh. Mallæus ad const. Franc. rub. 22. de Enqueste. gloss 2. n. 2. Azeved ad const. Hisp. lib. 6. tit. 1. leg. 1. n. 20. & seq. & lib 8. tit. 10. leg. 2. nu. 10. & seqq. Farin. tr. de testib. q. 77. nu. 5. lib. 2. prax. crim. Maranta cons 25. n. 20. & seqq. & n. 35.*

38. Et si ex Effectu & privilegiis definienda res est, iisdem Doctores cum Nobilibus gaudent privilegiis. *Petr. Lenaud. de privil. Doct. p. 2 §. 38. nu. 53. Iac. Benius de privil. J Ctor. per tot. Halbritter in Orat. de privil. Dd. post. com. Bocer. de bello. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7.* Portant enim sine speciali Imp. permissu insignia Nobilium, Wappen mit offenem Helm. *Chass. in catal. glor. mund. p. 1. consid. 38. Camman. de jur. Majest. disp. 3. n. 64.* Vestes & auroas catenas gestant una cum Nobilibus in ge-

nere. Policey-Ordnung/ *de Anno* 77. *tit.* 11. §. 1. *& tit. seq.* P. O. *de Anno* 30. §. Vnd so einer. *ibi*: Vñ so einer eines Fürsten Hoffmeister/ Cantzler/ Marschalck/ oder Rahts vnd doch nicht vom Adel/ der mag sich/ sampt seinem Weib vnd Kind/ denen vom Adel gleich tragen. *Georg. Becht. de salv. conduct. cl.* 3 *num.* 226. *ubi ait, ita pro Doctoris cujusdam uxore contra C. & S. civitatis H in Camera Imp. pronunciatum fuisse.* Imò die vom Adel/ so nicht Ritter oder *Doctores* sind/ sollen kein Gold noch Perlin offentlich tragen. *Recess. Imp. de Anno* 1500. *tit* von Vberflüssigkeit der Kleyder. In Camerâ paribus cum Nobilibus fruuntur stipendiis, *Ordin. Cam. part.* 1. *c.* 43. *ibi*: Einem Doctor/ Licentiaten oder Edelman 500 fl. (hodie 700. fl. R. A. zu Speir/ *de Anno* 70. §. Demnach/ *Concept.* der erneuerten Cammergerichs Ordn. *part.* 1. *tit.* 57.) Et acceptantur loco Nobilium, maximé si Nobiles non extant idonei. *Ord. Cam. part.* 1. *tit.* 13. §. 2. *in fin.* R. A. zu Speier/ *de Ann.* 57. §. Weiter nach dem 18. *Ruding. 1. obs.* 60. *nu.* 2. *Denais. in jur. Cam. tit.* 13. §. 3. Juris item Doctores, qui Episcopatui obonus judicandi injunctum aptiores quàm Theologi. *Azeved. ad const. Hisp. lib.* 2. *tit.* 1. *leg.* 4. *n.* 4. *Simanca de instit cathol. c.* 25. *de Episcop. n.* 23. *& seq. Scaccias tr. de jud. c.* 87. *n.* 10. *lib.* 1. *Joan. de Selva tr. de benef. part.* 3. *q.* 54. *n.* 9. *Petr. à Baxio in direct. elect. c.* 31. *n.* 8. *part.* 3. *Alex Raud. dec. Pisan.* 35. *n.* 198. *ubi tamen limitant; Nisi pullularent hæreses in diocœsi aut in vicinia*, hodié unà cum Nobilib. in capitulares Ecclesiarum cathedralium eliguntur, *Marq. Freher. ad Petr. de Andlo lib.* 2. *de Imp. Rom. c.* 11. *Matth. Steph. de jurisd. p.* 1. *tit.* 2. *c.* 7. *membr.* 2. *nu.* 68. *& seqq. lib.* 3. *p.* 2. *c.* 14. *nu* 90. *& seq.* Nisi mos & consuetudo regionis, quæ in honoribus & prælationibus est inspicienda, *Ant. à Gama dec.* 1. *n.* 31. *Oliv. Razzal. dec.* 716. *n.* 17. *& dec.* 964. *n.* 1 *part.* 1. *Ruin. cons.* 19. *n.* 6. *vol.* 1. *Natta cons.* 567. *nu.* 3 *tom.* 3. *Gail. 1. obs.* 21. *in fin. Chass. in catal glor. mund. consid.* 38. *concl.* 45. *p.* 1. aliud introduxerit. Nam Coloniæ Agrippinæ in Metropolitanam non recipiuntur Nobiles, sed tantũ Principes, Comites, Barones, cum septem vel Theologiæ, vel Juris Doctoribus. Quibus hodié octavus alluvio accrevit.

39. Qr. An Doctores Bullatiá Comite Palatino creati eorum privilegiis frui debeant, qui in Academiis promoti sunt? Negant *Coler. de proces. Exec. p.* 2. *c.* 3. *n.* 135. *& seqq. Ruland. de Commiss. p.* 2. *lib.* 1. *c.* 14. *n.* 8. *Meland. in com. Cam. p.* 1. *l.* 45. *Gratian. lib.* 1. *discept for. c.* 186. *n.* 68. *& seq. Benius de privil. JCtor p.* 1. *n.* 6. *G. Pape dec.* 68. *n.* 3. *dec.* 388. *in f. Autor. Parthen. litig. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 32. *Speckhan. cent.* 1. *q.* 26. *Simen. Majol. tom.* 2. *dier. canic. colloq.* 6. I. Quod non præsumantur habere sufficientem scientiam, quia non sunt publicé examinati. Requiritur autem Examinatio, *Jod. Damhoud. tr. de patrocin. pupill c.* 6 *n.* 40. *Wormbs. lib.* 1 *pract. obs. tit.* 1. *obs.* 14. *n.* 3. *Mich. Ulrun. tr. de Regim. mund. part.* 4 *q.* 1. *n.* 8. *& seq. arg. l.* 7. *C. de Profess. & Med. l. nemini, in f.* 1. *C. de advoc. divers. jud.* & quidem rigorosa, *arg. Ordin. Cam. p.* 1. *tit.* 18. *in pr. ibi*: Vnd an welchem Ort wol examiniret. *Menoch. cons.* 126 *n.* 18. *lib.* 2. quam vel per instrumenta, vel testes probare debent. *Bald. & Salycet. in l. solemnibus, C. de fid. instrum. Mascard. de probat. concl.* 527. *vol.* 1. *Ias. cons.* 149. *num.* 6. *vol.* 4. *Alex. cons* 167. *per tot. vol.* 7.

II. Solemnia in actu Doctoratus necessarió requisita omittuntur: 1. Ut finito examine confirmentur. 2. Ut pileus in signum splendoris ipsis imponatur. 3. Ut is Cathedra pro investitura acquisitæ doctrinæ tradatur. 4. ut iis liber clausus & apertus tanquam materia doctorandi, in qua sè exerceant porrigatur. 5. Ut annulus in signum desponsationis legalis scientiæ digito inseratur. 6. Ut osculo in charitatis & amicitiæ symbolũ accipiantur & dimittantur. 7. Et ut tædarum accen-

sarum

sarum præsentia cohonestentur, *Qua in terminis habentur apud Hottom. lib. 1. disp. feud. c. 13. n. 22. Guid. Pap. decis. 388. in addit. Lenaud. de Doctor p. 1. q. 3. Signorel. de Homod. tr. Utrum præf. Doctor, an mil. n. 5. & seqq. Ruland. de Commiss. d. c. 14. n. 9. Gomez. in com. ad leg. Tauri. l. 83. n. 16. Chass. in catal. p. 10. consid. 36. Mascard. d. concl. 527. n. 15. vol. 1. Hig. p. 2. q. 11. n. 55. & seqq. Bocer. de Regal. c. 2. n. 129. Matth. Steph. de Academ. c. 14. n. 121. & seqq. Cothman. resp. Acad. 44. num. 37. & seqq.* III. In favoribus Doctoribus concessis privantur, in collegium Ecclesiasticum non cooptantur, in numerum assessorum Cameræ non recipiuntur, *per Ord. Cam p. 1. tit. 3. §. 1. ibi:* **in Universiteten / welche zum wenigsten von den Römischen Keysern vnd Königen confirmiret.** Nobiles non reputantur, securitate non fruuntur. *Georg. Becbt. de securit. class. 3. th. 127.*

40. A quibus licet noviter Apostasiam fecerint *Matth. Step. lib. 2. de juriud. p. 1. c. 8. n. 9. Aruma. in discurs. ad Aur. Bull. 1 th. 5. Treutl. vol. 1. disp. 1. th. 7. lit. b. & ibi Helf. Hun. in resol.* modo prævio examine & servatis servandis, duobus ad minimum veltribus adjunctis Doctoribus á Comite Palatino renuncietur. *Gomez. in com. ad LL. Tauri, leg. 83. n. 17. in fin. Benius part. 1. privil. JCt. 11. n. 4.* siquidem si scientia destruatur, non ex eo, quod Bullatus Doctor est, privilegiis privabitur, sed quod Doctor accessitatis, id est, sine lege, Doctor moneta tonsa, i.e. sine literis, Legum Doctor, Silentiarius atque Secretarius est. *Hippol. de Marsil. in tract. de Bann. in verb. commissario, num. 58. Ruland. de commissar. d. c. 14. num. 7.* Nec Doctor indoctus frui debet privilegiis Doctorum & Nobilium, *Tholosan. libr. 18. de Repub. cap. 9. num. 9. Ruinus tract. de nominat. quæst. 21. n. 12. & de priv. schol priv. 50. Steph. Grat. lib. 1. disc. c. 116. n. 19. & seqq. Melander d. tit. 45. com. Cam. part. 1. Roland. cons. 66. n. 40. libr. 2. Menoch. consil. 885. num. 7. tom. 9.* etiam in Academia promotus. *Benius de priv. lCt. part. 1. in princ. n. 2. P. Lenaud. tr. de priv. Doct. p. 1. q. 9. n. 35. Mandos. reg. 13. Cancell. q. 13. per tot. Laur. Kirch. num. 42. consil. quod est sub tom. 2. var. lCt. Germ. Crav. consil. 701. n. 44. Maranta cons. 25. n. 32. & seqq.*

41. Doctor tamen promotus in Academia præferendus est bullato. Is enim dignior est, qui dignitatem accepit non solùm á digniori, *c. per tuas, de maior. & obed. Decius in l. cum quid, 2. lect. n. 11. ff. si cert. pet. Ias. in l. si quis, n. 31. C. de transact. Menoch. cons. 51. n. 29. lib. 1. & cons. 257. n. 11. tom. 3. per tex. in l. 6. in fin. ubi Gl. ult. C. de adv. div. jud.* sed etiam coram nobilioribus & in loco nobiliori, *Decian. resp. 84. nu. 25. vol. 5. Alex. cons. 203. n. 4. vol. 2.* II. Doctor creatus cùm rigore examinis ob scientiam & merita dignior est eo, qui nullo vel levi examine creatus fuit. *Socin. Sen. in c. qualiter, de accus. Iason in l. 2. § si prius, ff. de vulg. & pup. Felin. in c. per tuas, n. 3. de maj. & ob. Dec. resp. 7. n. 64. vol. 3.* III. Doctor utriusq; juris præfertur in altero jurium etiam prius graduato. *Chass. in catal. glor. mund. p. 10. consid. 33. Ioh. Staphil. de gratiis, c. pen. n. 9. Ias. in l. re coniuncti, 87. nu. 19. ff. de legat. 3. Natta cons. 638. num. 19. tom. 3. Ruin. cons. 19. nu. 9 lib. 1. Sforz. Oddi cons. 14. nu. 36. Decius cons. 161. nu. 2. Decian. resp. 7. nu. 52. vol. 3. Cephal. cons. 566. n. 36. lib. 4.* IV. Doctor juris Canonici præfertur Doctori legum. *Boer. de autor. magn. concil. n. 8. Hier. de Cavall. pract. qu. 676. n. 36. Cephal. cons. 615. nu. 45. lib. 5. Peregr. cons 84. n. 36. lib. 1* quod tamen verũ in terris Ecclesiæ, non Imperii. *Menoch. de A. I. Q. lib. 2. cent. 5. cas. 425. n. 29. & seqq.* V. Doctor & miles simul præferetur tantùm Doctori aut militi. *Alex. in l. centurio, 5. ff. de vulg. & pup. subst. Chass. in catal. glor. mund. p. 8. consid. 27. Tiraq. de Nob. c. 5. n. 8. Dec. resp. 21. n. 50. vol. 1.* VI. Doctor

ex nobilibus præfertur Doctori genere ignobili, *Chaſſ.d.catal p.8.conſid.27.& p.10. conſid.35 Curt tr.Nobil,p.3.n.31.40.& 118.Dec.reſp.84.n.35.vol.5.* VII. Doctor juris præferendus eſt Nobilibus & militibus non ſolùm in actibus doctoreis, *arg l.1.C de off vicar. Lupus tr de don in.vir & ux.§ 37.n.20. Mart. Laud.tr.de dign.q 17.Signorol de Homod.tr. de præced. Doct.& Mil n 71 ibiq; Bologn. in addit. Gail.2.obſ 118.n.16.Gomez. ad leg.Tauri, leg 83.n.18 Joh.à Breifenbach conſ.31.n 7 lib.5.Peregr.conſ.84.n 32.lib.1.* ſed his etiam in promiſcuis & indifferentibus, *Jac. Ben. de privil.* JCt *p.3.q.53 Lauterbach tr.de liter. & arm.n.58.Lanfr.de privil. Doct.n.61 & ſeqq.Gratian.lib.1.diſcept. forenſ.c.111.n.84.& ſeq.Farin.conſ.crim.94.nu.4.lib.1.Burſat.conſ.343.n.31.lib.4.* non tamen in actibus utplurimum vel meré bellicis, *d.l.1.C de off.vic.Chaſſ.in catal.glor. mund.part.9.conſid.1. Bon.de Curt.tr. Nobil.n 55.& ſeq.part.3.Laud.tr.de conſ.qu.13. Capoll.de Imp.mil.delig.c.fin.n.18.& ſeq.* IIX. Prius doctoratus præfertur iis, qui poſt ipſum doctorati ſunt, *Azeved ad conſt.Hiſp.lib.6.tit.2.in rub.n.114.Chaſſ.in d catal.p.10.conſid.20. Cavalc.dec.20 n.26.p.2.Iaſ.in l.3.nu.37.ff.ſi cert pet.& conſ.172 n.1.& 15.vol 2.Ceph conſ.615.n.27.& n.142.lib.5.* IX. Licentiatus prius graduatus præfertur Doctori, quando ipſe Licentiatus ex poſtfacto laureâ doctoris fuerit inſignitus. *Cavallos in aur ſpecul.q 606.n.33 & ſeqq Joh.Brun.tr.de ſponſ concl.2.n.41.Ant.Galv. lib.6.com.opin.tit.de major.& obed.concl.1.Jaſ.d conſ.192.n.12.vol.2.Ceph.conſ.591.n. 18.lib.4.Boër.tr.de auth.magn.Senat.n.98.per l.1 & 2.C.de præf.prat.* X. Deniq; inter Candidatos, qui tempore promotionis renunciatur primus, prærogativam habet in ſedendo, incedendo, ſubſcribendo, &c *arg.l.1.de præf prat.l.1.C.de præpoſ.ſacr.ſcrin.l. 1.C.de Conſul.Ant.à Gama dec.1.nu.14.Tiraq.de jur.primog.in præf.nu 115.Kirchn.de Legat.lib.2.c.5.n.84.Burſat.conſ.343.n.5.& ſeq.lib.4.* ſint niſi forté locati.

42 Atq; his, quæ de nobilitate diximus, gaudent tantùm Doctores juris, nó Medicinæ, ſive profeſſores ſint, ſive curandis tantùm morbis vacent, *Ant. Faber in Cod forenſ.lib.9.tit.28.defin.9.& 2.ſeqq.* quamvis negari non poſſit, quin Medicina ſit ars non ſolùm publicé utilis, *l.inter eos, 35 ff.ex quib.cauſ.maj.* ſed etiam pernobilis, ita ut qui eam profitentur, licet hoc ipſo nobilitatem nanciſci non poſſint, ſi quâ tamen habent, eam idcirco non amittunt. *Tiraq de Nobil.c.31.per tot. Alexand.conſ. 94.n.1.vol.1.ubi diſputat, An Dd.Medicinæ ſint in dignitate conſtituti,* Medicus enim Regis dicitur Illuſtris perſona, *Caſp.Valaſc.in l.imperium, nu.51.ff.de juriſd om.jud. Fab.de Anna conſ.56.n.34.* æquiparatur Duci, Comiti, *per Bart.in l.1.C.de Comit.archiat Ant.Corſet.de poteſt.reg.q.92.nu.54.part.5.Fr.Lucan.tr.de privil.part.1.caſ.110. Chaſſ in catal.glor.mund p.6.conſid.12.*& quoad immunitates Doctori Legum, *l.medicos, C.de profeſſ.& med. Maranta conſ.59.n.2.*

§.IV. 43. IV. Si quem Imp.de feudo nobili, utpote Ducatu, Comitatu, Baronatu cum annexa juriſdictione, *Petra de jur.quæſit.non toll.c.22.n.141.157.Marta de clauſul part.2.clauſ.30.num.1.& ſeq.Guid.Papa deciſ.385.num.2.& deciſ ſeq.lit.c. Natta conſil.562.num.9.tom.1.Peregrin.conſ.3.num.47.& paſſim ibid.lib.2.* tanquam in ſymbolum nobilitatis inveſtiat, *arg.c.1. quis dic. dux.2.F.10.Parìs de Put.tr.de re mil.lib.7.q.1.n.12.Chaſſ.in catal. glor.mund.p.8.conſid.15.Tiraq.de Nobil.c.7.n.14.H. Hartm.tit.54 obſ.1.n.9.& obſ 2.n.5.Muſcard.de probat.concl.1094.n.5.vol.2.Georg.de Cabedo part.2.deciſ.73.n.6.Gylman.deciſ.46.nu.104.lib.1.Decian.reſp.7.nu.51.vol.3.* & temporis longinquitas accedat, *Bodin.lib.3.de rep.c.8.Intrigliol. cent.feud.1.q.31. n.25.Reyger.in theſaur.jur.verb.nobilitas, tom.2.Bon.de Curt.tr. Nobil.p.3.nu.200.&*

ſeqq.

seqq Gylman in symph. tom. 4 part. 5. vot. 30. Quod etiam tum obtinet, si vel Electione (ut Principes Ecclesiastici, *Gail. 1. obs. 30. n. 4. & seqq. Mod. Pistor. cons. 49. n. 3. vol. 2.*) vel successione (ut nostra ætate F. D. W. qui quamvis Comes fuerit M. jure tamen successionis in Ducatum W. & T. sine speciali Imp. creations Dux effectus est. *H. Boer. tr. de qualit. & diff. feud. c. 3. nu. 19.*) ad Imperii feuda evehantur. Quamvis Anno 1608. in Ratisb. Comitiis F. A. A. Commiss. Cæsareus quidamq; alii Status Catholici prętenderint, J. F. D. W. nullam in Comitiis vocem sessionemvé etiam apprehensâ Ducatus possessione competere priusquam á Cæs. Majest. ejus Celsitudo investita sit, *vid. D. Gerlac. Buxd ad Aur. Bull concl. 85. lit. h. ubi acervus præjudiciorum.*

44 Est autem nobile feudum concessum ab eo, qui simul voluntatem & potestatem nobilitandi habet, *Vultej. lib. 1. feud. cap. 8. num. 9. Niell. disp. feud. 1. thes. 7. lit. c. Obrecht. disp. feud. 2. thes. 25. & seqq. Arumæ. disp. feud. 2. thes. 46. Hunnius tract. feud. cap. 6. divis. 3.* Quemadmodum enim aliâs ad perfectionem cujuslibet actus deo requiruntur voluntas & potestas, *Petra de jur. quæsit. non toll. in præs per tot Milanens. dec. 8. n. 71. l. 1. Nevizan cons. 12. n. 5 Leonard. cons. 117. nu. 227. inter cons feud. Brun. Menoch. cons. 103. n. 51. Vultej. cons. Marp. 35. n. 180. vol. 3. Decian. resp. 5. nu. 106. vol. 1. Bertr. cons. 166. nu. 7. vol. 2. part. 2.* Ita sola potestas non sufficit, nisi adsit nobilitandi voluntas. *Carol. Molina. in com. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 9. gl. 5. & in l. si quis, nu. 54. dd. Gædd. disp. feud. 2. th. 4. lit. d. Alex. Raudens. de Analog. c 34. n. 37. & seq.* Feuda namq; sine nobilitate dari possunt, & nobilitas sine feudis, *Godfrid. Ant. disp. feud. 2. th. 6. lit. b. Vultej. d. c. 8. n. 9. & 10. Rosen. de feud. c. 2. concl. 2. n. 9.* Hinc toties in Imperii matricula repetita formula, **Einhaber der Grafschafft N. Einhaber der Herrschafft N.** *vid. subscript. Recess. ab Anno 94. & seqq. faciunt quæ notat Cravett. cons. 952. nu. 7.* quæ etiam in fiscalibus processibus **alß Einhaber deß H. Reichs Lehengüter vnnd Herrschafften** in Camera conveniuntur, *Gail. de Arrest. Imp. c. 6. nu. 9.* & refert Petrus de Andlo *lib. 2. de Imp Rom. c. 12.* In Germania esse Comites de Comitatu non investitos, sed quia castellis, quæ possident denominationis titulum traxerint. In eodem numero esse Comites ab Oetingen & Zollern *d. tr. lib. 1. c. 15. Paurm. de jurid. c. 13. nu. 15. lib. 2. Dn. Cluten in syllog. concl. 26. lit. k. Christ. Besold. dissert. de Comit. & Baron. n. 13. qui de hoc dubitat, & fidem relinquunt penes authorem.* In Gallia nomē Principis non nisi Regiæ prosapiæ Principibus attribuitur. *Jacob. Aug. Thuan. lib. 25. hist. part. 2.* Aclicet quidam Principes nominentur, hoc tamen possessionibus verius, quam personarum celsitudini est inditum. *Rhen. Chopp. de LL. Andium, tit. 6. de regia fur. provent.* Quapropter cum Franciscus Borbonius Guisium seipsum Principem appellantem indignabundus cerneret, ad astantes jocosé respondit, Guisium Germanicè Gallica lingua loqui, *ut refert Thuan. d. lib. 25. Hist.* Quamvis postea gubernatores provinciarum gubernationem sibi appropriaverint, seque Duces nominari voluerint, ut Gubernator in Gallia Narbonensi vulgó Languedoc *Dux Momorantius*, in Normandia *Duc de Montpensier*, in Campania *Duc de Bovillon*, in Burgundia *Duc de Mayenne*, Lugduni *Duc de Nemours*, in Pictavia *Duc d'Elbœf*, in Britannia *Duc de Mercure*, in Delphinatu *Duc Alphonsus Corsius*, in Berry *Duc de Castres*, &c. In Silesia tamen nemo ad quatuor primarios Baronatus, alß da seynd/ 1. **Die Herschafft Pleß.** 2. **Die Herrschafft Wartenberg.** 3. **Die Herrschafft Militz.** 4. **Die Herrschafft Drachenberg/** admittitur, nisi ante ab Imp. vel Rege Bohemiæ Baro creatus fuerit. Joach. Curæus **im andern Theil der Beschreibung deß Lands Schlesien/** *pag.* 271. Henrich Rätel **im dritten Theil/** *pag.* 408.

45. An feuda nobilia nobilitatem conferunt? Hoc ex consuetudine singulorum locorum est addiscendum. In Hispania omne feudum nobilitat, *Nic. Intrigliol. cent. feud. 1. q. 31. n. 25.* In Saxonia **erhöhet nichts deß Mans Schildt alß Fahnen-Lehen Lehenrecht** / *c. 2. & 10. & Gl. ad c. 71. facit gl. 1.* **Landrecht** / *lib. 1. art. 27. Schneidew. ad §. quadam, 20. tit. de act. fam. herciscund. n. 34. Inst. de act. Schrad. de feud. part. 2. c. 3. n. 15. Matth. Coler. dec. 203. n. 27.* E contra in Gallia ordinatione regia Henrici III. plebeji acquisitione feudorum cujusq; valoris & reditus illa sint, non nobilitantur. *Matth. in not. ad dec. 384. Guid Pape, Eguin. Baro lib. 1. de jur. benef. c. 3. Bod. de Repub lib. 3. c. 8. Thuan. lib. 3. hist. part. 1. tom. 1.* Quemadmodum in tota fere Germania á jure prædiatorio expiscari nobilitatem, quam quis á se non habet, fere absurdum. *Gylman. in symph. tom. 4. part. 1. vot. 30. n. 177. & seqq. Rosenth. de feud. c. 2. concl. 2. n. 9. Godofrid. Ant. disp. feud. 1 th. 6. lit. b. circ. fin. Confer. Ant. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 29. def. fin. 12. Guttier. pract quæst. 16. nu. 97. & seqq lib. 3. & 4. Chassan. in consuet. Burg. ult. de droits appart à gens mariez. §. 19. nu. 27. Bocer. de invest. feud c. 3. nu. 158.* Quamvis ratione bonorum qualitas, quod quis sit immediatè nobilis, semiplenè & præsumptivè probari possit, *Meichsner. decis. Cam. 8. nu. 6. tom. 1. lib. 2. Alex. cons. 70 num. 2. lib. 6.*

46. Quid ergo si Rusticus emat feudum nobile? Emens domum Consulis non illico fit consul, *Hippol. à Collib. in Nobili, concl. 18. Garsias de Nobil. Hisp. gl. 18. nu. 28. arg. l. cum neq., 4. C. de incol. l. 2. C. de prad. & omnib. reb. nav.* neq; sella Cæsaris Vibium, quám gloriosé ostentabat, Cæsarem faciebat, *Cassad. lib. 57. Kirchner. de Rep. disp. 12. coroll. 3.* cum nobilitas á personis, non á rebus prædicetur, *arg. l. justissimè, 44. ff. de edil. edict. Guttier. lib. 3. & 4. pract. quæst. 14. n. 21. Vultej. de feud. c. 8. nu. 9. Tiraq. de Nobil. c. 7. n. 3. & 9. Tholos. lib. 22. Syntag. c. 6. nu. 9.* Personæ enim digniores rebus aut ullis fortunæ bonis, *l. sancimus, C. de SS. Eccles. Hier. Mont. de finib. c. 71. n. 1. Ruland. de commissar. p. 2. lib. 5. c. 4 n. 31. Ioan. Vincent. de Anna in repet. const. terminum vita, 1. nu. 1. Capic. dec. 162. nu. 3.* Quo alludit Gallorum formula, Que la personne annoblist les biens. *Ranchin. in not. ad dec. 90. Guid. Pap. Mausver. in pract. tit. 38. nu. 9. Brisson. in Basil. lib. 6. tit. 13. art. 1. Molin. ad Consuet. Paris. § 1. gl. 5. verb. le fief. n. 63.* Exinde dum in Gallia Nobilibus feuda vendere, eaq; plebejis emere placuit, secuta est maxima Patritiorum inopia, *teste Bodin. lib. 5. de Repub. c. 2.* Huc ergo illud Ennii *quod conservavit Cic. 2. Philip.* torqueri aptè poterit:

O domus antiqua, heu quam dispari domino dominaris!

§. V. 47. V. Si quem Imp. in Rescripto vel quovis alio modo Nobilem appellat, *Bart. in const. qui sunt rebell. verb. Lombardia, Petr. de Anchoran. in clem. si summus, n. 6. de sent. excom. Schrad. de feud. 2. part. 9. part. ult. pr. sect. 14. n. 27. Dec. resp. 7. n. 10. vol. 3. videatur, Ioan. de Selva tr. de benef. p. 1. q. 2. n. 55. & part. 3. q. 22. nu. 5. Iason cons. 145. nu. 1. vol. 2. & suprà th. 13.* verùm ad hanc conclusionem ante nos ingeniosi sunt *Tiraqu. de Nobil. c. 6. n. 24. Paris de Put. de re mil. lib. 7. c. 1. n. 13. Rebuff. tr. Nominat. q. 1. n. 9. & seqq. Ant. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 29. def. 15. nu. 1. Carol. Tapia in l. fin. p. 1. c. 1. n. 11. de const. princ. Gylman. in symph. d. vot. 30. nu. 102. Fab. de Anna cons. 44. n. 86. & seq. cons. 66. nu. 52.* I. Quia in dubio non præsumitur Principem velle uno momento legis dispositionem invertere, *l. si quando, in pr. C. de inoff. test. quo argumento usus est Menoch. lib. 20. præsumpt. 20. n. 3.* II. Quia denominatio rei veritatem non immutat, *Ant. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 14 defin. 29. n. 6. Dec. resp. 1. n. 9. & 10. vol. 4* Etiamsi Papalis

sit,

fit. Bertr. cons. 537. nu. 2. vol. 3. part. 1. ex Ioan. Andr. in addit. ad Spec tit. de instr. edit. §. porro. III. Quia sola nominatio non constituit filium in possessione filiationis, §. *ult. Inst. de adopt. Gail. 2. Obs. 97. n. 5. & seqq. Covarr. tom. 1. de matr. part. 2. c. 8. n. 3. & 8. Alex Trentac. lib. 1. resol 1. de filiat. nu. 14. Ant. Quetta cons. 57. n. 3. & seqq. Natta cons. 473. per tot. tom 2. Ias. cons. 106. per tot. vol. 3. Bertaz. cons. 91. n. 24. & seq. lib. 3.* IV. Quia similia verba blandiendi potiùs animo erga alienos sæpé præferuntur, *per l. nemo, 58. §. 1. ff. de her. inst. l. Cajus, 12. ff. de jur. patron.* Ex quibus ideo necessarium argumentum non desumitur. *Gabr. Palaott. de noth. & spur. c. 24. n. 1. & seqq.*

§. VI. 48. Deniq; nobilitatis privilegia tacité conferri putant, si cui Princeps in magno Procerum senatu inter perorandum pileum imponat, *Aurpach. lib. 1. sing. alleg. c. 27. Kirchner de legat. lib. 2. c. 5. nu. 44. & de Repub. disp. 2. auctor.* 5. quod in Germania & Hispania solis Principibus licitum, *Guer. Pison. in pralud. feud. tit. servitia incerta quanam sint. Azeved. ad const. Hisp. lib. 6. tit. 4. leg. 1. n. 26.* nulli item Principi Angliæ concessum, sed summo & inconcesso honori deputatur. *Rodolph. Boter. lib. 8. comm. rer. in orb. memorab. fol. 295.* Fuit enim pileus apud veteres non solùm libertatis, *l. directo, C. de testam. manum. l. un. §. sed & C. de latin. liber. Ant. Foquel. in Expos. 5 Satyr. Pers. verb. pilea, Claud. Minois in com. ad Emblem. 150. Alciat. Chass. in catal. glor. mund. consid. 38. concl. 9. part. 1. Tholos. lib. 14. syntagm. c. 5. nu. 18. Cujac. Obs. 3. c. 13. Cothman. resp. Acad. 44. nu. 39.* & nobilitatis insigne, *Cal. Rhodog. lib. 20. c. 12. de Dama Hippoc. & lib. 7. cap. 31.* sed etiam consuetudine Regum introductum esse, ut qui cooperto capite coram Rege sedeat, honorabilior cæteris habeatur, tradit *Ant. de Gama dec. Lusitan. 1.* Unde factum ut cum Philipp. II. Rex Hispaniæ Egmondanũ comitem sententem secum de rebus gravioribus colloquia, pileo imposito caput operire jussisset, per argumentum illius honoris Principis dignitatem fuerit judicatus Regis sententia accepisse. *Aurpach. d. c. 27.* Quandoquidem ut Deus, *P. Heig. p. 1. 9. 13. n. 3.* Lex, *Mich. dec. Cam. 6. n. 37. tom. 4.* ars & natura, *l. hac stipulatio, §. Divus, ff. ut leg. nom. cav. Ant. de Amatis dec. 132. n. 13.* Ita Princeps nil frustra dixisse & fecisse existimetur. *Kirchn. de leg. d. c. 5. n. 46.* Et permisso uno, permissum etiam alterum intelligatur, quod sit ei connexum, *l. si tutor, 13. ff. de tut. & rat. distr. l. si duo, 13. §. 3. ibiq; Za. in fin. ff. de jurei. Gail. 1. Obs. 35. n. 8. cum seqq. lib. 1.*

Caput VI.

De Nobilitate Expressa, Et quomodo quis expressé nobilitetur.

§. I. 49. Expressé confertur Nobilitas, **wann einem von wegen seinen dapfferen Thaten ein Wapenbrieff mitgetheilet wirdt.** *arg. l. 3. §. viros, C. ubi senat. vel clariss. lob. Raynaud. de Nobil. n. 15. Curtil. tr. Nob. part. 3. n. 125. Arze ab Otalor. in sum. nob. Hisp. p. 3. c. 6. n. 7. Fr. Pfeil. cons. 197. n. 20. cent. 2.* Quæ nobilitandi consuetudo, cujus hodie frequens in aula Cæsarea est usus, tempore Zenonis, atq; sic ante annos 1134. cepit. *Conrad. Lagus in method. jur. civ. c. 29. nu. 11. Eguin. Baro de Nobil. lib. 3. c. 2. Paurm. lib. 1. de juriud. c. 29. n. 30. Kirchn. in Morvill. lib. 4. c. 6. n. 66. & seqq. G. Schönborn. lib. 5. pol. c. 15.* Taliter autem nobilitate reapse fiunt Nobiles, nec possunt dici indi-

indigni; Principi enim atteſtanti ſe ob benemerita conceſſiſſe beneficium creditur. *Menoch.conſ.*1003.*n.*77.*& ſeqq.lib.*11.*Ruin.conſ.*175.*n.*14.*lib.*1.*conſ.*117.*n.*8.*lib.*3. *Iaſ.conſ.*227.*n.*38.*vol.*2.*Soc.Sen.conſ.*4.*n.*11.*lib.*3.*Natta conſ.*475.*n.*6.*lib.*2.*Pancirol. conſ*64.*n.*39.*Gratus conſ.*61.*nu.*58.*lib.*1. Quibus enim præſtanda fides, ſi non iis, in quibus fides clariori lumine effulget? *l.*8.*C.de ſum.Trin.Bertazz.conſ.crim.*331.*nu.*6. *ubi Claud.in addit.lit.*a.*Mod.Piſtor.conſ.*12.*n.*47.*Malvaſ.conſ.*35.*n.*13.*Thoming.conſ.* 24.*q.*2.*n.*4.*Caſ.Manent.conſ.*84.*n.*54.*Azeved.conſ.*17.*n.*8.*Natta conſ.*310.*n.*1.*& conſ.* 397.*n.*10.*Rol.à Vall.conſ.*5.*n.*8.*vol.*1. Qui honorandi, ſi non ii, quos Principes ipſi dignos honore teſtantur? *Nicol.Hontheim.lib.*1.*de art.notar.c.*21.*nu.*1.*Capoll.de Imp. mil.delig.c.*11.*incip.Pro Imp.nu.*4.*& ſeqq.Lanfr.tr.de præced.Dd.nu.*25.*Chaſſ.in catal. part.*1.*conſid.*4.*& conſid.*38.*concl.*44.*arg.l*6.*in fin.C.de advoc.div.jud.* Exemplo Ahaſveri, *c.*6.*Eſther.* Imó ſacrilegii inſtar eſt dubitare an is dignus ſit quem Imp.elegerit, *l.*3.*C.de crim.ſacril.Petra de jur.quaſ.non toll.c.*2.*nu.*4.*P.Andr.Gammar.de author. legat.à later.lib.*10.*n.*309.*Gratian.lib.*1.*diſcept.for.c.*186.*num.*52.*Mart.de Caraz tr. de Princip.qu.*2.*Arnulph.Ruza.de jur.Regal.privil.*7.*num.*7.*Caſtald.de Imp.qu.*109. *nu.*7.*Schneid.de feud.part.*3.*num.*53 *ubi ait, hoc eſſe notandum pro hominibus novis,* **dis ſich Adelen laſſen.** Atque ita hodie nobilitati ad Aſſeſſoratum Cameræ recipiuntur, ſi modo alioquin ordinationi conformes ſint. Quod quidem accidit H. H. ab E. ex nobili patre nato, & per Electorem Rheni Anno 56. præſentato.

50. Sed quid ſi alibi ſtatutum Nobilium tantùm mentionem faciat, quēadmodum in Saxonia, **hat niemand Ritterrecht/ſein Vatter vnd Elter Vatterſeind Ritter oder Rittersgenoß geweſen.** *text.* **Lehenrecht/***c.*2.*gl.in art.*1.*lib.*1. **Landtrecht/***lib.*1.*art.*28.*Coler.dec.*203.*nu.*27.*part.*1.*Pfeil.conſ.*78.*n.*161.*& ſeq.cent.*1. ſufficitné qualitas ita privilegiata, ut quis admittatur ſalvo ſtatuto? Et quāvis communiter negent *Papon.*3.*Notarior.lib.*7.*des lettres d' anobliſſement.Otalora de Nob.Hiſp.*3. *p.*3.*n.*20.*Illeph.Perez.de Lara tr.de anniv.& Capell.lib.*2.*c.*4.*n.*95.*cum ſeq.Manica de conject.ult.vol.lib.*3.*tit.*4.*n.*15.*Ant.à Gama dec.*307.*n.*7.*P.Friz.de Nob.civil.concl.*17. *in fin.pr.* attamen cum paria ſint, ineſſe qualitatē per naturam vel privilegium, *Garzias de nob.gl.*35.*n.*3.*&* 48.*gl.*1.*§.*1.*n.*50.*Azevid.ad conſt.Hiſp.lib.*6.*tit.*2.*in.rub.n.*61. *Palaez.de Major.part.*1.*q.*51.*n.*32.*& ſeq.* maximé ſi privilegii Epiphonema ſit plenitudo poteſtatis, *arg.l.fin.C.de his qui ven.etat.* indubitaté affirmandum.

§. II. 51. II. **Wann einer von wegen ſeiner Tugenden zum Ritter geſchlagen wirdt/** *arg.l.*2.*C.de primicer.l.fin.C.de comit.rei mil.l un.C.de Equeſtr.dign.Boer.d.* ſ. *diſp.*14.*th.*18.*Ant.Godfr.diſp.feud.*2.*th.*4.*in fin.Matth.Steph.de iurisd.c.*7.*memb.*2.*nu.* 65.*p.*1.*Cabedo dec.*139.*n.*5.*part.*1.*Ceph.conſ*566.*n.*23.*& ſeq.lib.*4. Non enim naſcēntur, ſed certis cum ſolennitatibus creantur, *Dn.Ritter.lib.*1.*Inſt.feud.c.*3.*nu.*9. Non naſcono comeli Poëti, ma ſi fanno come gl' Oratori, *Steff.Guazzo lib.*2.*de civil.converſ.* Qui mos creandi Equites á priſcis temporibus receſſit. Olim erat præmium fortitudinis. *Otalora de Nobil.Hiſp.patt.*4.*c.*1.*nu.*6.*& ſeqq.Garſias de Nobil.gl.*1.*§.*1.*n.* 51.*& ſeqq.Azeved.ad conſt.Hiſp.lib.*6.*tit.*1.*leg.*1.*n*6.*& ſeqq.* At hodie Reges & Principes ea faciunt promercalia, & tanquam ſub haſtæ auctionatu proſtituunt, *Corn. Agripp.de vanit.ſcient.cap.*80.*de Nobil.Bodin.lib.*3.*de Repub.c.*8. & gladio evaginato leniter tantùm percutiunt humeros eorum, qui hunc ordinem affectant, dato cingulo & enſe, *Hottom.diſp.feud.c.*5.*Boter.lib.*3.*de Orig.urb.c.*31. Ita ut revera dici poſſit;

sit, Patres gladium capulo apprehendisse, filios illum mucrone arripere, *cum Ant. de Guevar. lib. 3. Horolog. Princ. c. 31. circ. fin.* Hac enim sola ceremonia promiscuè hodie sunt Equites, non ex nobilitate tantùm, sed Mercatores etiam, quibus vix gladius unquam vagina vacuus visus, *Sloid. lib. 2. com. circ. fin. Bocer. de Bello lib. 1. c. 11. n. 9. Petr. Bellin. de re mil. p. 7. tit. 3. nu. 41. & seq.* Ita in Gallia tempore Catharinæ de Medices militaris torques dicitur aptatus indignissimis quibusque. Unde inolevit proverbium, *L' ordre de France c' est un collier de toutes bestes*, seu, Una Cavezza á ogni una bestia, *Nordorman in dissert. de jure Principat. concl. 76. in fin pr.* Affinis est maximè mos, quo Principes & Nobiles ministris suis perfectam ætatem adeptis impacto jure gestandi gladiũ concedunt, **daß sie dieselbe Wehrhafft machen**. *Ioan. Rosin. lib. 1. antiq. Rom. c. 20. G. Schönborn. lib. 6. pol. c 13.* quod nonnihil antiquam manumissionem sapit. *de qua Pers. satyr. 5.* Nam, ut inquit Claudianus *in 4. consul. Honor.*

Tristis conditio pulsata fronte recedit.

§. III. 52. Si fœmina ignobilis nubat viro nobili, *l. fœmine, 8. ff. de senat. l. cunctis 10. & l. ult. C. de nupt. l. ult. C. de incol. l. mulier, C. de dign. Bon. de Curt. tr. Nob. p. 3. n. 184. & seqq. Gomez. in com. ad l. Tauri, leg. 79. n. 6. Ant. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 29. def. 5. Thoming. cons. 8. n. 4. vol. 1. Petr. Caball. cons. 129. n. 11. vol. 2.* Nec refert etiamsi ex furtivo coitu concepta sit, *Sebast. Montic. tr. de patr. potest. n. 2. Tiraq. de Nob. c. 18. n. 2. Chass. in consu. Burg. rub. 9. §. 7. la femme minorité, n. 3.* Uxor enim corrusca radiis mariti *Nov. 105. c. 2. in pr. Ioan. Montaigne tr. de Bigamia, q. 1. n. 13. Ioh. de Cirier de prim. lib. 2. n. 12. Thom. Actius de lud. Scacchor. q. 7. pr. nu. 68. Frid. Mindan. de contin. caus. c. 19. n. 20. & seq.* ejusq; privilegiis gaudet, *l. 2. C. de episc. & cler. l. ult. C. de injur. l. medici. ult. C. de profess. & med. l. eos qui, 6. C. de fabric. l. 2. C. de com. consist. l. in sacris, 9. C. de priv. sacr. scrin. l. ult. C. de princ. agent. in reb. l. ult. C. de privil. schol.* Cùm enim uxor & maritus censeantur duo connexa, *c. nec illud, q. 5. c. admonere, 33. q. 2. l. pen. ff. de rit. nupt. vid. Moron. de treug. & pac. q. 134. n. 16. & q. 153. n. 6. Octav. Vulp. de treug. & pac. q. 5. n. 2. Mastrill. dec. 50. n. 5. & seq. Ceph. cons. 416. n. 37. & seqq. lib. 3.* quorum eadem ratio, idem judicium, *Munnoz. de Escob. de ratioc. adm. c. 31. n. 12. Amatis dec. 89. n. 5. cum seqq. Mas. cons. 146. n. 9. & seq. vol. 2. Natt. cons. 286. n. 4. tom. 2. Surd. cons. 338. n. 3. lib. 3.* congruum est ut uxor ipsa mariti dignitate fulgeat, *arg. l. si Augusta, 57. ff. de legat. 2.* aliàs absurdũ esset unã eandemq; rem diverso jure censeri, *l. eum qui, 23. ff. de usuc. l. nam hoc 4. ff. de vulg. & pup. l. 1. vers. nec ratio. ff. de rer. permut. c. cũ in tua, ext. de decimis.*

53. Atq; hoc privilegio etiam gaudet. I. Sponsa, ob favorem nobilitatis & matrimonii. *Bon. de Curt. tr. Nob. p. 3. n. 188.* Quemadmodũ enim confestim cingendus habetur pro cincto, *l. filius f. 43. ff. de test. mil. Cavalc. dec. 44. nu. 17. lib. 1. Bertazz. cons. 55. n. 8. lib. 1.* manumittendus pro manumisso, *l. Herennius, 22. ff. de stat. hom. l. si quis, 15. ff. de fideic. lib. l. cum vero, 26. §. 1. ff. eod. l. 3. in fin. C. ibid. l pen. in pr. ff. quib. ad liber. proclam. non lic.* absolvendus pro absoluto, condemnandus pro condemnato, *l. qui pœna, 8. §. 1. ff. de manũ. Lupus in rub. de don. int. vir. & ux. §. 38. n. 12. & per tot. ferè. Menoch. cons. 108. n. 17. Natt. cons. 233. n. 5. tom. 1.* investiendus pro investito, *Schrad. de feud. p. 10. sect. 1. n. 4. tom. 2. Knich. de terr. jur. c. 6. n. 148.* liquidandũ pro liquido, *l. fin. C. de compens. Trentac. var. resol. lib. 2. resol. 3. de except. n. 4. Capic. dec. 48. n. 3. Cacch. dec. 92. n. 36. Ant. de Amat. dec. 23. n. 8.* complendũ pro completo, *l. non tantũ, 17. ff. de excus. tut. l. à qua 5. ff. qui test. fac. poss. Vinc. Caroc. dec. 107. n. 1. & 15.* Ita producta & copulata carnaliter habetur, quę de proximo est copulãda. *Salyc. in l. cum in te, 6. n. 7. in fin. C. de don. ant. nupt. Paul. Cypr. de jur. connub. c. 3. de matr. §. 4.*

54. II. VIDUA. Quamdiu enim statum vidualem honestè servat, domicilium, forum & familiam retinet *Paurm. lib. 2. de jurisd. c. 9. n. 42. Schrad. de feud. part. 9. c. 2. n. 5. Zang. de except. c. 1. nu. 57 part 2. Lupus in rep. rub. de don. int. vir. & ux. §. 67. n. 16. & seqq. Guid Pap dec. 379 n. 2. Ceph cons. 526 n. 48. & seqq. lib. 4.* iisdemq; privilegiis, quæ marito nobili ob nobilitatem competebant, gaudet, *l. cum te, C. de nupt. l. fœmina, 8. ff. de senat. c. iu qui, § mulier. de sepult. in 6. Winzl de collect. obs. 14. n. 6. & seqq. Otalora de Nob. Hisp. p. 4. c. 8. n. 3. Fr. Milan. dec. 9. nu. 7 lib. 1. Vultej. cons. Marp. 17. n. 49. vol. 3. Sixt. cons. M. 9. n. 52. vol. 2. Pac cons. 4. n. 86. & seqq. Pereg. cons. 13. n. 3. & 11. lib. 2. Caball. cons. 172. n. 29. & seq. vol. 1.* etiam exorbitantibus, *Cabed. dec. 98. n. 2 part. 1. Tiraq. tr. cessante causa, n. 107. Et de Nob. c. 18. n. 8. Ant Fab. in Cod. lib. 9. tit. 29. defin. 22. vid. Alex. cons. 207. vol 7 per tot. & nu. 29.* viva imago viri defuncti remanet *Guttier. lib. 1. canon. q. 12. n. 1. Azeved. ad const. Hisp. lib. 6. tit. 1. leg. 1. nu. 93. & seqq Cæsar Barz. dec 129. n. 33. Pfeil. cons. 78. n. 161. cent 1. P. Surd. dec. 330. n. 27. & seq. lib. 2.* Et in codē matrimonio perseverat, *l. fin. C. de bon. mat. l. fin. C. de V. S. l. 1. §. Exactio. C. de rei ux. act. Fab. in Cod. lib. 9 tit. 28 defin. 22 n. 11. & 24. Palaez de major. p. 1. q. 51. n. 34. Petr. de Ubald. tr. de Canon Episc. c. 9. n. 21. Grat. lib. 1. discept for. c. 120. n. 13. Cacher dec. 77. n. 15. Guid. Pap dec 349. n. 2. Amat. dec. 72 n. 17. Ceph. cons. 423. n. 68. lib. 3.*

55. Atq; in hoc melior est conditio uxorum Doctorum juris quàm Medicinæ, uxor siquidem Medicinæ Doctoris vivi, non verò viri mortui privilegia retinet, cùm enim id privilegium non nisi ratione officii datum sit, quod neque in viduam transit, neq; in liberos, fieri utiq; non potest, ut finito officio perduret. *Ant. Fab. in Cod. d. lib 9. tit 29. defin. 9. & 23. Tiraq. tr. cessante causa, n. 108. Alber. tr de statuto. lib. 1. q. 1. 4. Cabedo dec. 98. n. 3 part. 1. Milanens. dec. 9. n. 14. & seq. lib 1.* Privilegium enim ob aliquam qualitatem competens, finitur qualitate illa finita, *l. si duas, 6. § gentium, 14 ff. de excus. tut.*

CAPUT VII.

De causa finali Nobilitatis.

56. Quamvis quoad Deum illaudabilis videatur nobilitatis quæstio, quia mundi gloria est vanitas vanitatum & omnia vanitas, *Eccles. c. 1. in pr. Chass. in catal. glor. mund. part. 1. consid. 59. 58. Bertr. cons. 24. n. 4. vol 2 part 1. ubi ait ex Hostiens. quod sanguinis nobilitas non sit alia quàm stercoris & fœtoris,* attamen quo ad hanc humanā societatem & civilē politiam conservandam necessaria est laudabilis. *Dec. resp. 7. n. 1. lib. 3.* I. Ut dignitatum ordo servetur. *t. t. C. ut dign. ord. serv. l. 1. ff. de alb. scrib. l. 2. C. de primicer. Nov. 1. c. 1. §. inordinatum. Ant. Fab. lib. 9. Cod. tit. 30. defin. 7. n. 3. & seq.* minores respectu dignitatis honorē impendant majoribus, *l 3. ff. de al. mut. jud. caus. Chass. in d. catal. p. 1 consid. 20. Scot. cons. 28. n. 5. Ruin. cons. 19. n. 9. lib. 1. Ceph. cons. 615. n. 144. & seqq. lib. 5.* & cives apta ac decenti collatione inter se & cum Rep. conjungantur. *Bod. lib. 3. de Rep. c. 8. in pr. Azev. ad const. Hisp. lib. 5. tit 7. leg. 7. n. 2.* Nec quicquā ordine jucundius aut ad usum commodius est excogitatum; *Hier. Alban. Bergomat. de potest. Pap. p. 1. n. 15. Joh. Capistr. de auth. Pape, p. 3. part. 2. n. 76. Arum. de mora, in proœm. n. 15. & seqq.* præsertim in distinctione honorum & graduum, *Joh. le Cirier. de prim. lib. 2. q. 3. n. 3. Petr. à Baxio in direct. elect. p. 3. n. 38. Joan. Hugo tr. de off. quat. præl. part. 4. c. fin. n. 1. & seq. Nic. Boër. de ord. grad. utr. for. p. 1. nu. 6. Pereg. cons. 84. n. 2. lib. 1. Natt. cons. 637. n. 11.*

n.11.& conſ.638.n.2 tom.2. Ordo enim ſeu graduum diſtinctio alit & fovet concordiam. *Burſat.conſ.343.in pr.lib.4. Dec.reſp.7.n.71.vol.3. Petr.Matth.lib 5.hiſt.Franc. Henr.IV.c.1.nu.6.circ fin.* Ubi verò ordo non eſt, ibi eſt ἀταξία & confuſio *Fr.Marc. dec.1120.n.29.p.1. Fr.Solſon.in lucer.laud.colloq.6.n.3. Cothm.conſ.95.n.8.vol.2.* partarumq; rerum cœlo cum ilus æquatus ſedem ſtabilem non habebit, *ut loquitur Valer. Max.in hiſt.& fact.memor.lib.2.c.4.* Confuſio autem cum ſeditionis ſit ſeminarium, *Cner Brun.lib.3.de ſedit.c.6.n.1 & ſeq.* ſeditio verò pacis publicæ perturbatio. *l 1.& 3.C.de ſedit. Nic.Boër.tr.de ſeditioſ.q.2.n.1* admodum eſt vitanda. *Dom.Jacob de conc. lib.2.n.40.* Qui ergo cives ſine ullo diſcrimine confuſos eſſe velint, perinde faciunt ut ſubulci, qui porcos omnes ſive pingues ſive macilentos in eandem harã compellunt, *Thom.Bozius tom.2.de ſignis Eccleſ.Dei, lib.22.c.8 ex Chionita,* vel qui hordeum, frumentum, oryzam, milium, legumina &c. in unum acervum cumulant, qua ex re & ſingulorum ſeminum, & univerſi acervi amittunt. *Bodin.de Rep.l.c.8.in pr. Friz. de Nobil.civ.concl.29.per tot.*

57. II. Ut virtuti debitum conſtituatur præmium, *arg.l.ſemper, 5.§.3 ff.de jur.immun.l Et virtutum.4.C.de ſtat.& imag.l.1.C.de fam.lib Joh.de Cirier de primog. q.11 n.11. lib.2.Somnium viridar.de pot ſecul.& Eccl.c.117.n.1.* ne benemeriti inani ſe lactentur, ſed promeritis honorũ titulis ad publicæ ſalutis ſtudium inflammentur, *G.Schönborn lib.3.pol.c.20 in pr.Pereg conſ.3.n.37 lib.2.* Donis ſiquidem & gratiis, *Petr.de Anchor.in clem.un.§.nos itaq;, in fin.de reliq.& ven.ſanct.* blandimentis & honoribus, *c.qui ſyncera.45.diſt.c.quam pio.1.q.2.notatur, in l 4.ff.de inoff.teſt.* ac munieribus quis invitatur ad bonum, *Chaſſ.in catal glor.mund.part.1.conſid.10.in fin.arg. l meliora, 6 in fin C.de profeſſ.& med.c.nimium, cum c.ſeq.& c.pen 23.q 4.c non vos, vic pr 23.q.3.* Econtra *ut ait Juvenalis lib.4.Satyr.3.*

—— Quis virtutem amplectitur ipſam,
Præmia ſi tollas? ——

Amata per ſe Virtus abſq; gloria. *Saluſt.Orat.2.ad Jul.Caſ.de rep.ord.* Eſt labor ingratus, quem debita præmia fallunt. *Joh.Ouven in Epigr.Monoſt.Eth.n.7.* Conferat autẽ Princeps præmium illud Virtutis, non ad ſubrepentium preces, ſed cautiſſimé, parciſſimé, cum causâ, *ut ait Garſias de Nobil.gl.1 §1.n 20. Azeved.ad conſt.Hiſp.lib.6.tit. 1 lg.1.de los Cavalleros, n.24.* & per modum Virtutis. *Alex.Raud dec.Piſan.40.n.369.* In dubio tamen propter virtutes nobilitaſſe *per l 3. ad fin ff. de off.prat.Capoll.de Imp. mil.delig.c.11. Incip.pro Imp n.7.* vel cum indignis moribus diſpenſaſſe creditur, *per l. quidam.57.in fin ff de re jud.Tiraq.de Nobil c.6.n.15. Petr à Baixio in direct.elect.c.10. n 13.1. Jaſ in l. Barbarius n 10.& 14 ff.de off prat.* Quo ſenſu accipiendum Gallorũ Maxima, Que le Roy de France puiſſe faire d' un vilain un chevalier, *attingit Gothof. in not.ad l.ſed ſi, 10 §3.ff.de in jus voc.*

CAPUT VIII.

Quinam ſint effectus Nobilitatis.

58. Effectus Nobilitatis eſt legitima per continuam ſeriem ſanguinis & familiæ in poſteros continuatio, *Guttier.pract.q lib 3.& 4.q.13 n.88.89.94.& ſeq.ubi ait, quod la hidalguia ſit veluti hæreditas proavorum H.Kirchn.lib.1.de leg.c 4 n.143.*

§.I. 59. Cum autem liberi in iis, quæ juris Civilis ſunt, patris conditionem ſe-

quantur, *l. cum legitimè. 19. ff. de stat. hom. l. 1. §. 2. ff. ad municip. l. eos, 22. l. nullos, l. 36. C. de Decur. c. 2 de controv. in fid.* patris quoq; non matris nobilitatem assumunt, *Otalora de Nobil. Hisp. p. 2. n. 5. Curt. de Nobil. p. 4. nu. 23. & seqq. Capoll. de Imp. mil. relig. c. 4. n. 16. Cirier. de prim. q 12. n. 29. lib. 2. Bod. lib. 6. de Rep. c. 6. Palaot. de spur. c. 61. n. 2. Joan. de Selva tr. de benef. p. 3. q. 7. n. 21. Chass. in suo catal. p. 8. consid. 8 Ant. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 29. defin. 20. n. 6. Azeved. ad const. Hisp. lib. 6. tit. 2. in rub. n. 66. & seq. Reuss. dec. 4. n. 30. & seq. lib. 1.* habenturq; pro Nobilibus, licet mater illorum fuerit plebeja & ignobilis, *Bocer. de Regal. c. 2. n. 14. & seqq.* In causa enim nobilitatis á potiori fit denominatio. *Schrad. de feud. p. 10 sect. 7. n. 136. Tiraq de Nob. c. 18. n. 20. Jas. in l. 3 n. 3. ff. de jurisd. omn. jud. Gomez. in comm ad l. Tauri, leg. 76 nu. 9. Steph. Gratian. discept. for. c. 148. n. 6.* Atq; forma, quæ ex parte patris provenit, potêtior est materiâ ex parte matris. Quia forma est omne agens, & sic vir nobilis. Et materia est fœmina patiens. *Jas. in l. 1 n. 21. ff. de V. O. Roderic. Alvarad. lib 2. de conject. ment. defunct. c. 1. §. 1. nu. 11. Lupus in repet. rub. de don. int. vir. & ux. §. 32.* Quapropter filii nec matris insignia portant, *Tiraq. de Nob. d. c. 18. n. 21. Marant cons. 7. n. 18. Pfeil. cons. 78. n 161. cent. 1. arg l. jus familiarum, 8. C. de relig.* nec ejus cognomen assumunt, *Bon. de Curt. tr. Nob. part 4. n. 28.* Quamvis in nonnullis Galliæ locis receptum sit, ut venter nobilitetur, ut in Campania, *Fr. Connan. lib. 2. com. m. c. 11. nu. 6.* quemadmodum etiam in regno Guineæ, *Camill. de Curt. part. 1. div. jud. feud. §. Sed unde digressi, n 26.* & apud Calecutios Indiæ populos. *Bod. lib. 1. de rep. c 3. circ. fin.* Hinc oriuntur in Germania & Gallia tot mixtiones Insignium, quibus Principes ad pompam utuntur ad testandam ab utraq; linea nobilitatem, *Tholos. lib. 7. de rep. c. 11. n. 90. Menoch. cons. 1261. n. 26. lib. 13.*

60. Hactenus ut nobilitas illustrior sit, si ex parte quoque matris accedat, *Joan. Staphil. tr. de grat. & expect. rub Videndum. part. 6. princ. n. 43. Rebuff. tr. nomin. n. 12. q. princ. n. 5. & seq Dec. resp. 19 n. 237. vol 3. Crav. cons. 982. nu. 5. part. 6. Cephal. cons. 615. n. 63. & seq. lib. 5. Natt. cons. 637. n. 18. & seq tom. 3* Nam etsi quis non dicatur Nobilis respectu generis materni, loquendo simpliciter & præcisé, secundum quid tamen dubium non est quin omne compositum participet de forma & materia. *Bald. in l. ult. C. de serv. fug. Curt. d. tr. p. 4. n. 29. Tiraq. de Nob. c. 18. n. 26. & seqq. Lup. in d. rub. §. 32. n. 4.* Cui enim altera deest nobilitas, videtur Navis

Amissis remisatq; ordine debilis uno.

Atq; hac ratione moribus Germaniæ usurpatum est, tametsi nullo jure (ut in simili respondet JCtus *in l. injuriarum, 13. § pen ff de injur.*) ut octo vel etiam sedecim generationes Nobilium ex utroq; latere sine defectu probentur, quem morem pernicio-sissimum vocat Bodinus *lib. 6. de rep. c. 6.*

61. An autem statuto induci poterit ut Nobilitas etiam ex genere materno attendatur? Bartolus *quem sequitur Bertr. cons. 24. n. 2. vol. 2. part. 1. arg l. exemplo, 36. C. de Decur.* negat. At cum statuti tanta vis sit & efficacia, ut ex ignobili possit facere Nobilem, *Tiraq. de Nobil c. 10. nu. 6. Paurm. de jurisd. lib. 2. c. ult. nu. 42. Chass. in catal. glor. mund. p. 8. consid. 16. & in consuet. Burg. rub. 4. § 19. nu 2. Azeved. ad const. Hisp. lib. 6. tit. 2. in rub. nu. 158. cum seqq. Olivar. Razz. dec 70 part. 1. Guttierr. lib. 3. & 4 pract. quæst. 14. n. 6. 53. cum seqq Menoch. de A. l. Q. cas. 67. n. 4. & cons. 719. n. 6. lib. 8. Decian. resp. 66. n. 69. vol. 3.* major utiq; ejus vis erit, si nobilitatem quoq; ex genere materno attendi velit, *per not. à Tiraq de Nob. c. 18. nu. 23. & seqq. Otalora de Nob. Hisp. p. 2. c. 2. n. 7. Bon. de Curt. tr. Nob p. 4. n. 28. Anchor. cons. 389. n. 2. Crav. cons. 892. n. 6.* præsertim si ab

si ab Imp. vel Principe superiorem non recognoscente indueatur. *Dec. in c. novit. de jud. Et in l. 2. n 74. ff. de R. I. ubi ait, ita esse limitandam l. Exemple, 36. C. de Decur. Rebuff. in concord. tit. de collat. § cum vero, verb. Ex utroq; parente, ad fin.* Nam quod Nobilitas sit à patre, à jure Civili inductum est, sicut jus agnationis, *l cum legitime, 19. ff de stat. hom. Chass. in catal. glor. mund p. 8. consid. 8. Capoll. de Imp mil. delig. c. 4. nu. 16. Ioh. le Cirier de prim. q 21. n. 29. lib. 2. Reusn. dec. 4. n. 30. & seq. lib. 1.* quod tolli & mutari potest, *§ ult. in fi de legit. agn. tut. l. eas, 8. ff. de c. demin.*

62. Atq; hæc consuetudo observatur ferè. I. **Auff den hohen Stifften/** in quibus ita: non recipitur, nisi cum Ulysse sit Deus in utroq; parente, *Bocer. de Reg. c. 2. n. 17. Bon. de Curt. tr. Nob. p. 4 n. 28. in fin.* II. Natus ex Comite Principe, & plebeia, rite vocatur ad Comitia ac jure dicendæ sententiæ fruitur, *ut vult Bernh. Bertram. in diss. de Comit. imp. memb. 3 nu. 43. per Ord. Regim. zu* **Wormbs/** *de Anno 21.* **vnd wie es/** *Consentit Ord. Reg. de Ann. 500. §* **vnd were es.** III. In Hispania ut alicui formalium commendari possit, requiritur nobilitas ab utroq; parente, *Otalora de Nob Hisp. p. 2. c. 3. n 19.* IV. In Silesia jus & judicium Equestre requirit, **daß ein Edelmann vierschiltig/ vnd von vier Vätterlichen vnd Mütterlichen Ahnen geboren sey.** Georg **Wentzky** *in tr.* **von dem Schlesischen Ritterrecht vnd Ehrengerichte** *pag. 39. & 40. P. Friz. de Nob. civ. concl. 20. lit. a.* V. Sic etiam, nisi quis nobilitatem suam ex quatuor avis paternis & maternis probare possit, ad ludos Equestres, Torneamenta seu Trojamina (Trojæ enim á Tarquinio Prisco simili ludo hoc nomen indirum. *Blond. lib. 2. Rom. triumph. Dion. lib. 43.*) accedere nequit. *Reinhard. Comes in Solms ac Dominus in* **Müntzenberg/** *in lib. Germ.* **von des Adels Vrsprung. Auch deß Turnierbuchs/** *f. 20. sub tit.* **von Verkündigung aller Turniers Freyheit. § Wo ein Turniersgenoß/** *Munster. in Cosmogr. lib. 3. c. 449.* Hæc verò Torneamenta, quorum author & Promachus nuncupatur Henricus Auceps Dux Saxoniæ, *Munster. d. lib. 3. c. 449. Ioh. Lampad. in millef. hist. period. 14. cent. 2. c. 1. Joh. Jac. Grasser. lib. 9 seiner* **Schatzkammer/** *tit.* **von Augspurg.** *Bocer. lib. 2. de bello, c. 4 num. 4.* cum Wormatiæ Anno 1487. acceperint suum Catastrophe, *Knich. de vestit. pact p. 2. c. 4. n. 101. Batunes suggerunt Rimon Majol. tom. 2. dier. Canicul. colloq. 6. Crusius part. 3. annal. Suev. lib 8. c. 11.* ideoq; in eorum locum revocata sunt hastiludia seu Exercitia, quibus Principes & Nobiles **zum Frey rennen/** ad hastam vibrandam, vel ad annuli immissionem **zum Ringel rennen/** vel **zum Cronell stechen/** vel ad ficti hominis & umbratilis pugnam instruuntur, quæ Quintani jaculatio, vulgó **ein Quintan Seule** dicitur, ab inventore Quinto, *l. 1. C. de alator. ibiq; Cuj. Tholos. lib. 48. Syntag. jur. univ. c. 16. in fin.* ita ut de Torneamentis dicta in hisce exercitiis meritó obtineant.

63. Sed poteritné Imp. vi supremæ potestatis novum hominem ita nobilitare, ut ad hastiludia admittatur? Et quis negaret? Cùm enim vena nobilitatis non sit perpetua. *Eberh. à* **Weihe/** *in aulic. polit. reg 192.* Principis potestas arctanda non est, quò minùs Nobilium & Vasallorum ordinem augeat, quem augeri & Principis, & Reip. interest. *Ant. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 30. defin. 7. nu. 3. Gail. 1. obs. 21. nu. 1. circ. fin. arg. l. 1 § sed si ff. de vent. inspic.* Novis autem hominibus sic zelus ad virtutem crescit, si cum antiquioribus conjungantur, *per Nov. 5. cap. 3. circa fin.* vel prævia virtute Principis gratiâ ad hoc culmen honoris admittantur, *Pruckm. de Regal. §. soluta potestas, c. 4. membr. 1. effect. 4. nu. 12. & seqq. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. membr. 2.*

n.77.& ſeqq. atq; ita nobilitatos in Hiſpania pro Hydalgis, *Azeved.ad conſt.Hiſp lib. 6.tit.2.in rub.n.63.*& in Sileſia pro veris nobilibus haberi, *P.Friz.de Nobil.civ.concl. 20.ex Auth.de jur.Equeſtr.Sileſ.* teſtatum faciunt.

§.II. 64. Ut autem feudum regulariter non tranſit ad parentes, *c.un.de nat. ſucc feud.& ibi Dd.2.F.20.Vult.de feud.c.9 n.101.cum alleg.lib.1.Bocer de ſucc feud.c. 4.q.1 & ſeqq.cum alleg.* ita nec Nobilitas. *Tiraq de Nob.c.16.n.2.Mauſu in pract.tit 38. de tallis n.9 Pet.Caball.conſ.129 n.8.vol.2.* Non enim aſcendit, ſed deſcendit. *Sebaſt. Med.de defin.c.42.n.26.& in tr.Mors omnia ſolvit,p.2.concl 220.* Ac quāvis multa jura contrarium probare videantur, *l in ſacru,3.in pr.C.de ſacr.ſcrin.l.ult.vol.hac autem, verſ.ſimili,C de præpoſ.agent.in reb l.ult.v.hæc autem,C.de caſt.& inſtr.l ult.C.de priv. ſchol.l.ha[illegible]ege,10.in pr C.de mercat.&* Epidem revera tamen nihil aliud probant, quàm q; ex filiorū dignitate cohoneſtentur, *arg.l 1.§caſum,ff.de poſtul Nov.81.c1.§ 1.Nov. 105.c.2.in pr.Bon.de Curt.tr.Nob p.3.n 198. Matth Steph.de jurud lib 2.c.7.n.2 n 25.*

§.III 65. Ac ut feudum non tranſit ad collaterales, *c.un.§.ſin autem,de his qui feud.dar.poſſ.1.F.1.c.un.§.ult.de ſucc.feud.1 F.8.c un.de benef.fratr.1.F10t.un.in pr de fratrib.de nov.benef.inveſt 2.F.12.Bocer.de ſucc.feud.c 5.q.1.cum ſeqq Vult.de feud.da. 9.n.102.cum ſeqq.* ita nec Nobilitas *Tiraq.de Nob.c.17 per tot.Hipp.à Collib.in Nobil. th.35.Sebaſt.Med.d.c 42 n.27.Chaſſ.in conſuet.Burg.rub.6.§4 tex. Entre gens nobles,n. 11.Caſ.Barz dec.129.n.44.& ſeq.Dec.reſp.19.n.239.vol.3.* Eſt enim privilegium perſonale, quòd perſonam non egreditur.

§.IV. 66. Sed continuatur in ſolos liberos utriuſq; ſexus jure hæreditario, & quaſi ex traduce, *l.19 ff de ſtat hom.l.1.§2.ff.ad municip.l.ſenatoris,5.ff de ſenat.11.C. de dign.Curt.tr.Nob p.4 n.35.& ſeq. Affl lib.2.conſt.Regni,rub 31.q.7.nu.16.Gurg de Cabedo pract.obſ.p.2.dec.36.n 14.* ad perennem memoriam in infinitum, *arg.l.Dion.ff. C.de qu.Chaſſ.in catal glor.mund p.8.conſid.24.Cabedo dec.73 nu.5.p.2 Dec.reſp 66.n. 23 & ſeq.lib.3.Pfeil.conſ.197.n.28 cent.2.Menoch.conſ.1261.n 15.lib.13.Pet.Caball. conſ.129.per tot.vol.2.* tum quia patris memoria in filiis cōſervatur, *l.liberorum,220. §3 in fin ff de V.S.l.ult.C.de impub.& al ſubſt Scaccia tr de jud.c.9 n.1701.lib 2 Myns. obſ.23.n.7.ſeqq.Reuſn dec 11.n.33 lib.4.Menoc conſ.705.n.20.lib.8.Ant.Galeat.tom. 22.n.11.& ſeqq.vol.1.* tum quia mores ſequuntur temperamentum corporis, & vena aviti ſanguinis & virtutis in liberis præſumitur, *arg l.quaſt,31 §.21.ff de adil.edict. Menoch.de præſump.lib.6.præſ.58.n.2, Alfonſ.Hojeda de Mendoza tr.de benef.incomp 3. c.23.n.69.Pat Ant.Gamm de auth.leg.à lat.lib.7,n.269.Paris de Put.de remil.lib.7.q1. n.37.ubi idem ait de filiis Dd.*

67. Quid? ſi filius ante nobilitatis acquiſitionem natus ſit? Eum Nobilem eſſe negant, *Azeved.ad conſt.Hiſp lib.6.tit.1.leg,1.nu.82.& ſeq.Chaſſ.in conſuet. Burg.rub.1.§5.tex.du Prince,n.21.Niell.diſp.feud.ult th 2.in pr.Curt.tr.Nob.p.4.n.11. adde Ant.Corſet.de pot.reg.part.3.q.26.n 39 cum ſeqq.Mart.de Caraz.tr.de prim.q.31. Bertr.conſ.10.n.3.in fin.cum ſeqq.vol.4.* Nos cum Scævola JCto reſpondemus ſecundum ea, quæ præponuntur, Si filius ſenatoris dicitur, qui natus antequā pater eſſet ſenator, *arg.l.ſenatoris,5.ff.de ſenator.l.ſenator,11.C.de dignit.* filius Decurionis, antequam Decurio, *l.moris,9 §ult ff.de pœn.l.2.§.in filiis.l.neq;,61.C.de Decur.* filius ſacerdotis, antequam ſacerdos, *c.inter,de reſcr.Alex conſ.120.n.2.lib.1.* filius civis, antequam civis, *Menoch.conſ.678.per tot.lib.7.* filius Doctoris, antequam Doctor, *Guid. Pap.dec.389 per tot.Pfeil.conſ.197.n.28.cent.2.* filius advocati fiſci, antequam advocatus,

rus, *l. cum adve 9. C. de off. div. jud.* filius Regis, Principis, Electoris, antequam pater Rex, Princeps, Elector, *Joh le Cirier. de prim. lib. 1. q. 12. n. 9. & seqq. Tiraq. de jur prim. 31. n. 12. & seqq. Knich. de Sax. non prov. jur verb. Elector. c. 30. n. 50. & seqq. Lud. Molin. lib. 1 de Hisp prim. c. 1. n. 3. & in tr. de just. & jur. disp 624 n. 1. Hottom. illust. q. 1. Gomez in com. ad l. Tauri, leg. 40. n 67. Melch. Palaez. de major. part. 1. q. 3 illat. 5. n. 1. Mevere lib. 4. prax 94 n 5.* quidni etiam Nobilis, qui natus antequam pater nobilitatis diploma accepisset? *Bocer. de Regal c. 2 n 9 & seqq. Matth. Steph. de jurid lib. 2. p. 1. c 7. n. 2. 22. Ant. Fab in Cod. lib 9 tit 29. defin. 24. nu 3. Tiraq. de Nob. c. 15. n. 7. Tholos. lib. 43. Syntag. c. 3. n. 5. Petr Caball. cons. 129. n. 10. vol 2.*

68. Quod autem hactenus dictum est, de legitimé natis intelligendũ. Nam spurii vel nothi Nobilium, vulgó Bastardi, *Ambr. Schurer. de hæred. ab intest. tit. 5 n. 2.* Lutinder, *in const. Elect. Palat. part. 4. tit. 2.* Jungfrawen Kinder / *Conr. Rittershus. in const. Nov. part. 2. c 5. n. 2.* non sunt de domo seu agnatione patris, *d. l. 19 ff. de stat. hom. l. spurius, 4. ff. unde cognat. Salyc. in l. suggestioni 5. n. 5. C. de V. S. Gail 2. obs. 88. n. 2. obs. 115. n. 3. Lud. à Sarde tr. de Natur. lib p. 2 princ. in pr. n. 9. & 10. Ioh. Gars. de expens. & melior. c. 3. n. 21. Dec. resp 9. n. 13. vol. 4. Natt. cons. 421. n. 7 tom 2.* & propter illius nobilitatem non assumunt, *Tiraq. de Nobil c. 15. n. 10. & seqq Bon. de Curt tr. Nob. p. 4. n. 4. Mart. de Caraz. tr. de leg. n. 14. Ioh. de Selva de benef p. 3. q 7. nu. 22. P. Heig. ad lib. 3. Inst. 5. n. 142. Vultej. cons Marp. 17. n. 38. vol. 2. Farin. lib. 2 prax crim. q. 13. nu. 54. Fr. Monald. cons. 70 nu. 51. vol. 2.* nec arma vel insignia patris gerunt, *Chass. in catal glor. mund. 4. consid. 38. concl. 24. Somnium virid. de pot. sec. & Eccl. c. 131. n. 2 Iul. Ferr. tr. de Duel. n. 104 Matth. de Afflict. de jur. prothomis. in pr. n 32. Palaez. de Majorat. p. 2. qu. 9. nu 15. Guid. Pap. decis. 580. n. 2. Decian. resp. 31. n. 92. & seq. vel 1. Peregr. cons. 41. n. 10. lib 1.* Et si talia assumunt, cogi possunt ut deponant, *Ant. Fab. in c. lib. 9. tit. 29 defin. 27. per tot.*

69. Idq; in tantum procedit, ut filii legitimi & naturales ipsorum bastardorum non habeantur pro Nobilibus, *Tiraq. de Nob. c. 15. nu. 24. Palaot de spur. c. 61 n. 1. Chass. in consu. Burg. tit. des successions des bastards, rub 8. § 3. in pr. nu. 17.* nulla enim est consequentia ex illegitimo nascendi principio, *l. fin. C. de nat. lib. Gail. 2 n. 115. n. 1. & seqq. Matth. de Affl. de jur. prothom. d pr. n. 34. & seq. Curt. jun. cons. 157 nu. 2 p. 2.* nec ex radice infecta potest nasci stipes aut virens surculus, *Bald. in l. qui rem, 20. C. de loc. & cond. l. quod si, 31. §. mancipia. ff. de ædil. edict. Zas. cons. 18 n. 30. lib 1. Reusn. cons. 1. n. 20. lib. 1* nec ex ignavo semine generoso solent fructus existere, *c. fertur, § vulnerato, c. principatus, 1. q. 1.* Quamvis non desint loca, in quibus etiam illegitimi jure sanguinis gaudent, & pro Nobilibus habentur, ut in Gallia, *Boër. dec. 128. n. 21. Guid. Pap. dec. 580. n. 3. ubi testatur de Delphinatus provincia,* in Hispania, *Azev. ad const. Hisp. lib. 5. tit. 8. leg. 10. n. 51 & cons 24. n 27.* in Sabaudia, *Ant. Fab. lib. 9. Cod. defin. 20. tit. 29. n. 2. & seq & defin. 27 n. 12. si tamen tria concurrant, quæ ibidem exprimit.* Ita tamen, ut familiæ insignia gerant per interlineam à sinistro latere in dextrum, ☖ quam Bartam, Germani ein Strich / unde proverbium, ein Strich dardurch / *Besold. lib. 1. pol. c. 11. §. 7. n. 60.* vocant, ut significent se non ex legitimo & dextro, sed ex infelici & sinistro coitu esse natos, *Tholos. lib. 47 syntag. c. 6. nu. 6. Chass. in consu. Burg d. §. 3. n. 21. & seq. & in catal glor. mund. p. 11. consid 15. Palaot de spur. c. 60. nu. 9. Nicol de Ubald. tr. de succ ab intest. in 4. specie liberor.* Verum hæc ad Germaniam producenda non sunt, *arg. c. 7. Aur. Bull. ibi:* Der ein recht Ehekindt / quæ enim Neapolis fiunt, nihil ad nos.

nos, *c. gaudemus, ext. de divort. Bertach. tr de gabell. p. 7. n. 26. Coler. de proceſſ. exec. p. 1. c. 3. n. 177. Petr. Rojz dec. Lithuan. 5. n. 228. Malvaſ. conſ. 17. n. 12. vol. 1.* Ubi parum prodeſt, eſſe jovis filium & Minervæ ſpurium, *Joh. Caſus in ſphæra civ. lib. 3. cap. 3.* Etiamſi Plauti renaſcatur Amphitruo.

70. Quid verò, ſi Baſtardi per ſubſequens matrimonium legitimentur? In Hiſpania filius legitimatus per ſubſequens matrimonium gaudet nobilitate, h. e. *de la hidalguia del padre*, cum veré ſit legitimus. *Hier. de Cavall. pract q. 2. n. 44. & ſeq. Gutier. in §. ſui. n. 187 Inſt de ſuis & legit. Mantiena in rub. de matr. gl. 1. n. 28. Paſtil. in l. 1. n. 12. ff de præſcr. verb. Covarr. in 42. part. c 8. n. 4.* atq; ita obſervari in tota Hiſpania tradit, *Iohan. Garzias de Nobil. gl. 20. nu. 36. Didac. Spino in ſpec. teſt gl. 16. n. 14.* quamvis aliter á Philippo II. Rege Hiſp. inter Albertum Auſtriacum & Iſabellã Infantem Hiſpaniæ, quoad Belgium & Comitatum Burgundię cautum fuerit. *Hiſtor. de France du regne de Henry IV. lib. 1. narrat. 5. n. 14. art. 2.* De jure Romano cum legitimatus per ſubſequens matrimonium ſit de domo & agitatione paterna, *Dec. conſ. 433. n. 19. Socin. conſ. 63. n. 28. vol. 3. Dec. reſp. 9. n. 64. vol. 4. arg. Nov 52. circ. fin. Nov. 74. c. 2. c. tanta, ext. qui fil. ſunt legit. l. eum qui. § Divus, ff. de rit. nupt.* & inſignibus gentilitiis & paternis uti poſſit, *Cæſar. Barz. dec. 91. nu. 26. Ant. Ciof. conſ. 143. nu. 11. cum alleg. vol. 1.* idem reſpondendum *cum Tiraq. de Nobil c. 15. nu. 21. Bocer. tr de Regal. n. 26. & ſeqq. lib. 1. Menoch. conſ. 779. n. 5. Diſſ. Bertr. conſ. 169. n. 8. vol 2. part. 1.* In Germania tamen contrarium obtinere videmus, jure an ſecus? non diſputo, nec quod promptum ſermone effuſo periculum ſurrogare poſſet, *ut loquar cum Iuſtin. ex l. ult. in fin. C. de dotis promiſſ.* in me derivo. **Es wirdt doch niemandt den Kern zu Nürnberg außlöſchen.**

§. V. 71. An adoptatus á patre Nobili efficitur Nobilis? Ita voluit *Bocer lib. 2. de Regal c. 2. n. 37. & ſeqq. Dionyſ. Gothofr. in prax. civ. lib. 1. tit. 6. de ſtat. hom. Arum. exerc. 2. th. 21. Menoch. lib. 4. præſ 89. n. 35.* eo quod adoptio cognationem *l. 1. § 4 ff. unde cognati*, conſanguinitatem, *l. ſi u qui, 44. ff. de adopt.* agnationem, *l. qui adoptipnem, 33. ff. eod.* & dignitatem tribuat, *l in omni, 13 l per adoptionem, 35. ff. de adopt. l. ſenatorii, 5. & l. ſeq. l. liberos, 10. ff. de ſenat.* A quibus recedo, ſi pater propria authoritate plebejũ adoptat, *cum Chaſſ. in catal. glor. mund part. 8. conſid. 23. Bon. de Curt. tr. Nob. part. 4. n. 13. Harprecht. in com. de adopt. § fin n. 5. & ſeqq. Cujac. conſult. 56. Weſemb conſ. 44 n. 5. Menoch. conſ. 1029 n 34. lib. 11.* talis enim adoptio cognationem ſanguinis nõ tribuit *l. 2. ff. unde cognat. l. vel ſi, 12. ff. de manum. vind. l. ſi adulterium. §. 1. ff. ad l. Iul. de adult. l. dotem, 16. § ult. ff. de caſtr. pecul Ruding. 1. Obſ. 25. n. 1. Tiraq. de Nobil. c. 15 n. 6.* Niſi l. avus maternus adoptet, *arg l. pen. C. de adopt. § 2. Inſt. eod. Treutl. vol. 2. diſp. 15 th. 5 lit. c. & ibi Bachov. in not. verſ. Unde quæſitum, Niell. diſp. feud. ult. th. 2. lit. b.* vel II. authoritas Principis interveniat, *arg. l. ſed ſi hac, 10. § ed ſi. 3 ff. de injus voc. l. quod Principi, 23. ff. de aq. pluv. arc. Cujac. in com. lib. 36. quæſt. Papin. Bocer. de Regal. d. c. 2. n. 41. Boſold. lib. 1. polit. c. 11. § 7. n. 54.*

CAPUT IX.

De Privilegiis Nobilitatis, quæ conſiſtunt in præſumptionibus.

72. Ad Effectus Nobilitatis acquisitæ referuntur privilegia, quorum potiora consistunt in præsumptionibus. Pro Nobilibus enim major quàm pro plebejis stat virtutis integritatis & innocentiæ præsumptio, *Alciat. de præsump. reg. 1. præs. 48. in pr. Joh. le Cirier. de prim. lib. 2. q. 4. art. 2. n. 4. Curt. tr. Nob. p. 5. n. 28. Virg. Pingiz. quæst. Sax. 17. n. 3 5. Meichsn. dec. 9. n. 70. & seq. tom. 3. Borcholt. cons. 18. n. 22. vol. 1. Dec. resp. 8. n. 22. vol. 1. Neviz. cons. 12. nu. 103. int. cons. feud. Brun. Vultej. cons. M. 18. nu. 170. vol. 3. Hindld. cons. 105. n. 59. vol. 1.* declinat enim á malo, & inclinat ad bonum nobilitas. *Robadilla in suis Politicis, lib. 1. c. 4. n. 17. cum seqq. Cavall. pract. qu. 676. n. 32. Ceph. cons. 325. n. 35. Hier. Gabr. cons. 169. n. 8. Bursat. cons. 311. n. 60. lib. 3.* Quæ præsumptio eò major, quò major est nobilitas, *text. in l. 1 ff. de offic. prat. schrad. de feud. 2. p. 9. part. pr. fol. 31. nu. 19. Ant. Gabr. lib. 2. comm. concl. tit. de sentent. concl. 5. nu. 22. Coler. de proces. exec. p. 1. c. 10. n. 290. Barbat. cons. 1. n. 83. lib. 3. Natta con. 487. nu. 49. & seq.* Imò adeò pro Nobilibus præsumitur, ut nobilitas ætatem suppleat. *Paru de Put. tr. de re mil. lib. 7. nu. 12. 16. Tiraq. de Nobil. c. 20. n. 41. arg. l. si longius. 18. in fin. ff. de jud.* Ipsi enim frequenter in curia versantur, *juxta l. omnium, in pr. ubi Salyc. nu. 1. & Ias. n. 1. C. de testib.* Vide Politici quasi nascuntur, cæteris q; prudentiores & exercitatiores præsumuntur. *arg. not in l. 1. C. qui & adversus quos, Caccher. cons. 11. n. 11.*

§. I. 73 In depositionibus, attestationibus, ac testimoniis ferendis magis creditur Nobilibus, quàm ignobilibus. *Farin. de testib. lib. 3 tit. 7. q. 65. n. 115. part. 2. tr. crim. Gabriel. de testib. concl. 4. n. 35. lib. 1. Mascard. de prob. concl. 1000. n. 13. & seq. concl. 1038. n. 3. & seqq. vol. 2. Cavalc. decis. 46. nu. 299. & 337. lib. 1. Petr. Royz. accis. 4. n. 44. Lud. Morott. resp. 99. n. 6. Bursat. cons. 16. n. 128. lib. 2. Cothm. cons. 84. n. 6. vol. 2. Pruckman. cons. 47. n. 16. vol. 1. & cons. 6. n. 211. cum alleg. vol. 2.* Nam quo quis est major & nobilior, eo magis ipsi creditur, *l. 3 in pr. ff. de testib. l. ob carmen, §. fin. ff. eod. l. majorem, §. 1. ff. de appell. l. uli. ff. de offic. præf. c. multa, ext. de præb. c. statuendum, de rescr. in 6. Joh. le Cirier. de prim. d. art. 2. n. 4. Oralora de Nobil. Hisp. p. 4. c. ult. nu. 10. Capoll. de Imp. mil. delig. c. 3. n. 26. Const. Roger. de sum. bon. c. 2. n. 27. Meichsn. dec. 14. nu. 12. tom. 3. Wesenb. cons. 70. n. 8. vol. 2.* Qua de re in quibusdam locis Germaniæ Nobiles personaliter comparere non tenentur, sed sufficit si per scripturam **vnter jhren Pittschafften vnnd Handschrifften** / absq; corporali juramento deponant & depositionem judici examinatam transmittant, *Meichsn lib. 1. dec. Cam. 30. nu. 1. ubi ait, quod Nobilibus in scriptis deponentibus non quidem ut testibus, sed ut publicis personis in loco, in quo jurisdictionem habent, credatur.* Quemadmodum in regno Bohemiæ, in Archi-Ducatu Austriæ & Ducatu Bavariæ receptum esse testantur, *Gail. 1. Obs. 100 in fin. & Obs. 101. n. 4. Emer. à Reichach. in proces. civ. tit. 57. n. 13. Setzer. de juram. lib. 3. c. 9. n. 16. Pingiz. quæst. Sax. 35. nu. 26.* Et notat Gailius *lib. 1. Obs. 101. n. 15.* se vidisse examinari testes Nobiles sub juramento obedientiæ, **bey den Pflichten / Eyden / vnd Gehorsamb / damit sie jhrem Herrn zugethan** / non recepto aliquo novo juramento.

74. Sed an testimonium ejus tanquam jurati testis valet? Negamus, *cum Myns. 2 Obs. 3. & Bocer. cl. 6. disp. 6. th. 23. th. 61. per tex. in c. 2 uis. 39. & c. nuper nobis, ext. de testib. adde Ruland. de commiss. lib. 1. c. 11. n. 44. & seq. p. 2. Graven. lib. 2. concl. Camer. 59. per tot.* præsertim quando præstatio juramenti est de substantia; quâ omissâ, testimonium nullas vires habet, *l. juris jurandi, 9. C. de testib. l. si quando, C. eod. c. licet, de testib. Schrad. cons. 13. nu. 294. vol. 1.* forma enim ad unguem servanda est, *l. cum hi, §. si prator. ff. de transact. l. constitutio, ff. ad municip. l. certa, C. de jur. fisc. Ant. de Petrut. in l. 1.*

*n.*239. *ff. de jurej. Aryrer. in proceſſ. hiſt. p* 1. *c.* 8. *Obſ.* 3. *n.* 23. *Afflict dec.* 381. *n.* 2. nec ſuffi-cit eam ſervaſſe per æquipollens, *arg. l* 3. §. *fin. cum ſeqq. l. qui perſalutem*, 33. *ff. de jure-jur. Gail.* 1 *Obſ* 2. *n.* 7. *Eberh. à Middelb. in top. loc* 101. *Ant. Hering. de fideiuſſ. c.* 18. *n.* 130. *Jaſ. conſ.* 97. *n.* 15. *vol.* 4. *Natta conſ.* 368. *n.* 5. *tom.* 2. quippe cum aliud ſit quid eſſe ta-le, vel loco talis haberi, *Mod. Piſtor. conſ.* 19. *q.* 2. *n.* 47. *Gœdd conſ. M* 27. *nu.* 177. *vol* 1. *Thoming. conſ.* 53. *n* 11. *vol.* 1. Niſi partes expreſsé juramentum remiſiſſent, *Gail. d Obſ.* 101. *n.* 2. *Ruding.* 5 *obſ* 82. *n.* 4. *Beuſt. ad rub de jurej. n.* 208. *&* 220 *Ruland. de Commiſſ. p.* 2. *c.* 11. *nu.* 51. Hodié communiter Nobiles ad ſingula feré verba, *Per fidem gentili-tiam* jurant, unde ſuſpectos ſe reddunt, non ſecus ac illi, qui non rogati ad teſtimo-nium dicendum ſe offerunt, *arg. l quæ omnia* 25. §. 1. *ff. de procur. l. ſi quando*, 19 *inpr. C. de teſtib & cap.* 2. *extr. eod.* videnturque vereri, ne pro Nobilibus non habeantur, ſicuti illi, qui facie, verbis ac operibus ruſtici æſtimantur. Quamvis enim equitis ti-tulo gaudent, tabularii tamen rictum habent, *ut loquitur Steph. Guazzo de civil. con-verſ. lib* 2.

§. II. 75. Nec tantùm in teſtimoniis ferendis, ſed & cum de illorum re agi-tur, magis creditur Nobilibus quàm ignobilibus, *c. illud*, 40. *dist.* 2. *l.* 2. §. *quæ omnia, verſ. antiqua, C. de vet. jur. enucl. l ſi furioſi*, 25. *in fin. C. de nupt* §. *ſimiles, de pace tenend.* 2. *F.* 52. *Joh. le Cirier de primog. art.* 2 *n.* 4. *lib.* 2. *Tiraq. de Nobil c.* 20 *n.* 35. *Capoll. de Imp. mil. delig c.* 4. *Incip. Nobilitatis, n.* 32. adeò ut eorum promiſſa pro debitis, *Bon de Curt. tr. Nob. part* 5. *n.* 13. pro factis & completis habeantur, *arg. l. nemo*, 5. *ff. de in integr. reſt. Chaſſ. in catal glor. mund p.* 8. *conſid.* 34 *Otalora de Nobil Hiſp. p.* 4 *pr. c. ult. n* 7. *Vult. conſ. Marp.* 15. *n.* 201. *vol.* 1. *Dec. reſp.* 84. *n.* 32. *vol* 4. *Thoming. conſ* 2. *n.* 117. *& conſ.* 6. *n.* 203. *vol.* 1. Atq; ſic practicatur quotidie, daß wo ein Fürſt/ Graff/ vnd vom Adel etwas zuſaget/ oder ſich verſchreibet/ bey ſeinen Fürſtlichen/ Gräfflichen/ vnd Adelichen Ehren/ Trewen vnd gutem Glauben/ alles vnd jedes ſo der Verſchreibung mit ein-verleibet/ ſtät/ feſt/ vnverbrüchlich/ vnd wol zu halten/ zu erfolgen/ vnd deme zu le-ben/ ꝛc. Erſolches von rechts wegen eben zu halten ſchuldig/ als ob er ſolches mit ei-nem leiblichen Eydt geſchworen hett/ bey Peen deß Meineydts/ *Mynſ* 1. *obſ.* 17. *Arnold. de Reyger. Gail.* 2. *obſ.* 59. *n.* 2. *&* 6. *Borch. tr. de jurej. c.* 1. *n.* 26. *Sichard. ad fin. n.* 13. *C. de edict. D Hadr. toll. Coler. de proceſſ. Execut. p.* 1. *c.* 10. *n.* 289. *Teſſaur. dec.* 47. *n.* 11. *Weſenb. conſ.* 23 *n.* 56. *conſ.* 52. *n.* 39 *Jonas* Weidenkopp *conſ.* 48. *n* 14. *vol.* 1. *conſ. Germ. & ibid. Joh. Beyer. conſ. ſeq. n.* 13. *& ſeq. Cothman. reſp.* 4. *n.* 358. *vol.* 4 *Fichard. conſ* 31. *n.* 14. *& ſeq. vol.* 2 *Nic. Everh. Jun. conſ.* 56. *n.* 27. *&* 29. *vol.* 1. *Coler. conſ.* 29. *n.* 146. *Burſat. conſ.* 304. *n.* 51. *lib.* 3. *Menoch. conſ.* 201. *n.* 120. *lib.* 3. Quo ſpectat conſuetudo Saxoniæ, daß die vom Adel vber jhre Brieff vnd Siegell nicht ſollen diſputiren laſſen. *Gyl-man. dec.* 4. *Cam. Imp. n.* 35. *lib.* 1. *Weſenb. in compl. ad Schneid. Inſt. de Except. in pr. n.* 7. Hinc quæritur, An Nobilibus, Baronibus, Comitibus, &c. qui pro aliis fidejuſſerint & beneficio excuſſionis ſub nobili fide renunciarunt, *per Auth. Præſente, C. de fide-juſſ.* ſuccurratur? Negat *Ant. Hering. de fideiuſſ. c.* 27. *part* 1. *n* 296. *& ſeqq. per alleg. jura.* Affirmat *Joh. Kopp. dec.* 56. *n.* 11. *& ſeqq.* cujus opinio in puncto juris verior.

§. III 76. Fideliores cenſentur, *Bon. de Curt. tr. Nob. p* 5. *n.* 16. *Petr. Friz. de Nob. civ. concl.* 22. *lit.* d. Nec præſumuntur prodere Principem. *Alciat. de præſump. reg.* 1. *pr.* 48. *in pr. Gerard. à Petra Sancti ſing.* 30. *Dec. reſp.* 66. *n.* 29. *vol.* 3. Quare in aulis magis excubant pro defenſione & tuitione corporis & honoris Principis, quàm plebei-i *omnium, circ. princ. & ibi Jaſ. nu.* 1. *C. de teſt. Joh. à Chokier. theſaur. polit. lib.* 5. *c.* 2. *Bon. de*

Curt.

Curt.d.p.5.n.42.& 83.Capoll.de Imp.mil.delig.c.4.n.40.in 37 priv.Nob.Tiraq.de Nob.c.20.n.181.Farin.cons.crim.94.n.9.lib.1. Et in tali servitio semper præsentes censentur, *Boër.dec.17 n 7.& seq.Paris.cons.32.n.2 & 18.lib.4.Fed.de Senis cons.246.Fab.de Anna cons.41.n.31.*

§. IV. 77. Ad officia secularia magis quám plebeji assumuntur. *Azeved.ad const.Hisp lib.6.tit.2.in rub.n.24.Lupus ad rub.de don.int.vir.& ux.§9.n.8.& seqq.Fr. Patrit.de Resp.inst lib 6.tit.1.Chokier.in thesaur pol lib 5.c.3.Ioh.le Cirier de prim.lib.2.q.4.art.2.n 8.Molin.de primog lib.10.c.5.n 66.& lib.2.c.5.n.66.Cabed.dec.2.n.1.part 1.& dec.73.n 7.& 84 n 1.p.2.* Inprimis veró ad officia militaria, in quibus Exercitum solent habere promptiorem. *Fr.Guicciard.lib.5 hist.Hypomn.pol.in spec.aulico ex lib.5.Guicciard.th.72.Traicte de la police & discipline militaire, tit.de l' Election des capitaines, fol.77.Capoll de Imp.mil delig.c.4 Incip.Nobilitatis,n.26.& seqq.* tum quia arcana Imperii præ cæteris scire præsumuntur, *arg.c.sanè profertur, 24.q.2* tum quia Magistratus vilescunt quoties obscuris hominibus deferũtur. *Nov.15.in pr.& c.1.c.6.in fin.l.honor.14.§3.ff.de mun.& hon.l honores,7.§2 ff.de Decur.Auth Præsides in pr.C de Episc.aud.c.grandi, de suppl.negl.præl.* quod etiam clamabant Ottocarus Rex Bohemiæ, & Henricus Bojariæ Dux, cum Rudolphus Habspurgẽsis in Rom.Imp.eligeretur, *notante Joh.Avent.lib.7.annal.Bojor.fol.436.*

§. V. 78. In Electionibus & beneficiis dignitatum spiritualium in paritate suffragiorum non tam ignobilibus, *c.non satis, vers.item si, 86.c.cum adeo, ubi Felin. vers.nobilitas, in 6.de rescr.c.multa, extr.de præb.c officii, extr.de elect.Cæsar.Lambert.de jur.patr.art.9.quæst.5.princ.Illeph.Perez.de Lara tr.de Anniv.& Capell.lib.2 c.4.nu.1.Cabed.dec.73 n.8.part.2.Pereg.cons.33.n.32 & seqq.lib.1.ubi etiam ait, quod voces nobilium paritate data in electionibus præponantur*, magis licet qualificatis ob potẽtiam, si Ecclesia forté potentiori indigeat, *Ant.Cors.in c.grandi, n.27.de suppl.negl præl.lib.6.Alex.Raud.dec.Pis.35.n.196.cum alleg.* sunt præferendi, quám majoribus beneficiis & præbendis honorandi, *c.de multa, extr.de præb.Curt.tr.Nob.p.5.nu.34.Capoll.d.tr.c.4.n.19.Barbat.de præst.Card q.6 n.11.part.1.Ioh de Selva tr.de benef.p.3.q.7.n.16.& seqq.Chass.in catal.glor.mund p.8.consid.36.& 39.Bertr.cons 2.nu.40.vol.3.part.1.* cum enim propter dignitatem graventur majoribus expensis, conveniens fuit eos in majori summa relaxare, *arg.l cum qui, ff.de jurej c.cum secundum, de præb.Joh.Staphila tr de grat.& Expect.in pr.forma 4.n.11.* maximé veró in Patrono Ecclesiæ consideratur nobilitatis qualitas, ut cum ad paupertatem venerit, ex Ecclesiæ bonis alatur. *Paul Citadin.de jur.patr.in 6 part.art.4.n 13.*

§.VI.79. In arduis rebus præ cæteris adhibendi, *l.1.C.de cond.in publ.horr.* Unde in Legationibus obeundis cæteris sunt præferendi, *l.sciendum, 4.§ ordine, 5.ff.de legat.c Apostolicæ, post pr.de re jud.in 6 Kirchn.de Legat.lib.1 c.4.nu.145.& seqq.c.6.nu.Chass in catal glor.mund.p.8.consid.38.Tiraq de Nob.c.20 nu.43.& seqq.Dec.resp.7 n.57.vol 3.* Cæterúm etiamsi aliâs non credatur dicenti se esse Legatum, nisi per pragmaticam formam doceat, & literas instructionis, Credentz: oder Creditiffschreiben exhibeat, *per l 1.ff de mandat.Princ.l prohibitum, in fin C.de jur.fisc Nov.17.c.3.c.cum peritus, extr.de off.deleg.* G. Schönborn/*lib.3.pol c.29.Gondissalv.de Villadieg.tr.de Legat q.6.n.15.cum seqq.Nic.Boër tr.de pot.leg.à lat.n.18.& seqq.Coler.de process.exec.p.2.c.3.n.193.Ruland.de Commiss.part.1.lib.5.c.2 nu.4.lit.b.Reusn.dec.14.lib.3.* nobilitas tamen asserentis plerunq; facit, ut sibi sine alia probatione credatur, *per tex.in c.no-*

lissimus, 17. *dist. And. Barb. de Card. leg. à lat. q. 1. memb. 1 n. 4. 12. & memb. 2 n. 2. Azev. ad const. Hisp. lib. 6. tit. 8. in rub. n. 3. Masc. de prob. concl. 1095. Chass. in consu. Burg. rub. 1. §6. tex. sont creuz. n. 2. & seqq. Menoch. lib. 6. præs. 59. nu. 4. & seq. & cons. 466. n. 31. lib. 1. Petr. Royz. dec. 4. n. 48. Dec. resp. 66. n. 35. vol. 3.* Quod tamen tam facti quàm juris esse ait, *H. Kirchn. d. tr. de leg lib. 1. c. 7. n. 14.* ac si forté hîc receptum, illîc idem rejectum, quando quidē ut nunc sunt hujus seculi manus oculatæ sunt, *Gabr. Rollenh. cent. 1. Emb. 72. Alciat. in Emblem.* credunt quod vident, *Plaut. in Asinar. act. 1 scen. unum-quodq;* 3. siquidem undiq; fraudis abundé est, *ut ait Virgil. lib. 7. Æneid.*

CAPUT X.

De Privilegiis, quæ consistunt in Reverentia & honoribus nobilitati deferendis.

§. I. 80. Nobiles in salutationibus, ambulationibus, aliisq; id genus præferentiis sunt cæteris præferendi, *l. 2. & 3. C. de advoc. div. jud. l. 1. C. de off. div. jud. l. 3. §. sedendi, C. ubi senat. vel clariss. l. 1. & 2. C. ut dign. ord. serv. c. sicus, 48. dist. 8. c. 1. c. statuimus, de major. & obed. c. cum olim, de consuet. c. Episcopo, 17. dist. l. exagentibus, C. de princ. ag. in reb. Chass. in catal. glor. mund. p. 8. consid. 38. & in consuet. Burg. rub. 6. §. 4. n. 7. Grat. lib. 2. discept. for. c. 284. n. 24. Azev. cons. 29. n. 16.* Dignioribus enim dignior locus debetur, *c. Metropolitano, 63. dist. c. illud. 8. q. 1. l. fin. ff. de fid. instr. l. 1. § sed si. ff. de aq. & pluv. arc. l. potioris, C. de off. rect. prov. l. vidua, 18. C. de nupt. l. honores, ff. de Decur. Schneid. de feud. part. 9. n. 23. Schrad. de feud part. 10. sect. 9. n. 151. H. Hartm. lib. 1. tit. 49. pract. Obs. 4. n. 4. Seraph. Oliv. dec. 1445. n. 3. p. 2. Bursat. cons. 343. n. 10. lib. 4.* In hoc tamen casu consuetudo plurimum habet momenti, *Gail. 1. Observ. 21. n. fin. Melch. Alciat. de præced. n. 96. & seq. Ant. à Gamma dec. 1. n. 31. Natta cons. 377. n. 3. tom. 2. Ias. cons. 191. n. 3. vol. 2. Cothman. cons. 95. n. 17. vol. 2. Fab. de Anna cons. 40. n. 2. per tex. in l. non tantum, 11. ff. de Decur. & cap. cum olim, extr. de consuet.* ubi notat Baldus, quod consuetudo assignet loca sedendi & standi, quæ non debet inverti, aut, ut ipse loquitur, postergari.

81. Hinc quæritur, quisnam locus sit dignior? Honos dextrum virtutis latus claudit, *ait Steph. Vinand. Campens. Prodit. in Pomp. Equestr. fol. 428.* unde qui incedit á dextris, dicit honorabilior eo, qui incedit á sinistris. *Steph. Grat. lib. 1. discept. for. cap. 106. num. 40. & seqq. Castald. tr. de Imper. qu. 22. num. 3. & qu. 66. num. 3. qu. 88. num. 7. cum seqq. Ioan. Staphil. tr. de grat. & expect. rub. videndum, part. 6. princ. nu. 41. Thom. Gramm. dec. 64. n. 24. Ant. Quetta cons. 1. n. 4. & 14.* Si verò plures sint, medius gradus erit dignior. *Tholos. lib. 6. de Repub. c. 10. n. 12. Chass. in catal. glor. mund. p. 1. consid. 13. & 15.* Quod non solùm ita apud Numidas, *teste Salust. in Jugurth.* sed etiam apud Romanos observatum fuit, *Just. Lips. lib. 2. Electior. c. 2. Tholos. d. lib. 4. c. 10. n. 12. Petr. Matth. lib. 5. hist. Franc. de Henrico IV. narrat. 6. n. 2. ubi Magnus ait honor fuit apud Hebræos, Ægyptios, Romanos, Africanos, esse à dextra, major in medio comitum ire, at maximus, si quis absq; pare in comitatu ibat.* Quamvis in hoc cujusq; regionis consuetudo sit attendenda, *Gail. d. obs. 21. in fin. Knich. d. Sax. non prov. jur. verb. Ducum, c. 1. n. 136. & seqq. Oliv. Razz. dec. 716. n. 17. & dec. 964. n. 1. part. 1. Dec. resp. 7. n. 69. vol. 3. Bursat. cons. 343. n. 4. lib. 4.* præsertim cum apud Germanos quot ferè oppida tot in hac re-

repe-

reperiantur differentiæ, *Ruland. de Commiss. lib. 7. c. 2. n. 12. part. 1. Pacian. de probat. lib. 2. c. 6. n. 39.* Nã licet in Germania passim medius locus pro digniori habeatur, Noribergę tamen non medius, sed superior locus dignior est. Apud Turcas, *teste Auger. Busbeq. in epist. legat. Turc.* siniſtrũ latus dignior habetur, quia illud gladius cohonestat, ille verò, qui est in parte dextra, habet gladium sub manu ejus, qui siniſtrũ latus claudit, *quod olim etiam erat judicium Cyri Regis Persarum, teste Xenoph. lic. 8 Cyropad.* Apud Italos locus juxta murũ vel parietẽ, sive á dextris sive siniſtris sit, digniori conceditur. Quod etiam in Anglia, & Augustæ Vindelicorum obtinere observavimus.

82. In sessionibus generalis traditur regula, quod secundum gradus prærogativam jus πρωτοκαθεδρίας concedatur, *arg. c. exore, § 1. & c. antiqua. de priv. Natt. conſ. 376. n. 1. tom. 3.* Inter signa autem majoris dignitatis refertur, sedere altiore Orchestræ loco, *§ 2. vers. aliam. Inst. de honor. poss. Freccia de orig. Baron. vers. alia etiam fuit, n. 3. lib. 1. Matth. Steph de jurisd. p. 1. c. 4. n. 83. Knich. d. verb. Ducum, c. 2. n. 19. Rimin conſ. 382. n. 11. lib. 2. Schrad. conſ. 4. n. 2. & n. 214. lib. 1. Fab. Turret. conſ. 14. n. 5. lib. 1.* ad dextram Principis sedere, *arg. Ps. 44. & Ps. 109. Matth. 20. c. solita, de maj. & obed. Tiraq. de nobil. in præfat. n. 13. & seqq. Ioan. le Civier de prim. q. 3. nu. 5. lib. 2. Boër. tr. de ordin. grad. part. 1. n. 23. Borrell. in not. ad Bellug. in spec. Princ. rub. 6 lit. f Gramm. dec. 64. n. 24. Quaracn. conſ. 1. n. 5.* vel propinquiorem apud eundem locum obtinere, *M. Ant. Surgulãi 1. de præf. prat. c. 27. nu. 1. & seqq. Chaſſ. in catal. glor. mund. p. 1. conſid. 12. & 16. Kirchn. in Morvill. lib. 4. c. 5. n. 19. Capoll. de Imp. mil. delig. c. 5. n. 9. Gondiſſalv. de Villadiego tr. de legat. q. 7. nu. 13. Dec. resp. 58. n. 23. vol. 5.* cujus præeminentiæ concertatio in Conciliis & Comitiis inter Principes celebritatem promeruit, ut Augustæ Vindelicorum, *R. N. in fin. de An. 500. 30. 48. 51. 55. 59. & 66.* Wormatiæ, *R. N. de An. 521. & 45.* Spiræ. *R. N. de Anno 526. 29 42 44. & 70.* Ratisbonæ, *R. N. de Ann. 527. 31 41. 46, 56. 507. & 76.* Noribergæ, *R. N. de Ann. 543.* quorum proprium habetur de gloria & honore concertare, *Knich. de Sax. non prov. jur. d. c. 2. n. 13. Marzar. conſ. 26. n. 4.* ut ordinum & familiarum dignitas salva sit, *Tholoſ. lib. 4. de Repub. c. 10. Aruma. ad Aur. Bull. c. 6. th. 1. Fab. de Ann. conſ. 29. nu. 18. Menoch. conſ. 51. in pr. lib. 1. Turret. conſ. 14. n. 1. & seq. Hieron. Gigas conſ. 70. n. 1. & seqq.*

§ II. 83. Nobiles & Illustres tám in civilibus, quám in criminalibus per Procuratorem agere & comparere possunt, *l. pen. junct. Auth. Hoc jus, C. de procur. l. fin. C. de injur. Gail 1. obſ. 111. n. 4. & 1. de P. P. c. 10. n. 12. Tholoſ. lib. 19. syntag. c. 16. n. 6. Tiraq. de Nob. c. 20. n. 141. Sebaſt. Vant. tr. de nullit. tit. 11. n. 58. Ant. de Rub. tr. pot. proc. n. 215. Mart. de Caraz. tr. de Princip. q. 133. Eberh. un. conſ. 41. nu. 2. vol. 2.* nec personaliter de calumnia jurare tenentur, *Ord. Cam. part. 2. c. 10. Schrad de feud. tom. 2. sect. 2. n. 77. & sect. 10. nu. 235. Graven. concl. Cam. 90. n. 1. & seqq. Weſenb in par. C. ae jurej. n. 6. in fin. Natt. conſ. 487. n. 47.* nisi cõsuetudo loci, prout est in Saxonia, sit in cõtrarium, *Dan. Moller. 4. semeſtr. c. 20. Knich. de Sax. non prov. jur. verb. jus, c. 4. n. 82. & seqq. Warem. ab Erenb de feuder. lib 2. n. 124. Rauchb. part. 1. q. 8. n. 8. & seqq.* Quod si tamen in judicio veniunt, judex (qui in Hungaria in causis Nobilium, non nisi Nobilis est, *Joh. Bonfin. lib. 7. Chron. Hung. 4 partis.*) eos salutare, & ad sedendum invitare debet, *arg. l. 3. in fin. C. ubi Senat. vel clariſſ. l. 3. C. de off. div. jud. l. 2. C. de prox. ſacr. ſcrin. Bon. de Curtil. tr. Nov. p. 5. nu. 34. Otalora ne Nobil. Hiſp. p. 4 princ. c. ult. nu. 5. Chaſſ. in catal. glor. mund. p. 1. conſid. 38. Sigiſm. Scaccia tr. de judic. c. 86. n. 19. lib. 1. Schrad conſ. 3. nu. 197.* ipsi verò ad judicium non verbo, sed in scriptis sunt citandi, *arg. l. quoties, 17. § 1. C. de dignit.*

Bart. in l.1.n.10.C.eod.Rosbach.in proceſſ.civ.tit.23.n.3.Barbat.de præſt.Card.q.1.n.52. p.1.Rebuff.ad conſt.regn.Gall.tom.3.tr.de citationibus, in præf.n.55. Cacch.conſ.9.n.27.

§.III. 84. Nobiles in domo conveniendi, ipſi relicta domo alios adire non ſunt cogendi, *l pen.§ fin.ff de cond.& demonſt.Seizer.tr.de juram lib 3.c.7.Ant.Taſſa. ra de Error.Notar.c.24 Capoll de Imp.mil.delig c.4.nu.36.* Hinc teſtes Nobiles domi per Notarios eſſe examinandos, ibiq; juramentum præſtare debere uno ore tradũt. *Caroc.tr.de juram.dec.q.3 n.8.& ſeq Farin.de teſtib.q.77 c.5.per tot. Donell.de jure,c. 4.n.6.Ruland de Commiſſ.part.2.lib 2.c.5 n.10.& ſeqq.Menoch.de recup.poſſ.remed.35. n.359 & ſeq.Carav.ſuper conſt.magn.cur.142.n.7. Pacian.conſ.118.n.44.arg.l.ad perſonas, 15.ff de jurej.l.2 §1.C eod.* Quis autem ferre debeat ſumptus, quando ad perſonam nobilem eſt proficiſcendum ut domi juret, non levis momenti eſt quæſtio; Communibus expenſis, & jurantis, & partis adverſæ illud juramentum exigentis expediri debere putat, *Petr.Coſtal ad l.15.ff.de iurei.per l.ſed & loci, 4.ff.fin.regund.* Alii ſumptibus Nobilis, ne dignitas ac perſonæ nobilitas alteri ſit detrimento, *Capell. Tholoſ.dec.100.n 1.Borcholt tr.de iurei.c 4.n.18.facit, l.fin.C.de ſtat.& imag.* Alii denique id committunt arbitrio judicis, *propter l.generaliter, 12.§4.C.de reb cred.Hottem. diſp.22.th 32.*

§.IV. 85. Nobiles non tenentur ire pedes, ſed equo vel vehiculo uti debent. *Felin.in c cum omnes, de conſt.Capoll.d tract c.4.nu.34.priv.nob.24 Bon.de Curt de Nob. part.5.n.75 Gail.1.Obſ.99.n.4.Menoch lib.2 de A.I.Q caſ.2.in fin.cent.1.Lupus in rep. rub.de don int.vir.& ux.§11 n.9 Cabed.dec.73.n.14.part.2. Azeved.ad conſt.Hiſp.lib.5. tit.11 l.g.4.n.1* Quibus adſtipulatur quod olim apud Romanos, *Alex.ab Alex lib.5. genial.dier.c.18.in fin.P.Matth.lib.5.hiſt. Franc.narrat.1.n.6.circ fin.* Parthos & Perſas lege Cyri Equo viri, aut pedes iri nobilitatem á vulgo diſtinguebant, *Alex.Sarium Ferrarienſ.de morib.& ritib gent.lib.1.c.15.* Nullus enim honeſtè genitus pedibus incedebat, *ait Juſtinus lib.4 facit, l.1.C.de honorat.vehic.* Atq; hujus tractationis maximus eſt uſus in productionibus teſtium: Cùm enim teſtes ad dicendũ teſtimonium plerunque ultra montes (ut cum Practicis loquimur) ſint evocandi, ſumptus à parte producentis præſtandi ſunt, & quidem competentes, *per l.quoniam, 11.C.de teſtib.l. eos qui, 6.§2.in fin. C de appell.c ſtatutum, §.proferendo, & § inſuper, de reſcr.in 6.c.ſæpe cuit, § libert.4 qu.2.& 3 Ayrer.in proceſſ.hiſter.jur.c.4 Obſ.1.* Quod ſi tamen Ruſticus Equo vel vehiculo utatur, ſumptus illi præſtandi non ſunt, *Gloſſ.in l.idemq, §.idem Labeo, ff mandat. Bart.in l.1 § ſi pupillus, n.2.ff de tut.& rat.diſtr.Felin.d c cum omnes, n.39.de conſt.Tiraq.de Nob.c.20 n.77. Ioan.de Selva tr de benef.quæſt.7 n 6 Gail d obſ. 99.n.4.Rebuff.ad conſt.Reg.Gall tom.3.tr.Expenſ.damn.art.5 gl.un.n.8.Ceph.conſ.216. nu.11. lib 2.*

§.V. 86. Nobilium facta ſolemniori pompa ſunt pertractanda, *l fin.§ & ſiquidem, 5.ubi Salyc. C.de cur.furioſ.l.1.C.de tut.& cur.Octav.Simoncell.tr.de decret.in præfat.n.85.& lib.1.tit.2.n.13.* Unde eorum Doctoratus; *c.cum ſit nimis, 2.verſ.Ipſoque, extr.de Magiſtr.* nuptiæ, *Ni ól.Plove de curial.miſer nu.89.* & exequiæ majoribus expenſis & ſolemnibus ſunt celebrandæ, *l ſi quis, 12.§ ſumptus, 5.l.etſi, 4.§.hac actio 8.& §.iudicem, 10.ff.de relig.& ſumpt fun.Bon de Curt.tr.Nob.p.5.nu.82.Burſat.conſ. 226.n.131.lib.3.* Inter cætera in pompis funeralibus Nobilium, imagines Majorũ quas noſtri **die Ahnen/Schildt vnnd Helm** vocant, deferuntur, *Chaſſ.in catal glor. mund.part.2.conſid.6.Tiraq.de Nobil.c.20.nu.149.cum ſeq.* **welche wan der letzte deſſ**

So

Geschlechts verstorben / zerbrochen / beygelegt / vnd zugleich mitbegraben werden. *Ruding. 5 obs. 46.* Quód spectat illud Taciti *lib. 16. Annal. c. 16. f.* Exequiæ á proximis cuo fecernunt funere Nobiles.

§. VI. 87. In criminalibus satisdatione non onerantur, sed juratoria cautio ab his exigitur, *per Nov. 52. Nov 12 l pen. C. de dign. ibiq; Sebast. Nav. Wesenb. in parat. Ffur. de custod. reor. n. 5. circ fin. Ant. Hering. de fideiuss. c. 10. nu. 369. Cacher. dec. Pedem. 70. n. 3.* Licet *Iul. Clar. tr. crim §. fin. q. 46. nu. 16 Farin. prax. crim. lib. 1. q. 33. n. 64. Nic. Everh. iun. cons 8. n 4. vol. 4.* dicant id in practica hodié non servari. De quo videndum per judicium Cameræ, *apud Raph Seiler. lib 2. sentent. de die 30. Octob. An. 34.* Ist Dieser T. ein Mandat an die Statt N. den gedachten T. auff genugsame *Caution* in einerberg / wie Edelmans Gebrauch ist / laut seines selbst gethanen erbietens / verstrickt zu bleiben / auß der angezogenen Gefengnüß zu erledigen / hiemit geschehene Einrede vnverhindert / erkandt.

§. VII. 88. Injuria Nobilibus facta graviùs punitur, quám quæ facta est plebeio, *arg. § pœna, 7. vers nam secundum, § atrox, 9. instit. de iniur. l. prætor, 7. § 3. & ult. l. fil. 17. § 3 ff. eod. l. aut facta, § 3. ff. de pœn. Bodin. lib. 6 de rep. c. 6. Otalora de Nob. Hisp p. 4. n. 11. Bon de Curt. tr. Nob p. 5, n. 52. Constan. Roger de jum. bon. c. 2. n 27.* præsertim si ad totam nobilitatem in aliquem irritandam excogitata sit. *l. item, 15. § fe. § verb. concitavit, ff. de iniur. Cothman. cons. 59. n 35. vol 2.* Quod etiam in actione Aquiliæ obtinet; idq; eó magis, quó majora sunt opera Nobilium, *Bocer. cl. 4. disp 2. th. 19. Harpr. tr. crim. ad § illud, 10. n. 8. nsi. ad L Aquil. arg. l. qua actione, 7. in pr. ff. ad l. Aquil.* Unde aliquando militi Nobili utroq; oculo ex vulnere insidiosé orbato in Camera Imp. multa millia pro militaribus officiis, quib. postea caiturus erat, pensa tentiam fuisse adjudicata refert *Gail. lib. 2. de P. P. c. 2 n. 19.*

§. VIII. 89. Propter Nobilitatem viri major & latior dos est á parentibus constituenda, *arg. l. quæro. 60. l. cum post, 69. § gener, 5. ff de iur. dot. l si filia, 43. ff. de legat. 3. Chass. in catal. glor. mund p. 8. consid. 40. de Imp. mil. delig. c. 4 n. 38. priv. 35. Tiraq. de Nob. c. 20. n. 165. Cas. Borz. dec. 122. n. 10. & fin. Menoch. cons. 1261. n. 34. lib. 13. Bertr. cons. 161. nu. 22. vol. 5.* Etiam ex bonis feudalibus, si allodialia non sufficiant *Hart. Pistor. lib. 1. q. 37. Vultei. de feud c. 9. n. 57. lib. 2. Borcholt de feud. c. 7 p. 2. n. 74. Bocer. tr qu. feud. c. 3 q. 44. Schneid ad § fuerat, 29 nu. 97. Inst. de act. Thoming. cons. 15. n. 38. vol. 1. & cons. 3. n. 43. vol. 2.* Quinimó licet Nobilitas quasi altera dos sit, *Gail. 2. obs. 40. in fin. Tiraq. de Nob c. 18. nu. 19. Paul. Cypr. de iur. connub. c. 14. § 6. n. 7. Clar. 4. sent. § donatio, q. 8. n. 5. Azevd. ad const. Hisp. lib. 5. tit. 2. leg. 2. n. 8. Ferrer. in not. ad dec. 363. Guid. Pap. Zas. inter cons. matr. cons. 11. n. 3. Socin. sen. cons. 67. n. 11. vol. 1. Menoch. d. cons. 1261 n. 35. lib 13.* si tamen filia non posset nubere marito condigno familiæ suæ, *vid. Rebuf. ad const. Gall. tom. 1. tr. de sent. provis art. 3 gl. ult. n. 6. ubi ait, quod puella nobilis dicatur, pauper quod non potest secundum eius conditionem matrimonio copulari,* pater ei tenetur dotem constituere ultra legitimam *Decius cons. 26. num. 4. Decian. resp. 78. nu. 16. vol. 5.*

§. IX. 90. Alimenta ampliora taxanda & constituenda sunt nobilioribus, quàm ignobilioribus. *Roch. de Curt. de iur. patr. rub. & utile, n. 4. Cas. Lambert. de iur. patr. q. 3. pr. art. 11. & 12. n. 1. Paul. Citadin. de iur. patr. part. 6. art. 4. nu. 13. & seqq. Capoll. de Imp. mil. delig. c. 4. n. 32 in fin. & seq Casp. Baet. de inop. deb. c. 17. num. 68. & seqq. Alcan. Clementin. de patr. potest. effect. 17. n. 31. Gylman. in Symph. tom. 5. relat. 32. n. 16.*

Nec

Nec coguntur veſci ut pauperes, *cap. non coguntur, 41. diſt. Iohan. Franc. de Pacin. tract. de Viſit. quæſt. 9. num. 37. & ſeq. p. 1. Barb. de præſt. Card. quæſt. 6. numer. 7. & ſeq. pag. 1. Amat. dec. 16. n. 30.* Sunt enim conſtituenda alimenta ſecundum dignitatem perſonæ, *Trentac. lib. 1. reſol. 1. de alimentis, n. 23. Gratian. lib. 2. diſcept. for. c. 399. n. 5. Menoch. de A. I. C. lib. 1. cent. 2. caſ. 159. n. 5. & caſ. 169. n. 4. Covagn. dec. 10. n. 2. & ſeqq. lib. 1. arg. l. mulier, 19. l. habitatio. 4. § 1. ff. de ventr. in poſſ. mitt. l. nepos, 125. verb. dignitate ff. de V. S. l. ſed ſi, 15. § 2. ff. de uſuf. l. cumplures. §. 3. cum ſeq. in pr. de admin. tut.* Quare non tenetur comedere aliumcæpas, panem atrum, caſeum, & ſimilia, cum ſint propriè barbaria ruſticorũ, *Azev. ad conſt. Hiſp. lib. 3. tit. 11. leg. 4. n. 2. Bon. de Curt. tr. Nob. p. 5. n. 76. Troil. Malvet. tr. decanoniſat. Sanctor. dub. 3. n. 74. & ſeqq. Petr. Surd. de aliment. tit. 4. q. 18. n. 8. Chaſſ. in cat. al. glor. mund. p. 1. conſid. 22. Schneid. ad § ſunt præterea, 36. n. 7. inſt. de act. Coler. de proceſſ. exec. p. 2. c. 3. n. 120. & ſeqq. Ceph. conſ. 216. n. 11. lib. 2.* Nobilium autẽ cibi ſunt pulli, & hujuſmodi delicati cibi, *Tiraq. de Nob. c. 20. n. 142. Ioan. le Cirier. de primog. q. 3. n. 12. lib. 2. Ant. Corſ. in c. grandi, in fin. de ſuppl. negl. prælat. Clementin. de patr. poteſt. effect. 17. nu. 36. Weſenb. conſ. 50 nu. 21. part. 1. ubi ita conſuluit in cauſa Comitum Manſeldenſium.* An verò alimenta Nobili debita extendantur ad famulos & pediſequas? *Aff. Borgn. Cavalcan. tr. de uſufr. legat. n. 27. Schneid. ad § ſunt præterea, n. 8. inſt. de act. Surdus de aliment. d. q. 18. n. 9. & q. 24. n. 10. Bonacoſſ. tr. de ſerv. & famul. q. 245. Covagn. dec. 20. nu. 9. lib. 1.* An tutor Nobili minori cibaria delicata præſtare poteſt, & an hæc in calculo recipi debent? *Aff. Munnoz. de Eſcobar. de ratiocin. adminiſt. c. 22. n. 25. & ſeqq.*

§. X. 91. Nobilitas ejus, in quem confertur beneficium, operatur, ut latius extendatur conceſſio, *l. filius f. ff. de donat. P. Surd. conſ. 453. nu. 11. & ſeq. lib. 3.* quod augeatur uſus, vel utilitas, *l. plenum, 12. §. 1. verſ. Iubentius, ff. de uſu & habit. l. ſi longius, 18. in fin. ff. de rejud. Weſenb. in par. ff. tor. ad tit. de ſuppell. leg. n. 4. Tiraq. de Nobil. c. 20. n. 153. & ſeq. Paru. de Put. de re mil. lib. 7. q. 1. n. 15. & 33.* quod legatum pinguius intelligatur conceſſum, *l. ſed etſi, 52. § 2. ff. de rei vind. l. ſi ſervus, 50. uti. ff. de leg. 1. Card. Mantica de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 11. Natta conſ. 629. n. 9. Capoll. de Imp. mil. delig. c. 5. n. 17. Incip. Ratione dignitatis.* & quod Nobili pauperi relictum eſt, in piam cauſam relictum eenſeatur, *Lupus in repet. de don. int. vir. & ux. § 11. n. 11. Dec. conſ. 120. n. 1. Peregr. conſ. 41. per tot. & n. 21. lib. 1. Everh. Iun. conſ. 21. n. 7. vol. 1.*

§. XI. 92. Licet pater non teneatur alere filium, qui ſuis manibus victum quærere poteſt, *l. ſi quis, 5. § ſed ſi, 7. & ibi Weſenb. in fin. ff. de agnoſc. lib. 1. Gail. 2. Obſ. 88. n. 9. Grat. lib. 1. diſcept. for. c. 120. n. 10. Teſſaur. dec. 211. n. 13. & ſeq. Surd. dec. 244. n. 3. Caſ. 1. Caſ. Barz. dec. 129. n. 26. & ſeq. ubi ait quod nec Nobili dedecus ſit operari, ſi conſuetudo civitatis ferat. Dec. conſ. 576. n. 3. Azev. conſ. 16. n. 6. & ſeqq.* Id tamen non procedit in filio nobili, cui potius eſſet mendicandum, *Munnoz de Eſcobar. tr. de ratiocin. admin. c. 22. n. 56. cum ſeq. ubi alleg. Baeza tr. de decima, c. 10. n. 16. ad de Surd. de aliment. tit. 7. q. 6. n. 12. cum ſeqq.* quam ad radicem manus ponere, vel opificio aliquo vitam parare, *Curt. de Nob. p. 5. n. 66. Capoll. de Imp. mil. delig. c. 4. n. 33. Citad. de iur. patr. p. 6. art. 4. n. 6. Tiraq. de Nob. c. 20. n. 104. Burſ. conſ. 62. n. 23. lib. 1.* Etſi contra nobilitatis decorem operaretur, nullam tamen mercedem laboris petere potuit, *Lupus ad rub. de don. int. vir & ux. § 9. n. 7. & ad c. per veſtra, ibid. § 33. nu. 7. & ſeq. Tiraq. de Nobil. c. 37. n. 43. Maſc. de prob. concl. 981. n. 7. vol. 2. Menoch. conſ. 729. n. 13. Prunkm. conſ. 22. n. 32. vol. 1.* Id enim tantùm poſſumus, quod ſalva dignitate poſſumus, *l. nepos, 125. ff. de V. S. l. lius, 15. ff. de cond. inſt. l. ſed ſi quis, 15. § 1. ff. Uſufr. l. interdum, 34. ff. de oper. libet.* nec ch

cum vituperatione conjunctum, *l. vestis, 23. § muliebria ff. de aur. & arg. leg.* Quod adeó ampliant Dd. ut non solúm filiam naturalem alere, & modicé dotare teneatur, *Gail. 2. obs. 88. per tot. cum alleg.* sed etiam pro ea elocanda subditis collectam imponere, *juxta Chass. in consuet. Burg. tit. des justices, rub. 1. § 4. tex. mariage d' un fille, n. 5. & seqq. Zas. de feud. part. 7. n. 47. Schrad. de feud. part. 6. c. 6. n. 102. Petr. Greg. de concess. feud. part. 7. q. 8. n. 4.* Quamvis non desint, qui probabiliter contradicant, *Frid. Mindan. lib. 2. de mandat. c. 44. n. 6. Sixt. lib. 2. de Regal. c. 14. n. 54. Ant. Godfrid. disp. feud. 7. th. 9. lit. g. Rosenth. de feud. c. 5. concl. 79. num. 4. Bocer. de collect. c. 6. nu. 64. Mastrill. decis. 85. num. 16.*

§. XII. 93. Licet mater teneatur lactare filium si possit, *l. nec filium, 9. C. de patr. potest. A. Gell. lib. 12. Noct. Att. c. 1. Patrit. de Regis inst. lib. 2. tit. 5. c. 6. Ant. de Guev. in Horol. Princ. c. 23. lib. 2. ubi notat matronas nobiles, quæ infantes nutrire verecundum, sine verò catellos fovere honorificum existimant.* Fallit tamen in nobili muliere, cui verecundum est lactare filium, *secundum Gars. de Expens. & melior. c. 30. nu. 30. & seqq. Capell. de Imp. mil. delig. in 23. priv. nob. c. 4. Bald. Novell. tr. de dote, part. 6. priv. 19. Curt. tr. Nob. p. 5. n. 68. Lupus in rep. c. per vestras, de don. int. vir. & ux. § 33. nu. 8.* Nisi id eam dedeceat, *Azo in sum. aur. C. de patr. pot. in fin.* Rationes dant, *Joh. Casus lib. 7. sphar. civit. c. 17. Joh. Olorin. part. 1. Ethigraph. mund. c. 2.* ut eó citiús post partem amplexentur Venerem, *arg. c. ad ejus, § prava, 5. dist.* & faciem á rugis conservent, *Patrit. de Reipub. inst. lib. 4. tit. 6.* Notant autem Dd. quod Nutrix Principis non solúm efficiatur nobilis, sed etiam quod plebejum, cui nupta est, nobilem efficiat. *Ant. Faber. in Cod. lib. 9. tit. 29. defin. 21. adde Tiraq. de Nob. c. 20. n. 78. & seqq.* Digna sané res, quando in favorem meretricum ita luditur cum dignitatibus & privilegiis.

§. XIII. 94. Licet uxor teneatur marito in parandis cibis, lavandis pedibus, capite, lectoq; sternendo servire, *Trentacinq. var. resol. lib. 1. tit. de patr. potest. resol. 1. n. 8. & seq. Joan. Montaigne tr. de Bigamia, q. 1. n. 14. Tiraq. ad consuet. Picton. de legib. connub. leg. 1. n. 26.* hoc tamen limitant Dd. *Panorm. in c. literas, col. pen. de rest. spol. Corset. de pot. reg. q. 30. in fin. Curt. de tr. Nob. p. 5. n. 69. 90. & seq. Lupus in rep. rub. de don. int. vir. & ux. § 31. n. 2. Rod. Suarez. in libro fori in leg. 9. tit. de litibus, n. 13. in fin. Coler. de process. Execut. part. 1. c. 2. nu. 226. in fin. Grat. lib. 1. discept. for. c. 120. nu. 58. Dec. resp. 74. n. 36. 4. Dec. cons. 202. n. 6. Natta cons. 462. n. 12. tom. 2.* nisi ea sit Nobilis, cui propterea esset dedecori ea facere, *arg. l. interdum, 34. vers. sed si liberta. ff. de oper. liber.* Arcum manus callosæ nulli opprobrio sint, sed laudi, *H. Kirchn. de Rep. disp. 13. th. 1. lit. c.* exemptionem non video: Ex juris communis dispositione Uxor marito tenetur pręstare operas, *l. sicut, 48. ff. de op. lib. l. sed si vir. ff. de don. int. vir. & ux. c. cum imago, 33. q. 5. Wormbs. lib. 1. pract. obs. 9. tit. 36.* Neq; excepta reperitur uxor nobilis; Cur ergo stare prohibeatur? *arg. l. sancimus, 27. C. de testam. l. præcipimus, 32. § fin. C. de appell.*

Caput XI.

De privilegiis, quæ consistunt in immunitatibus.

§. I. 95. Nobiles cum feudis jurisdictionem habentes, de quibus Domino suo servitia personalia præstant, ad collectas & munera publica non tenentur, *l. 2. C. de collat. fund. Tiraq. de Nobil. c. 20. nu. 166. & seq. Chopp. de Doman. Franc. lib. 1. c. 14.*

n.10. Rosenth. de feud. c.2. axiom.76. Winzler. de collect. Obs.14 n.1 & seqq. Tholos. lib. x. *Syntagm. c.8. n.5. & seqq. Mausuer in pract tit.38. de tallijs, n.2. Franc. de Claper dec. caus. fiscal. caus.42. q.1. n 13.37 Kopp. dec.61. n.3. Alb. Brun. cons. feud. 103. n.3. p.1.* Nisi consuetudo regionis sit in contrarium, *l. si publicanus, 4. § fin. ff. de publican l.1. § 1. l. fin. § sed in ea, ff. de mun. & bon. Gail. 2. Obs.52. n.17. & seq. Iacobin. de S. Georg. tr. de Homag. n.41. in fin. 42. & 52.*

96. An autem á Collectis universalibus, **der Reichsteur/oder deß H. Reichs Anlagen**/immunitatem habent? Negamus; Immunitas enim concessa non intelligitur ab his, quæ necessitatis, *l.1. C. ut nem. lic. se ab empt. l. jubemus. C. de SS. Eccles. 2. Hein. p.1. q.18. n.23. & seqq. Ant. Fab. in Cod. de muner. patrim. defin. 26. Ægid. Thomas. tr. de collect. § Nobilitas, Acac. Enenckel. de privil. c.5. nu.75. Mynsi. 4. Obs.70. Gail. 2. Obs. 52. H. Hartm tit. 52. Obs.6. Thom. dec.55. n.2. Coler. cons.12. n.263. & seqq.* & belli tempore indicuntur. *Winzler. de collect. dec.6. n.13. Remig. de Gonny tr. de charitativ. subsid. qu. 59. n 35. Franc. Lucan. de fisc. & ejus priv. p.3. nu.23. Cacher. dec.39. nu.14. nu.20 & seq. & dec.91. n.1 Neviz. in cons.66 n.7. & seqq.* Da soll ein jeder belegt seyn/Geistlich oder Weltlich/Exempt, **oder nicht** Exempt, **gefreyet oder nicht gefreyet**/niemandt außgenommen/ *R. A. Ann 51.* § Solche der Stände/ *Ann.66.* § Dieweil nun dieses/ *41. Ann.94.* § Nach dem nun/ *Gylman. in Symph. p.2. tit.6. vot.2. nu.8.* præsertim si necessitas tanta, ut sustineri non possit, nisi perveniatur ad exemptos. *Vasqu. lib.4 controv.6. Martha de jurisd. part.4. cent.1. cas.9. nu 24. Eisenbach. qu. nobil. 19. nu.2. Curt. Iun. cons.61. n.14. Natt. cons.275. n.4. Rol. à Vall. cons.80 n.23. vol.3.*

97. Idq; in tantum verum est, ut quamvis concurrat qualitas jurisdictionalis, *Baptist. Costa tr. de quot. & rat. q.80. n.16. Casp. Klock. de contribut. concl.38. lit.a.* vel Nobiles in aulis Principum versentur, *Thom. Maul. de Homag. tit.9. nu.67. Mod. Pistor. cons.9. nu.44. & seq. lib.1.* nihilominus contribuere teneantur, *l. munerum, § patrimonium, ubi Bart. ff. de muner. l. ei qui, § 1 ff. eod. Pistor. d. cons 9. n.43. & 50. Flores. Diaz. de Mena pract qu.21. nu.245. Gylman. in symph. tom.4. part.1. vot.30. n.82. & seq.* Neq; hi tantùm, sed & Nobiles immediati **die Freye Reichs Ritterschafft**/ in locietatum harum collectarum vocantur, *R. A. de Ann 76.* § **Wir wollen auch**/ *De. naiss. in jur. Cam. tit.99. n.26. Winzler. de Collect. obs.14. n.11. & seqq.* Non quidem ut cæteri Status, **denen jhre gewisse Anlage außerlegt**/sed requiruntur á Cesarea Majestate, **vmb ein Christliche vñ mitleidende hülffe/ohne einigen gewissen Anschlag**/ *R. A. de Anno 500.* § Wir oder der so an vnser statt/ *Ann.66.* § Wir wollen auch/ *49. Anno 57.* § Wir wollen auch/ *53. Anno 76.* § Dann weiters/ *23. Adde Barth. Bellencin. tr. de charitativ subsid. q.58. nu.2. ubi ait, quod generale privilegium eximens à muneribus, non liberet à charitativo subsidio.*

98. An autem bona paganica, **Baurgüter**/ quæ Nobiles sibi comparant, allodii nobilis **die Freyen Ritter- oder Adelichen Erbgüter**/ jus & naturam induunt? Videbatur affirmandum ex vulgatissimis juris regulis, Accessorium sequi naturam rei principalis, *c. accessorium, de R. I. in 6. Knich. de vest. pact. part.2. c.3. nu.91. Guid. Pap. cons.205. n.3. Galent. cons 18 nu.14. vol.1.* Adhærentia ejusdem esse conditionis, *l. quæ religiosis. ff. de R. V. l. fin. ff. de fin. trit. & ol. leg.* De connexis judicari æqualiter, *Munnoz. de Escob. de ratioc. c.31. n.12. Frid. Mindan. de contin. caus. c.2. n.3. Amaya dec.89. n.5. & seqq. Natt. cons.286. n.4. tom 2. Surd. cons.338. n.3. lib.3.* De unitis disponi uniformiter, *Trentac. var. resol. lib.1. resol.1. de consu. n.9. in fin. Caball. cons.21. n.10.*

vol.

vol. 2. Augmentũ ejusdẽ naturæ, cujus est principale, censeri, *Nell. de S. Gemin. de bandit. part.* 1. *temp.* 2. *qu.* 52. *Gylman. dec. Cam.* 54. *n* 57. *& seq. lib.* 2. *Cephal. cons.* 773. *n.* 45. *& seq. lib.* 5. Et contentum continentis sui legibus æstimari, *Zas. cons.* 11 *lib.* 1. *Cothman. cons.* 84. *n.* 20. *vol.* 2. *Sigism. Loffred. cons. feud.* 39. *n.* 35. *cons.* 46. *n.* 12. At cum teste Paulo, ex regulis generalissimis jus non sumatur. *l.* 1. *ibiq; Philipp. Matth. nu.* 19. *ff. de R. I.* in contrarium, quod etiam ordinatione Hassiæ Principum confirmatum, *Ant. Godfrid. disp. feud.* 1. *th.* 2. *lit.* a. *& disp.* 7 *th.* 6. *lit.* a. merito itum est *à Thom. Maul. d. tr. de Homag. tit.* 9. *nu.* 68. *Festas. de æstimo, p* 4. *c.* 3. *nu.* 17. *& seqq. Köppen. dec.* 61. *nu.* 4. *& seqq. Mitchin. tom.* 2. *lib.* 1. *dec.* 8. *n.* 46. *Papon. lib.* 5. *t.* 11. *arrest.* 39. *Knich de vest. pact. c.* 3. *n.* 91. *& seqq. Mod. Pist. cons.* 9. *n.* 36. *vol.* 2. *D. Zach. Viet. de caus. exempt Imp concl.* 18. quib. intrepidè laudamentum damus securi in tantorum virorum famâ.

§. II. 99. Nobiles non solùm ex antiquissima Germaniæ consuetudine, *Köpp. dec.* 61. *n.* 4. *Frid. Mindan. de mand. lib.* 2. *c.* 42. *n.* 6. *Joh. Bidenb. qu. nob.* 18. *n.* 4. *Warem. ab Ernb. de fœd. c.* 4. *de oner. subd. n.* 66. *Mod. Pist. cons.* 9. *n.* 43. *& seqq. vol.* 2. sed & ex privilegio Caroli V. *de An.* 1547. 3. *Decemb.* & Rudolphi II. *de Ann.* 91. *quod declaratum fuit Ann.* 1605. 9. *Jul.* á teloniis & vectigalium onere immunes existunt, *D. Henr. Klock. de jur. vectig. concl.* 31. *lit.* b. Sed an jure exempti sunt? Ita disputat Bocerus *tr. de Reg. c.* 2. *n.* 198. Ex militia privilegium allegare non possunt; Milites n. quamvis ob omissam professionem á pœna commissi liberentur, *l. omnibus,* 3. *C. de vectig. Sixt. de reg. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 96. *Bocer. d. n.* 198. *in fin. Obrecht. de reg. th.* 431. *Ruland. de commiss. p.* 4 *lib.* 2. *c.* 5. *n.* 44. oneribus tamen vectigalium subjugantur, *l. ex præfatione,* 7. *C. de regal. Hen. Arnisa de jur. Maj. c.* 7. *n.* 2. *Bertach. de gabell. p.* 7. *n.* 58. *Thomat. de muner. § ne scienter, n.* 20. *P. Antibol. de mun. p.* 3. *n.* 78. *Fr. Marc. dec.* 440. *n.* 2. *vol.* 2. *Mynsp.* 2. *decad.* 15. *resp.* 1. *n.* 34. 36. *Menoch. cons.* 609. *per tot.*

§. III. 100. Tutela quamvis sit munus publicum, *l.* 1. *ff. de mun. & hon. l. si filiusf.* 9. *ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. pr. Inst. de excus. tut. l. non tantum.* 17 § 2. *ff. eod.* hoc autem in invitum detur, *l.* 3. *C. de susp. tut. l.* 1. *in pr. ff. de adm. tut. § pen. Inst. de satisd. l. si quis, ff. de mun. & hon.* nisi Excusationibus deprecari possit, *l. nullus,* 28. *l. vacuatis,* 19. *C. de Decur. l. munus,* 214. *ff. de V. S.* Nobiles tamen tutelam pupillorum ignobilium subire non coguntur, *l. à muneribus, l. legato,* 12. § 1. *ff. de vacat. mun. l. non tantum,* 17. § 1. *de excus. tut. Tiraq. de Nob. c.* 37. *n.* 16. *& seq. Capoll. de Imp. mil c.* 4. *n.* 39. *priv.* 36. *Bon. de Curt. tr. Nob. p.* 5. *n.* 43. *& seq. Köpp. dec.* 61. *n.* 3. *Chass. in catal. glor. mund. p.* 7. *consid.* 3. *& p.* 8. *consid.* 48. *& in consuet. Burg. rubr.* 1 § 4. *tex. Et sur les hommes n.* 63. ubi limitat. Nisi sit hominum penuria.

CAPUT XII.

De privilegiis, quæ consistunt in pœnis temperandis.

§. I. 101. Nobiles regulariter mitiùs sunt puniendi, quám ignobiles, *c. fin. extr. de pœn. c. qui contra,* 24. *q.* 1. *c. contumaces,* 50. *dist. l. quamvis, C. de adult. l. fin. C. de sum. trin. l. fin. ut nem. priv. tit. præd. maj. l. capitalium, § fin. ff. de pœn. l.* 2. *ff. de term. amot. Bon. de Curt. tr. Nob. part.* 5. *n.* 1. *& seqq. Joh. Selva tr. de benef. part.* 5 *q.* 7. *n.* 20. *Const. Roger. de sum. bon c.* 2. *nu.* 27. *Thom. Gram. dec.* 23. *nu.* 9. *& seq. Azeved. cons.* 29. *nu.* 20. *Farin. cons. crim.* 33. *nu.* 67. *lib.* 1. *Bertr. cons.* 43. *n.* 1. *vol.* 2 *part.* 1. ut cæteri ad virtutem & veritatis studia inflammentur, *Bodin. lib.* 6. *de repub. cap.* 6. Nisi Nobilitas delictum augeat, & in dedecus nobilitatis cedat, *argum. c. nulli,* 25. *qu.* 1. *l. quædam, ff. de pœn. l.*

omne, § qui manus, ff. de re mil. Gail. 2. obſ. 110. n. 42. Tiraq. de Nobil. c. 20. n. 116 & ſeqq. Maranta conſ. 47. n. 7. Capoll. conſ. crim. 39. nu. 24. Sixtin. conſ. Marpurg. 10. n. 31. & ſeq. vol. 3. Thoming. conſ. 19. n. 43. vol. 2. Rimin. conſ. 245. n. 75 & ſeqq. lib. 3. Ex his ergo fit, ut cùm nihil magis repugnet Nobilitati, quàm Proditio, *Gandin. tr. de bandu. c. 4. n. 7.* Proditur enim tàm Diis, quàm hominibus exoſus, *Hippol. de Marſil. ſingul. 16. Paru. de Put. tr. de re mil. lib. 6. q. 11. nu. 3. ubi ait, quod proditor Principis ſit proditor Dei*, anteſa-ciem Principis ſtare nequit, *Schneid. de feud. part. 8. c. 1. n. 164.* Unde ejus inſignia de-lentur, *l. 1. C. ubi Senat. vel clariſſ. Farin. oper. crim. part. 5. q. 16. § 1. nu. 6. Tiraq. d. tr. c. 20. n. 120. Gigas. tr. de crim. laſ. Maj. lib. 3. rub. de proditor. q. 8. n. 1. Borcholt. de feud. c. 8. n. 123. Menoch. de A. I. Q. lib. 2. cent. 3. caſ. 281.* dignitatemq; tàm ſecularem, *Matth. de Afflict. cap. 1. An ille qui interf. fr. dom. Gigas d. tr. rub. de proditor. qu. 4. Petr. à Placa in Epit. delic-tor. lib. 1. c. 21. n. 9.* quàm Eccleſiaſticam, *Joh. Gallus in ſuu pract. quaſt. q. 172. § per arti-fia. Guid. Pap. deciſ. 121.* nec non omnia juris beneficia amittit, *Bald. in l. ſi quos, 19. C. de poſtlim. reverſ. Carer. in pract. crim. l. obſervare, nu. 9.* Quapropter ſi Nobilis prodi-tionem fabricet, non modò pœnâ ignobilium, ſed graviori eſt puniendus, *arg. l. qua-dam, 14. ff. de pœnis, Tiraq. tr. de pœnu. cauſ. 31. n. 2. laud. Battandier. in prax. crim. reg. 96. n. 4. art. 1. 4. Chaſſ. in conſuet. Burg. rub. 4. § 20. text. de Leindre n. 5.* Nam quò ma-jor in Principem eſt obligatio & fides, eò ſevetior fidei violatæ vindicta imponitur, *arg. l. un. in fin. C. de conduct. & proc. l. presbyteri, 8. in fin. C. de epiſc. & cler. Bodin. lib. 6. de Repub. c. 6. Sebaſt. Nav. in ſyſtem. part. 1. ad l. 1. ff. nautæ, caupones, n. 2.* Idem in crimine falſi, *arg. l. Decuriones, C. de quæſt. l. pretbyter. C. de epiſc. & cler. Tiraq. de pœn. cauſ. 31. nu. 23. Weſenb. in parat. ff. tor. ad L. Cornel. de falſ. n. 12. Foller. in pract. crim. c. 6. n. 17. Afflict. dec. 404. n. 23. Meichſn. dec. 5. n. 9. tom. 4.* crimine læſæ Majeſtatis, *Gig. tr. crim. laſ. Maj. lib. 2. tit. de pœn. q. 1. n. 15. & ſeqq.* aliisq; delictis enormibus obtinet, *de quib. Farin. lib. 3. pract. crim. q. 98. per tot.*

§. II. 102. Nobiles in pœnis corporalibus mitiùs, at in pecuniariis graviùs puniuntur, cæteris tamen paribus, *l. properandum, § ſin autem, C. de judic. l. aut faſſa, § perſona, ff. de pœn. l. ſacrilegii, in pr. & § 1. ff. ad L. Iul. peculatus, l. Padius, & l. fin. ff. ad L. Cornel. de Sicar. c. paſtoralis, in pr. de off. deleg. c. ult. de pœn. Clar. lib. 5. pract. crim. § fin. qu. 60. n. 24. Covarr. tom. 2. var. reſol. lib. 2. c. 9. n. 3. Capoll. de imp. mil. delig. c. 5. n. 3. Matth. de Afflict. in conſt. Neap. rub. 9. num. 36. & ſeq. Bertazz. conſ. 356. num. 11. lib. 2.* Nam cum pœna ob id inter alias cauſas imponatur, ut peccantes emendatiores fiant, *Ti-raq. ad Conſuet. Picton. in leg. 9. Connub. num. 226.* ut liberum in malè agendo arbi-trium abſcindatur, *Mart. Monter. à Cueva deciſ. Reg. Arrag. 7. num. 11.* & cæteri mo-tu pœnæ deterreantur, *arg. l. congruit, 13. ff. de off. præſid. l. bona fides, 31. ff. depoſ. l. ſi quis, 6. § 1. ff. de pœn. l. ſi operas, 14. C. eod. l. proſens, 57. in pr. C. de Epiſc. & cler. l. 1. C. ad L. Jul. re-petund.* pœna imponenda eſt, quæ magis timetur, Pœna autem pecuniaria, niſi ma-gna ſit, non adeò timetur à Nobilibus, utpote frequenter locupletibus, *Schneid. in § pœnales, nu. 58. 62. & ſeqq. Inſt. de act. Tiraq. de Nobil. c. 20. & tr. de pœn. cauſ. 31. Everh. jun. conſ. 9. n. 84. vol. 2.*

§. III. 103. Nobiles cruciatibus & torturis non ſunt ſubjiciendi, *arg. l. omnes, 33. C. de Decur. l. ſeveram, 10. C. de Dignit. l. milites. 8. l. Divo, C. de quæſt. l. 3. § 1. ff. de re mil. Azev. ad conſt. Hiſp. lib. 6. t. 2. leg. 4. & 5. n. 34. & ſeqq. Zang. de tort. c. 1. n. 30. & ſeq. Fr. Caſon de torment. c. 10. n. 14. & ſeq. Farin. lib. 1. prax. crim. tit. 5. q. 41. n. 74. Caſp. Bart. de inop. debit. c. 16. n. 16. Tiraq. de Nob. c. 20. n. 139. Fr. Brun. de tort. part. 2. q. 4. n. 22. Crav. conſ.*

cons. 952. *n.* 21. *Wesenb cons.* 50 *n.* 50. *part.* 1. Quod etiam de consuetudine in contrarium, ut videl. Nobiles torqueantur, instanter asserimus, *cum Br. in l. omnes*, 33. *arg. illius tex. n* 2. *C de tortur. Paul Grill. tr. de tort. q.* 6. *n.* 3. *Fr. Brun. d. tr part.* 2 *q* 4. *n* 23 *& seq. Chass. in consuet Burg. tit. des justices, rub* 1. § 4. *col.* 1. *nu.* 8. *Schrad. de feud. part.* 9. *par.* 2 *pr. sect.* 13. *nu.* 82. *& seqq. Bocer. tr. de tortur. reor. c.* 4. *nu.* 78. *& seqq. Dec. resp.* 93. *nu.* 133. *vol* 2.

104. In causis tamen Majestatis veniam non merentur, *arg. l. nullus*, 4. *C. ad L. Jul. Maj. l. si quenquam* 31. *C. de episc. & cler l. Decuriones*, 16. *C. de quæst. Mart. Laudens. in decrim les. Majest. qu.* 23. *Ambert de Antra tr. de tortur. nu.* 2. *Gomez tom.* 2. *resol. cap.* 13. *nu.* 3. *in fin. Reusner. dec.* 17. *num.* 17. *lib* 3. *Wesenb cons.* 50. *num.* 20. *p.* 1. Idem juris in crimine proditionis, *l. proditores*, 7 *l.* 3. § *is qui*, *ff. de re mil Brun. de indic & tort. p.* 2. 4. *num.* 24. *Baët. de inop debit. c.* 16. *Peregrin. cons.* 2 *num.* 110 *lib* 2. Veneficii *l. sed est*, 7. *C. de malef. & math. Schrader de feud. d. q* 9 *sect.* 13 *num.* 84. Assassinii, *arg. c.* 1. *de homicid in* 6. *Thom. Gramm. voto* 8. *&* 9. *Carer tr. de homicid. nu* 10. *Schneid.* § *pœnales*, 12. *n.* 64. *inst de act. Zang de tortur. c.* 1. *n.* 82 *& seq.* Sodomiæ, *Azev ad const. Hisp. lib.* 1. *tit.* 21. *leg.* 1. *n.* 17. *Avend. resp.* 31. *nu.* 9. Furti, *tex in l.* 1. *C. quand. lic. se unicuiq; vind. Covarr. lib.* 2. *var. resol. c.* 9. *n.* 4. crimine Falsi, *Thoming. dec.* 7. *nu.* 27. *Brun. d. tr part.* 1. 4. *nu.* 24. *Schrad. d. sect.* 13. *nu* 84. *Socin. Jun. cons.* 29. *num.* 41. *vol* 2. *arg. l. si quis*, 21 *& ibi Salyc. num* 7. *C. de falsi*, modó indicia urgentiora & graviora ad torquendum reperantur, *Scaccia tr. de jud. c.* 97. *n.* 180 *vers. contrariam*, *lib.* 1. *Zang. d. c.* 1. *nu.* 8. *Marc. Ant. Eugen. cons.* 63. *nu.* 89. *Farin. cons. crim.* 20. *nu.* 10. *lib* 1. Nam cum reatus omnem honoris prærogativam excludat, *l. quoties*, *C. de dignit. l. qui sine*, *ff de negot. gest. l. libera ff. de jocul. l. cæteri ff. de custod. reor. l. Judæos*, *C. de Judæ*, *l. si quos*, *C. de off. præf. prat. Or. l.* 1 *C. nis senat. vel clariss. l. presbyteri*, *C. de episc. & cler. cap. ut fama*, *de sent. excom. c. suarum*, § *verum*, *de privil. c. privilegium*, 11 *qu.* 3. beneficio juris vel legum se tueri non possunt. *l. auxilium.* 37. *in fin ff. de minor. l. fin.* § *si verò*, 12. *C. de jur. delib. l.* 1 § *hoc autem*, *ff. si fam. fuit fecisse. dic. l senatoris*, 47 *cum seq.* § 1 *ff. de rit. nupt c quia frustra*, 14. *de usur. c. bonæ memoriæ*, *extr de elect.* Non tamen inconsulto, multó minus invito Principe hoc casu torquendi sunt, *arg. l. divi*, 27. § 2 *ff. de pœn. l. nullus*, 4. *C. ad L. Jul. Maj. l. pen.* § *ad L. Cornel de sicar. Thoming. d. decis.* 7. *nu.* 27. *Meichsn. decis. Cam.* 5. *nu* 8. *tom.* 4. Punire enim debet Rex, non judex Nobilem, *præceptum est Mœcenatis apud Dion. Cassium lib.* 52.

§. IV. 105. Plebejus, cui pœna pecuniaria imposita est, si solvendo non est, corporaliter punitur, *arg. l si quis*, 35. *ff. de injur. l.* 1. § *fin. ff. de pœn. l. si quis*, 7. § 7. *ff de jurisd. l. fin.* § *de injus voc. l. qui ædes ff. de incend. ruin. l. ult. circ. fin. ff de sepulchr. viol. l ult. in fin C. de mod. mulctar. l. quicunq;* 4. *vers. quod si*, *C. de serv. fugit. c un.* § 1. *in fin. de pac. in* 1. *F.* 53. *c finem*, 5. *vers. etsi*, *de dol. & contum.* Id tamen non procedit in Nobilibus & personis egregiis, *Sichrad ad l. quicunq;* 4 *n.* 41. *C. de serv. fugit. Schneid ad* § *pœnales*, 12. *n.* 58 *Inst. de act. Paul. Ghirland. de qu. & tort q.* 5 *nu.* 6. *& q* 7. *n.* 9. *Covarr. lib.* 2. *resol. c* 9. *n.* 4 *in fin Steph. cent.* 1. *q* 40. Nam quotiescunque ex legis permissu pœna in aliam & diversam commutanda venit, non in graviorem, sed æqualem vel mitiorem converti debet, *arg c. non asseramus*, *ubi gloss. in verb. sceleratus*, *caus.* 24. *qu.* 1. In Nobili autem quælibet pœna corporalis vel etiam minima gravior est qualibet pœna pecuniaria, *l. in servorum*, 10 *ff. de pœn. Pruckm. de Regal.* § *venatio*, *nu* 58. *Menoch de A. l. Q. lib.* 2. *cent.* 5. *cas.* 447. *n.* 11. *& seq. Farin. lib.* 1. *oper. crim. q* 26. *n.* 22. *& lib.* 3 *q* 98.

n 112. *Tholos. lib.* 30. *Syntag. c.* 5. *n.* 5. *Reusn. dec.* 16 *th.* 46. *lib.* 2. Ac licet Nobilis non afficiatur pœnâ corporis, potest tamen tali affici, quæ respectu ipsius pœnæ non sit peruniariâ gravior, *Joh. Harprechr. tr. crim. §in summa, o. de injur. nu.* 35. *& seqq.* Apud priscos Germanos scabiosus canis ignominiosæ pœnę loco viris nobilibus vicarium gestandus imponebatur, utraq; manu prioribus canis pedibus apprehensis, *Henric. Panthaleon in prosopogia, part.* 2. *in Frid. Barbarossa, Kirchn. in rep. disp* 16. *coroll.* 4. *lit. b.* qua pœna affectum fuisse Electorem Palatinum, quod Conrado IV. Imp. rebellis fuerit, meminerunt, *Wittechind. Menach. lib.* 2. *Otto Frisng. de gest. Frid. Imp. lib.* 2. 28. *Gunther. Ligur. lib.* 5. *Cyriac. Spangenb. in Chron. Mansfeld. Arnold. Lubec continuator Helmold. lib.* 7. *c.* 2. *Dodechind, ad Ann.* 1155. *Cranz. in Sax. lib.* 3 *c.* 15.

§. V. 106. Nobiles propter debitum civile, vel ex causa æris alieni non debent in carcerem duci, *Azev. ad const. Hisp. lib.* 6. *tit.* 2. *leg.* 4 *n.* 1. *& 11. Guttier. de contract. jurat. part.* 1. *c.* 16. *n* 1 *& 15. Gomez. tom.* 2. *var. resol. c.* 11. *n.* 54. *Arze ab Otalor. de Nobil. Hisp.* 2. *c.* 5. *nu.* 32. *Covarr.* 2. *var. resol. c.* 1. *n.* 4. *Vasq à Menchac. de succ. creat.* § 22. *n* 75. *Ruding.* 3. *observ.* 58. *n.* 4. *Scaccia tr. de judic. c.* 46. *n.* 17. *lib.* 1. Habent enim beneficium competentiæ, ne in solidum conveniantur, sed in quantum facere possunt, *Coler. de process. exec. c.* 6. *n.* 146. *& seqq. p.* 1. *Alb. Brun. de cess bonor.* 10. *q* 4. *princ. n.* 3. *Hering. tr. de fideiuss. c.* 10. *n.* 370. *Villalobos thes. com. opin. verb. Nobiles, n.* 13. *Tiraq. de Nob. c* 20 *nu.* 142. *Foman. disp. Inst.* 13. *th* 71. *lit. c. Gylman. in Symph. tom.* 5. *relat.* 32. *per tot. arg. l. miles.* 6. *& l. item,* 18. *ff. de re jud.* Neq; jus prætorium in ipsorum bonis feudalibus constituitur, sed contenti esse debent creditores, ut de fructib. eorum illis satisfiat. *Gail.* 1. *obs.* 17. *nu.* 5. *Chass in consuet. Burg. in proœm. text. Conte de Flandres nu.* 4. *Rosenth. de feud c* 9. *concl.* 17. *Vultej. de feud. c.* 10. *n.* 57 *lib.* 1. *Wesenb. in par. fffior. de reb. author. jud. possid. n.* 5. *& cons.* 50 *per tot. Cravet. cons* 197. *n.* 2 *&* 3. *cum alleg. vol* 2. Nisi I. suspecti sint de fugâ, *Joan. Baptist. tr. de deb. susp. & fug qu.* 6. *quinta quæst. pr. Casp. Bæt. de rep. deb. c.* 16. *n.* 126. *Covarr var resol. d. c.* 1. *nu.* 9. *Azevedo ad const. Hisp lib* 3. *tit.* 6 *leg.* 15. *n.* 12. II. Bona sua in fraudem creditorum occultent, *arg. t. t ff & C. quæ in fraud. cred. § Item si quis, Inst. de act Guttierr de contract. jur d. c* 16 *nu.* 14. *& seqq Azevedo lib* 6 *ad const. Hisp. tit.* 2. *leg.* 4 *n.* 31. III. Tempore contractus se negaverint nobiles, propter commissum dolum, *Gomez. in com. ad ll. Tauri, leg.* 79. *n.* 5 *&* 2. *var. resol. c.* 11. *n.* 54. *per l.* 1. *C. ad SC. Macedon l. qui cum, ff. de re jud l.* 2. *C. si min se maj. dix.* vel IV. Nisi á virtutibus progenitorum degenerent, *Brun. de cess. bon.* 11. *qu.* 4. *princ. nu.* 5. *Coler. de process. cap.* 6. *num.* 351. *p.* 1. *Baet. de inop. debit. cap.* 17. *num.* 11. *& seq.* & cum M. Antonio Heliogabalo suum sibi quemq; optimum hæredem præsupponant, **Alles vertrun / darnach die** Creditores **enterben** / *Reusner. in Symbol. mpp. class.* 3. *Keller. de ff. juriid. polit. lib.* 1. *cap.* 16. *Ruland. de Commissar. p.* 1. *lib.* 6. *c.* 13. *n. fin. lit.* a. propter turpitudinem sc. vitæ, quam elegerunt, *Gratian. lib.* 1. *discept. forens. c.* 186. *n.* 26 *per l.* 1. *C. de secund. nupt. l.* 1. *C. ubi senat. vel clariss. l. senatoris,* 47. *ff. de rit. nupt. l.* 2. *l.* 12. *l.* 17. *C. de Dignitatibus.*

§. VI. 107. In vinculis subterraneis, **Stock vnd Halßeisen** / propter delicta non sunt detinendi, *arg. l.* 1. *de carcer. reor. Bon. de Curtil tr. Nob. p.* 5. *n* 12. *Tiraq. de pœn. temper. cauſ.* 31. *n.* 19. *& seqq. Joh. le Cirier. de primog. lib.* 2. *art.* 2. *nu.* 6. *Casp. Baet. de rep. deb. c.* 16. *n.* 27. *Guttierr. de contract. jur. c.* 16. *n.* 3. *lib.* 1. *Wesenb. cons.* 50. *nu.* 50. sed vel in civitate, *Gail. de pignorat. Obs.* 9. *n.* 4. *Farin. lib.* 1. *op. crim. q.* 33. *n.* 61. *Paru de Put. tr. Syndicat, in verb. Carcer. vers an potestas, n.* 3. *Azev. ad const. Hisp. lib.* 6. *tit.* 2. *& seqq.* in Pa-

Lacio, *Ruding. 2. Obs. 58. n. 6.* in curia, *Pruckm. cons. 2. n. 331. vol. 1.* vel in loco æditiore sub custodia militum, vel commentariensium asservandi, *Coler. de proceſſ. exec. part. 2. c. 3. n. 169.* maximè si nondum sunt convicti, *Tiraq. de Nob. c. 20. n. 30. & seq.* Unde si Nobilis, detentus in palatio, pro crimine aufugeret, excusandus erit Officialis, quia poterat in ejus nobilitate confidere, & eundem in palatio detinere, nõ aliter devinctum. *Thom. Gram. dec. Neap. 14. n. 3. & 4. Boër. dec. 217. n. 9. & seq. Otalora de Nob. Hiſp. 4. part. pr. c. fin. n. 2. Tiraq. de Nob. c. 20. n. 28. 32. Lupus in rub. de don. int. vir. & ux. §9. n. 14. & seq. Alph. ab Azev. cons. 27. per tot. & n. 50.* ubi Nobilium fugam refert inter casus solutos. An Nobiles carceratus possit se per programma pubicum, **durch ein offens Schreiben**/purgare? *vid. Joh. Sich. d. cons. crim. 9. n. fin.*

§. VII. 108. Ad triremes, **auff die Galeen**/quæ pœna successit in locum antiquæ deportationis, *Weſenb. in par. ſſtor. ad L. Cornel. de ſicar. n. 18. & ad tit. de qu. n. 5.* sive damnationis in metallum, *Camill. Borrell. pragm. odia litium, §. 1. gl. 3. nu. 322. Cavall. dec. 21. n. 3. lib. 5.* & in mari mediterraneo, utpote in regno Siciliæ aliisq; locis Italiæ recepta est, *Hortenſ. Caval. de brachio regio, p. 4. nu. 28. Vinc. de Franch. dec. 116. n. 9. lib. 1.* damnari de facili non debent, *Farin. prax. crim. part. 3. q. 98. n. 99. Covarr. lib. 2. var. reſol. c. 9. n. 3. & seq. Otalora de Nob. Hiſp. p. 4. c. ult. n. 4. Foller. in pract. crim. canon. c. 36. n. 11. Gram. dec. 32. Capoll. cons. crim. 39. n. 23. Fab. de Anna cons. 34. n. 4.* Neque ad rem pertinet, quod pœnæ genus ξυλαγώγιαν vocat *Tholoſan. lib. 31. ſyntag. jur. univ. c. 37. n. 6. & seq.* & in stativis præsidiisq; **in Guarniſonen und Feſtungen**/ apud nauticum Oceani Germanici frequens, inde non retrò ab hinc annis in aulis Principum usum, sunt adigendi.

§. IIX. 109. Manus ipsis propterea, quod aliis in viis insultarunt, non est amputanda, *Matth. Berlich. part. 4. pract. concl. 20. nu. 24.* sed vel relegatione, vel carcere, vel alia pœnâ arbitrariâ sunt puniendi. Et ita Jenenses in casu contra Henricum ab Erdorff respondisse testatur *Matth. Coler. dec. 155. nu. 18. & seq. part. 1.* Contrarium tamen jam ante Scabinos Lipsenses mens. Septemb. Ann. 1584. pronunciasse, & cuidam Nobili, **vermög Sächſiſchem Recht**/etiam amputationem manus adjudicasse narrat *idem Berlich. d. loc.*

§. IX. 110. Propter furtum, vel aliud crimen suspendi dignum, laquei suppliciorum sunt plectendi, *arg. l. moris. 9 §iſta, 11 ff. de pœn. Lupus in rep. rub. de don. int. vir. & ux. §9. nu. 19. Otalora de Nob. Hiſp. part. fin. c. fin. n. 4. Farin. part. 3. prax. crim. q. 98. n. 100. Capoll. de Imp. mil. delig. c. 4. nu. 27. Bajard. ad Jul. Clar. § Furtum, nu. 68. Matth. de Afflict. in Conſt. terminum vitæ, n. 46. lib. 1.* flagellis vel fustibus non sunt cædendi, *l. 5. C. Ex quib. cauſ. infam. c. paſtoralis, in fin. pr. de off. deleg. Bart. in l. 2. C. de term. mot. Boër. tr. de pœnis q. 7. n. 50. Joſeph. Ludov. dec. Lucenſ. 1. n. 23. Azeved. cons. 29. nu. 21.* sed potius decapitandi, *Chaſſ. in catal. glor. mund. p. 8. conſid. 33. Caſp. Bael. de inop. deb. c. 16. nu. 16. Jam. le Cirier. de primog. d. art. 2. n. 6. Tiraq. de Nob. c. 20. Matth. Steph. de jurisd. lib. 1. p. 1. c. 1. nu. 88. Bonifac. tr. de furt. §12. nu. 69. Covarruv. 2. var. reſol. c. 9. n. 4. verſ. 5. & 6. Grammat. deciſ. 36. nu. 6. Fab. de Anna cons. 34. num. 3. & seq. Farin. cons. crim. 33. nu. 16. lib. 1.* Nisi in crimine proditionis deprehensi fuerint, *Schrad. de feud. part. 9. c. 3. n. 66. Clarus lib. 5. pract. crim. §fin. q. 60. n. 24. Foller. pract. crim. d. c. 16. n. 16. Farin. d. q. 98. n. 115. Gramm. conſ. 40. n. 11. & voto 3. nu. 8.* quo casu etiam suspenduntur in Gallia, *Bod. lib. 6. de rep. c. 6.* In Anglia Illustres & Nobiles ex speciali Regis gratiâ securi decapitantur, *Eman. à Metern lib. 31. relat. bell. Belg.* quod etiam apud Italos, Hispanos, Narbonenses, & Aquitanos in usu esse refert *Bodin. dict. cap. 6. de Repub.*

ubi addit, Belgas Nobilium jugulum gladio, pecudem in morem, haurire consueviſſe.

III. An actio παλινῳδίας, auff einen Widerruff/ á plebejo adversus Nobilem intentari poteſt? De jure civili cum palinodiam canentem maneat facti infamia, *Marq. Freher. de Exiſtim. lib. 3. c. 9 n. 13. & ſeqq. arg l. 2. ff. de obſeq. parent. Lob hoc, 20. ff. de his qui not. infam. l. ea quæ, 13. l interlocutio, 19. C. Ex quib. cauſ. infam. irrog.* negandum, *Covarr. lib. 2. var reſol. c. 9 nu. . Bernard Diaz in pract. Canon. c. 66. Azev. ad conſt. Hiſp. lib 8 tit. 10. leg. 2. n. 100. & ſeq & n. 238 cum ſeq. Tiraq. de Nob. c 20. n. 114. arg. l non debet, 11. verſ. ſed nec ff. de del. mal.* De jure Saxonico cum damnatum nonſequatur infamia, *per conſt. Elect. 42. p. 4 & ibi Dan. Moller. n. 8.* affirmandum, *Petr. Friz. de Nob. civ concl 25 lit. a.* Unde Nobiles hujus condemnatos dedecori ſibi futurum putare, ſi in ſententia ipſis reſervaretur exiſtimatio, notat *Weſenb. in part ff tor. de injur. n. 18.* In Hiſpania á recantatione excuſari Nobilem, ſed cogi pœnam pecuniariam perſolvere, ſcribunt *Petr. Salaz. tr. de uſu & conſuet. c. 1. nu. 109. Pariad. lib. 1. rer. quotid c. 10. n. 9.* quæ ſingularis quidem eſt Regis gratia, ſed exiſtimationi injuriati minus æquo conveniens, *Grav. concl. pract. Cam. 65. n. 10. lib. 1.*

112. Colophonem claudat quæſtio, An Nobiles renunciare poſſint privilegiis ſuæ nobilitatis? E. g. ut pro debito civili in Carcerem ducantur? Negant *Gomez. var. reſol. tom. 2. c. 11. nu. 54. Otalora de Nob. Hiſp. 2. part. princ. c. 6. n. 3. Hier. de Cevallos pract q 689 per tot. Doc. reſp. 66. n. 66. vol. 3.* Etiamſi renunciatio ſit juratæ. *Azev. ad conſt. Hiſp. lib 6. tit 2 rub. n. 14 & ſeq. Item nu. 18 & ſeqq. Cavall. d. q. 689 n. 4. cum alleg. Gomez. tom. 2. var. reſol. c. 14. n. 24 Burgos de Paz conſ. 10. n. 7.* cum nobilitatis jura ſanguinis jura ſint, *arg. l. 1. quæ omnia, C. de vet. jur. enucl l. 1. C. de jur. aur. annul. l. 1. in pr ff de cenſib. l. ſtemmata, ff de grad.* quæ nec renunciatione, nec ullalege humana tolli poſſunt, *l. jura, 8. ff. de R. I. l. jus, 34. ff de pact. l. abdicatio. C. de pact. poteſt.* Nos affirmativam ſequimur, *cum Covarr. in c. quamvis, de pact. in 6. 2. part in princ. n. 5. & ſeqq. Grat. lib. 2. diſcept. for. c. 328. n 25. Menchac. de ſucceſſ. creat. § 30. nu. 295. & 29. n. 17. Palaez. de Majorat. p. 1. q 38. n 2. Parlad lib 2. rer. quotid. c. fin. p 5. § 6. n 12. Garſias de Nob. gl. 6. n. 18. & 19. n. pr. Guttierr. de juram. confirm. part. 1. c. 16. n. 37. & ſeqq. ubi diſtinguit in nobili ex privilegio, & nobili ex ſanguine,* per Regulam, quod quilibet renunciare poſſit his quæ in ſui favorem ſtatuta ſunt, *l. pen. C. de pact l. pactum 46. ff ead l. etſi. 4. § 4. ff ſi quis in caut. l. ſi judex, 41. ff. de minor.* Qui ergo jus ſuum remiſit, eó amplius uti non poteſt, *l. 1. § qui ſemel, ff. de ſucceſſ. edict. l. quærit. § ſi venditor ff de adil. edict.* cum nemo audiendus ſit contra id, quod viva voce approbavit, *l. generaliter, C. de num. pecun. l. ſicut, ff. de O. & A. l. 2. C. quand. lic. ab empt. diſced. l. 12. in fin. pr. C. de rei. cred. l. 25. ff. de adopt. l. 4. C. de revoc. don l. 17. ff. de evict. l. ſi qui, ff. de act. empt.* Nisi renunciatio cederet in præjudicium & opprobrium totius nobilitatis, *Cavalles á q. 689. n. 5. Marc. Avendan. tr. de renunc. priv. c. 6. nu. 17. & ſeq. Baët. de inop. debit. c. 16. n. 37. & ſeq. Adde Menoch. lib. 6. præſ. 41. n. 5.* nempe ut patibulum, ſeu infelicem arborem, *ut vocat Livium lib. 1. Hiſtor. Rom. c. 26. & explicat Turneb. lib. 4. adverſ. c. 3.* agerentur, In quibus & ſimilibus caſibus valeret renunciatio.

§ (*) §

CAPUT

CAPUT XIII.

De Actionibus seu Remediis Nobilibus ad defensionem sui status competentibus.

113. Cum autem naturaliter quæcunq; persona desideret honorem & augmentum sui status, familiæ & agnationis, *Abbas cons 65.n.3.lib.2.adde Cephal.cons. 615.n.87.& seqq.lib.5* Etiamsi villanus, & infimæ conditionis homuncio sit, *Boër.dec. 204.nu.31.* magis tamen ex regio, claro & nobili sanguine natus. *Mantic de conject. ult.vol.lib.6.tit.15.n 1.Lud de Casannat cons.45.n.13.& 138.cons 56.n.34 Sazius cons. 2.n.13.Lud.Morott.resp 99.nu.20* Ideoq; visis Nobilium privilegiis perscrutemur quænam iis ad defensionem eorundem remedia competant.

114. Et cum honor & Existimatio hominis omnium rerum sit pretiosissima, *arg.l.si in duabus, 104.ff.de R.I.Chass in catal.glor.mund.p.1.consid.2.* Amissio autem honoris gravior, quám pecuniaria, *l.in servorum, 10 § fin.ff.de pœn.Cothm.cons. 87.n.17.& seqq vol.2 Jas.cons.154 n 2.& seqq.vol.2.* sed & gravior famæ bonæ, quám bonorum, *arg.c.ex merito, 6.qu.1.l Julianus, 26.ff si quis omiss caus l.reprehendenda, C. de inst.& subst.Surd.dec.89.n.21.lib 1.Ceph.cons 687.n.8.& seq.lib.5.* & oculorum jactura, *l.infamia, 8.C.de Decur.Ruland de commiss.lib.7 c.5.nu.3.part.1.* adeó ut famâ & vitâ á pari procedant, *Gail.1.Obs.10.n.2 Obs.123 n.5.& seq 2.Obs.10.n.5 & seqq. Schrad.de feud.p.9.c.4.nu.105.Ant.de Amat.dec.119.nu.8.Azev cons.28.nu.12.Zas. cons.9.nu.35.lib.1 Reusn.cons.2.nu.49.& seqq.lib.1.* & mortem magis perferre quis debeat, quám honorem perdere, *l.isti, §pen.ff.quod met.caus.Ne vizan.lib.1.Sylv.nupt. nu.24 Vultej.cons.M.29 n.3.& seqq.Menoch cons.302 n.1.& seqq.tom 4.Pacian.cons. 12.nu.40.* Ideoq; qui suggillatione, & verborum jactatione, *quám omnino requirit Gerad Mazol.cons.14 n 31.* aliquem Nobilem esse negat, in Cam.Imp.conveniri potest ex L.Diffamari 5.*C.de ingen.manumiss.* ad restitutionem honoris & pœnam privilegio insertam, *Gail.1.Obs.10 n.2.Myns.5.Obs.81.n.2.Lud Swartzmaj.lib 2.miscell. jur.c.13.Menoch cons.1261.n.36.& seqq.lib.3.Confer.Gylman.in Symph præjud.Cam. lib.3.tit privilegium, fol.275.* ubi ait, quod etiam Fiscus pro jure & interesse fisci intercedere possit, scribunt *Rod.Suarez in alleg.4.n.8.Covarr.lib.1.var.resol.c.18.n.8. Molin.de primog.Hisp lib.3.c 14.n.26.* An veró patri nobili hoc remedium competit, si filius dicat patrem esse plebejum & ignobilem? *vide Georg.de Cabed.lib.1.pract.Obs. 43.n.4 & 6.Ant à Gamm dec.202.*

115. Sed quid si pro tempore nulla adsit diffamatio, de statu tamen suo in futurum controversiam vereatur? Hoc casu curet declarari per Principem, se descẽdere ex hac, vel illa familia, *Menoch.d.cons.1261.n.42.vers.cæterúm, lib.13.Schneidew. ad § præjudiciales, 13.n.34.Inst.de Act.Blarer.ad L.Diffamari, c.6.n.8 arg l.si contendat, 28.ff de fideiuss.* Qua ratione is, qui Comes est, petere potest, ut Comes declaretur, *Molin.de primog.Hisp.c.14.n.30.in fin.Nic.Bellon.lib 1.supput.c.19.n.2.* Qui est in possessione alicujus juris vel libertatis, petere potest, ut sibi continuetur & imponatur silentium ei, á quo timet vexari, *Hub.Zuchard.tr.de miss.in poss.n.133. Menoch.de adipisc poss.remed.4.n.348.Mascard.de probat.concl.980.nu.4.vol.2.Tiraq tr.le mort saisit*

le vif.p.6.declar.2.n.8.Guid.Pap.dec.219.n.1.Alciac.reſp.389.n.6.Bertr.conſ.168.nu. 7.vol.1. Ita ſimultaneé inveſtitus petere poteſt á judice, ut declaretur, conjunctam manum aut ſimultaneam inveſtituram ſibi in feudo competere, *Zang.de except.part. 3.c.26.n.199.Sic.Neap.conſuet.feud.10 n.7.adde Clarum 4.ſent.§feudum,q.42.H.Piſt. p.1.qu feud.6.cum 8.ſeqq.Nic.Intrigl.tr.feud.qu.51.per tot.Schrad.de feud.c.7 & 8.p.8.* filius nondum mota lite, recté flagitat ſe pronunciare legitimum; *Eman.Suarez.in theſ.com opin.lit.f.n.26.Covarr.tr.de ſponſ.part.2.§8.n.2.ubi tamen ait, hoc non temni eſſe admittendum.* Et qui ſemel legitimatus petere poteſt ad illius legitimationis confirmationem iterum legitimari, *Menoch.de remed.4.nu.351.Caſtr.conſ.221.lib.1 Sic. jun.conſ.120.n.5.& conſ.154.nu.9.lib.2.Catera hiſ ſimilia prætereo.* Qui enim honorem ſuum perſequitur, nemini infert injuriam, *l.quod Reipub.33 l.injuriarum,13.§6. ſi.de injur.* nemini infert injuriam, *l.nullus,55.l.factum,155.§1.de R.I.Honded.conſ. 107.n.45.& ſeq.vol 1.* etiamſi per conſequentiam tertium lædat, *l.Proculus,26.in fin. l.fluminum,24.ff.de dam.infect.*

116. An ex L.Diffamari, vel actione injuriarum conveniri poteſt, qui alicui objicit, Sum te Nobilior? Affirmant *Farinac.in prax.crim.part.3.q.105.n.173.Chaſſ. in catal.glor.mund.part.8.conſid.ult.ubi tamen ait, Injuriam eſſe, ſi inferiori tale objiciat.* Negant recté in terminis terminantibus, *Gulielm.de Cun.cenſ.5.nu.2.& ſeqq.tom.1. conſ.crim.Joh.Baptiſt.de Plot.conſ.131.nu.20.ibid.Lancell.Conrad.tr.de Duell p.1.concl. 17.n.20.Bocer.cl.2.diſp.4.th.33.* Gilhauſ. *de injur.& famoſ.libell.§6.n.44.Harpprecht. tr.crim.de injur.nu.135.Alciat conſ.2.lib.7.quem refert Bajard.in addit.ad Jul.Clar.§. injuria,nu.28.arg.c.Paulus,& c.puto,2.q.7.c.illud,c.vereor,8.q.1.* Etenim qui ſe nobiliorem dicit altero, is ei nobilitatem non detrahit, ſed potiùs attribuit, atq; præſupponit, fateturq; eum æqué eſſe Nobilem, *Zaſ.de feud.part.2.n.2.ubi ait, Qui medicè nobilis eſt, rectè & is nobilis eſt.* Quippe cum comparativum ſemper ſuum poſitivum includat, atq, præſupponat, *Everh.à Middelb.in top.loc.98.Jaſ.in l.ſtipulatio, 74.nu.2.ff.de V.O.arg.l.cum filius,76.§ pater,5.ibiq; Bald.& Gothofr. de legat.3.ubi, §2,ibi: Cum id quod bono melius ipſum quoq; bonum ſit.ff.de V.O.*

117. An Nobilis, cui honor debitus denegatur, utpote quod poſtpoſitis omnibus ultimo loco collocetur, actione injuriarum agere poteſt? Ajunt *Bald.in l. obſervare, §antequam,nu.3.ff.de off.proconſ.Bajard.in addit.ad Jul.Clar.§injuria,nu.6. Grat.lib.1.diſcept.for.c.110.n.23.& ſeqq.& lib.2.c.210.n.53.& ſeqq.* Negant *Joh.Faber in § aliam, Inſt.de bon.poſſ.Chaſſan.in catal.glor.mund.p.1.conſid.38.concl.29.& in conſuet.Burg.rubr.6.§ 4.nu.17.& ſeq.H.Hartman.lib.2.pract.obſ.4.n.2.t.49.per tex. expr.in l.injuriarum,13.§ ſi quis,4.ff.de injur.* Conſultiùs judicamus præmiſſa proteſtatione, *v.Rul.de Commiſſ.p.1.lib 6.c.11.n.2.* quæ jus proteſtantis conſervat, *l.ut perfectas,C.de annal.except.c.1.de iis quæ vi metuve cauſ.Gylman.in ſymph.tom.relat.19.n. 6.Bertr.conſ.360.n.5.vol.6.* implorare officium judicis, *Gail.1.obſ.21.n.22.Gerard.de Petra ſing 33.n.2.Azev.conſ.29.n.28.Farin.conſ.crim.94 nu.8.lib.1.* Quamvis communiter eó itum ſit, Nobilis interdicto Uti poſſidetis ſe tueri poſſe, maximéſi ſint in quaſi poſſeſſione honoris, *Rebuff.in l.un.n.355.gloſſ.1.C.de ſent.qua pro eo quod intereſt, Azeved ad conſt.Hiſp lib.6.tit.2.in rub.n.107.Boër dec.151.n.2.Purpurat.in l.1. n.93.ff.de jurisd.omn.jud.& conſ.540.n.19.lib.2.Gylman.in ſymph.præjud.Cam.tit.injuria fol.155.tom.3.ubi ait,* Ita factum in Camera in cauſa Imling contra Hailprunn 2.April.Ann.91.

118. Quod

118. Quod tamen negandum videbatur, Tum quia interdictum Uti possidetis datur tantùm pro rebus corporalibus & immobilibus; *l.1.§ 1.6. & seqq.ff. uti possid. Donell. ad l.un.C. Uti possid.nu.14. & seq. Bocer.cl.4.disp.5.th.52.lit.a.& b.* Nobilitas autem velut jus quoddam incorporale, nec manibus palpatur, nec oculis cernitur: Tum quia datur non contra verbis, sed facto & re ipsa turbantes, *Fab.in §retinenda, 11. Inst. de Interdict. arg.l. 1.§ interdictum, ff. de vi & vi arm.l.13.in fin.ff.de injur. l.25 ff. de act.empt. Wesenb.in par.ff.tor.ad tit. Uti possid.n.5 Anchor.cons.248.n.2.* Nobilitas autè personæ & ossibus inhærens qualitas, omnem realem turbationem aversatur. His tamen nihil obstantibus contrarium pronunciavimus *cum Didac.Covar. lib.1.var.resol.c.16.nu.12.P.Histor.lib.4.quæst.9.n.15. Vinc.de Franch.decis.90.nu.6. part.1.Petr.Friz.de Nob.Civil.concl.27. prater supra in th.7.alleg.* Nobilitas enim jus est incorporale: Turbato autem in jure aliquo incorporali, utili interdicto Uti possidetis succurritur, *arg.l.fin.ff. Uti possid.l.sicut, 8.§ Aristo.5.ff si serv. vind.l.fin.ff de serv. Oldendorp.class.2.act.4. Vergin.de Bocat.1r.de Interdict.cap.8. Pistor.d.qu.9 per tot. Marantatr. de remed possessor. num.14.* Unde Domino in quasi possessione jurisdictionis, *Gylman.dec.Cam.2.num.2.lib.2.& in symphor p.2.tit.6.vot.6 num.1. Meichsn. dec.Cam.33.num.14.tom.3. Cephal.cons.458.num.25.lib.4. Ruin.cons.53.nu.3.in pr. lib.3. Everh. Jun.cons 17.nu.77.vol.1.* Rectori Ecclesiæ in quasi possessione juris rectoriæ, *Menoch.de retinend.possess.remed.3.num.126.& seqq.* & patrono in quasi possessione jus præsentandi turbatis conceditur, *Petr. Rebuff.ad const.Gall.tom.3.tit. de cauf benef.poss.in præfat.nu.17. Menoch.d.remed.num.131.& seq. Fr.March.qu.140. part.2 Maranta cons.100.nu.1.& seqq.* 11. Tum quia contra eum, qui jus alterius obscurare nititur, ut turbatorem rectè hoc interdictum intentatur; *Menoch.d.remed. 3.n.299.* At is, qui Nobilem aliquem negat, utiq; jus nobilitatis obscurare cogitat, tum vel maximè, quando facto ipso turbat, puta delendo arma vel insignia. *Chass.in cons.Burg.tit des successions des bastards, rub.8.§3.n.22. Rebuff.ad reg.const.Gall.tom. 3 tit de mat.poss.art.1.gl.2.n.33. Menoch.d.remed.3.n.502. Cæsar.Contard.ad.l.Diffamari.1.nu.1.* Tum deniq;, quia Prætor omnem vim hoc interdicto vindicat; *l.1.ff. Uti possid.* Atquando Sejus se opponit Cajo in nobilitate neganda, vim utiq; facit turbativam, *Mansuer.in pract.tit.11.de possess.nu.7.ubi allegat Joh.Fabr.* Quid ergo obstat, quòminùs eam hoc saluberrimo Interdicto vindicare poterit?

119. Sed an Nobiles & Principes prætermisso hoc legitimo remedio honorem, utpote sessionem debitam armis impunè vindicare poterunt? Ita consuluerunt *Vasq.Menchac.illustr. controv.c.18.n.16.& 18. H.Hartm.d.tit.49.obs.4.n.5 lib.2. Azev. cons.19.n.30. Fab.de Anna cons.7.n.21. Marz.cons.26.n.23.& seqq. Menoch.cons.902. n.76.cum seq.lib.10.* cum sit turbatio honorum, *G.Panciroll.cons.6.n.2. Peregr.cons.3. n.36.lib.2.* quæ cum vim includat, *arg.l.extat, 12.ff.quod met.caus.l.7.ff.ad L.Jul.de vi prv.* utique vi est propellenda, *l.3.ff.de l.& l.l.sed & partus, 12.§ 1.ff.quod met caus.l. scientiam, 45.§4.ff ad L.Aquil.l.1.§27.de vi armat. Joh.le Cirier de primog.q.3.lib.2.n.2. Laur.Sylvan.tr.de feud.recognosc.q.109.n.26. Cavalc.decis.19.n.87.lib.5.* adeó ut occiso invasore non teneantur pœna ordinaria, *Joh Gars.de expens.& melior.c.8.in fin. cum alleg.& tr.Nob.gl.35.n.59. Grat.lib.1.discept.forens.c.110.n.10.& seq.* Ita in conventu Imperii, quem Henricus III. Imp. Moguntiæ habuit, inter Archiepiscopum & Abbatem Fuldensem de loco exorta contentio ense dirempta fuit. *Naucler.vol. 2.gener.36. Nic.Serr.rer.Mogunt.lib.5.in Episc.22. Spangenb.in Chron. Mansfeld.c.223.*

Arcum teste Vasquio *part. 1. controv. c. 18. num 19.* aliquantulum *l. quod attinet, 31. in fin. ff. de R. I.* adversari videatur, subsisto cum Cesso, Vereor enim formulam, HOC AGE.

20. Pro Rostris Imperii pendet lis, ejusq; diremptio TRIBUNAL est Aula Imperatoris, JUDEX ipse Cæsar. R. A. *de Anno 94.* § **Letzlich**/ *Olivar. Razzal. decis. 22. nu 2 part. 1. ubi ait, quod materia præeminentiarum sit magni præjudicii, & desuper sine superioris autheritate concordia fieri non possit.* Quod si ergo Processus super L. Diffamari, in Camera petuntur, ii denegantur, *Gylman. in tymph. præjud. Cam. tit. lex Diffamari, fol. 175. tom. 3.* MODUS PROCEDENDI, Quamvis aliâs sit summarissimus, ita ut unicus saltem possessionis actus attendatur, *c. Ecclesia, de caus. poss. & propriet. Cravett cons. 124. n. 7. Dec. resp. 84 n. 27 vol 5. Rol. à Vall. cons. 47 n 27 vol. 1. Menoch. cons. 126. n. 2. vol 2. Bursat cons. 343. nu. 74 lib. 4.* Etiam novissimus, *d. c. cum Ecclesia, tex. in l. idem Mela, § sed si. ff. de alim & cib leg Fab. de Anna cons. 40. nu. 9.* de sessione tamen controvertentes causæ merita ternis in universum scriptis pandunt. **Reichs-Abschied** *de Anno 70.* § **Den andern**/ *106. Denaisius in jur. Camer. tit. 287. §1.* Quibus verò sui sunt ex conventione judices, coram iis ad causæ conclusionem procedunt, & cognitionem deinde Cæsaris desuper expectant. R. A. *Anno 70.* § **Damit nun dieses**/ *Denaisius d. tit. 287. §1.* ACTIO. Judicium possessorium, *vide supra th. 117 & seq adde Peregr. cons. 3. n. 4. lib. 2.* PROBATIONES non desumuntur ex nobilionibus insigniis, *cum Purpur. cons. 540 n. 17. Dec. resp. 19. n. 240.* non ex titulorum multitudine, *cum Freccia lib. 1 de Orig. Baron. & lib. 1. de feud. c. 3.* non ex familiarum antiquitate, *cum Natta cons. 683. nu. 23. & seqq. tom. 3. & aliis,* neque ex descriptionibus Statutum in Recessibus Imperii, *cum Joan. Fichard. cons. 77 n 12 tom. 1.* sed ex longa inveterataq; consuetudine, seu actibus possessoriis, *arg. l. observare § antequam ff. de off. præf. urb. Knich. de Sax. no prov. jur. verb. Ducum, c. 2. nu. 136. Marc. Ant. Surgens de præf. prætor. lib. 1. c. 27. n. 38. Joseph. Gonzales var. quæst. c. 14. n. 22. Ant. à Gamma dec. 1. n. 49. Fr. de March. dec. 1365. n. 2 & 6. p. 1. Menoch. cons. 257. cum seq. & cons. 784. nu. 1.* SENTENTIA, pro quasi possessore, vel qui melius suam possessionem probaverit, pronunciatur, *arg. l. un. C. uti possidet. Avendan tr. de exseq. mand. part. 1. c. 19. n. 16. Dec. resp. 84 n. 26. vol. 5. Corn. cons. 193. nu 11. vol. 2 Port. Immol. cons. 164. nu 48. Fab. Anna cons 40. n. 10 & seq. Menoch. cons. 51. nu 40. lib 1. cons. 126 n. 6. lib 2. Bursat. cons. 343. nu 75. & seq lib 4.* Placitis deniq; Cæsareis obtemperatur. *Idq; per R. A. de Anno 70.* § **Den andern aber**/ *ibi:* **Vnnd was also darauff von uns mit Recht erkennt/ darbey soll es endtlich bleiben.**

121. Qr. An Nobilis insultatus á plebejo teneatur fugere? Quamvis communis sit opinio, fugæ necessitatem nemini imponi, tum quod degeneres animos timor arguat. *Virgil. lib. 4. Æneid. in pr.* tum quod turpe sit in ignominiosum, præsertim Germanis fugere, *Bart. Romulej. ad l. ut vim, n. 61. ff. de just & jur. Sixtin. cons. Marp. 2. n. 46. vol. 2. Bertr. cons. 290. n. 10. vol. 3 part. 1.* tum quod periculosum sit propter lapsus periculum, *Everh. jun. cons. 68. nu. 14. vol. 1. Bocer. tr. de jur. bell. lib. 2. c. 9. Obrecht. ad l. 3. ff. de i. & l. n. 194. & seqq. Donell. ad l. 1. n fin. C. unde vi, Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. m. 2. nu. 84. Farin. oper. crim. part 5. qu. 125. nu. 126 ubi ajunt, id æquè posse accidere plebejo quam nobili.* Nec enim Dii de cœlo descendunt, ut quenquam defendant seu juvent, *masculas sed seditiosa ajebat Manlii oratio apud Livium lib. 6. histor. Rom. c. 18.* quodq; ob eam aggressor animosior reddatur, *Bertazz. cons. 312. n. 11.*

n. 11. lib 2. & fugientem magis magisq; sectetur, *Boter. lib. 2 de polit illustr. c. 4.* Eam tamen opinionem ita limitant, *Gail. 2 obs. 100 n 7. & seq. Tiraq de Nob. c. 20. nu 63. & seq. Bon. de Curt. tr. Nob p. 5. nu. 89. Hippo. de Marsil § quoniam, n 8 in prax. crim. M. Freher de existim lib. 3. c. 25. nu 21. Vivius decis. 439. nu. 20. Pruckm. cons. 22 num. 79. Azeved cons. 21. num 27. Farinac. cons. crim. 141. nu. 20 lib. 2 Gerh. Mazoll cons 71. n. 24. vol 1.* ut procedat tantúm in Nobilibus, quasi plebeji si insequuntur, fugere recantur, non verò Nobiles, quibus fuga turpis sit & ignominiosa; *Vincent. de Anna in consil. term. vita, nu 65. Paru de Put tr. de re mil. lib 6 q. 18. n. 5. Vaq lib. 1. controv. c. 11. n. 14 Decian. resp. 34. n. 62. & seqq vol. 4 Bursat. cons. 271. nu. 23. lib. 3. Wesenb. cons. 19. n. 17 part 1.* Etiamsi ipse aggressor Nobilis sit, *Petr. Calepha inter cons. crim. diverf. cons. 103. num 11. lib. 1 Cephal. cons. 506. nu 30. lib. 4. ubi ait ex Alciat. tr. de singul. cert. qu. 33. quod Nobilis ex quatuor gradibus proavorum possit provocare Ducem. Idem Paris de Put. tr. lib. 7. qu. 8. Nobilis pro causa justa per tot.* Nam & asinus indignatur, ac auribus contumescit, quando per comparem apprehenditur, *ut ad rem ait Gloss in l. harum, 43 ff. de adquir. har. Eberh. à Middelb. in topica, loc. 14. à pari, in pr. Nicol. Boër. tr. de Ordin grad utr. fori, part. 2. n 60. Nevizan cons. 12. num. 58. inter cons. feud. Bruni.* Unde Nobilis provocatus **vff Ehr vnd Herkommen**/nõ comparens, aut fugiens, ignominia notatur in Germania, **wird für Ehrloß gescholten**/ & mensis atq; compotationibus Nobilium arcetur. Et in hujusmodi ignominiæ signum, consuetum esse laciniam, seu mappam, qua mensa integitur, pro ea parte ac latitudine, quam talis in decumbendo occupavit resecari testis est *Joh. Sichard. cons. crim. 8. nu. 46.* ubi ait, id in aula Comitis Wilhelmi de **Nassaw** in arce **Dillenberg** cuidã obtigisse: Quod genus notationis apud Germanos usitatiss. fuisse, refert *Rodolph. Agricol. in Epist. de congressu Friderici Cæsaris cum Carolo Duce Burgund.* Nisi per personalem comparitionem illa prior fuga postea purgetur, *Bart. in l. si quis, § secuti. ff. de ædil. edict Cynus in l. C. de requir reis, Sichard. d. cons. 8. nu. 38.* vel virtute deleatur, *ut est apud Jul. Cæsar lib. 2. de bell. Gallic.* Nam victis etiam redit in præcordia virtus, *Virgil. lib. 2. Æneid. vers. 367 Tacit. in vit. Agricol. c. 37. Thuan. lib. 11. histor. partis 1. tom. 2.* An Nobilis provocans Rusticum pugnabit per se, vel per famulum suum? *vid. Jacob de Castill. tr. de Duell. lib. 1. c. 2. n. 1. & seqq. Par de Puteo tr. de re mil. lib. 4. c. An miles per tot.*

Caput XIV.

Quibus modis Nobilitas probetur.

112. Atque hæc de Actionibus, quibus frustra experitur Nobilis, nisi intentionem nobilitatis comprobaverit. Nam, *ut ait Juvenal l 3. Satyr. 8.*

Collapsa ruunt subductis recta calumnis.

Paria autem sunt, non esse Nobilem, vel jus nobilitatis non apparere, *arg. c. fin. de probat. duo sunt, 30 ff. de test tut. l. in lege. 77 ff. de contrah. empt. l. si fuerit, 10 ff. de reb. dub. quo faciunt Gail. 1. Obs. 105. nu. 14. Anchor. quæst. 50. num. 12. lib. 3. Vivius dec. 34. nu. 1 Cacheran. dec. 129. nu. 9. Cavalc dec. 39. num 43. & seqq. lib. 1.* Nam cum Nobilitas sit qualitas quædam intrinseca seu adventitia, quæ non naturâ, sed ex accidenti inest, *Tiraqu. de Nobil. c. 10. nu. 13. cum seq. Cabedo dec. 73. num. 10. part. 2. Ripa*

lib.2.resp.c.26.num.2. Roland.cons.67.num.26.lib.3. Menoch.cons.312.nu.11.& seqq. libr.4. quandoquidem nemo Nobilium ex cœlo delapsus, *Pruckman.cons.50.num. 594.* nemo Patritiorum de cœlo missus, *Canulejus apud Livium libr.4. Histor. Rom.* nunquam præsumitur, sed plené probanda est, *l.statum, 6.ff.de fid. instrum.l.* [illegible] *probat. Menoch. libr.6.præsumpt.60.per tot. Mascard.* [illegible] *probat. conclus.1094.nu.1.& seqq.vol.2.Chass.in* [illegible] *burg.rub.4.§10.text.Entre toutes autres gens,nu.1.& seq. Guttierrez lib.3 & 4 pract.quæst.14.nu.3.Bursat.cons.62.num.24.lib.1.Curt.sen.cons. 18.nu.1.part 1.*

§. I. 123. Probatur autem Nobilitas per Instrumentum (vulgó Wapenbrieff) continens concessionem nobilitatis, *Azeved.ad const.Hisp.lib.6.tit.2.rub.nu. 213.238.& seq.Guttierr.lib.3.& 4.pract.qu.17.nu.151.Deciun.resp.66.nu.57.& seqq. vol.3.Farin.cons.crim.243.n.1.& cons.248.n.1.& seqq.lib.1.* Verba enim enunciativa Principis dicentis aliquem esse Nobilem probant nobilitatem; *Ant. Faber.in Cod. lib.9.tit.29.defin.15.nu.1.* Atqui instrumenta sunt talia, *Decius cons.146.nu.14.Jason cons.114.n.11.cum seqq.vol.1.Alex.cons.90.n.15.& seqq.vol.6. Ceph.cons.608.nu.17. & seqq.lib.4.* E. Hinc decantatæ Dd.formulæ, quibus Instrumentum asseritur probatio prompta & præsens, *Rim.Jun.cons.69.num.4.& cons.52.nu.108.& seqq.vol.1. Fab.de Anna cons.73.nu.1.cum alleg.* probatio probata non probanda, *Oliv.Razzal. dec.1134.n.2.part.2.Cludias de condict.c.4 n.45.Vultej.cons.Marp.22.nu.39.vol.1.Theming.cons.27.nu.7.vol.1.Honded.cons.89.nu.16.vol.1.Bertr.cons.192.nu11.cum seqq. vol.2.part.2.* Evidens, Evidentissima, *cap.cum dilecti, & ibi Panorm. extr. de donat. c.cum inter, extr.de iudic.cap.licet causam, extr.de probat. Borcbolt.cons.29 part.1.Bursat.cons.349.n.9.lib.4.Surdus cons.192.nu.13.lib.2.* manifesta, manifestissima, *Gloss.in l.ult.verb.manifestum, C.de reb.credit. Caval.an.decis.45.nu.22.& decis.seq.n.157.& seqq.lib.1.Decian.resp.72.nu.4.vol.2.Galeat.cons.106.nu.2.cum alleg.vol.1.* liquida & notoria probatio, *Dec.resp.2.n.96.vol.1.Alex.cons.119.n.5.vol.2.* ita ut non immeritó nominetur á Baldo, Noli me tangere, *cons.249. circ fin. lib.1.& consil.400.libr.5. Gram.dec.45.nu.9.cum seq.*

124. Verúm, cum generaliter verum sit possessionem per instrumenta probare conari frustra esse, *l.prædia,48 ff.de adquir.poss.Zuchard tr.de miss.in poss.nu.433. Wesenb in par.ff tor.de adquir.poss.n.6 in fin.Masc.de probat.concl 1184.Bapt.Costa cons. 78.n.5.Alb.Brun.cons.feud.20.n.20 vol.1.* quod & in Genealogia nova, *Menoch.cons. 732.nu.25.cum seqq.321.nu.4.Cacher.cons.10.nu.1.& seqq.* & literis investiturarum verum est, *Guid.Pap.dec.415.n.2.Cephal.cons.458.n.57.cum seq.Menoch.cons.402.nu. 7.& cons.701.n.14.lib.8.Cothman.cons.56.num.41.vol.1.* maximé si vergant in præjudicium tertii, *Pruckman.cons.22.nu.137.cum alleg.Wesenb.cons.21.n.54.ibiq; alleg. part.1.Molin.ad consuet.Paris.tit.1.§5.nu.10.* Quare ad probandam nobilitatem non sufficit, ut quis literas á Principe nobilitatis causâ impetratas proferat alioquin erit Nobilitas é cera miniata, & papyro constans, *ut loquar cum Hadr.Iun.in descript. Batav.c.19.vers. At apud Principes,* sed oportet, ut hæc tria concurrant. I. Quod nobilitas directé á majoribus descendat. II. Quod majores pro nobilibus habiti fuerint. III. Et quod ipse talem ubiq; se gesserit, *Bon.de Curt.tr.Nobil.p.6.nu.9. Masc.de probat.d.concl.1094.Chass.in catal glor.mund.p.8.consid.16.vers.& ideo, Marcall.Cala tr.de mod.artic.& prob.§2.gl.un.nu.256.& seqq. Franc.Marc.dec.805.nu.4. in fin.p.2.*

§II. 125.

§ II. 125. Per testes Nobiles, si haberi possunt, *arg. l. 11. l. 15. C. de fid. instr. Masc. de probat. concl. 1094. nu. 12. Cabed. dec. 3. num. 11. & seqq. part. 2. Bertr. cons. 302. nu. 10. vol. 4.* ne quid falsitatis excogitetur aliis testibus inductis, corruptis forte pecuniâ vel gratiâ, quæ non sunt suspicanda in Nobilibus, *per tex. in c. un. § Item, 2. vers. preterea, de not. feud. 2. F. 58. Tiraq. de Nob. c. 20. n. 20. Menoch. lib. 6. præs. 59. Gail. 1. obs. 101. n. 5. Scipio dec. Spirens. 98. lib. 3. Pruckm. cons. 2 nu. 330. & seq. Coler. cons. 28. n. 249. Honded. cons. 101. n. 38. vol. 1. Bursat. cons. 144. n. 17. lib. 2. cons. 320. nu. 33. lib. 3 Cephal. cons. 525. num. 35. lib. 3.* & quidem regulariter per duos, *arg. c. un. § 1. si de investit. int. dom. & Vasall. 1. F. 26. c. un. in pr. quid sit investit. c. un. § quod autem, in fin. de not. feud. 2. F. 58.* Ubi enim numerus testium expressus non est, duo sufficiunt, *l. ubi numerus, 12. ff. de testib. c. si testes, q 2. & 3. § ubi numerus*, quoniam pluralis locutio duobus contenta est. *c. pluralu, 40. de R. I. in 6. arg. l. in illam, 217. § 1. ff. de V. S. l. libertas, 17 § 3 ff. de manum. test. l. si ita 109. ff. de V. O.* Rei gravitas & momentum, quod hîc agitur, movit, aliquos, ut plures adhibendos voluerint, *arg. l. ult. vers. cum enim, C. de fideicom. Petr. Friz. de Nob. civ. concl. 27. lit. b. Gothofr. in prax. civ. lib. 1. tit. 5. de statu hom.* sed necessitatem de nobis faciant, qui consultius id futurum damus.

§ III. 126. Per Chronica seu documenta in publicis archivis reperta, *Joh. Gerr. de Nob. Hisp. gl. 1. n. 10. Gutierr. lib. 3. & 4. pract. qu. 13. n. 23. Illeph. Perez. de Lara tr. de Anniv. & Capellan. lib. 1. c. 25. n. 23. Trentacinq. var. resol. lib. 2. resol. 8. de fid. instr. per tot. Dec. resp. 66. n. 54. vol 3. Coler. cons. 42. nu. 76. & seq.* iis enim in antiquis creditur, *Nicol. de Passer. tr. de privat. script. lib. 5. qu. 6. tit. de libris Chron. per tot. Gylman. dec. Cam. 11. nu. 7. lib. 1. Meichsn. dec. 8. nu. 46. tom. 2. lib. 1. Mastrill. dec. 43. per tot. Thoming. cons. 16. n. 22. vol. 1. Cacheran cons. 3. n. 4. Menoch. cons. 1003. n 81. lib. 11. Natt. cons. 636. n. 41. & 91. tom. 3. arg. l. 1. ff. de off. consul l. 1. & ibi Iason n. 25. ff. si cert. pet.* maximè quando quis pro illis scribendis fuit deputatus, *Neviz. cons. 12. n. 80. inter cons. feud. Bruni.* Ad hanc classem referuntur I. Libri Historici: *Joh. le Cirier de primog. qu. 10. n. 8. lib. 1. Mascard. de probat. concl. 287. vol. 1. Menoch. cons. 112. n. 62. cum seq. Pacian. cons. 20. n. 91. Joan. Gallicius cons. 2. n. 2. var. feudal. Paris. cons. 1. nu. 50 part. 1. Rol. à Vall. cons 2. n. 60. vol. 1. Purpurat. cons. 402. n. 11. 29. 31. Everh. Jun. cons. 41. n. 8. vol. 1.* A majoribus enim scriptis, nos quoq; fidem adhibere debemus, *P. Greg de concess. feud. q. 1. n. 1. p. 5. Rod. Suarez. alleg. 8. n 21. Vincemala cons. 1. n. 105. var. feud. Pancir. cons. 6. n. 47. Gratus resp. 92. 5. & 7 lib. 1. Menoch. cons. 1. n. 274 cons. 2. n. 125. cauf. Finar. Fab. Turret. cons. 14. n. 15. 19. cũ seq. lib. 1.* II. Monumenta: *arg. l. census, 10. ff. de probat. l. in donationibus, 31. C. de don. l. vel quod, 6. vers. liberti ff. de relig. & sumpt. fun. l. monimentorũ, 6. C. eod. Farin. doc. crim. 290. n. 8. Gratus d. cons. 9. nu. 10. lib. 1. Menoch. cons. 1261. n. 13. lib. 13.* præsertim si publica authoritate facta, *Tholos. lib. 47. Syntag. iur. c. 10. n. 2. & seqq.* velut si *Plinius miminit lib. 6. c. 29.* III. Libri genethliaci, Stambücher/ *Gail. 2. Obs. 149. n. 7. cum alleg.* IV. Libri natales, Geburtsbrieffe/ quibus olim parentes natos sibi liberos apud acta profitebantur, *l. circa. 14. ff. de probat. Sfort. Oddi tr. de rest. in integ. q. 37. n. 48. Masc. de prob. lib. 2. concl. 671.* & apud Venetos, *Menoch. lib. 2. præs. 51. n. 4.* & Florentinos inter Nobiles adhuc in usu est. *Quint. Mandos. in com. ad reg. cancell. 18. q. 9. Gram. dec. 48. in fin.* Cujus acta tabularia vocat *Virgil. lib. 2. Georg.* libros actorum, *Juvenal. Satyr. 8.* & reponebantur ea olim in templo Saturni, quod inde ταμιεῖον συμβολαίων dicebatur, *teste Plutarcho.*

§ IV. 127. Per Matriculam Nobilium, *arg. l. 1. & 2. C. de Primicer. Dec. resp. 66.*

nu. 5.

nu. 5. vol 3. ita ut quasi possessionẽ tribuat, & onus probandi in adversarium transferat, Joh. Garsias de Nobil Hisp gl. 4. n. 8. & seq. & nu. 2. cum alleg. Gail. 1. obs. 21. nu. 9. Wintzler. de Collect. Obs. 9 nu. 9. & seq Til. de benign decis Cam. synt. 2. decis. 4 vot. 1 nu. 15. Gylman tom. 1. p. 2. tit. 11. vot. 4. nu. 14. & tom. 2 p. 1 vot. 7. n. 4. Fab. de Anna cons. 30. nu. 17. Quemadmodum enim negativa potest probari ex apertura & inspectione matriculæ, Br. Herculan tr. de proba d. negativ n. 168. & seq. Nicol. de Passer tr. de priv. script. lib. 4. q 3. Vultej cons. Marp. 30. nu. 13 vol. 3. Cravett cons 138 nu. 5. vol. 1. & cons. 313. n 5. vol. 1. Natta cons 45. n 3. tom. 1. Cephal. cons. 250 nu. 3. lib. 2. cons. 631 n. 17. & seq. lib. 5. Ita multó magis probatur affirmativa, quod quis sit talis, Trentacinq. var. resol. lib. 2. resol. 2. de fid. instr per tot. puta Status Imperii, Gail. 1. obs. 21. num. 2. Frider. Mindan. lib. 2. de process. c. 67. nu. 4. Matth. Steph. de jud. id. lib. 2. p. 1 c. 4. num. 37. Gylman. dec. Cam. 54. n. 1. lib. 2. Gœdd. in Respons. de Restit. Baron. Vallendar. nu. 211. Nic. Everh. jun. cons. 23. nu. 24. & seq vol. 1. Studiosus, P. Gilken. in Auth. Habita, C. ne fil. pro patre, n 7. Donell. ibid. n 6. Alciat. 3. reg. præf. 16. Cothman resp. Acad. 14 nu. 23. & resp 49. per tot. Civis, Mascard. de probat. concl. 1297. Mercator, Azeved. ad const. Hisp. lib. 2. tit. 16. n. 7. leg. 1. Chass. in Consuet. Burg. rub. 4. § 1. text. si ellen' est marchande, nu. 3. Miles, l. ex eo tempore, 42. ff. de testam. mil. Cohortalis, l. quicunque 10. C. de cohortal. l. 2. & 3. C. de commeat. Notarius; Menoch. lib. 2. præs. 78. num 3 dummodo alia non obstant, Jas. in l. Barbarius, 3. num. 56 ff de offic. prætor. Mascard. d. concl. 1297. Decian. resp. 66. num. 55. vol. 3.

§. V. 128 Per præscriptionem immemorialem, Chass. in catal. glor. mund. p. 8. consid. 20. Azev. ad const. Hisp. lib 6 tit. 2. rub n. 116. & seqq. Otalora de Nob. Hisp part. 3 c. 7. Guttier. lib. 3. & 4 pract. Obs. 14. nu 25. Mascard d. probat. d. concl. 1094. n 2. vol. 2. Somnium virid. de pot. sec. & eccl. c. 116. n 2. Bon de Curt. de Nob. p. 3 n. 132. cum seq. Hæc enim habet vim privilegii, l. hoc jure, § ductus, ff. de aq quotid. Mol. de Hisp. primog. lib. 2. c. 6. n. 13. Gars. de expens. & melior. c. 9. n. 17 & seqq. Laur. Sylvan. de feud. recogn. qu. 1. n. 27. Hier. à Laurent. dec. 128. n. 23. Cacher. dec. 29 n. 7. & dec. 30. n. 5. Mynsi. resp. 43. n. 10. cent. 1. Natta cons 636 n. 15. tom. 3. vim concessionis á Principe factæ, Mynsi. 1. Obs. 30. Gail. 1. obs. 21. n 15. in fin H. Hartm. pract. obs. t 46. Obs. 2. n. 2. Rol. à Vall cons. 66. n. 40. lib. 2. Cravett. cons 10. n 11. Pacian. cons. 20. n. 59. & seqq lib 5. vim regii assensus, Cothman. cons. 79 n. 72. vol. 2. Cephal. cons 26. n. 3. lib. 1. vim duorum vel trium testium. l. 2. C. de annal. except. Decian. resp. 45. n. 6 lib. 3. vim publici instrumenti, Mod. Pistor. cons. 12 n. 44. vol. 1 vim tituli legitimé adquisiti, M. Ant. de Amat. dec. 169. nu 26. Metich. n. dec. Cam. 4 n. 118. tom 2 lib. 2 Gabr. lib. 5. concl. de præscript. concl. 1. num. 44. Everh. lus. cons. 9. n. 6 & cons 41. n. 19. Fr. Becc cons. 180 n. 20. Joh. Philipp. Monspell. cons. 50 n. 40. vim veritatis, Ruding. 5. Obs. 76 n. 70. Camill. Borrell. cons. 32. n. 6. Zas. cons. 16. n. 13. lib. 2. Laur. Sylvan. cons. 59. n 9 Natta cons. 446. n. 12. tom. 2. Ita ut omnis jurisdictio. Pregr. de jur. fisc. lib. 6 tit. 8. Fab. de Anna cons 60 nu. 7. Coler. cons. 1. nu. 214. Everh. Jun. cons. 60 & seq. vol. 1. Paris. cons. 16. n. 18. lib. 4. Alex cons. 24. nu. 15. & seq. lib. 5. omnia Regalia & Imperium, Mynsi. 1. obs. 30. Sixtin lib. 1. de Regal. c. 5. nu. 136. & seqq. Paurm. de jurud. c. 23. nu. 36. & seqq lib 1 Balbus tr. de præscipt. 2. p. 3 princ. q. 6. nu. 13. Marhala juriud. p. 1. c. 32 nu. 26. Cravett. de antiq. temp. p. 4. q. 24. nu 201. Cephal. cons. 26. n. 2. Zas. cons. 15. nu. 44. cons. 16. nu. 22 lib. 2. feuda, c. un. de præscript. feud. in c extraord. Vultej. de feud. c. 9. n. 4. & n. 11. lib. 1. Chass. in consuet. Burg. rub. 3. § 1, n. 16. Soarez com opin. lib. 2. 94. Menoc. cons. 2. n. 321. vol. 1. Rol. à Vall. cons 3. n. 79. vol. 1. arma & insignia, Chass. in catal.

catal glor.mund.part.1.consid.38.concl.47. Imó non præscriptibilia isto temporis suffragio acquirantur, *Meichsn.dec.6.n.8.tom.3.Rol.à Vall.cons.59.n.6.vol.4 Surd.cons.* 127.n16.*Cacher.cons.34.n.44.Mandell.cons 64.n 91.Sylvan.d.cons.59.n.9. Natt.cons.* 122.n.2.*& cons.445.n.6.Ias.cons.70.n.5.vol.3.*

§ VI. 129. Per communem æstimationem & reputationem patriæ, *arg l.eum de,18.§ Item,3.in fin.ff.de instrum.leg.l 1.§1.ff.de flumin.l.fin.in fin.C si serv.aut libert. Chass.in catal.glor.mund.p.8.consid.16.& in consuet. Burg.rubr.4 § 9.n.12.Covarr lib. 1.var resol.c.16 n.10.Olivar.Razzal.dec.107.n.6 & seqq part 1 Gylman.dec.Cam.27. n.31.lib.1.Farin.dec.crim.lib.290.nu.3.Menoch.de A.l.Q cas.67.n.4 & cons.729.n.6. lib.3* Is enim præsumitur Nobilis, quem vulgus & communis hominum æstimatio talem reputat, & in inscriptionibus Nobilem appellat: *Azev.ad const. Hisp.lib.6.tit. 2.in rub.nu.158.& seqq.Otalora de Nob.Hisp.p.3.c.7 per tot.Guttierr.d q.14.pract.qu. nu.53.& seqq.Tiraq.de Nobil.c.10.n.6. Mascard.d.probat.d. concl. 1094. nu.8.Guido Pap.dec.88 nu.2.lit.c.Seraphin Olivar.decis.70 part.1.Decian.resp 66 num.69.vol.3. Cacian cons.8.nu.13.Cravett.cons.549.n.8.part.3. Cephal.cons 615.nn.60.& seq.lib.5.* Acquamvis verborum folia, *ut ad rem loquitur Bertrand.cons.346 num.2.vol.4.* seu scripturæ illæ privatorum tertio non præjudicent, *Gylman.in symphor.supplic.tom.4. p.1.tit.30.n.104.Castrens cons.22.n.4.lib* 2. Tituli enim (dem Adeu vnd Vesten/) nullo constant pretio, *Ruland.de commiss part.1.lib.5.c.1.n.2.lit* k. actusq; amicitiæ possessionem non tribuunt, *Bald. in l.1.§ hoc interdicto, ff.de itin.actuq; priv. Paris de Putt.de remil lib.7.q.1 n.30. ubi ait, quod tales assertiones, quando quis vocatur Nobilis, possunt esse mendosa, arg.l.si privatus,17.§1 ff.qui & à quib.manumiss.* Fallit tamen, si inscriptiones habeantur antiquæ, *Felin.in c.cum causam,n 2.& seqq.ext.de probat. Wesemb.cons.13.n.27.cons.13.n.27.cons.34 n.54.& seqq.Gœdd.in Resp.jur de Baron.Valland.n.361.* præsertim si á Nobilibus apellantur consanguinei, *Grat.cons.9.n.19.lib.1. Menoch cons.1261 n.15.lib.13.* Ipsi verò cum Nobilibus affinitatem contrahant *Farin. de crim.190.n.3.Dec.resp.26.n.3.Crav.cons.952.n.2.vol.2.*

§VII 130. Per Notorietatem & Evidentiam, *Arze ab Otalor.de Nob.Hisp.p.2. c.3.n.30 concl.6. Azev.ad const Hisp.lib.6.t.2.rub.nu 196.& seqq. Guttierr lib.3.& 4. pract quæst.14.num.100.& seq & quæst seq.per tot.* Nam quando alicujus nobilitas manifesta est, alia demonstratione non indiget, *Bon.de Curt tr.Nob.p 4.nu.36.arg.l. emptorem,12.in pr.ibiq; gl in verb manifestum.ff de act.empt* frustra enim fit rei demonstratæ demonstratio, *l.1 § si quis,8.ff.de dot.præleg.arg.l.continuus,7.§ 2.in fin.ff.de V. O.* & manifestæ probatio, *arg c.cum evidentia,9 de accus.c.3.de test.cog.l.si vero,5.§1. ff qui satisd.cog l.cum tale,§ falsa.ff.de cond & demonst.* Appellatur autē notorius Nobilis, qui sine ulla populi contradictione talis reputatur, *P.Friz.de Nob.concl.27.lit. d.arg.sex.c.pen.& fin.de cohab cler.& mul.* vel talis declaratus est per sententiam, quę transivit in rem judicatam, *Guttierr.d.qu.14 nu 101.arg.l.ingenuum,25.in pr ff.de stat. hom.confir.Jac.Ayrer.in proces. Hist.c.7.obs.1.n.40.& seq.*

131 Hinc quamvis res inter alios acta & judicata aliis non noceat, *t.t.C.res jud.non noc.l sæpè,63.in pr.ff.de re jud.l. Claudius,16.in fin ff qui pot.in pign.l.Modestinus,10.ff.de Except. l.Lucius,21.ff.de his qui not.infam.cum concordantibus.* Quod si tamen in judicio nobilitatis absq; collusione, *per l.1.ff.de jur.annul.l.1.& 2.ff.de collus.detec.l.1.C.eod.l.3.ff.de prævar.l si per lusorio,14.ff.de appell.l.3.§pen.ff.de lib hom.exhib.l.cum qui,30.§3.ff.de jurej.* cum justo contradictore, cujus principaliter interest,

ſuſcepto, *l cum non, 3. ff. de colluſ. deteg. l qui repudiantis, 17. ff. de inoff. teſtam. l. 1. § ſi quis, ex his, ff. de lib. agnoſc.* quis Nobilis pronuncietur, ea ſententia non tantùm inter perſonas litigantes, ſed etiam inter omnes jus facit, *Firaq. de Nob. c. 37. n. 2. & ſeqq. Niell. diſp. feud. ult. th. 2. lit. b Ant. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 29. defin. 12. n. 6. Affl. lib. 2. con ſ. Regni, rub. 31. q. 17 n. 16. Vinc. de Franch. dec. 523. n. 17. & ſeqq. Petr. Caball. conſ. 129. n. 6. vol. 2.* Et omnibus ejuſdem familiæ prodeſt, *arg. l. ſi quis, C. de natural. lib. Nov. 117. cap. 2. in fin. Illeph. Perez. de Lara tr. de Anniv. & Capell. lib. 2. c. 4. n. 18. Reyger. in theſaur. jur. verb. Nobilitas, nu. 17. tom. 2. Fab. de Anna conſ. 8. nu. 71.* quoniam hoc ſingulariter in cauſa ſtatus receptum, ut res judicata pro veritate habeatur. *Duaren. in com. ad tit. ff. de re jud. ad l. Type, pen. prælect, 42. Camman. de jur. Maj. diſp. 4. n. 37. Diſſ. Beſold. lib. 1. polit. c. 11. § 7. n. 52.*

132. An verò definitio quæſtionis ſtatus, quando quis declaratur ignobilis, agnatis ejusdem familiæ nocet? Tiraquella *de Nobil. c. 37. n 2. & 14. ubi alleg. Pet. Anchor. conſ. 336. poſt pr.* affirmat, Nos propter favorem nobilitatis negamus, *cum Mieres de Major. part. 2. n. 10 Fab. de Anna conſ. 17. n. 25. & conſ. 89. per tot. arg. l. denunciaſſe, § cum quaritur, ff. de adult. l. 1. C. de liberal. cauſ. c. lator. de re jud.* cum enim ſententia ſit ſtricti juris, **Enges Rechtens** / *Gail. 1. obſ. 117. num. 1 & ſeq. Cavagn. dec. 65. nu. 22. lib 2. Vinc. Caroc. dec. 136. num. 2. Meichſn. dec. Cam. 7 nu. 5. tom. 3. Parian. conſ. 38. n. 33. Cephal. conſ. 458. n 84. lib. 4. Natta conſ. 473. nu. 5. tom. 2. per l. 1. C. ſi plur. un. ſent. l. Paulus, ff. de jud.* regulariter aliis, contra quos non eſt formatus proceſſus, non præjudicat, *l. ſæpe, 63. ff. de re jud. Weſenb. in par. ff. tor. de re jud. n. 8. Jacob. de S. Georg. tr. feud. verb. & cum adhærentibus, n. 14. Emer. à Rosbach in proceſſ. civ. tit. 41. n. 21. & ſeq.*

§ IIX. 133 Per famã, *Chaſſ. in catal. glor. mund. p. 8. conſid. 16. Maſc. de prob. concl. 1094. n. 11. Guttierr. d. qu. 14. n. 33. Marcell. Cala de modo art. in gl. un § 2. n. 56. & ſeqq. Cabed. dec. 73. n. 15 part. 2. G. Pap. dec. 387. n. 2. Fr. March dec. 805. n. 5. p. 2. Farin. lib. 1. prax. crim q. 47. n 101. 106. & conſ. crim. 315. n. 4. Dec. reſp. 21. n. 75. vol. 1. Bertr. conſ. 313. n. 2. vol. 3. p. 2. Menoch. conſ. 1261. n 10 lib. 12.* ita ut conſtituat aliquem in poſſeſſione nobilitatis, onusq; probandi in adverſarium transferat, *Alex. conſ 90. n. 6. vol. 2. arg. l. ſi mater. C. ne ſtat. defunct. l. 2 C. ſi ſervus ad Decur. aſpir.* In antiquis enim memoriam excedentibus fama plenè ac ſufficienter probat, *Fr. Hercul. de prob. negat. n. 309. Hier. de Monte tr. fin. regund. c. 55. n. 11. & ſeqq. Farin. d. qu. 47. nu. 106. cum alleg. Staccatr. de jud. c. 9. n. 106. 110. & ſeq. lib. 2. Gylman. dec. Cam. 15. n. 33. lib. 1. Cacher. conſ. 1. n. 84. & ſeqq. Monald. conſ. 70. nu. 77. vol. 1.* probationes leviores admittuntur, *arg. l. ſi ſervum, 27. § inquit, ff ad L. Aquil. Gail. 2. obſ. 149 n. 9. Oliv. Razzal. dec. 431. n. 2. & dec. 462. n. 9. p. 1. Dec. reſp. 7. n. 40. vol. 3.* ſufficitq; probatio per indicia & conjecturas, *arg. c. cum cauſam, de probat. l. cenſus, 10. ff. de probat. Menoch. de A. I. Q. lib. 2. cent. 2. caſ. 111. n. 2. & ſeqq. Matth. de Affl. dec. 13. n. 64. Vultej. conſ. Marp. 16 nu. 52. vol. 1. Sixt. conſ Marp. 11. n. 27. vol 2. Jaſ. conſ. 128 n 4. vol. 1.*

§ IX. 134. Per actus Majorum quaſi poſſeſſorios, *arg. c. un. § 3. verſ. ſi miles de pac. tenend. Bon. de Curt. tr. Nob. p. 6. num. 9. Chaſſ. in catal. glor. mund. p. 8. conſid. 16. Fr. Marc. dec. Delph. 805. n. 4. in f. p. 2. Curt. Sen. conſ. 19. n. 10. verſ Et tamen,* ad minimum trinos, *Bart. in l. 1. ff. de itin. actuq; priv. Gylman. in ſymph. tom. 4. p. 1. vot. 30. nu. 110. & ſeqq. Everhard. conſ. 107. n 10. Weſenb. conſ. 20. n. 6.* puta quando quis probat, **daß ſeine Anherrn vñ Vorfahren / ſo wol als andere Adelsgenoſſen / auff die Ritterſtegel vnd angeſetzte Landtäge beſchrieben worden;** *Guttierr. d. lib. 3. & 4. pract. q. 14. n. 11. & ſeqq.*

seqq & qu.17.n.5. Seraph.dec.207.n.3.& seqq.& dec.355.n.6 part.1.Farin.dec.crim. 290.n.5.Decian resp 66.n.50.& seqq.vol.3.Fab.de Anna cons.80.n.5. Licet enim verbalis reputatio parum operetur, *l.fin §pen.ff.ad municip l.si vero, 12.cum quidam,ff. mandati,* realis tamen multum operatur; *l.servis urbanis,81.ff.de legat.3.l.sed si,ff.de jur.fisc.l.si quis.ff.ad SC.Macedon Bertr.cons.2.n.11.vol.3.p.1.* & quamvis non semper rem in vero esse constituat, *l.Modestinus.ff.de muner.& hon.l.apud,4.§ si quis.ff.de dol. mal.except.l si u qui,ff.de tutor.* constituit tamen in quadam quasi possessione talis juris.*l.1.§Julianus.l.non Epistolis,l.non nudis,C.de probat.Bertr.cons.313.n.1.vol.3.part.* 12.In quasi autem possessione constitutionem, habet intentionem suam fundatam. *Pac.de probat.lib.2.c.26.n.14. Knich.de Sax.non prov.jur.verb. Ducum,c.2.n 150. Elbert.Lunin.cons.1.n.9.Ruin.cons.51.n.18.lib.1.* & contrarii probationem transfert in turbantem, seu adversarium, *Gail.de Arrest mp.c.7.n 3.Frid.de Solu tr.de bon.const. mar.acqu.q.26.n.10.Marant.in l.is potest,n.275.ff.de adqu.har. Mench.lib.2.controv. c.17.n.10.& per tot.* dum tamē ista quasi possessio sit constans, inviolata, incōcussa, hē. sine contradictione & reprobatione. *Jas.in l.naturaliter,§ nihil,n.108.ff.de adqu. hæ.Guttierr.d.q.14.n.82.& seq.Barb.cons.9.n.8.lib.2.*

Caput XV.

De tribus Adjunctis. De Insigniis, Divitiis, & Antiquitate Nobilium.

§l. 135. Insignia interdum in statu civili superioritatis, dominii & possessionis, *l.qui libertate,l.fin.ff.de op.lib. Hier.de Monte in fin.regund c.175.n.5. Benev.Stracha tr.de mercatur.part.2.nu.86.& 78.Knich.c.14.Encyclop.per tot.Chass.in catal.glor. mund.p.1.concl15.Chopp.de legib. Andium,lib.2.p.2.c.1.tit.4.nu.7.Freccia lib.2.de auctor.Baron.c.47.nu.2.circ.fin.Wesenb.cons.21 nu 68.in pr.Peregr.cons.75.nu.3.lib.1.* In Ecclesia verò juris Patronatus sunt symbola: *Mascard. de probat.concl 958.nu.2. & seq.vol.2.Crav.de antiq.temp.p.1 §8.n.12.& seq.Valasc.tr.de jur.Emphyt q.9.n.28. Menoch.3 præs.130 n 31.& 2.præs.59.n.2.Seraph Oliv.dec.6,2.n.2.p.1.* Interdum sunt dignitatis, quibus quis præfulget, indicia, *ut constat ex l.fin.ff.de off.proconsc.cap.in honorem,de aust.& usu pall.c.antiquæ, de priv.& excels prælat.Petr.Gilken in Auth.Quas act.C.de SS.Eccles.c.9.n.50.* Interdum juris Majoratus, ut in Hispania, & Gallia, signa, *Lud.Molin.de Hisp.primog.c.5.n.34.lib.1.Tiraq.de jur.primog.in præfat.n.134.& q.64.n.3.Guid.Pap.dec 467 n.2.Curt.Sen.cons.76.n.4. Menoch.cons.1006.n.1.cū alleg. lib.11.& cons.1161.nu.9.lib.13.* Nobis verò insignia sunt hieroglyphica, breviter & compendiosè factum egregium, demonstranti signo proportionatum, significātia, *Teolos.lib.4.de rep.c.6.De quibus Chass.in catal.glor.mund.part.1.consid.38.concl.61.& seqq.Grat.lib.2.discept for.c.319.nu.26.& seq.* Et conceduntur eam ob causam, ut ex iis Nobiles aliis præstare appareat, *Vultej.lib.1.juripr.Rom.c.6 n.28.* Quó ergo insignia sunt nobiliora, eó majorem prælationem conciliant; *Chass.in catal.glor.mund. part.1.consid.38.Dec.resp.19.n.240.vol.3.Purpur.cons.540.nu.17.* quamvis difficilis sit decisio, quænam nobiliora existant, *Knichen de Sax.non prov.jur.verb.Ducum,c. 2.num.104.*

136. Sunt autem inſignia triplicis generis. Quædam I. Privatorum, Eaq; vel Nobilium, vel popularium, *Bart. tr. de Inſign. & arm. Chaſſ. in catal. p. 1. conſid. 38. concl. 14.* Nobiles habent ea vel antiquiſſimâ prædeceſſorum proſapiâ, *Guttierr. lib 3. & 4. pract. qu. 16. num. 42.* vel ex noviſſima Principum gratia, qui Nobilitatem dum conferunt, ſolent unâ conferre inſignia, *Somnium viridar. de poteſt. ſec. & Eccl. c. 119. n. 1. Felix Malleol. in Dialog. de nob. & ruſt. c. 29. Chaſſ. d. conſid. 38. concl. 27.* quæ tamen per ſe nec Nobilem, *Gylman. in ſymph. tom 4 part. 1. vot. 30. n. 97. & ſeqq. Petr Friz. de Nob. civ. concl. 29. lit. a. ubi alleg. Reſponſ. Thom. Horneri de Nobil.* § Aber ſo einem von Keyſer / multò minùs Statum Imperii faciunt, *Advocati Brunſwicenſ.* in Braunſchweig. Hiſtor. Händeln / *part. 2. fol. 867.* Quod ſi ultimus familiæ moriatur, Inſignia franguntur, & ſimul cum eo ſepeliuntur, *Ruding. cent. 5. obſ. 46.* Cum autem ex ſtatuis & imaginibus forma nobilitatis conſervetur, *Roch. Lucenſ. tr. de inſign. famil. lib. 1.* conſervatio familiæ præſumitur, ubi teſtator mandat arma ſua, ſtemmataque portari, *Steph. Grat. lib 2. diſcept. for c. 288. nu. 26 Ripa in l. centurio, n. 163 ff. de vulg & pup. Melch. Palaez de majorat. p. 2. q. 4 illat. 8. & q. 8. Boër. dec. 146. n. 6. Lud. Morett. reſp. 50. n. 20. Pariſ. conſ. 18. n. 28. cum ſeq. vol. 2 Curt. Iun. conſ. 11. n 12. Ceph. conſ. 196. n. 21. & 251. n. 50. vol. 2. conſ 89. n. 50. lib. 5. Burſ. conſ. 228. n. 14. conſ. 264. n. 12. lib. 3.* An hæres teneatur aſſumere nomen, ſi turpe ſit? Negat *Bertazz. conſ. 76. n. 19. & ſeq arg. l facta, 65. § ſi vero, l ſed ſciendum, 10. in fin. ff. ad S C. Trebell.* A quo rectè diſſentire videtur, *Teſſaur. dec. Pedem. 270. n. 16. & per tot.*

137. III. Quædam Inſignia ſunt dignitatis, ut ſagmina Legatorum, *l. ſanctum, 8. § 1. ff. de rer. diviſ. Kirchn. de Legat. lib. 1. c. 7. n. 51. & ſeqq* Schönborn / *lib 3 pol. c. 27. Gondiſſ. Villadieg. de legat. q. 5. nu. 10. part. 2.* faſces Proconſulum, *l. 1. & l. proconſules, 14. ff. de off. proconſ. Gothofr in not. adl. 1 ff. de poſtul.* Mitra & tiara Epiſcoporum, Crux & pallium Archi-Epiſcoporum, *tex. in c. cum ſis, ext. de auth. & uſ pall.* de quibus & ſimilibus *Chaſſ. d. tr. conſid. 38. concl. 3. & ſeqq.*

138. III. Quædam deniq; ſunt ſingularis dignitatis, ut Impp Regum, Principum, *Bon. de Curt. tr. Nob p. 3. n. 170. Tiraq. de Nob. c. 6. n. 13. Somnium virid. de poteſt. ſecul. & Eccleſ. c. 135. nu. 2.* Sic Impp. Romanorum inſignia ſunt Aquila nigra biceps, in campo aureo Regum Romanorum Aquila ſimplex, *Marqu. Freher. in not. ad Petr. de Andlo lib 2. c. 5. de Rom Imp. & de Orig. Palat. lib. 1. c. 15. Caſtald. tr. de Imper. q. 89. per tot. Lazius lib. 7. c. 6. de Rom. Imp. Joh. Dauth tr. de teſtam. n. 169.* Regum Galliæ tria lilia in campo azureo, quæ ipſis divinitus transmiſſa, *Chaſſ. in catal glor. d. conſid. 38. concl. 15. & 17. & part. 5. conſid. 31. Joh. de Selva, tr. de benef. in 2. part. q. 23. n. 6. Neviz. conſ 12. inter conſ. feud. Bruni.* Regum Angliæ tres leones, & á tempore Eduardi III. tria lilia ob prætenſionem Galliæ, *Joh. Sleid. in præf. ad hiſtor. Camin. Nicol. Betſ. tr. de pact. famil. illuſtr. c. 8.* Regum Poloniæ Aquila alba coronata expanſis alis inhiante roſtro, *Cromer. lib. 16. de geſt. Polonor.* Regum Bohemiæ leo rubeus bifurcatæ caudæ in clypeo albi coloris, *Æne Sylv. c. 24. Hiſtor. Bohem. Paul. Lang. in Chron. Citizenſ. ſub Anno 1086. &c.* Quorum inſignium violatores, ſicut olim violator ſtatuæ ac imaginis Principis, *l. qui ſtatuas, 6. l. ſeq. fin. ibiq;, Gothofr. ff. L. Jul. Maj. Farin. part 3. oper. crim. qu. 113. n. 49. & ſeqq. Bocer. tr. de crim. Majeſt. c. 2. n. 55. & ſeqq. Caſtald. de Imp. qu. 69. nu. 9.* tenentur pœnâ læſæ Majeſtatis, *Chaſſ. in catal. glor. mund. d. conſid 38. concl. 18.* Arma enim in locum imaginum ſurrogata ſunt, *Weſenb. in par ff. tor. de jur. aur. annul. n. 4. Hipp. à Collib. in Nobili, reg. 19.* Surrogatum autem ſapit naturam ſui ſurrogati,

gati, *l. si cum, §2. ibiq; Jas. ff. si quis caut. sist. l* 28. *§* 1. *ff. de jurej. l.* 1. *§* 10. *vers. nam si, ff. si quis testi. lib. Eberh. à Middelb in top. loc.* 122. *Ant. Gabr. l.* 6. *tit. de R. I. concl.* 2. *per tot. Moller. lib.* 1. *semestr.* 41. *n.* 1. *& seq. Mastrill. dec.* 36. *nu.* 6. *& seqq. Cothm. cons.* 95. *& seqq. vol.* 2. *Ceph. cons.* 615. *n.* 1. *& seqq & n.* 101. *& seqq. lib.* 1.

139. An omnibus liberum fingere sibi arma vel insignia? Quemadmodum nomina inventa sunt ad res & homines dignoscendos, *l. ad recognoscendos*, 10. *C. de ingen. manum. l. Labeo*, 7. *§* 2. *ff. de supell leg §siquidem*, 29. *Inst. de legat. Menoch lib.* 3. *præs.* 64. *per tot.* ita etiam arma & insignia adinventa sunt ad cognoscendas familias, quia per signum cognoscitur signatum, *tex. in l.* 1. *§* 6. *ff. de adil. edict. l quod si*, 14. *§* 1. *ff. de peric. & cum. rei vend. l.* 3. *C. de fabricens. Guil de Monferrat tr. de succes. Reg dub* 2. *nu* 20. *cum seqq* Sed nomina citra fraudem licet omnibus assumere ad placitum, *l. un. C. de mutat. nom. l.* 10. *C. de ingen. manum. l si quis*, 4. *ff. de legat.* 1. *l. falsi*, 13. *ad L Corn. de fals. Thoss. lib.* 36. *syntagm. jur. c.* 4. *n.* 1. *Menoch. de A. I. Q. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 318. *n.* 2. *Farin. oper. in part.* 6. *q.* 150 *n.* 137. *& seqq. Franc. Marc. dec.* 211. *n.* 3. *Cæsar. Barz. dec.* 2. *n.* 47. *Dec. ng* 17. *n.* 9. *vol.* 3. Ergo & insignia, *Bart. tr. de arm. & insign. Somnium viridar. de pot. & Eccl. c.* 125. *n.* 3. *Guttierr. lib.* 3. *&* 4. *pract qu.* 16. *nu.* 109. *Kirchn de legat. c* 8. *n.* 58. *lib.* 2. *ubi idem ait de annulis signatoriis, Menoch. cons.* 1261. *n.* 5. *& seqq. lib.* 13. modo in præjudicium aliorum præsertim Nobilium, insignia mit offenem Schildt vnd Helm intacta relinquât, *Bon. de Curt, tr. Nob p* 3. *n.* 168. *&* 172. G. Schönborn/ *lib.* 1. *pol.* 10. *Tiraq de Nob c.* 6. *n.* 17. *Chass. d. consid* 38. *concl.* 23. 28. *Lud. Morott. resp* 46. *n.* 25. *Zas. cons* 22. *n.* 9. *lib.* 1. *Natt. cons.* 673. *n.* 37. *tom.* 4. *Pfeil cons.* 197. *n.* 2. *& n.* 22. *cent.* 2. quod etiam lege Henrici III. Regis Galliæ, præterquam Nobilibus vetitum, *Bodin. lib.* 3. *de Repub. c.* 8. ne simili jure ligentur cum eo, quê eó compulerat ambitio ut fingeret sibi loco insignium Aquilam, & Ursam catenâ columnæ allegatum; In quem Bonifacius *tr. de furt.* licet hoc Distichon.

Redde Aquilam Imperio, Collumnis redde columnam,
Ursinis ursam, sola catena tua est:

innuens, nil fore ei venustius, quàm catena gutturi ejus injicienda.

140. Quid verò, si quis contra hanc prohibitionem Nobilem se fingat, & arma cujusdam antiquæ familiæ assumat: Tiraquella *de Nobil. c.* 13. *n* 1. putat, quod simul incidat in crimen Majestatis, *per tx. in l.* 1. *ff. ad L. Jul. Majest.* At cum ex sola verbali falsa nuncupatione nobilis, absq; occupatione jurisdictionis crimen illud non mittatur, *Vinc. Honded. cons.* 100. *nu.* 77. *vol.* 2. *arg. l.* 3. *in fin ff ad l Jul. Maj.* melius loquuntur, qui eos tantùm criminis falsi reos dixerunt, *l eos*, 27. *§ fin. l falsi*, 13. *ff. de fals. ibiq. Wesenb. in par. n.* 8. *Bon. de Curt. tr. Nob. part.* 3. *n.* 165. *Azev. ad const. Hisp. lib.* 2. *tit.* 11. *leg.* 9. *n.* 1. *Chass. in consuet. Burg. tit. des enfens de plusieurs lictz rub.* 4 *§* 4. *n.* 10. *G. Pap dec.* 89. *nu.* 2. *in not. Farin. cons. crim.* 74. *n.* 8. *lib.* 1. *Thoming. cons.* 47. *nu.* 20. *vol.* 1. *Everh jun. cons.* 54. *n.* 4. *vol.* 1.

§ II. 141. Secundó, Magnum ornamentum Nobilitatis sunt Divitiæ, licet enim non sint de nobilitatis substantia & directó nobilitent, *Tiraq. de Nob. c.* 3. *n.* 13. *& seqq. Baru. de Put. tr. de re mil. lib.* 7. *q.* 1. *n* 1. *&* 29. *Lanfranch. tr. utrum præferend. sit Doctor an miles, nu.* 54. *& seqq. Somnium viridar. de potest secul. & Eccles. c.* 123. *nu.* 4 *& seqq Cæsar. Barz. dec.* 129. *n.* 34. *ubi ait, quod non sequatur: Dives est: ergo Nobilis*, qualitas enim divitiarum á dignitate distinguitur, *per l. humilem, C de incest. nupt l. nobiliores, C. de commerc. c. super eo, extr. de testib. c. significantibus, de off. deleg.* ad existentiam

tamen ejuſdem multum conducunt, nimirum decus nobilitatis augent, & conſervant. *Cavagn. dec. 51. n. 54. lib. 2. Lud. de Caſannat. conſ. 56. n. 33. Curt. Sen. conſ. 9. n. 18. vol. 1. Menoch. conſ. 126. n. 28. vol. 2. Pruckm. conſ. 32. nu. 70. lib. 1 Surd. conſ. 488. n. 52. lib. 4. Jaſ. conſ. 141. n. 27. vol. 2 conſ. 133. n. 13. vol. 4. Natt. conſ. 675. n. 11. tom. 4. Monald. conſ. 13. n. 5. vol. 2.* præſertim ſi magnæ & inveteratæ, *arg. l. ad ſubeunda, 46. C. de Decur. l. 2. in fin. C. de prad. Decur. l. reſcripto, 6. in pr. ff. de muner. Nov. 15. in pr. Matth. Steph. de juriſd. lib. 2. p. 1. c. 7. memb. 2. n. 38. Guid. Papa conſ. 217. n. 1. Dec. conſ. 66. n. 41. lib. 3. Hier. Gigas conſ. 70. n 51. Crav. conſ. 982. n. 37. tom. 6.*

142. Qua ratione Nobilis data paritate eó nobilior, quantó ditior, *Capol. de Imp. mil. delig. c. 6. Incip. Divitiis, n. 1. & ſeqq. Peregr. conſ. 3. n 53. & ſeq. lib. 2. Cephal. conſ 615. n. 137. lib. 5.* quantó illuſtrioribus & nobilioribus præeſt, *Nov. 15. in præfat. §nos igitur, Knich. de Sax. non prov. jur. verb. Ducum, c. 1. nu. 27. Scotus reſp. 28. n. 87. lib. 6. tit. 1. Weſenb. conſ. 50. n. 14. in fin. Ceph. d. conſ. 615. n. 13. lib. 5 Neviz. inter conſ. Brun. 12. n. 58. Natta conſ. 638. n. 11. & conſ. 637. n. 14. in fin.* quantó ſplendore & nobilitate illuſtrioribus leges præſcribit, *Scipio Ammirat. lib. 2. diſc. Polit. c. 8.* eoq; exiſtimatur nobilior, quó nobilius habet ſubjectum, *Capyc. dec 27. n. 23. in addit.* Cum ex dignitate ſubditorum dignitatis præeminentia dignoſcatur, *Matth. de Afflict. tit. quis dic. Dux, n. 8. Marzar. conſ. 26. n. 21. 63. cum ſeq. Fab. Turret conſ. 14. n. 8. lib. 1. Lancell. Gallia conſ. 46. n. 40 Mod. Piſtor. conſ. 51. nu. 36. vol. 1.* Ac ſatis veriſſimum deprehendimus, quod aſſeverat Jaſon *in l. id quod apud. nu. 22. & ſeqq. ff. de Legat. 1 Janin. dec. stat. real. c. 11. n. 291. Knich. de Sax. non prov. jur. verb. Ducum, c. 3. n. 228. Pacian. de probat. lib. 2. c. 36. n. 4 Cavalc. dec. 20. n. 26. part. 2. Zaſ. conſ. 20. n. 7. lib. 2.* Doctor ſine lege, Comes ſine comitatu, Eques ſine equo, Epiſcopus ſine Epiſcopatu, Abbas titularis in ordine S. Benedicti, Canonicus ſine præbenda, Cardinales Ravennæ, Rex Scacchorum ſunt nulla tenentes, & Equites in herba, *Freccia de auth. Baron. tit. quidic. Comes, n. 34. Intrigiol. qu. feud. 8. n. 85. Gomez. tr. de grat. & Expectativ. n. 37. Joan. Staphila. de grat. & Expect. rub. competenti, n. 3. Gratian. lib. 2. diſcept. for. 291. n. 60 & ſeqq. Gylman. lib. 2. dec. Cam. 772. Decian. reſp. 9. n. 22. vol 1. reſp. 19. n. 118 vol 3.* Cum nemo denominari queat Dux, Princeps, Comes, niſi habeat ſubditos & territorium, *c. 1 quis dic. Dux, 2. F. 10. Guerr. Piſo de comp. Rom. & Venet. Magiſtr. n. 112. ad fin. Mart. de Caraz. tr. de princ q. 65. Purpur. in l. 1. n. 248. ff. de off. ej. Lud. Morett. reſp. 46. nu. 19. & ſeqq. Menoch de A. l. Q. caſ. 68. n. 54 & conſ. 701. n. 20. cum ſeqq.* ſine quibus ſe habeat tanquam fides ſine operibus, *Tiraq. de Nob. c. 25. n. 9. Ant. Sola ad conſt. antiq. Sabaud. rub. de dominat. domin. gl. 2. n. 2. nu. 3. Reuſn. dec. 73. nu. 73. & ſeq. lib. 3. Rimin. jun. conſ. 602. n. 66. cum ſeqq.*

De Antiquitate.

§ III. 143. Tertió; Ut lineæ caput non eſt de linea, *Cacher. conſ. 74. n. 27. Soc. jun. conſ. 69. n 3. lib. 3. Alex. conſ. 53. n. 5. & ſeq. lib 6* & unitas principium numeri, ipſa tamen nó eſt numerus, *arg. l. ſi quis. 10. in fin. ff. de adqu. poſſ. l. ſi quis. 46 ff. locat.* ita Romani novum hominem principium quidem nobilitatis, Nobilem verò non dicebant, Filium autem novi hominis Nobilem definiebant, *vide ſupra concl. 5.* Quod licet hodié non obtineant, A Cæſarea enim Majeſt. nobilitatis collatum titulum ſtatim ſuum poſſeſſorem nobilitare ſupra *c. 7. §1. nu. 1.* diximus, poſſet tamen de jure Civili non inſubtiliter contra diſputari, argumentum eorum, quæ de ſervorum conditione ſancita ſunt. Nam I. Manumiſſi quamvis efficiatur libertini, nondum tamen ſunt ingenui, Poſteri enim ex iis progeniti, ingenui vocantur, *t. t. Inſt. de in-*

gen.

gen. & de libertin. l. filium, C. de suis & legit. II. Libertinis interdicitur dignitatibus, *l. 1. C. si servus aut libertus, l. un. C. ad L. Viscel.* non autem eorum filiis. *l libertorum, 9. C de Decur.* Ad quod facit III. quod scribitur *in l. 1. C. de jur. aur. annul.* Aureorum annulorum usum beneficio concessum libertinitatis tantum imaginem iis, quibus concessum est, dum vivunt, non etiam statum ingenuitatis, [plenæ, *ut addit Accursius*] præstare. Is ergo, qui nobilitatur, nobilitatem quidem consequitur, sed non genus, liberi ejus genus habent, sed nullam gentilitatem, quæ tandem in nepotibus incipit. *Connan. lib. 2. com. civ. c. 11. Tiraq. de Nobil. c. 19. nu. 10.* Unde dicunt Dd. Nobilitatem á nobilitate incipere, in filiis pubescere, in nepotibus adolescere, in pronepotibus perfectam ætatem consequi, *Bald. in l. nobiliores, C. de com. & merc. Petr. Friz. de Nobil. concl. 29. lit. c. Azeved. ad const. Hisp. lib. 6. tit. 2. in rubr. num. 39. & seqq. Decian. cons. 19. nu. 233. & 236. vol. 3. Riminald. Jun. 741. num. 7.* & hoc est quod Baldus *in prælud feud. divis. 10.* & ex eo *Molin. ad Consuet. Paris. § 9. gloss. 3. num. 3. Paris. de Put. de redintegr. feud. c. 48. num. 5. Guttierrez. lib. 3 & 4. pract. quæst. 17. num. 153. Bon. de Curtil. tr. Nob part. 3. nu. 199. Gylman in Symphor. tom. 4. p. 1. vot. 3. nu. 45. Tessaur. dec. 170. n. 33. Decius cons. 53. n. 2. Natta cons. 576. n. 5. tom. 3. Rol. à Vall. cons. 41. n. 10. vol. 2.* Nobilitatem in ictu oculi non nasci dixerunt, sed fluminum instar, quó longiús procedat, eó magis augeri, *Obrecht. de Regal. tit. 4. th. 108. Natta cons. 637. num. 3. & 35. tom. 3.*

144. Quamobrem cum Nobilitas eó sit nobilior, quó est antiquior, *Otalora in sum. nob. Hisp. p. 2. c. 3. n. 20. Palaez. de Major. p. 1. q. 51. n. 10. Garz. de Nob. Hisp. gl. 6. § 2. n. 27. Ant. à Gamma dec. 1. n. 21. Dec. resp. 7. nu. 47. vol. 3. & resp. 84. nu. 18. & seq. vol. 1. Cravett. cons. 615. n. 31. cum seq. cons. 489. nu. 1. cum seqq. tom. 3. Natta cons. 638. n. 23. & seqq tom. 3.* is utiq; nobilis, qui prius fuit nobilitatus, præferendus est alteri, qui posterius talem dignitatem consecutus fuit, *per tex. in l. 1. & 2. C. de consul. l. 1. & 2. C. de præf. prætor. l. 1. C de præf sacr. cubic. l. 1. C. de prox. sacr. scrin. l. 2 ff. de alb. scrib. l. 1. § quæ omnia, vers. sed. & Anatolium, C. de vet. jur. enucl. l 1. & 2. C. de jur. aur. annul. l. 1. ff. de censib. c. un. § cæteri, quis dic. Dux. 2. F. 10. c. 1. de maj. & obed. c. Episcoporum, 73. dist. c. fin. 17. dist.* Ut in honoribus & dignitatibus maximé verum sit, Qui prior tempore, potior jure, *Ceph. cons. 615. n. 31. & seqq. cum alleg. lib. 5. Jas. cons. 192. n. 15. vol. 2. Cothm. cons. 95. n. 18 cum seqq. vol. 2.*

145. Novus enim (vulgó **der Edle**) I. tantúm virtute sua, Ille veró (vulgó **der Wol-Edle**) præter hæreditatem gloriæ, quæ posteris quasi lumen est, *Marius apud Salust. in Jugurth. c. 85. § 1.* sua quoq; virtute (quám præsupponimus) clarus existit, *Tiraq. de Nob. c. 5. n. 7 & seqq. Paris de Put. de re mil. lib. 7. q. 1. n. 15. & seqq. Joan. Stapil. tr. de literis grat. c. fin. n. 7. & seq. Azev. ad const. Hisp. d. tit. 2 rub. n. 80. Gomez. in comm. ad ll. Tauri, leg 83. n. 18.* Promptius autē est cuivis parare, quám servare gloriam, *Joan. Gruter. in not. Trochaic. part. 2 florileg. Eth. polit. ex Polyb. legat. § 6. n. 25.*

Nec minor est virtus, quám quærere, parta tueri.

Ovid. lib. 2. de art. amand. II. Dignior & nobilior est, qui nobilitatem & dignitatem ex natura & jure suo habet, quám qui ex accedenti ac privilegio, *Peregr. cons. 3. n. 10. & 64. lib. 2. Pancir. cons. 6. n. 37. Port. Immol. cons. 167. nu. 94. Menoch. cons. 51. n. 24. & cons. 126. num. 18.* Cum ergo duplici virtute commendetur, & propria, & majorum, quis eum, sive de honoribus adipiscendis, sive de ordine ac consessu agetur, juniori tempore nobili præferendum negaret? *c. nunquam, 56. distinct. Bon. de Curtil.*

d. tr.

d. tr. p. 3. nu. 27. 31. & seqq. Joh. le Cirier de primog. lib. 2. art. 2. n. 12. & seq. Bod. lib. 3 de Repub. c. 8. Bocer. de Regal. c. 2. nu. 46. & seqq. Ut duo vincula fortiora sunt uno, *l fin. C. de Edict. Div. Adr. toll. l. 1. de privil. cred. § sed hodie, Inst. de adopt. Perez. de Lara tr. de univ. & capell. lib. 2. cap. 3. nu. 34. Vinc Caroc. dec. 120. num. 16.* ita etiam dignior est altero is, qui duas habet qualitates, & alter unam, *l sed &, in princ. ubi Bald. ff de excus. tut. Cavalcan. dec. 20. nu. 26. part. 2. Jason cons. 192. nu. 17. lib. 2. Ruin. cons. 19. nu. 9. lib. 1. Dec. cons. 161. nu. 2. Natta cons. 638. n. 18. tom. 3. Port cons. 167. nu. 80. 83. Crav. cons. 982. per tot. Panciroll. cons. 162. nu. 6. & seqq. Cephal. cons. 566. nu. 34. lib. 4. & cons. 613. nu. 45. & seqq lib. 5.*

CAPUT XVI.

De Nobilibus immediatè Imperio subjectis.

146. Nobilium, si hodiernum Statum Imperii Germanici spectes, variæ sunt differentiæ. I. Sunt Nobiles liberi, qui nulli Statui subsunt, sed immediatè Imperio subjecti, vocaturq; **die Freye vom Adel/ die Freye Ritterschafft/ welche ohne Mittel der Keyserlichen Majestet/ vnd dem Reich vnderworffen** *Recess. imp. de An. 55.* **§ Vnd in solchem Fried/** *Ord. Cam. part. 2. tit. 5 ibi:* **Edelman/ oder ander des Adels/ der oder die dem Reich ohne Mittel vnderworffen.** *& passim.* II. Sunt Nobiles Ordinib. & Principibus Imperii subjecti, vocanturq; **Gemittelte vom Adel vñ Landsassen.** Inter hos rursus variè sunt differentiæ secundum varias regionum consuetudines, quemadmodū in Frāconia alii sunt **Lehenleut/** alii **Landsassen.** *Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. memb. 2. n. 130.* In Saxonia quamvis pleriq; Nobiles, quemadmodum in Bavaria, *Christ. Besold. de jurisd. c. 18.* homines municipales sint, *Frid. Mindan. de contin. caus. c. 3. num. 6.* alii tamen vocantur **Cantzeley:** alii **Schrifftsassen/** *de quib. Dan. Moller ad constit. nov. Aug. p. 1 constit. 5. Ant. Godfrid disp. feud. 7. th. 4. lit. a. Knich de vest pact p. 2. c. 5. n. 7 & de Sax. non prov jur. verb. Ducum. c. 6. n. 23.* III. Sunt Nobiles, qui vocantur **Saltz Junckern/** quorum Equestris ludus Cupæ vehendæ Anno 1273. tempore Joannis Ducis B. & L. in ipso festo Bachanaliorum semper celebrandus certis solennitatibus est introductus. IV. Sunt Patritii Civitatum Imperii, quos **Geschlechter** vocamus, De quorum origine, *Wolfg. Crauf. in lib.* **vom Stamm vnd Ankunfft des Hauses Sachsen/** *An. 51. edito & An. 87. Magdeburgi recuso, lit. c. 111.* **§ Zu dem hat er** (nempe Henricus Auceps An. 924.) **befohlen Heerschaw zu thun/ vnd Musterung zu halten/ die Mannschafft zum Krieg abzurichten/ vnd im Ringen/ Springen/ Stechen/ Fechten/ Brechen/ Rennen/ Turniren/ vnd andern Rittermässigen dingen zu üben/ welche sich nun hierinn mannlich vnd wol erzeigt/ die seynd den andern fürgezogen/ mit Schildt/ Helm/ vnnd Rittermässigen Wapen verehret/ vnd die nechsten nach dem Adel gehalten worden/ vnnd daher sollen erstlich die Geschlechter allhie in Teutschlandt vnnd Sächsischen Landen gekommen** seyn. Hæc ille.

147. Nobiles immediatè Imperio subjecti ratione loci in tres classes distinguuntur, Franconicam, Suevicam & Rhenanam, *quod passim inculcant Recess. Imp.* Quod verò Bernhardus **Hertzog/** *lib. 6. c. 2. &* **3. der Elsasischen Chronick/** in Alsatia

satia quoque Nobiles (quos semet vocant **Gefreyete Landsassen**) immediatos reperiri ait, nisi sub Rhenano circulo comprehendantur, non facilé crediderim. Equites Franconiæ in sex distinguuntur loca: 1. **Odenwald.** 2. **Steigerwald.** 3. **Gebirg.** 4. **Altmühl.** 5. **Pann.** [al. **die Buchen oder Buchnaw.**] 6. **Rohr oder Weidt.** [al. **die Rohn/oder Währen.**] Equites Sueviæ in quinq; : 1. **Hägauw Bodensee vnd Algauw.** 2. **An der Donauw.** 3. **Am Kocher vnd Gochen.** 4. **Am Schwartzwald oder Necker.** 5. **Im Kreuchgaw.** *Dn. Joach. Cluten. in Syllog. rer. quotid. concl. 26. lit* k. *Christ. Besold. disc. de Ord. Equest. n. 5. ubi n. 6. & seqq. eleganter discurrit, qua occasione hanc suam libertatem obtineant.* Sub Rhenana continetur die **Wetteraw/vnd deroselbigen zugehörigen Oerter/so seinen anfang am Hagenawer Forst gehabt/vnd sich auff selbiger Seiten des Rheins/biß an das Ertzstifft Cöln erstreckt/auff der andern seiten des Rheins/des Orts gegen Maintz vber/da der Mayn in den Rhein fleust/anfahend/vnnd daselbst den Mayn hinauff/biß gegen Aschaffenburg/von dannen wider herumb von Gellhausen/folgends hinüber auff den Lohnstrom/vñ von jetzterührtem Lohnstrom auff beyden seiten den Westerwaldhinab/biß in den Rhein/vnd allda den Rhein wider hinauff vnd hinab biß an das Land zu Bergen gehend.** *Thesaur Practic. Sim. Günther. de priv. Rhen. Nob. priv. 421. priv. 5. n. 1. priv. 6. n 1. priv. 7. n. 1. & priv. 8. n. 1.*

148. Dicuntur immediati, quia solum Imp. vel Cameram ob jurisdictionis concurrentiam pro superiore recognoscunt, *Joh Bidenbach. quæst. Nobil. 1. nu 7. Gylman. in symph. suppl. Camer. part. 1. tit. 3. de relig. num. 34.* Quæ ideó etiam immediaté Nobilibus tutores constituit, *Gail. 1. obs. 1. n. 47. Rosenth. de feud. c. 12. concl. 10. n. 65. & seq. Thom. Michaël. de juriud. concl. 37. lit. f. per text. in l. 1. ff de tutor. & cur. dat. & ibi Gl. jut dandi, ff eod. l. neq.*, C *qui dar. tut. vel cur poss.* Etiamsi de territorii jurisdictione adhuc disputetur, **Deputat. Abschied/***de An.* 600 **§ Wann zwischen zweyen/***26. Denis. jur. Cam. tit* 79. §4. *Roding. Pandect. Cam. lib. 1. c.* 18. §5. *Rosacorb. dub. Cam. c. 7. Casp. Ziegler. in prax. aur. § Austrega. concl. 1. n. 22. Guil Scipio dec. rot. Spirens. 111. n. 27. lib. 2.* Quo tamen nihil impedit, quó minùs Imp. tutorem dare possit, *Conrad. Rittershus. in expos Novell part. 8. c. 9 nu. 12. Reinh. Bachov. in notis ad Treutl. vol. 2. disp. 8. th. 4. vers. Unde quæritur. part. 1.* Nobilibus ergo Principibus subjectis in Camera tutores non dantur, *Symphor. suppl continens præjud. Cam. verb. Tutela, fol.* 346 *tom.* 3. sed ejus liberis petendi sunt tutores ab illorũ consistorio, supplici prius libello hoc nomine ipsi Principi porrecto, *H. Bocer. cl. 1. disp. 14. th. 57. arg l. 1. C. de tut. vel cur. illust. l. ult. §6 vers. sed siquidem, C. de curat.* Immediati autem comparantur Civitatibus Imperialibus, quoad sua castra & territoria, *Gail. 2. obs. 62. n. 3. Wehner. in obs. prac. verb.* **Ritterschafft/Adel/***& verb.* **Stände des Reichs**/majori libertate fruuntur, quám Austriaci Comites & Barones, *Nic. Petsius tr. de pact. famil. illustr. c. 2. fol.* 37. tantumq; possunt in suo, quantum Princeps in universo, *Decian. cons. 2. n. 164. vol. 1.*

149. Qr. An olim fuerint Status Imperii, & sessionem ac suffragia in Comitiis habuerint? Affirmãt *Gerlac. Buxd. arg. Aur. Bull. Carol. IV. tit. 1. § statuimus, Besold. lib. 1. pol. c. 9. §4. n. 16.* pro quib facere videntur antiqua acta Imperii, quæ passim ita sonant: **Vnd darumb mit gutem Raht/vnser vnd des H. Reichs Churfürsten/Geistlich vnd Weltlich/Graffen/Herrn/Ritter/Edle Knecht vnd Stätt.** *Reform. Frider. III. de Ann. 144. in pr Bulla Sigism. § unde sano, 2. & § Ne inter homines, à Haimsf. & Goldast. tom. 1. const. Imp. p. 143. & seq. & Marqu. Freher. post com. de tut. elector. relata.*

Cuſpin. in Lud. Bavar. Poſtquam verò Nobiles ex parte (ut in Saxonia, Bavaria, Haſſia) Principum Landſaſſii facti, ex parte (ut in Suevia, Franconia, Alſatia, & Rheni ripa) oneribus & collectis Imperii ſe eximere voluerunt, ſeſſionem & ſuffragium amiſiſſe teſtantur *Ludov. Gremp & Hieron.* zum Lamb *in conſil. de ſeſſion. & voce lib. civil. Imper. quæſt.* 2. § zu der vierdten Objection. *Idem Advocati Brunſvicenſ.* in Braunſchweig. Hiſtor. Händeln / *part.* 2. *fol.* 2177. At cum 1. in aliis Receſſ. Imperii Nobilium nulla fiat mentio. 2. De tempore, quo Status eſſe deſierunt, non conſtet. 3. Ipſi etiam hactenus tenorem privilegii exhibere non potuerint, applauſum damus Authori der Donawertiſchen Erjnnerung / *fol.* 169. & 173. qui Nobilium non ut Status, ſed ut Conſiliariorum fieri mentionem ait.

150. An ergo Nobilibus invitis, vel maximè volentibus, ut in ſpecie vult *Henr. Bruning. de var. univerſ. ſpec. th.* 18. *ad fin. & Beſold. diſcurſ. de Equeſt. ordin. n.* 13. factum ſit, ut ad comitia vocari deſierint, nobis non liquet, *ut in cauſa ambigua olim reſpondebant Judices in l. Pomponius*, 13. *§ fin. ff. de arbitr. l. Pomponius*, 36. *ff. de rejud. A. Gell. lib.* 14. *Noct. Att. c.* 2. nec enim divinare cogimur, *tuti ex l ſi putator*, 31. *in fin. ff ad L. Aquil. l. apud*, 4. *§ illa*, 23 *ff. de dol. & mal. exec.* Illud certum eſt, quod hodiè inter ſtatus non reperiantur. Probat hoc I. Experientia. II. Imperii Matricula, in qua non reperiuntur. III. Comitia Imperialia, ad quæ non vocantur, *Gylm. in ſymph. tom.* 1. *p.* 1. *tit.* 3. *vot.* 7. *n.* 6. *Sixtin de Regal. c.* 4. *n.* 49. *& ſeqq. Schwaneman. lib.* 1. *proceſſ. c.* 8 *nu.* 3. *Caſp. Ziegl. in prax. aur. ad Nic. Calvol.* § *Landſaſſii, concl.* 1. *n.* 45. *& ſeqq.* Atque hoc in caſu potior eſt cauſa civitatum Imperialium, utpote quæ Status Imperii ſunt, *Gail.* 1. *obſ.* 21. *n.* 2. *& obſ.* 57. *n.* 7. *& c.* 6. *de P. P. nu.* 11. *lib.* 1. *Ruland. de Commiſſ. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 41. *Knich. c.* 13. *Encyclop. n.* 19. & jus ſedendi & ſuffragandi in comitiis fortiuntur, *Lud.* Gremp & Hieron zum Lamb *d. conſ. qu.* 1. *& 2. per tot. Dn. Chriſtoph. Lehmann. Chron. Spirenſ lib.* 4. *c.* 3. *Arum. in diſc. ad Aur. Bull.* 1. *th.* 8. *Paurm. lib.* 2. *de jurisd. c.* 2. *n.* 23. *& ſeqq. Obrecht de jurisd. c.* 6. *n.* 76. *& ſeq. Sixt. de Regal. lib.* 4. *c.* 4 *n.* 79. *Anonym. Advoc. Cam. reſp.* 66 *per tot.* Quamvis infelix Peucerus *in compl. Chron. Philip. Melanchth. lib.* 5. *in pr.* neſco quâ ex Imperii obſervantiâ hoc in dubiũ vocare auſus fuerit, Quod Anno 1582. in Auguſtanis comitiis perſonabant civitate Impp. cum enim declarationem ejuſdem ab ordinibus Imperii deſiderarent.

151. Quamvis autem Nobiles Status Imperii non ſint, habent tamen jus Auſtregarum, non minus quàm cæteri Status Imperii, *vigore ordin. Cam. Imp. part.* 2. *tit.* 3. *& 5. Donaiſ. in jur. Cam. tit.* 157. *& ſeqq. Guil. Roding. in pand. jur. Camer. lib.* 1. *tit.* 4. *& ſeq. Guil. Scipio dec. Rot. Spirenſ.* 15. *lib.* 1. & eo jure civitates Impp. tanquam ibo deſtituti, Niſi ex privilegio vel præſcriptione longiſſimi temporis, beſondere Auſträge / (quib. hodiè penè renũciaſſe videntur) & ſic alibi primâ inſtantiam habeant, *de quib. Gail.* 1. *obſ.* 1. *n.* 20. *Frid. Mindan. circ. fin. lib.* 1. *proceſſ. Cam. Vultej ad l.* 1. *n.* 47. *C. ubi ſenat. vel clariſſ. Schwanem. lib.* 1. *de proceſſ c.* 7. *Ruding.* 1. *obſ.* 50. *nu.* 9. *Bocer. cl.* 6. *diſp.* 2. *th.* 88. ſuperant.

152. An Nobiles privilegio primæ inſtantiæ renunciare poſſunt? Aff. Poteſt enim quilibet renunciare favori pro ſe introducto, *juxta l. pen. C. de pact. Gail.* 1. *obſ.* 1. *n.* 19. *& obſ.* 40. *Roding. lib.* 1. *pandect. Cam. c.* 3. *n.* 11. *Meichſn. dec. Cam.* 1. *n.* 86. *lib.* 2. *tom.* 2. tum quia ad res ſuam naturam facilè revertitur, *arg. l.* 2. *C. ſi adverſ. rem jud. text in l. ſi unus*, 27. § 1. *verſ. quod & in ſpecie, ff. de pact. Mod. Piſt. part.* 3. *qu.* 144. *ibiq; Schultes in addit. n.* 123. *cum alleg.* Nec poteſt dici non valere ſententiam tanquam a-

non

non suo judice latam, *l. ult. C. si non à compet. jud.* Nam volens alterius, etiam inferioris notioni se subjicere, *l. 1. ff. de jud. l. est receptum*, 14 *ff. de juriud. l. inter*, 28. *ff. ad municip. l. ille à quo*, 13. § *tempestivum*, 4. *ff. ad SC. Trebell. l.* 1. *C. de juriud.* prorogandoque suam jurisdictionem coram non suo judice litigare potest, *Wesenb. in par. ff. tor. de juriud. num. 9. Gylman. in Symphor. tom.* 5. *relat.* 9. *fol.* 28. *Fachina. cons.* 55. *num.* 20. *vol.* 1. Adhoc tamen non sufficeret generalis renunciatio, **daß er in allen Gerichten solte fürgenommen werden**/quia hæc clausula de competentibus est intelligenda, *Mynsi.* 1. *obs.* 88. *Roding. d. c.* 3. *Pand. Cam. in comment. c.* 7. *Ruding.* 5. *obs.* 37. *Noë Meurer proces. Cam part.* 9. *in fin.*

153. Sed Nobilis mediatus conveniendo Nobilem immediatum potestné eum convenire in Camera, vel conveniendus habétne privilegium primæ instantiæ: Austregæ juris sunt strictissimi, *Ruding. obs.* 50. *nu.* 16. *Roding. lib.* 1. *Pand. Cam. tit.* 4. n. 8. *P. Frider. de contin. caus. c.* 4. *n.* 7. *Gylman. lib.* 2. *dec. Cam. in decis. summar. nu.* 67. *post dec.* 43. neq; extenduntur ad casum in ordinatione non expressum, *arg. l. quicquid.* 99. *ff. de V. O. Mindan. lib.* 1 *proces. c.* 18. *n.* 5. Cùm ergo ut locus sit primæ instantiæ, requiratur, ut uterq; tám actor quám reus immediatus sit, *per Ord. Cam. p.* 2. *tit.* 5. *Mynsi.* 1. *obs.* 89. *Zanger. de Except. c.* 1. *p.* 2. *n.* 356. *Reusn. cons.* 6. *lib.* 2. ideoq; Nobiles mediatos non gaudent privilegio Austregarum, sed Nobiles, Barones immediatos in Camera convenire non tenentur, *Gail.* 1. *obs.* 1. *num.* 17. *Mynsi. d. obs.* 89. *Roding. Pand. Cam. lib.* 1. *tit.* 4. *n.* 12. *Sixt. de Regal. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 66 *& seqq. Scipio dec.* 111. *lib.* 2. *Ruding. d. obs.* 10. *n.* 4. *ubi acrrvus præjudiciorum.* Excipiuntur Electores, Principes *per Ordin. Cam. part* 2. *tit* 4. §. *ult.* forté ob præeminentiam, & dignitatis Excellentiam, *Gail. d. obs.* 1. *n.* 17. *H. Hartm. tit.* 1. *obs.* 10. *n.* 8. *Schwanem. lib.* 1. *proces. c.* 1. *nu.* 23. *Ruding. d. obs.* 50. *n.* 5. *Cothm. cons.* 23 *n.* 2. *& seqq.*

154. An ordo Equestris immediatè subditus Pace Religionis fruitur? Aff. Ita enim loquitur Divus Ferdinandus in Recessu Augustano *de Anno* 55. § **Vnd in solchem Frieden soll die freye Ritterschafft / welche ohn Mittel der Keys. Mayt. vnderworffen/auch begriffen seyn/ also vnd der Gestalt/ daß sie obgemelter beyder Religion halber / auch von niemandt vberweltigt / bedrangt / noch beschwert werden sollen.** Quorum verborum sequela est, Immediatè Nobilibus non modo permissum esse liberam quám velint religionem amplecti, sed etiam concessam illius Exercitium in templis & scholis publicè in dominiis suis instituere, *Joh. Bidenbach. qu. nob.* 4. *n.* 1. *Paurm. lib.* 2. *de juriud. c. ult. n.* 46. *Bocer. tr. de jur. Vasall. c.* 6. *n.* 4. *lib.* 2. institutamq; abrogare, novamq;, quæ tamen vel per § **Doch sollen alle andere**/ *ind. Recess. August. de Ann.* 55. vel tacito Principum consensu approbata sit, *vid. Norderman. de jur. Principat. conel.* 29 *per tot.* introducere, *arg. d. recess. August.* § **Vnnd damit solcher Fried** / 15 *ibi*: **So sie auffgericht / oder noch auffrichten werden.** *Bidenbach. quæst. nob.* 5 *num.* 2. *Gylman. in symphor. tom.* 1. *p.* 1. *tit.* 3. *vot.* 2. *num.* 16. cujus enim est ditio, illius etiam debet esse institutio. *Matth. Steph. de juriud. libr.* 2 *p.* 1. *c.* 7. *nu.* 474. Nec refert etiási jurisdictionem non habeant. Quod enim lege cautum non est opponi non potest, cum erubescamus sine lege loqui, § *consideramus, Auth. de trient. & semiss. text. in l.* 1. *C. quom. & quand. jud.* Et lege non distinguente, nobis etiam est interdicta distinguendi authoritas, *argum. l. de pretio*, 8. *ff. de publ. in rem act. Bidenbach quæst. nobil.* 3. *& seq. Gylman. in Symphor. tom.* 1 *p.* 1. *tit.* 3 *vot.* 13. *nu.* 27. *& seqq.*

155. Sed an in feudis ab Eccleſiaſticis dependentibus Religionem liberè mutare poſſunt? Videbatur negandum. I. Quia conſtitutio loquitur de immediatè ſubditis Imperio, *d.* § **Vnd in ſolchem/25**. *de Ann.* 55. II. Subditi tenentur profiteri religionem ſui domini, *d. Receſſ. Auguſt.* § **Wo aber vnſer/24**. Vaſallus autem & ſubditus comparantur, *Chaſſ. in conſuet. Burg. rub.* 1. § 4. *text. & ſur les hommes, n.* 2. *Myns. conſ.* 7. *n.* 8. *decad.* 2. *Soc. conſ.* 272. *nu* 11. *lib.* 2. *Rol. à Vall. conſ.* 50. *n.* 53. *& conſ.* 85. *n.* 57. *& ſeqq. vol.* 3. III. Vaſallus & fructuarius æquiparantur, *c.* 1. § *fin ex quib. cauſ. feud. amitt. Borcholt. de feud. c.* 1. *n.* 13. *& ſeq. Zaſ. in Epit. feud. part.* 10. *nu.* 64. *Rol. à Vall. conſ.* 18. *n.* 12. *vol.* 3. *Fichard. conſ.* 2. *n.* 3. *lib.* 2. Sicut autem Uſufructuarius fundi, etſi melior reddatur, formam mutare nequit, *l. uſufructu,* 7. *cum l. ſeq. l. uſufructuarius,* 44. *l.* 61. *ff. de Uſufr. Bart. Capoll. de ſerv. urb. prad. c.* 76. *nu.* 7. *& de ſerv. ruſt. prad. c* 22. *nu.* 10. Ita nec vaſallus invito Domino religionem in re feudali mutare poteſt, cum pagi & oppidi forma conſiſtat in religione & politia. Verùm nodi hi Gordii ita intricati nõ ſunt, quin iis ſufficiat de Davo aliquis. Quod enim conſtitutio I. requirit immediatum eſſe, id ratione perſonæ, cujus conſcientiæ conſultum eſt, non ratione glebæ intelligendum. *Juſt. Springerus (alias Petr. Suringius, per Anagramm.) de pace relig. c.* 10. *pag.* 115. *Mindan. lib.* 1. *proceſſ. c.* 32. *num.* 2. G. **Schönborn/** *lib.* 4. *pol. c.* 6 *circ. fin. Bidenb. qu. nob.* 2. *n.* 16. *Gylman. dec. Cam* 46. *n.* 111. II. Neq; nos turbat loquendi uſus, quo vaſalli dicuntur ſubditi, Reſpectu enim fidelitatis, non ratione ſubjectionis irrepſit iſta Catachreſis, *Paurmeiſt. lib.* 2. *de jurisd. c.* 8. *nu.* 40. *Frider. Mind. d. c.* 32. *n.* 2. *Kirchn. in Morviller. lib.* 2. *c* 2. *n.* 22. *Gail. de Arreſt. c.* 7. *n.* 10. *Chopp. de morib. Pariſ. tit.* 2. *n.* 51. *D. Zach. Vietor. in Queſt. ſtatus de cauſ. Exempt. Imp. concl.* 22 *per tot. Prudent. conſ.* 27. *nu.* 8. *Everh Jun. conſ.* 41. *n.* 94. *vol.* 1. III. Deniq; comparatio vaſalli & uſufructuarii claudicat. Plus enim juris obtinet vaſallus, quàm uſufructuarius, *arg. l. ff. ſi uſufr. pet. l.* 1. *in fin. ff. de op. nov. nunc.* Vaſallus utile habet dominium, idq; ad hæredes tranſmittit, Quod ſecus eſt in uſufructuario, cujus jus morte finitur, § *finitur,* 3. *in pr. Inſt. de uſufr. l.* 3 § *ult. ff. quib. mod. uſufr. amitt.* Atq; hæc ita obtinent niſi Dominus Religionis conſtitutionem ſingulariter ſibi præſervaverit, *Frid. Mindan. d. c.* 32 *num* 2.

156. Quæ hactenus diximus, de nudis & alienigenis vaſallis diximus; Si enim vaſalli & ſubditi, atq; ita ratione bonorum Landſaſſii ſunt, formula obſequii uberior eſt ac ſanctior, quia duplici obligatione devinciuntur, *Bod. lib.* 1. *de Repub. c.* 9. *Cujac.* 2. *de feud. tit.* 7. *Vultej. conſ. Marp.* 19 *n.* 9. *vol.* 3. Quod ſi ergo religionẽ Domini ſponte ſequi nolint, Ulyſſis habent remedium contra Sirenũ cantus, Migrationem, ut ſine omni impedimẽto vel bonorũ arreſtatione, **Gegen zimlichen billichen Abtrag der Nachſteur/** apud ſuæ religionis homines Tejorũ habeant colonia. *De quibus aliàs, & paſſim Dd. per d.* **Religions Fried/** § **Wo aber vnſer/** *Mindan. lib.* 1. *de proceſſ. cap.* 30. **Schönborn/** *lib.* 4. *pol. c.* 6. *Norderman. diſſert. de jure Princip. concl.* 28. *lit.* b. Niſi inviti emigrare cogantur, quo caſu tuti ſunt ab omnibus præſtationibus, *Gylman. tom.* 1. *Symphor. p.* 1. *tit.* 3. *vot.* 1. *Ruding.* 3. *Obſ.* 80. *Matth. Berlich. part.* 2. *concl. pract.* 41. *Joh. Kopp. dec.* 11. *n.* 15. *Adde Jaſon in l. fin. n.* 17. *C. de jur. Emphyt. Capell. Tholoſ. dec.* 75. *Chaſſ. in Conſuet. Burg. rub.* 10 § 9. *nu.* 3. *Cald. Peyer. de Emphyt. lib.* 4. *c.* 16. *n.* 61. *qui Emphyteutam ex neceſſitate rem Emphyteuticam alienantem non perdere Emphyteuſin docent, Parlador. lib.* 1. *rer. quotid. c.* 3. § 2. *nn.* 18. *qui vendentem ex neceſſitate non teneri ad gabellam tradit.*

157. An

157. An Nobiles habent jus Archivi? Negat *Rutg. Ruland. de Commiss. lib. 5. c. 4. n. 50. & seq. part. 2.* Hinc est quod illorum libri censuales, **Erbbücher/oder Erbregister**/ nullam fidem mereantur, quia non sunt de Archivo, & custoditi in publico armario, *Matth. Coler. de proces. Executiv. ad c. audientiam, n. 8. de præscr. ibiq; Felin. & Abb. Panorm. Molin. in consuet. Paris. § 5. n. 11.* Nisi Nobiles considerentur ut corpus die **gemeine Ritterschafft**/ quo casu non propter defectum requisitorum, sed propter Eminentiam jus Archivi habent, si non de jure, attamen de consuetudine, quæ vim legis obtinet, *l. nam Impp. 38. ff. de legib.* Quo facit, quod dicitur, Nobiles communiter haberi pro Statu Imperii, *Symph. dec. Cam. in verb. Nobilis, fol. 234. tom. 3. fasc. Cæs. Ziegl. in prax aur. § Austrega, concl. 1. n. 4. & seqq.*

158. An habent jus mittendi Legatos? Negat *Herm Kirchn de Legat. lib. 1. c. 28. 16.* Quos enim mittunt, nunciorum nomine veniunt, *Condiss. de Villadiego de Legat. 5. n. 16. part. 2.* Aliud verò obtinet in Ordinibus, quorum Magistri Principibus Imperii annumerantur, *Gylm. dec. Cam. 46. n. 150. lib. 1. Besold. de jurisd. c. 14.* ut est Hierosolymitanorum, in Maltha S. Johannis, **der Johanniter Herrn/oder Maltheser Ritter/in Teutschland Meister**/ & Teutonicorum Equitum (quibus quod Equites Teutonici nominarentur, alias linguas discere religio erat, *Æneas Sylv. in Europ. c. 37.*) Magister Summus, **der Commenthur des Teutschen Ordens**/ qui ut alii Principes Imperii jus sibi Legatos mittendi vindicant.

159. An Nobiles inter Illustres referuntur? Affirmant *Menoch. de A. I. Q. lib. 2. cent. 1. cas. 70. n. 10. Tiraq. de Nob. c. 2 n. 46. Farin. qu 77. c. 5. n. 11. & seqq. de testib.* Negat *Ruland. de Commiss. part. 2. lib. 2. c. 5. n. 11.* Nisi I. immediatè Imperio subjecti sint, *Ubbo Ummius disp. ad Proces. 14. n. 53. Besold. lib. 1. pol. c. 9. § 4. n. 15. & seqq.* II. Vel in aliquo officio dignitatem annexam habente, ut sunt in Germania locumtenentes Principum, **Statthalter/Hoffmeister/Marschalck**/ *Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. m. 2. nu. 80. & seqq.* In Statuum enim distributione appellatione Principum non veniunt Nobiles, sed tantùm Comites, Barones, *Paurmeist. lib. 2. de jurisd. c. 2. n. 33. Marin. Frecc. de subfeud. lib. 1. tit. de Orig. Baron. n. 5. Schrad. de feud. p. 10. sect. 1. n. 21. Pruckm. de Regal. c. 2. nu. 3. & cons. 3. nu. 26. lib. 2. Paris. cons. 141. nu. 29. lib. 4.* Unde Comiti Palatino data facultas legitimandi, ultra Nobiles non extenditur, *Marta n. declarsul part. 2. cl. 25. n. 1. & seq. & part. 1. cl. 73. n. 2. & seq. & dec. Pisan. vot. 212. n. 27. cum seq. Sixtin. lib. 1. de Regal. c. 4. nu. 114. Chass. in catal. glor. mund p. 8. consid. 46. Menoch. cons. 1010. n. 1 lib. 12 Decian. resp. 7. nu. 10. vol. 3. & resp. 84. nu. 12. vol. 5. Surdus cons. 453. nu 1. & 9. lib. 4. Peregr. cons. 20. num. 10. lib. 1. ubi ita limitat, Nisi potestas legitimandi de filiis nobilium concepta fuerit,* quoniam in generali concessione Illustres non comprehenduntur, *Petr. Heig. part. 1. quæst. 9. num. 48. Marin. Freccia de feudis lib. 2. differ. 14. Schrad. cons. 1. nu 568. Menoch. cons. 1157. nu. 14. feud. & seq. lib. 12. facit text. in cap. ne aliqui. de privil. in 6.*

CAPUT XVII.

Quibus modis Nobilitas consumatur vel minuatur.

160. Antequam de modis denigrandi nobilitatem verba faciamus, monendi sumus, cujuslibet nationis consuetudinem, communemq; reputationem patriæ imprimis esse observandum, *Tiraq. de Nob. c. 10. & c. 34. nu. 1. Cavalc. dec. 41. n. 23. lib. 1. Oliv. Razz. dec. 207. n. 5. Menoch. cons. 152. nu. 6. vol. 6 Farin. cons. crim. 95. n. 13. lib. 1. Ceph. cons. 611. n. 29 & seqq. lib. 4. Honded. cons. 87. n. 61. vol. 2.* Nam, ut scribit Paulus Æmilius *in pr. vitar. illustr.* non eadem omnibus gentibus sunt honesta atq; turpia, *arg. l. fin. § 2. ff. de muner. & hon.* Alibi fama est infamia, alibi honor nota est, *Jan. Grut. in florileg. Eth. polit. part. 1. in not. Bod. lib. 3. de Repub. c. 8. post pr. Capoll. de Imp. mil. delig. c. 4. nu. 8.* Quod si verò consuetudo cesset, in genere quæ Nobilitatis Eclipsin causantur, &, *ut loquitur Justin. Imp. in l. fin. C. de locat. & conduct.* ex militepaganum, ex docorato infamem constituunt, occurrunt.

§ I. 161. Vita Venalitiaria, seu usus vilis artificii, *per tex. in l. ne quis, C. de dign. Joh. de Selva tr. de benef. p. 3. qu. 7. n. 2. Casp. Buet. de inop. debit. c. 16. n. 32. & seq. Bon. de Curt. p. 3. n. 35. de Nob. Azev. ad const. Hisp. lib. 6. tit. 1. leg. 3 per tot. Ant. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 29. defin 18. Mausuer. in pract. tit. 38. de tallis, n. 2. v. Item illi Farin. dec. crim. 290. n. 2. Crav. cons. 549. n. 1. part. 1. Soc. cons. 246. n. 3. vol. 2. Burs. cons. 92 n. 23. & seq. lib. 1.* Nisi vel nobiles ab his artibus desistant, vel á Principe restitutionem obtineant, *arg. l. Imperialu, 23 § 1. C. de nupt. l. C. de sent. pass. Tiraq. de Nob. c. 27. nu. 5. & seqq. Gutierr. lib. 1. pract. quæst. 137. n. 10. Rebuff. ad const. Gall. tom. 2. tr. de mercat. minut. art. 1 gl. 2, n. 21. Chass. in consu. Burg. rub. 4 § 19. n. 32 & seq. ubi tamen distinguunt inter nobilitatem sanguinis & ex privilegio. Caball. Milleloq. 794. part. 2. Guid. Pap. dec. 169. n. 1. in fin. dec. 391. Ceph. cons. 238. n. 23. lib. 2. Jac. Mandell. cons. 43. n. 5. lib. 1.* Quamvis autè ardua quæstio sit, quænam artes habeantur sordidæ, *ut ait Bodin. lib. 3. de Repub. c. 8.* de jure tamen, qui viles artes exercent, sunt:

162. I. PICTORES. Operæ enim pictoriæ ponuntur inter fabriles, *per l. si non, 26. § libertus, 12. vers. sed si operas, ff. de condict. in d. c. 8.* Nisi animi tantùm causâ artem pictoriam exerceant, *l. Archiatros. 8. C. med. l. ult. C. de Excus. artif.* G. Schönborn *lib. 3. pol. c. 5. Tiraq. de Nob. c. 34. n. 2. cum seqq.*

163. II. COQUI, LANIONES. Connumerantur enim Coqui inter serviles artifices, *in l. si quid, 18. in fin. ff. de ædil. edict. l. legatis, 65. § 2. ff. de legat 2. l. servis, 99. § servis, 4. ff. eod.* Et testatur Liv. *lib. 39. Hist. Rom. c. 6. in f. & lib. 9. bell. Maced.* Coquos antiquis fuisse vilissima mancipia. Quibus annumerantur LANIONES, Sunt enim coquorum, *l. cum de lanionis, 18. ff. de fund. instruct. Tholos. lib. 18. syntag. jur univ. c. 26. n. 8.* Nec obstat, quod *Bald. ad rub. quis dic. Dux. Barb. de præstant. Card. qu. 1. n. 40. dec. 41. num. 22. lib. 1. Farin. cons. crim. 94. nu. 3. lib. 1. ubi alleg. Roman. & Cremens.* coquis Principum dignitatem adscribant, Eadem namque omnium est conditio quo ad statum, licet non quoad officia, *ut in simili traditur de servis, in l. si quid, § 1. ff. de usufr l. ult. in fin. ff. de ædil. edict. l. & servorum, 5. ff. de stat. homin. § pœna, Inst. de injur. § ult. Inst. de jur. person. l. si servus, 17 ff. de pecul.* ubi servus respectu servi dicitur Dominus.

164. III.

164. III. PISTORES. Nam id munus servorum est, *l. quæsitum* 12. *§ Trebatius*, 5. *ff. de fund. instr.* munus vilium & sordidorum artificium, *l. maximum* 12. *vers. sordidorum, C. de excus. mun.* Hinc arcentur á perfectissimatus dignitate, *l.* 1. *C. de perfect. dign.* imó & quavis alia, *l. un. C. de pistor. & ibi Sebast. Nev. Cæsar. Barz. dec.* 122. *nu.* 17. *& seqq. Ceph. cons.* 237. *n.* 9. *lib.* 2. *Petr. Surd. dec.* 313 *per tot. lib.* 1. *ubi disputat, An Pistor sit mercator.*

165. IV. FABRI LIGNARII, AURARII & VITRARII, Vocantur enim viles, *Accurs. in Nov.* 7. *c.* 3. *§* 2. *verb. Mechanicis*, & annumerantur Mechanicis, *per l.* 1. *C. de Excus. art. l. scribit*, 34. *ff. de aur. & arg. leg.* quapropter ab imperiis, honoribus, & & consessu judicum arcentur, *Eccles.* 38. *Bod. lib.* 3. *de Repub. c.* 8. nec ad testimonium ferendum sunt idonei, *Farin. tr. de testib. qu.* 57. *n.* 50. *lib.* 2 *prax. crim.* Annumeramus VITRARIOS. Sunt enim in Germania maximé ignobiles, *Eberh. à Weihe de spec orig. num.* 29. Quamvis in Gallia ex communi opinione habeantur pro Nobilibus, *teste Chass. in catal. glor. mund p.* 11. *consid.* 43.

166. V. TABERNARII, POPINARII, CAUPONES. Quibus *Ceph. cons.* 611. *n.* 16. *lib.* 4. addit NAUTAS, STABULARIOS, FULLONES, SARCINATORES, *per l. nauta ff. naut. caupon. stabular.* Viles enim sunt & abjecti, illorumque Exercitium humile, *per l. humilem, C. de incest. nupt. l.* 1. *C. de natur. lib Clem.* 1. *de vit. & honest. cler. c. nulli*, 44. *distinct. Honded. cons.* 93. *nu.* 49. *vol.* 2. *Guttierr. cons.* 31. *num.* 11. *cum* 4 *seqq.* Unde non possunt habitare apud Principem, *Johan. à Platea in l. si qua, num.* 9. *C. de spectacul. & scen.* ejusq; Senatores, & Consiliarios, *Menoch. cons.* 666. *num.* 10. *per tot. & cons.* 798. *per tot. lib.* 8. *Paru de Put. de redintegr feud. c.* 13. *num.* 28. *&* 30. Videmus enim Caupones plerunque sub prætextu instrumenti cauponii prostitutas & usurarias habere mulieres, *l palam*, 34. *ff. si qua*, 9. *ff. de rit. nupt.* ut non admodum differant ab his, quæ in lupanaribus prostant, *text. in l. ult. C. si mancip. ita ven. ne prostit. l. Athletas*, 4. *§.* 2. *ff. de his, qui notant, infam. l. qua adulterium*, 29. *C. ad L. Jul. de adulter. l. quod tamen*, 21. *§ sed si*, 11. *ff. de recept arbitr.* ubi popina vocatur locus inhonestus, & cum lupanari conjungitur. Lenocinium autem facere non minus turpe habetur, quám corpore quæstum facere, *l. palam*, 43. *§. lenocinium*, 26. *ff. de iniur.* Quare Cajus JCtus *in l. si quis*, 26. *ff. de iniur.* injuriam fieri patri dixit, si quis filium in popinam duxerit, *arg. l. ut tantum*, 14. *§.* 1. *ff. de serv. corrupt. adde Tholos. lib.* 39. *Syntagm. iur. c.* 7. *num.* 2. *Lud. à Peguera decis.* 44. *num.* 9. *& seqq.* Atque hoc adeo ampliant *Steph. Gratian. lib.* 1. *discept. forens. cap.* 186. *num.* 25. *Cravett. cons.* 163. *n.* 3. *part.* 3. etiamsi Nobilis eam artem pro vendendo vino exerceat, quod ex viribus suis natum est, si adulteriora procedat, vendendo carnes & edulia, quæ ex suis prædiis præcepta sunt.

167. VI. AGITATORES, hoc est, Equorum currumque rectores, Sunt enim personæ inhonestæ, *l. si qua, C. de spectacul. & scen.* infimæ sortis & vilis pretii, *l. Titius*, 43. *§. ult ff. de act. empt.* Non tamen infames, *l. Athletas*, 4. *in pr. ff qui not. infam.* cum etiam Romæ Nobilissimi in circo, *de quib. Marlian. lib.* 4. *Topograph. c.* 10. se exercuerint, *teste Sueton in August. c.* 43. *& in Caligula c.* 18. *Blondo lib.* 3. *instaurat. Rom. num.* 22. Minus enim est esse inhonestum, quám infamem, *arg. l. eos qui*, 12. *ff. de Decur.* Omnes personæ infames sunt inhonestæ, sed non omnes inhonestæ sunt infames, *Ant. Faber in Rational. ad l.* 4. *ff. qui not. infam. lit. D. Gothofr. in not. ad l.* 4. *C. de spectacul. Petr. Faber* 1. *semestr.* 20. *in fin.*

168. VII.

168. VII. APOTHECARII, ARGENTARII. Removenturenim ab officiis provincialibus, ut omnis honor atq; militia á contagione hujuſmodi ſegregetur, *l. ſi cohortalis*, 12. § *fin. C. de cohort. princ. Hond conſ.* 87. *n.* 60. *vol.* 2. *Ceph. conſ.* 238. *nu.* 10. *& ſeq lib.* 2. Apothecarios hîc intelligimus, quos Germani **Storger/Tanbrecher/** Weſtphali **Quackſalber** appellant, qui mercium viliſſimarum apothecas ſecum deferentes certis in locis aliquandiu conſiſtunt, emptorem operientes, *Jacob. Cujac. lib.* 2. *Obſerv. fin.*

169. IIX. MONETARII. Sunt enim abjecti, deformes, *l. ne quis*, 6. *C. de dign. Tiraq. de Nobil. c.* 34. *n.* 55. & ad dignitates inhabiles, *l.* 1. *C. de murileg. & gynaciar. Diſſ. Alciat. in d. l.* 1. *C. de murileg. Budell. de re monetar. p.* 1. *c.* 24. *per tot. dd. ll de falſificantibus interpretantes.* Unde mulier nobilis, monetarii adhærens conſortio, decus nativæ libertatis amittit, niſi legitimé admonita conventione diſcedat, *l. edicimus*, 7. *& ibi Cujac. C. de murileg. Sixtin. lib.* 2. *de Regal. c.* 7. *nu.* 33. *Decian. tr. crim. lib.* 7. *c.* 23. *n.* 6. *& c.* 28. *n.* 1. *Coraſ. lib.* 3. *miſcell. c.* 13. *Freher. de re monetar. lib.* 1. *in fin. Bocer. tr. de jur. monet. c.* 2. *n.* 51.

170. IX. ARENARII. Subeunt enim maculam infamiæ, *l.* 1. *C. de nat. lib. Bertr. conſ.* 268. *n.* 9. *vol.* 3. *p.* 1. humiles ſunt & abjectiſſimi, *l.* 7. *C. de inceſt. nupt.* & parentum hereditate ſe indignos faciunt, *l. in arenam*, 11. *C. de inoff. teſt.*

171. X. HISTRIONES, TIBICINES, LYRISTÆ, aliiq, aliorum Muſicorum inſtrumentorum in nuptiis cæterisq; feſtivitatibus luſores. Sunt enim ipſo jure infames *l.* 2. *§ ait prætor* 5. *ff. de his qui not inf c. diffinimus*, 4. *q* 1. *Weſenb. in par. fior. de adqu. rer. dom. n.* 7. *Hier. de Cavall. pract. qu.* 709. *num.* 4. *Bertr. conſ.* 136. *nu.* 1. *vol.* 8. humiles ſunt & ſordidi, *l. humilem, C. de inceſt. nupt. l.* 1. *C. de nat. lib.* vilis pretii *l. Titius*, 43 *in fin. ff de act. empt.* viles & inhoneſti, *l. ſi qua*, 4. *C. de ſpectac.* Quod ſi autem in Inveſtitura feudi pactum interponatur, ut vaſallus Nobilis loco ſervitiorum coram Domino ſuo ludat cytharâ, vel alio inſtrumento muſico, illud pro turpi habendum non eſt, *Andr. de Iſern. & Alvarott. in c.* 1. *§ fin. quid ſit inveſtit. Mozz. de accident. feud. n.* 87. *Gœdd diſp. feud.* 13. *th.* 22. *lit* b *Vultej. de feud. c.* 7. *nu.* 55. *Roſenth. de feud. c.* 6. § 30. *in marg.* Hiſtrionibus annumeramus Pantagrueles ſive Gnatones aulicos, quos civiliori vocabulo **Kurtzweilige Råhte**/vocant, qui ſtultitiam ſimulantes alios ſtultos faciunt *Æneas Sylv. c.* 62. *Hiſtor. Bohem.* quibus nulla debetur merces, niſi in ſtipulatum deducta fuerit, ſed ſufficit illis frui menſâ, converſatione, poculis & veſtitu Dominorum, *per Reform. de Ann.* 48. *tit.* **von Schalcks Narren**/28. cum nulla voluptatis ſit æſtimatio, *Zaſ. lib.* 1. *ſing. c.* 3. *n.* 44. *per l. fin. ff. de oper. libert. facit l.* 7 *l.* 11. *ff. de impenſ. in reb. det. fact.* Attamé ut nunc ſunt mores noſtrorum temporum, iſti voluptarii artifices in aulis hodie plus diteſcunt, quám vigilantiſſimi Conſiliarii, *Ant de Guevara lib.* 3. *Horolog. princ. c.* 46. *nu.* 641. *& ſeqq.* Ita crebró fit, ut melioris conditionis ſint ſtulti, quám prudentes & periti, *contra l.* 4. *ff. quod vi aut clam, cap. cum qui*, 18. *de prabend. in* 6. Ideó rapiant, capiant quantum poſſunt; dum durat gratia, á qua ſi cadunt, vel Princeps moriatur, iiſq; contenti futuræ liberalitatis expectatione in tali ſervitio dominorum nihil exigere poſſunt ab hæredibus, *Col. de proceſſ. exec. c.* 9. *part.* 1. *n.* 10. *Grat. lib.* 1. *diſcept. forenſ. c.* 185. *n* 39. *& ſeqq.* Juxta illud vulgatum: **Wer auff Gnade dienet/dem wirdt mit Barmhertzigkeit gelohnet. Landrecht**/*lib.* 1. *art.* 22. **Wer auff Gnade.**

172. XI. ATHLETÆ, PUGILES. Dum enim operas ſuas locant, non ſolum

lum sordidi, sed infames ipso jure habentur, *l. §. removent, 6. ff. de postul. Tiraq. de Nob. c. 34. n. 19. cum seqq.* Quamvis aliâs horum ars non modó ab omni infamia remota, utpote à quibus virtutis amore certamen suscipitur, *l. athletas, 4. ff. de his, qui not. infam. Coras. lib. 4. miscell. c. 24.* sed etiam laudabilis, & ad Deorum cultum à veteribus habita sit, *Donell. lib. 27. comm. jur. civ. & ad tit. C. quæ res pign. oblig. ad l. spem. 5. n. 1. & seq.* Nam ut ad eam incitarentur, victoribus propositæ erant coronæ, quæ dicebantur sacræ, *l. commodis, 40. ff. de re judic.* pro coronis veró præmia, *quorum mentio est in d. l. spem. 5. C. quæ res pign. & apud Sueton. in Neron. c. 23. & seq.* & qui ter vicerant, jubebantur immunes ab omnibus oneribus publicis, *l. un. C. de Athlet. ibiq; Cujac.* ut à Tutela, *l. si duas, 6. §. 13. ff. de Excus. tut. Montan. tr. de jur. tut. c. 35. n. 100. & seqq.* &c.

173. XII. Balneatores, Tonsores, *Nepos à Montar. de testib. n. 16. & 10. Olivar. Razzal. decis. 207. num. 11. p. 1. ubi alleg. Ripam resp. 26. lib. 1. Pruckman. cons. 12. n. 78. vol. 1. Cephal. cons. 611. per tot. lib. 4 ubi disputat, An Chirurgia sit ars vilis & mechanica.* Vilioris enim sunt conditionis, quám Histriones, *per l. sed si quis, 15. §. 1. ff. de usufr.* Nec refert quod Decius *in l. 1. num. 15. C. de in jus voc.* Barbitonsoribus Principis nobilitatem adscribat, propterea quod lateri ejus adhæreant. Ratio enim hæc est ridicula, & violenta nimis. Neque refert quod Ludovicus XI. Rex Galliæ Olivarium tonsorem suum in Burgundiam ablegaverit petitum uxorem Delphino suo Caroli Ducis unicam filiam Mariam, *referente Cominæo lib. 8. histor. & Mejer. lib. 11. annal. Franc.* Quod tamen Legationis officium olim non nisi Nobilissimis demandabatur, *Francisc. de Vair lib. 3. de Legat. c. 3. Tiraq. de Nobil. c. 20. n. 43. & seqq. Decian. resp. 7. num. 57. vol. 3.* Plenissimum enim in contemptum factum, & ita à domo Burgundica meritó habitum, quod & in jugulum tonsoris rediisset, nî maturiori fugâ sibi prospexisset, *Kirchner. de Legat. c. 4. n. 166. lib. 1.*

§ II. 174. Secundó derogatur nobilitati per Mercaturã, Privilegium enim amittitur per actum contrarium, *l. 2. C. de Carbon. edict. l. privilegio, 27. C. de Decur.* Atqui Nobiles mercaturam exercentes faciunt actum contrarium & non correspondentem nobilitati, *per l. nobiliores 3. C. de commerc. & mercat. l. milites, C. de locat. & conduct. l. ne quis, 6. C. de Dignit. l. si cohortalis in fin. de cohort. Princip. l. humilem, 7. C. de incest. nupt. l. 1. C. de natur. lib. Tiraq. de Nobil. c. 33. num. 2. cum seqq.* Ergo privilegia nobilibus concessa amittunt, iis enim renunciare videntur, *l. semper, §. fin. ff. de jur. immun. l. fin. in fin. C. de Veteran. Benevenut. Strach. de Mercatur. p. 3. num. 14. & seq. Thom. Actius de lud. Scacchor. quæst. 4. num. 4. Rebuff. ad const. Gall. tom. 2. tr. de mercat. art. 1. gl. num. 21. Guido Papæ decis. 196. num. 1. Decian. resp. 7. num. 45. vol. 2. Fr. Pfeil, cons. 101. num. 40. & seqq. in terminis. An jus vendendæ Cerevisiæ Nobilibus competat.* Quod tamen ita intelligendum, si vitam nobilitati decentem deserentes, frequenter, vel in totum mercaturam profiteantur, *per not. Thoming. cons. 24. n. 2. in fin. vol. 1. Cæsar Barz. decis. 99. num. 19. & seqq. Maranta in specul. aur. part. 4. dist 9. num. 57. & seqq. Chassan in Consuet. Burg. rubr. 4. §. 1. text. si elle n' est marschande, num. 3.* Quemadmodum enim una hirundo non facit Ver, *Andr. de Isern. ad c. Imperialem, §. pen. n. 8. de prohib. feud. al. per Frid. Paul. Fisc. in singular. jur. lit. V. num. 36. Knichen de jur. territ. c. 3. num. 157. Natta cons 637. num. 5. tom. 3.* ita nec uno negotiationis actu Nobilis statim fit mercator, *l. 1. §. 1. & ibi Gloss. ff. de tribut. act. Benev. Stracha de mercat. p. 1. num. 6. M. Freher. de Existim. c. 3. num. 17. Sebast. Med. de R. J. reg. 4 num. 76. Azevedo ad const. Hisp. lib. 5. tit. 11. leg. 19. num. 8. Thom. Act. de jud. Stacch. quæst. 8. pr. num. 18. &*

seq. Bon. de Curt. tr. Nob. p. 3. n. 86. & seqq. Scaccia de jud. c 9. nu. 183. & seq. lib. 2. Farin. part. 1. fragm. crim. lit. c. n. 173. Philipp. Monspell. cons. 31. n, 32. vol. 1. Ant. Ciof. cons. 104. per tot. vol. 1. Pruckm. cons. 6. n. 93. & seq. vol. 2. Castr. cons. 285. n. 3. vol. 1. Marcabrun. ab Anguill. cons. 18. n. 252.

175. Quid verò, si Nobiles per alium negotientur, num detrimento hoc erit Nobilitati? Negant *Mynsi. 6. obs. 54. nu. 13. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præs. 48. n. 10. Tiraq. de Nob. c. 27. n. 7. & seqq. Guttierr. lib. 1. pract. q. 137. n. 20. Strach. de mercat. part. 2. n. 17. in f. Cas. Lambert. de jur. patron. in 26. art. 9. qu. princ. 1. partis. lib. 2. Honded. cons. 87. n. 60. vol. 2.* At cum Leges Nobilibus negotiationem inhibentes indistinctè loquantur, & juris regula sit, Quod quis suo nomine exercere prohibetur, id nec per alium ipsum agere debere, *l. 1. C. quib. ad conduct. prad. fisc. l. 2. §1. ff. de admin. rer. ad civ. pert. l. non licet, 46. ff. de contrab. empt. l. quæritur, 38. ff. de bon. libert. l. Labeo, 8. §1. ff. de Usucap. l. un. §3. C. de contract. jud. Bocer. de Regal. c. 2. nu. 56. Niell. disp. feud. 2. th. 6. lit. a.* utiq; mercator est Nobilis, etiamsi negotietur per alium, *Fr. Pfeil. cons. 202. nu. 97. & seq. cent. 2. Alexand. cons. 193. circ. fin. lib. 7. per l. ita autem, §. gessisse. ff. de administr. tutel. l. tutel. l. certè, §1. ff. de precar. Cravett. cons. 549. n. 1. part. 3. per l. 1. in pr. C. de præpos. ag. in reb.* Qui enim per alium mercimonia gerit, fœdo quæstui inhiat. *Molin. Jesuita de just. & jur. disp. 342. concl. 1.* nec fieri potest, quin ejus animus eventus & luctiatiõ ducatur, *Joh. Gutierr de gabell. qu 93. nu. 35.* Nisi mos regionis, qui haud dubiè servandus, aliud permittat, *Maranta in spec. aur. part. 4. dist. 9. nu. 56. & 69. Alciat. in l. merces, ff. de V. S. & tr. de præsumpt. reg. 1. præs. 48. Capoll. de Imp. mil. delig. c. 4. n. 13.* Nam dignitas censetur, quicquid ex consuetudine sic existimatur, *Guil. de Monserrat. tr. de succeff. Reg. dub. 1. nu. 46. Betr. cons. 2. nu. 20. & cons. 32. vol. 3.* etiamsi Ecclesiastica sit, *Anchar. q. 81. n. 52. lib. 3. Guttierr. lib. 3. & 4. pract. q. 16. n. 137. cum alleg.*

§. III. 176. Tertiò derogatur Nobilitati per infamiam vitæq; turpitudinem. *Arze ab Otalora de Nob. Hisp. p. 4. c. 9. n. 5. Tiraq. de Nob. c. 24. nu. 1. & seq. Bon. de Curt. tr. Nob. p. 7. n. 13. cum seq. Somnium virid. de potest. secul. & Eccles. c. 133. nu. 6. Decian. n. resp. 66. n. 70. vol. 3. Thoming. cons. 52. n. 39. & seqq. vol. 1. & cons. 12. n. 30. vol. 2.* Non enim honos servatur ei, q se deduxit in scelus, *l. 2. C. de secund. nupt. l. 1. C. ubi senator. clariss. l. senatorii, 47. ff. de rit. nupt. l. 2. l. judices, l. quoties, C. de dignit. l. Divo Marco, C. de quæstion. c. inter. de excell. prælat.* Amittitur proinde Nobilitas, I. Propter commissum perjurium, *d. l. quoties, C. de dignit. Chass. in Consuet. Burgund. rubr. 4. §. 20. text. de sceindre, n, 6. Paris de Put. de re mil. lib. 7. q. 1. n. 24. Vincent. Mancin. tr. de juram. part. 5. Effect. 8. nu. 1. & seq. ubi infert ad Doctorem, quod privetur gradu Doctoratus propter perjurium.* Hinc in Legibus Torneamentorum statutum est, daß welcher vom Adel Sigelbrüchig/ Meyneidig/ vnd Ehrloß erkandt/ gescholten/ vnnd darvor gehalten wirdt/ in keinem Turnier solle zugelassen werden / *Reinhard. Comes* in Solms/ & *Dominus* in Müntzenberg/ *in libell. Germ.* von deß Adels Vrsprung/ *art. 43.* II. Per crimen falsi, *Tiraq. de Nob. c. 20. n. 121. Farin. oper. crim part. 6. qu 150. n. 15. Thoming. dec. 7. n 27. Lud. á Peguera dec. 80 n. 3. Soc. jun. cons. 39. n. 41. lib. 2.* III. Per crimen læsæ Majestatis, *arg. l. quisquis, 5. C. ad L. Jul. Maj. Otalora de Nob. Hisp. part. 2. c. 7. n. 17. & part. 4. c. 9. Fab. de Anna cons. 17. nu. 47.* IV. Propter furtum, *arg. l. 1. C. quand. lib. unc. cuiq; se vind. Covarr. var. resol. c. 9. n. 4. Guttierr part. 1. de contract. jur. c. 16. n. 21.* V. Si mulier nobilis impudicè vivat, suamq; pudicitiam prostituat, *Bon. de Curt. tr. Nobil. part. 3. nu. 194.* Quod quamvis dicere durum videatur, *Wesenb. in par ff tor. ad tit. qui notant,*

notant, infam. n. 5. vers. Lege porro, durum tamen non est, quia Lex Consuetudinis ita inter Nobiles scripta est, *arg. l. prospexit*, 12 § 1. *ff. qui & à quib. manumiss.*

§. IV. 177. Derogatur deniq; Nobilitati per contractum cum viro ignobili matrimonium, *Tiraq. de Nob. c. 18. n. 16. & seqq. Ant. Faber. in Cod. forens. lib. 9. tit. 29. defin. 17. & 20. Azev. ad const. Hisp. lib. 2. tit. 11. leg. 9. n. 7. Chass. in consuet. Burg. rub. 9. §. 7. n. 5. Lup. in rub. de don. int. vir. & ux. § 32. n. 1. & seq. Vultej. lib. 1. jurispr. Rom. c. 16. & cons. Marp. 33. n. 168. vol. 3. Guid. Pap. dec. 349. n. 2. Fr. Pfeil. cons. 202. nu. 86. cent. 2.* Uderatus ex muliere nobili & marito plebejo, utrumq; parentem plebejum habet, unum naturâ, alterum participatione, *Joan. Staphil. tr. de grat. & Expect. rub. Circatenum, n. 16. cum seqq.* Idq; in tantum obtinet, ut etiam mortuo marito ignobili nobilitatem non recuperet, sed restitutione opus habeat, *l. Imperator, C. de nupt. l. 1. C. de incest. nupt.* Nisi vicissim nobili viro nubat, quo casu jure quasi postliminii novum novi matriti nobilitatem adipiscitur, *l. ult. C. de his, qui ven. etat. Tiraqu. d. c. 18. n. 38. Matth. in not. ad decis. 349. Guid. Pap. Papon. lib. 5. arrest. tit. des tailles, 11. arrest. 26. Rebuff. lib. des francs fiefs. part. 1. c. 9.*

178. Parergon sit hæc quæstio, An Pater amissâ nobilitate liberis inferat præjudicium? Distinguimus inter Nobilitatem dativam & nativam: Si dativa est nobilitas, i. e. si pater primus sit, qui ex imâ status cavea ad nobilitatis podium evectus, cum per exercitium artium vilium amiserit, liberis præjudicat, *Ant. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 29. defin. 25.* Nisi ex Principis liberalitate posteris quoq; sit, *Tiraq. de Nob. c. 35. n. 5. Reyger. in thesaur. jur. verb. Nobilitas, n. 18. tom. 2.* Neq, id mirum; quia quam nobilitatem amisit, eam aliis nec dare, nec transmittere potest, *l. nemo, 54. ff. de R. l. l. milites, 20 ff. de adquir. rer. dom. Cravett. cons. 165. n. 4.* Non renascitur ex cineribus, ut Ægyptiæ volucris Phœnix, jus enim semel consopitum haud reviviscit, *arg. l. qui me, 38 § area. ff. de solut. l. cum ex, l. fin. C. de remiss. pign. c. nonnulli, de rescript. t. si illic, 23. q. 2. quæru. de consecrat. 4. dist.* Idq; locum habet causa etiam extinctionis cessante, *arg. d. area l. si filius, ff. de liber. & posth. l. 1 & seqq C. de posth. hered. inst l. Divo, C. de qu. l. cum, § pactus. ff. de pact.*

179. Amittit autem pater Nobilitatem quoad honorem, non quoad onera, *Conrad. Brun. de haret. lib. 5. c. 7 nu. 11 Petr. Surd. de aliment tit. 6. q. 18. n. 12. Jas. in rub. nu. 11 ff. de l. & l. Matth. Castrit. in not. ad pract. Mausuer. tit. 37. rub. de Nobilitate, reg. 15. Guid. Pap. decis. 387. in addit. arg. l. 7. § ult. & l. seq. ff. de interdict. & releg. l. 1, C. de infam. l. 11. C. de Decur. l. 1. C. de his qui non implet stip. l. 2. § nemo, ff. de c. dimin.* Ne cedant commodum, quod in pœnam potius erat retorquendum, *Lap. de Castellion. tr. de Canon. portion. in pr. nu. 19 Petr. de Ubald. tr. de Canon. Episcopal. c. 7 num. 27. Petr. Cabal. rei. criminal. cas 124. arg. c. si necesse, in fin. extr. de don. int. vir. & ux. c pro illorum de præbend. c. intelleximus de judic l. sive ff. de negot gest.* Hinc collectas, & onera, quatenus separabilia, subire tenetur, *Tiraq de Nob. c. 24. n. 7. Ascan. Clement. de patr. pot. c. nob. n. 16. Hieron. Gigas tr. de Pension. Eccles. iast q. 64. n. 14. Bart. Bellencin de charitat. subsid. § 33. n. 4.*

180. Si verò nativa est Nobilitas, h. e. si per longam Majorum seriem continuata sit, tum liberis nihil adfert præjudicii, *arg. l. cum qui, 3 ff. de interd. & releg. Otavian. de Nobil. Hisp. c. 9. n. 9. & n. 13. in fin. Azeved ad const. Hisp. lib. 6 tit. 1. leg. 1. nu. 43. Tiraq de Nob. c. 35 nu. 4. Ant. Faber in Cod tit. 29 defin. 1. 14. & 25. Fab de Anna cons. 2. n. 1. & seq & cons. 17. n. 17. Menoch. cons. 584. n. 14. & cons. 1261. n. 27. & seqq. lib. 13.*

Natta cons.576.num.8 & seq tom.3. tum quoniam parentes filiorum honori detrahere non possunt, *l.inter, 6.§.filius.ff.de adulter. Vulpel.de pace, quæst.8.num.5.* tum quoniam quæsita dignitas liberis propter crimen patris auferenda non est, *l.generali, 34. de rit.nupt.l.7.§.fin.l.filiam, 9.ff.de Senator.l.2.§.pen.ff.de Decur.* Lupus *tr.de obtentione retentionisq; regni Navarræ justitia, part.5.§.6. Cephal.cons.594.per tot.lib.4.* ut hinc tollè docuerit Garzias *de Nobil Hisp.gl.12.num.48.* dari casum, in quo pater plebejus, filius verò in possessorio Nobilis pronuncietur.

CAPUT XIIX.

An Paupertas, Agricultura, Iudicis, Advocati, Procuratoris vel Notarii officium, Adoptio á patre plebejo, Cursus temporis, Non usus, Religionis ingressus, Doctoralisque dignitas Nobilitatem auferant.

§. I. 181. Quis dicatur pauper, diversarum opinionum oblita est quæstio. Alii judicis arbitrio committunt, *arg.l.1.ff.de jur.delib. Beninc.ad tract.de paupert.in 4. quæst.princ.num.17. Tholos.lib.32. Syntagm.c.12 num.13. Menoch.de A.I.Q.lib.2.cent.1. cas.65.num.7. Mascard.de probat concl.1159.num.8. & per tot. Munnoz. de Escobar. de ratiocin.admin.c.22.num.58. Mynsing.4.obs 97.in fin. Ruding.1.obs.33.num.1. Gratian.de cis.34.num.13. Cæsar Barz.decis.80.num.8. Surdus decis.61.num.3.lib.1.* Alii Paupertem definiunt, qui non habet 50. in bonis, *arg.l.nonnulli.10.ff.de accus.c.prohibentur, quæst.1.c.2. Nep.à Mont. Alban.tr. de Except. reor. tit.10. Damhoud de patrocin.pupill.c.6.nu.47. Hieron. Gigas de pension. Eccles.q.80.num.19. Coler. de process.exec.part. 1.c.2.num.121. Gail.1.obs.142.num.8.* Alii, qui habet possessionem, sed pecuniam numeratam non habet, *arg.l.in fundo, 38. & ibi Bald.ff.de rei vind.l.utilium, ff.de impens. in res dot.fact.l.divortio, ff. de negot.gest. Petr.Costal.part.2. animadv. adl.si servum, 21. per ill.text ff.de noxal:act.* Alii, qui minus 100. aureos in substantia habet, *arg.§.3. Inst. de succes.lib Jac.Ayrer.in process.jur.c.7.obs.2.num.5. M.Ant. de Amatis decis.72.nu.3.* Exinde notant Dd. Nobilem dici pauperem, etiamsi 100. in bonis habeat, quibus tamen statum suum servare non possit, *Bald. in l.si quis, 49.C.de Episc.& cler. Ripa tr. de peste, c.18.num.108. Lupus in repet.rubr.de don.int.vir.& ux.§.11.nu.11. Decius cons. 120.num.2. Leonard.cons.17.num.174. inter cons.feud. Bruni. Natta cons.590.num.14. tom.3. Nicol.Bets.de pact.famil.illustr.c.8.fol.385. ubi ait, quod illustris mendicare dicatur, si victum quidem, at cætera secundum dignitatem non habeat,* quamvis ipsius bona, si Rusticus haberet, diceretur dives, *Menoch.de A.I.Q.cas.63.num.7 Mascard.de probat.concl.154.num.14. August.Morla in Empor.jur.p.1.tit.12.qu.12.num.6. Honadeis. cons.94.num.30.vol.1.* Rusticus enim non censetur pauper, qui habet suos boves, plaustra, reliquumque instrumentum rusticum, *Decius cons.163.num.2. Pruckman. cons.6.n.277.vol.2.*

182. Quibus præsuppositis dicendum, nobilitatem ob paupertatem non amitti, *per l.humilem, 7.C.de incest.nupt. Tiraq.de Nobil.c.35.n.5. & seqq. Cartil. trac. Nob.p.7.n.4. Schneid.de feud.part.3.n.106. Casp.Bæt.de inop.debit.c.16.nu.17. & seq.* Gyman-

Gilman. decis. Cam. 9. num. 17. lib. 1. cum paupertas non sit de genere malorum, Ar-mut ist kein Schand noch Vnehr / *Damhoud. de patrocin. pupill. tit. de tut. & cur. mer-cad. cap. 1. num. 25. Gail. 2. obs. 95. num. 2. Gilhaus. in arb. jud. crim. cap. 5. ramusc. 4. num. 11. Alberic. de Malet. tr. de testib. c. 5. n. 25. Capoll. de Imp. mil. delig. c. 12. n. 42. Amatis dec. 117. n. 9. Mynsing. cons. 2. n. 27. cent. 1. Wesenb. cons. 18. num. 27. Pruckm. cons. 6. num. 174. vol. 2. Bertazzol. cons. 89. num. 8. lib. 1.* nisi talis egestas sit, qualis Iro Homerico con-tingebat. *Raph. Volaterran. lib. 32. comm. tit. pro Paupertate.* Quandoquidem non ne-gamus familias absque bonis sordescere, *arg. l. si quisquis, 5. §. 1. C. ad L. Jul. Maj. Mo-linæus de primog. lib. 1. cap. 11. num 4. Mantica de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 1. num. 45. Syn-tag. 13. num. 4. & seq. Mich. ab Agustr. de success. regn. Portugall. p. 3. num. 64. Decian. resp. 7. num. 65. vol. 5. Lud. de Casannat. cons. 56. num. 32. Quetta cons. 35. num. 5. Bur-sat. cons. 460. num. 48. lib. 4.* Nobiliumque dignitatem obscurari, contemni, atque eorum iri, *arg. l. pretatu, 6. C. de susp. tut. Curtil. tr. Nob. p. 7. num. 4. Trentacinq. lib. 2. vol. 1. de statutis, num. 3. vers. Minor. Chassan. in consuet. Burg. rubr. 4. §. 19. num. 29. Cart. San. cons. 34. n. 12. part. 1. Pruckman. cons. 22. n. 142. Petr. Caball. cons. 128. n. 141. vol. 2. Monald. cons. 13. n. 5. vol. 2.*

Nil habet infelix paupertas durius in se,
Quàm quod ridiculos homines faciat.

Juvenal. lib. 1. Satyr. 3. Plaut. in Sticho, act. 2. scen. Famem esse. Omnesque quibus res humanæ secundæ, magis sunt, nescio quomodo, suspicioni, *Terent. in Adelph. act. 4. sc. 5.*

Magnum pauperies opprobrium, jubet
Quidvis facere ac pati,
Virtutisque viam deserit arduæ.

Horat. lib. 3. Carm. Ode 24. Ita ut secundum illud Plauti, præstet divitem esse & po-tentem, quàm Nobilem & mendicum, *Tiraquell. de Nobil. c. 32. n. 22.*

§. II. 183. Nec ex eo Nobilitas amittitur, quod vir Nobilis tela in usum vomeris ligonisque convertisse, *ut loquitur l. fin. C. de mancip. & colon. ubi tamen ait, inutile esse ex milite colonum fieri*, & agros suos propria manu coluisse probetur, *per canquam de consecrat. dist. 5. c. 1. §. caterum, de V. S. c. clerius, 91. dist. Tiraq. de Nobil. c. 32. num. 1. & seqq. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præs. 48. num. 9. Maranta in specul. aur. part. 4. dist. 9. num. 66. & seq. Ant. Faber in Cod. lib. 9. tit. 29. defin. 3. Guido Papa decis. 41. 196. num. 2. & decis. 392. ibiq; Matth. in not. Rebuff. ad const. Gall. tom. 2. tract. de mercat. am. 1. foss. 2. num. 24.* Habetur enim cultura loco fructuum ex feudo perceptorum, quam quis absque nota mercaturæ licitè exercet, *Guil. Bened. c. Raynut. verb. dotem quam in dotal. n. 52. p. 1. extr. de testam. Sola ad const. antiq. Sabaud. super decret. Ur sta-tuum. gl. 2. n. 9. rubr. de nominat. dom. Joan. Saison. in Consuet. Turonens. tit. 24. §. 8. art. 8. Rauch. de vestitur. pact. p. 2. c. 4. n. 120. Vinc. de Franch. decis. 128. n. 4. p. 1. Surdus cons. 80. n. 38. Fab. de Anna cons. 34. n. 8. cum seqq.*

141. Hinc problema illud, An nobilitati eorum, qui in villis habitant, a-liquid derogetur? Ac quamvis Imp. plures faciat habitantem in Civitate, (quod Ecclesiastici Nobiles ignominiæ loco existimant, *Choppin. lib. 2. de privil. rustic. cap. 1.*) quam in villa, *in Auth. Præsides, C. de Episc. aud. § interim, Nov. de defens. civ. Tiraq. de Nobil. c. 2. n. 54. Adde Steph. Gratian. decis. 96. n. 13. & seq. Bon. de Curtil. tr. Nobil. p. 2. n. 85. Decian. resp. 84. n. 21. vol. 5. Nevizan. cons. 12. n. 106. inter cons. feud. Bruni part. 1. Nic. Boer.*

Boër. tr. de Ordin. grad part. 2. n. 45. ubi ait ex Luc. de Penna, quod civis ex urbe ſplendida oriundus ſit nobilis. Non ſtatim tamen ii, qui rus habitant; in Faunorum etiam caſu lis, ruſtici vel ignobiliores cenſendi, *Wurmbſ. pract. Obſ. tit. 27. Obſ. 2. n. 5. Schneidew. ad §. Item Serviana, n. 25. Inſt. de act. Paris de Put. de re mil. lib. 4. c. An miles, nu. 2. in fin.* Non enim loco, ſed genere & virtutibus diſtinguitur Nobilitas, *arg. l. ſi prædium, C. de prad. min. l. urbana, 166. ff. de V. S. Chaſſan. in catal glor. mund. p. 8. conſid. 18. Matth. Steph. de Nobil. c. 3. n. 4. Guttierr. lib. 3. & 4. pract. qu 13. n. 46. & ſeq. Decian. reſp. 66. nu. 42. & ſeqq. vol. 3.* In Germania Nobiles & Patritii ratione loci diſtinguuntur, quorum illi in villis, hi in civitatibus morantur, & domi nobiles vocantur, *Beſold. lib. 1. pol. c. 11. §7. n. 48.* Ac quamvis Nobiles interdum ſe in civitates conferant, hoc tantũ fit quietis cauſa, & tum forenſium loco ſe haberi, quàm Cives & Incolæ eſſe malũt, *Cothman. conſ. 72. n. 52 vol 2.*

§. III. 185. Nec judicandi munus Nobilitati derogat, P. H. O. *Caroli V art. 1. §1. Tiraq. de Nobil. c. 28. per tot. Chaſſ. ad conſuet. Burg. tit. des Enfens de pluſieurs liſtes. rub. 6. §4. text. Entre gens nobles, in pr. nu. 12. & in catal. glor. mund. p. 8. conſid. 11. Fab. de Anna conſ. 34. n. 7.* Quæ enim major gloria, quàm præeſſe judiciis, per quæ conſervatur hominum ſocietas? *l. judices, 12. C. de dign. Bodin. lib. 3. de Rep. c. 8.* Schönborn/ *lib. 3. pol. c. 39. Seb. Vant. tr. de nullit. tit. Ex defectu juriſd. 10. n. 45.* Summos ſibi honores conciliat, qui operatur decidendis litibus, *l. ſemper, in pr. ff. de jur. immun. l. 3. §1. ff. quod met. cauſ. l. ult & ibi Salyc. n. 1. C. quando prov. non eſt neceſſ. l. obſervandum, 17. ff. de off. præſid. c. ut debitus, de appell. Gratian. dec. 128. n. 2. lib. 1. & dec. 284. n. 22. & ſeqq. lib. 2. Peregr. conſ. 3. n. 28. lib. 3.*

§. IV. 186. Nec Advocati vel Cauſidici munus (quod in Gallia adeò fructuoſum eſſe, ut etiam Nobiles invideant, ſcribit *Claud. Seſſel. lib. 1. de Repub. Gallor.*) nobilitati derogat, *Azeved. ad conſt. Hiſp. lib. 6 tit. 1. leg. 1. nu 20. & ſeq. Tiraq. de Nob. c. 29. n. 11. & ſeqq. Bart. Agricol. tr. de offic. Advoc. per tot.* Nam I. laudabile eſt Advocationis officium, *l. laudabile, 3. C. de advoc. div. jud. l. 2. §poſt originem. ff. de O. I. c. quia Epiſcopus, in fin. q. 3. Georg. de Cabedo pract qu. 214. nu. 1. lib. 1. Honded. conſ. 81. n. 51. & ſeq. vol. 1.* præſertim in ſumma juris officina, quæ eſt Spiræ Nemetum, *Otth. Meland. in com. Cam. part. 1. tit. 45. Treutl. vol. 1. diſp. 9. th. 6. lit. g.* Schönborn / *lib. 3. pol. c. 39.* H. Milites nobilitat. *Bart. in l. 2. § filius, ff. de Decur. Paris de Put. de re mil. lib. 6. qu. 14. n. 9. & qu. ſeq. n. 3. Alciat. de ſingul. certam. c. 30. n. 2. & ſeq. & qu. 34. n. 6. Guido Pape dec. 388. n. 4.* At Advocati, qui glorioſæ vocis confiſi munimine laborantium ſpem, vitã poſteros defendunt, non minus Imperio militant, quàm qui gladiis, clypeis, & thoracibus nituntur, *l. advocati, C. de advoc. div. jud. Gail. 1. obſ. 43 n. 1. & ſeqq. Rudinger. 1. obſ 10. n. 1. & ſeqq. H. Hartm tit. 52. pract. obſ. 7. n. 2. Schwartz. maj. lib. 1. miſcell. jur. c. 3. Fr. Pfeil. conſ. 197. n 9. cent. 2.*

§. V. 187. Nec Procuratoris officium nobilitati derogat, quoniam nullo juris loco proditum eſt, Nobiles ſi procurationem alienæ litis ſuſceperint, nobilitatẽ perdere, *Harprecht. in com. de procur. § Procuraror. nu. 156. & ſeqq. Bocer. cl. 6. diſp. 6 th. 29. Ant. Faber in Cod. lib. 2. tit. 29. defin. 5 de dignit.* præſertim ſi Illuſtrium & Magnatum officia procurent. *Bernh. Graven. concl. Camer. 43. conſid. 2. n. 2. Rebuff. in com. ad conſt. Reg. Gall. tom. 1. t. de ſent. præjud. art. 16. gl. 14. nu. 4. Bocer. claſſ. 2. diſp. 6. th. 12. lit. c. Gratian. lib. 1. diſcept. for. c. 186. n. 21. & c. 56. n. 39. Coler. dec. 115. n. fin. Cavalc. dec. 41. nu. 24. & ſeqq. lib. 1.* & in Imperiali Camera id fiat, *arg. Ord. Cam. part. 1. tit. 3. Mynſ. 4. obſ.*

obs.32.Gail.d.obs.43.n.8.Ruding.1.obs.60.n.2.Meland.d.part.1.tit.46. proinde nec temerè *cum Guid.Pap.dec.89.n.1.* affirmandum, *arg.l.ab ea,5.ff.de probat.l.dissentientes,5.C.de repud.l.illam,19.C.de collat.l.nemo,5.C.de dignit.Nov.18.c.5.in pr.Tiraq.de Nob.c.30.per tot.* Quæ tamen á nobis dicta, non eó spectant, quasi Nobilibus suasores ad procurandum fuerimus, sed ut demonstremus, liberos, quorum forté Majores in foro litibus deservierint, fortunam suam & nobilitatem illibatam retinuisse.

§.VI. 188. Nec artis Notoriatus notitia Nobilitati derogat, *Nicol.Hontheim.in suo tr.de art.notariat.lib.1.c.7.& c.14.per tot.Guttierr.lib.1.pract.q.137.per tot.Ant.Bab.in Cod.lib.9.tit.29.defin 4.* Est enim bona & honesta, *arg.Novell.8.c.eos autem,8.vers.quis enim non diligat,Ecclesiast.10.* non vilis & infamis, sed nobilis, *Guil.Roville lib.3.de just.& jur.c.4.nu.4. Chass.in catal.glor.mund.part.7.consid.50.& part.11.consid.19.Cavalc.dec.41.nu.21.& seqq.lib 1.* Et Nobilem honestumq; virum exercere convenit, *Menoch.cons.552.per tot.lib.6.Ceph.cons.238.n.20.& seqq.ubi refert ex Chass.cons.64.n.34.quod Nobilis, si exerceat officium vile, faciat ut illud non dicatur vile.* Unde illegitimi & infames á tali munere repelluntur. Reichs-Abschied/*de Anno 12.§.* Erstlich ordnen/ *Denais.in jur.Cam.tit.196.§1. Gabr.Palaott.tr.de noth.& spur.c.36.n.1.& seq.Cabed.dec.71.n.4.lib.1.Ruin.cons.35.n.14.vol.4.* Ac quamvis pleriq; officium Notarii vile esse contendant, *Vivius tr.com.opin.lit.N.verb.Notarius infamis,n.1.& seqq.Tholos.lib.47.Syntagm.c.42.n.14.Guid.Papæ dec.90.Boër.dec.222.n.9.Cravett.cons.163.n.1.part.3.* Idem tamen limitant, Nisi in curia vel Principis consistorio tale exerceant, *Mart.Laud.tr.de offic.qu.119.Barb.de præstant.Cardinal.qu.1.n.40.p.1.Ant.Corset.de potest.& Excell.Reg.qu.95.Tiraq.de Nob.c.30.n.8.& seq.Bertr.cons.60.nu.3.vol.7.*

§.VII. 189. Nec Adoptio á patre plebejo dignitatem Nobilis it diminutum, *per l.adoptionem,35.ff.de adopt.l.senatoris,6.§1.& l.seq.in pr.ff.de senator.Niell.disp.feud.ult.th.2.lit.b.reg.3.* Accidentale enim nunquam extinguit, nec privat naturale, *arg.l.qui habet,ff.de tut.l.1.C.de cur.furios.Guil.de Monferrat.tr.de success.reb.dub.1.nu.5.& seq.* Cujacius quidem dissentit *in comm.lib.36.qu.Papin.* Sed hunc in ordinem redegit, *Bocer.tr.de Regal.c.2.n.43.& seqq.*

§.IIX. 190. Nec cursus temporis seu præscriptionis tollit nobilitatem. Sanguinis enim jura non possunt præscribi, *Guil.de Monferrat.tr.de success.Regn.Franc.dub.4.n.6.& 15.Guttier.lib.3.& 4.pract.qu.13.n.90.*

§.IX. 191. Nec propter Non usum amittitur, *Arze ab.Otalor.de Nobil.Hisp.2.part.3.part.princ.c.9.n.13.Decian.resp.66.n.70.vol.3.Menoch.cons.1261.n.21.& seq.* Nisi ulus adsit contrarius, *Felin.in c.cum accessissent,n.26.de constit.Marsil.in rub.ff.de fideiuss.n.335.Mausner.in pract.tit.38.de tallis,n.20.Verallus dec.379.part.2.Menoch.lib.6.præs.41.per tot.& d.cons.1261.n.22.& seq.lib.13.*

§.X. 192. Nec Monachatus seu ingressus religionis nobilitatem immutat, *Baptist.à Villalob.tr.comm.opin.N.14.Lud.de Roma singul.c.37.Reyger.in thesaur.jur.verb.Nobilitas,n.13.tom.2.* facta etiam professione, wann er eingeschleifft worden/ *contra Felin.in c.cum deputati,n.4.de iud.& Gl.in c.urb.verb.personarũ,de stat.monach.* Quamvis n. dignitates nobiles seu feudales per Monachatum amittãtur, *c.1.in fin.de feud.fœm.de Vasall.mil.qui arm.depos.c.1.§qui clericus,si de feud.defunct.Vult.de feud.c.9.n.67.lib.1.Schrad.de feud.p.7.c.5.n.30.Schneidew.part.6.de success.descend.nu.21.cum seq.Sonsbec.de feud.part.137.cum seq.Mynf.5.obs.48.nu.3.cum seq.Cacher.dec.27.*

num.4.

n 4. *Bero conſ.* 16. *n.* 14. *vol.* 1. *Gozad. conſ.* 26. *n.* 53. *Natta conſ.* 507. *nu.* 16. *& conſ.* 600. *n.* 11. *vol.* 3. Nobilitas tamen, tanquam jus quoddam ſanguinis, per Emancipationem ſeculi temporalis immutari nequit, *arg. l. jus agnationis*, 34 *ff. de pact. l. jura*, 8 *ff. de R. I. l. cum obligato*, 8 *ff. de c. minut. Tiraq. de Nob. c.* 26. *n.* 5. *Bon. de Curt. tr. Nob. part.* 7. *& ult. n.* 33. *Rebuff. tr. de nominat. qu.* 12. *n.* 44. *Decian. reſp. n.* 31. *n.* 9. *& ſeqq. vol.* 5.

§. *fin.* 193. Nec deniq; Doctoralis dignitas Nobilitatem abolet. *Wolfg. Gruning. Arnold. de Reyger, H. Kirchn. in Orat. de hac qu. habit. Anno* 618. *Spira excuſ. Matth. Steph. de juriſd. lib.* 3. *p.* 2. *c.* 14. *in fin. Speckhan cont.* 1. *qu.* 100. *Eberh. à* Weihe *in Aulic. polit. regul.* 511. *edit. poſtrem. ubi tamen ait, Nobili Doctoris gradum habere non eſſe conſultum, nec conducibile.* Dignitas enim dignitati juncta, priorem non abolet, ſed auget, & illuſtriorē efficit, *Sim. Majol. tom.* 2. *dier. Canic. colloq.* 6. *Zaſ. adt. de ſenat. n.* 6. *tom.* 2. *Guil. de Monferrat. in ſucceſſ. Reg. dub.* 1. *n.* 4. *Lud. à Peguera dec.* 95. *n.* 4. *& per tot. Coler. conſ.* 33. *n.* 101. *Soc. conſ.* 129. *n.* 7. *vol.* 1. *Ceph. conſ.* 331. *n.* 20. *& ſeqq. lib.* 3. *Alex. conſ.* 32. *n.* 7. *& ſeq. vol.* 5. An Nobilis in Doctorem promotus vocandus eſt Doctor, vel Nobilis? R. Quod major dignitas ſit attendenda, & ab ea perſona nominanda, *Jaſ. in l. imperium*, 3. *n.* 3. *ubi hoc pluribus exemplis illuſtrat, ff. de juriſd. omn jud. Gail.* 1. *obſ.* 30. *nu.* 22. *lib.* 1. *Schrad. de feud. p.* 10. *ſect.* 7 *n.* 136. *Lupus in rub. de don. int. vir. & ux.* §12. *n.* 3. *Gomez. in com. adl. Tauri, leg.* 79. *nu.* 6. *Gratian. lib.* 1. *diſcept. forenſ. c.* 148. *n.* 6. Mixtum enim ſeu compoſitum ex duobus, attribuitur ei, quod eſt dignius, *Gail.* 1. *obſ.* 38 *n.* 7. Et dignius trahit ad ſe minus dignum, *c. quod in dubiis, verſ. fin. de conſecrat. Eccleſ. un. eod. tit. in* 6. *l. quæritur*, 10. *ff. de ſtat. hom. P. Heig. qu.* 16. *n.* 33. *part.* 1. *Tiraqu. de retract. prox.* §1 *gl.* 7. *n.* 82. *Knich. de Sax. non prov jur. verb. Electorum, c.* 4. *n.* 33. *Acta der Marpurgiſchen* **Succeſſion** */part.* 3. *fol.* 125. quamvis diverſis reſpectibus, diverſo jure & diverſis qualitatibus cenſeri poſſit, *per tex. in c. poſtulatis, de conceſſ. prabend. & collatione, de appell. in* 6. *Gail. de Arreſt. c.* 6. *n.* 14. *Eberh. á Middelb. in topica, loc.* 116. *per tot. Schurff. conſ.* 72. *n.* 2. *cum ſeq. cent.* 1. *Vultej. lib.* 1. *feud. c.* 4. *num.* 9.

DE

XV.

DE VARIIS UNIVERSITATUM SPECIEBUS, EARUMQUE JURIBUS,

D. Henrici Bruningii.

THESIS I.

DE Juribus Universitatum frequentiorum quarundam controversiarum Epitomen publicæ subjecturi censuræ, ne illotis, quod ajũt, manibus ad rem ipsam protinus accessisse cuipiam videamur, ab ipsarum Universitatum incunabilis exordiendum, ac paucis latentia earundem incrementa duximus prælibanda.

Jam tum cum prępotens illę rerum omnium creator DEUS OPT. MAX. individuam vitæ sociam primo nostrûm omnium parenti conjunxit, fundamenta quamvis admodum exigua maximę olim futuræ universitatis jacta sunt: Vix enim uno atque altero ex fœcunda cohabitatione procreatis liberis novum familiæ *a* rerump. omnium seminarii nomen productum est: Plurium familiarum collectio civitatibus vicisq;, atq; hæ tanquam matres, unde & metropoles metrocomjęq; dicuntur, aliis civitatibus vicisq; ortum dederunt; Horum conjunctio provinciæ nomen peperit. Cum in tantam jam multitudinem gens humana excrevisset, continendæ ei una non sufficeret provincia, plures earũ constitutæ sunt, quæ & ipsæ in tantam habitatorum devenerunt copiam, ut magnitudine suarum terrarum orbem repleverint. Et hæc omnia ambitu suo Universitatis nomen complectitur. *b*

a Ea olim familiarum ratio fuit. Cum agnascentibus in dies liberis uno tecto omnes non continerentur, plures commodis in locis erexerunt habitationes, plurisq;, necessaria facta secessione familiarum, Duces extiterunt, qui omnes tamẽ à communi parente, tanquam capite, dependebant ipsiusq; nutu atq; arbitrio regebantur. Summo familiarum Prin. extincto cum par in parem Imperium non haberet, uti quisq; inter suos ætate prævalebat, ita principio quidem, humanis scilicet animis insana dominandi libidine necdum infectis, imperium autoritatemq; facilé obtinebat: Hi & ipsi rerum suarum usu & necessitate exigente, vel cũ omni familia, vel certâ ejus parte alrò migratum ibant. Hinc, ut dictum, varii pagi variæque, ut rum quidem ferebant tempora, conditæ sunt urbes: Sic Cain iram divinam fugiens,

urbem sibi suisque condidit, quam á nomine filii sui Hanoch appellavit, *Gen.* 4. *vers.* 17. Assur, Niniven, *Gen.* 10. *v.* 11. Posteri Noach diversas in partes sibi abeundum metuentes, ut gloriosa nominis sui monimenta iis in locis relinquerent, ingentem urbem & turrim constituerunt, *Gen.* 11. *v* 4. *& seqq.* Alii etiam quibus in tam ampla hominum societate vivere grave erat, urbib. vicisq; relictis cum suis rus secesserũt, ac rei rusticæ, pecuariæque, á tumultibus urbanis remoti, operam dederunt, *Gen.* 4. *vers.* 20. Extincto verò in urbibus, in quibus plures erant familiæ, summo Principe, cum paribus jam prope omnibus administratio non difficilis modó, sed peneimpossibilis videretur, quem probatæ præ cæteris modestiæ & justiciæ opinabantur, sibi elegere, qui nullus primo legibus sed naturalis tantummodo rationis acumine instructus jura suis redderet *vid pulchré Ioh. Baptista Asin. in pract. indic proœm. c. 2. de instant.* Civitates verò ipsæ cum multitudine inhabitantium nimium oneratæ sibi viderentur, flore incolarum electo, parte sui se exonerantes, novas remotiores in locos deduxerunt colonias. Nonnunquam etiam facem populi alió transferre, & ut quodam in loco Cic. ait. sentinam urbis exhaurire studentes promiscuam multitudinem alió ablegarunt. Crescente verò cum multitudine humani generis, ejusdem nequitia, atque insatiabili illa imperandi cupiditate, uti quisque populus potentior, ita vicino imbecilliores opprimendi licentiam sibi sumebat, nonnunquam etiam oppressos solùm vertere, alioque veteres colonos migrare cogebat. Quas injurias ut evitarent ruri viventes, vel sponte tentoriis suis relictis in urbes se receperunt, vel id facere recusantes ab aliis vicinis, armatis precibus ferratisque argumentis, (quo persuadendi genere Theseus Plutarchicus usus est:) ad id faciendum compulsi sunt, ut novorum incolarum accessione potentiores redderentur Civitates. Urbes verò singulæ cum plurium potentiæ se impares fore, multumque insuper commodi ex mutuo commertiorum usu rebus suis accessurum cernerent, non de firmiori tantùm amicitiæ fœdere ineundo, sed & in unum quasi corpus coeundo cogitarunt, quod corpus cum sine capite consistere non posset, electus est, qui pluribus præesset civitatibus, iisdemque jus diceret. Duplicem itaque rerump. constitutionem voluntariam unam, coactam alteram esse ex superiorib. consequens est. Coacta fuerunt initia regna Babylonici, Persici, Alexandrici, uti de hoc testantur, *Gen. c.* 10. *Iustin. Quint. Curt. & alii.* Voluntaria regni Romulei secundum Liv. lib 1. & Halicarn. *Diss. Bodi. lib. 1. de Republ. c. 6. num.* 46. quem supra citati errores satis superque convincunt. Non tamen omnibus populis eadem arrisit gubernandi ratio. His Monarchia, illis Aristocratia, aliis Democratia potior visa est. Qua de re elegantes apud Herodot: in Thalia & Halicarnass. lib. 2. orationes extant.

b) Universitatis etiam nomen ratione carentibus animalibus tribuitur. *Chassan cons.* 1. Tribuitur etiam rebus inanimatis, ut cum hæreditatis petitione universitas peti dicitur, *tot. tit. ff. § C. de hared. petit.*

2. Quatuor summa, uti superiori thesi subindicavimus, fuerunt imperia. Nos ad ultimum, quod á Romanis, qui sedem postea in Græciá transtulerunt, Impp. ad Germanos translatum est, disputationem nostram conformabimus. Imperium nostrum ut corpus sese habet, cujus caput Imperator est, præcipua mẽbra Principes, ac Civitates. *a* Imperator autem noster summus Dei in hisce terris Vicarius est. *b*

a) Thuan.

a) Thuan. lib. 2. histor. pag. 36. b) Est enim mundi Dominus, *l. deprecatio ad l. Rhod. de iact. l. bene á Zenon. C. de quadr. præscript. Celeberrimus ICtus D. Thom. Michael. Camer. Imp. adsessor in conclus. iurisd. conclus. 9. lit. b.* Quidam ex *c solicitudine mai & obed.* nescio quam Papæ præeminentiam affingunt. Sed dudum ab aliis gl. illa rejecta est, evictumq; ab ipso Deo immediaté Majestatem Imperatoriam dependere *l. 1. in pr. C. de iur. vet. enucl. Nov. 28. c. 4. in fin. ib.* Nos hanc gratiam Deo referendam putamus. Sententiæ contrariæ propugnatoribus non fides tantum historica sed jusquoq; Canonicum diversis in locis resistit. Initio certé nascentis Ecclesiæ electio Pontificum, ut & cæterorum Episcoporum penes populum fuit, & clerum. *Nicep. l. 5. c. 26.* Accessit postea autoritas Imperatorum, Imperatores etiam Constantinopolitani in partem juris Pontificem confirmanti Exarchos admiserunt, *Cusp. in vit. Iustin. minor.* Imó pro obtinenda confirmatione argentum Imperat. numerari solum colligitur *ex Can. Agath. 21. cau. quia distin. 63.* Ac licet Constantinus IV. clero, populo, & exercitui Romano Pontificis creandi potestatem permiserit, *Platin. in vita Benedict.* Adrianus tamen Papa Carolo Magno Pontificem creandi, & ut ipse ait, sedem Apostolicam ordinandi potestatem tradidit, *c. Adrianus & Can. in Synod. distinct. 63. Idem confirmat Avent. lib. 4. & Caran. Sign. de regno Italiæ lib. 4. Vbi tamen Carol. eximia animi moderatione usum hoc ius remisisse scribit.* Successores certè ejus hoc jure usi sunt. Quamvis negari nullo modo queat, degenerantibus propediem moribus, Pontifices hoc jus non Imp. modo extorquere, sed eorum quoque sceptrum lituo suo subjicere manibus pedibusque, ut ajunt, laborasse. Lotharium capiens Imperatorem cum tumidus ille Innocentius coronasset, sequentes versiculos pacieti inscripsit:

Rex venit ante fores iurat prius urbis honores,
Mox homo fit Papæ, sumit quo dante coronam.

Sig. de Reg. Ital. l. 11. p. 265. edit. Wechel. Sed Adrianus Pontifex, cum Friderico Imperatori magnum se beneficium tribuendo coronam contulisse scripsisset, Imperatorem, reliquosque Imperii Proceres adeo commovit, ut literas eas tradens Cardinalis, cui immoderatius se gessisset, vitę periculum adierit. Imperator veró non aliter, nisi multum explicata, & lenita ambigui vocabuli asperitate placari voluerit, *Sig. lib. 12. in vita Friderici p. 294. Avent. in histor. Boio. fol. 506. c. 30. in fin.* Sed & Ludovicus Bavarus generali Coloniæ promulgata constitutione non mendacii solúm, sed & læsæ majestatis reos declaravit omnes, quotquot Imperium Romanum á Pontifice dependere assererent, *Alb. Ros. in d. lib. bene á Zenon. Balb. in lib. de cor. Car. V. Imper.* Sané Henricus Lucelburg. Imperator suscepto Romæ Augusti cognomine non solúm indignum majestate Augustali, verúm etiam contra Majorum morem, libertatemque religionis Christianę esse existimavit, si Princeps Principum, orbisq; terrarum dominus servo servorum sacramentum diceret. *Aven. historia Boi. fol. 597. num. 40.*

3. Imperatores nostri legibus civilibus *a* soluti sunt, quibus teneri si se profiteantur, virtuti illud eorum, non legum efficaciæ adscribendum venit. *b*

a) *l. Princeps ff. de constit. Princip. cum simili.* Unde cum de testamenti cujusdam regii jure civili requisitis qualitatibus carentis validitate quęreretur, recté illud

valere respondit, *Mynsf.cons.3.decad.12.* b) *l.digna vox C.de ll.d.l. Princip.§ sed & quod Principi inst.de iur.nat.gen. & civ. Fab.in Pap.iurisp.t.2.pr.8.illa 2.alii aliter,v.Fach.l.1.cont.2. Sed nec Goth.interpretat in Nov.105 probamus:ubi vult. Principem tantum videri, non revera esse legibus solutum. Quo etiam inclinat Fab.in explic.d. l.Princeps in rationalib. Legibus tamen Regni tenetur, Hottom.illustr quæst.1.Bod.de Republic.lib 1.cap.8.Dauth.ad l.3. C.de testament. Zoan.de Rom Imperat.num.171 & 184 Decian. Respon.19.numero 124.*De divinis naturalibus & gentium legibus quid dicendum? Hæ ll. cum superioris sint,tolli ab inferiore non possunt.c.cum inferior, & ibi Abb.de major.& obed. Nec enim placet nobis aulicorũ Cambysis responsum adulatorium, qui regi sororem uxorem ducturo, & an id per leges liceret,quærenti, nulla quidem speciali id lege permitti, generali tamen lege,qua Regi quid libet pro libitu faciendi licentia concederetur,facilé defendi posse ignavissimé responderunt. *Herod.lib.3.*Meretrix etiam veriús, quám Imperatrix censenda erit Antonina illa impurissima privignum ad stuprum his verbis alliciens; An te Imperat esse, & leges dare, non accipere ignoras?*Corras.2.miscel.c.25.* Dissentit etiam á thesi nostra Anaxarchus ille ideo, Jovi justiciam assidere fingens,ut reges scirent, quicquid á se perpetraretur, justum fore,cujus suæ injustitiæ ipse, jubente Cypriorum Rege,incudi impositus, malleisque ferreis contusus insigne mortalibus documentum dedit *Bodin.lib.4.c.6.de Republic.* Hujus sané Anaxarchi dissimillimus fuit justitiæ non minus,quám Jurisconf. Papin.noster,qui heroico inflammatus genio Imperatori fratricidæ non tam facilé excusari, quám perpetrari homicidium respondit. Dissentit hîc à nobis *Bodin lib.3. de Repub.num.294.*fortiter,at parum prudenter Papinianum fecisse asserens: Divinis tamen & naturalibus legibus non tam arcté obligatus est Princeps, ut eas justis de causis interpretatione aliqua mitigare nequeat *Dec.in c. quæ in Ecclesiarum n.13.de const. Mynsf.cons.21.nu.66. & obs.97,cent.5.*In jure divino exempli loco ponimus facinorosos quosdam comprehensos esse,quos nisi luce,quã intueri indigni sunt, priventur,non impuné modi evasuros, sed summo etiam Reipub.cum detrimento conjunctas tragœdias excitatnros periculum sit, hos ipso die dominico,aliové quamvis maximo festo meritis suppliciis magistratus afficere poterunt text. est expressus in l.provinciarum C.de fer. ub. facilé (inquiunt Imperat.) in eo summi numinis speratur venia, per quod multorum salus & incolumitas procuratur. Juris naturalis limitati exempla passim occurrunt,præ cæteris veró insigne est illud,quod á Valerio Maximo *lib.7.c.2.*refertur.Neminem inauditâ causâ,& neglecto juris processu condemnandum naturalis dictat ratio, eidemque convenienter constituerat prudentissimus Laconum legislator Lycurgus. Agesilaus veró,cujus etiam virtus & prudentia minimé dubia fuit, noctu periculosa conspiratione exorta,leges Lycurgi,quamvis æquitatis plenissimas, abrogavit, easdemque,comprehensis & interfectis sontibus,é vestigio restituit, atque hoc pacto providit, ne vel salutaris animadversio injusta videretur, vel jure impediretur. Recté Catonis Salustiani judicio,qui de Catilinaria conjuratione gravissimam in senatu protulit sententiam; Cætera inquiens maleficia tum persequare, ubi facta sunt hoc nisi provideris ne fiat, ubi evenit frustra judicium implores, capta urbe nihil reliqui fit victis &c. *De usuris sintne illæ in republ.bene constituta ferendæ, quæritur? Affirmativa verissima: Nec enim illæ iure divino prohibentur in totum.Exemplum est* Deut.23.versic. 20.*ubi ab extraneo fœnus accipere permittitur: Ergó quo ad fratres tantúm usura prohibetur.*

detur: Sed nec illud sine distinctione admittendum. Loquitur enim scriptura de fratre pauperes, á quo usuram, ut & pignus accipere vetamur, Exod. 22. versic. 25, Levitici 25. versic. 35. Deuter 24. versic. 10. & seqq. *ex quibus locis textus alii generales accipiendi sunt, imo fratri egenti succurrere iubemur, etiamsi spe sortis recipienda destituamur.* Luc. 6. vers. 34. & 35. qui textus de ipsa sorte, non usuris loquitur, si mutuum (inquit Dominus noster) dederitis iis, á quibus speraris vos recepturos, quæ gratia erit vobis. Nam & peccatores dant mutuum peccatoribus, ut paria recipiant, &c. quibus subijcit: Vos autem mutuum date nihil inde sperantes: Quæ verba, inquam, necessariò de sorte ipsa accipienda sunt, qui enim usuras exigit, non accipit paria, sed plus quám dedit. *Dominus Præcept. Pacius in lib. 4. C. h. t. Danæus in Ethic. Christian. lib. 2. in explicatione præcepti non furaberis. Heig q. 1. lib. 2.* Nec tamen omnibus usuris absque ullo, ut diximus, personarum respectu locum damus, *vid. Dominũ Pacium d. l. Dissentit Geil. 2 observ. 5. Covar. var. resolut. lib. 3. cap. 1. & communiter Dd. quæ usuras iure divino in totum & simpliciter prohiberi volunt: Improbamus etiam Borch. c. 1. de usur.* qui vult in mutuo tantum usuras jure divino prohiberi. Jure Canonico abusus potius, quám legitimus usurarum usus tollitur, atque hic evenit, quod Comicus ait.

Mali mores bonas leges in suam pertraxerunt potestatem.
Eæ etiam miseriæ ad parietem clavis affiguntur ferreis,
Vbi malos mores affigi nimio fuerat æquius.

De jure civili quin illud usuras permittat, dubium feré nullum est: Sed major fit fugit dubitatio: Cum indistinctè quincunces usuras accipere liceat, an hæc magistratus politici autoritas in foro poli, ut ajunt, excuset. Falcem in alienam messem non mittimus, nihil decidimus. Exercitii tamen gratiâ affirmativam defendere conabimur. Pari ratione usucapionibus, & præscriptionibus æquitatis controversiam movent nonnulli, á quibus nos secessionem facimus.

4. Non tanta tamen est Imperatorum quamvis legibus solutorum potestas, ut jus alteri quæsitum auferre, *a* vel á contractibus suis pro libitu resilire possint. *b*

a Idenim quod nostrum est, sine facto nostro auferri nobis non debet. Et hoc quidem adeo obtinet in eo, cujus dominium sibi quis de jure gentium quæsivit, ut ne quidem Princeps subditis secundum quosdam venatione possit interdicere, quod tamen nos improbamus *vid. Fachin. lib. 1. cont. 1. Petr. Heig p. 1. q 15. num. 25. 33. & seqq.* Sed quid si illud dominium jure civili quæsitum esset? Ratio dubitandi hæc est, quod jus civile á Principe mutari possit, atque inde affirmativé multi concludunt, quos refert *Gabriel lib. 3. com concl. tit. de iur. quæsit. non tollend. Mynsing. cent. 5. observ. 97. num. 10. Natt. con. 362. lib. 2. Cravet. de antiq. temp p. 1 sect. 1. n. 38. Ant. Fab. in C. definit. firens. l. 1. tit. 11. de finit. 1. num. 11.* Nos nec dominium de jure civili quęsitum auferri alteri posse contendimus, modó id integré quæsitum sit. *Felin. in c. quæ in Ecclesiarum ext. de constit.* refert & sequitur *Carol. Tapia in com. ad rubr. de constit. Princip num. 69 pag. mihi* 29. In tota hac quæstione á nobis dissentiunt. *Ang. in l. item si verberatum ff. ad leg. Aquil. fas. ad l. ult. in 6. limit C si advers. ius vel utili, publ. & novissim. Alb. Gent. in disputat. de absolt. reg. potest. pag. mihi* 10. ubi ex allegatorum opinione duplicem facit Princip. potestatem, ordinariam scilicet & extraordinariam:

Hanc definiens secundum quam Princeps jus alienum, etiam magnum, etiam sine caussa tollere queat. Vocant hanc plenitudinem potestatis; Talem nos potestatem tyrannis relinquimus, rectiùs ea tempestatis, quám potestatis plenitudo appellatur. *Pulchrè Tapia d. loc. Fab. in Pap. Iur. spr. tit. 2. prin. 8. consut. 2. & in C. definit foren. lib. zit. 11. defin. 1. num. 19 Thess. dec. Pedemont. q. num. 1 Cov. resol c. 6. nu. 6.* b) Nihil enim tam naturali æquitati conveniens est, quám quæ placuerunt servare per vulg. quod vel maximé obtinet in Principe *Fab. in. C. definit foren lib. 3. tit. 22. definit. 12. Thomin. consi. 39. num. 11. & seq.* Eadem quoque obtinent in fœderibus, etiam cum hæreticis incredulisque percussis, *l 2. C. de offic. præf. Prator. Orient.* ex qua aparet Justinianum nostrum fœdus cum Persis iniisse, *vid. Petr. Greg. de Republ. lib. 8 c. 8. in fin.* ubi inter alia elegantissimum, & Cæsare dignissimum Caroli V. Imperatoris dictum refert. Dissent untaulæ Pontificiæ assentatores, qui fœdera authoritate Pontificiâ everti, subditisque á religione jurisjurandi, quo Principi devincti sunt, liberari posse asserunt Fœdera rumpere quam feliciter cedat, clade sua celeberrimus Pannoniæ rex Ludov. satis superque testatum reliquit, cui nec Pontificis autoritas, nec Pontificii legati, ejusque Cardinalis præsentia in tam iniqua causa subsidio esse potuit. Laudamus Alphonsum sapientissimum Hispaniarum regem, tantum ad fidem unicum Principis verbum, quantum privatorum juramentum valere oportere dicentem. *Petr. Grego. de Republic. lib. 8. cap. 8. in pr.* Damnamus verò Plutarchicum illum Lysandrum, qui pueros astrogolis, cæteros jurejurando fallendos putavit. Multò magis etiam Julium illum dœmonis mendaciorum patris veriùs, quám Christi, qui veritas ipsa est, vicarium Petrivé succesorem, qui teste *Bod. lib. 5. c. 6. numero 597.* ad decipiendos Germanos, Gallos, Hispanos cum eis inire se fœdera gloriatisolitus est. Aliam hîc subnectimus quæstionem: Cum contractus vi, metuque initi rescinditur, an idem de fœderibus, quæ quis cum hoste victore iniquissimis, & turpissimis conditionibus præ temporis fortunæque injuria inire nonnunquam cogitur, statuendum? Hoc quidem argumento inter cætera pacem inter Carolum. V. & Franc. I erectam refringi posse censuit Selva summus olim Parisiorum Curiæ Præses sed malè *teste Bod. lib. 5. c. 6. num. 595.* Reclamat Attilius Rugulus *teste Valer. Maxim lib. 1. c.* alia belli alea, alia contractuum civilium conditio, nisi quis simili modo dicturus est servos, quod servati, nec jure belli occisi sunt, rectè dominis suis resistere, cum servitus contra naturam introducta sit. Sed an contractum á prædecessore suo initum servare successor tenetur? Affirmamus: ita enim in genere traditum est, quod successori factum ejus, cui succedit, impugnare concessum non est. *Cons. Marp. 35. num 115. vol. 3.* Et in specie de successore Principe idem traditur, *d. loc. num. 116.* quo faciunt *c. 1. de probat. c. iusticia 25. q. 1. c. si ea 25. q. 2.* Nec distinguimus, utrum Principi succedat & hæreditario jure & in dignitate, an dignitate tantum de eo, qui hæreditario jure in dignitate succedit, dubium, ut opinor, nullum. Sed nec eum, qui in bonis non succedit, sed in dignitate tantùm, idq; non ex dispositione prædecessoris, aut jure proprio, sed eligentium arbitrio atq; voluntate contractâ prædecessorum infirmare posse censemus, idq; tam de jure, quám ratione verius. De jure quidem propter *text. in l. omnes 2. & l. fin. C. de quadr. præscript.* quibus textibus statuunt Imperat. Zeno & Justin. donationes alienationes, contractus, tam per se, quám prædecessorum, tam de rebus fiscalibus, quám patrimonialibus celebratos inviolabiliter servandos esse. Notum autem ex historiis non semper jure hereditario, sed sæpe etiam

etiam per electionem ad culmen Imperiale Imp. evectos. Huc etiam facit, *d.c. 1. de probat. & d.can. iusticia 25. quæstion. 1. & c. 4. si ea. 25. q. 2. vid. late cons. 20. num. 56. vol 2. d. cons. Marp. 35. num. 116. vol. 3.* Ex ratione quia dignitas eadem semper est, *c. quoniam de offic. deleg.* Quod tamen cum mica salis accipiendum est, volumus successorem in dignitate, licet alteri in dignitate non succedat, teneri contractu Prædecessoris, si scilicet dignitatis intuitu contractus ille celebratus sit, nec per illud, quod ex aliorum electione non beneficio prædecessoris, regnum possideat liberari, secus autem esse, si alius in hæreditate, alius in dignitate succedat, quo circa in hæreditate succedens ex lege successionis, debita hæreditaria, quæ forte propter bona patrimonialia facta sunt, solvat. Dignitatis successor contemplatione dignitatis initos contractus, uti Principe dignum est, illæsos servet. *M. Ant. Peregr. cons. 1 num 45. vol. 2. Petr. Gregor. de Rep. lib. 7. c. 20. num. 34. usq; ad 60. inclusivé.* Dissentit *Bald. ad tit de pac. constantia in verb. successorum nostrorum.*

5. Nec legibus solúm soluti, sed & Mundi domini sunt Imperatores. Unde fundatam intentionem per universum Imperium quoad jurisdictionem, & superioritatem habent. *a* Ejusq; vi leges generales, *b* quib. omnes *c* teneantur, figunt, refigunt, easdem q̃; interpretantur, *d* bellum indicunt, *e* collectas generales imponunt, *f* vectigalia nova instruunt, *g* privilegia, & immunitates concedunt, *h* famæ restituũt. *i* &c.

a) Tap. in rubr. de constit Princ. c. 4. num. 11. Covar. pract. q. c. 1. n 9. b) § sed & quod Principi inst de iur. nat. gent. & civ. l. leges 3. l. humanum 8. & l. fin. C. de ll. Lancel. de iur. pub. per. lib. § 4. tit. leg. generalem solus condit D. Michael, conclus. 9. lit. d. c) Antiquitus ipsi Pontifices Imp. legibus vivebant, quod ipse Leo VI. qui præcepta Lotharii & Imper. omnibus modis servatutum se profitetur, testimonio suo satis superq; probat, *c. de capitulis distinctione 10. vid. Sigon. lib. 5. sub. Lothario primo pag. mihi. 113.* Clerici etiam priorum Imperatorum tempore legibus Cæsareis ligabantur, *l. si quis ex consensu. 7. & tot. tit. C. de Episcop. audient. & ibi Cuiac. leg. decernimus 26. C. de Episcop & Cler. Nov. 123. cap. 3.* Sic Carol. Magnus res Ecclesiasticas novis institutis firmavit *Sigon. l. 4. in Carol. Mag p 99.* Et Ludovicus reformavit Ecclesiam *test. Sigon. d. lib. 4 sub. Ludovico Pio p. 108.* De jure Pontifico Clerici Papæ subsunt, *c. solicita de maiorit. & obed.* De usu hodierno negari non potest, Episcopos etiam Principes, & status Imperii esse, unde ab illis non Ecclesiasticus, sed secularis appellatur magistratus. Jurisdictio enim ab origine sua separari non potest *Bald. in t. de feud March. in prin. quæ consuetudo iuri & rationi convenit, ut late post Castr. & Nicol. de Vbald. docet Iaf. cons 123. quod causa per tot. vol. 1. Cavar. pract quæst. c. 4. numero 2. Franc. Marc. dec. Parl. Delph. q 454 num. 10. & seq. Menoch. cons. 322. De multis num 13. Surd. cons. 275. Nic. Eberh. cons. 24 num. 2. Gai. 1. obs. 10 num. 2.* Imó Pontifex ipse consuetudinem illam, ut à seculari judicio ad Pontificem provocetur, improbare videtur *in c. si duob. 7. § denique de appel.* sed & statuere nequit, ut à judicibus secularib. ad se appellatio interponatur in iis, quorum cognitio ad seculares magistratus spectat *Lud. Mol. de iust. & iur. disp. 29 vers. 2 infero p. mihi 142. d) Lancel. d. § 4. tit. ius positivum tollit. e) argument. l. hostes 24. ib. publicé populus Rom. ff. de cap. & postlim. revers. Gail. de pac. publ. c. 4. num. 4. & 6.* Hodie tamen ex conventione Imp. citra consensum Electo. um bellum movere non licet, *Sleid. l. 1. p. mihi 29. vid. Heig. q. 18. num. 6. pag. 1. f)* qua

Reiche-

Reichsſteuer dicuntur. Rectè quidem Tacitus, neque quietem gentium, ſine armis neque arma ſine ſtipendiis & tributis haberi poſſe ſcribit. unde Neronem omnia vectigalia abrogantem meritò Senatus Rom. nimium profuſæ libertatis arguit. *Tacit. lib. 13. annal. Petr. Gregor. de Republ. lib. 3. c. 1. num. 4.* Danda tamen opera, ne ſæpe tributa conferri neceſſe ſit, ſin minus, ut omnes intelligant, ſi ſalvi eſſe velimus, neceſſitati parendum eſſe, *Cic. 1 offic.* Hinc dubitatum, an ſoli Cęſari citra conſenſum aliorum collectam, ſive tributum indicere liceat? Veteres certè Imp. hanc ſibi licentiam arrogaſſe, & quibuſvis etiam minimis cauſis vectigalia impoſuiſſe ex veterum monimentis notum eſt: Hodie tamen id ſolis Imp. non conceditur, ſed requiritur conſenſus ſtatuum pro ut in multis Imperii receſſibus animadvertere licet, *conf. Schl. II. & Heig. q 18. num. 8. p. 1.* Nec tamen ex ſtrictiore hac collectas imponendi licentia aliquis Ariſtocraticum ſtatum eruet. Nam nec ipſi Galliarum Regi id permiſſum eſt, teſte graviſſimo Galliæ ſcriptore *Phil. Com. l. 10. com. p. mihi. 695.* Nemo eſt omnium Principum (ait ille) qui jus habeat vel teruntium unum exigendi á ſuis præter conſtitutũ annuum cenſum. *Et. p. ſeq.* Sunt principes, quibus hoc frequens in ore eſt, habere ſe privilegia, ut quantum velint, á populo exigant: Certè Galliarum Rex omniũ minimè causâ habet, ut iſtud deſe jactet. Nec enim vel ipſi, vel cuivis alii hoc licet. Qui verò comparandæ gratiæ causâ hanc poteſtatem ipſi tribuunt, ii certè parum liberaliter, & providè agunt, quod exemplo ſuo teſtatum reliquit Walliæ Princeps Eduardi III. filius, qui cum, licet urgente ærarii inopia, invitis Aquitaniæ Procenibus tributum impoſuiſſet, omnium animos ita á ſe abalienavit, ut nec pater ejus Princeps prudentiſſimus, licet non ſolùm tributum remitteret, ſed inſuper etiam ſatisfactionem offerret, eos ſibi reconciliare unquam potuerit: Quam animorum offenſionem omnium, quæ per Galliam ſatis longo tempore tenuerant Angli, jactura tandem ſubſecuta eſt, *Epit. Froſſar. lib. 1. p. 81. 89.* & confert etiam *Meter. in hiſtoria Belgica in vita Ducis Albani*, unde ſatis ſuperque apparet, quàm parum prudenter egerit Albanus, nunc centeſimum, nunc vigeſimum, nunc decimum nummum á Belgis exigendo. Idem in Angliæ, Hungariæ, Poloniæ, Daniæ, &c. Regibus poſt multos tradit, *Heyg. d. loc. num. 8.* g) *l 3. & t. t. C. nova vectig. inſtit. non poſſ. Lanc. d. § 4. tit. collectas & gabellas imponit*: Sed hoc quoque tempore Electorum conſenſus accedat oportet, *Schleid. d. l. facit huc* § Weiters ſeind wir/ & ſeqq. Reichs Abſchied *de an. 1576. edit. noviſſ. p. 670. Celeberrimus ICtus D Denayſ. in compendio iuris. Camerali tit. 321. Paurmeiſt. de iuriſdict. lib. 1 c. 4.* h) *Tap. in rubr. de conſtit. Principum qu. 40. num. 30. Lancel. d § 4 tit. immunitates tollit.* Sed an Imperator poteſt alicui immunitatem á collectis Turcicis concedere? Harum remiſſio cum universo præjudicet imperio, nec privilegiorum conceſſio cum alterius damno juncta eſſe debeat, non niſi graviſſimis de cauſis illud admittimus. *Cravet conſ. 945. & poſt eum D. Michael, concl. 27.* i) *l. cum. indulgentia 10. & tot. tit. C. de ſent. paſſ. & reſtit. Lancel. d. § tit. damnatos reſtituit.*

6. Imperatorem quoq; Imperii commoda augere decet. a) Hinc Conſtantini Magni donationem, item Italicarum Civitatum, aliorumq; ab Imperio omnimodam exemptionem qua jus Reip. in immenſum læditur, nullius valoris pronuntiamus.

a) *c. 1. de prohib. feud. alien per Loth. c. 1. de prohib. feud. alien per Fred. Schl. lib. 2. tom.*

cem p.29 Zoan.de Rom Imp.nu.182. Tap.in l.fin.de conſt. Prin.c.9.num.33.p.2. Dicitur enim Imper. Auguſtus ab augendo, cui convenit Germanicũ Mehrer deß Reichs: vel ut alii volunt, ab augurio. Utramq; ſignificationem Ovid. 1. Faſt. his verſiculis complexus eſt:

Sancta vocant Auguſta patres, auguſta vocamus
Templa, ſacerdotum rité ſacrata manu.
Huius & augurium dependet origine verbi,
Et quodcunq; ſua Iuppiter auget ope.

b) de validitate hujus donationis priuſquam diſputemus ante omnia, an ea unquam facta ſit, videndum? Negativé reſpondemus. Cujus reſponſionis fundamenta ex hiſtoricis tam antiquis, quám recentibus accuratè deprompta apud D. *Michael. concl. 18. de iuriſ videre licet. Confer. etiam D. Camerarium in meditat. hiſt. p.c. 61 ſub fin.* Ubi ex Monticulo ICto, Patavino, Hieronymum Donatum Reip. Venetæ legatum Alexandro VI. Pontifici, de jure, quo Veneti maris Adriatici poſſeſſionem ſibi vendicarent, quærenti his verbis ex improviſo reſpondiſſe refert: Oſtendat mihi Sanct. veſtra inſtrumentum patrimonii D. Petri, & á tergo Venetis factam donationem maris Adriatici inveniet. Illudq́ue reſponſum alium itidem Venetum legatũ donationi Conſtantini Magni accommodaſſe ſubjicit, Vid. etiam in dicta actione in Henricum Garnetum Orationem, quę ſub nomine Comitis Northamptonię edita eſt. Sed fingamus talem á Conſtantino in Pontificem collatam donationem, nec illa de jure ſubſiſteret, quippe quám vires Imperii uſque adeo debilitare notum eſt, ut probatione opus non ſit. Non ſanè induci poſſumus, ut credamus immenſam Eccleſiæ factam donationem menſuram eſſe, licet poſt *An com. M. Ant. Peregr. & alios á ſe adductos multum laboret Knich in Epopſi ſect. 3. num. 35. & tract de ſubl. & reg. territ. iur. c. 1. num. 276.* Præſuppoſitum enim falſum eſt. Deo talem donationem factam eſſe. Acnotabilia ſanè ſunt Peregrini verba, *d. conſ 1. num 30.* ubi ſcribit, quod Chriſtus non reſpiciat humana, ſed in terras venerit, ut cœleſtia nobis daret. Imó cum Peregrinus ipſe concedat, minoribus Eccleſiis donata Deo dicata non eſſe, rationem diverſitatis in Romana Eccleſia nullam agnoſcimus. Illa enim non ex ordinatione divina ſed authoritate humana primam ſibi ſedem vindicat. *Sig. lib. 2. editionis Wech. p. 13.* Nec forte ut olim Romæ lacuna (*Curtium lacum teſte Livio lib. 6. decad. 1. accipe*) fuit, quæ non niſi abſorpto equite Romano impleri potuit, ita nunc alia ſurrexit ibidem vorago, quæ niſi corraſis totius orbis opibus ſaturari non poterit. *c)* Judicatum eſt á ICtis Bononienſibus Italiam Imperatoribus propter jus á Carolo in eos devolutum regalia debere. *Sig. de reg. Ital. lib. 12. p. 302. conſentit Otto de S. Blaſio in app. ad Otto. Friſingenſem c. 14. Sixt. de regal. in proœm. numero 6. & c. 1. numero 18. & ſeq.* Imó ipſi Italorum legati ad Fridericum Imp. miſſi, ducenteſimum jam tum fuiſſe annum profitentur, ex quo ſua Berengarii manu ſoluti vitam ſub illuſtri Germanorum imperio egerint. Hanc Romani Imperii dignitatem nullus certé Imperatorum vendere in præjudicium Imperii poteſt, ne quidem interveniente juramento, *ut D. Michael all. conc. poſt Zoan. & alios, (quibus addo Paurmeiſter de iuriſdict. lib. 2 c. 4. num. 35.) luculenter probat* De Duce quoque Sabaudiæ an ſuperiorem recognoſcat quæritur? Negativam poſt *Teſſaur. in præf. dec. Pedem. num. 13. ſcriptum reliquit Ant. Fab. lib. 7. definit for tit 11. definit. 1. & lib. 9. tit. 24. definit. 19.* Sed illum Imperio ſubeſſe, manifeſtiſſimum ſignum eſt, quod majores ejus Ducalem dignitatem Imperio acce-

ptam ferunt, prout á Sigismundo Imp circa annum Christi 1418 eam ipsis collatam refert *Ioan. de Serres par. 1. d inventario general. de France en lavie de Charles 6. Bod. quoque lib. 1. c. 9. num. 172. de Repub.* affirmat Carolum Sabaudiæ Ducem Imperatori fidem dedisse, ac biennio post annum nimirum 1561. novam fidelitatis formulam ab Imperatore Ducis nomine postulatam procuratoriasque tabulas Arcarum Comitis Cæsaris Cubicularios datas se vidisse. Feuda etiam quę Allobrogum Dux ab imperio recognoscit, Imperii superioritatem arguunt: Ita Comitatum Astensem, Marchionatum Ceræ, & alia loca ab imperio recognosci testis est celebertimus Sabaudiæ Præs. *Cach. con. 9 n. 39.* Quod similiter de regione Pedemontana idem *Cach. fatetur cons. 27. num. 21.* ubi investituras desuper factas dedita opera vidisse se refert. Consentit *Menoch. cons. 27 num. 21. & Pet. tract. de pote. Prin. c. 22 nu 18* superioritatis argumentum etiam inde desumitur, quod ex recessibus Imperii ducem ad Comitia Imperii vocari, & collectas imperii solvere manifestó appareat. Quemadmodum & inde subjecto Ducis demonstratur, quod Imp. Maxim. in privilegio quodam de dato 1503. Calen. Apr. successoribusque suis jus superioritatis, nec non obedientiæ, & fidelitatis deb tum juramentum reservavit. *Vid. plurib. D. Mich. conc. 20 lit. c.* ubi causas, in quibus Camera contra Ducem pronunciarit, refert. Sic etiam anno 1604. 7. *Mai. pro Iohanne* im Thurn contra D. Carolum Emanuelem Ducem Sabaudiæ sententiam ferri ipse audivi. Ex parte Ducis allegari potest, quod perpetuus imperii vicarius constitutus sit, quod ab ejus sententiis nulla ad Cæsarem detur provocatio, quod Comites Palatini á Cæsare creati jus legitimandi, & notarios creandi in Sabaudia non habeant, &c. Allegat etiam *Fab. d. li.* quod sexcentis & eo amplius jam annis neminem superiorem prædicti Duces cognoverint, sed quod bona tanti vitivenia dictum velim, contrarium Serranus, Bodinus, & testis omni exceptione major Cacheranus Sabaudię Præses supra allegatis locis asseruerunt. Cæteris quid responderi queat, disputatio docebit. Ex prædictis itaque tam in hoc, quám superioribus casibus jus Aquilæ non deesse satis superque manifestum est. *d*) Parvi etiam præjudicii lęsiones tolerabiliores sunt, *argument. l. sancimus C. de donat. Cravet. cons. 894. num. 1. Tapia. in l. fin. c. 9. num. 35. Quarum lasionum exempla refert D. Mich. cons. 21. & seq.*

7. Ad propagandam quoq; Imperii Germanici majestatem pertinet, si subditi, & membra Imperii Imperatoris lingua utantur.

Prisci enim illi Romani magistratus inter cætera gravitatis obtinendæ indicia illud quoque magna cum perseverantia custodiebant, ne Græcis unquam nisi latiné responsa darent, atque ipsa linguæ volubilitate, qua plurimum pollebant, exclusa, per interpretem loqui cogebant, non in urbe tantum Roma, sed in ipsa quoque Græcia atque Asia, quo scilicet Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur, *Val. Max lib. 2. c. 1. u. 7.* Et ipse Tiberius Imp. test. *Suetonio in eius vita c. 7.* Monopolium dicturus veniam prius á Senatu petiit, quod si peregrino utendum esset verbo, refert *Cuiac. in parat. C. de monop. Iohan Parlad. lib. 1. rer. quotid. c. 3. num. 24 p. 58.* Et Prætoribus Romanis alio, quám Latino sermone jura reddere vetitum fuit. *l. decreta 48 ff de re iudic.* licet translato Byzantium Imperio in consortium Græca quoque lingua admissa fuerit. *l. iudices 12. C. de sent. & interlocut. ubi Goth. in notis & ad d. l. decreta.* Prisci quoque Germaniæ Impp. Romanorum in dignitate Imperiali

periali successores Romana lingua in publicis forensibusque negotiis usi sunt satis longo tempore, donec tãdem Rudolphus Primus Germanicam illi subrogavit *Heig. q.7.num.64.p.1.* Sic quoque Franciscus I. *teste Bod lib.1.cap.10.num.172.* vel potius Ludovicus 12. *teste Heig d.loc.* Et Eduardus 3, Angliæ Rex judiciis gentis suæ lingua exerceri voluerunt. Et gravissimé apud *Sleid. lib.14.com.pag.765.772.* Elector Saxoniæ Mauritius, & Dux Brandeburgensis Albertus eó statum Germaniæ adductum esse conqueruntur, ut Germanis aliæ propé addiscendæ sine lingua si cum fructu & utilitate in aula Imperatoria perficere quid conentur, in prædicta quoque causa Johan. im Thurm cum serenis. Sabaudiæ Dux emanatos in Germanica lingua processus cassati, vel latiné versi petiisset, Camera, licet exterarum linguarũ scientissima, hoc in effectu denegavit subjungendo. Wund sollen hinfuro beyde Partheyen Teutscher Sprache verfahren. Et meritó sanè; Litigans enim interprete, qui linguam judicis calleat, uti non Judex litigantibus accommodare se debet.

8. A cæteris Universitatibus electi Reges cum soli omnibus expediendis non essent, alios in partem laboris adsciverunt. *a)* Imperatores quoque Romani cum propter accrescentem indies negotiorum molem, nimiamque locorum distantiam omnibus creditarum sibi provinciarum partibus rectè feliciterque administrandis non sufficerent, ipsosque in aula Imperatoris quærere summa cum subditorum molestia conjunctum esset & ipsi in partem sollicitudinis alios cooptare necesse habuerunt. *b*

a) Sic Jetro cum Mosen populo Israëlitico totum diem jura reddere, eoque sub fasce tantúm non succumbere videret, author ipsi fuit, ut in societatem curarum, ipsorumque adeo subditorum utilitatem viros authoritate, & gravitate insignes eligeret, qui levidensia dijudicarent negotia, & majora ad ipsum remitterent. *Exod.18 vers.14 & seq* Sic Chaldæorum rege Balthasaro occiso, regnoq; ejus á Dario Medo, occupato, Daniel summus regni vicarius constitutus est, *Dan.6.* idque omnia regna observant. *b)* Pasci Romanorum Impp. secundum á se locum præfectis prætorio dedere, cujus magistratus author creditur Augustus, qui *teste Dion. lib.55.* duos ex equestri ordine creavit præfectos prætorio, eosq; rebus tantúm militaribus præesse voluit. Tiberius verò civilibus etiam negotiis eosdem adhibuit: sequentes Impp. eorum opera in bellicis tantúm reb. iterum usi sunt. Mutatis postea temporum viribus evenit, ut rerum militarium administratione ipsis planè interdiceretur, & sola civilium cura relinqueretur, atq; ita á Ducib. Martis ad togatos ICtos. dignitas hæc devolveretur. Sic Æmilium Papin. ex celebri illa *l.lecta. ff de reb. cred.* & Domitium Ulpianum *ex lib.4.C.locati* ubi Imp. Alexander eum parentis nomine dignatur) præfectos prætorio egisse constat. De horum præfectorum prætorio, authoritate & potestate, *vid. Guid. Parc. in nos ir. Imperii cap 5. & M. Antonium Surgentem in Neapol. illustr cap.14* Sub iis præsides provinciarum erant. *D Pr. ulius Pac. in Isagog. ff ad tit. de offic. præf. prator. Confer. etiam Bodin. in Republ. lib.3 cap.6. in pr. num.* 513. ubi tamen fallitur á Græcis primùm Impp. duos præfectos prætorio constitutos affirmans, ut tantæ potestatis opes divisæ minuerentur, ac pluribus honores communicarentur. De Germaniæ nostræ Principibus quid dicemus, anne

illi præfecti prætorio æquiqarari poterunt? Imó præfectis prætorio nostros præferimus Principes, & quod de Lydorum Rege Crœso Justinus ait, eum si non regiam, regiæ tamen dignitati proximam egisse vitam illis quám rectissimé accommodati posse existimamus Hinc Dd. nostri tradiderunt, tantum posse Principem in suo territorio, quantum Imperator in universo imperio. Axiomatis hujus antesignanus perhibetur *Castr. cons. 34. super primo dubio, n. 2. in fin. & n. 4. in Duce Mediolanensis statuens sequitur Crave. cons. 135. n. 2. & cons. 404. n. 15. Menoch. cons. 302. num. 21. & cons. 604. n. 1. Pancirol cons. 9. num. 2. & 3. Decian. cons. 10 num. 4. Surd. cons. 127. nu. 4. Dauth. de testam. in prin. num. 36. & seq. fol. 68. Iacob. tamen tractat de feud quem refert. Borcholt tractat de feud. cap. 5. num. 37. opinionem hanc magno errore contra mentem veterum Iuris Consultorum introductam dicit, eamq; Croneus cons. 200. num. 19. nullo iuris text. probari posse asserit. Confer in hanc sententiam Bernhard. Muscatel. in prax. Civili pagina 7 gloss. in verb sententiam num. 66. Iohan. Philipp. Monsp cons. 50. num 33. Natt. cons 631. n. 29. in fin. Men. cons. 250 n. 101. vers. non obstat. Petr. de potestate Princ. tract. 3. q 4. n. 37 f 44.* Quid in hac varietate statuendum? P. æsens Reipub. constitutio, institutarum tenor, & loci cujusq; consuetudo consideranda; nec mundus temerè, ut Dd. loquuntur, revagandus. Et sic cum temperamento quodam acceptum axioma superius defendi poterit.

9. Ut aliis in regnis sanctiora; sic in Germania sanctissimum est Electorum *a* concilium. Cœpit illud sub Ortone III. Imperatore. *b*

a) Horum Electorum tanta dignitas est, ut eos Carolus IV, Imp. in aurea bulla plamites Imperiales, septem candelabra lucentia in unitate spiritus semptiformis, quibus sacrum illuminari debeat imperium, columnas & latera solidasq; bases imperii, & propinquiora Cæsaris membra appellet, quæ velut columnæ sacrum ædificium circumspectæ prudentiæ solerti pietate sustentent, quarum præsidio dextera imperialis roboretur, quarum prudentia orbi fluctuanti subveniatur. *Aurea bulla Caroli IV. in prin. & c. 2 § & quia c. 3. in prin. c. 12 c 24 c. 26. § cum sacri.* *b*) cum Imperatoria Majestas virtute Caroli Magni ad Germanos translata esset, electio & institutio Imperatoris penes Imperatorem ipsum consistebat, qui vel filium vel alium sanguine sibi proximé junctum successorem nominabat, cui electioni Procetes Imperii facilé assentiebantur, nisi tanto fastigio indignus fo san Imperator dictus fuisset, post alios *author Thesaur. Politici parte 2. tit. Ordini & institutioni Dell. Imperio Romano p. mihi* 365. Caroli illius Magni masculà stirpe extincta universus Francorum, ac Saxonum populus, Germanorumque Procerum concursus ad Ottonem, Saxonię Lucem, factus est. Verúm ille majori animo oblatum regnum repudiavit quám alii per ferrum flammasque illud quæsiverunt: ætatis grandioris excusationem prætendens, suoque suffragio illud Cunrado Franconiæ Duci detulit; Cusp. de vit. Conr. Hic Henrico Aucupi lampada moriens tradidit, qui ad filium Ottonē Magnum, & nepotem Ottonem secundum Imperii majestatem transmisit. Hoc satis defuncto a Germanis Proceribus, qui tum frequentes Romæ erant, de successoris electione varia certamina sunt excitata, aliis in Henricum Bavarum inclinantibus aliis Ottoni tertio, Magni illius Ottonis nepoti, suffragantibus: Dum sic Germaniæ Procerum studia in contraria scinduntur, Crescens Nomentarius ingenti favore populi consulatum adeptus, novam aliam eamq; pernicioforum seditionem (*ut Sigon. l. 7. de regn.*

regno Ital. p. 182. loquitur) excitavit: Hic altum spirans non modo veterem civitati libertatem recuperare sed etiam Imperii titulum adscisere sibi gestiebat, egré admodum ferens, eum jure quasi hæreditario ad exteros translatum, *plurib. Sig. d lo.* Sed hic Germani, apud quos longo jam tempore Imperii dignitas sedem suam fixerat, rerum suarum satagentes; Bavaro Ottonem puerum eripuerunt, regniqué successorem declararunt: *Auth. Thesaur. Polit d. l.* Dum noster hic Otto partim ætatis infirmitate impeditur, partim aucta jã cũ ætate prudentia intestinis Germ. motibus sed aliis occupatus, fœdæ de cathedra Pontificia contentiones extiterunt: Pace Germaniæ reddita ad res Italiæ in ordinem redigendas Otto proficiscitur. Moritur interim Johannes Pontifex, huic Imperatorio jure usus Brunonem Saxonem, (Gregorius V. postea dictus est) substituit. Bilem res hæc Romanis quidem movit, sed quia noverant vanam esse sine viribus iram, præsente Impp. ne quidem hiscere audebant. Vir ac nec vix quidem in Germaniam regressus erat ille, cum Crescens Nomentanus iterum consul creatur, hic ad ingenium redire, auram popularem sibi conciliare, Gregorio Pontificatum abrogare, illiqué Johannem subrogare. Gregorius rerum omnium egenus ad Imperatorem convolare. Verúm hic quod magnam sibi hac ratione injuriam illatam putaret infestum exercitum urbi admovet, cives ad inimicitias redactos deditionem facere compellit, Gregor. sedi restituit, Adulterino Papæ oculos erui, mox eundem suspendi curat: Crescentium veró consulem ex fuga retractum vili jumento aversé impositum ac per civitatem circumductum ultimo supplicio affici jubet, *Cuspinian. in vita Ottonis III. & Sigon. d. l. 7. qui tamen in quibusdam variat.* Pontifex ut acceptæ injuriæ pœnas ab Italis, quo posset modo repeteret, Ottoni, ut certum Principum numerum cõstitueret, penes quos eligendi Cæsaris potestas resideret, author fuit Imperator, qui nihil utilius ad servandam hanc præeminentiam Germaniæ esse facile animadvertebat, re cum Proceribus Germanis communicata collegium Electorale prudentissimé constituit. *Dn. Præcep. Kirchmerus I C tus, & historicus eximius in sua Republic. disput. 4. Coroll. 2. ubi consentientes & dissentientes refert, Consentientibus addimus authorem thesauri Politici d. l. & Petr. Heig. par. 1. qu. 2. vide etiam quadam apud Thuan. l. 2. hist. in limine l. 2. confer etiam Paurm. de iuri. l. 2. c. 2. n. 38.* Quo anno constitutio hæc lata sit variant historici, pauló ante mortem Ottonis eam latam esse verisimillimum: *vide Dn Præs. Kirch. & alleg. ab eo.* An vero ex constitutione Ottoniana idem ante Carol. IV. numerus fuerit dubitatur. Ante Carolum IV. jam Electorum numero adscriptum fuisse Bohemum intrep. dé concludimus, *vid plurib Heig. d. l.*

10. Hi Electores totius Universitatis Principes repręsentant, & temporale caput. Mundo, *a* Imperatorem nimirum, (quę maxima dignitas est,) *b* eligunt. Eum autem natione Germanum esse oportet; *c* qui simul atq; electus est, jura Imperatoris consequitur. *d*

a) d. aurea bull. tit. 2. Eligendi autem Imperatoris jus Electoribus non ut singulis, sed ut universis competit. *Petr. de Andl. d. l. 2. c. 3.* quod vel inde probatur quod majoris partis vota præferantur, *Aur. Bull. tit. 2 §* præstito denique. Ubi forma eligendi Imperatoris præscribitur. *b*) Ita vidi decreto cuidam Cæsareo de dato 27. *Iulii Anno* 1590. sequentia verba inserta: Daß der Churfürsten hoheit vnd authoritet mit eines Römischen Keisers gewalt vnnd hoheit/ daher sie auch fleust/ dermassen

verbunden / daß eine ohne die ander nicht verschmehlert werden / auch ohne die ander nicht bestehen kan / ja daß die höheste Würde der Churfürsten / darmit sie vor andern Königen vnd Potentaten gezieret / eben die ist / daß sie einen Römischen Käiser / dessen hohett au horitet, vnnd gewalt alle andere vbertrifft / von der auch alle andere herfleust / zu wehlen haben. c) Quæstio hæc magnâ contentione agitata fuit anno 1519. in Comitiis Imperatoriis. Negativé conclusum. *Vide etiam Petr. de And. l. 2. c. 1 Lancel. de iur. pub. person. l. 1. § 2 q. 1. Cuias sit eligendus rex Rom Pet. Heig. q. 5. num. 10. & mult seqq.* d) *Nicolaus de Bebenburgk. de iurib. regni c. 6. 7.* Necá Pontifice nominationem vel approbationem regiam recipere tenetur *Idem c. 8.* Cum Henrico Aucupi unctio offeretur á Pontifice, satis est, respondit ille, me, divina gratia annuente, vestraque pietate Regem dici, tanto honore nos indignos arbitramur; sit penes eos unctio, qui meliores esse cupiunt. *Cuspin. in vita Henrici Aucupis*, nec Rudolphus Habspurgensis Italiam unquam ingredi voluit, licet causam rogatus responderet, *quia me vestigia terrent: Omnia te adversum spectantia nulla retrorsum. Sig. de reg. Ital. 20.* sub Anno 1226. *& Cuspin. in vita Rudolphi Habspurgensis p. mihi 353.* Maximilianus I. á Pontifice Coronam suscipere minimé necessarium sibi duxit, ab Imperii Ordinibus Majestatem accepisse contentus. *Bod. l. 1. de Repubi. c. 2. num. 225.* Sed nec Ferdinandus, nec Maximilianus II. nec qui jam rerum potitur D. Rudolphus coronam unquam accepere. D. *Mich. concl. iurid. 3. ubi dissentientes refert. Vide etiam Thes. 3. liter. C.* Unde quid ad illam quæstionem, an privilegia ante coronationem Papalem concessa valeant, respondendum sit, per se liquidum est? *Vide Lupold. á Bebenburgk. d. lib. 8. & Hier. Bald. de coron. f. 41. Lancel. de iur. person. l. c. 1. § 1. quæst. 4.*

11. Altioris indaginis quæstio est; an vivente & spirante Imperatore in casum mortis alius constitui successor queat? Affirmativam defendemus.

Atqui pacta votum captandæ mortis inducentia jure improbantur, quod & naturalis suadet ratio, casum, fortunamq; adversam hominis expectare prohibeat. Atque hæc prohibitio nostro potissimum in casu videtur consideranda, quod non extranei solúm successores regni gratia jus violasse, sed filios quoque ipsos, quibus tamen ipsa successionem spondet natura, ante diem patrios in annos inquisivisse, imó naturalem affectum omnem exuentes parentum vitæ insana illa dominandi libidine allectos insidias struxisse historica docet fides. Non jam externa repetes ex veterum annalibus, etiam nostro sub horizonte talia monstra extiterunt. Portentum illud naturæ Adolphum Geldriæ Comitem mihi contemplare, patrem jam senem noctu quieri se daturum comprehendentem aspice, captivum asperrima hyeme per quinque milliaria sine caleis ob otto quasi collo rapientem indignabundus intuere, natumque, qui patrem in carcerem teterrimum, & obscurissimum conjecit & agentibus de reconcilatione, malle se patrem, mox seipsum in profundissimum barathrum præcipitare, quám de reconciliatione, vel verbo audire flagitiosissimé respondit, nullumque alium colorem, quám quadraginta annorum ætatem scelesti suo prætexere potuit, mecum *execrare, Comin. l. 5. de gestu Ludovic. XI. & Caroli Burgundi.* Nostro etiam sæculo inaffectati regni suspicionem vocatus est Carolus Hispanici Regis Philippi II. filius. *vide Thuan. l. 4.* Annus mortis ejus hoc versiculo Ovidiano continetur:

FILIVs

FILIVs ante DIeM patrIos InqVIrIt In annos.

Imó ut forsan probitas destinari successoris apud omnes alios omnem metus opinionem eluat, nescio qua tamen ratione fiat, ut qui proximus rebus quasi vaticinio destinatus est successor, si non invisus suspectus tamen reddatur imperanti. Quis Davide innocentior? quis Saulis insidias ignorat? Caroli VIII. Francorum Regis filio mortuo uxor ejus Anna Britannica gravissimé angebatur, Rex eam recreaturus nobiles aliquot (& inter eos Ducē Aurelianensem, ad quem tanquam proximum agnatum, regnum regio carens filio devolvendum erat) qui coram ea de more Gallico saltarent, subornat. Regina Duce conspecto omnia in pejus rapere ipsumque extremé odisse cœpit, licet nec Rex, vel ipse sinistri quid suspicati fuissent. Elisabetha quoque Angliæ Regina de successore Imperii nominando procerib. se interpellantibus, vivæ sibi sepulchrum fodiendum non esse respondit anno 1566. *Bod. lib. 1. c. 8. n. 90.* Imó coactis regni Ordinib. anno 1581. ne quis de successore regni in Anglia sermones serere auderet, subjectâ læsæ majestatis pœnâ edixit. *Bod. l. 1. c. 5. num. 723.* His tamen omnib. minimé obstantibus in contrariam sententiam multó proniores sumus. Displicet Princeps, cui illud in ore.

Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρὶ;

Me misceatur igne terra mortuo. Nec sané usque adeo incivile est, de morte quemquam & maximè virum Principem cogitare, & tristibus quandoque prospicere eventibus. Alexander M. cum finem vitæ adesse sentiret, indignum ratus viro forti alium, quám virum fortem succedere, optimum dignissimumque hæredem dixit. *Curt. in vita Alexan. & Iust.* Fortiter quidem, at parum prudenter. Tantum enim, ut hac ratione sibi suisque consulerit, abest, ut omne potius regnum uni Nodo Gordio involverit & cum suo ipsius exemplo pullis Martiis ense dissolvendū objecerit, ferroq; de partibus ejus duces suos, omnes certé virtute bellica præstantissimos viros, disceptare jusserit. Anne illud est pomum Eridis in cœtum virorū armatorum conjicere? Non minor pietate in patriam prudentia etiam Alexandro major fuit Conradus noster primus, qui sui ipsius, affectuumque suorum oblitus, oblitus fratris, oblitus necessitudinum omnium, quem dum secunda uteretur valetudine, odio plusquā capitali prosecutus fuerat, omnibusq; modiis é medio sublatum unicé expetiverat, eundem solo amore patriæ, ac solius virtutis admiratione accensus, nec immortales inimicitias mortali in corpore gerēdas judicans amplissimæ dignitatis hęredem nil tale opinantem instituit. *Cusp in Conrado 1.* Nec in articulo mortis tantúm, verúm etiam prosperrima valetudine utentes Imper. quám plurimi casuū humanorum memores consortes Imperii adsciscere, vel alios sibi successores destinaverunt, quos refert. *Heig p. 1. q. 6.* Omnis tamen hæc quæstio in regnis hereditariis, si certus adsit successor acet. *post Hotom. & alios Heig d. l. num 46.* In regnis etiam electivis, quale est Romanum nostrum Imperium, omninó videndum, ne, dum vivente Imperatore alius destinatur successor, libertas electionis detrimenti quid capiat. *Bodin. de Republ. lib. 2. c. 3. in fin. Iacob. Augustus Thuan. l. 2. historiar sui sæculi p. 37. lib. 7. Sleid. lib. 7. f. 203.*

12. Hactenus de iis, qui integris provinciis præsunt, egimus; nūc ad Civitates, quæ & ipsæ Universitatis, nonnunquam etiam provinciarū a appellatione veniunt; ac primó quidem nominis explicationem accedamus.

damus. Civitatis & urbis vocabula etsi nonnunquam confunduntur, *b* multum tamen accuratè perpensis omnibus inter se differunt. *c*

a) *glo. in l. fin. v. id est, una providentia C. de quad. præscript.* de quo mox pluribus. *b*) *l. si quis 6. l. singularium 8. C. de ædif. privat.* *c*) Urbis enim nomen ædificiis *lib. 2. ff. de V. S.* Civitatis verò nomen variè accipitur. Quandoq; enim collectionem civium urbē inhabitantium quandoque jus Civitatis significat, ut cum dicimus aliquàm civitate donare, Einem das Bürgerrecht/oder die Bürgerschafft schencken. Urbis & Civitatis differentiam subindicat Cicero, cum Pompejo Cæsarem fugiente contendens. Urbem tu relinques ait Cicero, ergò idem si Galli venirent? Non est respondet Pompejus, respubl. in patietibus, sed in aris & focis: fecit idem Themistocles, fluctum enim totius barbariæ ferre urbs una non poterat &c. Hanc certè urbis & Civitatis differentiam si Pœnorum legati percalluissent, Civitas Carthaginensis urbem pulchertimam ardere, soloque æquari non vidisset. *Bod. l. 1. de Republic. c. 6.* *numero 51. ex Appian. in Lyb.* Plures significationes vocabuli urbis *vid. apud Meich. dec. Cam. tom. 4. decis. 22. num. 116. Confer. Flam. de Rep. cons. 64. num. 64. & multis seq. part. 2.*

13. Loco alicui solus Imperator Civitatis jus dat, *a* nec ad ejus constitutionem requiritur Episcopus. *b*

a) *arg. l. 1. C. de Metropol. Beryt.* Jus quoque Saxonicum, non modò Principis, in cujus territorio Civitas extruitur, sed & Cæsaris authoritatem requirit. *Art. 16.* Landtrecht. *l. 1. art. 9.* Weichbildt sive id expressè fiat, sive tacitè; *Valas. in l. imperium de iurisd. num. 73.* Unde non interveniente consensu Imperatoris locus aliquis jura & privilegia Civitatis habere non potest. *Innoc. in c. cum ab Ecclesiarum num. 1. ext. de offic. ordin. Consentit Alciat. in l. pupillus § urbs num. 4 ff. de V. S.* Ita Imperat. Fridericus Casalensibus jus Civitatis dedit. *Natt. cons. 636. num. 110.* Et cum Albertus Comes Mansfeldius vico cuidam prope Islebiam spiritum & vitam, ut vocant, concedere vellet, Imp. Maximilian. anno 1514. mandato inhibitorio id fieri vetuit. Mandato inhibitorio in specie hæc inserta fuerunt verba: Wann nun dir / noch jemand andern nit gezimet / das der hohen Obrigkeit anhengt ohn sonderbare erlaubnuß außzurichten. *D. Mich. concl. iur. 12. ubi dissentiens refert. quib. addi potest. Flam. de Rub. cons. 65. numero 51.* *b*) textus est expressus in c. 1 *de privilegiis. & excess. prælat.* *Pulchrè Flam. de Rub. d. cons. 67. num. 49. & multis seqq. Petr. Gregor. l. 2. de Republ. cap. 1. numer. 6. Los. de iur. univers. pagina 1. cap. 2. num. 16. & ante hos omnes Bart. in l. ex hoc iure ff. de iustit. & iur. Canonist. & præcipue Panormit. in d. cap. 1. numero 1. sub fin.* ubi scribit de consuetudine in Italia. receptum esse, ut pro civitate non habeatur locus aliquis, nisi Episcopum habeat, quod & innuit *Sig. de reg. Ital. l. 10. sub Henrico IV. pag. 242. Ex d. etiam c. ult. ut & can. 3. dist. 80. nec non c. audivimus 3. q. 2. concludo.* Civitates illas, quibus olim Episcopi dati fuerunt, cæteris præstantiores fuisse quod non obscurè indicat compilator *symphor. in vot.* Meintz *contra* Erffurdt/*num. 29. v. cum non Imperator, nec Princeps.*

14. Ut olim, cum Respub. Romana floreret, non una eademque civitatum omnium conditio fuit: *a* sic si ad præsentem Reipubl. statum oculos convertamus, triplex Rerump. conditio nobis se offeret: Quæ enim

enim liberæ sunt, *b* quędam municipales, *c* quædam mixtum statum obtinent.

a) quasdam enim populus Romanus sibi subjecit, quasdam liberas reliquit. *T. Quint. Flam.* Philippo Macedone juniore primo in faucib. Epiri, ac deinde Thessalia superato, Senatus, populiq́ue Romani decreto omnes civitates Græciæ liberas esse, suoq́ue jure uti jussit. *Liv. l. 3. dec. 4. Phil. mel. in Chr. l. 2. sub T. Quint. Fl.* Subjectarum vero Civitatum quędam maximæ, quædam majores, quędam minores fuerunt, teste *ICto, in l. si duas 6. § 2 v. decet. de excus. tut. Bart. & Iohan. de Plat. in l. univ. C. de metr. Beryt. tradunt*, quod maximæ sint civitates, quæ mixtum, minimæ quæ jurisdictionem simplicem habent. Quæ interpretatio anterioris temporis statui contraria est. Licet enim in civitatibus maximis præsides provinciarum plerumque residerent, *argument. l. unic. ff. de offic. præf. August.* & eam ob causam merum Imperium in iis exerceretur: tamen id non urbis, sed præsidis contemplatione factum est. Unde Bar. & Plat. ad præsentem Reipubl. statum digitum intendere voluisse valde mihi sit verisimile. *b*) Liberæ Civitates pro temporis & Reipubl. usu hodierno trifariam accipiuntur, I. pro iis, quæ non in totum liberæ sed in quibusdam ab Imperii & Cæsaris protectione exemptæ sunt; quales tempore Caroli, & Ottonis primi, *teste. Sigon. in Otton. Magno fol. mihi* 175. Civitates Longobardicæ fuerunt. II. Civitates liberæ dicuntur, quæ non á Cæsaris, vel Imperii sed Principum Ducumvé jurisdictione & potestate exemptę sunt. III Freye Stäte vnd Freyheit pro illarum quoque Civitatum libertate ponitur, quæ secundum quid Principibus subditæ, secundum quid liberæ sunt, *Paurmeister. de iurisdiction. lib. 2. c. ult. num.* 11. *& seqq.* Cui tamen non concedimus Libertatis vocabulum, (cum in decretis Imperialibus dicitur da der Exempt in possessione libertatis befunden) Civitatibus Imperialibus nõ etiam mixtum statum obtinentibus applicari. Negari enim non potest in Civitatibus imperialibus (vngezweiffelten Reichsstätten) raró; sępissimé autem in mixtum statum obtinentibus quæstioni huic locum esse, quod præter quotidianam experientiam ipsi Imperii Recessus de Anno 1542. § Demnach haben wir *p.* 296. & Recessus de An. 1548. § vnd als erstlich *p.* 323. satis superq́ue demonstrant. *c*) Civitatem in liberas & municipales distinctionem admittunt uno ore omnes, sed tertium quoque earum genus reperiri testis est omni exceptione major Carolus. IV. Imperator, qui Hamburgum Comitibus, nunc Ducibus Holsatię salvis, quas ab Imperiali culmine, pervenerant, libertatibus parere jussit. *Crantzius Saxo. lib.* 10. *pagina mihi* 259. *Et seq.* Eandem sententiam tenuerunt *post Zas. & Alciat. Mynf. cons.* 13. *numero* 10. *Gail.* 2. *observatio* 54. *num.* 10. *& novissimé compilator symphoremat. in vot.* Meintz *contra* Erffurdt/ *n.* 87 § *in provinciis. Et quid multis?* Nonné recessus ipsi Imperii, ac potissimum Augustanus ille § Solchem zubegegnen hoc volunt ibi. Wie der Säe/ vnd Ansäestädte dem Reich oder andern vnderworffen/ ꝛc.

15. Alia etiam Civitatum distinctio habetur, aut enim pactitiæ, *a* sunt, aut exemptitiæ, *b* aut privilegariæ.

a) Duo ad statum pactitium necessaria sunt; primó requiritur, ut se submittens respectu illius, cui se submittit, vel in totum, vel pro parte liber sit. Secundó, ut submissio illa fiat certis tantúm capitibus, in cæteris veró integra servetur libertas. Notabilis est doctrina *Gail.* 2. *obs.* 54. *num.* 10. ubi scribit, singulariter observandum

esse, castrum vel civitatem certis pactis & conditionibus alicui principi, vel alteri civitati subjectam, solùm subditam censeri, quoad illa pacta, & conditiones, in reliquis liberam permanere. Ubi & hoc subdit Gail. in Germania nonnullas esse Civitates, quę certa lege & conventione superiorem agnoscunt, & extra pacta conventa placidè sua fruuntur libertate. *facit. huc l. 2 ff. de iur immun. l non dubito 7. § lib. 30. lus ff. de capt. & postl. revers.* b) Exemptio duplex est; originaria aut accidentaria. Quemadmodum enim Ecclesia, quę libertatem á sede Catholica ante Episcopum obtinuit, originariam exceptionem habet, ita Civitates quędam sunt, quę cessis ab Imperatoria majestate territoriis & dignitatibus quoad Principes postmodum in vestitos exemptione originaria gaudẽt. Quod non obscure indicat Dn. Cordus referens in causa Fiscalis contra Beyern/ & Orttenburgk/ *decis. Meichsn. tom. 1. decis. 6. num. 6. p. 89.* Exemptio accidentaria ex præscriptione, contractibus, pactis aliisque fontibus, scaturit. Sed inquies; cum etiam pactis, & contractibus conciliari possit exemptio, annetum exemptitia, & pactitia eadem erit civitas? Negamus. Pactitia civitas pacto libertatem, quám ante ampliorem habebat, minuit. Exemptitia Civitas pacto libertatem, quam ante non habebat, acquirit. Et sic, quæ ante libertate fruebatur uberiore, pacto certo jam fit subdita Civitas: quæ vero ante graviore premebatur onere, per pactum illi oneri vel in totum, vel pro parte eximitur. Unde pro pactitia Civitate præsumpt o libertatis militat, exemptitia servituti subjacere creditur, nisi exemptionem doceat. Quod & in privilegaria obtinet. Sed hoc inter exemptitiam & privilegiariam Civitatem interest, quod exemptitia in casibus exceptis pro libera reputetur: Privilegiaria verò subjectio subjectionis notam non eluit, quemadmodum in simili actio exempta tum dicitur, si actor agere posse desiit; non item si ex privilegio, vel per exceptionem actio reddatur inutilis. *Ita Meichsner. tom. 2. libr. 1. decis Camer. 9. In causa* Meintz/ *contra* Erffurdt/ *numero 19 pag. 346.* Non tamen negamus certis etiam modis exemptitiarum & privilegiariarum & pactitiarum Civitatum nomina confundi posse. Illud certissimum, exemptionem ex alia, quám privilegiorum scaturigine promanare posse. Nam propter nimium dominorum sævitiam subditi ab eorum jurisdictione eximi, imo impunè discedere possunt, ita ut á domino repeti & revocari nequeant. *Luc. de Penn. l. si colonus in 12. quæst. C. de agric. & censit. Gail. observat. 17. lib. 1 per tot. ubi ex professo hanc quæstionem tractat.*

16. Civitates quasdam alteri se submisisse diximus, an id fieri potuerit, non immeritó dubitatur? Placet tamen affirmativa.

In præjuditium sanè Imperii nullo id modo fieri debuisse concedimus. Interest enim Cæsaris & Reipubl. ordines acstatus. Imperii integrè conservari *c. 1. de prob. feud. alien per Frid.* Hinc si Princeps Civitatem eximere velit, vel illa eximi sepatiatur, fiscalis interesse Imperat. prætendens, processus contra alterutrum vel utrumque instituit. *Gail. 1. obs. 21.* Verùm cum *Felin. in c. cum non liceat num. 12. in 8. consideratione de præsc.* tradat Civitatẽ Imperio subjectam, si á potentioribus molestias deliberatur, & Imperator suppetias ei ferre detrectet, licitè alteri se submittere quod & post alios á se adductos voluit. *Gigas tr. de crim. læs. majestat lib. 1. q. 56. p. 117. & Thoming. cons. 13. numero 43. & seq.* quid Civitates Imperiales, quibus externo bello distentis Imperatoribus vicini Principes bellum intulerunt, vel ipsis Principibus

bellum

bellum inferentibus, vel aliis, ut á potentioribus contra potentiores defenderentur certis legibus & conditionibus submittere se potuisse prohibet? Quidni Civitates etiam subditæ, cum á suis Principibus defendi non possent, aliorum patrocinium quærere potuerunt? Quid quod per hujusmodi pactionem nulla vel exigua certé læsio imperio illata est, ut inde probatur, quod puncto collectarum imperialium decisum est, si Principes eximentes pro exemptis collectas solvant parum, aut potius nihil Imperio decedere recessus imperii de Ann. 1524. § vnnd als durch des Kraiß *p.mihi* 524. Accidit insuper immemoriale tempus, quod Fiscalis actionem si qua hoc casu illi competeret, eliturus esset. Ex quibus *contra Knich in Epopsi sect.* 7. 9. & 10. *num.* 209 *ibi pactiisitaque subditis nulli.* Pactitias Civitates esse in Germania intrepidè concludimus, quod antenos superiori thesi allegatus *Gail. 2. obs.* 54. *numero* 10. volutubi textibus & authoritatibus hanc suam sententiam pulchrè defendit. Imó ipse Carolus, ut testatur historici, cum Saxoniam excepta decimarum Clericis solvendarum præstatione liberam reliquerit, quid obstat, quo minus Civitates illæ libertatem hanc suam certis pactis non nihil delibare potuerint?

Quæstioni huic affinis est & illa, an Civitates alterius protectioni se credere possint qui protectioni alterius se committit, Als einem Schutzherren/ suæ libertati nihil detrahi, Affirmativa communi Dd. calculo comprobatur, *post. Innoc. Ioh. Andr. Schurff. & Gail D. Regner. Sixtinus conf. Marp.* 8 *numero* 104. *vol.* 1. *Textus ad hoc sunt. recipimus* 8. *de privileg. & excessib. prælat. & ibi Panor. c. ex parte* 18. *dist. tit. de Privilegiis & excessibus prælatorum leg. desertorem § finali ff. de re milit. quibus locis teste Gail obs.* 54 *numero* 4 expressè probatur, inferiores posse se defensionis & protectionis ergò alteri submittere; Idem generali consuetudine Germaniæ servari tradidit. *D. Sixtin. d. loco. Cui consentit consilium Marpur.* 19. *numero* 145 & 146 *vol.* 3. *ubi non infrequens illud esse scribitur. Confer Wesemb. conf.* 48. *p.* 1. *numero* 23 ubi ait, subditos defensionis causâ á defensionem undecunq; petere posse, cum defensio sit facultatis naturalis planè á jurisdictione separata, nec imminuat jurisdictionem alterius. Non tamen id temerè, nulla urgente necessitate, maximè in præjudicium superioris faciendum. *D. Michael. in concl. iuriudiction. de iuriudiction thes.* 138. *lit. c. Compilator symphorm. in spèd. vota* Meintz/ *contra* Erffurdt/ *p. mihi* 105. & 106. Quamvis autem per hujusmodi protectionem patrono juris nihil quæratur, nisi forte honorarii loco argenti quid ipsi numeretur, periculo tamen hujusmodi submissiones non vacare publicè docuit. *Sigon. lib.* 18. *fol* 80. ubi aureos hosce versiculos recitat:

Accipiter milvi pulsurum bella columbæ
Accipiunt regem: rex magis hoste nocet.
Incipiunt de rege queri, quia sanius esset,
Milvi bella pati, quàm sine Marte mori.

17. Civitates etiam fœdera inire possunt.

Etsi enim regulariter fœdera prohibentur, *tot. ti. ff. de coll. & corporibus. Carol. IV. in aurea bulla ti.* 15. Id tamen non obtinet, cum natura ipsa ad defensionem nostri nos invitat, & ad fœdera descendere jubet, vel cum bonum publicum id exigit. Sic Ordinatio Cameræ contra Pacem publicam læso oppressove, ablata vi armorum raptori extorquere, & ab hoste, qui ipso jure & facto pœnam banni incurrit violatæ pacis publicæ pœnam reposcere permittit, idque vel in continenti, vel

cum amicorum & confœderatorum convocandorum copia datur *Ord. Cam p.1.ti. 9.§.* So jemand aber v. aber dem Beschädigten (*ibi* sein Freund vnd helffer/*Gail.de publ.li.1.c.16.num.14.in fin.* Sic juditio Cameræ Imperialis Anno 1553. fœdus inter Episcopos Herbipolensem & Bambergensem, ac civitatem Noribergensem, adversus Albertum Marchionem Brandeburgensem initum pro licito fuit judicatum *Mynsi.6.obs.2, Schleid.lib.24.p.786.* Fœdus quoque Hanseaticum propter necessariam defensionem, & mutuum commerciorum usum cum exteris & vicinis initum, & naturali ratione, & bono publico, ac superioris autoritate nititur. Unde de ejus æquitate dubitandum non est. Cœpit autem illud sub annum 1200. teste *Chytræo in Chron. Saxon. fol. 671. & Thuano histor. lib. 39.* Consule authorem Thesauri Politici in tertia parte sub fin. *& Matt. Stephanum de iurisdictione lib. 2 p 2.c.3 de Civitatibus Hanseaticis.* Cujus societatis æquitas etiam inde apparet, quod Imperator noster Divus Rodolphus maxima cum cura & diligentia eam protegat. Angl. sque, qui eam tollere conabantur, pluribus de causis Imperio ejecerit. Quia verò tam amplæ societatis negocia sine conventibus & legationibus expediri non potuerunt, meritò illis jus indicendorum conventuum, & emittendarum legationum competit. Nec enim quæ eo comprehenduntur fœdere civitates privatorum loco sunt habendæ. Sunt enim inter eas Imperiales, Lubeca, Colonia, Tremonia. Reliquę mixtum obtinent statum, insignibus privilegiis donatæ, atque in iis ipsis non minima pars ornamenti & firmamenti Reipublicæ Romanæ in partibus maritimis consistit. Tantus certé conventuum Hanseaticorum splendor, tanta dignitas est. Conventum non semel splendidissimis suis legationibus Imperatores, Reges, Principes eos dignati sint, quod vel ex recessu Imperii de An. 1566. §. Die An. vnd Sehestädt belangendt/luce meridiana clarius est. Etiamnum nostra memoria anno nimirum 1597. uno eodemque tempore Comitiis Hanseaticis Imperatorius, Regius Hispanicus & Polonicus legati interfuere. Unde, ut quidam volunt, talibus conventibus nomen nequaquam tribui potest.

17. Civitates Imperiales status Imperii esse, sessionemq;, ac votum in comitiis Imperialibus habere tam verum, quám quod maximé.

Secundùm naturam enim est, cum sequi commoda, quem sequuntur incommoda. At nemo sani cerebri negaturus est, magnam onerum partem civitatibus Imperialibus incumbere. Eadem natura docet, neminem cum alterius damno locupletem fieri debere. Quis autem hoc eventurum non videt, si reliqui status Civitatibus Imperialibus pro libitu collecta imponant. Jus quoque gentium tradit cum rebus regnorum ita exigentibus tributa imperanda sunt, non solùm Principes, sed etiam Civitates ad Comitia vocari. Imò ipsi Principes inferiores Cæsare collectas subditis suis imposituri subjectas sibi Civitates ad consentiendum invitant. Absurdum autem foret, meliori conditione gaudere municipales, quám liberas Civitates. Constat insuper ex Imperii constitutionibus per contractus viam imponi collectas. In contractibus autem omnium, quorum interest, consensus requiritur, & qui non consensit, non obligatur. Quid quod *ex aurea Bulla Caroli IV.* non minus ex Civitatum, quám Principum consilio res in Comitiis directas fuisse compertum est in princip. ibi. Mannichfalt der Statt Bottschafften. Idem apparet *ex constitutione Frider. III. de* Anno 1442. Quin etiam omnes ferè recessus disertam civitatum men-

mentionem faciunt. Ac licet quibusdam in locis Civitatum nomen expressé non ponatur, sub generali tamen reliquorum Statuum appellatione eæ comprehenduntur. Accedit quod Civitates recessibus Imperii subscribant, *l. sicut. § non videtur. ff. quibus modis pign. vel hypoth. solvit. ubi Barth.* Civitates etiam jus præsentandi Assessores, quod statuum proprium est habere, nulli nisi in patria peregrino ignotam esse potest. Civitates denique vel inde plusquam manifesté probatur sub hac verborum formula ad Comitia vocantur: **Mit/vnd neben allen andern Ständen helffen handeln/rathschlagen/ vnd schliessen/ ꝛc.** *Dissentit hîc á nobis Peucerus in complemento Chronic. Philip. Melanchthonis lib. 5. quem refutat Paurmeister de iurisdictio. lib. 2. c. de comit. iur. & ordin pulchré D. Obrech. tractat. de iurisdictione cap. 6. numero 76. & seqq.* Sunt qui pugnant, cum libera Imperii nobilitas ad comitia non vocetur, nec Civitates liberas vocandas. Sed respondemus ex aurea bulla Caroli IV. Nobilitatem appellari solitam. Crediderim nobilitatem & Civitates quasdam non invitas Citatoriis libellis præteriri se passas, quod hoc pacto mitigationem, & exemptionem onerum, **Der gewissen anschlege/** impetrarent. Et tolerabiliores fierent contributiones illæ, quæ ad peculiares Cæsaris requisitiones expenduntur. De pluribus certé Saxoniæ inferioris Civitatibus illud compertum est, quod ad Comitia vocatę: & suam quoq; portionem separatim persolverint, de quo infrá pluribus.

19. Civitates imperiales, *a* quibus insigniores Saxoniæ metropoles minimé suffragamus, *b* jura superioritatis, & regalia in suis territoriis sibi vindicant.

Eo enim ipso, quod inter status Imperii receptæ sunt, illud jus ipsis competit. *Gail. 2. obs. 57. num. 7. & in tract. de ar. re. c. 9.* Cum nec status Imperii nomen magis inutile esse debeat, quám Principis, *ut de hac post Bald. docet D. Michael. concl. 44.* Lucet autem *Gailius & alii. Doctores* de Civitatibus Italiæ loqui videantur, nihilominus tamen Doctorum tradita recté Civitatibus Germaniæ accommodabuntur, *teste Scipio. Gentili de iurisdictione, lib. 3. c. 22.* Ubi ostendit, ex municipiis veterum Romanorum, eorumque minima potestate ad Civitates Imperiales, & liberas non recté duci argumentum. *Et Hieronymus Gig. tractatu de crimine læsæ maiestatis p. 1. sub tit. quotuplex sit maiestat numero 17. & quæstion. 61. num. 1. ubi scribit Privilegia Reip. Romanæ hodie etiam ad cæteras Resp. aliarum civitatum extendi ideoque & in ipsis crimen læsæ maiestatis committi. Quod & sensit Boër. tract. d. sedit. 3. præsupponendum etiam sext. numero 3. & seqq. ibi in specie de Perusia & Bononia loquitur, contra quas, licet alteri &, ut poto. Pontifici subsint, crimen læsæ maiestatis incurri docet.* Nihil efficit, quod Civitates dignitatibus regalibus non gaudeant. Nam ut dignitas regalis sine jurib. regalibus consistere potest. *Valasc. de iur. Emphyt. q. 8 num. 34. circa mod. (ubi reprehendit Felin & alios existimantes huiusmodi regalia in dignitatis concessione simul concedit.) Anton. Sola in constit. subaud. in proœm. dececret gl. 13. numero 21.* sit etiam jura regalia sine titulo regali esse possunt. Et recté respondit, *Barb. cons. 71. num. 3. vol 3. etiamsi quis non habeat comitatium, seu Regalem dignitatem, sic tamen habeat castra & lo. a. in quibus regalia exercerit ex quo forte ad eum spectant pœnæ, & mulctæ, esse nihilominus de ipso, & castris ac locis ipsius non aliter iudicandum, quam de Duce, Comite, Ducatu, Comitatu. Idemq; in Nobilibus statuit Dec. cons. 2. num. 165. vol. 1.* Imô si præcisé talis dignitas requireretur, nec civitates Italiæ tali gauderent jure. Nec enim usquam traditum est

teritas earum in Ducatum, vel Comitatum erectas. Sed inquies, Italiæ Civitates superiorem non recognoscunt, quod alterest in Germanię Civitatibus? Sed quid negaremus præsuppositum? At si non de jure, de facto saltem inquies? Sed nec illa recognitio inhabiles efficit Civitates ad possidendum regalia. Quemadmodum nec ideo, quod Cæsaream Mentem superiorem recognoscant. Illustrissimi potentissimi ejusdem Germaniæ nostræ Principes (de quibus Maximus ille Imperator Carolus V. Regibus se imperare jactare solitus est, cum alios servos & mancipia vocaret,) Principibus aliis, qui superioritatis jugum excussus sese jactitat, inferiores sunt. Cum inobedientes obedientioribus meliores esse ab omni æquitate alienum sit, *Sola & Const. Salua. glo. 3. num. 8. vers. 2. & n. seqq.*

20. Horum sibi competentium regalium vi, liberum & publicum religionis exercitium in ditionibus suis civitates instituunt. *a* Atq; ea sine quibus sacrorum administratio sarta tectaq; conservari nequit, licité possunt expedire. *b*

a) de statibus, atque adeo Civitatibus liberis, quin illis publicum religionis exercitium competat, dubium nullum est propter *recessum Imperii de Anno* 1555. Vnd damit keinen Stand des Reichs/ Hinc ex contrario quidam colligunt, statos provinciales non habere potestatem religionis reformandæ multò minus subditos. Non sanè otiosa sunt illa verba: Des Reichs. Cum ipse Ferdinandus prædictos vnd damit/ post verba keinen Standt/ illa inseri voluerit, ne de statibus provincialibus accipi possent, *Compilator Symphorem. in voto* Drolßhagen/ *contra* Mhlsteri *p. 227. tit additio ad votum Spring. tract de pac. religion. c. 10. p. 94* Nobilibus etiam immediatis liberum exercitium religionis in suis terris concessum est. § vnd in solchen Felden/ d. Recess. de Anno 55. Contrarium ergò in mediatis nobilibus obtinet. Et hoc quidem ita se habet, si ex divulgatis tantum Imperii recessibus controversia dijudicanda foret. Sed declaratione quadam Ferdinandi cujus originale verum in Archivo serenissimorum Saxoniæ Electorum asservari author est *Spring. de pac. religionis. c. 10. p. 104.* Clericorum quoque jurisdictio Ecclesiastica contra Nobiles & Civitates sibi subjectas, quę ante pacem Religionis liberum exercitium habuerũt suspensa est. Quam declarationem cum à vitiosa falsi quo eam laborare Franciscus Burchard. (And. Erstenberger alius vocat) probé vindicarit *Spring. d. loc.* eam quoque attendendam censemus. De Civitatibus Imperialibus dubium, ut dixi, nullum est, quibus tamen in Civitatibus utriusque religionis exercitium in usu fuit, in illis illud in posterum quoque permittendum, nec Magistratibus Cives vel civibus magistratus prætextu religionis molestia afficere licet. Reichsabscheid/ *de Anno* 1555. Nach dem aber in vielen Städten/ Mixtas quod attinet, earum quædam vigore libertatis & jure regalium publicé religionem exercent; quædam insuper peculiares cum Cæsare super negotio religionis initas transactiones allegant. Breviter utrarumq; Civitatum potestas in cęteris vel amplior, vel angustior, ita & hoc in puncto judicandum Municipalibus Civitatibus nisi ex contractu privilegiove autonomiã sibi vindicent, vel dictæ declarationis Ferdinãdinæ exceptione tueri se possint publicum exercitium denegamus, eamque sententiam (salvo posteriori nostro, & cujusvis alterius rectiore judicio, & hic & in omnibus disputationis nostræ partibus) propugnabimus. Cujus præter alia & hoc fundamentũ non est ultimum, quod subditis ob-

cessa

cessa emigratio feustratoria futura esset, si cuilibet publicum religionis exercitium habere liberum esset. Sed an pacificé viventes subditi sine publico religionis exercitio ad audiendam missam vel emigrandum cogi possunt? Ita quidem loco allegato Syringer voluit, á quo nos dissentimus. Emigratio enim liberæ voluntatis est §. Wo aber/ib. an ander örter ziehen/vnd sich nider thun wolten/ *D. Denayss. compendiaru Cam. tit.* 2. 6. § 12. Unde in subditorum odium detorqueri non debet. *vide. D. Mich. concl.* 49. *sub fin. & brevem informationem apud compilatorem Symph.* 1. *tom.* 1. *tit* 3. *p.* 3. *mihi* 279. *vers.* Der ander punct. Denique pro hac sententia facit quod Car. V. recessu Imperii de An. 1530. § etliche Obrigkeit haben jhren Underthanen/ improbat illos magistratus, qui subditos Catholicæ religionis gratiâ aliis in locis sanctè esse prohibent, quod cum in Catholica religione æquum sit, nec in Augustana Confessione iniquum esse poterit. Quod si Pontificios nostros có interdicere cõtingat, idem jus suæ religioni apud nos statuent. Quicquid enim hîc in uno constitutum est, & in altero obtinet. *Comp. Symph. d. vot.* 5. *numero* 24. *p.* 230 Hinc ex justissima talionis lege, cum nostræ religionis homines ad suos Canonicatus non admittant, nec nostri illos, quamvis prægnantissimis Romæ bullis turgidos tenentur admittere, Pontificis enim nulla amplius inter nostros propter pacem religionis in sacris authoritas est, vel jurisdictio. Hinc loco Corollarii vice subnectimus, ita demum subditis jus emigrandi concedi, si prius magistratui secundum loci consuetudinem migrationis. Die nachsteur/ persolverint *d.* §. Wo aber. Unde si discedentes quodam in loco propter migrationem quid solvere moris non sit, nec quid exigi eo nomine sub religionis velo poterit. *b)* In §. Damit auch/ *vers.* Aber in andern sachen/ quæritio occurrit, an magistratibus Ecclesiasticis, quibus olim in causis spiritualibus cognitio competit, hodierno tempore in illis etiam num Civitatibus quibus liberum religionis exercitium pace religionis concessum est, causarum matrimonialium cognitio permissa sit: Religionem sapiunt matrimoniales causæ? Apud Pontificios sacramentis annumeratur conjugium, apud nos non item. Apud Pontificios conjugio sacerdotibus interdicitur, quamvis contra Synodum Nicænam. *Synod. Nican. dist* apud nos non item. Apud nos nulla Pontificis in gradibus jure divino prohibitis dispensatio valet, quod secus est apud illos. Quare Clericos causarum matrimonialium cognitione vel ex ipsius vers. disertis verbis interdicimus. Ita observavit *Camera in causa Ducis Wurtenbergici contra Archiepiscopum Vesontinum d.* 1560 8. *Januarii, & in causa Memmingensium contra* Chorgericht zu Augspurg 7. *Maii An.* 1589. *& causa Senatus Tremonienſis contra Officialem Colonienſem, Compilator Symph dist tit.* 187. Sed quid de reformatione Calendarii dicemus, annè ea ad Pontificem spectat? Cum Pontifex Romanus mutationem Calendarii institueret, suumque per omnem Germaniam recipi juberet, jure sanè optimo sinceriores religionis Principes tali Papæ conatui se opposuerunt. Quorsum enim illa Papæ verba jubemus, volumus. Hoc magistratui cujusvis loci, sive Ecclesiasticus sit, libenter concedimus, modo non ministrum Papæ agat. Rem enim hanc merè politicam esse volumus. Præfecturæ etiam sacræ, Cœnobia aliaque bona Ecclesiastica, á statibus nonnullis intercepta, piisque in usibus applicata, quæ neq; ad alios status Imperii pertinuerunt, neq; tempore Passaviçe transactionis, posteavé ab Ecclesiasticis possessa fuerunt, revocari non possunt, nullique eorum nomine processus decernuntur, *c)* Dieweil aber/ *D. Denayss. comp. iur. Cam. tit.* 216. §. Hinc in causa capituli Hamburgensis

gensis

gensis disputatum, utrum possessio illa de naturali, an civili intelligenda esset? Patribus Senatus stantes possessionem naturalem denotari volumus, propter expressa d. § verba eingezogen: Zu andern milden sachen gewant/ *Symph. p. tit. 3. vol. 3. Spring. c. 9. p. 99.* Notandum etiam est statibus veteris religionis reditus suos, hac tamen conditione persolvendos esse, ut interim magistratui civili, sub quo bona sita sunt, sua jurisdictio, sua jura, cæteraq; commoda, quæ illi ante ortum de religione dissidium fuere, salva persistant. Quibus consequens, si ex decimis, vel bonis Ecclesiasticis sustentari ante soliti sunt ministri Ecclesiarum, vel Scholarum, idem onus etiam num possessoribus incumbere, § Als auch den Stänđen/ *vide hac de re supplicationem apud Compilatorem Symph pag. 1. vol. 3. suppl. 7.*

31. Armandiæ *a* quoque, & portutam, ac clavium *b* custodia mœnium reparatio, fortalitiorum erectio Civitatibus jure regalium competunt.

a) d. cap. unic. quæ sint regal. Nondum inter omnes convenit, quę sint armandiæ: Verior videtur eorum opinio, qui fabricas & publica armataria per armandias intelligunt, quæ Principem semper sibi soli reservasse apparet ex *Nov. 85. & lib. 1. C. ut arm. usus.* *b)* Clavium enim nomen accipitur pro primatu in alios ut vel sacris scripturæ locis docemur. Sic Dominus promittens Eliacim filio Helciæ imperium in Israël, per Prophetam Esaiam daturum se illi clavem David ait, Isaiæ 22. Sed & in jure clavium traditio translationem dominii indicat *l. clavibus ff. de cont. empt. eum. similibus.* Et pluribus fratribus, aut solis una existentibus apud dignioremclaves deponendæ sunt, & instrumenta *l. patet § pater ff. de legibus 2. Johanes. Philippus Monsp. responsion. 520.* *c)* Jus enim munienđi Civitatem de regalibus est, imb quædam sunt Civitates, quæ ut eó tutiores contra vim hostilem sint privilegia de non extruēdis in urbe, vel in vicinis locis arcibus sibi compararunt, ut de Lubecatestatur Crantzius 7. *Vandal.* 33. Sic Civitas, ni fallor, Wismarienſis per Principes suos jus non extruendæ arcis in urbe obtinuit. *D. Heisterman. cons. Marp. 5. num. 35. vol. 1.* Similia privilegia Bremenſis, Hamburgenſis, & pleræque Saxoniæ inferioris civitates insigniores habent. De muris urbis Romæ traditur, quod eos violans vel transcendens capite puniatur. Hinc quærit *Gothof. in d. l. ult. ff. de ver. divis.* quid de alterius urbis muris statuendum sit; Pœnamque arbitrariam eos violanti infligit, allegans *Roland. á Vall. & Clar. quam etiam opinionem communem esse testatur Farinac. in prax. crim. q. 20. num. 152.* Nos cum *Polydoro Ripain tract. de tempore nocturno c. 19. numero 7.* hodie hanc distinctionem non admittimus. Cum unica quidem sit Roma materialis, plures autem pacto quodam virtuales & intellectuales (verba hæc sunt Ripæ) ipso jure aliis etiam Civitatibus Imperialibus urbis Romæ privilegia communicata credimus. *Confer. Gigant. l. 1. quæst. 23. num. 2. p. in 68.* Ubi civitates superiorem non recognoscentes urbi Romæ comparati scribit. Et concludimus capite puniendos, quotcunque in eo muros, portasque, quæ cingunt, includuntque imperialia jura habentes, deliquerint. Idem judicandum de illis Civitatibus, quæ loco castrorum sunt. *per l. desertorum* § nec non & si vallum, 17. *ff. de re milit. vid. latius Ripam. d. loc.*

22. Viarum quoq; publicarum & fluminum tam navigabilium, quám eorum, ex quibus flumina navigabilia fiunt, tuitio ac conservatio Civitatibus propter regalia incumbit.

Triplex

Triplex est viarum distinctio, aut enim publicæ sunt, quarum solùm publicum est relictum in directum certis finibus latitudinis ab eo, qui jus publicandi habuit, ut iis publicè iretur, commearetur, *l. 2 § viam, ff. ne quid in loca publ.* vocantur eadem viæ regiæ & consulares, *ff. § d. viam.* vel militares, *l. ult. in fin ff. de locis & itin. publ.* nobis Keyserliche freye Reichs- vnd Heerstrassen: Aliæ sunt privatæ, quæ sunt in fundis servientibus ut ad fundum alterius ducant, vel quę ex via consulari ad fundum alterius ducunt, *d. l. 2. § privatæ, 13.* Aliæ vicinales, quę in vicis sunt vel quæ in vicos ducunt, hæ publicæ sunt, nisi ex privatorum collatione sint constitutæ *d lib. 2. § viarum. 22. vers. vicinales D. Pacius in Isago. in ff. ad tit. de loc. & itin. publ.* De Viis publicis, quibus & vicinales ex parte accenseri possunt, thesis nostra loquitur. Ideo autem ea regalibus annumerantur, tum quod ad Impp. protectione ac jurisdictione, seu supremo dominio spectent, tum quod Impp. singulari quadam religione eas sartas tectasque conservent, *l. ad instructiones, C. de SS. Eccles. Rosenthal. de feud. cap. 5. concl. 5, num. 34.* atque ut tantò certior sit viarum securitas, jus per vias publicas euntes redeuntesq; conducendi introductum est, vulgò: Die glaidliche Obrigkeit auff freyer Keys. Heer- vnd Reichsstrassen zu glaiten. Gleid enim pars jurisdictionis, seu territorii est. Viæ enim publicæ sicut olim populi: sic hodie dominorum universalis territorii sunt, *Gail. 2. obs. 64. num. 2.* Electores quoque ad Comitia Imperatoria proficiscentes tam á Principibus, quàm á Civitatibus Francofurtum conduci solent. *aur. bul. Car. IV. c1.. § si quis autem,* alius etiam est salvus conductus, qui delinquẽtibus concedi solet, de quo infr. An Princeps, vel Civitas, cui concessa sunt regalia, negotiantes viæ, vel flumine publico interdicere queant, dubitatum scio. Negativa placet. Usus viæ publicæ sicut & navigatio maris juris esse gentium videtur. Unde Latona apud Ovid. 6. Metamorph.

Quod prohibetis aquas? usus communis aquarum est.
Nec proprium solem natura, nec aëra fecit.
Nec tenues undas, ad publica munera veni.

Vid. Rosen. de feud. d. c. 5. conc. 21. l. c. ubi Capellam tt. de ser. via q. 8. propter regalia concessa dissentir: refert. *Diff. Thom. con. 39. numero 90. allegans Strach. in tract. de nav.* Hinc contra eos, qui horum usum sine justa caussa impediunt, Camera Imperialis tanquam in facto omni jure prohibito mandata sine clausula decernere solet. *D. Rosen. d. conc. 121. n. 3.* ubi præjuditia citat. Effectus autem concessionis talium regalium est, ut domini territoriorum damnum in territoriis suis acceptum resarcire teneantur, quo facit, *l. 3. l. congruit, ff. de off. præs. l. 1. § quies, ff. de off. præf. urb. Gail. 2. ob. 74. Myns. cent. 5. obs 70.* quod tamen tum demum obtinet si via regia deprædatus usus fuerit, nec ab ea deflexerit *Ros. d. c. 5. con. 22.*

23. Quia vero Civitatis defensio, & mœnium atque arcium erectio non sine maximis sumptibus fieri potest, aliud jus compensatorium, nempe regale collectandi Civitatibus concessum est.

Jus collectandi, quod ratione magistratus sive Imperii competit, inter regalia referri communis est Dd. sententia, ut multis cumulatis autoritatibus probat *Ros. d. c. 5. con. 74. l. a.* Sed quid si pro refectione mœnium collecta imponenda sit, an communitates exteriores contribuere teneantur, quæsitum fuit? Placet nobis affirmativa *per l. omnes prov. 12. C. de ope. pub. ibi, ut par cunctis l. ad instructionem C. de SS. Ecc.* facit huc etiam *l. ad portus 7. C. de op. publi. ibi omnes certatim & lib. 2. & l. fin. C. de mun.*

pat. & l.per Bithy.C.de imm.nem concl.ubi Bar. regulam tradit, quod expensa pro reparatione pontium, viarum publicarum, aggerum, fluminum, fovearum, ac mœnium castri, & civitatis sit munus patrimoniale ad onus omnium & singulorum pertinens, etiam forensium bona tantùm in territorio quodam possidentium. Non obstat, quod *tex.d.l.omnes* de Civitatibus tantùm & incolis loquatur. Uti nec illud, quod muri sint proprii Civitatum. Incola enim non solùm est, qui in oppido aliquo moratur, sed & qui in oppidi alicujus finibus agrum habet, in quo sedem sibi constituerit, *l.pupillus 236.de V.S.* Nam & is oppidi incola est, quia vicus est pars civitatis *l.qui ex vico.ff.30 ad municip.* Sed quid de Clericis, anne illi etiam una cum reliquis civibus ad muros, & munitiones urbis instruendas conferre tenentur? Affirmamus *per l.ult.C.de quib. mun.nemin.se excus.lic.* ubi in murorum constructione omnis immunitas, & omnis cujusvis dignitatis prærogativa tollitur, *c.pervenit ext.de immunit. Eccles.obser. ubi Papa expresse scribit, Fraternitas tua nullum per nostra Ecclesia, vel sua nomen, aut alio modo excusari á murorum vigiliis patiatur, quatenus cunctis vigilantibus melius valeat civitatis custodia procurari. Vnde á maiori scilicet onere personali ad minus, reale scilicet munus argumentamur.*

Præterea Ecclesia & Clerici tenentur contribuere in collectis, & munetibus, quę imponuntur ad publicam utilitatem, *Luc.de Penn.in l.si divina, C.de exact.tribut. d.l.ad instructiones C.de SS.Eccles.* Cum & ipsi sint cives, ac pars corporis Reipubl. uti pluribus probat *Molin.cons.12.* Et hujusmodi onera patrimonialia sunt, ad quæ & ipsi Palatini nulici, licet á foro civitatum exempti tenentur. *l.viros 11.C.de Palati. sacrat.larg.* uti & ipsi veterani *l.ult.§ sed & eos, 23.ff de munerib. Eleganter Molin.d.cons. 11.& 12.per tot.ubi consulit in causa Civitatis Francofurtensis contra Cletum ib. Consentit Hieronym.de Caval.ICtus. Hispan.in speculo com. opin.contra communes q.415.& q.576.ubi recte concludit num.4.* Clericis collectas imponi posse necessitatis tempore, cum non minus quàm cæteri ab inimicorum incursu & violentia defendantur & protegantur. *Cassaneus in Catalog.glor.mundi 5.par. consideratione 24.nu 162.& cum seqq.& in consuetudine Burg.tit.de instic.8.per tot. ubi illud de iure quoq; divino obtinere scribit.*

24. In illius etiam oneris, quod in viis fluminibusque *publicis* ab intestatione defendendis sustinent Civitates, compensationem, portus, ripatica, & vectigalia exigunt Civitates.

Portus est vectigal, quod in transitu per pontem, vel in portu solvitur. *Rosent. d.c.5 concl.31.* Ripatica sunt vectigalia, pro transitu riparum præstanda. *Rosenth.d. l.in gl.lit.a.* Vectigalia autem, si proprietatem vocabuli spectes, sunt certi reditus, qui debentur ob mercium importationem vel exportationem, salvumvé conductum; sed latiùs hodie vi vocabuli se extendit, *uti Rosenthal.concl.33.* prolixiùs docet. De jure quidem Civili vectigalium nomine octava pars præstanda est, *l.exprastatur 7.C.de vectigal.& commiss.* Consuetudo tamen potissimum inspeciendà est, *textus ad hoc in l.si publicanus, l.in omnib.ff.de publ.* Qui verò vectigal debet, tenetur rem apud publicanum profiteri, *l.5.& 6.& passim C.de vectigalib.* alioquin ob omissam professionem, vel solutionem res incidunt in commissum *l.ult.§ quoties, cum similib.ff.eod.* Et hæc quidem in veteribus obtinent vectigalibus. An autem Civitas urgeante ne-

cessitate

cessitate nova vectigalia instituere possit quæstionis est? Negativa juri convenientior, *toto ti. C. nov. vectigal. instit. non poss. l vectigalia 10. ff. de public. Confer. Mynsc. cent. 5. obs. 29. numero 4. Rosen concl. 44. D. Sixt. cons. Marp. 9. numero 51. & D. Heisterman cons. 5. numero 23. vol. 1.* sine permissu enim Impp. vectigalia instituentes, lege Jul. de ambit. & vi publica tenentur. *l. unic. § item. qui novum ff. ad l. Iul. de vi publica.* Nec Principis tantúm consensus requiritur *l. 3. C. nova vectigal.* Sed & in impetratione vectigalium novorum mentio facienda est, locum, in quo imperatur novum vectigal, aliis vectigalibus seu pedagiis gravatum non esse, *Mynsc. cent. 5. obser. 31. Rosenth. de feu. concl. 44.* ubi scribit, insignes ICtos, civitati cuidam Imperiali veterum vectigalium, cum ea tam multorum pontium reparationi non sufficerent auctionem postulaturæ auctores extitisse, ut Commissarios, qui hac de re cognoscerent, & ad Cæsaream majestatem referrent, peterent, Cujus consilii ratio est *in l. 1. C. vectigal. non instit non poss.* Nam sine causa nec ipse Imp. nova vectigal. instituere vel vetera augere potest. *post Innoc. & Matth. de Afflict. Thoming cons. 39. num. 38.* ubi ait, Imperatorem sine causa nova vectigalia imponentem, vel exigentem mortaliter peccare, *Rosent de feud. d. loc.* Hodierno tempore Electorum quoque consensus accedat necesse est §. Weiters seind wir auch/ *Recess. Augustan. de anno 1576. editiones novissimæ p. 610. Schleid. l. 1 p. 29.* Quæstio aliquando incidit: si Princeps civitati alicui liberum usum privilegiorum sine diminutione promiserit, postea autem nova vectigalia eo in flumine, in quo liberé ante navigabant cives, impetraverit, an cives vectigal illud solvere teneantur? Affirmamus. Nec civitas illa, licet longo tempore, cum nullum esset vectigal liberé prætervavigaverit, privilegio, vel præscriptione immunitatem se quæsiisse jactare potest. *Vid. laté Thoming. cons. 39. ubi in utramq; partem disputat.*

25. Monetandi *a* etiam, bona vacantia occupandi, *b* indignis relicta confiscandi, *c* ut & bona incestuum, *d* crimen læsæ majestatis, committentium, nec non damnatorum, *e* in fiscum redigendi Jus Regalibus adscribitur, quæ Civitates imperiales, & metropoles, aliæq; majorum gentium in Saxonia urbes sibi vindicant.

a) Jus monetandi de regalibus esse docent omnes *in. d. c. unic. quæ sint regal.* & maximé si moneta sub Aquilæ Imperialis insignibus cudatur. Illa enim superioritatis, à qua tale jus fluxit, judicia sunt, *l. qui liberalitate, 2. l. fi. ff. de ope pub. M. Anton. Peregr. con/ 75. num. 3. vol. 1. allegans Bar. in tract. de insignib. & armis & alios.* Sic ex insignibus Elector Moguntinus contra Erphordienses *teste Compilatore Symphorem. in sæpe d. voto* Meintz *contra* Erffurdt *p. 95. numero 115. v. verum afferuntur*, jus superioritatis inter alia deducere voluit. Verùm quemadmodum ex parte Civitatum inde quod monetam sub Imperialibus insignibus cudant, omninoda libertas, si ex parte Principum ratione armorum plenaria subjectio subditorum nullo modo inferri potest. Cum ut privatus, ita Princeps quoque ad opus aliquod faciendum pecuniam liberaliter contribuisse, atque inde beneficium insignium parieti Curiæ, vel mœnibus insculpendorum consequi potuerit, *arg. d. l. fi ff. de operib. public.* Etsi verò stringens, ut diximus, superioritatis argumentum ex pictura insignium non ducitur. Concurrentibus tamen aliis adminiculis non levem pro Principe præsumptionem militare certissimum est.

b) Olim equidem ad Imperatorem spectabant bona vacantia Erbloſe güter/nec ad Civitates pertinere poterant. *l* 2. & 4. *C. de bon. vac.* Hodie tamen mutatâ Reipub. formâ non penes solúm Imperatorem regalia, & maximé minora residem, sed statibus Imperii communicata sunt. *Paurmeister de iurisdiction. lib.* 1. *c.* 4. § *de min.* Quod de minor. quibus jus confiscandi annumeratur. *Mynsi. conſ.* 63. *n.* 3. (ubi in terminis, successione in bonis vacantibus, posse inferiori concedi, vel præscriptione acquiri docuit) certissimum est. *Conf. Borch. in c. un. quæ sint regal. nu.* 5. *Petr. Ant. de Pet. de potest. Princ. c* 21. *num.* 40. *fol.* 283. Concors insuper Dd. opinio est, quod cui conceduntur regalia, etiam conceduntur fiscalia. *Cravet. conſ.* 128. *num.* 4. & *conſ.* 209. *n.* 3. *Petr. d. tra. c* 6 *nu.* 1008. *fol.* 116 & *c* 22. *fol.* 298. *Daniel quoque Moller. in conſt Sax. p.* 3. *c.* 38. *num.* 9. In Saxonia receptum esse asserit, ut omnes, qui jurisdictionem suprem. am in criminalibus habent, in bonis vacantibus succedant. *Auth. differ. iur. Civ. & Saxon. d. f.* 35. *Schn. adit inſt. de her. quæ ab int. defer. t. de ſucc. ſiſc. num.* 8. & 17. *Heig ad inſt. tit. de bon. poſſeſ. nu.* 58. *Confer quoque D. Sixt de rega. c.* 11. *num.* 36 & 37. *Roſent. de feu. concl.* 52. ubi ad Alex. refert. Si bona sint in diversis territoriis sita, quod fiscus domicilii mobilia, & nomina ubique existentia, immobilia cujuslibet loci fiscus consequentur. Bona autem vacantia, quæ ad fiscum deferuntur, transeunt cum onere suo. *tex. in l recuſare,* 6 § *ſi fiſco ff. ad Trebel.* nec distinguendum, utrum bona vacent propter delictum hæredis, an sine ejus culpa. *Hieronyn. de Cavall ſpecul aur. com. opin. cont. com. q.* 148.

c) distinguendum inter incapaces & indignos. Incapacibus relicta sunt ab initio utilia & apud hæredem remanent sine onere indignis relicta, ipso jure vacant, sed ad fiscum plerumque transferuntur, vel ad hæredem, vel aliam personam. *vid. D. Pac. in Iſagog. ad t. t. de his quæ ut ind. Roſent. de feud. d. c.* 5. *concluſ.* 57 *ubi caſus aliquot enumerat, quibus fiſco alia perſona præferuntur.* *d*) *dic. unic. l qui contra* 4 *Iſſ quis,* 6. *C. de inceſt. nupt. iunct. auth. ſeq. D. Roſent. concl.* 58. Et hoc quod bona incestuosi confiscentur non minus in stupro, quám matrimonio obtinet. *Roſen d. l.* Ad confiscationem tamen dum demum pervenitur, cum nulli extant liberi justi, parentes usque ad secundum gradum, item frater, soror, patruus, amita: *Nov.* 12. Irrogata autem per competentis judicis sententiam bonorum publicatione, si diversis in territoriis bona sita sint, publicatio ad ea quoque bona pertinebit, quę in alienæ juridictionis, atque ditionis territorio sita sunt. Pœna enim hæc ex juris communis, quod ubique authoritatem suam obtinet, poreſtate irrogatur. Ita tamen, ut quæ alibi sita reperiuntur, illius territorii, in quo sita sunt, domino acquirantur, non illi, cui publicationis commodum judex publicans acquirere voluit. *Poſt Bart. Bal. Boer. & Guidonem Pap. Anton. Fab. in C. definit forenſ. lib.* 9. *tit.* 26. secus ergo erit, si vigore statuti publicanda bona veniant. Cum statutum ultra territorium vires suas non extendat. *l. finit. ff. de iuriſdiction.*

e) auth. bona damnatorum. *C. de bon. præſcript.* quod tamen non obtinet, si ascendentes, descendentes, & ex utroq; latere ad tertium gradum supersint. Uror etiam dotem & donationem ante nuptias salvam habet, *d auth. bona damnatorum.* In Germania Caroli V. Imperat. bona damnatorũ confiscari pié vetuit. *D. Roſ. concl.* 57.

26. Inter sua quoq; regalia argentarias, *a* Salinas, *b* piscationũ reditus, *c* & dimidiũ in loco Cęsaris, aut religioso reperti Civitates referũt

a) ſre-

a) frequentiori calculo per vocem argentariæ intelligunt metalli fodinas, ut ita ſpecies pro genere ponatur. *Roſent.d.c.5.concl.88.* Diſſentit hîc á nobis *Weſen. conſ.60.numero 30.* qui ſolas auri & argenti fodinas regalia eſſe vult, non etiam cupri aut ſimilis metalli. Quem meritó reprehendit *Roſent.d.l.* Præterquam enim quod ipſi communis Dd. Schola contradicit, hanc reſtrictionem *l.cunct.3.& l.quoſdam C. de metall.non admittit Mynſ.conſ.39.num.8.p.1.aluminis & vitrioli fodinas etiam regalibus putat accenſendas. Vid.quoque Henn.Gœd.conſ.1.de aur.& argen.fodiniis.* Non tamen ipſæ fodinæ regalia ſunt, verùm ad eos, quorum in agris ſunt, pertinent. *tex.in l. ſed ſi pecunia, § fin. cum l.ſeq.ff. de rebus eorum. l.ſi cuius, 13.§ inde quæſitum, ff. de uſuf. l. fructus, 7. alias divortio, § ſi vir. 13. ff. de ſol. matr. l. forma, 4.§ ſaliva, 7. ff. de cenſib. Gœdd. de aur.& argent.fodin.conſ.3. Roſent.concl.89. ſed decima illa, quæ inde ſolvenda eſt, d.l. cunct. niſi alia portio ſecundum propriam loci conſuetudinem recepta ſit, l.ob metallicum cannem, l.per ſingulos, C. de Metall.* *b*) *Vid. D. Sixtin. conſ. Marp. 9. per tot. vol. 1. & Bodin. de Repub. l. 1. c. 10. num* 170. *c*) Notat hoc loco Cujac. fiſcum contra jus gentium piſcarias ſibi arrogaſſe. Ut ut ſit, inter regalia hoc tempore piſcariæ referuntur, *tex. eſt expreſſ. in d.c. unic. & in l. inter publica, 19. ff. d. V. S. vid. Tomin. conſ. 28. nu.* 23. *d*) *vid. Roſenth. concl. 92.*

27. Eodem ex fonte jura magiſtratuum conſtituendorum, quib. vigore regalium merum mixtumq; imperium competit, derivantur.

a) Magiſtratuum ad juſtitiam expediendam conſtitutionem inter regalia auferri. *tex. eſt in d c. unic. quæ ſint reg. ubi Matt. de Afflic. c. 1. in pr. num* 102 *& in fin. pr. Roſenth. d c. 5. concl.* 5. Nec verò Civitates tantùm liberæ, ſed & quàm plurimæ mixti ſtatus talium magiſtratuum conſtituendorum poteſtatem habent, ut communis teſtatur experientia. Magiſtratus autem illi vel ex privilegio Impp. vel conſuetudine, vel alio oneroſo titulo (*uti de Straleſunda ex 2. part. conſ. Boreh. paſſim apparet,*) merum mixtumq; imperium ſibi acquiſiverunt, & vi hujus ſui Imperii in delicta in ſuis Civitatibus commiſſa animadvertunt. Quod ſi quis ex familia Principis, vel ejus domeſticis in Civitate eidem ſubdita delinquat, an Civitati cognitio tribuenda, anceps quæſtio eſt? Sanè in Civitate, quæ præſcriptione, vel contractu oneroſo, maximè hac adjecta clauſula, ut jurisdictione tam liberè quàm prædeceſſores concedentis Principis, vel ipſe concedens uti poſſit, merum & mixtum Imperium ſibi acquiſivit, hoc ſuſtineri poſſe crediderim. *per not. Boverii in ſing. 21. verb. cauſ. cognitio, nu.* 6. quatenus ſibi adtribuit, quod Baro cognitionem cauſæ habeat, ſi ſerviens Principis delinquentia intra jurisdictionem ſuam, *Frech. de feud. l. 2. de diſ. feud. q pater. n.* 39. & 40. Pro qua ſententia etiam facit *in l. official. C. de of. rect. prov.* Ubi expreſſè dicitur, quod rectores, vel præſides provinciæ, qui præfectis prætorio inferiores erant, officiales præfectorum delinquentes punire poſſint, *Bar. quoq; in d. l. in officiales,* generaliter concludit, judicem minorem poſſe punire officialem majoris in ſuo territorio delinquentem. *Diſ. á nobis Heig. q.* 25. *p.* 2 *per tot.* autoritates & rationes in contrarium adducens. Natta, quem inter cæteros adducit, fluctuat, altiori conſiderationi rem omnem relinquens. Tantum verò abeſt, ut pro *Heig.* quicquam faciat, *Boer. deciſ.* 8. ut contrariam ſententiam *deciſ.* 9. vel maximè juvet. Ibi enim *numero* 16. expreſſè dicit; ſi ſergentarius extra officium delinquat, á judice inferiori puniri eum poſſe. Ubi etiam præjuditia pro noſtra ſententia lata adducit. Sed nec *deciſ.* 8. nobis quicquam

officit. Planè diverso enim in casu, loquitur Dominus de Albreto exercutore regiis sine prævia insinuatione literas regias exequentem in carcerem conjecerat, contra loci consuetudinem id factum prætendens, appellat executor, condemnator dominus de Albreto. Omnia hîc á proposita quæstione nostra aliena. Rationes etiam, quas pro sua sententia adducit *Heig.* extra omnem enervationis aleam positas non putamus. Ait ille in Principe jus aliquod concedente superioritatem semper illæsam servari, nec nos negamus superioritatem Principi semper integram illibatamq; reservamus: verúm aliud superioritas, aliud merum mixtumque imperium. Ac licet hoc Civitatibus concedatur, superioritas tamen semper penes Principem residebit, atque illius clypeo tutus est Princeps, licet in omnes, uti ipse habuit, jurisdictionem Civitati concedant. At inquies; Principis privilegio gaudent etiam familiares ejus. *Panor. in c. nullus ext. de for. compe.* Unde uti Princeps; sic quoque familiares ejus Civitati nullo modo subditi censendi sunt. Sed adhuc sub judice lis est, ac propensiores sumus in contrariam partem, quam etiam *Nat. alleg. con. 576. num. 3.* usque ad 6. exclusivé in rationibus dubitandi non ineleganter proponit; Silentio interim prætereamus, etiam posita prædictæ objectionis veritate non semper Civitatis merum Imperiũ acceptum ferre Principibus, sed interdum illud Imperatoris beneficio, licet interdum etiam Principibus in quibusdam subjectę sint) obtinere, interdũ illud præscriptione, interdum etiam vigore contractus, quo Princeps omni juri suo renunciavit, usurpare quibus casibus licet superioritatis consideratione Princeps moritó exemplum sit, ejusdem tamen superioritatis participes familiares suos non faciet. Magni quoque momenti nec á proposita multum discrepans quæstio versatur inter D. Marschallum hæreditarium zu Pappenheim & Augustanam, aliasque Imperiales ejusdem litis consortes Civitates, utrum scilicet prædictus sacri Imperii Marschallus hereditarius vigore officii jurisdictionem in civilibus & criminalibus causis in extraneos Comitia Imperii visitantes ex commissa sibi potestate exercere possit? Decisionem hujus quæstionis ex superioribus peti nolumus, sed ab Augustissimo Cameræ Imperialis tribunali expectanda est.

28. Sed an Magistratus in Civitatibus mero mixtoque Imperio decoratis pœnę capitalis á lege impositę delinquentibus gratiam facere, vel asyla possunt constituere? Ad utrumq; negativé respondemus.

Primo quidem intuitu pœnarum arbitrio suo moderandarum jus hodie etiam magistratibus inferioribus competere dicendum videtur, *propter l. hodie 13. ff. de pœn.* Etsi forté quis dixerit, textum illum de extraordinaria pœna accipiendum esse, continuó audiet, de omnibus criminibus hodie extra ordinem jus dici, quod ordo exercendorum publicorum judiciorum in usu esse desierit, *l. ordo 8 ff. de publ. iud. ibi pulchré Goth.* veterem ordinem in capitalibus procedendi describit. Verùm hoc non obstante, contrarium nos decidimus. Imó ne ipsis quidem Principibus superiorem non cognoscentibus pœnarum lege divina præscriptarum gratiam faciendi potestatem concedimus. Nec enim inferiori superioris legem tollere est concessum. Lege autem divina constitutum est, ut quicunque humanum sanguinem fuderit, ejus sanguis rursus fundatur, *Gen 9. vers. 6. Exod. 21. v. 12. Lev. 14. v. 17. Deut. 19. v. 11. 12. & 13* ubi omnis veniæ indulgendę facultas expressé præciditur. Nec intempestivam mihi clementiam quis hîc laudaverit. Cum justitiæ misericordiam conjunctam

junctam esse oportet, nisi quis cum Saule regno privari, 1. *Sam.c.*15.*v.*22. vel cum Achabo asperam Prophetæ sententiam audire velit, quoniam virum morte dignum dimisisti, erit anima tua pro anima ejus, & populus tuus pro populo ejus, 1. *Reg.c.*20. *in fin.* Vulgó Dd. putant de jure civili Principem homicidæ delicti gratiam facere posse, si insignis ille sit artifex modi, argumento *l. ad bestias*, 31 *ff. de pœn.* Ex qua etiam multa præter rationem deducunt, de quibus vide. *Goth. in not. ad d. l.* 31. Nos non immeritó de eo dubitamus. Quod enim lex ait damnatum ad bestias favore populi non dimittendum, sed si ejus roboris vel artificii sit, ut digné populo Rom. exhiberi possit, Principem consulendum, non eó pertinet, ut ad Principem missus statim dimittatur, sed ut ab illo in spectaculis populo Rom. postmodum exhibeatur. Nisi forté quis dicturus est, cum singulari robore & artificio prædíti sunt homicidæ, (eos enim bestiis subjici solitos *ex l.*3.§ 5. *ff. ad l. Corn. de sicariis* constat; quamvis & aliis facinorosis eadem pœna præstita esset) consuli ideo Principem, ut dispiciat, sine utilius, ejus generis hominis ad ludum venatorum (cujus *in l. aut damnum*, § *quicunq;* 11. mentio fit) in gratiam populi condēnari. Aliud enim est ad bestias damnari, aliud ad ludum venatorium. Qui bestiis objiciebantur, sive ad bestias condemnabantur, statim absumebantur, qui ad ludum venatorium condemnabantur, ad populi voluptatem servabantur, ut discerent in theatro venari, & depugnare cum bestiis, *de quo pulchrè* Cuiac. 13. *obser.* 10. Innuere quidem illud videntur verba illa roboris & artificii. Sed nihil concludimus certi. In quo igitur, inquies, clementiam suam exercebit Princeps? Est crimen læsæ majestatis, sunt aliæ leges humanæ capitalem pœnam infligentes: in hisce benignitas Principis se exerat, *vid. Dan. lib.* 6. *Politic. Christ. tit. de iud. crim. p. mihi* 464. *Bod. de Republic. lib.* 1. *c. ult. numero* 165. Item maledicta, quibus ab aliis petitur, remittat: *tot. tit. C. si quis imperat. maled.* ubi Imperatores, Theodosius, Arcadius & Honorius pulchré; Si quis modestiæ, (rescribunt) nescius, & pudoris ignarus, improbo, petulantique maledicto nomina nostra crediderit lacessenda, ac temulentia turbulentus, obtrect. obtrectator temporum nostrorum fuerit, eum pœnæ nolumus subjugari, neque durum aliquid vel asperum sustinere: quoniam si id ex levitate processerit contemnendum est, si ex insania miseratione dignissimum, si ab injuria remittendum est. Sed varius hic postremi vocabuli intellectus est. Cuiac. *in d. tit. Remittendum*, explicat condonandum: quem sequitur *Goth.* Alii eum, qui maledixit, Principi remitti volunt, ut ille super qualitate criminis cognoscat, & pœnam statuat, quam posteriorem opinionem tenet *Cravet. cons.* 6. *num.* 71. ubi subdit, quod extra officium advocatorum sit, quam pœnam isto casu Princeps constituat, eó quod lex Principi, qui supra leges est, dici non possit. Consentit *Nic. Everh. iun. cons.* 2. *num.* 13. *vol.* 1. *Decian. in prax. crim. l.* 7. *c.* 50. *num.* 42. *Menoch.* 2. *arb. iud. q. c.* 377. *num* 13. *& seqq. Farin. in prax crim. q.* 105. *num.* 306. *& seqq.* Nos Principi eum remittimus, qui tamen ob linguæ incontinentiam non facilé in eum animadvertet. Ubi benè feceris, malé audire regium duxit Alexand. Livia apud *Dion. lib.* 55. *histor.* Privato, inquit, omnes injurias persequi fas esse, ne vel contemptui inde habeatur, vel opprimatur. Principem verò virum, ea quidem, quæ in rem publicam peccantur, ulcisci debere, qua verò privatim in se admittuntur, tolerare oportere. Quod Liviæ præceptum probé secutus est Augustus, cum Tiberio obtrectatorem crimina ad se deferenti respondit: Noli nimium indignari, quenquam esse, qui de nobis malé loquatur: satis enim est, si hoc habemus, ne quis possit

nobis

nobis malé facere. *Sueton. in vita August.* Videndum tamen Principi, ne quam dignitatis & existimationis jacturam hac ratione facere, unamque injuriam mode até ferendo, alteram provocare videatur. *Vid. Petr. Gregor. Syntag. lib. 35. c. 8. num. 1. Decian. d. lib. 7. c. 50. num. 21. Et Scipio Gentil. de coniuration. in peculiari Oratione de maledicta in Principem.* Hæc obiter. Ut, unde digressi sumus, revertatur oratio, si certa circumstantia mitigationi locum dent, eamque utilitas publica exigat, (qua de re *vide Damaum libr. 6. Polit. Christiana d. tit. de iudiciis criminalibus & Camer. in meditat. hist. pp. c. ult. Toming. cons. 45. Heig d. q 22. v. 24. pap.*) rectiùs facturus est Princeps, si curiosus delinquens cum offensi propinquis prius in gratiam redeat, vel alio in loco commoretur. *Farin. in prax. crim. l. 1. tit. 1. q. 6.*

Asyla quod attinet, In veteri Testamento non voluntariis, sed fortuitis ea patrocinabitur homicidiis. Textus est expressus *Deu. 19. in pr.* Imó dolosi homicidæ ab ipso altari extrahi & occidi poterant, *Exod. 21. v. 14. Regum 1. c. 2. v.* 8. Non etiam jure Civili concessa Ecclesiis tributa sceleribus prosunt, *Nov. 17. c. 7. & ibi Cuiac. Novell. 37. & Novell 117. c. ultim.* Romæ primus Asylum constituit Romulus, ut haberet advenas plures, quo cuilibet confugere liberum erat. Sed jam tum etiam ipsius Romuli ætate vicini populi talia improbabunt asyla: uti inde apparet, quod ex Romuli legatis jus connubii petentibus, ac quod fœminis quoque Asylum aperuissent. Id enim par connubium fore, per contemptum quæsiverunt. Numam etiam Pompilium improbamus, qui specie religionis populo imponens, si casu virgo vestalis ei, qui ad supplicium raperetur, occurrisset, liberum eum dimitti jussit. *Plutarch. in Numa.* qui mos etiamnum Romæ usurpatur (Numæ hîc successorem vide) in quod Vestalium beneficium ad Cardinales jam translatum est. *Bodin. de Respub. lib. 1. num.* 166. Turpius etiam est illud, & pernicioſius beneficium Ecclesiæ Rothomagensi sub titulo Divi Romani concessum, quo gravissima quoque etiam maximè immania crimina, quæ divinis, nec humanis legibus, nec ullis ullorum Principum concessionibus veniam impetrare poterat, sub specie Divi Romani abolentur: quod meritò à Regibus Galliæ sublatum est, *Bodinus dict. loc. Petr. Heigius quæst. 24 par. 1.* Sic non valet consuetudo, ut pecuniaria pœna homicidis infligatur propter authoritatem legis divinæ. Rectè etiam *Chassan. á Gothofr. in notis ad l. ad bestias, lit. e.* laudatus improbat consuetudinem, qua damnatus nuptias ejus petenti virgini conceditur, *de Asylis vide plura apud Polydorum Virgilium lib. 3. c. 12. de invent. rer.*

29. Sed an certa á legibus præfinita pœna capitalis in aliam pœnam converti potest á Civitatibus?

De jure Justinian. negativé omninó respondendum. *l. aut damnum, 8. § vita adimitur ff de pœn.* ubi dicitur: Si aliquis damnetur, ut gladio in eũ animadvertatur, omninó in eum gladio animadvertendum esse, non autem securi, vel telo, vel sagittis, vel laqueo. Sic magistratus mitiorem, quám par erat, pœnam irrogans, ignominia notatur. *l. servos, 8. § fin. C. ad l. Iul. de vi publ.* Imó magistratui crimen ad se delatum minori coërcitioni mandare non licet, nisi ipse idem pati velit, quod aliis dissimulando concesserat, *l. fi. C. ne sacr. baptisiteret.* De jure Sax. idem obtinet, specialiter Salon. *lib. 1. art. 69. in glos. German. vers.* Ich sage dir/ *Tom. cons. 45. n. 29.* Ubi jus Saxonicum viget, juri Saxonico standum est. Multis tamen in Civitatibus mero imperio

rio decoratis animadversio capitalis gravior in mitiorem capitalem, de consuetudine, ut videmus, convertitur. Ac talem consuetudinem de jure probé defendi posse inde elicitur, quod per privilegium talis pœnæ mutatio fieri, & liberum mortis arbitrium indulgeri potest, *Goth. ad d. l. aut damnum* 8. *in verb. Divi tamen fratres, ff. de pœn.*

30. Salvum etiam conductum delinquentibus concedunt Civitates.

Non unius generis est salvus conductus. Alium ratione territorii dominii ejus transeuntibus concedunt, **die gleidliche Obrigkeit auff Keyserlicher freyer Heer vnd Reichsstrassen.** Alius item salvus conductus, qui honoris gratiâ Electorib. præstatur, de quo sup. Alius salvus conductus, qui delinquentibus conceditur; Securitas etiam hæc non unius generis est. Morib. tacita quædã obtinuit securitas; ut si nova nupta in Principis aulam solenniter inducatur, malefactores currui inhærentes sine perjurii noxa securitatem mereantur, quibus intercessione nuptæ novæ quatenus ob delicti qualitatem fieri potest, gratia á Principe concedi solet. Interdum conceditur salvus conductus, ut malefactor prætensam innocentiam suam probet. **Gleidt zu außführung berümbter Vnschuldt**/interdum etiam concedimur temporatié, quód in veteri Reipub. forma ad solum Imperatorem spectavit, *l relegati 4. in fin. ff. de pœn. l. 3. in fin ff. de off. procur. Cæs.* Verùm cum hodiè regalia, & maximè minora illa statib. Imperii communicata sit, securitatem quoq; concedẽdi potestas Civitatibus competet; quód exemplis probare non difficile foret. Et á Dd. communiter traditur, quod habenti regalia maximé irrevocabiliter, & jure proprio absq; omni dubio illis quoq;, qui de delicto aliquo inculpantur, securitatem & salvum conductum concedere queat, *Bart. in l. ambitiosa, n. 8. vers. sciendum est, ff. de decret. ab ord. fac. & post eum Schrad. cons.* 18 *p.* 115. *col. l.* 1. *v. Tertio is qui habet. inter eos Borch p.* 2. Et ab eo, qui jurisdictionem habet jus salvi conductus concedi posse tradidit, *Col de proc. exer. p.* 4. *c.* 1. *nu* 177. ubi hac de re plurib. agit. Sed an homicidis data securitas servanda est? Videtur primâ quidem fronte dicendum, quod non, *arg. l.* 7 *Nov de man. Prin.* Et pro dolo bono talis deceptio haberi potest, cum publicè interfit, nocentes puniri. Non negamus equidem homicidis, & id genus facinorosis hominibus securitatem non promittendam, ne manifestè sceleri patrocinium quæratur. Data tamen inviolabiliter servanda est, ne quis authoritate prætoris decipiatur, *per l.* 1. *C. de his qui ven. ætat. impetr. Farin. prax. crim. l.* 1. *tit.* 1. *q.* 6. *n.* 27. *& l. l. q.* 19. *nu.* 95. *& seq. Nic. Everh. d. cons.* 2. *& Schrad. cons.* 18. *in* 2. *par. cons. Borch. ubi relatæ decidunt*, Principem qui civitati cuidam jurisdictionem cum mero mixtoque Imperio vendidit, & planè nihil sibi reservavit, jure securitatis in civitate concedenda uti non posse.

31. Quibusdam etiam Civitatibus jus persequendi facinorosos in alieno territorio competit de consuetudine, vel præscriptione: Quam consuetudinem nos de jure valere contendimus.

Consuetudo enim non minùs, quàm lex tribuit jurisdictionem ordinariam, *c. cum contingat, & ibi Panorm n.* 5. *ext. de for. competen.* Imó etiam merum Imperium, *text. est manifestus in l. cum prætor.* 12. §. *lege, ibi item hi quibus id more.* Præterea etiam id, quod Principis concessionem admittit, præscriptioni etiam subjacet, *Thoming*

ming. cons. 22. n. 68. ubi plurimos allegat. Item quod lex & consuetudo in jure æquiparentur, *l. de quib ff. de legibus. l. Magistratus, ff. ad municip. Fab. in Papinian. jurisprudent. titulo 2. princip. 11. sub fin.* Nec obstat quod consuetudo hæc legibus ac rationi, quæ earum anima est, contraria sit; cum jurisdictio territorio cohæreat. Novum enim non est, ut consuetudo inducta contra legem ratione subnixam, rationi licet alio respectu conveniens sit, quod in casu nostro accidit, *Tom. cons. 22. num. 14.* Parum etiam negativam juvat, quod regalia, quibus merum Imperium adscribitur, præscribi nequeant. Diversa enim sunt regalium genera, uti post *Panorm. in c. cum contingat, n. 14. & 15. alleg. loc. pul: hré tradidit Toming.* Privilegium persequendi facinorosos in alieno territorio, Lubecenses habere author est *Cranz. 13. Vand. c. 27.* Magistratui etiam civili contra pacem publicam offenso etiam extra territorium offendentem persequi. & eo loci, ubi eum apprehēderit, juri sistere permissum est, Vnd ist also die nacheil zugelassen/ *Recessus Imperii de Anno 1559. §. vnd wiewol 20. & seqq. D. Denais. juris Camer tit. 213. §. 8. Gail. de pac. publ. lib. 1. cap. 16. num. 16. Mynsing. 2. obs. 28.* Cujus constitutionis ratio *ex l. 1. ubi quis de cur. vel cohort. cond. conven.* dependet.

32. **In consequentiam quoq; jurisdictionis jus mulctandi Civitatibus competit.**

Quamvis enim municipales etiam magistratus mulctæ irrogandæ potestatem habeant, *l. 1. in pr. ff. si quis dic.* illud tamen non de qualibet mulcta, sed de illa solummodó accipiendum est, quæ defendendæ jurisdict. ergó infligebatur, *vid. Scip. Gent. de juriud. lib. 3.* At sermo nobis est de illis mulctis, quæ pœnæ nomine propter delicta irrogantur, quam nos regalibus asscribimus cum *Rosenth. de feud. c. 5. conclus. 43. & Toming cons. 24. q. 6.*

33. **Quædam, quibus libertas, & dignitas Civitatum arguitur: Nunc subjectionis earundem indicia nonnulla subjungemus. Inter quę principem locum meritó obtinet homagium, seu juramentum adfectionis: Germanicé, die Erb vnd Landhuldigung.**

Juramenti tres sunt species de quibus vid. *cons. Marp. 35. nu. 28. vol. 3. Conf. quoq; Sig. in Ott. Mag. lib. 7. de reg. Ital. pag. mihi 176. Gail. de arrest. c. 7. & D. Michael. conclus. 57.* ubi rectè ait, ab una specie ad aliam non inferri. Regula equidem hæc de juramento subjectionis constitui potest, ut illud simpliciter præstitum expressæ præstantis subjectionem arguat. Superioritatis enim consequens quoddam est præstatio juramenti subjectionis, *d. cons. 39. vol. 3. & cons. 30. nu. 98. vol. 2. & cons. 25. nu. 145. vol. 2.* In tantum, ut per instrumenta quoq; antiqua juramenti formam continentia superioritas probetur, *Mascard. de probat. conclus. mihi 947. inqu. plures referuntur mod. quibus juridict. probetur, num. 19. & 21.* Regula tamen hæc, quód ex juramento subjectionis superioritas demonstretur, certis subjacet limitationibus. Cùm enim juramenti præstatio contractus instar obtinet, quidquid actum sit, ante omnia dispiciendum venit. Recipit enim juramentum omnes conditiones actus illius, cui apponitur, *l. fin. Cod. de non num. pec. c. quemadmodum extr. de jurejur. D. Sixtin. cons. Marp. 12. numer. 46. & seq. volum. 3.* Quid enim si juramentum subjectionem ad certa tantùm capita adstringat? Incivile certè foret, si nuda illa exteriore juramenti præstatione, non inspecta conditionum appositarum

rum qualitate de tota causa judicare velle. Accedit quod juramentum ultra intentionem agentium non operetur, *cons. Marp. 15. numer. 360. vol. 1.* Considerandа insuper loci cujusque consuetudo, *Schrad. de Feud. par. 6. cap. 5. num. 13. vers.* An autem Civitates contra hujusmodi juramentum libertatem præscribere possint, non usque adeó expeditum est. *Negant hoc Albert. Brun. cons. 35. numer. 3. cum seqq. & cons. 99. num. 3. Natt. cons. 518. Roland. á Vall. consil. 55. num. 20. & seqq. vol. 2. Knich. de subl. & reg. territ. juri. cap. 3. ubi perperam pro hac opinione allegat Abb.* Nos affirmantium sententiæ calculum nostrum apponimus. *Placuit ea Abb. cons. 82. nu. 1. 2. l. 1. Ceph. cons. 76. num. 1. & 2. & cons. 628. nu. 89. eamq; omnium fusissimé propugnat Menoch. cons. 748. num. 28. & seqq.* Maximé cum ejusmodi juramentum servitutis speciem redoleat, *Ioh. Baptist. Asin. de execut. §. 9. c. 5. num. 2.* & alioquin subjectio absq; jurata promissione subsistere potest, ut feudum sine juramento facilitatis, *Cravet. cons. 451. num. 11.* Accedit quod hujusmodi juramenti genus de jure civili incognitum fuit, & primum propter feuda, & beneficia inventum, *Bald. cons. 410. num. 2. & 3. vol. 5. quod & astruit Molin. in consuetudinibus Paris. tit. 1. §. 3. num. 6.* ubi infert, subditos ad præstationem alicujus juramenti non teneri, nisi iis in locis, ubi hoc habet consuetudo.

34. Dubitatum etiam de eo scio, an propter bona in alio territorio sita juramentum subjectionis prestandum sit? A negantium partibus stamus.

Sola enim bonorum possessio subditum non facit. Unde nec juramentum subjectionis á non subditis exigi poterit, *cons. 19. n. 151. vol. 3.* Qui tamen in alterius territorio bona feudalia possidet, eorũ contemplatione juramentũ fidelitatis prestare cogitur *Gail. 2. obs. 3.* Verum juramentum hoc reale est personam principaliter non afficiens, sed tantúm in consequentiam, respectu nimirum bonorum & onerum, quæ pro illis personis imponitur. Quod in causa est *teste D. Michael. concl. 58.* ut plurimos in Romano videamus Imperio, qui ratione personę suæ omninó liberi, & nemini præterquam Cæsari subjecti, rerum tamen ratione aliis juramento devincti sunt. Et suprá dicta dubio procul in eo, qui alibi, quám in territorio senioris domicilium habet, obtinent; sed quid, si immediatus castrum ab aliquo eum pertinentibus in feudum recognoscat, ibidemque habitet, anné subditus erit? Affirmamus. Dominus enim superioritatem sibi reservasse creditur, *post multos á se allegatos, D. Resenth. de feud. c. 5. concl. 11. lit. C. & concl. 78. n. 6.*

35. Inde, quod qui Civitati scribat, Vnsern lieben Getrewen/ subjectio necessarió non arguitur.

Utrorumque etiam tám subditorum, quám Vasallorum literæ in Grammatophylaciis Principum eodem modo (**Vnsern lieben Getrewen**) inscribuntur. Imó etiamsi subdito ita scribatur, nec dum tamen plenaria subjectio inde inferetur. Uti nec ex eo, quod Civitati scribatur; **Vnser Statt**. Verbum enim dominii secundum rem subjectam intelligendum est, cum variam habeat significationem & interdum pro præeminentia, ac dignitate, interdum pro directo, interdum pro utili, quandoq; etiam pro dominio protectioni, accipiatur, *Chassan. in consuet. Burg. verb. Seigneur. rubr. 13. verb. au Seigneur. Compilat. Symphor. pag. 1. tit. 2. de reconv. vol. 1. num. 79.*

36. Dominus territorii fundatam in omnibus, quæ territorii finibus continentur, intentionem habet.

Arg.l.1.§.initio, 4.ff. de off.præf.urb.l. lin.15.& l.fundi,ff. de act. empt. c.fin. de off. Archip. Gail. 2. observ. 62. ubi plures text.cit. scribens, Dominos territorii juris præsumptione pro se fundatam habere intentionem, quæ probationem contrarii in adversarium rejicit. Sed hæc præsumptio in petitorio obtinet, non etiam possess. *Capyc.dec.180.nu.7.Fran.Marc.dec.542.n.1.p.2 Caval.dec.28.n.1.p.1.*

Nec tamen ex hac territorii præsumtione ad proprietatem locorum in territoriis sitorum concluditur, *Chassan.de mains mortes, §. 4. in pr.num.2. Mynsing.cons. 16.num.34. Gail.2 obs.62.num.9.vers.cæterum quoad proprietatem. D. Michael concl. 61.pulchré Toming cons.10.num.55.* Nec etiam ad loca exempta, uti sunt monasteria, Ecclesiæ, Castra, quæ in aliorum possessione sunt. Sic Comites, Barones, nobiles & Civitates plurimæ, in alterius districtu suas peculiares habent ditiones, *Gail de arrest.c.6.n.1.vers. Sed quæstio ista. Mynf.cons. 16.n.45 Mascard.concl.217.ubi adducit Parisium dicentē, quod ex consuetudine castra habeant hodiè distincta territoria etiā quo ad jurisdictionem. Novissime D. Michael de concl. 61. Confer quoq;. Toming. cons. 10. per tot. & Meisnerum dec.Camer.6.tom.3.* Ubi tradidit, illam Dd. pręsumptionem, quod illud, quod est intra territorii alicujus fines de territorio illo esse censeatur, alia fortiori elidatur, nempe omnem rem ex originali statu, & primævo jure præsumi liberam; & allodialem, *unde & Hostiens. & Panor.in c.nimis de jurejur.* tradunt, non ex eo, quod quis possideat bona, & prælia inter regnum, vel provinciam alicujus domini ei stringi ac fidelitatem. Maximé autem notabilis est, *gloss in l. unic. C. de præscr. long. temp. in l.fin.vers.id est ut una provincia*, quę vult singulas Civitates sua regimina obtinentes, suosque magistratus sibi constituentes, instar provinciæ obtinere. Quam gl. licet nonnulli de Civitatibus Italię accipiant, nos tamen rectè ad Civitates etiam Germanicas, si illæ suum regimen obtineant, suosque magistratus sibi constituant, extendimus. Ut enim eadem ratio est, cur non & idem jus ibidem sit. Vide etiam *Simon.Pistor.cons.2 pag.2.Schrad.cons.106 p.2 cons. Borch.* ubi ait: Provinciæ appellatione unam quamq; Civitatem comprehendi, quę merum & mixtum Imperium, & territorium suum habet.

37. Constitutio advocati subjectionem non utiq; arguit. *a* In receptionibus appellationum secus statuimus. *b*

a) Vocabulum enim advocati Vogt vnnd Vogttey / amphibolon est. Alia potestas est advocati Magdeburgensis, alia Quedlinburgensis, alia Mülhusani, alia Northausani, prout laté hęc deducit *Mynsing.cons.3 decad 13.nu.110.volum.2* alia, & quidem valdé angusta, ut res ipsa demonstrat advocatorum in Civitatibus inferioris Saxoniæ. *b*) Interponuntur enim illæ ad superiorem *Gail. de arrest c.7. num.14.* Immediata tamen superioritas semper indé deduci nequit, ne quidem de jure Civili, quo gradatim fiunt appellationes. Longo enim usu judicem supremum omisso medio appellari posse invaluit, sicut præscribitur quandoque ne Archiepiscopus appelletur. *Zoannet. de Rom.Imper.num.128. Bart. in auth quas actiones nu 14. vers.ex his apparet, C. de SS. Eccles.* Esse etiam quosdam Episcopos Wehnerus scribit *quæstionum seu præjudic. Cam.tom.7.c.3.n.3. & c.3.n.5.* ad quos quidem interponatur appellatio, sed quæ ab iis statim remittatur, Quod si de omnibus, quas nominat, accipi vult, malé certe observavit.

38. Col-

38. Collectarum solutio subjectionis tessera est

c. Omnis anima ext. de censib. Hieronym. de Mont. tract de finib. cap. 57. n. 7. Non tamen omnis pecuniæ solutio subjectionem arguit. Quandoque enim protectori quid pro consecuta libertate numeratur, *Panormit. in d. c. omnis, & c. fin. de causs poss. & propr.* Et hoc verum est de collectis provincialibus. Sunt autem & aliæ quædam collectæ, quæ Imperiales **Reichsstewren**/appellantur, eæque in duplici differentia: Vel enim collecta imponitur omnibus tám magistratibus, quám subditis, hoc est, omnibus omninó Imperii subditis, & civibus, nomine excepto. Sicut factum **mit dem gemeynen Pfennig**/ *tempore Maximiliani I. Recessus Imp de An.* 1495. *& Anno* 1550. vel collecta imponitur tantúm statibus Imperii. **Qui** collectandi modus hodié frequentatur, & quia illis hujusmodi collectam de propriis reditibus (ad quod eos de jure teneri voluit *Meichsner* post multos á se allegatos, *Dec. Camer. tom. 2 lib. 1. dec. 6. in causa* **Teutschmeister** *contra* **die Graffen von Oettingen**/*in voto D. Correferentis, n. 73. arg l fin. C. de privil. domus August.*) sustinere grave est, permiserunt Constitutiones statibus, ut subditos suos collectarent. *Recessus de Anno* 1330. §. **Vnd dieweil die eilende Türckenhülff**/ *de Anno* 1544. §. **vnd dieweil nun**/ & passim in sequentium annorum recessibus. *Hinc quæritur, an hæ Imperii collectæ subjectionem inducant, quoad Principes Cæsare inferiores?* Non inducere videri possunt, propterea quód prior ille collectandi modus, seu census ille non per Principes, sed ministros Ecclesiæ, vel alios ad id deputatos Commissarios exigebatur, *ut ex de Recessu de Anno* 1595. *tit.* **Von der Einam der Auffiegung**/ *Item tit.* **Von den sieben Schatzmeistern**/ *satis apparet. Pari ratione dicendum videri potest, quód nec per posteriorem modum solvendis subjectio necessariò inferatur, cum Princeps non suo, sed Cæsaris nomine, ac ne obolum quidem amplius, vel ut verba sonant* **höher vnd weiter nicht/dañ so fern sich einer jeden Obrigkeit gebührender Anschlag erstreckt**/ postulare possit: uti ex varius recessibus patet. Ac præterea exploratum sit, etiam exemptos sub collectari posse, qui tamen pro non subditis habentur, ut supra deduximus. Contrarium tamen statuendum est de utroque collectæ genere, & quidem de priori id manifestè evincit *Recessus de Anno* 1548. **vnd als erstlich**/*ibi.* **Daß etlicher Landsfürsten vnd Herren Städte/jhrer Landsfürsten beschehene Publication gemeltes Reichs abscheids/vnd darauff beschehene Gebott nicht geacht/noch jhren gemeinen Pfenning einfordern/vielweniger in jhrer Landsfürsten vnnd Fürstenthumb gemeine Kosten überantworten vnd einwerffen wöllen**/ &c. Et paulò póst ibid. **Den Ständen/so solche Städte haben an jhren hohen Ober-vnnd Gerechtigkeiten zu nachtheiligem Abbruch.** De posteriori collectæ genere id etiam certius est, subcollectationis enim fundamentum & basin Constitutiones Imperii omnes & singulæ diserté faciunt subjectionem. Recessus de Anno 1394. §. **Demnach sollen die Vnterthanen auff Ersuchung jhrer Obrigkeit jeder sein gebürnuß/ vnd aufferlegte Stewer:** Et paulò póst. **Deßgleichen die Städte/vnd jre eingesessene Bürger/auch die vermögliche Hospitalien/vnd dergleichen/so Churfürsten/ Fürsten vnd andern Ständen ohn mittel vnterworffen**/ &c. Nec impedit argumentũ, quód de exemptione in cõtrarium allegatũ est. Favoris enim, utilitatis, & necessitatis publicę, Imperii Constitutiones exemptionibus eatenus derogant, ut etiam exempti aliquid in commune conferre teneantur, de Recessus de Anno 1594. §. **Nach dem nun**/ ibidem. **Vnterthanen/Geystlich/vnnd Weltlich/die seyen Exempt/oder nicht Exempt/gefreyet**

oder nicht gefreyet/niemand außgenom̃en / ꝛc. Id quod etiã feré est in omnib. recessibus. Nec tamen pugnat cum aliis constitutionum, quibus distinguitur, utrum exempti sint in possessione vel quasi libertatis, vel non de Recessibus de Anno 94. §. **Vnnd damit vnsers Keyserlichen / ꝛc. Vnnd dieweil in diesem hochnohtwendigen Werck niemandt gefreyet seyn kan / sollen die jenigen Stände/ so durch andere außgezogen/vnnd nicht in** possess. vel quasi libertatis **seyn/ꝛc.** Recessus enim Imperii, cum exemptos, & non exemptos subditos collectari volunt, loquuntur de iis, qui per privilegium vel alium titulum á solutione collectarum immunes erant, quæ privilegia in hoc casu propter necessitatem publicam cessare jubentur §. **Nach dem nun die vorgesetzte.** Longé alia autem ratio est, cum distinguitur, utrum quis sit in possessione libertatis, nec ne. Tunc enim collectas deberi certum est. Quæstio autem omnis est, an ille, de cujus collectis agitur, status imperii sit, ita ut immediaté solvat, an per eximentem collecta exigenda, fiscoq́ue sit inferenda: Hinc Nova, & quidem difficillima oritur quæstio, an tales decisiones de exemptis statibus, propriæ tantúm sint Principum, Comitum, & Civitatum Imperialium; an veró etiam pertineant ad civitates mixti generis, quæ in veteribus Imperii matriculis locum habuerunt. **In den Anschlägen begriffen gewesen**/puta ad metropoles Saxoniæ inferioris & alias? Par hîc esse omnium jus, & status nomen competere etiam iis Civitatibus, quæ non sunt meré Imperiales, id enim manifesté probat modó allegatus, §. **Vnd damit vnsers**/ibi. **Doch den Eximenten oder außziehenden Ständen in andern fellen an jhrer Gerechtigkeit nichts benommen.** Eximentes in exemptos jus habere præsupponitur. Et hinc haud dubie profectum est, quód in recentioribus matriculis, præsertim ea, quæ Anno 1521. confecta, & cæteris perfectior esse creditur, Civitates, quæ peculiarem taxam antea habuerunt, cum Principibus nunc conjunguntur nominatim. Id quod magnum libertatis ipsarum argumentum est. Cúm hoc enim collectandi modo Status soli onerentur, consequens est, eos, qui in collectarum catalogo reperiuntur, sive per se soli, sive uná cum aliis potestatibus haberi. Nec ad rem quicquam facere opinamur, quód collecta illa per alterum fisco infertur. Nam & qui caput familiæ est Princeps, & diversorum Episcopatuum Episcopus, seu administrator, cæterorum nomine collectas in fiscum conjicit. Nec tamen hinc in reliquos superioritatem sibi arrogat. Huc pertinet, quod tradit, *Bald. in l. scriniarios, C. de milit. test. & l. si præses, C. quomodo, & quand. jud. & Gail. 1. observat. 21.* sufficere ad probandam quasi possessionem Imperii, eximendũ matriculę inscriptum adeoq́; semel, etiam antiquitus inscriptum esse, licet in posterioribus matriculis nomen ejus ampliús non reperiatur. Quia hoc Imperio fraudi & nocumento esse non debeat, nisi legitimé probatum sit, eum Cæsaris & statuum voluntate ex matricula Imperii deletum esse. *Hæc Gail. de obs 21. á quo dissentit Knich. in Epopsinum.* 304. *Gail.* sententia túm etiam maximé procedit, cum aliis adjunctis documentis statum Imperii se fuisse probari potest. Nam non tanti ponderis est authoritas matriculæ, ut probationem in contrarium excludat. Uti prolixé *compillator Symphoremat. docet in voto. 4. in causa, Fiscalis contra Ducem B. & L. & Abbatem in R §. solutio contrariorum.* Rem veró omnem de civitatibus mixti generis clariús probant Recessus de Anno 1542. 1544. quibus dicitur de talibus Civitatibus, quod electoribus, aliisvé Principibus non sint subjectæ, nempé quo ad collectas, **der Hülff halben**/ut interpretatur Constitutio de Anno 1548. **Vnd als erstlich**

in sol-

In solcher Ringerung / & §. seq. Cúm n. animadverterent laudatissimus Cæsar Carol. V. & Imperii Proceres, talium Civitatum nomina in recentioribus matriculis non reperiri, eoque illis caussam, vel saltem ansam datam esse, publicis Imperii necessitatibus se subducendi, consultum visum est, uti verba habent, **mit jhnen handeln zu lassen / daß sie in bedenckung dero Vrsachen die ein jeder Christ billich zu Hertzen vnd Gemüht führt / in den Christlichen Gemeynnen / vnd gleichen Anschlag auch mitwilligen / vnd denselben von jhr / vnd jhrer Vnterthanen vermögen bezahlen möchten** de Recessu de Anno 1542. §. **Demnach haben wir** / & recess. de Anno 1544. 1548. 1557. 1566. 1576. 1598. 1603. Si quis existimet has decisiones pertinere aut ad corpus civitatum, & ad contributionem aliquam extraordinariam, aut (propter modo alleg. §. **Demnach haben wir / &c.** verba. **Die nicht Churfürsten / Fürsten / oder andern Obrigkeiten ohn mittel vnterworffen**) ad Borussicas tantúm & Livonicas Civitates, quæ ab Imperio avulsæ sunt: Respondet Recessus de Anno 1542. 1544. ibi. **Die An- vnd Seestädte / die andern Herren nicht zugehörig / vnnd in des Reichs Anschlägen nicht belegt werden.** Et de Anno 1548. d. §. **vnd als erstlich /** & seq. **Daß solcher Articul allein auff die See- vnd Anseestädte verstanden / welche solcher hülff halber weder dem Reich noch andern Churfürsten / Fürsten oder Herren vnderworffen sein wöllen.** Pertinet ergo decisio non ad omnes, sed aliquas. Et Recessus de Annis 1542. 1544. 1548. in verbis, **mit jhnen handlen zu lassen / daß sie in bedenckung der Vrsachen / in den gemeynen Anschlag auch willigen** Et de Anno 1566. §. **Die An: vnnd Seestädte** ibi. **Sich von diesem gemeynen Werck nicht absondern.** Ergó pertinet Recessus non ad duplicationem, sed pacificationem onerum. Et d. §. **Die An- vnnd Seestädte /** ibi. **Sondern auch andere / so Churfürsten / Fürsten / oder andern Oberkeiten ohn mittel vnterworffen / vnd in des Heiligen Reichs Anschlägen nicht belegt werden.** Et paulò póst. **Soll diese bescheidenheit gehalten werden / damit den Churfürsten / vnd Obrigkeiten an jhrer habenden Gerechtigkeit superioritet, vnd Obrigkeit nichts abgehe.** Ex superioribus itaque constat, quæstionem supra á nobis propositam ad mixtum quoque statum obtinêtes, atque adeó Hanseaticas Civitates pertinere, nec de toto earum corpore, sed certis quibusdam, iis nimirum, quæ in puncto contributionis, nec Principibus subjectæ, nec publicis Imperii tabulis censę sunt, in recessibus imperii agi. Ejus generis Civitates in inferiori Saxonia reperiri dicimus. Sunt, qui de Borussiæ, & Livoniæ Civitatibus accipi id velint: quod non admittimus. Licet enim Cæsares eas, imó universitas illas provincias semper sibi vindicaverint, etiamnum vindicent, & Anno 1548. eo ipso tempore, quod de jure, quod Polono in Borussiam cõpetebat, disceptatum fuit ad Comitia Imperialia Gedanum vocaverint, ac Maximilianus Imp. Anno 1564. mandata pœnalia contra Gedanenses decreverit: Rex tamen Poloniæ per legatum suum in Comitiis Imperii Anno 1548. Dantiscum, & Elbingam ad Comitia Imperialia vocari ægré ferre se significavit, petiitq; cum Civitates illæ ditionis (ut ipse quidem prætendebat) Polonicæ sint, ne imposterum tale quid fiat, & cum præter se nemo quicquam juris habeat in illos, ut suis uti legibus permittantur. Unde cum in recessibus Imperii præsupponatur, Civitates tales, nec Electoribus, nec Principibus quoad contributiones (**solcher Hülff haben** / secus ergó in aliis casibus) subjectas esse, sequitur de Borussicis, quæ Imperio plané exemptę erãt, eos nequaquam accipiendos. Ut omittamus observantiam Imperii id docere, Cæsarum q;

sarumque legationes non magis ad Prutenicas, & Livonicas, quám cæteras Civitates directas fuisse.

39. Signa quædam, unde vel libertas, vel subjectio Civitatum arguatur, explicuimus: Ipsarum administrationem concernentia quædam subjungemus. Hoc præmittimus, duo hominum genera in Civitatibus esse; quidam civitatis jus, *a* quidam commorandi *b* tantúm licentiam habent.

a) Qui jus Civitatis habent, legibus patriis ita obligantur, ut non solùm rebus suis, sed ne quidem seipsis abuti possint, factâ prohibitione ne domicilium aliorsum transferant, ne sine venia aliorsum peregrinentur, nedum jus alienæ Civitatis capiant. Qua de re latè *Bod. l. 1. cap. 6. num. 58. de Republ.* Consuetudo tamen Germaniæ nostræ docet, jus Civitatis resignari posse, dummodo pro migratione solvatur debito ordinario loci pecunia, die Nachstewer / vocamus *vid. Gail. 2. obs. 36. num. 7.* *b*) Commorandi jus, aut domicilii, aut hospitii est. Illud incolas, hoc peregrinos efficit, *l. 2 §. 7. C. de incol. l pupillus 239. de V. S.* Incola á Cive differt: quod jura & privilegia Civitatis non habet, *d. l. 7. C. de incol.* Incola verò á peregrino differt, quod ille larem & domicilium cum omnibus habitationis commodis in Civitate habeat, *l. 17. ff. ad municip.* Hic verò præter hospitandi & transeundi commoditatem nihil.

40. Cives origo, *a* manumissio, *b* allectio, vel adoptio *c* facit. *d*

a) *L. 7. C. de incol. & ibi Cuj. l. 1. in prin. ff. ad municip.* Olim nemo civitate Romana fruebatur, nisi utroque parente cive natus, *Liv. l. 43.* quo loci Romanos ex quatuor millibus hominum, quos ex mulieribus Hispanis susceperant, quia Cives non erant, Coloniam conscripsisse refert. Idem Athenis obtinuit, *teste post Plutarch. in Themist. Bod. l. 1. de Republ. c. 6. n. 48.* Sed ex jure Justiniano patre Cive natus Civis est. Imó interdũ etiam sola matre, *d. l. 1. §. 2. ff. ad municip.* Quibusdam in locis civis civitatis alicujus efficitur, qui uxorem inde ducit, *Vincent. de Fran. decis. 516. nu. 15.*

b) Servis manumissis Græci veteres jus Civitatis denegabant, *post Plutarch. in Demost. Bod. d. loc. n. 47.* Romanorum libertis ex novissimo jure Justinianeo Civitas Romana datur, cum jure antiquo cives non fierent, nisi vindicta, testamento, censu, aut ea, quæ in SS. Ecclesiis fiebat, manumissione, *§. libertinorum inst. de libert. l. pen. & ult. Cod. de bon. libert.* Interamicos autem vel per Epistolam, vel adhibitione mensæ manumissi, Latini Juniani dicebantur. Alia etiam, & quidem deterior deditiorum conditio fuit; sed hæc distinctio á Just. sublata est, *t. t. C. de dedit. libert. tollend. & C. de lat. libert. tollend.* Manumissione, inquam, Civitatum dari, servis namque juris civilis incapaces sunt. Nec constitutio Antonini in *l. in orbe Rom. ff. de stat. hom.* ad servos ullo modo pertinet, ne quidem ad libertos, sed ad ingenuos duntaxat; & ut *Donell. 2. comm. 16.* ait, ad eos tantúm, qui non propria conditione personæ, sed conditione natalis loci, & patriæ impediebantur, quó minus essent cives Romani. *Fab. in ration. ad d. l. in orbe Rom. ff. de stat. hom. & Papin. Iurispr. tit. 5. pr. 3. illat. 4.* Sane in tantum servi á jure Civitatis arcentur, ut qui proprii homines hodiè sunt, licèt à servis multum differant, Civitatibus excludantur. Quin etiam multis Civitatibus id privilegii datum est, ut si proprio homines per certum temporis spatium in illis vixerint, quæstio status iis moveri non possit, *Crantz. in metrop. l. 9. c. 20.* *c*) De al-

De allectione, quibusque competat jus dandi civitatem, *vide inf.* d) De jure Civili adoptione jus originis non mutatur, sed utroque in loco muneribus adstringitur adoptatus, *in l. ordin. 15 §. ult ff. ad munici. Cujac. in l. 7. C. de incol. l. libertus, 17 §. adoptiva, ff. ad municip.* Emancipatus tamen á patre adoptivo desinit esse Civis ejus Civitatis, quam per adoptionem fuerat consecutus, *l. sed si emancipatus, 7 ff. ad munic.*

41. In Civitatibus cum non idem semper esset omnium Civium genus, idemq; ingenium, sed alius alio delectaretur studio, factum tandem, ut morum, vitæque similitudo inter paria ingenia arctiorem induceret conversationem. Hinc varia in urbibus collegia extiterunt.

De collegiis videpulchré differentem, *Greg. l. 13. c. 2. & 19, de Republ.*

42. Sine legum vinculis domus nulla, nedum Civitas perstitura est. Ad reprimendam itaq; malorum audaciam, & bonorum innocentiã magistratus: *a* Et quia negotiorum publicorum gratiâ omnem Civitatem omni momento convenire penè impossibile videbatur, qui eorum curam gereret. Senatorum *b* ordo constitutus est.

a) Senatus olim cum libertate frueretur Roma statum Republ. concernẽtibus negotiis tantúm occupabatur, nec in criminalibus, civilibusque causis nisi jubente populo, vel de conjuratis contra Rempubl. jus dicebat, *Polyb. l. 6.* Unde & *Cic in Verrem.* quo confugient socii, quem implorabunt, ad Senatum devenient, qui de Verre supplicium sumat, non est usitatum, non est Senatorium. Augustus Senatum de capite fortunisque Senatoris, quamvis ad Mecœnati equum videretur, judicare noluit, *Dio. l. 55.* Tiberius verò Imp. senatum litibus extraordinem discepandis occupavit, quo minus sibi de gravioribus rebus cognoscendi potestatem ereptam quæreretur. Ejus exemplum sequentes Imp. æmulati sunt, tantamque ex Senatu Curiam judicum effecerunt, *l. 1. §. de qua autem ff. de postuland. l. 1 ff. á quibus appell. non lic. Sueton. in Galigul. cap. 53. & in Domitiano, cap. 11. vid. D. Pr. Pacium in Isag. ad tit. ff. de Senatoribus, num. 2.* Ex hodierno plurimarum Germaniæ Civitatum usu, qui in Senatum cooptantur, & Senatorum & Magistratuum personam referunt. *b*) Qui in Senatum cooptabantur, á Senio (ætas enim illa dandis consiliis aptior, quàm præceps juventa) Senatores, & á curia, quam patriæ impendebãt Patres & quia eorum nomina in album referebantur, Conscripti appellabantur, *Liv. l. 1. Halicar. l. 2.* Hæc ita Romæ. In municipiis Senatorum instar, obtinebant decuriones, *D. Pacius in Isag. ad tit. ff. de decur.* Atque ut Romę tribuni, sic in municipiis defensores plebis erant. De quibus est *tot. tit. C. de defens. Civit. & Nov. 15.* Sic multis Germaniæ in Civitatibus Defensores plebis repręsentare videntur. Die Zünffte oder Bilde/ in Senatum autem, ut ad propositum revertamur, viri sapientia & prudentia, & scientia cæteris prestantiores eligendi, *Deuter. 1. v. 14* Sed & in municipiis infames decuriones esse prohibebantur, *l. infamia, C. de decur.* In quibusdam Civitatibus non bona tantúm fama, & honesti natales, sed splendor etiam & antiquitas generis requiritur, ut Venetiis, Rhagusiæ, Noribergæ. Illa certé consuetudo á ratione aliena non est, ut Senatu illis interdicatur, qui certam pecuniæ summam in ære, vel potius rebus immobilibus non habent. Augustus neminem in

Senatum admisit, nisi vicies sestertium in censum retulisset. Quibus autem adcensum opes deerant, de suo supplevit, non quia opes ad capessandam Remp. necessarias arbitraretur, sed ne tenuitas & inopia senatorium decus labefactaret, neve cæteri suis opibus elati tenuiores contemnerent, *Bodin. lib. 3. de Republ. c. 1.* Quæ consuetudo hoc tempore, quo Civitatum moderatores non senatorum tantùm, sed & magistratuum vice funguntur, æquissima est, *arg. tit. C. ut omnes judices tam civiles quam criminales post administrationem depositam quinquaginta dies in Civitatibus vel certis locis maneant, &c. & arg. tit. ff. & C. de magistratibus conveniendi. Confer etiam l. ad subeunda 46. in vers. & facultatibus, C. de decur. & tit. C. de pot. ad mun. nomin.* Senatores autem vel in perpetuum, quod præstabilius est, vel ad tempus tantum eliguntur. Cujus rei exempla, *vide apud Bodin. l. 3. cap. 1 sub fin.* Tradunt etiam Dd. quando verba Principum, quibus privilegia Civitati conceduntur, ambigua sunt, dubitaturque, an regalia concessa videantur, tum concessionem de regalibus accipiendam esse, si magistratus Civitatis, cui concessio facta est, perpetuus sit, non autem si annuus, *Dec. cap. pastoralis in pr. num. 1. circa fin. vers. & quod licet, ext. de appell. R. l. á Vall. cons. 86. num. 26. l. 1. Rudolph. Schrad. cons. 18. parte 2 cons. Borcholt.* In concilium autem publicum cives potius, quàm incolæ cooptandi sunt. Æquitatis enim dictat ratio, ut qui majori arctiorique vinculo Reipubl. obstricti sunt, in bonorum quoq; participatione, aliisq; commodis illis, qui minora sustinent onera, præferantur, ne sitientibus propriis agris alió rivos nostros deducamus.

43. Majora quoq; opificum, & aliarum universitatum collegia cum non sine jactura rei familiaris singuli semper convocarentur, administratores sibi solent constituere. Sed hæc hìc differentia: quod Civitatum moderatores plerumq; si non merum, mixtum tamen Imperium, simplicemq; jurisdictionem habeant, *a* Administratores verò bonis tàtùm rectè curandis, ut plurimum præficiuntur. *b*

a) Signa collegii, vel universitatis sunt arca communis, *l. 1. ff. quod cujusq; univ.* proprium Sigillum, *c. significavit, 48. de appell.* locus publicus, in quo negotia tractantur, *Dd. in c. tertio loco de prob. Innoc. & Iohan. And. in c. nobis ext. de jur. patron.* & caput ne sit Acephala contra *can. nulla, d. 93.* Nec tamen id de necessitate requiritur, *Bart. in l. fin. ff. de colle.* Docet etiam *Hugo Cels. cons. 34. n. 8. & seqq.* licet Bursa, & Sigillum arguant collegium vel universitatem, ex his tamen signis evidenter eam non probari, licet onus probandi in adversarium transferatur. Quemadmodum etiam é contrario. Etsi sigillum, vel arca sunt conjecturæ arguentes collegium; inde tamen non sequitur, quod si non adsint hæ conjecturę, ex aliis eandem qualitatem probari non posse. *Decian. cons. 6. num. 9. vers. non obstat vol. 2.* *b*) Qui tamen collegio alicui præsunt, vel universitati jurisdictionem habere solent, *l. ult. C. de jurisdict.* Et Tribus suos judices habent, qui de iis judicant, quæ ad eorum officium, & negotiationem pertinent, *D. Obr. tract. de jurisd. c. 6. num. 69.*

44. Ut per Administratores suos repræsentetur Civitas, concilium eorum legitimé convocatum esse oportet.

Legitimé autem convocatum censetur consilium; si id factum sit solennitet, ad præsidis scil. vel si ille desit senioris, (quidam majoris partis authoritatem desi-

derant)

derant) *vide Tiraq. in princip. de jur. primog. n.* 119. Jussum præsidis, campanæ, tubæ, vel præconis vocem. *Conrad. Lancell. de decur. num.* 34. Quod si forté collegium citra sonitum campanę congregatum sit, rectè nihilominus congregatum dicetur. Obtento enim fine frustrâ de mediis curatur, *Cravett. cons.* 4. *tom.* 1. *Et quidem in curia, l.* 1. *C. de decur. l.* 5. *C. de legat. Lancell. nu.* 42. *Peregr. Iannin. de citat. real. l.* 3 *c.* 34. *Los. de jur. univers. p.* 1. *c.* 3. *num.* 73. Ubi dicit, etiam in Ecclesiis hujusmodi congregationes licitè fieri, quod probatur, §. *pen. instit. de liber.* Necesse est etiam duas partes ex tribubus adesse, *l. nominationem* 46. *ibi cum duæ partes, C. de decur.* quæ lex particula esse videatur, *l. nominationes*, 27. *C. de appellat.* His non præsentibus, nihil actum censetur. *Dissentiunt Castr. Canon. á Los. d. loc. relati*, quorum opinionem *propter d. l. nominationi, d. l.* 5. *C. de leg. l. nulli, l. plané, ff. quod cujusq; univer. l.* 2. *C. de decur. l.* 2. *&* 3. *C. de decur. abord fac. non admittimus.*

45. An in congregatione Superioris quoq; authoritas necessaria est? Affirmamus.

Superiorem tamen intelligimus eum, qui, cum ipse de universitate sit, caput vel Principale membrum ejus est, *Los. tr. de jur. univers. p.* 2. *c.* 1. *nu.* 21. *Boër. de seditios. ult. num.* 8. Sed an Principis, cui universitas subest, consensus requiritur? Negatur per *l.* 2. *&* 3. *ff. quod cujusq; univers.* Quæ sententia etiam inde luculenter probatur, quod cum universitati bonorũ administratio concessa sit, congregatio quoque deiis administrandis necessariò concedenda sit, *arg l.* 2. *ff. de jurisd.* pro quâ etiam faciunt notata per *Cravet. cons.* 4. *n.* 20. distinguentem inter particularem universitatem se congregantem, & particulares; quo priori casu superioris assensum nõ requirit. Congregationes tamen illas ad bonum finem tendere oportet. Vide eleganter & latè *Menoch. cons.* 28. *per tot.* Ubi pro utraq; parte rationes adducit, *Dissentit per multos á se cumulatos Bursat. cons.* 159. *per d. l. observare*, quæ nihil ad rhombũ. Si tamen meruendum sit, ne monstri quid alant crebri conventus, recti collegii præses á Principe, & Civitate constitũi potest: quod in quibusdam Germaniæ Civitatibus periculi omnis averruncandi causâ laudabiliter servatur.

46. Cùm non tantùm, ut bona administrent, sed & jura reddant, qui Civitatibus præsunt, constituti sint, dubitatum est, an concilium generale Civitas tanquam suspectum recusari queat? Affirmativa placet.

Omnia enim judicia sine suspicione procedere debent, *l. apertissimi*, 16. *C. de judic. c. quod suspecti*, 3. *q.* 5. *c. cum inter de except. text. est in terminũ in c. l. licet suspecti* 10. *ibi si veró Consules justitiæ tanquam meritó suspecti ext. de for. compet.* in dubio tamen collegiũ, in quo multi sunt viri cordati & graves, recusari non debet, sed qui in eo suspicione laborant, removendi sunt, **Cammergerichts-Ordnung** / *p.* 1. *tit.* 6. §. Item, **Ordnen wir.** Adeó ut ipsi quoque Cameræ visitatores, si qui inter eos suspicione laborent removeri queant, *Recess. Imperii de Anno* 1559. §. **Daaber hinfürter** / Si tamen ipsum caput justis de causis suspectum sit, totum collegium recusari poterit. *Alexand. Raud. decis. Pisan.* 105. *Confer quæ que Gail* 1. *observ.* 33. Sic in caussa Garsiæ Toletani contra M. Antonium Columnam, quod prorex Neapolitan. idemque Dux Albę, & D. Garsias patrueles essent, Collegia Neapolitana judicandi munere fungi non posse respondit, *Iohan. Philip. Portus cons.* 91. *num.* 17. Sic

Regimina Austriæ superioris in causa D. Baronis Nicolai in Polliwiser / contra Illustrissimum Ferdinandum Austriæ Archiducem variis ex causis judicare non posse respondit, *Tob. Decian. consil. 26. volum. 1. Confer Ioseph. Ludov. decis. 106.* In Anglia etiam in causa criminali á Rege vel Regina constituti judices, etiamsi suspicione non planè vacent, recusari nequeunt, dummodó honore suo teste ex æquo & bono judicaturos se promittant, *Pierre. Matthieu en la vie d' Henry quadriesme.*

47. Si in concilio quædam proponenda sint, talis servatur ordo: Caput vel præses collegii tractanda proponet, ac super iis votum collegarum exquiret, quorum quisque uti dignitate, vel authoritate præstantior, ita priori vel posteriori loco dicet sententiam.

L. 1. in fin. ff. de alb. scribendi. 6. §. privileg. ff. de decur. ubi Bartol. Loss. d. tract. de jur. univers. p. 1. cap. 3. num. 99. Marant. in proœm. specul. num. 8. ubi multis authoritatibus hanc sententiam confirmat. Nonnullę sunt Curiæ, in quibus juniores primi suffragium ferunt, quem morem in Curia Pedemontana *Cacheran. in proœm. decis. num. 11. Thesaur. decis. 1. num. 1.* & in Neapolitana *Afflic. decis. 1. num. 6.* servari tradiderunt. Quod ratione non caret, *teste Lyra ab Afflict.* laudato, ne scilicet minores formident declinare á sententiis majorum, cui & aliam rationem subnectit, *Aur. Gamma I Ctus Hisp. decis. Lusitan. 1. nu. 12.* quia in ultimo loco sententiam proferentes potestate sępissimé fit, variantibus votis causam suffragio suo decidere, id quod seniorem judiciis tutius committi posse. Votis autem hoc illové modo collectis, quód major pars constituit, obtinet, ut ita sententiæ numerentur potius, quàm ponderentur, & unius quamlibet ignorantis votum, eandem cum doctissimi authoritatem obtinet. *Addit ad novas decis. Thesaur. ad num. 2. v. tamen hic stylus. Lancell. Conrad. tract. de decur. num. 49.* qui modus licet periculosus, juri Civili conformis est, *l. quod major pars, ff. ad municip. Thesaur. de decis. 1. num. 2.* Imò etiam necessarius. Nam

Qui volet ingenio cedere, rarus erit.

si sententiarum discrepantium par numerus sit, considerandum erit, in arbitrii, an judicii terminis versemur. Priori casu neutra valebit sententia. *c. fin. de re judic.* sed dabitur tertius á judice, vel cogentur arbitri personam certam eligere, cujus sententiæ pareatur, *l. si unus, 17. §. principaliter, 6. ff. de recept. arbitr.* Posteriori casu subdistinguendum est. Aut judices isti variantes delegati sunt, & manebit in suspenso executio, donec ad delegantem recurratur, *l. jubemus si qua in fin. C. de appell. & c. fin. ext. de re jud.* si de ordinariorũ numero parium disparibus sententiis quæratur, decisio sumenda erit *ex l. inter partes, 38 ff. de re jud.* quod si privilegium causæ esset, & altera pars dignior sit, hujus sententię standum erit, maximé si caput concilii ab una parte stet, arg. eorum, quæ tradit *Bar. in l. Pomponius, ff. de re jud. Confer. Cagn. 12. obs. 16. & Tessaur. d. dec. 1. n. 8.*

48. Civitatis concilio publico inter cætera, ne quid publicè, vel privatim ab externis invasionibus, domesticisvé seditionibus Respublica detrimenti capiat, omni cura providendum est. Hinc quæsitum, utrum ad consiliarios Principis, qui in Civitate municipali forté Principis nomine resident, an ad Decuriones pertineat cognitio de viatoribus, qui

qui solent á cauponibus excipi, & in publicis hospitiis diversari? Cúm ad publicam securitatem pertineat ista sive cognitio, sive inquisitio, dubitari amplius non potest, quin ad illos spectat cognitio, quorum fidei, & curæ publica securitas est demandata.

Præsupposita in facto veritate illius consuetudinis, quam ubique locorum receptam dicit, *Boër. tract. de custod. clau. num 36.* quod Scabini, & Administratores Reipubl. habeant regimen & custodiam clavium, & aliquos ad portam Civitatum nocte adventa (verba sunt Boërii) claudendum, & aperiendum mané, committant & deputent, decurionibus quoque talis custodia commissa censetur. Ei enim cura incumbit, & ejus est cognoscere, quinam ad rem sibi commissam accedant, cui custodia credita est, *tex. in c. si custos, 37. q. 1.* atque ideo pastori incumbit cura animadvertendi, an lupi ad suum ovile accedant, *c. quamvis ubi gl. de reg. jur. & c. tres personas, 23. q. 3. Bart. in l. congruit, ff. de off. præsid.* Quod ad defensores quoq; Civitatum recté accommodatur. Cúm enim illis viarum publicarum securitas, & latronum persequendorum, & disciplinæ in urbe servandæ onus incumbat, meritó, qui ad urbem accedant, inquirunt, ne forté latronum coriphæi viatoribus se immisceant, eosque sociis prodant, *vid. l. per omnes provincias, C. de rectorib. provinc.* Nec obstat, quod jurisdictio in Peregrinos Principi reservata est. Hac enim in controversia non agitur de delictis exterorum sed de delicto vel culpa hospitum publicorum, qui cives sunt, quorum civiles controversię confessione omnium ad defensorum, decurionumvé jurisdictionem pertinent. Imó ut patrocinia, quæ favorem reis, & auxilium scelerosis impartiendo maturari scelera faciunt, removeant, decurionibus specialiter injungitur, *d. l. per omnes pulchré Hotom. cons. 5. per tot.* Aliud tamen dicendum foret si Princeps ipse, cui subdita Civitas est, alteri specialiter Civitatis custodiam commisisset.

49. Ex præcedenti thesi hæc quoque quæstio; utrum ad Principis consiliarios, an Civitatis decuriones pertineat, jus permittendi privato facere fenestram in muro, vel aliquid in eum immittere, facile deciditur.

De jure communi otiosa omnis hæc videri potest quæstio. Nec enim muris municipalibus aliquid conjungere, vel super imponere, *l. sacra, 9. §. muros autem, ff. de divis. rer. & qualit.* nec perforare eos licet, nisi crimen peculatus quis velit incurrere, *l. qui perforavit, 11. ff. ad l. Iul. peculat.* Quod si quis citra periculum propé muros, vel ædes publicas ædificare velit, quindecim pedum spatium intactum relinquere necesse habet, nisi defectionis quandoque futuræ periculum subire velit, *l. sicut, 9. C. de ædific. privat.* Et ædificia quæ mœnibus vel operib. publicis ita cohærẽt, ut ex illis incendium, vel insidias vicina reformidet, aut angustentur platearum spacia, vel minuatur porticibus latitudo diruenda ac prosternenda sunt, *text. ad verb. in l. ædificia, 14. C. de operibus publicis.* Ac ne muros quidem, licet illud favorabile videri possit, sine Principis permissu reficere licitum est, *d. l. sacra, §. muros.* Alia autem nunc est temporum ratio. Jura enim olim summis tantúm Principibus reservata, nunc aliis quoq; Principibus ac statibus inferioribus communicata sunt, atque inter regalia referuntur, uti supra notavimus. Unde non de Civitatibus re-

galia habentibus, sed municipalibus quæstio nostra concepta est. His etiam menium reficiendorum facultatem concedit, *gloss argum. l. omnes, Cod. de operibus publ. ex quo text gloss. in d. l. sacra, §. muros in ver. licet. disputat.* quod quamvis nemini privato liceat muros reficere, secus tamen sit in universitate. Eodem modo *gloss. in l. 3. in verb. publico, ff. de operibus publ. scribit.* Et sic universitati licet facere muros municipii, non autem alicui privato. Et ad *eam gloss. Bar.* dicit, quod istæ gloss. communiter tenentur, quod alicui Civitati muros sibi ipsi facere, vel antiquos reparare licet; *Corneus etiam cons.* 237. Cura, inquit, murorum solet magis assumi per priores, seu consiliarios Civitatum, quibus Civitates reguntur, quàm per Principem, seu Præsidem, vel legatum, ut experientia continuò docet, quod adeò est verisimile, quod construentes domos supra muros Civitatis habeant potiùs licentiam á prioribus Civitatis, quàm á Principe, vel legato ipsius, *vide Hotom. cons. 6. ubi Guid. Pap. Boer. & Corn citat. Confer quoq; Iohan. Philip. Monspel* qui non contrarius nobis est, sed in diversa specie, quando scilicet ad dominum loci muri spectant, loquitur. Undé cum Thesi nostra conciliare probé poterit.

50. Civitates pulchré munitas civibus repleri publicé interest. Hinc in Civitatibus municipalibus quæritur, jus Civitatis dandæ sitné Principis superioris, an municipii decurionum? Posterius affirmamus.

Cives enim creare non est de reservatis Principis, sed competit Antianis & Curatoribus Civitatum, *Alexand. ad Bart in l neq; stipendium in addit. marginalib. circa med. ff. de impens in res dotal. fact. Petr. de jur. q. c. 15. num. 1. fol. 208. Iohan. Philip. Mons. consil. 40. num. 3.*

51. Conciliis Civitatum & opificum statuta posse condere commune est.

Nulli olim Civitati, aut genti, quæ Romano subierat Imperio, contra formà juris publici constituere olim licuit. Privatorum enim loco omnes erant, *l. bona Civitatis de V. S.* nisi forté ab initio post partam victoriam Senatus *ἀυτονομίαν* concessisset; uti supra de T. Q. Flaminio exemplum retulimus. Verùm ubi post divisum Romanorum Imperium Caroli M. auspiciis nova Reip. facies apparuit, & quæ antè in nullius patrimonio, ac commercio erat jurisdictio, aliis communicari cœpta est, in statuendi quoque potestate idem usuvenit. Hinc qui jurisdictionem habent, statuta condere posse Interpretes docent, *Bart. in l. omnes populi, ff. de Iustit. & jur.* quod etiam ad familias jurisdictione præditas nonnulli extendunt. Uti docuit *Pet. Heig. quæst. 23. p. 1. ubi num. 33. & 42.* majoris autoritatis gratiâ confirmationem superioris adhiberi scripsit. Universitates quoque Academicas, cum saltem mixtum Imperium habeant, statuta condere, eaq; pœnalibus mandatis munire posse certum est. Collegia verò opificum cum jurisdictione, ut plurimum careant, statuta pœnalia non condunt, licet circa bonorum suorum administrationem statuere quid possint: quod tamen potiùs vim pacti quàm legis obtinet, *Heig. d. l. num. 18. Sed quomodo Civitates statuta condunt?* Primò congregato populo seu universitate in publico parlamento, facta propositione seu rogatione per magistratum, sive rectorem Civitatis, an talia statuta fieri velint? *argum. text. §. lex est inst. de jur. nat gent. & Civil.* Secundò statuta etiam fieri possunt per solos decuriones exemplo Senatusconsul-

consultorum §. Senatusconsultum est, *Inst. de jur. nat. gent. & Civil.* Nonnunquam etiam certis quibusdam de Civitate universitas statutorum condendorum potestatem facere solet, uti Romæ Decemviri leges 12. tabularum sanxerunt. *Vide Alber. á Rosat. de statut. quæst. 4. lib. 1.* In multis Germaniæ Civitatibus præter Senatores tribuni: In aliis selectiores de Civitate, (Ein Außschuß der Bürgerschafft) adhiberi solent. Sed statuta illa prædicto modo facta annè perpetua sunt, an verò annalia? Quæ á populo toto fiunt, perpetua erunt, dicũtur enim jus Civile, *l omnes populi ff de Iustit. & jur.* Quæ ab Antianis, seu magistratibus fiunt, annalia erunt, si ratione officii condantur, exemplo edictorum prætoriorum, §. 1. *Instit. de perpet. & temp. Act.* Perpetua, si autoritate, & nomine universitatis. Confer. *Alb de Rosat. d. loc.* 19. Cui tamen nequaquam concedimus, quod ipse ait, negari non posse, statuta esse plebiscita. Rectiùs ea legibus comparantur, si ab universitate tota fiunt; alias vel Edictis prætorum, vel Senatusconsultis.

52. Statuta Civitatis dominantis Civitas subdita sequi tenetur.

§. ult. Inst. de satiúdat. ibi cum necesse sit omnes provincias caput omnium nostrarum provinciarum & ejus observantiam sequi. Canon. in c. translato ext. de const. & c. cum non licet extr. de præscr. Etsi in civitate subjecta dubius quidam occurrat casus, de quo aliud jus civile constituat, aliud jus particulare civitatis dominantis, non ad jus Romanum, sed ad jus Civile dominantium recurrendum erit; *M. Anton. Peregr. cons. 5. vol. 2. num. 1. & cons. 11. num. 40. volum. 3.* Supra allegata tamen regulâ fallit, si Civitas inferior peculiaria statuta habeat. Tunc enim illa valent, nec per contraria Civitatis dominantis statuta tolluntur. Quod tum maximé locum habet cum Civitas inferior cum territorio suo non uti membrum civitatis supremæ recepta est, cum principaliter accessit cum suo territorio separato á Ducatu. *Pulchré Peregr. dd. locis.*

53. Statuta, si æquitate destituantur, nulla sunt.

Talia sunt statuta illa, quæ bona naufragorum ad littus appulsa fisco vindicant, qualia in Gallia vigent. Refert *Bod. l. 1. de republ. num. 171.* Cum legatus Cæsaris coram Henr. II. Francorum Rege Anno 1556. quæstus esset, duas naves ad littus ejectas, & á Jordane Ursino captas esse, easq́, restitui postularet, Annam Mommerantium Magistrum equitum respondisse, ea quæ ad littus fuissent ejecta gentium omnium jure ad Principes, qui litoribus imperarent, pertinere; eandemq; ob causam Andream Doriam de navibus ad littus Celticum ejectis, & á præfecto classis Gallicæ direptis ne quidem questum esse. Quæ Mommeranti responsio, ut juri gentium consentanea sit tantúm abest, ut si quicquam repugnet, hæc illi maximé contraria sit. Eadem etiam apud Hispanos est consuetudo, *vide Franc. Marc. decis. 425. num. 3. originem forté habens ex l. Rhodia de jactu per notat. Pruckmanni in §. soluta potestas, cap 3. num. 122. & seqq.* Anglorum verò major hac in re iniquitas, quod cum per privilegium & quidem titulo oneroso quæsitum consuetudinis hujus gratiam fecerint, privilegium illud, licet corpori juris inclusum, propter veterem quandam legem Normandicam valere non posse asserunt. Huic tamen legi tum demum locum esse volunt, cum nullum animal vivum, puta canis vel felis, é naufragio emerserit, quam limitationem ipsos consiliarios legi Normandicæ subjicere audivi. Imperator Fridericus *auth. navigia, Cod. de furt. & Carol. V. in constitutione Criminali,*

art. 218.

art. 218 tales consuetudines tanquam crudelitatis & impietatis plenissimas omni Germania meritó ejecerunt: *vide Gail. 1. obs. 18 per tot.*

54. Et illud statutis omnibus commune est, ut monopolium redolentia illicita censeantur:

Multiplices sunt monopolii fraudes: Cùm mercatores inter se constituunt certum pretium intra, quod mercem nolint vendere, cum pactionem faciunt, ut reliqui mercem supprimant, donec alii vendiderint, ne opificibus operas suas illius locent, ne ad opificium suum nisi artificis filius, vel nepos vel filiam artificis ducturus admittatur, ut tubicines; chirurgi, atque id genus homines à suis collegiis excluſi censeantur. *Reformatio Politica de Anno 1548. tit.* Von Handwercks Söhnen vnd Gesellen. *Ordinatio Politica Francofurt. eod. tit.* Sic non ita pridem statutum collegii cujusdam in civitatem R. quo extraneus, qui civitatem sibi comparaverat, á certo negotiationis genere arcebatur, superiore æstate Camera sustulit. Nec quicquam interest, directé, an obliqué monopolium inducatur, *c. cum quid in una, de reg. jur. in 6.* Qua ratione societatis Anglicorum, quos vocant, Adventurariorum, tanquam Monopolicum collegium publicis Imperii decretis reprobatum est. Licet enim coemptione Anglicorum pannorum non indistinctè omnibus indicatur, eóque Adventurarii monopolii minús justé accusari videantur: Non permittunt tamen ut alii, ne dum Germani in foro Pannorum consueto (Blackwelhalla appellant) Pannos emant. In primis verò tanta externis, imó ipsis Anglis, qui de Collegio non sunt, imponuntur vectigalia ut pari cum Adventurariis pretio Panos suos distrahere nequeant. Imó ut gravissima vectigalia quis ferre vellet, enchio tamen Pannorum (licentiam dicunt) pari cum Adventurariis numero ipsi non conceditur. Undé monopolium facilé arguitur.

55. Celeberrima hic se discutienda quæstio offert, inter Pontificem, & Rempublicam Venetam magno animorum, ac ferè armorum contentione agitata quæstio; An valeat statutum de non alienandis per subditos Laicos bonis in personas Ecclesiasticas sine licentia superioris? Pro Republica affirmativam sustinemus.

Princeps enim habet potestatem condendi statuta pro bono publico, *text. in c. si imperator, 96. dist. c. 1. de proh. feud. alienat. per Lothar. & c. 1. de proh. feud. alienat. per Frid.* At nisi Imperator, vel Princeps, vel Resp. maturé prospiciant, ne omnia ad se pertrahant Clerici, malé cum ea agetur. Carebit enim functionibus, á quibus immunes se jactant Clerici. Carebit subditis, quibus Civitatem augeri publicè interest, *l. 1. ff. sol. matr. 11.* Æquum est, ut quod quisque juris in alterum statuerit, eodem ipse jure utatur. At Clerici statuerunt, ne sint maximis solennitatibus, nec nisi summa urgente necessitate bona in Laicos, & quidem titulo tantùm oneroso transferantur. Poterit igitur & Princeps suis hic, suorumque commodis vigilare, vide *M. Anton Peregr. & M. Anton. Othalium in responsis pro Repub. Veneta, Francofurti apud Richterianos impressis III.* Quod Dioclet. & Maximilianus Impp. Philosopho cuidam responderunt; professionem & desiderium ejus inter se pugnare, cum Philosophum professus, avaritia ac rapacitate vincatur, *l. professio, C. de mun. patrim.* multò rectius Clericis ditioribus, aliena appetentibus, objicietur, meritoque caput sumtum, quo divitiarum omnium derelictio, & capillos remanentes, quibus necessa-

sariorum ad sustentationem retentio significatur, intueri jubebuntur. Sed his perbellis interpretationibus (*inquit Pol. Virg. l. 4. c. 8. de rer. invent.*) benè multi sacerdotes gaudent, ritusque servandi caussâ latè verticem radunt, sed ex magnis opibus, quas habent, nihil impertire, nihil disponere, nihil relinquere volunt. Si jus Canonicum consulatur, *in c. suggestum de decim.* Ecclesiæ in angustiis constitutæ concessa privilegia illa in lautiorem fortunam evecta, si non in totum auferri, minui certè tanquam cessante privilegiorum caussâ poterunt. De nimia quoq; Clericorum cupiditate jam olim status Imperii conquestos esse, *ex commentariis Sleidan. l. 6. fol. 86. lat. 2. inpr. constat.* Certè ne Reipubl. cum damno sudore & sanguine Civium suorum parta bona Clerici paulatim ad se rapiant, providere debent magistratus. Facisius enim quærendis occurritur, quàm jam quæsitis præjudicatur. Quid multis, multa multis in locis hîc similia extant statuta. De Germania nostra testis fide dignissimus, *Gail. 2. obs. 32. De Gallia, Guliel. Benedictus in c. Raynutius verb. & uxorem nomine Adelesiâ de test. & novissimè historicus hujus saculi celeberrimus Iac. Aug. Thuan. l. 3 f. 79. lit. b. in fin.* Ne prolixior sim. Idem sentit *Mol. prima parte tract. de just. & jur. disp. 40 vers. quia de jure hujus Lusitania Regi.* ubi finem talium statutorum esse scribit, ne plus justo accrescant Ecclesiis bona tum immobilia tum reditus Ecclesiarum & monasterium in detrimentum Laicorum, præsertim cum pleraq; monasteria jure hæreditario quotidiè loco suorum religiosorum, succedant in bonis defunctorum: *Hac Molin. Theol. Pontif. d. loc. Confer quoq; Marp. cons. 5. vol. 1.*

56. An Civitates possint de non appellando statuta condere dubitatum fuit? Negativa communior & verior.

Via enim provocandi nemini intercludi debet, ex quo appellatio iniquitatem sententiæ, vel imperitiam judicis corrigit, *c. 1. de appellat. c. placuit, 2. q 6.* Imò judices nisi specialiter privilegiati sint si appellationes non admittant, jure civili puniuntur 30. libris auri, *l. quoniam, C. de app.* jure verò Canonum arbitrio superioris, *c. de priore ext. de appell.* Facit huc, quod non nisi per solum Principem appellatio tolli potest, *Bart. in l. omnes populi, num. 17. ff. de just. & jur. Idem in l. ii cujus 25. alias incipit, sicui, de aq. pluv. arcend Meichs. tom. 3. decis. Cam. 28. num. 1. & multis seqq. Gail. 1. obs. 135. n. 11. Mynsi. 1 obs. 14. Wurmbs. tit. 24. obs. 29. Bald. Perus. tract. de statut § appellare, num. 3. fol. mihi 793.* Pacto tamen beneficio appellationis renunciari potest, Cammergerichts-Ordnung / *part 2. tit. 28.* Diversitatis ratio in eo consistit, quod statutum directè disponit contra jus superioritatis, pactum verò directè illud non tangit, sed paciscentes tantùm favori pro se introducto renunciant, *intra doctrinam Panormitan. in c dilectus de arb. Dissentit. Alber de Rosat. l. 2. de statut. q. 294* ubi putat, Civitates inter subditos constituere posse, ne provocetur ad delegatos Imp. cum ipse Imp. beneficium appellationis tollere possit, & ita refert Pergami obtinuisse. Nos malè judicatum dicimus. Diversa ratio est statutorum illorum, quibus in multis Imperialibus Civitatibus appellationes non admittuntur, nisi certa quædam solennia præcesserint, *Mynsi. 1. obs. 6. & 3. obs. 56. Gail. 1. obs. 124.* Ubi uterque decidit, omissas illas in prima instantia solennitates in Camera posse instaurari.

57. Communis est Doctorum sententia, per statuta juri Civili derogari posse. *a* Cui consequens, statuto quoq; minui posse numerum testium in testamentis requisitorum. *b*

a) *Vide Alb. de Rosat. l. 1. q. 7. de statut.* b) *Mynsi. 5. obs. 20.* Solennitas enim illa septem testium jure Civili introducta est. Undé jure quoq; statutario minui poterit. Eadem ratione fieri potest, ut testamentum coram duobus tribusvé Senatoribus factum ex præscripto statuti pro valido habeatur. Nec tamen testamentū coram duobus, tribusvé Senatorii ordinis in domo ægrotantis congregatis factum valebit, *vigore l. omnium, C. de testam.* quasi publicis actis insinuatum esset. Ut enim testamentum apud acta factum dicatur, necesse est, ut id apud judicem in loco judicii fiat *Consil. Marp 34. n. 55. vol. 1. Pet. Gilck. d. l. omnium, c. 4. n. 15. Dissentit Wesenb. consil. 28 nu. 23. & 24. & in supplem. ad Schneid. instit. de testam. ordin. tit. de solemn. test. num. 17. lit f. & inparatit. qui test fac. possint n. 10. Schurff. consil. 71 num. 1. cent. 1.* quorum tamen opinio in terris Saxonicis propter *Augusti Electoris constitutionem p. 3. tit. 3.* prævalebit. Sed omnis quæstio nostra est de jur. Civ. Eôdem penè recidit, quod in terminis fortioribus, *D. Cothman. resp. 5. n. 14. & seq.* retulit, Senatum Lubecensem sententiam quandam reformando decidisse, cum jus Lubecense requirat, ut assignatio fiat coram Senatu, ordinario modo, non videri coram senatu factam assignationem, quæ coram duobus Senatoribus, & libro publico facta fuerat.

58. Commune, & hoc collegiis Civitatum, & opificiorum, ut privilegiorum favore crescere studeant. Peculiare verò Civitatum privilegium est Nundinarum Impetratio.

a) Nundinæ enim Civitates inpinguant, *gl. in l. unic. verb. locorum, C. de Nundinis,* & commodum, & utilitatem ipsis afferunt: *Bero. consil. 76. lib. 3.* Non tamen ipso jure Civitatibus illæ competunt, sed specialiter á Principe impetrandæ sunt, *d. l. unic. C. de Nund. l. 1. ff eod.* Olim á Senatu impetrabantur, *Plinius l. 5. Epist. 4. Cui Philip. 2.* Ita Imp. Claudius seipsum legibus subjiciens jus nundinarum in sua prædia a Coss. petiit. *Sueton. in Claudio, cap. 12.* Facilius autem Civitatibus; quàm pagis conceduntur. In illis enim artes, & negotiationes fieri debent, nec in præjudicium Civitatum pagis concedendæ, *Berous d. consil. 76. nu. 12. l. 3. Nizol. alleg. 16 num. 17.* Sic D. Maximilianus I. Comites M. in pago quodam Civitati I. vicinio hac inter alias de causa jura Civitatum sibi usurpare prohibuit; **Weiln dadurch mit der zeit d Stadt E. jhr Handwercksleut/ gebeutes vnd Nahrung gentzlich entzogen würde.** Nundinarum autem privilegium est, quod qui eas visitant; non possint pro debito alicui contracto tempore Nundinarum detineri, *d. l. unic. Cod eod. Felin. in c. causam quæ de rescript. in vers. similiter dixit, num. 25. post Francisc. Marc. Nizol. alleg. 16. n. 19. Everh. consil. 21. vel pro repræsaliis c. 1. Bert. de Gabell. p. 8. memb. 2. n. 19.* Plura pro commoditate locorum impetrari solent privilegia, quæ omnia exequi nimis longum, & à proposito forsan alienum foret.

59. Quia concedentes vel pœnitentia, vel malevolorum calumniis inducti, concessa Civitatibus privilegia revocare solent, quatenus id de jure fieri queat, explicandum: Ac primo Civitatibus concessa privilegia per non usum amittuntur.

Sic Nundinas non utendo per decennium amitti, textus est expressus, *in l. 1. ff. de Nund.* In facto contigit Civitati Passavienſi, cum ea propter agri sui sterilitatem commodé se sustinere non posset, Wenceslao, aliisque Imperatoribus jus ap-

pulsos,

pulsus, sive exponendarum mercium, die Niederlag / concessum est, & quidem ex certa scientia, & motu proprio. Quo jure Civitas quidem usa est, sed per decem plures vé annos Ratisbonenses sine expositione mercium liberé prœternavigarũt, quæritur, an per hujusmodi negligentiam jure suo ceciderint? Negamus. Regula enim de amittendo privilegio propter non usum in iis privilegiis, quæ alimentorum intuitu concessa sunt, non obtinet, etiamsi quis centum annis eo non utatur, *arg. text. optimi in l. cum scimus*, 22. *C. de agricol. & cens.* ubi dicitur quamvis filiusfamiliâs censibus per triginta, vel quadraginta annos patre agriculturam peragente, & domino satisfaciente abfuerit, nec unquam rei rusticæ operam dederit, sed in libera conditione vixerit, eundem tamen ad operas rusticas revocari posse. Cujus *text. argum. Bart.* concludit, quod si terræ recommendatæ tenentur dare Civitati Perusii subsidium Cavalcatis & exercitibus extra urbem proficiscentibus, & per centum annos steterunt, quod nihil præstiterunt, ex eo quia Civitas Perusina non requisivit, cum de suis gentibus esset copiosa nimis, per illud tamen terras recommendatas non præscripsisse libertatem, cum illa desidia Civitati Perusii imputari possit, ex quo nulla subsidii necessitas fuit. *Idem Bart. in l. filiũ, num. 3. Cod. de decur. Mynsing. cons. 19, vol. 1. ubi plura adducit argumenta Carol. Tap. tract de constit. princip. par. 2. cap. 1. n. 13. Confer quoque Gail. 2. observ. 60* ubi docet, si facultas utendi privilegio, vel jure aliquo se non offerat; non posse dici privilegium per non usum amissum. Undé notabiliter infert, merum Imperium, etiamsi quis per centum annos eo usus non sit, non tamen amissum esse, modó facultas exercendi ejus nulla fuerit, & eveniente postea necessitate furcas veteres instaurari, vel novas veterum loco erigi posse, licet si de meré Imperio controversia inter vicinos sit, qui furcas erectas habet, litependente, in possessione, vel quasi meri Imperii præferatur, adeó ut si de facto ab adversario furcæ erigantur, eas possit propria authoritate tollere.

60. Titulo oneroso concessa civitatibus privilegia revocari nequeunt,

Habent enim vim contractus talia privilegia, quo Princeps privati instar obligatur. Nec tantùm Princeps concedens, sed & successores ejus tale privilegiũ illæsum servare debent, *Tap. in l. fin. de constit. princ. p. 2. c. 9. per tot.* quæ conclusio nostra vel maximé procedit, si concessionem Principis titulo oneroso quæsitam Regni quoq; proceres suo suffragio comprobarint, *Afflict. decis. 101. Restaur. Castald. tract de imp. q. 114. n. 3. Tap. d. loc. n. 16.* Hinc concluditur, non licuisse reginæ Angliæ Civitatibus Hansæ Teutonicæ concessa privilegia adimere, cum illa tenuibus Anglis ipso auro & sanguine suorum sibi compararint. Et Eduardus IV. post diuturnum cum Hanseaticis bellum pace tandem Trajecti facta ducentas se libras Sterlingorum Civitatibus debere confessus fuerit, & in tantam pecuniæ recompensationem ipsis privil. nec per se, nec suos successores revocanda contulerit, & illa conventio à quatuordecim ordine regibus, ipsaq; Maria fuerit confirmata, *Author libri Italici, cui titulus, La terza parte del thesoro Politico tit. de la controversia c' hanno le terre Hanfratiche, con la Regina d' ingilthercuia, §. Hor tornando al nostro proposito, p. 557.* qui tamen tredecim Regum mentionem facit. Idem judicandum de privilegiis omnibus, qui in vim contractus transierint: veluti si magnis privilegiis ad habitandum vel negotiandum certo in loco mercatores invitentur, privilegia hæc revocari nõ possunt, qua de re olim inter Hansam Teutonicam, & Flandrenses, & Rus-

sos in Novogardia, teste Crantz. *Vandalia lib. 9. c. 19. Anno* 1386. & hodierno tempore inter Hansam, & Anglos contentiones sunt. Qua de re rectè. *Crantz allegato loco. Sic se res vertunt, ubi tenuis primordiorum status permittit venientibus immunitatem, invitans ut veniant, florescentibus rebus, qui invitavere, vix patiuntur secum consistere, desiderium vertentes in contemptum, & inde fastigium, &c.* Imó titulo oneroso à Civitate quæsitis privilegiis nec in toto, nec in parte Princeps derogare, nec novum onus, novam reconditionem, quæ non venit ex ipsa natura rei, eis apponere, vel subditi limitatione potest. Qui enim non potest tollere, nec potest interpretari et interpretatione, ex qua ad correctionem actus devenitur, *post Castrens. & alios Tap. d. loc. n* 24. *& multis seqq.*

61. Quid si enormis superveniat læsio, anne tum saltem tale universitatibus concessa privilegia revocari poterunt? N.

Contractus enim ab initio voluntatis, ex post facto necessitatis sunt, *vulg. l. sicut, Cod. de O. & A.* nec beneficium restitutionis in integrum locum habet, vel *leg. 2. C. de rescind. vend.* Initium enim contractus inspiciendum est, *text. est express. in leg. si voluntate 8. ibi quod fuerat tempore venditionis, Cod. de rescin. vend. & ibi Anth. Gothofr. in not. ubi alleg. Rol. á Vall. 2. cons. 49. vid. Ant. Fab. in eod. definit. forens. lib. 4. tit. 30. definit. 2. in fin. & definit. 19. num. 4. d. l. 4.* Dolum enim in ipso contractus initio interveniisse nolumus. Imó fieri potest ut concessio privilegii alicujus concedenti ab initio lucrosa fuerit, mox autem damnosa existit, quo casu posterioris temporis damnum omninó non considerandum sed cum lucro prioris temporis compensandum, quemadmodum in simili tradunt Dd. si aliquot annis fuerit fertilitas, insequatur autem sterilitas, sterilitatem cum fertilitate compensari, *Gail. 2. obs. 23. nu.* 12. Sed posito hoc casu, quod privilegium graviter lædens possit revocari, quid si in facto dubium sit, lædat Privilegium, nec ne, quis cognoscet? Distinguo aut subdita Civitas, (idem de collegiis in privilegiorum materia intelligendum) agit contra aliam, & actrix sequitur forum reæ, si Princeps concedens sit superior. Is enim de privilegio cognoscit, qui illud dedit. *l. Neratius consultus* 101. *de reg. jur. Gail. 1. obs. 1. num. 7.* Aut damnum concernit ipsum Principem. Et quid de hac quæstione dicendum inf. exposuimus. Sed quid si jam constet privilegium lædere, utrum in totum tolletur, an ad moderationem aliquam redigetur? In totum illud tollendum, *Panorm. in c. suggestum de decim. & Oldend. cons. Marp. 5. vol. 1. tradiderunt.* Non ab hac opinione recedendum existimamus. Tantum enim abest, *ut in d. c. suggestum* planè tollatur privilegium, quemadmodum dissentientes contendunt; ut ad moderationem potiùs flectatur. Mandat enim Pontifex Abbati, & fratribus Dolonensibus, ut cum Abbate, & fratribus de Ursino rem omnem componant. Quod nos de transactione, quæ fit dato & retento aliquo, ineunda accipimus. Præterea loquitur tex. ille de privilegio ex gratia concesso. Unde ad privilegia titulo oneroso quæsita non procedit argumentatio.

62. Privilegia in simplicis donationis terminis consistentia, si per illa traditione vera, vel ficta dominium translatum sit: irrevocabilia censemus. *a* Secus si nec dum dominium translatum sit. *b*

a) Traditio enim cum sit modus acquirendi de jure gentium, atque hoc Princeps solutus non sit, rem semel alteri quæsitam auferre non potest. Unde ne vasallo

vasallo quidem, quamvis apud ipsum directum dominium remanserit, Imperator sine caussa feudum eripere potest, *c. 1. de nat. feud. c. 1. de feud. sine culp. non amit. Tap. d. c. 9. num. 54. & seqq. p. 2.* b) *Bald. in l. qui se patris, num. 34. C. unde li. Cravett. cons. 276. col. 2. Lancell. de jur. publ personar. lib. 1. c. 1. de præstant. Imp. §. privilegia potest revocare*, qui notabiliter Hostien. scripsisse refert: Non decere Principem sine causa revocare privilegia cõcessa, ne id levitati tribuatur. Sed hoc honestatis, non necessitatis. Privilegia autem non subditis ex mera gratia concessa etiã irrevocabilia esse, communis Dd. schola tradit, á qua in judicando non recedendum: *Tap. d. l. nu. 57.* Veritate tamen inspecta vix videtur probabilis differentiæ ratio reddi posse inter subditos, & non subditos. Vide etiam hac de re *Gail. 2. obs. 60. in fin.*

63. Non prætereunda hoc loco quæstio, quam difficilem vocat Barthol. *a* an privilegium Civitatibus ad beneplacitum, (donec voluero, vel donec revocavero,) concessum morte concedentis extinguatur? Privilegium his verbis, (donec voluero, & ad beneplacitum) indultum morte concedentis extinguitur: *b* Secus de illo judicandum, quod conceditur, quoad revocetur. *c*

a) *In l. centesimis, §. si ita stipulatus fuerit, n. 9. ff. de V. O.* b) Qui casus est, *c. si gratiosé de reser. in 6.* ubi tex. est in terminis. Quo etiam facit, *l. 4. ff. de locat.* ubi dicitur locatio, precariivé rogatio ita facta, quoad is, qui dedisset, locassetvé, voluerit, morté locantis finiri, *Goth. ad d. l. 4. ff. locat. in not.* c) Qui casus est, *c. si delegatus de off. deleg. in 6.* Differentiæ ratio hæc est. Cessat voluntas, morientis, *d. l. 4. ff. loc.* revocatur verò voluntas, cum contrarium ponitur, *Bart. in l more majorum, n. 17. ff. de jurisdict. & in d. l. centesimis*, quibus tamen in locis extra terminos quæstionis nostræ contrarius sibi videtur, *Tap. d. l. fin. p. 2. c. 3. num. 5. Gail. 2. obs. 60. nu. 5. Ex d. c.* gratiosé hoc etiam notandum; si privilegium concedatur ad beneplacitum Cæsareæ Majestatis morte condentis non extingui. Magis enim contemplatione dignitatis, quæ nunquam moritur, quám ratione personæ indultum videtur, ac proinde durabit perpetuó, nisi á successore revocetur, *Bart. & Tap. dd. loc. Toming. eleganter cons. 32. n. 47. & multis seqq.*

64. Actu quoq; contrario tolluntur privilegia.

Distinctio tamen adhibenda est, Aut enim privilegium consistit in faciendo, & illud per non usum spatio decennii amittitur, *l. 1. ff. de nundin.* Aut consistit in non faciendo; & subdistinguendũ est privatæ personæ concessum privilegium in non faciendo consistens unico actu contrario amittitur, si scilicet ille directé contrarius sit privilegio. Secus erit, si non directé contraveniat. Undé habens privilegium generale á muneribus publicis, si propria sponte munus aliquod acceptaverit, non præjudicat sibi in aliis, quoque, neq; etiam in illo, quod acceptavit, si denuo ad illud eligatur, *l. voluntaria, Cod. de excus. tut. Bart. in l. fin. ff. de const. princip.* ubi docet privilegium effectum successivum habens non tolli per unicum actum contrarium. Et ex hoc fundamento, *Mynsing. resp. 19. num. 36.* (loquitur tamen ibi de universitate, cui hæc etiam subdistinctio communis est) evicit Passavienses, quamvis Ratisbonensium naves ad appellandum non compulissent, cum cæterorum naves id facere cogerentur, privilegiis suis non excidisse. Universitati concessum privilegiũ

non tollitur, nisi præscriptione longissimi temporis, *Tap. c. 2. par. 2. num. 18. & 19. Gail. 2. obs. 60. num. 14.*

65. Collectam etiam imponunt Universitates, municipia, ville, licet regalibus destituantur, *a* necessitate id flagitante, *b* sine licentia superioris, *c* convocatis omnibus civibus. *d*

a) Tum enim collecta vi pacti, conventionis, & consuetudinis imponitur, nec censetur de regalibus, *argum. l. omnes, C. de oper. publ. l. §. quod si nemo, ff. quod jussu, universit. Bart. in l. 1. num. 24. C. de mulier. & in quo loc. Cravet. cons. 111. nu. 1. & cons. 195. num. 1. Henning. Goed. cons. 1. de auri & argenti fodinis n. 9. Florez. Disc. 82. Mena. q. 21. num. 12.* *b*) Secus si ex causa non necessaria, puta pro donando Principi. Hoc enim casu non consentientes non obligãtur, etiamsi major pars consensisset, *l. ambitiosa, ff. de decret. ab ord. fac. Faber. in C. defin. for. 2. lib. 9. t. 29. defin. 18. num. 1. vid. Los. de jure univers. p. 3. c. 8.* *c*) Nisi contrarium de consuetudine obtineat, *Los. d. loc. & Ant. Fab. C. l. 4. defin. for. tit. 39. per tot.* *d*) *Los. d. l. nu. 11.* quod enim omnes tangit, ab omnibus probari debet, per vulg.

66. Universitas autem quomodo collectam imponat, videndum est. Inspiciendum putamus causam impulsivam. A qua qui immunes sunt, & ab ipsis collectis immunes erunt, licet illæ postmodum in pecunia solvendę sint.

Bar. in l. 4. §. actor, ff. de rejud. Ergó si universitas condemnanda est, vel obligata ex contractu mutui, exemptionis, vel hujusmodi, & mutuum fuit acceptum pro causa, quæ respicit onus universitatis pro viribus patrimonii, *l. omnes, C. de oper. publ.* hoc casu imponetur per solidum & libram. Idem dicendum est, si aliquid emptum vel mutuó acceptum fuit pro alio munere patrimoniali: si verò pro expediẽdo munere personali: ut puta, si ex forma statuti quilibet debet ire ad exercitum vel ad quid aliud, tunc si deventum est ad compositionem, quod solvant aliquid, & non vadant, tunc collecta solvetur per capita.

67. An universitas immunitatem á collectis tribuere possit, quæstionis est.

Los. de jur. univers. p. 3. c. 10 n. 1. Ordini decurionum id negat, Concilio universali id tribuit. Nos verò hujusmodi immunitatem ex conventione cum communi facta, etiam interveniente pecunia, regulariter non valere concludimus cum *Cacher. decis. Pedem. 95. num. 29. quem ut & alios laudat Rosent. de feud. c. 5. concl. 84. fin. n.* Quia verò multa de privilegiis præcedentibus thesibus diximus corollarii loco hic subnectimus; an Principes Cæsare inferiores immunitatem á collectis Civitatibus suis concedere possint? In sui præjudicium id facere possunt, *Rosent. de feud. c. 5. conclus. 85. lit. c. ubi multos adducit.*

68. Collegium universitatis, cum expediendis omnib. prænegotiorum multitudine vacare non potest, Syndicum constituit. Fit autem illud per concilium legitimé convocatum, *a* sed requiritur, ut duæ partes ex tribus præsentes sint, & nomina Syndicum constituentium mandato inserantur. *b*

a) Los.

a) Loss. de jur. universit. p. 2. num. 12. & seqq. In facto quæsitum sufficiatné sola Consulum, Senatusque authoritas, an veró præter eam communitatis quoque consensus requiratur. Concilium certé habet potestatem constituendi procuratoris, nec abundantia generali id fieri necesse est, post *Cast. loss. d. loc.* Diversa tamen hac de re videntur extare præjudicia, unum in causa Mindensis Episcopi contra Civitatem Mindam, quod vult: quando ad instantiam partis Civitas quædam citatur, ad comparendum in judicio non sufficere á Consulibus & Senatu constitui Syndicum pro se & communitate, sed requirit insuper tribunorum assensum, *Mynsi. 1. obs. 76.* Alterum præjudicium de necessitate non flagitat intervent**ionem der gemeind/** vel **Zunfft/** ut per majora causa **Meintz** contra **Erffurd** / concl**u**sum ex *Symphor. vol. 1. p. 1 tom. 1 tit. de reconvent. constant.* Nos ex administratione Reip. & Stylo ac consuetudine Curiæ conciliationem petimus, adeó ut si penes Consules & Senatores administratio Reip. in solidum consistat, horum quoque consensus requiratur. Confer *Rauchbar. q. 1. per tot. p. 2. sic teste Sigon. lib. 17. de Regn. Ital. in Frider. II. p. mihi 36.* Bononiæ, aliisque in Civitatibus cõmune, & populus sunt. Populum vocant Rempubl. in potestate atque imperio populi positam, quæ communi, id enim optimatum erat, opponeretur. Si quędam toti corpori communia expedienda erant, utrorumq; consensus necessarius erit, sin secus, suus cuique parti consensus sufficit. *b)* Si constitutiones procuratoriæ sonent in nomina collectiva certam juris determinationem habentia, non necessaria est singularum personarum nominatio. Quod si fiant, per nomina singularia, quibus singula denotantur corpora, contrarium dicendum erit, nisi forsan singularia illa universalibus æquipolleant, *Mynsi. d. obs. 76. Mascard. concl. 1314. Loss. d. tract. p. 2. c. 1. num. 21.*

69. Syndicus autem tam ad judiciales, quám extrajudiciales actus constituitur. De his primo loco agemus; sed cum in extrajudicialibus negotiis Syndici, vel administratoris cura circa bona universitatis potissimum occupetur, de bonis quædam inserenda. Ac primo quærimus; An Universitati per singulos de Universitate acquiratur? Negativé respondemus.

Per liberam enim personam alteri non acquiritur, *l. communiùs servus, 42. §. 1. l. cum hæredes, 22. in fin. de acq. poss.* Nec possessio singulorum possessionem Universitatis probat: Aliud enim est universitas, aliud singuli de universitate. Ita in quærenda possessione post multos concludit, *Ioh. Vin. Honded. cons. 79. n. 26. & seqq.* nisi forsan particulares isti speciale mandatum habeant, *arg. l. 1. §. per procuratorem, 20. ff. de acquir. possess.* Idem obtinet, si Universitas legitimé congregata factum particularium ratum gratumque habeat. Ratihabitio enim mandato æquiparatur. Imó si actus successivus sit, sola patientia sufficit, *gloss. in l. sicut, §. si quid in fin. ff. quod cujusq. univer.* licet de congregatione solita, & deliberatione præcedente non appareat. *Confer Mynsi. cons. 19.*

70. Ut universitates præscribunt, *a* ita earundem res præscribuntur. *b*

a) Civitas exercens jurisdictionem tanquam libera & exempta, sciente & patiente adversario domino, potest eam præscribere; *Petr. de fideicom. q. 12. nu. 296.*

poss

post Lapum alleg 85. *num.* 5. *b*) Probatur *per text. in l. si finita*, 8. §. *si de vectigal. ff. de dam. inf. l. ut inter, Cod. de SS. Eccl. l. omnes, C. de præscript.* 30. *annor. sed cum d. l. ut inter, C. de SS. Eccl.* quæ quibusdam in casibus Ecclesiis & Civitatibus 100. annorum præscriptionem tribuit, per authent. quas actiones *ex Nov.* 131. *c.* 6. desumptam derogetur, an idem ad Civitates extendendum sit, dubitatur? Negativam propugnamus. Jura enim derogatoria stricté accipienda sunt, & quod mutatum non est, cur stare prohibetur. *Vult. l. sancimus, C. de appell. consentit. Cravett. de antiq. temp.* p. 4. §. absolutis differentiis quatuordecim *num.* 32. *& seq. fol.* 406. *editionis Spirensis*, D. *Rosen. de feud. c.* 6. *concl* 87. *l. f. in fin. Petr. Barbos. Lusitan. in l. si constanter. ff. sol.* 104. *in pr. matrim. Cuj. tract. de diu. tempo. præsc. & term. c.* 31. *f.* 370. ubi causam huic legi abrogandæ Clericorum quorundam scelus dedisse ex Suida refert.

71. Per donationem quoq; Universitati bona acquiruntur, sive ea puré, sive sub conditione facta sit, *a* Pollicitationes autem Promissorem tum demum obligant, si justę, & ob aliquam causam factæ sint. *b*

a) *L. hoc jure utimur, ff. de donat. d. l. ut inter.* Conditiones autem pro libitu apponi possunt, quæ tamen si minus utiles Reipubl. sint, negligi possunt, *l. legatum, 4. ff. de adm. rer. ad Civ. l. Imperatores, §. iidem rescripserūt, ff. de pollicit.* neq; donationes perfectę pœnitentia revocantur, *l. §. fin. ff. de pollicit.* *b*) *l.* 1. §. *non semper ff. eod.* Imó & hæres opus cœptum continuare cogitur, quod si facere recuset extraneus hæres, quintam partem sibi ab eo, qui opus cœpit, relictorum, Civitati, cui pollicitatio facta est, dare tenetur. Qui autem in numero liberorum est, decimæ dandę necessitati astringitur, *l.* 14. *ff. eod.* Pollicitator munificientiæ suæ fructum ex inscriptione nominis sui operibus facienda percipit, *l.* 2. *ff. de oper. publ. l. legatum, 4. ff. de adm. rer. ad Civit. pertinent.* Qui opus ab aliquo factum adornare voluerit, priorum manentibus titulis suum adjicit. Qui operi publico faciendo de suo quid adjicit, ita beneficio inscriptionis tituli gaudet, ut quantam summam in id opus intulerit, inscribatur, *l. ult in fin. ff. de operib. publ. Los. de tract. d. jur. univ. p.* 3. *c.* 12. *num.* 5. putat donationem Reip. sine causa factam non valere, & rationem quęrit, cur secus ac in privatis. Nos etiam sine causa facta Reip. donationem irrevocabilem putamus, *per l. qui liberalitatem*, 2. *ff. de oper publ.* ac proinde frustra ratio differentiæ quæritur. Sané de illo veriús quæri potest si quis sine causa quid pollicitus fuerit, & expollicitatione rem postmodum tradiderit, an revocare donatum condictione sine causa, vel rem vindicare possit tanquam donatione propter prohibitionem legis nulla existente? Negativé cum JCtis *in l.* 3. §. 1 *ff. de pollic.* concludendum.

72. Testamentis etiam, atq; ultimis voluntatibus hæreditas, & legata universitatibus relinqui possunt.

L. 1. *d. l. ut inter, C. de SS. Eccl. c.* 97. *ff. de cond. & demonst.* in tantum ut etiam fideicommissum ab iis relinqui possit, *l.* 1. §. *si autem collegium l. omnib.* 16. *ff. ad SC. Treb. Los. d. c.* 5. *num.* 1. Sed an Civitati relictum videtur, quod civibus in genere relictum est? Affirmamus, *l.* 2. *ff. de reb. dub.* quæ tamen regula limitationes quasdam patitur, quas recenset, *Los. d. loc. num.* 13. *& seq.* Quod etiam administratoribus Civitatum relinquitur, Civitati ipsi relictum videtur, *Bart. in d. l.* 2. *ff. de reb. dub.* nisi forté administratoribus Civitatum propter benemerita ab ipsis percepta, vel ipsis proprio nomine expresso, vel quibusdam eorum tantúm relictum sit, quo casu adminis-

miniſtratoribus tanquam ſingulis legatum erit, *Loſ. d. loc.* Imó non tantùm mobilia & immobilia, ſed jure quoque & uſufr. & alia univerſitatibus legari poſſunt, *l. ſi uſus fructus*, 21. *ff. quib. mod. uſufr.* qui finietur, ſi Civitas aratro ſubjiciatur, vel cives communicato conſilio alió migrent, *Goth. in not. ad d. l. uſusfructus, ff. de uſu & uſufr. Eleganter Cuiac. tract. de præſcript. c. penult. & Tiraquel. tract. de privil. pia cauſa privileg.* 91. Quod de uſufr. diximus, in legato quoque annuo univerſitati relicto obtinet, *argum. l. in annos ſingulos ff. de legat. ann. Conſ. Tiraq. de privil. pia cauſa privil.* 90. Sed an Falcidia detrahatur relictis univerſitati? Affirmativé concludimus, *text. in l. 1. § ad municipium, l. 3. §. ult. ff. ad l. Falc. l. 3. Cod. ad SC. Trebel.* Eccleſiis tamen aliisque locis relicta Falcidiam non patiuntur, *l. aut ſimiliter, C. ad l. Falc. ubi Goth. in notis. Vide etiam Tiraqu. d. tract. de privil. pia cauſa privil. 46. & 62. Nov.* 131. *c.* 12. Piis a. cauſis relicta opificum collegiis & ſodalitatibus non annumeramus. *Tiraq. in præf. dict. tract. verſ. item relictum fraternitatibus & verſ. contrarium tamen tenet, fol. mihi* 51. *col.* 1. Neque tantùm Univerſitatibus, ſed & certæ earum parti legari poteſt, *l. ſi quis á filio* 32. *§. ſi parti, ff. de leg.* 1. Sed an pars ſola, ſeu ejus Syndicus petere poteſt legatum ipſi univerſitatis parti relictum? An verò petitio ad totam univerſitatem ſpectet? Placet diſtinctio Alexandri á Loſæo adducta, ut ſcilicet ſi certa Civitatis parti relinquatur ad ornatum, pars ipſa ſi indeterminatum legatum ſit, tota univerſitas petat. Nec intereſt, utrum toti univerſitati quid indefinito, an ad certam cauſam relinquatur? Sed an ad certam cauſam relicta pecunia in alium uſum transferri poteſt? Diſtinguo. Aut id opus, vel factum, ad quod pecunia relicta eſt: in illa Republica licitũ eſt & potiſſima eſſe debet teſtatoris voluntas, *l. 1. ff. de adm. tut.* dũmodo pecunia illi res., ad quam relicta eſt, ſufficiat; quod ſi non ſit ſufficiens; authoritate principis in alium uſum maximé neceſſarium transferetur, *d. l. legatum*, 4. *in princ.* Aut opus eſt illicitum, & ſubdiſtinguendum, vel enim ipſe teſtator cavit, quid fieri deberet, ſi pecunia ad iſtum uſum converti non poſſet, & teſtatoris voluntas ſervanda erit, *c. verum de cond. appoſ.* Aut teſtator nihil aliud cavit, & de ſententia Principis, & Primorum in alium uſum converti poteſt adhibitis etiam iis, quorum intereſt, *l. legatum*, 17. *ff. de uſu & uſufruct. legat. d. l.* 4. *in fin. ff. de adminiſtr. rer. ad Civ. pert.* 13. § 1. *ff. de pollic. Dauth. in l. teſtam.* 10. *C. de teſtam.* Hinc quæſitum; ſi pecunia pro Miſſis Pontificiis canendis legatur, an ſublata Miſſarum celebratione, pecunia in alios uſus converti poſſit? Qui eam hæredibus reſtituendam contendat, quod ſciam, nemo eſt & probatur hoc *text. d. l. legatum Civitati* ubi dicitur, adhibitis hæredibus diſpiciendum eſſe, in quam potiſſimum rem convertatur. *Sed Tiraq. Bald. ſecutus d. tract. priv.* 135. vult ad certum uſum legata alteri quidem uſui deputari poſſe, nec tamen illud in legatis ad piam cauſam procedere. Nos hanc diſtinctionem improbamus; cui nec ipſe Tiraq. multum fidit, & ad alios pios uſus transferri poſſe affirmamus, *argum. d. l. legatum Civitati, & d. l. legatam. Idq; Barth. in d. l. legatum Civitati* exemplificat in teſtatore relinquente 100. pro Miſſis canendis, quę propter interdictum Eccleſiæ non poſſent cantari, & relictum in alium pium uſum converti poſſe docet *Bart. ſequuntur Hier. Schurff. conſ.* 90. *num.* 13. *cent.* 1. *Mod. Piſt. conſ.* 54. *num.* 33. *vol.* 1. *& conſ.* 18. *num.* 37. *vol.* 1. *Weſ. conſ.* 27 *num.* 8. Sed an ad converſionem illam in aliam piam cauſam requiratur Epiſcopi authoritas? *Clem. quia contingit de relig. domib.* requirit authoritatem Pontificis. *Quod & Schurff. conſ.* 48. *num.* 11. *cent.* 1. *Mod. Piſt. conſ.* 43. *nu.* 38. *vol.* 1. *d. conſ* 18. *num.* 38. *vol.* 2. *Marc. Loſ.*

cons. 33. num. 35. volum. 1. varior. Germ. ICtorum statuerunt, quo etiam faciunt notata Sim. de Prat. interpre. ult. volunt. l. 4. dub. 3. num. 22. & 232 A quibus discedimus: Post erectam enim constitutionem religionis, qua jurisdictio Episcoporum spiritualis in Augustanæ Confessionis ordines sublata est, magistratibus Politicis hęc conversio meritó relinquitur. Faciunt huc not. *Dauthii de mutand. test. potestate, fol. mihi 141. num. 93.* Et ut uno verbo rem omnem expediam: sublato hac in parte jure Canonico ad jus Civile reditum est, quo sacrorum dispensationes á Prætore & Imperatore fiebant. Pontific. autem omni imperio, & jurisdictione carebant, *l. in principio. ff. ad munic. tot. tit. Cod. de Episc. aud. ubi Dn. Pr. Pacius, Sueton. in Tib. c. 33. Bod. de Repub. l. 3. c. 3.*

73. Ab intestato tamen Civitates municipales Civibus suis non succedunt.

Bona enim vacantia cedunt fisco, *l. 1. C. de bon. vacantib. ibi*, nisi forté libertam habent, *l. unic. ff. de libert. univ.* sunt quidem collegia, quę aliis de collegio ab intestato succedunt, ut sunt decuriones, navicularii, cohortales, milites, Fabricenses, de quib. *tot. tit. C. de har. dec.* agitur, Sic & socio imperialis liberalitatis fine successore morienti succedit socius, *l. unic. C. si imper. liberal. soc. Petr. Greg. Syntag. l. 43. c. 15. num. 4.* ubi dicit præferri uxorem socio & collegio, *argum. l. si quis presbiter. 20. C. de Epis. & Cler.* Sic Monasterium succedit ei, qui Monasterio se devovit, fine testamento vel liberis moriatur, *d. l. si quis presbyter. c. fin. 12. 9. 5. cap. 1. ext. de suc. ab intest.* Arcto quoque præfecti prætorio mortuo præfectiano similiter succedit, *l. 3. Cod. de appar. it. praf. prat. Cuj. ad tit. C. de her. decur.* Fratre quoq; ordinis S. Joan. mortuo, omnia bona tam mobilia, quám immobilia pertinent ad commune ærarium ordinis Greg. *d. l. num. 8.*

74. Quæ hactenus proposuimus in licitis obtinent collegiis: secus est in illicitis. Ea enim nec ex testamento, nec ab intestato quicquam capient.

L. collegium, 8. C. de hared. instit. l. cum senatus, 20. ff. de reb. dub. Dauth. de rest. substant. 4. num. 300 f. 342 vers. decimo collegium Petr. Greg. l. 42. tit. 35. nu. 15. Mich. Graff. recept. sent. l. 1. § legatum, quæst. 12. Hoc tamen notandum, licet collegio relinqui nequeat, certis tamen & singularibus collegii personis ex testamento legatum hæreditatemque percipere prohibitum non esse. Hi enim non quasi collegium sed ut certi homines ad legatum admittuntur; *d. l. cum Senatus.* Hinc concludit *Bart. in leg. prima, C. de Iudæ:* licet collegio Judæorum relinqui non possit, singulis tamen legatum valere, quod dari forsan potest. Sed vult idem legatum Judæis Perusii habitantibus tanquam singulis personis factum cõsiderandum esse, ne alioquin legatum reddatur inutile, *l. quoties, 12. ff. de reb. dub.* quod sequitur *Losa. d. p. 5. nu. 57.* Verúm huic sententiæ propter expressum; *text. in d. l. 1. Cod. de jud.* subscribere non possumus; si tamen collegium ratione sectæ reprobatum sit, ne quidem singulis quicquam poterit relinqui, *leg. 3. C. de hæret.*

75. Universitates etiam contrahendo alios sibi obligant, aliis q; obligantur. Hinc quæsitum, an administratores universitatis pecuniam mutuó dare possint? Affirmatur.

L. si bona

L. si bené collocata, 33. ff. de usur. prospicere tamen debent administratores, ne pecuniæ publicæ sine pignoribus idoneis, vel hypotheticis credantur, *d. l. 33.* quod si eæ bené collatæ sint, non debent compellare debitores, sed hoc tantùm agere, ut quotannis solvantur usuræ, cum simul & Reip. utile sit, retinere idoneos debitores, & ipsis commodum, debitorum cumulum non augeri, *l. 2. C. de debit. Civ.* Si administratorem non satis tuto pecuniam fœnori collocare contingat, in sortem tantum condemnabitur, si nulla fraus, vel culpa ejus arguatur, *l. Lucius, 21. §. Paul ff. ad municip. l. ult. in pr. ff. de adm. tut. l. cum quidam, 17. §. penult. de usur. Cujac. in com. ad tit. C. de iis, qui ex off. & ib. D. Pr. Pac. in Isag.* Si etiam debitor Reip. bona quædam alienavit, quę tempore contractus possidebat, emptor & in sortem usuras pro quota tenebitur, *d. l. 2. de debit. Civ. ubi Cujac.*

76. Et mutuó obligatur Civitas mutuum accipiens; *a* necin utilitatem publicam pecuniam versam esse, necesse est docere. *b*

a) Si sc. ipsa mutuum accipiat. Dicitur autem Civitas quid facere, cum ita convocata est, ut in creandis magistratibus & legibus ferendis solet. Si etiam in eodem conventu nominatim actorem constituat ad pecuniam accipiendam, idq; ab illo fiat. Civitas obligata censebitur, *l. 5. §. gessisse. ff. de adm. tut. l. 1. §. ait, ff. unde vi. Dunl. in l. Civitas, num. 3 ff. de reb. cred. Abb. in c. 1 depos. & c. per de fidejuss Menoch. de arb. jud. qq. lib. 2. cent. 5. c. 432. Los. d. tract. p. 3. c. 1. nu. 8. & 9.* Et hæc regula procul dubio procedit, si mutuum ex alienatione bonorum mobilium minimé pretiosorum solvi possit, & *teste Menoch.* dissentiente nullam habeat. Sed quid dicemus, si tanta sit mutui quantitas, ut ex mobilibus plané solvi nequeat, sed ad immobilium alienationem, quæ tamen sine consensu superioris fieri nequeat, procedendum sit? Communis est opinio, á qua etiam in judicando non recedendum, nullam hîc distinctionem admitti oportere. *Post plurimos á se alleg. Menoch. d. loc. n. 7. Mascard. de probat. concl. 1165. num. 17. 18. & 22.* *b)* Quinimó etiamsi non modó in publicam Civitatis utilitatem pecuniam nõ versam, sed Principi, vel alteri mutuó datam constet. Civitas obligata erit, nec Princeps, licet ad eum pecunia pervenerit, convenirí poterit, *l. eum qui mutuũ, 16. C. si cert. petat. l. eum á quo, 16. C. de solut. l. si u, 8. C. depos. Coler. de proces. execut. par. 2. c. 3. nu. 355.* Idem obtinet, si Civitas pro Principe fidejusserit, vel Principalem se constituerit, *Col. dict. loc. 7.* ubi ita Scabinos Lipsenses contra Civitatem Helmstadt, quæ pro Principe intercesserat, mense Majo Anno 1554. & se contra civitatem Alsfeldt/in curia provinciali, Anno 1575. pronuntiasse scribit. Et novissimé in Camera Imperiali. In Sachen Philips Schaden/ contra Schultheissen/ Raht/ vnd Gerichts-Personen zu Simmern/ Kirchberg vnd Stromberg injungendo parition em mandati judicatum fuit. Nec distinguimus, utrum quantitas pecuniæ mutuó acceptæ magna, an parva sit, & solviné possit ex mobilibus, an immobilia sint alienanda, *Mascard. d. l. Dissentit. post Innoc. & Cardin. Panorm in d. c. pen. de fidejuss.*

77. Utrum autem Civitas administratoribus ejus mutuam pecuniam accipientibus obligetur, distinctione explicandum est. Aut enim administratores Civitatem repræsentant, aut bona tantúm administrant: Priori casu Civitas obligatur, *a* etiamsi de in rem verso non cõ-

stet; *b* Posteriori casu non aliter, quám si de pecunia in usus publicos erogata constet. *c*

a) Cùm enim hi ipsam universitatem, vel civitatem repræsentent, quodi. psi fecerunt, Civitas fuisse creditur, *arg. l. quod semel, ff. de decret. ab ord. fac. l. si in qui bona, l. si rem de pig. Confer Bart. in l. præses, num. 4. C. de transact. Donel. de reb. cred. in d. l. Civitas n. 3. Hart. Pist. quæst. 37. nu. 5. sub fin. p. 1. Henning. Gœd. de jure Civitat. lib. 5. num. 10. Coler. de process. execut. p. 2. c. 3. num. 335. & 347. Novissimé Anton. Faber in C. defin. forens. tit. de oblig. & act. defin. 5. num. 9. in alleg. Gothofred. ad d. l. civitas.* Quòvis autem ex tali mutuo Civitas obligetur, & bona civitatis communia, pro debito tamen universitatis singulares personæ vexandę non sunt. Nec enim debitum universitatis est debitum singulorum, *l. 2. in fin. ff. quod cujusq; Col. d. cap. 3. num. 356. Hart. Pist. q. 37. nu. 6. Gœden. d. cons. 5. num. 26. Dn. Correferens in decis. Camerali. D. Meischn. tom. 4. decis. 27. num. 17. ibi minus autem dubii.* *b*) Nec enim præsumuntur consiliarii præjudicare voluisse Civitati. Huc enim facit *c. nisi essent. de præbend.* quod, si illud interdum fallat, sibi id imputet Civitas, *text. in l. 1. §. unde quæritur, filius de exerc. act. Coler. d. l. num. 354.* *c*) *Sæpé alleg. l. civitas* exemplo tutoris & Curatoris, ex quorum facto tum demum contra pupillum datur, ac si in rem pupilli versa sit pecunia, *l. 3. quan. ex fact. tutor.* Consen. ferè omnes *in d. l. civitas.*

78. Civitatum administratores an bona singularium Civium, eorumq; personas, ut, donec solutio fiat, arrestentur, obligare possint, quæritur? Negantium sententiæ accedimus.

Cum Castrens. cons. 20. per tot. p. 1. Gœden. d. cons. 5. num. 39. Gail. de arrest. c. 9. n. 1. Ubi affirmativam sententiam duram & æquitati contrariam esse asserit, maximé. In Zinßverschreibungen/quam opinionem Camera quoque in causa Benneti cõtra Natzfeldt reformata Senatus F. sententia comprobavit. Ratio hæc est, quod obligare personas, & bona civium non respicit utilitatem publicam. Neque Respub. imó ne Princeps quidem in personarum singularium bonis quicquam juris habet, *Cast. d. cons. 20.* Accedit, quod contractus non nisi consentientes obligat. Nos autem Cives non consensisse præsupponimus. Certé, si consenserunt Cives, ipsi quoq; obligabuntur, sed tanquam correi debendi, & tam ipsi, quám ipsorum bona pro tardata solutione impediri & arrestari possunt, *text. in l. nemo est & l. reos promittendi ff. de duob. reis & l. 2. & 3. C. eod. Gail. præcit. c. 9. num. 16.* Alia hinc surgit dubitatio, an hoc casu unus Civis pro integro debito universitatis, tantisper dum solidum solvatur, detineri queat? an vero pro rata sua solvendo liberetur? Inspicienda sunt verba obligationis, si dicatur, obligamus universam Civitatem, sive universos & singulos de Civitate divisa censetur obligatio, *Bar. in l. 4. §. actor. de re jud.* si dicatur. Obligamus omnes & singulos cives in solidum, quilibet pro tota summa tenebitur, *Bart. d. loc. n. 10. Coler. d. loc. nu 367. Confer quoq; Dn. Correferentem in decis. Meisch. d. tom. 4. des. 27.* Indemnis tamen ab universitate tenendus erit, qui solvit; *Bart. d. l. 4. Ant. Faber. in C. lib. 4. tit. de oblig. & act. definit. 4. n 5.*

79. Pecunia mutuo accepta si in utilitatem publicam versa non fit, soli obligabuntur contrahentes, *a* Sed qua actione conveniuntur administratores? Condictionem ob causam damus. *b*

a) d.

a) d.l. Civitas ubi supra laudati Dd. *b)* Variis modis fieri potest, ut pecunia non fiat mutua Civitati, si vel pecunia ab administratore Civitatis in publicam utilitatem non convertatur, vel alius rectorem se fingens universitatis pecuniam dissipet, vel in usus suos convertat. Neutro horum casuum civitas tenebitur, sed contra accipientis condictio ob causam competet. Eo enim fine, ut in publicos usus erogaretur, pecuniæ numeratio facta est, qua causa cessante meritó condictioni locus erit, *tot. tit. ff. Cod. de cond. cauſ.* Actionem de dolo negamus: Alia enim hîc supereſt, *l. 1. §. ait prator ff. de dolo. Diſſen. Loſ. de jur. Vniver p. 3. c. 14. nu. 5. allegans Bar. Salicet. & alios. Et Hart. Piſt. d. q. 37. num 69.* Condictioni ex mutuo ideó locus esse nequit, cum non eo fine, ut in accipientem transferretur, mutuum datum sit. Cùm ne institor quidem, quamvis cum eo, ut institore cõtrahatur, suo nomine obligetur, *l. ult. 1 ff de inſtit. act. Don. in d. l. civitas num. 11.* nisi administrator se quoque obligaverit simul, quo casu ut correus debendi, vel expromissor secundum tenorem obligationis conveniri poterit, *l. ſi non ſubſcript. 15. C. de adm. tut.* etiam finito officio, nec enim tempus est modus tollendæ obligationis, *l. obligationum feré, 44. § placet ff. de O. & A.* licet aliâs dici soleat, obligationem ex causa officii contractũ cum officio deponi, *l. ult. ff. de Inſt. act. l. 1. C. quan. ex. de tut. Fab. in C. def. for. d. tit. de O. & A. def. 15 per tot.* Dissentire â nobis hinc nititur, *Loſ. d. loc. nu. 14.* ibi, per hoc non excluditur, quin ipsa eriam teneatur proprio nomine ex eodem contractu. At quomodo instituenda erit actio, si incertus sit creditor, utrum pecunia in publicũ conversa sit commodum, nec ne? Expedita ratio est creditori suum consequendi, si statim adversus actorem, cui pecunia data est, actionem dirigat, quam adversus illum haber, nempé condictionem ob causam, & petat: quoniam pecunia data sit ob causam non secutam, ut ipse ad restituendam eam pecuniam damnetur. Hâc intentata actione creditor suum sine longioribus ambagibus consequetur, *Don d. l. civitas ſub fin.* aliam tradiderunt praxin. *Gail. & Hart. Piſt. alleg. locis.* Posse scilicet creditorem alternativé intentare actionem ex mutuo adversus ipsum administratorem, vel temp. in eodem libello, quod nos cum Alciato ab Hartm. adducto, non tamen ex Alciati fundamentis, sed ideo negamus, quod, ut suprá latius deduximus, actio personalis ex mutuo contra administratorem non detur, *Donell. d. l. civitas vid. Hart. Piſtor. diſſentientem, nu. 52. in 5. declarat.* Cui pecuniam in utilitatem publicam cõversam esse probandum. Administrator Civitate ad id citata, si onere solvendi liberare se velit, id probet. Cùm enim á creditore conventus alleget in utilitatem publicam redundasse pecuniam, meritó intentionem suam probabit, *l. 2. & ſimilib ff. de probat.* Nec sufficiens est instrumentum, quod in usus publicos pecuniam erogatam dicit, *auth: hoc jus porrectum, C. de SS. Eccl. Coler. de proceſſibus execut. d. loc. n. 340. Hart. Piſt. num. 31. & multis ſeqq.* Nec ab hac probatione administratorem relevare poterit, quod Civitas mutui accepti tempore pecunia indiguerit, quod summa parva, quod in præsentia decurionum numerata, *Donel. d. loc. num. 10.* Si tamen ultra causam, quæ tempore mutui pecuniam requirebat, post mutuó acceptam pecuniã cessasse causam, & necessitatibus Civitatis subventum esse probetur, hoc admittendum erit, *l. ſi ventri. § fin. ff. de privileg. creditor. Piſt. d. loc. n. 3. Maſcar. concl. 1166. n. 8. Menoch. conſ. 432. n. 34. de arbitr. jud.* sufficit etiam vel semel utiliter collocatam esse pecuniam public. *Maſcard. Menoch. Piſtor. d. l.*

80. Quæritur, an in rebus Civitatis census constitui possit? Di-

stinguimus. In bonis universitatis ad perpetuum usum destinatis sine licentia Principis census constitui nequit: secus est in aliis bonis, quæ in patrimonio Universitatis sunt.

L. sed. Celsus 6. in princ ff de contrah. empt. post plurimos Felician. de Sol. lib. 2. de censib. cap. 3. nu. 26. & 27. Ubi similiter in rebus Ecclesiasticis ad altare pertinentibus, & cultui divino destinatis id fieri posse negat. Sed an in officiis publicis census impositio admittitur? *Felician. de Sol. d. loc.* distinguit inter officia justitiæ administrationem annexam habentia, & ea destituta. Hæc censui subjacere, illa exempta esse oportere docet. Nobis supra modum placet illud Imp. Alexandri Severi: Necesse est, ut qui emit, vendat. Ego non patiar mercatores potestatum, quos si patiar damnare non possum. Erubesco enim punire illum hominem, qui emit & vendit. *vid. Cujac. in Nov. 8. in pr. & c. 1. & ad tit. C. de suffragio.*

81. Universitatis est, quod universitati comparatum est.

Res enim illi, cui empta est, acquiritur, licet pecunia illius non sit, *l. 6. C. de poss. l. pen. & tot. tit. C. si quis sibi vel alteri, Tiraq. de privil. piæ caus. privil.* 120. ubi ait, Administratorem publicæ pecuniæ, si rem emat, videri eam emisse pecunia Ecclesiæ, vel civitatis, ac proinde eam civitatis, vel Ecclesiæ esse, quod & voluit *Menoch. cons. 80 n. 2. l. si ut proponis, C. de rei vind. l. 2 ff quand. ex fact. tut. l. curator, C. arbitr. tut.* Huc etiam facit, quod Ecclesia, Civitas, & pupillus æquiparantur. Tutor autem, si emerit pecunia pupilli rem, licet eam sibi emat, res tamen pupillaris erit, *Menoch. d. loc.* Excutienda hîc est quæstio non minus controversa, quám notabilis, an rei Ecclesiæ, vel civitati emptæ dominium sine traditione in Ecclesiam, vel civitatem transferatur? Affirmativa verior, *per text. expressum in d. l. ut inter C. d. SS. Eccl. ubi Bar. num. 4. & 18. Hieron. Marlon. in repetit. l quoties, C. de rei vind. n. 100. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. de fiess. §. 33. gloss. 3 in verb. vendere. Gothofr. in not. ad d. l. ut inter. Dissentit Azo á Bart. merito reprehensus.* Exemptionis enim contractu non datur rei vindicatio, sed actori actio empti, venditori venditi competit, nec ex nudo venditionis contractu, sed subsecuta demum traditione transfertur dominium, §. *per traditionem v. vẽdita Inst. de rer. divis. l. traditionibus, C. de pactis.* Unde cum hîc rei vindicatio detur, & res tantúm vendita esse dicatur, speciale quippiam hoc in casu esse necesse est. Nec officit, si quis traditionem præcessisse conjicere velit; illa enim conjectura nullo modo ferri potest. Præterquam enim quod in l. nulla traditionis pręcedentis mentio fit, supervacua foret nova illa constitutio, quæ hoc casu personalem, & realem actionem, & quidem Ecclesiis ac civitatibus concedit. Accedit deniq;, quod res Ecclesię, vel civitati vendita, rei Ecclesiæ, Civitati, alterivé privato legatæ comparatur. At pro rebus legatis etiamsi nec dum traditæ sint, rei vindicatio, hypothecaria, & personalis actio competit, §. 2. *Inst. de leg. ubi omnes.*

82. Res etiam Civitatis vendi possunt, sed non sine singularibus qubusdam solennitatibus.

Solennitates in venditionibus, aliisq; rerum Civitatis alienationibus requisitæ, *in l. fin. C. de vend. reb. Civit.* recensentur; quarum prima est; ut venditioni interveniat major pars tam Curialium, quám honoratorum & possessorum Civitatis. 2. ut hi juramentum præstent, quod credant, talẽ alienationem utilem esse Civitati. 3. Ut judex causa cognita decretum interponat. 4. Ut bona subhastentur, & qui plurimum

rimum contulerit, ea consequatur, *Ioh. Petr. Surd. cons. 28. nu. 82. & seq. Menoch. cons. 80. n. 22. Cujac. & D. Pr. Pac. in d. l ul. C. de ven. reb. Civ* sed an propter diuturnitatem temporis solennitates interveniſſe dicendę sunt? Regulariter quidem asserunt Dd. *vid. Surd. d. cons. 28. num. 11. v. 1. quod ex quo.* Fallit tamen regula, si agatur de gravi præjudicio, nec pars adversa habuerit scientiam, item si ad actum aliquem scriptura requiratur, ex qua constet requisitas solennitates non interveniſſe. In certis enim præsumptioni locus non est, *Surd. d. l.* Et hoc adeó obtinet, ut Civitates solennitatibus hujusmodi renunciare nequeant. Jus enim publicum privatorum pactis mutari non potest, *l. jus public. ff. de pact.* Ita in terminis concludit, *Luc. de Penna hic Cayc. decis. 93. Surd. Menoch. d. l. Los. d. tract p. 3. c. 5. n. 15. & seq.* Non tamen ut in murro ita & hîc, quód alienatio publico bono cesserit, probare necesse est, *Hart. Pisi. d. q. 37. n. 51. limit. 4.* ubi utriusq; sententiæ assertores recenset.

83. Rerum Ecclesiasticarum alienatio singularia multa habet, quæ attingenda. Bona Ecclesiastica non nisi maximis cum solēnitatibus, *a* & quidem certis tantúm in casibus *b* alienari possunt.

a) De jure civili textus sunt in l. jubemus, 14. & auth. hoc jus porrectum, C. de SS. Eccl. Nov. 7. c. 1. & Nov. 120. c. 6. & 7. Iure Canonico c. casellas & c. hoc jus porrectum 12. q. 2. c. 56. 10. & tot. tit. extr. de reb. Eccl. non alienand. *b)* Qui tres á Dn. Pacio recensentur. I. Res immobiles alienari possunt propter debitum, quod ex fructibus dissolvi nequit, *d. c. hoc jus porrectum.* II. Propter redemptionem captivorum, vel sustentationem pauperum tempore caritatis annonæ, *Aureus text. in c. aurum, 70. p. caus. 12. q. 2. & c. 1. in fin. ibi.* III. Propter utilitatem publicam, ut quia vendūtur res, quæ servando servari non possunt, aut quæ magis oneri, quám emolumento sunt Ecclesiæ. *c. 7. de reb. Eccl. non alien. Panor. 4. casus recenset sed res eodem redit. Conf. Kirch. cons 3. n. 4. var. Germ. ICtorum tom. 3. & Cothm. cons. 30 num. 12. & seqq.* Opportunè hoc loco quæritur, an propter benemerita talis alienatio fieri possit? Affirmativè respondemus, *c. liberti Eccles. 12. q. 2.* Si enim servis, quorum conditio non fert pulchrè de Ecclesiis mereri, libertas res inæstimabilis ab Episcopo dari potest, quid vetat homini libero, cui propter insignia officia plurimum Ecclesiæ debet oppignorare, minoris locare, vendere, aut etiam donare agellum? *arg. can. si quis, 12. quæst. 2. Cothm. d. cons. 38. num. 26.* Distinguunt nonnulli inter res mobiles, & immobiles; quos satis refellit generalitas *Canon. quicunq;, 12 q. 2. & canon. Eccl. ibi.* Sed anne sufficit simplex meritorum enumeratio? Aliter de iis constare oportere voluit. *Tiraq. in l. si unquam verb. donatione largitur, C. de revoc donat. cui consentit Carol. Molin. cons. 20. sed Kirch in commun opin. cent. 1. concl. 8. hac de re sub judice litem esse asserit.* Nos si à Principe Ecclesiastico numeratio ob benè merita facta sit, idq; instrumento exprimatur, pro meritis præsumptionem militare volumus, *arg. eorum quæ tradit Myns. cent. 5. obs. 17.* maximè si talis sit Princeps, qui liberrimè alienare possit. *Confer Mascard concl. 184. n. 33. Bart. in l. ambitiosa de decret. ab ord. fac. Cothm. d. cons. 30. nu. 49.* Non etiam necesse est, hujusmodi merita remunerationi æquipollere. Reperiūtur enim viri tám excelso animo, ut existiment, collatum sibi in tempore beneficiū; quamvis minimum, ingenti pecunia compensari non posse, licet alius quis vilioris, abjectioris q; animi nulla, aut minima certé remuneratione dignum illud arbitrarentur, *Mascard. concl. 296 n. 9. Cothm. d. consil. 30. n. 48 allegans Tib. Decian. volum. 1.*

dicen-

dicentem in Principe viro Arithmeticam proportionem non tam exactè considerandam, *Diff. Bart. in l. si quis pro eo, §. 1. in fin. ff. de fidejuss. & alii á Mascar. adducti vid. etiam Tap. de constit. princ. c. 9 p. 2. n. 7. & seqq.*

84. Modus alienandi bona Ecclesiastica pro bonorum qualitate varius est. Eorum, quæ servando servari non possunt, alienatio solennitatem nullam requirit. *a* Eà, quæ servando servari quidem possunt, sed parum quidem utiles Ecclesiæ, vel etiam exiguæ sunt, solus Episcopus distrahere potest. *b* Quæ servando servari queunt, & magni præjudicii sunt, sine Clerici consensu, aliisq; solennitatibus ab Episcopo distrahi nequeunt.

a) Hostiens. á D. Pac. relatus in Isag. d. t. de reb. Eccl. *b) c. terrules, 12. q. 2.* *c) c placuit, 12. q. 2.* Harum solennitatum, quas in rerum Ecclesiasticarum alienatione jus Canonicum requirit, cum frequentissimæ de iis in foro lites sint, nonnullas breviter percurrere operæ prætium videtur. Præter consensum capituli ab Episcopo adhibendum requiritur, ut solennis inquisitio, & deliberatio præcesserit, quo videatur, utrum illa alienatio jure fiat, & utrum eam rem, quæ alienanda est, an aliam vendi utilius sit? *c. sine exceptione, 12. q. 2* Cum res sunt magni mométi, & valdé utiles sed ob nimiam necessitatem Ecclesiæ distrahendæ Archiepiscopus cum aliis vicinis Episcopis consulendus est, *c. nullus res Ecclesiæ, 12. q. 2. Imò gl. in c. ut super verb. sacramenta ext. de reb. Eccl. non alien.* consensum quoq; Pontificis exigit. Necessaria quoq; est Canonicorum subscriptio, *d. c. sine exceptione in fin. c. tua nobis 8. de his quæ fiunt á majori part.* Sunt & aliæ quam plurimę solennitates, jure quidem civili introductæ, sed á Canonibus non receptæ. Aliæ etiam á Canonistis adducuntur, quas omnes, si ad amussim observandas quis contēderet, rectiùs facturi essent homines, si á contractu cum Clericis ineundo, velut re pestifera, prorsus abstinerent. *Inposs. multos Cothm. d. cons. 30. num. 72.* Multa de juris Canonici requisitis in rerum Ecclesiasticarum alienatione verba fecimus; quærat aliquis: an reformatæ religionis homines etiamnū hoc, & similibus in casib. jure Canonico obligentur? Affirmativé respōdemus *cum Dauth. de test n. 8. sub finem f. mihi 41. Idē tenet Mod. Pist. cons. 16 n. 6. vol. 1.* Et de consuetudine quoq; in Camera jus Pontificium Cæsareo nonnunquam præponderat. Nec tamen per hoc authoritatis quippiā Papæ tribuitur, uti nec ex eo quicquam Imperii Atheniensibus Spartanis, vel Rhodiis in Romanos datum est, quód hi illorum leges imitari non dedignarentur. Sed in specie quæritur, cum in alienatione rerum Ecclesiasticarum, quæ magni sunt pretii, Papæ consensus requiratur, ut supra notatum, an Princeps rem á prædecessore suo Augustanæ Confessioni addicto citra consensum Papæ alienatam tanquam non solenniter alienatā vindicare possit? Negamus. Principibus enim omnibus grave esse debet, fidem fallere *sup. thes. 3.* Nec consuetudo hoc observat inter orthodoxæ religioni addictos, idq; maximé obtinet in successore ejusdem confessionis. Ipse enim contractum prædecessoris sui impugnando, suam ipsius confessionem, authoritate Pontificia non flicibilitam, eo ipso impugnaret. Ac valdé memorabile est, quod *Wesenb. cons. 59. n. 23. p. 2. scribit*, in Regiis summisque Curiis hujusmodi solennia non observari ad unguem, & seipsum usu, & experientia cognovisse, & ex aliis experientissimis Practicis idipsum in secreto comperisse. Confer *Mol. cons. 44. n. 3 tom. 1.* Ne jam dicamus per-

per pacem Religionis administrationem bonorum Ecclesiasticorum magistratibus politicis concessam esse. *Recessus Imperii de Anno* 1555.

85. Locationes rerumpublicarum fieri debent per administratores exacta á conductorib. cautione: *a* requiritur insuper subhastatio. *b*

a) *l.* 2. *C. de prop. decur. l.* 3. *ff de adm. rer. ad Civitat.* quam cautionem, si exigere neglexerint administratores, ipsi tenebuntur, *d. l.* 3. §. 1. quod tamen locum tantùm habet in tempore locationis expresso, non etiã illo, quo tacita fit reconductio, *Bart. in l.* 3. §. 1. sed an administratores tenebuntur de evictione finito officio? Negamus, *Bart. in d. l.* §. *& in eum & in l. post mortem*, 5. *ff. quand. ex fact. tut.* *b*) *l.* 3. *C. de locat. prad. civ. & ib. Cujac.* sed si civitas alicui prædium, vel domum locet, & colonus, vel conductor propter sterilitatem bellum vel contagionem re locata frui nequeat, an pensio remittenda? Affirmamus, *l. licet, C. locat. l. si merces*, §. *vis major, ff. eod. c. propter sterilitatem ext. eod. ubi Panorm Gail.* 1. *obs.* 23.

86. Prælato Ecclesiæ, vel administratore Reip. canonem rei Emphyteuticæ non solvente, vel investituram non petente, vel patronum Ecclesiæ abnegante, an Reip. vel Ecclesiæ præjudicetur? quæstio est, ut ait Molin. argumentosa, & variè á Doctoribus tractata. Negativæ adstipulamur.

Pro uberiore tamen cognitione distinguendum erit: aut enim feudum pertinet ad capitulum vel Civitatem, nec delictum administratoris Ecclesiæ, vel Civitatis obesse poterit: suos enim authores delicta tenent. Aut est commune, & pro sua tantùm parte sibi præjudicat, quoad vivit. Hanc sententiam communiorem esse testatur, *Ros. de feud. c.* 10. *q.* 3. *per tot.* Sed quid si delinquentes officio suo renunciarent, vel eo moverentur; Cessionem talem pro morte haberi tradit, *Mol. tit.* 1 *de fi. ef.* §. 41. *gl.* 3. *in verb. qui nie le fief. Rosenth. feud. d. q.* 3. *n.* 9. Non idem obtinet, si ad tempus remoti veterem recipiant dignitatem iidem *alleg. loc.* Aliter hanc quæstionem decidit, *Aur. Corb. de jur. Emph. c.* 17. *n.* 27. concludens factum prælati præjudicare Ecclesiæ, sed habere eam regressum ad prælatum, qui si solvendo non sit, petendam esse restitutionem in integrum, veluti de procuratore traditur. Sed quid si prælatus cum consensu capituli deliquerit, an in totum perdetur feudum? Communis est opinio, quod viventes delinquentes commoditates feudi amittant, & illa domino feudi interim cedant, *Molin. & Rosenth. dd. loc.*

87. Universitates exemplo minorum in integrum restituũtur.

Quin Civitas Romana in integrum restitui possit, qui dubitet nemo est, propter *l. respublica*, 4. *C. ex quib. caus. major.* ubi expressè dicitur; Rempublicã in integr. restit. auxilium implorare posse. Reip. enim nomine Romana intelligitur. Is enim usus juris est, ut publici nomine absolutè posito, id quod Civitatis Romanæ est, veniat, *l. bona*, 15. *l. eum qui vectig.* 16 *ff. de V. S.* Unde quidam *teste Los. d. tr. p.* 3. *c.* 18. *nu.* 7. hoc beneficium soli civitati Romanæ tribuunt. Verùm illi malè nostro quidem judicio hallucinantur, propter *l. ergo sciendum*, 22. *in fin. ff. ex quib. caus. major.* ubi expressè hoc dictum ad Civitates quoq; pertinere asseritur. Rectè igitur observavit, *Donell. in l. civitas n.* 5. *p. mihi*, 172. *ff. de reb. cred.* si verbo conjunctim utantur leges, ex usu juris quamcunque Civitatem per Reip. nomen denotari. Imó frequentius ad

Civitatem designandam Reipubl. quam Civitatis nomine leges uti, testes ex innumeris sunt hi loci, *l.* 3. *§. planè*, *l.* 5. *§. item ait*, 4 *ff. quod vi aut clam. l. Titio*, 36. *ff. ad municip. l. ult. C. de jur. Reip. l.* 1. *C. de vend. reb. Civ. sic etiam in l. sed & hi qui salinas*, 14. *§.* 2. *ff. de publ.* Respublica cujusdam municipii dicitur, *Idem sentit Iacob. Cujac. ad l.* 3. *C. de jur. Reip.* Quibus consequens est, non minùs Civitates alias & municipia; quâ Rempublicam Romanam gaudere in integrum restitutionis beneficio, quę communi quoque Doctorum sententia est, *consentit Ioan. Maurit. tract. de in integr. restit. c.* 417. Quod de Civitatibus dictum est ad villas, sive pagos & castra cum eodem Maurisio extendimus. Si civitas á tyranno occupata, & contra veri domini voluntatem in quibusdam læsa sit, restituenda erit, *Maurit. c.* 419.

88. Datur hæc in integrum restitutio Universitati adversus Universitatem, *a* eiq; petendæ quadrienni tempus præfinitum est. *b*

a) *L. fin. & ibi gl. ff. quib. ex caus.* Sic Ecclesia contra Ecclesiam, Civitas contra Civitatem in integr. restituitur. Unde movetur quæstio á Joanne Maurit. An instrumentis post transactionem interpositam repertis in integrum restitutio concedenda sit? Affirmamus, *per l. Imperatores*, 35. *ff. de re judic.* *b*) *Vid. Maurit. c.* 42. *tract. de in integr. restit.*

89. An Civitas teneatur admittere Principem, ut rationi administratoribus reddendæ intersit? Negantium partes propugnabimus.

Civitates enim licet superiorem recognoscant, bona tamen & res inhabitantibus communes & arcam communem habere possunt, *text. in l.* 1. *§ quibus autem, ff. quod cujusq; univ. nom. Et probatur, tit. C. de jur. Reip. ubi gloss. in rubr.* Hæ autem Civitates, cum per se administrationi vacare nequeãt, meritó sibi administratores constituunt, ut supra deduximus. Hi verò tenentur rationem reddere administrationis suæ iis, á quibus administrationem demandatam habent, *l. fin. Cod. de adm. Rerumpl. Henning. Gœd. cons.* 31. *num.* 4. Nec obstat quod forsam alius Princeps est dominus illius Civitatis, quod Civitas ipsi juramentum subjectionis præstiterit, quod Principis interest subditos habere locupletes. Dominus enim tantúm Princeps est rerũ universalium, nec subjectio licet jurata rerum particularium dominium possessoribus adimit. Quemadmodum itaque privati liberé rebus suis uti possunt, ita quoque quod privatorum contributione in publicum redactum est, ut publicis usibus serviat, ab administratoribus legitimé custodiri, ejusque rei rationem nulli alteri, quàm ipsi universitati reddi æquum est. *Vide Henning. Gœd. d. loc. & Petr. Heig. p.* 1. *q.* 20. *per tot.*

90. Communis est Dd. opinio, Civitates in bonis suorum administratorum jus tacitæ hypothecæ habere.

Uti attestatur *Munnoz. de Escob. de ratioc. c.* 39. *num.* 6. quæ Dd. sententia probatur, *argum. l. fin. C. quo ord. quisque conven. Treutl. disp.* 1. *thes.* 4. *lit. K. vol.* 1. Et inde, quod pupillus & Respubl. æquiparentur, *l.* 3. *C. de jur. Reip. & ibi Cujac. & Goth. Everh. in Top. loco* 66. *á pupillo ad Rempublicam.* Constat autem pupillum habere tacitam hypothecam, *l.* 20. *C. de adm. tut. ubi Goth concordantes ll. citat.* Quæ communis Dd. opinio hodie eo etiam magis obtinet, quód, ut supra quoque indicavimus, ex ho-

ex hodierna Reipublicæ constitutione Civitates quoque jus fisci habeant. *Vide Treutl. d. disp. 1. th. 4. lit. N. vol. 2.*

91. De extrajudicialibus actib. universitatum nomine expediendis hæc sufficiãt: Ad judiciales progredimur. Inter quos facilé primas obtinet comparitio Syndici nomine Universitatis in judicium vocatæ. *a* Citatur universitas, vel personalis, vel ad domum. *b*

a) Universitas enim in judicio aliter, quam per procuratorem comparere nequit, & si Syndicum constituere nolit, cogi ad id potest, *l. 4. §. creditorib. ff. de fidei-comm. libert. Anton. del. Reb. Tiburt. de juram. calum. c. 15. num. 125.* Licet etiam in criminalibus procurator non admittatur, *l. pen. §. ad crim. ff. ad publ. jud. Gail. l. 1. de pac. publ. 10.* hoc tamen in universitatibus non obtinet. *Gail. d. loc. nu. 3. per text. in l. tam collatores, §. ut autem, C. de re milit.* *b*) Personali citari dicitur Universitas congregata in concilio ad domum, quando schedula citatoria januis, vel locis publicis affigitur. De jure novissimo Cameræ imperialis Consulibus & Senatoribus, si congregati inveniantur in ipso Senatu, sin minus consulibus, eorumq; vicem gerentibus convocatis aliquot Senatoribus processus insinuantur, si facultas non sit, soli consuli traduntur coramvé eo si accipere nolit deponuntur. Si de re communitatis, vel Universitatis agatur contra ipsam Universitatum, Consulibus primùm & Senatus processus offeruntur, mox curiæ, ædisvé sacræ valuis, alibivé in publico affiguntur, **Cammergerichts-Ordnung** / *p. 1. tit. 37 §.* **Zum vierdten** / *&* §. **Zum fünfften** / qui modus etiam juri communi conveniens est. *Marian. Socin. tr. de citat. an. 10. Anton. Gravett. in annotat. ad pract. Octavii Vestri. lib. 4. c. 3. nu. 12. ubi ex Bald. resert.* Universitatem hominum per edictum in loco, ubi populus convenire solet, affixum citari debere & si portas Civitatis cives observarint, vel ne nuncius ingredi posset, observaverint, tunc in aliquo loce portis affigi sat esse. Adducit idem author. *Lucam de Penn. in l. provincialium, C. de erogat. milit. annon. vid. quoque Bajard. in addit. ad Jul. Clar. q. 16. num. 29.*

92. Citanda tamen est. Universitas á competenti judice, *a* & quidem ad locum tutum. *b*

a) Extra territorium enim jus dicenti impunè non paretur, *l. fin. de jurisd.* Sed quid si in universitate aliqua partim Clerici, partim Laici sint, quis eorum judex erit? *Dd. Referente Mar. Socin in c. 1. 24. declarat. nu. 17. ext. de for. compet.* communiter distinguunt. Aut major pars est Clericorum, & tunc quia minor pars accedit majori, & mixtum judicatur á suo potiori, ideò perinde habetur, ac si tota esset Clericorum. Aut major pars Laicorum est, & censebitur Laica; hæc Laicum, illa clericum habebit judicem. Stante æquali numero Clericos prævalere volunt. Nos hac Dd. distinctione cum Socin. rejecta concludimus, quod Universitas possit conveniri coram judice universali loci ipsius, cum non considerẽtur, ut singuli, sed ut universitas, & unum corpus fictum, *leg. 1. §. 1. l. in tantum, §. universitatis, ff. de rer. divis. Losdict. tract. 3. c. 1. n 64.* Propter connexitatem materiæ obiter discutiendam proponimus quæstionem; utrum Clerici, & Laici simul delinquentes (de iis loquimur, qui non sunt in eadem universitate) propter causſæ continentiam judici Clerico subjiciantur, & Laicus in judicio Ecclesiastico Clerici privilegiis gaudeat? Negantium sententiam probamus. Continentia enim causę tum demũ dicitur, cum alterum al-

teri ita annectitur, atq; adhæret, ut necessarió ex eo sequatur, sive in antecedens, sive in consequens, *Cravet. cons.* 232. *n.* 1. & 2. At duorum delinquentium non eadē est cōditio. Quod similiter more suo eleganter deducit *Cravet. d. l quē sequitur Covarr. pract q.c.* 34. *vers.* sic multis rationib. *tom.* 4. *adducens, l. si quis uxori,* 52. *in pr. ff. de furt.* ubi in eodē delicti genere non unam omniū pœnam esse expressé deciditur. Nam si uxor & Titius marito res surripuerint simul, Titius tenebitur actione furti, mulier amotarū. Huc facit *l. si quis perferend. ff. de furt. l. minorib. C. de his quib. ut indign.* Novissimé hanc sententiam laté propugnavit, *Ioan. Gutierrez pract. q. l.* 1. *q.* 6 *qui num.* Hanc etiam rationem reddit; quod si contraria sententia verior esset, Laicis subtela Clericorum delinquendi occasionem datum iri, cum in eo foro judices Ecclesiasticam pœnam soleant imponere. Imó hac ratione Clerici ad molendinum suum omnia pertraherent, & seculares jurisdictione sua spoliarent. *Dissentiunt multi Dd. quos Cravet. Covarr. & Gutierrez. d. l. notarunt, Gail. tract. de pac. publ. c.* 1. *n.* 19. de cōsuetudine Germaniæ quemlibet judici suo remitti scribit. *b) text. in Clem. pastoralis, §. notorium de sent & rejudic. Gail.* 1. *obs.* 52. *n.* 3. ubi plurimos citat. Eodem et fundamento mures cum ob id quod frumentū omne in præfectura Heduensi absumpsisse dicerentur, ludicro in judicio facundiæ ostentandæ gratiâ ab advocato quodam gravissimé accusati fuissent, nec quamvis legitimé citati comparuissent. Chassanæus defendit, quia propter feles viam obsidentes tutó, accedere non potuissent. Quo *Chass. cons.* 1. respicere videtur, qui tamen in ludicra murium causa judiciarium ordinem servari advocatus voluerat, idem in gravissima miserorum Valdésium causa præses Parlamenti Aquensis cum negligendum duxit, suiq; plané oblitus asperrimam contra innocentium hominum propter præsentissimum vitæ periculum in judicio capitali non comparentium multitudinem dixit sententiâ, *Sluid. l.* 3. *p. mihi* 381. eandemq; executioni mandasset, nisi Alenius nobilis Arelatensis in memoriam ipsi patrocinium murium revocasset, ipsumq;, qui in tám ludricâ causâ nihil præcipitanter agendum esse advocatus, & quidem juvenis contendisset, ne quid judex & authoritate, & ætate gravius calido impetu temeré decerneret, sedulò monuisset. Vide pluribus, *Thuan. historiarum sui seculi, lib.* 5. *sub Anno* 1450.

93. Si onus aliquod Civitati á Principe imponatur, quod illa subire nolit, exemptionem privilegiumvé prætexens, an Princeps gravans, vel ejus concilium Universitatis competens judex erit, eamq; rebellem declarare poterit? Negamus S. Cæsareę Majestati cognitionem tribuentes.

Soli enim Imperatori superiorem non recognoscenti privilegium in causa propria judicandi indultū est, *per not. in l. & hoc Tiberius,* 41. *ff. de har. inst. §. fi. inst. de vulg. substit. l. proximé de his quæ in test. debent Abb. & Felin. in c.* 1. *nu.* 8. *de probat Marant. de appell. n.* 34. *Steph. Aufrer de recus. limit.* 2. *Lancell. de attent p.* 2. *c.* 6. *n.* 34. *Pacian. l.* 2. *de probat. c.* 45. *n.* 94. *Surd. cons.* 59. *n.* 9. *Gail.* 1. *obs.* 1. *n.* 18. *Tap. in rub. de const Prin. c.* 1. *nu.* 33. *Carol. Crass. de except. c.* 24. *n.* 75. qui duo posteriores id de juris rigore obtinere, multo a honestius esse scribunt, si Princeps (supremum accipe) hoc casu litis inter se, & subditos intercedentis cognitionem alteri deleget. Dixeris, etiam Principem superiorem recognoscentes, licet ipsi suspecti sint subditos evocare posse, ad causam coram consiliariis dicendam. Huic objectioni suprá *th.* 48. responsum. *Diss. Kunh. de sub-*

de sublim. & reg. territ. jur. c. 1. num. 381. edition. de Anno 1605. ubi vult, quod sicut Imperator potest esse Judex in propria causa eodem modo Principes Imperatorem in suo territorio repræsentantes judicis munere fungi posse; Cui stylus Camera Imperialis contradicit, *Gail. 1. obs. 1. num. 18.* Civitas tamen Principem in jus vocatura coram suis Consiliariis ipsum convenire tenetur, aliisvé ordinationis viis uti, *Gail. d. l. num. 19.*

94. Citationem aliud sequitur á Syndico peragendum negotium, libelli nimirum oblatio, qui in civilibus nomine Universitatis, in criminalib. nomine Syndici *a* concipitur. Juramẽtum quoq; calumniæ in judicio universitatis nomine præstat Syndicus. *b*

a) l. de quibus lib. publico nomine, ff. de pollicit & l. unic. C. de pericul. nominat. post sperul. Innoc. Ioan. And. & Imol. Foller. in addit. ad Marant. p. 6. tit. de Libell. oblat. nu. 7. Los. d. tract. p. 2. num. 65. *b)* Quomodo illud juramentum calumniæ præstetur indicat, *l. 2. §. hoc etiam, C. de jurejur. propter cal. dand. vid. Marian. Socin. in c. pertractãdum, n. 16. ext. eod.* Ubi distinguit: Aut est universitas secularium, & jurant Principaliores, per quos universitas gubernatur, *d. l. 2. §. hoc etiam junct. l. municipes, ff. ad municip.* nec ut omnis universitas juret, necesse est. Aut est Ecclesiastica, & subdistinguitur. Aut enim Abb. vel Prælatus solus constituit Syndicum, & jurat ipse Abb. vel Prælatus solus: Aut Abb. constituit Syndicum cum consensu Capituli, & jurant principaliores de conventu, nisi per Procuratorem; vel Oeconomum hoc facto se levare velint. Quod in Clericorum arbitrio ponit. *Soc. d. loc.* secularibus necessitatem imponens, *Anton. del. Re. Tibur. c. 15. num. 107. & multis seqq.*

95. Inter actus judiciales non ultimus est testium productio. Hinc varii varié disputarunt: an, qui de universitate est, in universitatis causa testis esse possit? Affirmativæ subscribimus.

Sive universitas illa Ecclesiastica sit, sive secularis, post multos *Farina lib. 2. tit. 6. q. 60. n. 451. & 452. qua regula tum procedit maximé, cum factum per alios, quam de universitate probari nequit, tex. in c. conveniens de probat.* Huc etiam facit *l. consensus, 8. §. pen. C. de repud. c.* super prudentia, ibi qui eadem negotia tractarunt 14. *q.* 2. *Far. d. loc. n.* 479. quo casu testes erunt omni exceptione majores, *nu.* 480. á quo tamen dissentit, *Mas. conc.* 1422. *nu.* 15. *incip. testib. de univ.* Imó homines de universitate non solum in subsidium, sed aliis etiam testibus existentibus etiam cum veritas haberi aliter potest, licité admittuntur *Far. n.* 474. *& seq.* Aliis tamen contradicentib. testibus postponuntur, *Mase. d. l. n.* 17. Sed hæc tum demum locum habent, cum causa principaliter utilitatem publicam collegii respicit, licet in consequẽtiam commodi quid ad testem resultet, *Mascard. d. conc. n.* 5. Exemplo nimirũm legatarii, qui licet commodi quid ex testamento percipiat, testis tamen in eo admittitur, cum de cõmodo hæredis principaliter agatur, *Ioh. Petr. Surd. cons.* 28. *num.* 41. Quod, si res singulorum utilitatem principaliter concernat, aliter dicendum erit, *Surd. d. cons. n.* 14. *vers.* secundó non videtur, nisi forté cum testibus de universitate alicui concurrant, quo casu omnes simul juncti plenam fidem facient, *Surd. d. cons. n.* 44. Quod non solùm procedit, si alii concurrant testes extranei cũm testibus de universitate, sed etiã si aliud probandi genus, puta instrumenta cum testibus producantur, *Honded. cons.* 79. *n.* 38. *& seq. vol* 1. *idem cons.* 84. *n.* 28. *&* 29. *fol.* 2. *Surd. d. cons. n.* 46.

96. In judiciis quoq; de delictis universitatum quæri solet. Certum quidem est, universitatem delinquere posse, nec tamen ea deliquisse intelligitur, nisi universus populus *a* cum capite, & membris, convocatis universis civibus per sonitum campanę, tubæ, vel alium cõsuetum modum, habito priús consilio ex proposito, & unanimi consensu congregatus fuerit, &, quid committendum, concluserit.

a) Quod si solus populus, vel plebs delinquat sine assensu Regentium, ipsi adeó ad sedandam compescẽdamq; rebellionem omnem pro virib. diligentiam adhibeant, excusantur regentes, & seditiosus populus punitur; imó præcipua potius rebellionis capita. Magnanimi enim viri est, rebus agitatis punire sontes, multitudinem conservare, *Cic. lib. 1. off. facit huc c. Romana, §. in universitatem de senten. ex com. in 6. Meischner, tom. 4. decis. Cammer. in causa* **Teutschmeister** *contra* **Heilbron** *decis. 22. n. 97. fol. 608.* Quod si soli delinquant Consules, nec per illorum delictum gravabitur universitas. Non enim ad delinquẽdum constituti sunt, *Far. in prax. crimin. lib. 3. tit. 4 q. 24. num. 130. Bart. in tract. de seditios. §. 7. n. 3. Mynsi. 4. obs. 79. Mas. de probat. con. 1411. n. 9. incipit.* quæ probanda sint. Sic ab Augustissimo Imperii tribunali Consules & Senatores Civitatis N. nulla civium mentione facta, proscripti sunt his verbis. **Darumb vnd an der Keyſ. Majeſtät verkünden wir dieſelb. Burgermeiſter vnd Raht zu S. in ſolcher Keyſ. Majeſtät vnd des Reichs Acht.** Celeberrimus olim Cameræ Imp. *Assessor. D. Barth. in sent. p. 2. sub Anno* 1540. *§. deind.*

b) Illa enim congregatio solennis nisi præcesserit, non erit delictum universitatis, sed quorundam tantúm. *Iul. Clar. pract. crim. q. 16. n. ult. Bajard. in addit. ad Clar. d. q. 16. n. 19. Farin. d. loc. num. 129. Boër. d. §. 7. & post eum Los. par. 4. num. 18.* Ex hoc fundamento, *Ioan. Lig. Clem. 1. de pœnis*, magno honore coram Papa Civitatem Bononiã pœna se exemisse scribit, *Boër. d. num. 7. Gail. d. pac. pub. l. 2. obs. 9. n. 4. Los. d. l.* Ex. hæc regula procedit in delictis tractum successivum non habentibus: secus est in continuis. In his enim ratificatio mandato æquiparatur, *Meis. d. vot. n. 98. Gail. d. obs. 9. Los. d. l. num. 19.* Sive illud expressis fiat verbis, sive tacité, videlicet retinendo rem per vim ablatam; dummodo ea ad universitatem é manibus deprædantium venerit *Farinac. nu. 143.* Similiter universitas ratum habere dicitur factum delinquentium si delinquentes non puniat, *vide Coler. de processib. execut. part. 1. c. 2. n. 275* adducentem authoritatem Augustini civitati *in c. dominus noster v. sic gens & civitas, 23. qu. 2.* dummodó admissi facinoris scientiam, & sine periculo seditiosos compescendi potestatem habeat universitas. Uti eleganter deducit, *Dn. referens in d. voto* **Teutschmeister** *contra* **Heilbron** *n. 99. 100. & seqq. quod & docend. tenet. Farinac. d. loc. n. 131. usque ad 139.* De rebellione quæritur, sit ne ea pro momentaneo, an successivo delicto habenda? *Gail q. idem d. obs. num. 31.* rebellionis crimen delictis continuis annumerat. Nos verò cum *Farinac. d. loc.* quod si cives contra Remp. uno impetu, uno die, vel nocte rebellarint pro momentaneo actu rebellionem habendam esse, ac proinde ut civitas deliquisse dici queat congregationem præcessisse oportere, secus verò judicandum; si diversis vicibus ea reiterata fuerit & de tali casu Gail. accipiendus est; si tamen Universitas omittendo delinquat, tractatu præcedente opus non est, sed statim in dolo esse præsumetur, *Meischner. d. loc. nu. 79. Boër. Mynsi. Farinac. dd. loc.*

97. Sea-

97. Sententia contra Universitatem lata, quæ in rem judicatam transiit, executioni mandanda est. Interest tamen in modo exequendi; utrum causa sit civilis, an criminalis? *a* Si universitas propter debitum civile condemnetur, tenetur primum illud solvere de bonis mobilibus communibus, postea immobilibus, & nominibus debitorum. Quod si nulla sint nomina debitorum, *b* vel immobilia, in subsidium collecta imponitur.

a) *Los. d. tit p. 3. c. 9. Borgnin. p. 2. decis. Fivizan. n. 123. fol. mihi 157.* ubi concludit tenuioris fortunæ Canonicos á debitoribus nihil quicquam exigere, ut solutio fiat per æs, & libram, cum habeant bursam communem, *Pet. Greg. in syntag. jur. univ. lib. 23. c. 16. n. 7.* ubi: Indebitis, inquit, per corpus aliquod universitatis, puta civitatis, aut municipii, hoc modo fit executio, ut primùm administratores ejus, cõsules seu decuriones, aut exactores interpellentur & moneantur solvere, vel dicant, hujusmodi bona non esse ex bonis, vel pecuniis communib. quod si interficientur, appantor ex authoritate jud. jubet & imperat per Syndicos imponi & exigi summã pecuniam á singulis ejus universitatis intra certum tempus cum hac interminatione, ut si non impleverint jussum, futurum, ut propriis bonis, personis ipsi luant, cum regressu tamen in reliquos, si ipsis ita videatur. Ita in Senatu Parisiensi Anno 1525. 11. Decemb. judicatum refert *Petr. Gregor. d. loc.* b) In nominibus speciale esse Civitatum privilegium, ut necessitate cogente debitores suos ad solvendum anté diem cogere possint, ex Jas. refert *Los. de Iur. univers. p. 3. c. 9. num. 2. & seqq.* Sed veritate juris inspecta vix est, ut aliquo tex. illud probetur. Nimis generales sunt *l. ita vulneratus, §. ult ff. ad l. Aquil. & similes* nisi quis allegare velit, *l. 1. C. de condict. ex lege.* Sed loquitur illa de fisco, unde ad civitates non refertur. Hoc certé civitatibus privilegium competit, ut debitores earum appellare nequeant, *ult. C. quorum appellationes non recip.*

98. Ex delicto dupliciter condemnatur universitas: aut enim mulcta illi infligitur pecuniaria, *a* aut graviori coërcetur. *b*

a) Si mulcta infligitur pecuniaria illi, qui non deliquerunt, non debent puniri, *Bar. in l. aut facta, §. nonnunquam, n. 8. Borg. Caval. dec. 22. n. 14.* sed universitate graviter punita in genere, an poterunt condemnari homines aliquot singulares de ipsa universitate, qui etiam delicto interfuerunt, & jam anté mulctam generalem cum universitate solverunt? Placet hic nobis, *Bar. dict. in d. §. nonnunquam.* Aut n. universitas proprié delinquit, & sola univers. tanquam sola delicti rea plectitur: Aut universitas improprié delinquit, sic ut delictum in aliquot universitatis personas cadat: Et hoc casu qui præ cæteris insigniter deliquerunt, ultra pœnam universitatis illatã singulari etiam mulctæ subjiciuntur. Bart. opinionẽ sequitur *Hier. Gig. tract. de crim. laes. Maj. lib. 3. rubr. de rebell. q. 12. n. 8.* ubi in civitate Viterbii ita servatũ fuisse scribit. In facto quæsitum scio si universitas quibusdam, ut delinquant, mandaverit, an delinquentes actione mandati eam convenire possint? Quod simpliciter nego. Rei n. turpis, & illicitæ mandatum nullum est, *l. si remunerand. 6. §. si adolescens, 21 l. si mandavero, 22. §. quidem. 6. cum simil. ff. eod. tex in l. 1. §. plané, ff. de tut. & rat. dist.* plané si ex dolo, inquit JCtus, tutor convẽtus præstiterit, neq; mandandæ sunt actio-

actiones neq; utilis competit; quia proprii delicti pœnam subiit: quæ res indignum eam fecit, ut á cæteris quid consequatur delicti participibus. *b)* Nonnunquam enim pro gravitate delicti bona universitatis publicantur, *Los.d.tract.p.4.n.33.* nonnunquam ipsi universitati privilegia adimuntur, *Iul.Clar. in pract. crim.q.6.n.9.* Interdum Civitas aratro subjicitur, ut de Carthagine scribit JCtus *in l. si usufructus, ff. quib. mod. usus fr. amit. Flor. lib. 2. c. 15. Alba deleta Liv. lib. 1. Petr. Greg. h. t. Syntag. c. 1 n. 18. 19. & seqq.* Eosdem manes toto orbe celeberrima Hierosolyma sensa est. Joseph. Fridericus Imperator Mediolanum delevit, Sigon. in Friderico, Carolus Burgundus Leodium evertit. Crudelior certé, ac forsan iniquior universalis illa Templariorum cædes vesperis Siculis parum absimilis: Regulariter tamen gravior universitatis pœna in pecuniariam converti solet. Recessus de An. 1548. *Mynsing. cent. 2. obs. 30. Gail. d. loc.* ubi propter innocentes, pupillos, minores prægnantes, infantes, qui tempore delicti perpetrati nondum extiterunt hoc receptum dicit. A Camera Imperiali A. 1549. 28. Junii in puncto arctiorum executorialium in bannum declarati sunt omnes masculi puberes in civitate M. D. Barth. in sententiis Cameralibus.

99. Destructæ universitates privilegia, jura, omnesq; libertates amittunt: *a* Secus judicandum de illis, quæ á tyrannis, vel hostibus occupantur. *b*

a) Ob maximam scilicet capitis deminutionem, *l. cognitionum, §. consumitur, ff. de var. & extraor. cognit. Gail d. c. 9. de pac. publ. & 2. observ. 61. per tot.* Sed quid si hoc modo bannita Civitas á Principe gratiam impetret, an priora recipiet privilegia? Negatur: si scilicet simpliciter tantúm indulgentia concessa sit; secus si plenariè restituatur, *Sfort. Odd. de in integ. rest. p. 1. q. 98. per tot. l. 2. 6. 7. C. de sent. pass. & restit. l. ult. C. de gen. abol.* *b)* *Gail. d. obs. 61. Ioh. Maur. de in integ. rest. c. 40. n. 4. & 3. Sfort. Oddus 2. q. 1. art. 2. num. 26. & seqq.*

100. Disputationem concludat quæstio; An sublato collegio quam illicito, bona quoque ejus confiscentur? Negativé respondemus.

L. in pr. ff. de colleg. & corpor. illic. Ubi JCtus, Collegia (inquit) si qua fuerint illicita, mandatis, constitutionibus & senatusconsultis dissolvuntur sed permittitur eis, cum dissolvuntur, pecunias, si quas habent, dividere, & inter se partiri, *Bart. d. l. 1. gl. in l. 7. §. 1. in verb. non debetur, ff. quod cujusq. Diss. Perez. de jur. fisc. l. 3. tit. 12 num. pen. & ult.*

* * *

DE

XVI.

SECTIONES DE JURE IMPERII GERMANICI, D. ANTONII COLERI.

Sectio I.

UNiversa Germanorum Respub. componitur ex Capite & membris, ait, *Iacob. August. Thuan. lib. 2. in pr. hist. sui temp.* Caput autem ejus est Imperator.

Ita enim jurat Archiepisc. Moguntin. si quando eligendus Rex Roman. est: **Ich N. Ertzbischoff zu Meintz schwere/ &c. daß ich/ &c. wil erwehlen ein Weltlich Häupt dem Christlichen Volck/ das ist/ einen Römischen König zu einem Keys. zu erheben/** Aurea Bulla Carol. 4. tit. 2. quo utitur Maximilian. **in Reichsabschied zu Regenspurg auffgericht** A. C. 1566. §. **Wir wöllen auch/** ibi: **Wie wir dann als Römisch Keys. vnnd das Oberhaupt im heiligen Reich.** Item, **in Reichsabschied** de Anno 70. §. **Nach erledigten/** ibi: **haben wir als ein wachend Häupt des Römischē Keyserthumbs.** Et novissime D. Matthias ad E. M. B. & VV. VV. P. R. in caussa K. contra M. rescripsit, **daß wir als nunmehr des H. Reichs Oberhäupt/ &c.**

2. Qui ut Deus *terrenus* est, ita præter Deum immortalem, á quo primarió hanc potestatem consequitur, majorem non agnoscit.

1. Dii vos estis, dixi *Psalm.* 82. 2. Deus enim est, qui de gente in gentem regnum transfert. 3. Nam princeps Dei est vasallus, *Salom. in lib. Sap. c. 6. v. 5.* 4. Dei Gratiâ reges regnant, *Prov. 8. v. 15.* 5. Omnisque potestas á Deo est, *Rom. 13. v. 1.* Quod 6. ipse *Iustin.* fatetur, dum ait: Imperium á cœlesti majestate nobis traditum est in pr. de concept. ff. ad Tribonian. & alibi ad Joannem Præfectum prætorio. 7. Hanc nos gratiam Deo referendam putavimus, qui Imperii nobis coronam imposuit, qui communi omnium calculo, per patrem nostrum purpuram nobis donavit, *Nov. 82. c. 4.* 8. Unde de Friderico Barbarossa canit *Günth.* nullum caput ista super se aspicit, excepto Cœlorum rege potestas. Quod ipsum 9. sub *Benedicto* 12. A. C. 1338. publico decreto sancitum est. Quod scil. Imperator præter solum Deum neminem recognoscat, *Aventin. lib.* 8. Et hinc proprié illud natum videtur, **Wir von Gottes Gnaden/ &c.**

3. Unde nec Romanum Pontificem, vel ipso *Pontifice teste.*

1. Quia per Impp. & reges seculi jura distribuit Deus generi humano; tolle jura Impp. & quis audet dicere, mea hæc est villa, meus est ille servus, aut domus hæc mea est, *c. quo jure dist.* 8. 2. Nam ad Regem, non ad Ecclesiam pertinet de possessionibus judicare, *c. causam, 7. extr. qui filii sunt legitimi.* 3. Cùm Pontifex nomen Imperatorium non debeat usurpare, nec secularibus sese negotiis implicare, *c. cum ad verum, dist. 96.* 4. Imó. si secularibus sese immiscat, indignum sit, ei ab Ecclesia subveniri, *c. sacerdotib. 2. extr. ne clerici secul sese neg. immisc.* Ideoq; 5. in se-

eulares jurisdictionem exercere non præsumat, *c. 5 extr. eod.* E. multó minus in Imperatorem.

4. Contra fidem enim historicam est, quod in *c. Constantinus, dist.* 96. Imperator dicitur, Coronam, & omnem regiam dignitatem in urbe Roma, & in partibus occidentalibus Sylvestro Pontifici concessisse.

1. Sequeretur enim hac concessione totam Hispaniam, Italiam, Germaniam, Galliam & Angliam translatam una fuisse. Id autem non est. Quia 2. in vita Constantini M. historici hujus non faciunt mentionem. 3. Sed imó Constantinus divisionem Imperii inter filios testamento fecit, ex quo Constantino Junioci Roma cum toto occidentali Imperio obtigit, ut latiús enarrat *Naucler.* Chron. fol. 2. gener. 2. & *Aurel. Victorin.* ad tres, ait, Orbis Romani dominatio redacta est, Constantinum, Constantem, & Constantium filios, quod *Zabin.* sic prodit: Maximum filiorum ejus Constantinum, cum minimo natu Constante, omnia trans alpes sita, ipsam etiam Italiam & Illyricum sorte partitum fuisse. 4. Et aliàs er historiis constat, Romam quadringentis & quatuordecim annis post hanc fictitiam donationem sub Impp. permansisse, mortuus enim est Constantin. M. A. C. 337. 22. Maji. Roma autem A. C. 752. in Francorum potestatem, & post ea primum tempora ad Pontificum manus pervenit; ubi Pipinus Franciæ Rex exarchatum Ravennatem cum quibusdam urbibus aliis sellæ Papali addixit. 5. Præterea, subscriptio hujus donationis habet: datum Romæ. Calend. April. Dn. nostro Flavio Constantino Augusto IV. & Gallicano V. Coss. in initio autem ejus instrumenti donationis continetur, quod facta sit quarto die sui baptismatis. Sequitur inde, quod baptizatus fuisset, dum quartum consulatum gessit. Cum tamen quartum consul creatus fuit A. C. 315. Baptismum autem suscepit A. C. 337. quo anno est mortuus, *teste Eusebio.* Falsum itaque ex ipso, quod vocant, dato constat, nihil annis ante in scripturam redactam fuisse donationem hanc, quam facta sit, quis dixerit. Notari & hæc possunt. 6. Quod tempore IV. consulatus Constantius collega non fuerit Gallicanus, sed Licinius. 7. Quod Sylvester mortuus sit A. C. 330. donatio autem (quod dicunt) si facta eo anno, quo est baptizatus A. C. 337. certé facta fuisset Sylvestro septimo anno postquam jam mortuus erat. 8. Quod tempore IV. consulatus Constantinus orientis Imperium nondum habuit. 9. Quod Christianis pacem nondum indulserit. 10. Bellum civile adhuc gerebatur. 11. Quod urbs Constantinopolis (cujus donationis instrumentum meminit) nondum in rerum natura. 12. Cùm nondum erat ædificata. 13. Quod non Romæ á Sylvestro, sed Nicomediæ ab Eusebio fuerit Baptizatus. 14. Quod denique majus Imperium, quám ipse habuit, non donavit. 15. Ipse *Papa Pius V.* (ante Eneas Sylvius dictus) stolidos dicebat istos legistas, qui tantoperé sudarunt in disputando, num ea donatio valeat, quę facta fuit nunquam, cui consentit *Nicolaus Cardinalis Cusan.* lib 2. c 3. de concordant. Cath. *Anton. Archiepisc. Florent.* in prim. part. histor. *Felin* in c. solitæ. fin. extr. de major. & obed. homines Pontificii, quibus addi

die stattliche Außführung der Vrsachen / warumb die Chur- vnnd Fürsten / und andere Stände der Augspurgischen Confession des Bapsts Pii IV. außgeschriebenen vermeyntes Concilium / so er gegen Trient angesetzet / nicht besuchen können. An verò hæc donatio, si facta fuisset, jure valuerit, & si valuerit, an jure revocari, vel denique

nique præscriptione immemoriali defendi possit? Dixi in *mea Isagogica juriſp.* p. 1. disp. 8. coroll. 5. 6. & 7.

5. Et vero non est consentaneum illud *Clementis V.* per Pontificem Imperium translatum esse á Græcis ad Germanos, *Clem. un. de jurej.* multó minus illud *Innocentii* III. quod sedis sit Apostolicę transferre Imperium *c. venerabilem, de Elect. & Elect. potest.* ut malé defendit *Bellarmin.*

1. Nam eo tempore Imperii Romani Dominus non fuit Pontifex, quod testatur ipse *Leo* Caroli Magni tempore *Pontifex* hac sua ad Carolum querela: Debuisse sequidem ad Imperatoris fidem & auxilium confugere (acceptis scil. vulneribus ab Hadriano suo prædecessore, & auctore bullarum papalium, *Polyd Verg.* de rerum invent. lib. 8. cap. 2.) verúm id propterea facere non potuisse, quod ab illo plus detrimenti quám auxilii expectandum sibi esse viderit. 2. Et si utique habuisset Imperium pontifex, jam transtulisset hoc, nam Ann. C. 774. Hadrianus Papa Carolo Magno potestatem eligendi Pontifices, ordinandique sedem Apostolicam, tum instituendi Archiepiscopos & Episcopos per omnes provincias, concessit. *Aventin.* libr. 4. annal. & *Antonin.* Chron. tit. 14. p. 2. §. 6. & Ann. C. 796. Leo III. claves confessionis S. Petri & vexillum urbis ad eundem misit teste Sigisberto, non ut donaret, sed ut eo ipso subjectionem suam patefaceret. Eo enim subjectionis signo adhuc hodié utimur, & vidimus Ann. C. 1612. die 10. Junii in *Francofurtensibus* cum D. Matthiæ Imperatori claves obtulerunt, luculentius hoc Leonis factum exprimit *Ammonius* his verbis: Rogavit Leo ut aliquem ex optimatibus suis Romam mitteret, qui populum suum Romanum in fide & subjectione per sacramenta firmaret. 3. Adquisivit autem Carolus Germaniæ Imperium armis, haud secus ac Nimrodus Babylonem, Cyrus Persiam, vel Alexander Græciam hoc enim *Rhegio* dicit: Carolus Roma reversus venit Papiam, ipsamque civitatem armis cœpit, & insuper, Desiderium Regem cum uxore sua & filia apud thesaurum Palatii. Ibique venientes omnes Longobardi de cunctis civitatibus Italiæ, ejus sese subdiderunt dominationi. 4. Unde narrat *Aventin.* cum Ann. C. 801. in templo S. Petri precasset Carolus, Romanos electionem publicasse clamantes alta voce: Carolo Augusto á Deo coronato, Magno & pacifico Imperatori Roman. vita & victoria, &c. 5. *Onuphrius* dicit: Carolus coronatus rex Francorum in villa Franciæ Carisiaco. A. C. 752. Imperator adpellatus Romæ in basilica S. Petri in vaticano, cleri, senatus, populique. Cui 6. aperté consentit *Marcianus Scotus.* 7. Hinc non immerito Anno Christi 1157. *á Friderico Imperatore* læsæ majestatis rei declarati sunt, qui Imperium á Pontifice translatum esse defendunt, *Hieron. Balb. Episc. Gurtzens.* in lib. de coronat. Carol. V. Imp. vide pluribus *Matth. Dresser.* in confutatione comment. opin. Roberti Bellarm. de translat. Imp. Rom. á Græc. ad German.

6. Ut iccirco recté removeatur hodié á coronatione & confirmatione Imperatoris, contra quam *Oldrad.* sentit.

1. Quis enim Roman. Pontifex coronavit Constantinopolitanos Impp. 2. Quis ante Constantinum consecravit Impp. Ethnicos? 3. Quis ante Carolum Christianos Cæsares? Rectè itaque. 4. *Fridericum I. dictum Barbarossa*, Bernhardum & Rolandum legatos cum Hadriani Pontificis nomine Imperium sibi offerre

conarentur, repulit, ut testatur *Radevicus* libr. 3. c. 10. de reb. gest. Imp. Friderici, & describit *Günther.* lib. Ligur. hisce q. Imper. verbis:

Ecclesiam regat ille suam, divinaq; jura
Temperet: Imperium nobis fascesq; relinquat.

5. Unde omnium ordinum consensu *Fridericus* sanxit: ut Papa ab ejusmodi potestate deinceps abstineret, *Aventin.* libr. 6. annal. 6. Quod iteravit *Ludovicus Bavarus* Francofurti A. C. 1338. 18. Augusti, *Nauclero* teste. Et 7. confirmatum fuit in *Concilio Constantiensi.* A. C. 1407. ut auctor est *Guicciardin.* lib. 7. f. 244. *Bodin.* l. de Repub. 9. p. 191. & *Sleidan.* lib. 1. comment. fol. m. 14. Quod idem ipso facto declararunt. 8. Conradus I. & 9. Secundus. 10. Henricus Auceps. 11. Rudolphus Habspurgens. 12. Albertus primus. 13. & secundus. 14. Rupertus. 15. Maximilianus primus. 16. Ferdinandus. 17. Maximil. secundus. 18. Rudolph. II. & 19. invictiss. noster Matthias, de qua controversia vide *Machiavell.* 1. hist. Florent. *Onuphr. Panvin.* in vita Gregor. 7. *Platin.* in vita Leon. 3. *Naucler.* generat. 45. *Rebdorff.* in annal. de A. C. 1339. tom. 1. *Iohann de Paris.* de reg. & princ. potest. c. 18. *Quett.* cons. 1. numer. 17. *Pacian.* de probat. c. 35. num. 32. Mandel. cons. 62. num. 31. & omninó eleganter & nervosé *Georgium Sigismundum Seldium* Imperii Vicecancellarium in seinem bedencken an Keys. Ferdinand / wie des Bapsts zu Rom Pii V. unbilligen zumassen / wider jhr Keys. Majest. ordentliche Wahl durch die Churfürsten des Heiligen Röm. Reichs / ohn des Bapsts Consens vnnd Bewilligung geschehen / zubegegnen sey.

7. Nam á solis VII. viris Imperii eligitur, & Rex Romanus dicitur.

Ut constituit ipse *Clemens V.* in d. clement. 2. de jurejur. Et satis luculenter sancitum pragmatica sanctione *Caroli IV.* quæ dicitur *Bulla Aurea.* Bullas enim majores nostri vocarunt diplomata, & rescripta Cæsarum & Pontificum, ut habes, die Bullen Bäpstlicher Heiligkeit / von Verkauffung Geystlicher Güter in Reichsabschied A. C. 1530. zu Augspurg auffgericht / §. Nach dem Churfürsten / Fürsten / vnd gemeine Stände / f. m. 122. b. Id autem per Synecdochen, quia capsulæ (sigilla continentes,) in formam bullæ ejusmodi literis auctoritatis fideique majoris causa adpendi solebant. *Nadob. Agmon.* in not. ad Curopalat. Nam quia sanctioni huic pragmaticæ Caroli IV. capsulæ seu bullæ sint adpensæ aureæ, idque instrumentis, ut vocant, originalibus, ut videre est in archivis Electorum Principũ, ideó ipsa sanctio rectè dicitur Bulla aurea, quod nomen novum non est, cum & olim talis constitutio dicta sit χρυσόβυλλα, ut notat *Iohan. Trithem.* in Chronic. Hirsaugiens. A. C. 1356. & *Albert. Krantz.* lib. 9. Saxon. c. 29. in pr. *Heig.* q. 4. n. 11. *M. Stephan.* de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 5.

8. Quod etiam adhuc vivente Imperatore nonnunquam fit, licet de eo anté annos aliquot in Imperio fuerit dubitatum.

Unde olim discrimen erat inter Cæsarem & Augustum, ut dicam *sect.* 10. inter Germanos ejus rei extant exempla, ubi divi suos successores denominarunt. Es ist nicht ohne / daß zu offtermahlen ein Römisch. Keys. jhm selbst einen Nachkommen benannt / der folgendes würcklich zum Keyserthumb kommen / als Conradus I. Henricum Aucupem, Otto I. seinen Sohn Ottonem II. Henricus II. Conradum

radum II. vnd widerumb derselbe Conradus, seinen Sohn Henrich den IV. vnd andern mehr / *ait Georg. Sigismund. Seld.* in seinem bedencken an Keyser Ferdinand / über jhr Keyſ. Majeſt. Wahl vnnd Hoheit / f. m. 31. Et idem notat *Heig.* cum extincta Carolina stirpe Imperatores suffragiis Principum Germanorum creari cœpissent, sæpé convocatis Imperii Romani Electoribus Imperatores quempiam, vel filium, vel fratrem se præsente, pro Germaniæ Rege eligi curarunt, qua ratione tres Ottones priores, quinque Henricos. II. III. IV. V. & VI. Wenceslaum, Maximilian. I. & II. Ferdinandū & Rudolph. II. successores destinarunt, quæst. 6. n. 26. Mota autem fuit hæc quæstio, cum A. C. 1530. Carol. V. fratrem suum Ferdinandum designavit. Et licet *Imperii proceres* ad Cæsarem & Ferdinandum scribebant, quod eo contra morem & libertatem agatur Imperii, ut quidem Smalkaldia dant literas ad ipsum Cæsarem, quas vide apud *Sleidan.* libr. 1. comm. in fin. f. m. 204. Et factum illud Cæsaris minimé probare, nec Ferdinando titulum Regis Romanorum tribuere possent, ut referunt ad ipsum Ferdinandum A. C. 1531. apud *Sleidan.* lib. 8. f. m. 215. *Chytræ.* in Saxon. p. 1. lib. 13. de A. C. 1531. *Martin. Cruſ.* annal. Suevic. lib. 11. p. 3. c. 6. *Spangenb.* in Chron. Mansfeld. c. 366. *M. Dreſſer.* in 6. millenar. p. 2. de A. C. 1531. *Thuan.* lib. 2. hist. p. 107. Tamen Imperatoris sententia prævaluit, posse creari Regem vivo Imperatore; ob eas rationes. 1. Quia diversis ipse regnis & populis imperaret. 2. Quod non posset esse continuó in Germania. 3. Quod turbulentus esset Imperii status. Et 4. denique quod per Imperium multa inofficiosé fierent, & minús obsequenter. Iccircó fratrē suum collatis consiliis A. C. 1531. 5. Januarii renunciavit Regem: Dissentiente solo Joanne Saxoniæ Electore, qui nitebatur initió Aurea Bulla tit. 2. §. Wann es auch darzu kommen / tandem tamen ejus rei causa A. C. 1534. transegit hoc modo: ut Ferdinandus apud Cæsarem & reliquos Electores efficiat, intra certum tempus decretum ejusmodi fiat: Cum tempus incidet olim creandi Romanorum Regis vivo Cæsare, ut tunc Principes Electores ante cōveniant, & deliberent, num justæ sint & idoneæ caussæ, & si adpareat, tum demum ex formula legis Carolinæ peragant, *Sleidan.* lib. 9. f. m. 243. Hæc autem quæstio quomodo tempore Caroli IV. in disceptationem venerit, vide apud *Ioh. Cuſpin.* in Carl. IV. p. 382. *Hulder. Mut.* lib. 25. Chron. Germ. de A. C. 1348. *Martin. Cruſ. Annal. Suevic.* lib. 11. p. 3. c. 7.

9. Et tum Electus Rex, suo nomine, nullam in Imperio potestatem habet.

Sic enim *Protestantes* A. C. 1532. Schwinfurti cum Cæsare conveniunt: ut si quando Roman. Rex creetur vivo Cæsare, non suo, sed Cæsaris tantúm nomine Rempubl administret, nec ullam sibi potestatem aut Imperium arroget: Principes atque ordines Imperii non teneantur ei ulla fide, aut jurejurando, nisi post mortem Cæsaris, ut habent *capita transactionis Sweinfurtensis apud Sleid.* lib. 8. f. m. 223. colligeidem ex juramento, quod præstat Imperator Imperio, & fide, quám in inauguratione primúm proceres promittunt Imperatori: ut probant *Petr. de Andlo.* lib. 2. c. 2. *Caſtald.* q. 8. n. 21.

10. Quam tamen postmodum per inaugurationem solennem plenissimé consequitur, cum confirmatis unicuiq; privilegiis, ipsi fides promittitur, & salutatur Imperator.

Electum ante Pontificis Rom. coronationem, saltem Regis Romani nomine, non Imperatoris uti posse, docent *Innocent.* III. c. venerabilē, ext. de elect. & el. pot. *Clement.* Romani, de jurejur. *Baron.* tom. 10. annal. Eccles. de A. C. 871. §. 4. & de A. C. 888. §. 3. *Onuphr.* de comit. Imp. fol. 365. *Bellarmin.* lib. 1. de translat. Imper. lib. 4. c. 6. *Petr. de Andlo.* libr. 2 de Imp. Rom. c. 5. in fin. *Par. de Put.* in Andr de Isern. t. 25. *M. Laudens.* de princip. q. 39. *Castald.* de Imp. q. 10. & q. 45. per tot. *Lancellot.* in templ. lib. 1. §. 1. q. 3. num. 5. *Oldrad.* cons. 180. col 2. *Sign. de Homod.* cons. 129. col. *Corne.* cons. 1. num. 2. libr. 3. *Dec.* cons. 194. in pr. *Decian.* resp. 90. lib. 2. n. 2. Idq; constitutum fuisse á Gregorio V. moment. *Platin* in Gregor. V. *Crantz.* lib. 4 Sax. c. 25. *Naucler.* gen. 34. f. 742. *Pet. Lang* in Chron. Zices. de A. C. 1002. Verúm post Germanicam coronationem & inaugurationem, Electum recté dici Imperatorem, asserunt, *Lud. de Bebenb.* de jur. regn. c. 5. & 6. *Hieron. Balb.* de coronat Imp. f. 37. *Heig.* q. 3. n. 56. p. 1. *Wesenb* in not. ad Schneidwin. in procem. Inst. n. 6. *Heiminsfelt.* in replicat. pro Imp. cap. 36. f. 356. & seq. Unde ipse *Vicecancellarius Imperii* ajebat: Es wissen vnsere Rechtsgelehrten zu Zeiten selbst den vnterscheid zwischen einem Römischen Keyser oder König nicht wol zu finden. Quod enim antiquis temporibus nulla fuerit distinctio inter Imperatorem & Regem, auctor est *Somnium Viridarii*, c. 179 & habes apud Dd. in l. exemplo, C. de probat. *Georg. Sigismund. Seld.* in d. consil. an Keyser Ferdinand/wie des Bapsts zu Rom Pii V. vnbillichen anmassen wider jhr Keyserl. Maj. ordentliche Wahl/ ꝛc zu begegnen. Verúm 1. olim differebant Augustus & Cæsar. l. 6. §. 1. ff. de jure fisci. l. & si. 7. ibi: in comitatu meo vel Cæsaris fuerit deprehensus, ubi *Gothofred.* lit. L. C. de malef. & mathem. Et 2. in Gallis Delphinus. 3 In Hispania infans á Rege differt 4. Rex enim eligitur *in Imperatorem* promovendus, *Clem.* 2. de jurejur. *Aurea Bull.* Carol. 4. tit. 2. 5. Quod & *Sigismundi Bulla* innuit his verbis: Wie dann der jetzige Ludwig selbst gegenwertiglich/gleich wie dieselbige/auß Vätterlicher vnd Erblicher Succession/ dafür erkannt wird/vnnd mit dem rechtmässigen Titul besitzt/ das Recht/ Stim̄/ Würde/ vnd Gewalt/ einen Römischen König/so hernach zum Keyser werden kan/zu erwehlen/ quæ bulla continetur, in dem kurtzen anzeig/ des D. H. F. V. H. H. Philips Ludwigen/ P. bey R. in causa tutelæ edit. Lawingen/ A. C. 1611 in der andern beylagen/sub nu. 2. 6. Huc facit quod Electus Rex Roman. so bald solche Wahl vollbracht ist/ehe dann er in einigen Sachen/ oder andern Geschefften/ in Krafft des Heiligen Reichs handelt/allen vnd jeden Christlichen vnd Weltlichen Churfürsten/ ꝛc alle jhre Privilegien/ Brieff/ Recht/ Freyheiten/vnnd was sie vom H. Reich biß auff die Zeit solcher Erwehlung/ erobert vnnd ersessen haben/ohn verzug vnd widerrede/ durch seine Brieff vnd Insiegel befestigen vnd ernewern soll/ vnnd nach dem er mit Keyserlichen Infellen gekrönet/ so derselb erwehlt/ jedem Churfürsten besonder/ anfenglich in seinem Königlichen Namen/vnnd fürter vnter Keyserlichem Titul/ ꝛc. vid. tit. 2. *Aureæ Bullæ* Car. IV. §. Vnd dieweil/ in fin. & §. seq. Et tamen hoc ipso affirmamus, Regem Rom. si prædecessor decessit Imperator, dici, recté Imperatorē; sic enim addit Seldus: Ja/ es haben wol etliche Rechtsgelehrte gehalten/ daß eines Römischen Keys. Sohn/ der die anwartung ans Reich hat/ ein Keyser mag genennet werden Vnd ist auffm Reichstage zu Franckfurt durch gemeine Stände vnnd andern erkandt worden/daß ein Römischer Keyser vnnd König eben ein ding sey/ *ex Cuspinian. in vita Ludovici IV.* Unde constitutio, so durch Keys. Ludwig

wig zu Cölln außgangen / dicit hoc obtinere de jure & consuetudine Imperii, ut notat *Vicecancellarius Imperii Georg. Sigis. Seldus*, in erwehntem bedencken an Keys. Ferdinand / fol. m. 78. pro qua sententia recté pugnant *Sixtin.* de regal. lib. 1. c. 4. n. 10. *Paurm.* de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. nu. 126. *Schönborn.* lib. 5. polit. c. 8. argumento ducto á sensu contrario, h. m. Ante confirmationem privilegiorum non dicitur Imperator. E. statim post confirmationem.

11. Potestas autem hæc, *Majestatis jura* concernit, quæ dicuntur die Keyserliche Hoheit vnd Reservaten.

Reichsabschied de A. C. 1576. zu Regenspurg auffgericht / §. Dadurch daun / fol. m. 112. Quæ vocat *Tacitus* sacra Regni, *Clapmar.* lib. 1. de arcan. Rerum publ. c. 10. *Livius* jura Imperii, lib. 2. *Günther.* jura Regia, *Bald.* sacra sacrorum. *Ius autem feudale* & canonicum. Regalia, *& Ebræi* dixerunt Majus Imperium, Græci vero κυρίαν ἀρχὴν, & κύριον πολίτευμα.

12. Quænam veró illa revera sint, undevé eruenda, mire Dd. variant.

Unde *Bodin.* 7. majestatis jura constituit: 1. Legem universis ac singulatis dare posse, sine superiorum, æqualium, & inferiorum consensu. 2. Bellum indicere & pacem inire. 3. Magistratus mandare. 4. Extrema provocatio. 5. Jure vel injuria damnatos, contra vim legum ac judiciorum, liberare. 6. Fidelitatis & obsequii sine exceptione superioris præstatio. 7. Nummorum pretium, pondus & figuram præscribere, libr. 1. de Repub. c. 6. Alii quám varié hęc jura distinguant & enumerent, enumerare hic supervacaneum est.

13. Uti probabilis mihi videtur ejus opinio, qui á jure regni, quod *Samuel* populo proposuit, 1. Sam. 8. ex his multa derivat, contra sentiant, licet *Philippus*, *Brentius*, *Osiand. & Pezelius*. Ita cum iis jungi, quæ *Populus Roman.* L. Regia in principem transtulit, omninó velim.

Nam quod ad jus regium Samuelis attinet, rectè *Stapletonus* ait: Regem decet pompa regalis, & illa continetur, d. c. Samuel. 8. v. 11. *Decent eum* centuriones & tribuni, ait *Thom.* 1. 2. q. 105. art. 1. & illi continentur, vers. 12. Decent administri variorum officiorum, tam ex masculis quám fœminis, v. 13. Et præterea decet, ut alatur á subditis: hinc exiguntur necessaria regni subsidia, v. 14. census, v. 15. operæ, v. 16. & decimę v. 17. Et casu necessitatis, ut privatum commodum utilitati publicæ anteponant. Sic enim cum *Nicol. Lyra*, intelligo quæ dicit in fin. v. 17. Et vos eritis ipsius servi. Vel si mavis, distingue cum *Alberic. Gentil. & Warem. de Eremberg.* inter potestatem licitam & officium Regis, ut scil. illa 1. Sam. 8. hoc v. Deut. 17. proponatur, ad quod *David* 3. Reg. 2. filium suum Salomonem adhortatur. *Me* movet. 1. Quod hæc lex anté faciem Domini reposita fuit in arca fœderis, 1. Sam. 10. vers. 25. 2. Quod Deus duriusculé voluit jura regia significari populo, eo quod statum, qui hactenus fuerat Aristocraticus (vide Deut. 17. *Sigon.* de Republ. Hebr. lib. 6. c. 7. *Ioachim. Stephan.* 1. de jurisd. c. 6. & 7. *Petr. Galatin.* 4. de arcan. Cathol. c. 5. *Calvin* 4. Instit. c. 20. sect. 8.) sperverant. de Lege Regia dicam infra.

14. Quia veró Respubl. nostra ex capite & membris componitur; ita *quædam Capiti reservantur*, *quædam membris communicantur*. Illa sacra

sacro-

sacrorum dicuntur *Baldo*. Mihi verò summum majestatis jus, quod in dominio totius mundi consistit, ut *DD. Augustus & Antoninus* rescripserunt.

In l. deprecatio, 9. ff. ad l. Rhod. de jact. adde *Nov.* 105. c. 2. in fin. l. benè á Zenone, vers. qui n. C. de quadr. præscript. *l. sed duas* 6. §. est autem, ff. de excus. Intelligimus autem hic voculas, *mundi, orbis, gentium, & populorum, &c.* civiliter, eius qui subsunt orbi Romano, arg. *l. in orbe Romano*, 17. ff. de stat. homin. multæ enim fuerunt provinciæ in universo mundo, vel nunquam á Romanis devictæ, vel exemptæ. *Didac. Covar.* in c. peccatum, 2. §. 9. num. 5. de R. I. in c. *Pruckman.* in §. soluta potestas, c. 3. num. 118. Et aliâs non est infrequens in jure nostro verba secundum subjectam materiam intelligi. *l.* 15. §. 4. *l. in lege*, 29. *ff. locati*, *l.* 78. *l.* 104 *l.* 115. *de V. S. c. si beneficio*, de præbend. in 6 *Gœd.* tom. 1. cons. Marp. 24. num. 150. *Pruckm.* cons. 14. nu. 90. Eodem modo & Germani Imperatores totius mundi sunt Domini, ut de se testantur *Ludovicus IV. & Frideric. Pulcher Impp.* his verbis: **Wir Ludwig vnd Friederich. ꝛc. bekennen/ daß wir vns mit einander verbunden haben ewiglich/ daß wir das Römische Reich/ darzu wir beyde erwehlet/ vnd geweyhet seyn/ mit allen seinen Würden/ ꝛc. Vnd was es hat vnd dazu gehöret/ über alle die Welt/ mit einander gleich als eine Person besitzen sollen vnd wöllen/** & post pauca, **vnd soll jederman fürbaß von einem andern Recht nehmen/ an allen Sachen in allen Landen/ über alle die Welt/** ut videre est apud *Cuspin.* in Austria.

15. Et nemini concedi potest.

1. *Natta* cons. 636. num. 169. 2. Quia ossibus Imperatoris adhæret, *Molin.* consuet. Paris. tit. 1. §. 3. gloss. 4. numer. 16. 3. Cùm in Marsupio Principis non sit; *Roland. á Valle*, cons. 1. num. 115. vol. 2. 4. Nec ullo tempore præscribi possit, l. 5. C. de præscript. 30. vel 40. ann. *c. cum non liceat*, in fin. ubi gloss. & Felin. ext. de præscr. *Ias.* in l. imperium, 3. num. 20. ff. de jurisdict. *Modest. Pist.* cons. 4. n. 24. vol. 1. *Perez.* de jure fisci, lib. 1. tit. 1. n. 13. 5. Et denique á summa majestate ita non separatur, ut nec radii solis á sole, *Paurm.* de jurisd. lib. 1. c. 21. n. 1.

16. Dominium hoc *Romulus* hac lege complectitur: Populus LL. sciscunto: Magistratus creanto: & Bella decernunto. *Halycarn.* lib. 4. *Primum* itaq; hujus summæ majestatis caput est, ut LL. universales condat, atq; interpretetur.

Quod, præterquam quæ dixi sect. 13. ex 1. Sam. 8. notum satis est ipsum populum Romanum, in Principem transtulisse Lege Regia, ut locuples sat testis est ipse *Iustinian.* in §. sed & quod Principi. 6. Inst. de I. N. G. & C. Quæ quidem lex Regia, si non cum urbe Roma, ut nonnulli ex *Livio* libr. 34. demonstrant, certè lata est sub Augusto Cæsare, ut aperté testatur *Dion.* lib. 54. *Tacit.* lib. 1. *Barclai.* lib. 3. de jure regni, c. 15. revocata autem sub Vespasiano, cujus monumentum adhuc extat Romæ in Capitolio, eó translatum á S. P. Q. R. ex templo S. Joannis in Laterano, ut quidem refert *Iustus Eccard.* in tract. suo de L. Regia, cujus monumenti interalia hæc sunt verba: *Vtiq; quæ ante hanc legem rogatam acta, decreta, imperata ab Imp. Cæsare Vespasiano Aug. jussu mandatuvé ejus á quoq; sunt, ea perinde justa, rataq; sint, ac si populi, plebisvé jussu acta essent.* Extant apud. *M. Steph.* lib. 2. de jurisd. p. 1. c. 1. n. 73.

17. In-

17. Indeque lege civili, Ulpiano, civili ratione dicitur solutus. l. 31. ff. de LL. 2. Lata enim lex civilis est, vel á prædecessore suo, & civili ratione ea non tenetur, cum par in parem non habeat imperium, *l. nam magistratus*, de recept. arbitris. & c. 20. de Elect. & elect. potest. 3. Vel ipse legem civilem tulit. Et rursus ratione civili nemo sibi ipsi potest imperare, *l. pen.* de arbitr. Dico *civili ratione*. Nam si de ratione & æquitate naturali quæras, aliud respondebo, cum ipsa honestas requirat, servare ll. quas aliis præscripsit. 1. Decet enim tantæ majestati, eas servare ll. quibus ipse solutus esse videtur, *l. ex imperfecto*. 23. ff. de legat. 3. 2. Ut digna vox sit majestate regnantis, legibus alligatum se principem profiteri. l. 4. C. de LL. 5. Licet enim (rescripserunt, *Severus & Antoninus*) ll. soluti simus, attamen ll. vivimus, addunt. § *fin.* Inst. quibus mod. testam. infirm. 4. Inde rectè *Symmach.* in orat. pro veter. Deorum cultu ad Imperatorem: Plus apud vos, inquit, Iustitia, quám licentia valet. Et 5. *Pacatius ad August.* ait: Tantúm tibi licet, quantum per leges licebit. 6. Specimen enim ait *Cicer. lib. 3. de finib.* vacare officio, Princeps cæteris esto. 7. Et idem notat *Bal.* ad l. 9. C. de LL. sc. Quod si ll. submittat Princeps, non legum efficacia, sed virtuti ejus adscribendum est. Denique 8. Idem ex veteri monumento Legis Regiæ colligo, cujus hæc verba æneis tabulis inciså reperiuntur: *Vtique quibus legibus plebiúve scitis scriptum fuit, ne Divus Augu. Tiberiusvé Iulius Cæsar. August. Tiberiusq; Claud. Cæsar. August. Germanicus tenerentur, iis legibus plebiúve scitis Imperat. Cæsar Vespasianus solutus sit, quaq; ex quaq; lege, rogatione, Divum Aug. Tiberium & Claudium Cæsarem Aug. Germanicum, Tiberium Iulium Cæsarem Aug facere oportuit, ea omnia Imp Cæsari Vespasiano Aug facere liceat.*

18. Utrumq; de Imperatore nostro affirmamus, nam & in comitiis solus legem generalem condit, licet non sine consilio procerum Imperii.

Sic enim publica Imperii decerta *Cæsar edicit*: **Wir N. von Gottes Gnad** bekennen vnd thun kund jedermenniglich. ubi nomen Procerum non additur. Cur igitur, ais, accedunt publica Imperii comitia, in quibus generales illæ figuntur leges *addunt ipsi Principes* in decretis comitiorum in fine. **Vnd wir Churfürsten/ꝛc.** bekennen öffentlich mit diesem **Abschiede/daß alle vnd jede obgeschriebene Puncten vnd Artickul mit vnserm gutem Wissen / Willen vnd Rathe fürgenomen vnd beschlossen.** Ut quidem á Carol. Magn. tempore fuisse observatum, colligimus ex Capitular. ipsius Carol. M. quam vide apud *Melch. Heiminsfelt.* tom. 3. const. Imp. p. 133. & 134. Hoc verò nihil impugnat quin solus Imp. legem condat. 1. Nam inde usque á prima origine urbis Romæ, Romulus, cæteriqúe reges Romani, comitia habuerunt, in quibus de summis Reip. negotiis cum S. P. Q. R. consultarunt. 2. Unde *Agell.* affirmat ea diligentia Romanos Principes fuisse usos, ut suffragiis dicendis senatus crearent, qui primo sententiam rogati dicerent lib. 4 c. 10. & lib. 4. c. 17. qua de re plurimus agit *VValther.* 1. *misc.* 29. 3. Et item *Heig.* dicit: Eam apud Romanos fuisse Imperii formam, quod non omnia Imperatores per se expedierint, sed pleraque & graviora, ex consilio senatus egerint, cujus tum & post permagna auctoritas fuit, q. 2. numero 17. 4 Idem fecisse Lacedæmonios, cum Regibus suos adjunxerunt Ephoros, testatur *Albin.* in famil. Wittikind. fol. 81. 5. Et adhuc fieri idem in HISPANIA. *Petr. Bellug.* in *Specul princip. rub. 2. numero* 2. ANGLIA, *Casus* 3. polit. c. 5.

SCOTIA *Buchan.* de jur. regn. apud Scotos, *Arnisaus* 18. polit. GALLIA *Hotom.* de antiquit. Gall. jur. cap. t. 23. *Bodin.* 1. de Republ. c. 8. *Stephan. Iun.* de. jur. Magist. in subd. q. 6. Et POLONIA *Iacob. August. Thuan.* lib. 56. histor. de anno 1573. (dicentes in his regnis reges absque procerum concilio ferre non posse leges,) narrant. 6. Quid igitur mirum, si á Germanis idem fiat, qui majore libertate semper sunt usi? Dann nicht desto weniger haben sie die Hochheit deß Keyserthumbs/ (monarchiam scilic. quartam,) biß auff diese Stunde an sich behalten / vnd ist die Gewalt vnd stercke der Teutschen Nation bißhero dennoch jmmerzu so groß angesehen vnd befürchtet gewesen / daß sich keine frembde Nation darannen reiben dörffen / noch jnen solche Præeminentz entziehen mögen. Daneben haben die Teutschen je vnd allewege vnter jren Keysern / jre alte Teutsche Freyheit dermassen herbracht vnd erhalten / das sie jnen nicht eingreiffen können / besondern ist das Keys Regiment allewege also angestellet gewesen / daß es menniglich bey seinen Freyheiten / Rechten vnd Herkommen bleiben lassen / schützen vnd handhaben / vnd in furfallenden wichtigen Sachen / mit vorwissen vnd zuthun der Churfürsten / vnd gemeinen Stände handlen vnd schliessen sollen. *Vt ad ipsum Imperatorem D. Maximilan. II. hæc verba rescripsit Lazarus* von Schwendi / in seinem bedencken an J. K. M. von Regierung deß Heilig. Röm. Reichs / vnd freystellung der Religion. § 12. f. m. 122.

19. Et solus, Civili ratione, lege Civili solutus est, quamvis lege regni teneatur, Zoanetto teste.

1. Imperatori enim nostro competit Majestas leges condendi generales, ut *sect. præced.* dixi. E. & ll. soluta potestas, vel ipso *Bod.* teste, vid. 1. de Repub. c. 8. *Albert. Gentil.* in disp. de potest. regis absoluta. *Dauth.* ad l. 3. num. 2. de testament. 2. Et cur non solutus sit legibus? Cum quod antiquis temporibus competebat, ademptum ei non legatur, argument. l. 27. C. de testam. lib. 26. 27. 28. ff. de LL. 3. Nam & eodem modo Imper. noster in actibus, quos gerit, juris solemnia observare non tenetur *Zas.* ad l. Princeps. 31. num. 3. ff. de ll. *Gail.* obs. 42, num. 1. & seq. & 3. observ. 87. numer. 6. *Nicol. Eberhard. Iunior* cons. 63. num. 31. vol. 1. *Paurmeister* de jurisd. lib. 2. cap. 5. nu. 42. Is veró solutus legibus est, *l.* 14. § 1. de manumiss. *l.* 3. C. de testam. *l.* 54. C. de donat. *l. pen.* C. de donat. int. vir. & uxor. *l. ult.* in fin. Codic. de quadrien. præscript. *Nov.* 52. cap. 2. *Coras.* 2. misc. 25. numero 4 & 5. 4. Et denique qui plenitudine potestatis fruitur, solutam ll. potestatem habeat, necesse est: si quidem per hanc de illa constat. *Omphal.* lib. 2. de potest. Princip. *Gail.* 2. obs. 56. *Mynf.* 4. obser. 8. numero 4. *Albert. Gentil.* disput. de potest. reg. absoluta. p. 10. At veró Imperator plenitudine potestatis in suos proceres Imperii utitur, cũ quotidie mandat h. m. befehlen / setzn / ordnen vnnd wollen / ꝛc. von Römisch. Keyser. Macht / Vollenkommenheit vnd rechten wissen / in Krafft dieses Brieffs. Hac potestate leguntur usi nostro etiam seculo Impp. 1. *Carolus IV.* in præfa. aureæ bullę circa fin. & tit. 2. in pr. Item tit. 8. tit. 13. in finit. tit. 16. 2. *Maximilianus* I. in der handhabung deß Friedens zu Wormbs / A. C. 1495. auffgericht / sub tit von Sachen / so sich vor diesem Landfrieden begeben haben. 3. *Carolus V.* im Reichsabscheid / de anno 41. § Als wir / 4. *Ferdinand.* in recessu de anno 1555. § Solches alles vnd jedes / 5. *Rudolph.* II. in mandato quodam de anno 1607. 27. Septemb. Wie wir dann mit wolbedachtem Muth / gutem Ruhm vnd rechtem wissen / auß Römisch. Keys. Macht vnd vollkommenheit / ꝛc. Et *Invictissimus* noster *Matthias* sub dato 2. Julii, A. C. 1612. ad E. M. B. & VV. VV. P. R. [illegible]

gebie-

gebieten demnach E. E. L. L. hiemit / von Römisch. Keys. Macht / auch Gerichts und Rechts wegen / &c. Quod quo minus impediat, quod lege regni teneatur, dicam infra *sect.* 32.

20. Adque eum, ut legem animatam, extrema conceditur adpellatio.

1. Ut enim ab eo omnis jurisdictio, per concessiones & investituras fluit, ita ad eundem refluit per Appellationes ait *Pacian.* de probat. libr. 2. c. 43. nu. 7. 2. Adeo ut præscribi hoc nequeat. *c. venientes.* de jurejur. *Mynsing.* cons. 24. numer. 22. 3. Et ipse Princeps hoc jus alii concedere nequeat. *Molin.* in consue. Burgund. tit. 1. § 3. gloss. 4. 4. Ideoq; adpellationem Carol. V. Rex Galliæ recepit ab Aquitannis, quos Johannes pater in Eduardum III. Anglorum Regem cum omni superioritate transtulerat, licet de eo sit conquestus Eduardus Niger. vide *Frossard.* lib. 1. c. 246. *Non autem autumegamus hic Imper. concedere alicui posse, ut omissa adpellatione ad Cæsarem solus causam dicidat.* Sic enim olim non adpellabatur á præfecto prætorio, *l.* 1. § 2. ff. de offic. præf. prætor. *l.* 1. § *fin.* ff. á quibus adpellari non licet, *l. præfecti.* ff. de minor. *l.* 3. Codic. de offic. præfect. prætor. orient. & *l. á proconsulibus,* C. de adpellat. *l. un.* C. de sent. præf. prætor. Et hodie in imperio quibusdam concessum est, ut mox dicam.

21. Quam majestatem solus itidem retinet, liceat alicui indulgeat jus de non appellando: vel omninó, vel sub certa pecuniæ summa.

Aliud enim est suo jure quid habere, & aliud superioris concessione quid obtinere. Et rursus aliud est concedere alicui privilegium extremæ provocationis, ut omnes totius imperii subditi ad eum provocent, quod ut solus Imperator in omnes habet, ita, quia in summo totius mundi dominio consistit, alii concedere non potest. vid. sect. 15. Aliud longé est privilegium, ut omissa adpellatione in suo territorio causam definiat, quod sæpe fit *c.* 1. *in fi.* extr. de rescript. *c. past.* de adpellat. 1. Quia interest Reip. ne lites fiant immortales, *l propterandum.* 13. C. de judic. *cum quidam* 21. C. de fid. Instrument. *c. constitutis. in fin.* de Procurat. 2. Unde & Caligula magistratibus liberam jurisdictionem concessit sine adpellatione, ut testatur *Suetonius.* Et 3. hodie vel omnino non adpellant, ut Sachsen / (æquè autem hîc alios Saxon Duces quám Electores intelligo, vide *Gilman. in symphorem.* tom. 6. c. 1. § 6. *Knich.* verb. jus. c. 2. n. 32. *Heig.* q. 4. nu. 42. *Sixtin.* de Regal. lib. 1. c. 5 n. 15. *Zinzerling.* in disp. inaugural. de Appellat. concl. 72. *Buxtorff.* ad Aur. Bull Caroli IV. concl. 94 lit. c.) Chur Brandenburg / Osterreich / Lottringen / Würtenberg / das Landtgericht in Franck. Vel 4. non adpellant, nisi summa excedat: apud *Electores,* Trier 500. Rhein. fl. in Gold. Cölln. 500 in Müntz Pfaltz 1000. fl. in g. apud *Episcopos,* Magdeburg 600. fl. M. in realibus in personalib. v. & mobili. 400. fl. m. Lüttich. 1200. fl. g. Brixen 300 fl. m. Metz 500. fl. g. Verdun 500. fl. g. Apud *Principes seculares,* Bayern 500 m. Brandb. 400. fl. m. Braunschwick. 300. fl. g. Pomern 300. fl. g. Mechelnburg 300. fl. g. Hessen 600. fl. g. Die Reichsstädte / Regenspurg / 400. fl. m. Nürnberg / 600. fl. m. Memmingen / 600. fl. m Straßburg / 600. fl. m. Franckfurt 200 fl. m. Cölln / 300 fl. g. Lübeck 200 fl. g. Lü. Hamburg 600 fl. g. Bremen 600. fl. g. Münster 200 fl. g Schweinfurt 200. fl m. Hall in Schwaben 200. fl m. Kempten 100. fl m. Collmar 50. fl. m. Wimßheimb 14 fl m. Rotenburgū

& Eslinga habent privilegium in captis pignoribus, quemadmodum Juliacensis in omnibus possessoriis, *Gilman. in Symphorem. supp.* Dictas veró summas nonnunquam mutari & augeri Reip. German. magni interest, cum sc. in Camera indies augeantur lites. Unde etiam in Bavaria & Bruns Wicensi Ducatu usque ad 800. *fl.* ventum fuisse testatur *Mindan.* in c. de privileg. & *Denais.* jur. Camer fol. 271. n. 14 *Wilhelm. Roding.* pandect. Cameral. lib. 1. de jurisd. Camer. tit. 20.

22. Et hæc de primo capite summæ Majestatis; potestate sc. ferend. ll. univers. Cum autem parum sit jus esse, nisi sint, qui jura regere possint, inde secundum caput hujus majestatis promanat. Quod solus Magistratus mandet & constituat.

Descendit hoc caput á priore, *l.* 2. § 13. ff. de orig. jur. utrumque á Dominio totius orbis Romani, quod Imperatorem habere, jam sup. *sect.* 14. probavimus. Quod si est, manet inferiores magistratus, nisi ab eo, qui dominium illud habet, constitui posse. 2. Unde & vetusto legis Regiæ monumento, cujus *sect.* 16. & 17. mentionem fecimus, ita cavetur: *Vtiq; quos magistratũ, potestatem, imp. curationemvé cuius rei petentes, senatui P. Q. R. commendaverit, quibusvé suffragationem suam dederit, promiserit, eorum Comitiis quibusq; extra ordinem ratio habeatur.* 3. Et *Commodi Imperatoris constitutionibus* inscriptum esse quoddam capitulum ex Epistola *Anton. Pii* hisce verbis. His omnibus D. Pater meus, mox ingrediens principatum, constitutione existentes honores, & immunitates firmavit, testatur *Modestin. in l. si duas.* § Est autem 8. ff. de excusat. 4. *Plin.* lib. 10. Epist. auctor. est, quod ex more antiquo, soliti fuerint principes honores auferre, vel adimere, ut primum induebant purpuram. 5. Quod & in Galliis observari *Papæ.* lib. 4. tit. 1. arresto 4. *Gregor. Tholosan.* lib. 9. de Republic. c. 1 num. 34.

23. Ut nondum videam, cur non soli imperatori competat facultas de feudis immediaté imperio subjectis, cognoscendi.

1. Notum enim est, quod regales dignitates cum regalibus feudis, in imperio, solus conferat Im. & præter eũ nemo alius. *c.* 1. ubi Dd. Quis dicatur Dux Cõ. Mar. & c. de feud March. & testãtur *Iacob. Menoch.* cons. 32. n. 9. *Paris.* cons. 23. n. 17. vol. 1. *Zas.* p. 5. de feud. n. 1. *Mozz.* de divis feud. num. 42. *Gail.* 1. obs. 1. n. 11. *Roding.* pandect. Cam. lib. 1. t. 17. § 7 *Ros.* c. 12 concl. 1. n. 30. *Knich.* in privil. jur. Saxon. verb. ducum. c. 1. *Vult.* 1. de feud. c. 8. n. 10. ubi feud. regale definit; feudum nobile supremi principis auctoritate concessum cum regali dignitate. 2. Inde est, quod omnes, quæ circa hujusmodi feuda incidunt controversiæ, ad solum Imp. spectent, *ord. Cam.* p. 2 tit. 7. *Schrad* p. 10. de feud. sect. 5. n. 39. *Vult.* 2. de feud. c. 2. n. 9. *Obr.* disp. feud. 2. thes. 70. & seq. Hicq; 3. casus unus est, quo in contentiosis Cam. cum Imp. non habet cõcurrentem jurisd. *Gail.* 1. obs. 29. *Frider.* de process. extrah. lib. 1. c. 19. n. 18. 4 Ita quidem, ut vacante imperio, Saxon. & Palatinus de iis cognoscere nequeant, *Aurea bulla* tit. 5. Quod utique possent, si cognitio non pertineret ad solum imp. 5. Divisio regalium feud. quæ regulariter est prohibita, *c.* 1. § præterea, de prohib. feud alienat. per Frid. sustinetur auctoritate solius imperatoris. arg. *d* § *præterea*: de prohib. feud. alienat. per Frider. & *c.* 1. *de prohib* feud alienat. per Lothar. *Curt. Iun.* p. 4 de feud. num. 122. *Schrad.* p. 8. c. 2. n. 41. *Intrig* quæst feud. 39. n. 62. & *Rosenth.* c. 9. concl. 56. n. 12. 6. hoc confirmatur *Aurea bulla Carol.* 4. c. 7. in fin. his verbis: Vnd ob derselben Fürstenthumb

thumb/eins oder mehr im Reich ledig wird/so sol vnd mag ein Röm. König/der zu yrn zeiten ist/ damit thun vnd versehen/ als mit einem Gut/ das jhm/ vnd an das Reich gefallen ist/7. Inde est quod solus Imp. pactiones inter proceres imperii, de mutua successione factas, adprobet; quæ dicuntur die Erbverbrüderung/ *Clapmar.* l. 2. de arcan Rerump. c. 21 *Andr. Gail.* 2. obs. 127. n. 5. & 6. 8. Hinc repulsam olim tulerunt principes Anhaltini, cum defuncto Electore Waldemaro sine liberis, peterēt Marchiam Brandeburgensem, ex pacto, quod Imperator non adprobarat *Peucer.* l. 5. Chron. in vita Ludovici Bavari f. m. 812. Atqui hæ promissiones expectativæ nihil aliud sunt, quàm investituræ suspensivæ. 9 Si committant vasalli imperii feloniam, ob quam feudo possint privari, solus Imperator remittit culpam, ut in se vel in imp. commissam, *Rosenth.* c. 10. concl. 38. n 30. Idem forté probabitur ex historicis. Nam 10. *Peucer.* (vir omni disciplinarum genere excellens, & in historiis omnium temporum imprimis versatus, ut ait *Nic. Cisner.* in quadam Epistola ad Sax. Prin. & in orat. de Ottone 3.) narrat, consuetudine antiqua, feuda masculina, heredib. masculis deficientib. rediisse ad Imp. qui re deliberata tribuerit ea, quibus fuit ipsi visum, sed feré aut præclaré meritis, aut iis, qui necessitudine aliqua, defunctos attigerunt, interdū autem suos prætulisse; quod ostendunt exempla Ducatuum Sueviæ. Bavariæ. Hæc *Peucer.* l. 5. Chron. f. m. 711. 11. Cum AUSTRIA tempore Rudol. 1. Comitis Habsp. aperiebatur, Rudol. Imp. filium suum Albertum ea infeudavit. Unde Ducum Austriæ origo. *Histor. Com.* & *Thom. Michael* de jurisd. concl. 13. 12. In PALATINATU diem functo Herm. Comite Palatino, absque heredib. legitimis, Frideric. I. fratrem suum Conradum constituit comitem Palatinum Rheni. *Abbas Trithem.* ad annum 1556. Chronic. Hirsau. *Henr. Mut.* l. 18. post. princ. 13. In SAXONIA mortuo Alberto Urso, Sigismundus Imp. Sax electoratum Frider. Marchioni Misnię concessit. *Spangenb.* in Chron. Mansf. cap. 311. *Cuspin.* in Sigismund. *Dresser.* in Chron. Saxon. de A. C. 1423. *Peucer.* d. l. f. m. 671. Unde hodierni Electores & Duces Saxoniæ. 14 In BRANDENBURG defuncto Waldemaro Electore, sine liberis, Ludovicus Bavarus, March. Brandeburgensem imperio vindicavit, & in ea filium natu maximum Ludovicum collocavit, *Peucer.* d. l. f. m 812. 15. Et iterum Sigismund. Imper. E. B per mortem Jodoci Marchionis imperio apertum, Friderico Burg. N. contulit, ut testantur *P. Lang.* in Chron. Citiz. de A. C. 1411. *Naucler.* gener. 48 f. 1064 *Peuc.* l. 5. Chron. in Sigismund. 16. In POMERANIA cum in discordi Electione, Duces renovationem investituræ petere neglexissent, Imp Ludovic. Pomeraniam in feudum concessit alteri filio Ludovico dicto Romano. *Chytræus* in Chron. p. 156 365. & seq. 17. En & aliud quod non ita pridem in domo S. contigit A. C. 1548. in comitiis Augustanis M. quidem S. Electoratu solenniter fuit investitus, assidentib. imperatori Electorib. ut enarrat *Sleid.* lib. 20. commentar. f. m 624. Verūm VII. viratus & ex I. F. provincia maxim. partem, jam ante M. attribuerat. Carolus solus, in castris Sc. ad W. ut addit *Sleid.* d. l. 20. f 624. ibi enim nemo ipsi ex Electorib. adfuit, præter quam Brand. qui tamen non hac de causa eó venerat, sed ut intercederet pro Electore captivo *Sleid.* l. 19. f m. 578. Idem amplius posset demonstrari præjuditiis. 18. *Friderici Imp.* de an. 1434. & 1454. 19. Item *Maxi.* 1. de an. 1503. 1504. 1505. 20. *Caroli V.* qui ducatum M. imperio apertum solus filio suo, vid. *Cottam* in memorab. verbis Mediolanum & *Horat. Carpan.* ad statut. Medi. in diplom. n. 1 & 2. Et denique 21. *D. Rudol. II.* qui comitatum K. imp devolutum E. M. solus contulit, *Nic. Serar.* l. 5. rerum Mogunt. Archiepisc. 57. c. 16. Sed hæc hic

ſufficiant.22. Sunt qui valde in contrarium urgent *capitulationem Caroli* V. quę extat apud *Sleid.* lib 1. his verb. imp. bona, quæ forte *vacabunt*, nemini conferat, sed ad publicum patrimonium referat. Quam iccirco quidam magni nominis ICtus de vacantib. bonis accipit, quod miror; ſenſus enim ſimplex eſt, & ipsũ, quod vocant, originale hæc verba habet: Was auch von Lehn/dem Reich vnd vns bey zeit vnſer Regierung eröffnet vnd ledig heimfallen würde/ als Fürſtenthume/ Graff- vnd Herrſchafften/ Städte vnd dergleichen/ die ſollen vnd wollen wir niemand verleihen/ ſondern zu vnterhaltung des Reichs/ vnſer oder vnſerer Nachkommẽ/ der König oder Keyſ. behälten/ einziehen/ vnd corporiren. Quod caput l. cet novam concessionem Imp. deneget, cognitionem tamen eîdem, ſi de hoc controverſia oriatur, meo quidem judicio, non negat.

24. Ita tamen, quod ipſe bene cognoſcat, ut ſi cum procerum conſilio egerit, id ad beatitudinem imperii, ſuamque ipſius redundare gloriam: ut Theod. & Valent. de ſeipſis affirmant, & Germani Impp. ipſo facto declarant hactenus.

l. 8. C. de LL. Poſſent adduci conſuetudines & obſervantiæ, quæ abundè nos edocent, hujuſmodi controverſias coram ordinib. imp. fuiſſe motas, in imperii comitiis: Sic enim 1. Hen. IV. Ottonem Bojariæ Ducem, teſtis eſt *Schaffn.* de A. C. 1070. *Avent.* l. 5. annal. Bojar. f. 443. Spang. in Chron. Manſf. c. 183. *Krantz.* l. 5. Sax. c. 22. Henricus V. Hen. Loth. *Naucler.* generat. 37. *Aventin.* l. 6. f. 484. 3. Cunradus III. Hen. Bojariæ. *Sigon.* l. b. 11. An. 1138. *Cuſpin.* in eod. *Cruſ.* lib. 10. p. 2. c. 14. Fridericus I. Henricum Leonem Sax. *Otto de S. Blaſ.* in appendice ad Otton. Friſing. c. 24. *Avent.* l. 6. f. 515 & ſeq. *Spangenb.* in d. Chron. c. 230. 5. Otto IV. Ottonem de Witelsbach. *Mut.* lib 10. Chron. p. 173. *Naucler.* generat. 41. p 209. *Lang.* in Chron. Zieſ. de A. C. 1208. 6. Rudolph. deniq; I. Ottocarum Bohem. *R. Cuſp.* in Rudolph. 1. hiſt. Auſtr. p. 328. tom. 1. Freher. *Aventin.* lib. 7. f. 569. coram ordinibus convenit, quæ præjudicia collegit *Gerlac. Buxtorff.* ad Aur. Bull. Carl. IV. concl. 83. lit. f. Quod autem contraria exempla *ſect.* 23. allata attinet. 6 ex *Mutio* notum eſt, quid Sigiſm. Imp. ſcripſerit ad concilium Baſilienſe, cum Henricus Dux Lavenburgenſ. & Frider. de Ducatu Sax. contenderent: Feudales enim, ait, quæſtiones, per dominum feudi, ac pares Curiæ decernendæ ſunt: quæ Epiſtola extat *in appendice actorum concilii Baſilienſ. tom. 4. Venet. impreſſ. fol.* 750. ni dicas forſan, Imp. hæc dixiſſe ad exemplum juris communis feudalis, ut ſcilicet in hac controverſia excluderet Papam & concilium Baſilien. Volebat enim Lavenburgenſis litem definiri concilio. Vel ubi mavis, quod hæc Exempla loquantur de Cæſaris voluntate libera, non coacta. Sic enim *Baſilea inter Imp. & Frin. tandem convenit.* Es mag auch vnſer Keyſ. vmb die obgenãte 3. Stück wol niderſetzen/ ſeine Fürſten/ ſie ſeyn Geyſtlich oder Weltlich/ oder gefürſtete Aptey. 7. Sic quod de Fri. I. Electore Sax. *ſect. prec.* dixi, factum id eſſe dicit *Feucer.* conſilio Proc. Imp. cui cõſentit *Krantz.* l. 11. Sax. c. 10. & ita eſſe ex ipſius inveſtiturę litteris in archivis E. S. aliquando ipſi vidi. 8. Ita etiam *Ludov. Bavarus* March. Brandeb. in filium ſuum non aliter, quàm conſilio procerum tranſtulit. Id n. teſtatur ipſe *in Epiſt. ad Ioh. 22. Pontificem* his verbis: Darumb wir als Röm. Fürſt/ vnd rechter natürlicher Verwalter deß Heil. Römiſchen Reichs/ mit Rath der Stände deß Reichs/ nach vermöge der Keyſ. Rechte/ vnd löblichen Gewonheit/ deß H. Röm. Reichs ver-


556a



verliehen haben/vnserm Erstgebornen/die Marck Bran. ꝛc extat hæc Epist. in dem Bedencken H. Geor Sigism. Selden an Keys. Fer. wie deß Bapsts zu R. Pii. V. vnbilligen anmassen wider jhr Keys May/ ordentlicher Wahl zu begegnē sey/fol. m. 105. Plura in hanc sententiā tibi nota, auß dem Außschreibē deß Durleuchtigstē/ ꝛc. J. S. an alle Christliche hohe Potentaten/Chur- vnd Fürst. auch ins gemeine/an alle vnnd jede Stände/Glieder vnd Vnterthanen deß H. Römischen Reichs/ wes Standes/ Würden oder Wesens dieselben seyn/ ꝛc. impress. Düsseldorff Anno 1610. cui jūgas, die beständige Information juris & facti, wie es mit dem am Keys. Hoff/wider die Stadt Donawert außgegangenen Processen/ vnnd darauff vorgenommener Execution/ eigentlich vnd im Grund der Warheit beschaffen/fol. m. 370. seqq. per discursum, Item, den kurtzen vnd gegründeten Bericht/ de hac controversia hisce nundinis publicatum. Et denique die notwendige Erinnerung/was bey der Donawerdischen Information in acht zu nemen/ imprimis p. 171. & 161. obtinet man weiß/daß in wichtigen Irrungen/zwischen Chur-Fürsten vnd Ständen/so grosser Consequentz seyn/ die Römisch. Keys vorher/vnd noch jetziger Zeit/ als in der C. P. Tutel/ G. Succession/ vnd M. Baw/Chur-vnnd Fürsten/ welche Keys. Maximilian auff eine Zeit für seine höchste Rähte gehalten/ billig/löblich/ recht vnd wol zu sich ziehen/ mit deren Rath handlen/ vnnd den Außschlag geben/ wie ein solches recht/ löblich/ vnd auch hinfüro vnzweiffentlich nicht vnterlassen wird. Quod verò si & ipse Imperat. jus aliquod prætendat, quis tum de controversia hac cognoscet? R. Specul. Suevic. *lib.* 1. *c.* 23. § kriegt der König mit jemand/ vmb Gut/ oder ander ding/ das deß Reichs ist/ da sollen vber sprechen/ die Fürsten vnd Grafen/ die Freyen vnd deß Reichs Dienstmanne vid. *Rosenth.* de feud. 12. n. 2. *Vult.* l. 2. n. 23. *Borch.* c. 10. n. 6. *Wesenb.* c. 17. n. 5. *Schrad.* p. 10. c. 5. n. 22. Item *Petra*, de potest. princ. c. 15. n. 75. *Bocer.* de jurisdict. c. 3. num. 39. *Knich.* de jure territ. c. 1. num. 196. *Alciat.* cons. 2. nu. 23. lib. 3. & cons. 28. n. 4. lib. 6. & novissimé *Goslac. Buxtorff.* in d sertat sua ad auream bull. Caroli IV. concl. 83. lit. D.

25. Tertium caput summæ majestatis ultro sequitur, nec enim satis est suos legibus ut coerceat per magistratus, ad hoc constitutos, nisi etiam bene meritos privilegiis & immunitatibus ornet, ajebat Solon, quod itidem solus facit Imperator.

Hisce enim privilegiis juri communi derogatur, *l. ius singulare*, *l. iura.* ff. de ll. l. § 1. ff ad municip. *c. petisti.* 7. q. 3. Juri autē derogare nemo potest, nisi qui supra jus est, hoc est, qui ll. potest condere. *Bodin.* 1. de Republic. c. ult. *Peregrin.* de jure fisci. libr. 1. tit. 1. numero 22. & lib. 2. c. 14. numero 39. *Gail.* 1. observ. 1. numero 7. Solus itaque Imperat. concedit. 1. *Ius Academiarum Zas.* p. 5. feud. numer. 14. *Sonsbec.* p. 8. de feud. numer. 19. *Montan.* de feud. libr. 5. c. 7. *Vult.* c. 5. numer. 7. Sic & olim *Sophocles* Athenis legem tulit, ut neque scholæ erigerentur, neque philosophorum quispiam ad professionis munus vocaretur, absque senatus decreto. *Anton. de Petra*, de potest. princ. c. 13. numero 34. *Natta*, cons. 957. in princ. 2. *Ius Civitatis*, ita enim Maximilian. I. A. C. 1514. 6. Februar. rescripsit Alberto Comiti Mansfeldico, qui vico cuidam prope Islebium jus civitatis concedere volebat. Wann nun dir/ noch niemand anders nicht gezimet/ Stadtrecht oder anders/ da der hohen Obrigkeit anhanget/ ohne besondere Erlaubnus auffzurichten/ so empfehlen/

pfehlen/ ꝛc. *Thom. Mi. hal.* aff Cam. Imp. de. jurisdict concl. 12. lit. C. 3. *Ius Legitimæ Ætatis* impetrandæ. t. t. de his qui ven. ætat. impetr. hoc jus indulget *Augustus Tiberio*, & *Tiberius Neroni*, *Tacit.* lib. 3 annal. sic *Rudolph.* 2. idem jus largitur *Carolo Duci Loth.* quo Metensi Episcopatui & rectè præesse & legitima ætate posset administrare. Sunt plura ejusmodi privilegia & immunitates, quæ enumerari vix possunt, nam quæ aliás jure non subsistunt, auctoritate sua princeps summus confirmat, *l.* 21. C. de testam. *l. adopt.* 38. de adopt. *l. nuptiæ* fin. de senat. *l. solet.* de his qui not. infam. *l. unic.* de offic. præf. prætor.

26. Huc jus extruendarum arcium vel munitionum refert, quod concessionem Imp. requirit.

1. Sic enim *Marcus Syriæ præses*, cum Agrippa circa Jerosolymam, murum duceret, nomine Claudii Imper. huic novum opus denunciavit *Ioseph.* l. 19. antiquit. Judaic. c. 7. 2. *Fri. I.* Genuēses jussit cessare á munienda urbe. *Sigon.* li. 11. ital. 3. Quod innuit *Gunther.* Nec claudere pergeret urbem, Jussus ab incepto populus desistere muro. 4. Et quas arces suis subditis extruere concessit *Stephanus Rex Angliæ*, easmnes diruere præcepit *Hen* successor. *Wilhelm. Parv.* in histor. Henric. II. 5. Quapropter & ita ab Imp. nostro aliquando rescriptum meminimus. Wiewol auch in geschriebenen Rechten hochnötig vnnd wol versehen / daß keiner zu ansehenlicher gewisser Gefahr / Vntergäg vñ Verderben / in der nähe gelegenen fürnehmē Reichsstädten / Landen vnd Provincien / einige newe Stadt / Festung vnd Munitionen, daher besorgliche Vnruhe vnd Vnsicherheit entstehen kan / legen / auffrichten vñ erhawen / sondern solchs alsbald / vnd ohn einigen Verzug abgeschafft werden sollen. Et paucis interjectis. Inmassen dann vber diß alles noch im Jahr. 1417. vorweland vnsern Vorfahren am Reich Keyſ. Sigismunden Christseliger Gedächtnus / auff dem damals gehaltenen Concilio zu Costantz / mit Raht vñ zuthun der damals anwesenden Churfürsten vnd Ständen deß Reichs / dieselbige Zeit zu M. vñ M. auffgeworffene Graben / Mawren / Ercker / Bergfrieden / vñ andere Bölwerck / cum plena causę cognitione, mit Vrtheil Recht aberkant / solch Vrtheil vñ Erkäntnis auch zu würcklicher execution gebracht. Ja / als weyland H. W. Z. G. sich vor etlichen verschienen Jahren / an diesem Orte eines fast ebenmässigē Wercks vnterstanden / vnd deßwegen an vnser Keyſ. Cammergericht Proceß extrahiert worden / seyn S. L. endlich fürgewender Einrede vnverhindert / die vnverzögliche Einstellung vnd Abschaffung mit Vrtheil vnd Recht dergestalt aufferlegt worden.

27. Et deniq; majestatis hujus caput quartum: ut regni nervos, quos Ulp. vocat, Imperii contributionibus constituat, quod rursus solus Imp. facit, quamvis non sine adprobatione statuum.

Videmus enim L. Regni illam potestatem esse circumscriptam, cum non amne exigantur, quám in publicis imperii comitiis decreta sint, ut passim colligimus ex *Sleidan.* & ipsa capitulatione imperatoris. Atqui exinde, qui Aristocraticum arguere statum satagunt, næ illi intelligendo faciunt, ut non animad vertant, quid dicant. 1. Nam nec Galliæ Rex absque consensu Procerum tributa imponere potest *Bodin.* lib. 1. de Republic. cap. 8. *Hotoman.* de antiquit Gall. jurisdict. cap. 23. 2. Nec Hispanus *Parlador.* 1. rer. quotid. cap. 3. fol. 17. *Petr. Bellug.* in Specul. Princip. rubr. 1. num. 2. 3. Nec Hung. 4. Nec Anglus, *Casus* 3. polit. cap. 5. 5. Nec Danus. 6. Nec Polonus

Hæc

Heig. quæst. 18. num. 8. *Iacob. Augusti. Thuan.* lib. 56. histori. sui temp. de A. C. 1573.

7. Nec Scotus, *Buchanan.* de jure regni apud Scotos. 8. Imo nec alii imperii proceres; Si quando enim Elector Saxoni. novas collectas exigit, cum consensu subditorum faciat, necesse est, wie die/ propositiones vñ deliberationes der Churfürstl. Landtage zu Torgaw/ außweisen 9. Unde recte *Comineus* l. 5. histor. cap. 18. Ecquis in orbe terrarum Rex aut Princeps est, cujus jus sit, tributum unius teruntii subditis suis sine ipsorum consensu & voluntate imponere, nisi violentia & tyrannide uti velit? Nervus autem Reipub. quomodo consistat in contributionibus docet *Vlp* in l. 1. § 20. ff. de quæstionib. *Nov.* 149. cap. 2. *Tholosan.* 3. de Repub. cap. 12. *Heig.* quæst. 17. *Alb. Gentil.* de jure belli cap. 4. & *Warem. de Erenb.* c. 2. de fœder. n. 90.

28. Hæc verò domi. At ubi bellum gerendum est, illud solus decernit, solus item fœdere componit.

Nam & utrumq; continetur L. Regia, quæ tempore Vespasiani renovata est. Sic enim illa habet: *Vtique ei fines Pomerii proferre, promovere, cum ex Rep. censebit esse, liceat, ita uti licuit Tib. Claudio Cæsari Augusti. Germ.* Et iterum: *Fœdus cum quibus voluit facere liceat, ita uti licuit D. Augusti. Tib. Iulio Cæsari Augusti. Tiberioq; Claudio Cæsari Aug. Germanico.* II. Hinc est, ut qui injussu Principis bellum gerit, delectumvé habet, exercitum vé comparat, L. Julia majestatis teneatur. *Martian.* l. lex 12. tabular. 3 ff ad l. Jul. mageſt. *Mart.* l. 1. de jurisd. cap. 39. *A. Quetta.* consil. 6. n. 4. III. Nã hostes non sunt, nisi quibus bellum populus (L Regia lata, Imperator) vel contra, decrevit. Cæteri sunt latrunculi & prædones, *l.* 24. de captiv. & postlim. revers. *Gail.* 1. de pace pub. cap. 4. IV. Pertinet huc salutaris admodum constitutio pacis publicæ: Daß niemand hinfüro/ was Würden/ Standes oder Wesens der sey/ vmb keinerley Vrsachen willen/ wie die Namen haben möchte/ die andern befehden/ bekriegen/ berauben/ fahen/ vberziehen/ belegern/ ꝛc. vide passim recessus imperii, & imprimis cõfirmationem de Anno 1555 latam. Unde hæc juris Regula promonat: Quod, qui contra Imperatorem bellum movet, censeatur fovere causam injustam, ut quidem docet *Menoch.* 6. præsumpt. 96. n. 4. *Gail.* 1. de pace pub. cap. 4. num. 4. Et post illos ex politicis *Albericus Gentil.* 1. de jure belli cap. 3. & *Waremund.* de fœder. cap. 2. nu 56. quæ tamen regula an suum officium perdat, ubi religionis causa principib. German. bellum movetur, dicam inf. *sect* 72. *& seqq.*

29. Ex hoc totius orbis Dominio promanat ipsius Imp. jurisdictio, cujus exercitium, ut mandat Curiæ suæ, dem Reichs Hoffrath/ ita cum consilio Procerum, certum imperii prætorium Spiræ Nemetum, constituit.

Ideo scilicet. I. Ne Imper. curiam magnis sumptibus sequi tenerentur. II. Ut Curiales mole variorum negotiorum, ex parte liberarentur. III. Ut Imp. ad majora Reipub. munera expeditior redderetur. IV. Quó minus variis privatorum negotiis implicitus, graviora negligat. V. Sed eó magis imperii causas curet. Zu wahrem Gezeugniß sich insonderheit in Jahr 1495. laut deß Reichs abscheides zu Wormbs mit einander sämptlich verglichen/ dz zu deren Berahtschlag vnnd Erledigung die Keyſ. Mayt. sampt den Ständen jährlich sich an einen gewissen Ort zusammen beschreiben wollen: Nach deme aber solche jährliche Conventus, so wol J. Mayt. selbsten/ als auch den Ständen zu letzt beschwerlich/ vnd kostbar worden/ vnd dar-

nach nichts deſtoweniger das Reich / ſowol in juſtitiæ, als andern Regierungs Sachen hinfüro der Nottarfft nach durch gewiſſe judicia beſtändig verſorget / vnd vertretten werden müſſen / als haben ſie ſich in puncto juſtitiæ eines gemeinen Cammergerichts / in Regiments vnd Stads Sachen aber deß Keyſerlichen Reichs Regiments / nach Beſag derſelben Ordnung § vnd nach dem in der Ordnung im Jahr 1500. zu Augſpurg einhellig mit einander verglichen / vnd demſelben gewiſſe Inſtruction formiert / wie vnd welcher geſtalt ſolches in deß H. Reichs Sachen Recht / Fried / vnd jrer Vollenziehung / auch wz allem ſolchem mehr anhängig eſt / Procediern ſollen: vide die Information facti & juris, wie es mit der Stadt Donawerd ergangen / f. m. 370. & ſeqq.

30. Quam majeſtatem ſummam, quia cum nemine hominum habet Communem, imperii noſtri ſtatum dicimus eſſe monarchicum.

Quia 1. ſolus Romani orbis dominus eſt, *ſect.* 14. 2. Solus ll. condit univerſales, *ſect.* 16 & 18. 3. Solus ll. ſolutus eſt *ſect.* 19. & 19. 4. Solus habet privilegium extremæ provocationis, *ſect.* 20. & 21. 5. Solus imperii principes conſtituit, *ſect.* 22. 6. Solus de feudo regali cognoſcit, *ſect.* 23. & 24. Solus jus Academiarum. 7. Civitatis &. 8. legitimæ ætatis, *ſect.* 25. Item. 9. extruendarum mutionum concedit, *ſect.* 26. 10. Solus contributiones Turcicas indicit, *ſect.* 27. 11. Bellum ſolus decernit, *ſect.* 28. Et. 12. fœdera pangit, *ibid.* & id genus alia; quæ monarchici ſtatus certiſſima ſunt judicia. *Alex. Raudenſ.* de annal. cap. 15. n. 56 *Iacr. Anton. de Petra* de jur. quæſit. per princip. non tollend. cap. 24. nu. 218. *Anton. Fab.* in ſua Juriſpr. lib. 1. tit 2. *Burſat.* conſ. 131. n. 74. *Tapia* in rubric. ff. de conſtit. prin. *Anton. Hering.* de fide juſſ. cap. 7. nu. 110. Et quid multis. 13. Anne jus ſummæ majeſtatis cum ſubditis poteſt communicari? non puto; quia ſimul uterentur jure ſuperioritatis, hoc eſt, ſubditi non eſſent ſubditi, hoc fieret neceſſum foret, ſi ſtatum noſtrum dicas cum *Bodino* Ariſtocraticum. Sunt enim imperii proceres imperatoris ſubditi. Et iterum. 14. Inferior jure ſuperioritatis non poteſt eſſe capax, ait *Cagnol.* inl. imperium n. 157. ff. de juriſd. & *Roland. á Valle* conſ. 1. nu. 138. & conſ. 80. n. 2. vol. 2. Recté; quia inferiores reſpectu juris ſuperioritatis, inferiores ſunt, aliás eſſent æquales, hoc eſt, inferiores non eſſent inferiores, Atqui & ipſi Electores, nedum cæteri proceres, imperatore ſunt inferiores. *Aurea Bulla* tit. 2. § vnd dieweil. Et abunde conſtat. 15. Ex eo quod ipſius ſint vaſalli. Petere enim inveſtituram, eſt ſignum ſubjectionis *Berretta*, conſ. 28. n. 3. *Gravetta* conſ. 615. n. 6. ſummum itaq; majeſtatis jus non habebunt commune.

31. Quod ut iniquus cenſor Germanorum, negat Bodin. ex eo quod vix centeſimam partem orbis terrarum, ſua ditione complectatur.

Cum Reipub. ſpecies ſit æſtimanda, meo quidem judicio, non ex accidentali quo, quale eſt eſſe divitem vel pauperem, habere multos ſubditos, vel paucos, ſed ex ipſo politeumate ſummæ poteſtatis, quæ requieſcit in perſonis imperantibus ut hinc aliam atque aliam formam induat. 2. Non enim minus *Emathion*, cujus uxor cibaria coquebat, Rex erat, quám *Alexander*. 3. Nec minus *Evander*, quám *Diocletianus*. 4. Reſpub. æqué eſt *Genua*, quæ ſolis mœnibus concludi dicitur, quám *Venetia*, quæ dominium Adriatici maris tenent. 5. Imó nec Aſſyriorum, nec. 6. Perſarum, nec. 7. Græcorum, nec. 8. Romanorum ullus unquam Monarcha, univer-

universum terrarum orbem obtinuit, ut pluribus docet *Igneus* in l. necessarios, § non alias. p. 3. ff. ad SC. Syllanian. *Vasq.* Illust. quæst. 20. num. 22. & seq. Et dixi jam, *sect.* 14. 9. Invenias, fateor, nonnumquam apud probatos auctores, Romanos dici omnium Gentium dominos. Verùm enimvero rectè ad hoc respondet *Tullius* in oratione sua pro Plancio, hoc sensu. Quo non arma nostra venerunt, pol terror armorum pervenit. 10. Certiùs verò *Bodin.* conclusisset quartam monarchiam ex ipsa successione *Peucer.* lib. 4. Chron. & *Dresser.* in orat. de 4. monarch. item *Reusn.* in quæst. hist. 5. 11 Nam quod de centesima parte dicit, id verò vel maximè arguit, ultimam monarchiam jam penes Germanos esse. 12. Ita enim tandem fore *Daniel* prædixerat, quando vaticinatur de luteis testaceisque pedum digitis Daniel 2. & ibi *Osiand.* 13. Quæ ultima monarchia cœpit sub Augusto Cæsare, cum Jesus noster veniebat in carnem, sedesque ejus erat Roma civitas, donec Constantinus M. eam Constantinopolim transferret, indeq; novam Romam adpellaret, unde divisum est imperium orientis, & occidentis, quod hac de causa duplici Aquilâ fuit adumbratum, Peucer *l.* 4. *Chron. fol. m.* 48. Divisum autem ab *Arcadio & Honorio* Theodosii Imp. filiis. Ita, ut Occidentis imperium tandem progressu temporis possederint Germani imperatores, Orientis verò Græci, quousque devicto Constantino Palæologo Imperatore ultimo, à Machumeto Sultano Constantinopolitanum imperium ad Turcas translatum, & Occidentis, à Carolo M. l. Germanorum Imperatore armis occupatum est: qui clientelis id sibi sociavit, ut dicam *sect.* 58. *adde* Peucer *l.* 4. *Chronic. f.* 433. *& seq.* ut bene huc quadret illud Crantii *in Saxon. lib.* 10. *cap.* 81. *evisceratam & deplumatam esse aquilam.* Gabriel de Barliet *de quatuor monarch. & regno Christi c.* 2. *fol.* 36. 56. & 58.

32. Nec excellentissimi nostri Politici ex eo rectè negant, quod lege Regni teneatur.

1. Nullus enim unquam fuit Princeps vel Imperator, quin certa conditione ad imperium evectus sit, scilicet ut bene Rempubl. vel regeret, vel more majorum sese imperaturum, reciperet. 2. Unde *Plin.* Hæc pro æternitate imperii & salute civium, imò pro salute principum, ac propter illos pro æternitate imperii vota, in quæ sint verba concepta, operæ pretium est annotare, SI BENE Remp. & ex utilitate omnium rexeris. *Hortled.* in decad. exerc. Sleidan. *sect.* 3. 3. Idem ex monumento L. Regiæ colligo, nam sic habet: Utique ei fines pomerii proferre, promovere. CUM EX REPUB. censebit esse, liceat. Mau. Salomon. de princip. libro 6. *Hotoman.* ad § 6. Instit. de jur. nat. *Scip. Gentil.* in Orat. de L. Regia fol. 80. *Arnold. Clapmar.* 5. arcan. reip. cap. 6. in fin. *Stephan. Iun.* vindic. contr. tyran. quæst. 3. fol. 27. *imp.* essum V. sell. in 12. & de jure magist. in subdit. in repet quæst. 4. Et constat ex jure nostro passim. *l. digna vox.* C. de ll. cum similibus. 5. Tenetur enim lege regni, non civili ratione, ut lege civili, sed ut conventione quadam, & pacto inito cum subditis ad conservandam imperii dignitatem, ne sanguine tam caré partum, Tyrannide quadam destruatur *Frider. Tilem.* in polit. *Zoanett.* de Rom. Imper. num. 171. & seqq. *Reichard. Dieter.* de sum. Imper. potest. concl. 41. *Decian.* consil. 19. num. 124. vol. 3. *Knichen.* de jur. Saxon. verb. Ducum cap. 1. num. 37. *Heig.* q. 95. num. 2. & seqq. 6. Sic enim post Tyrannidem Neronis, Caligulæ, & aliorum Trajanus fidem suam juramento obstrinxit senatui. 7. Hoc postmodum Impp. Græci sequuti videntur,

dum Pontificib. Roman. jurare sint soliti, quod scilicet fidem Catholicam tueri velint. VIII. Galli etiam infinitam potestatem non habent, sed lege regni suo modo temperatam. *Decian.* respon. 19. num. 124. vol. 3. *Hotom.* in sua Francogall. cap. 6. 7. & 14. *Heig.* q. 2. num. 26, *Bodin.* 1. de Repub. cap. 4. f. m. 115. IX. Et hoc est, quod de Germanis etiam affirmo, de quorum antiquissimis regibus jam olim idem dixit *Tacitus*. Nec regibus eorum libera & infinita potestas: Et Duces exemplo potius, quàm Imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione præsunt. Sie haben jre alte Teutsche Freyheit dermassen erhalten/daß sie jnen nicht eingreiffen können/ etc. Lazar. von Schwēdi in seinem Bedencken/von Regierung deß Römisch. Reichs fol. 122. & consentit, die Donawerdische Information/f. m. 370. X. Idem etiam apud omnes alias gentes, salva regalis nominis majestate receptum, docet *Stephan. Iun. Brutus.* in vindic. contr. Tyran. quæstion. 3 *Ferdinan. Vasq* 1. III. quæstion. 1. *Alia pacificationu Belgica*, ubi Albada, in not. & *Heig.* quæst. 1. numer. 27 XI. Et aliàs etiam (si maximé non sit lex Regni) Princeps, quatenus Princeps, sub *tacita* regni lege, *ut iustè & benè* regat, admissus præsumitur, *Gail.* 1. obs. 14. num. 6. & 2. obs. 88. numer. 1. & 9, *Mynsi.* 4. obs. 8. num. 3. & 5. obs. 97. nu. 10. & resp. 21. nu 69. *Hart. Pister.* 1 q n. 40. *Schard.* de feud. p. 2. cap. 5. num. 39. *Anton Hering.* de fide juss. c. 7. num. 110. *Zas.* cons. 1. in fi. l. ib. 2. *Eberhart. Iun.* consil. 5. n. 82. & cons. 13. n. 1. & 2. vol. 2. *Fichard.* consil. 30. num. 12. vol. 1.

33. Lex verò Regni, qua Germaniæ libertas retinetur, est certa cum Electoribus pactio, quę dicitur Capitulatio.

A certis capitibus & conditionib. quibus populi Germanici Imperium summum in imperatorem transfertur, certis conditionibus, quæ breviter enumerata hę sunt. I. Ut catholicam religionem defendat. II. Ut Auream bullam, religiosam & publicam pacem, ratihabeat. III. Electorib. Statibusq; privilegia sua confirmet. IV. Electorib. quotannis conventus agere concedit. V. Multitudinis fœdera, contra principes, aboleat. VI. De rebus imperii, nullum fœdus aut pactum, faciat; nisi de VII virorum assensu. VII. Facultates principum occupatas, & distractas, restitui curet. VIII. Imperii bona, nec distrahat, nec oppigneret. IX. Sed ab imperio divulsa, recuperet. X. Ipse etiam, si quid detineat, interpellatus, resti uat. XI. Cum vicinis pacem colat. XII. Status imperii, nec tributis. XIII. Nec conventib. oneret; absque eorum consensu & voluntate. XIV. Negotiis publicis præficiat Germanos. Et XV. Conficiantur literæ, sermone Latino & Germano. XVI. Quia Romæ multa fiunt, adversus pacta quæ cum princip. inita, det operam apud pontificem, ne fraus fiat privilegiis. XVII. Monopolia mercatorum coerceat. XVIII. Vectigal nec portorium de novo imponat. XIX. Nec, quę ad Rhenum sunt, diminuat. XX. Si verò erigantur, aboleat. XXI. Cognitiones de vectigalib. coram solo Cæsare, non autem Camera, peragantur. XXII. Nec literis commendatitiis Electorum vectigal a fiant deteriora, provideat. XXIII. Actiones de regalibus & immunitatib. institutas, permittat. XXIV. Si quid adversus quem ex ordinib. habeat, legibus experiatur. XXV. Sine & inaudita causa, neminem proscribat. XXVI. Contributiones imperii, non in privatum, sed bonum publicum convertat. XXVII. Feuda imperii aperta, nemini de novo, sed in patrimonium Cæsaris conferat. XXVIII. Si jure hereditario ipse provincias adquirat, in iis imperii jura non minuat. XXIX. Leges monetarias figat. XXX. Nemini deinceps absq; consensu Electorum jus monetæ cudendæ, concedat, sed civitatibus mediatè imperio subjectis

jectis adimat. XXXI. Regnum sese, non ex successione, sed electione habere statuat. XXXII. Quod interregni tempore vicarii egerint, ratum habeat Et. XXXIII. Germaniæ sedem retineat. XXXIV. Nullum rescriptum, vel mandatum, contra pragmaticas sanctiones, & utramq; pacem, prophanam & religiosam, emittat. XXXV. Legatos Germanorum cito audiat, vide *Sleid.* in Comment. de stat. Religion. & Reip. Et *ipsas capitulationes Carol. V. Ferdinandi. Maximili. Rudolphi, & Matthiæ* Impp. quæ jurata pactio his clausulis concludi solet: **Solches alles vnd jedes besonder/wie obstehet/haben wir obbemelter Röm. König den gedachten Churfürsten geredet/versprochen vnd zugesagt/bey vnsern Königlichen Ehren/Würden vnnd Worten/thun dasselbe auch hiemit vnd in kraft dieses Briefs/ꝛc.** De *origine* prima hujus Capitulationis res est in obscuro, *Hortled.* in decad. exerc. Sleid. sect. 7. & seqq. eam dicit natam sub turbulento Henrici IV Imperio, tractataq; temporis magis & magis auctam, ut increscente, præsertim sub Carolo IV. Electoria dignitate, in eam, quæ hodie in usu est, amplitudinem excreverit, qua in re mihi dubium movet *Heimnsfeld.* qui antiquiorum Capitulationum facit mentionem tom. 3. suorum Const. Imp.

34. Quæ pactio cum consensu statuum, pro utilitate Reipub. mutari quidem, tolli verò in totum, ne quidem Electorum consensu, potest.

arg. *l. nemo potest* de legat. 1. *l. si quis.* de legat. 3. *l. ita á* 5. § 7. ff. de adminis. & pericul. tut. *l. inter.* 42. ff. de pact. *l. Neratius* 20. de relig. & sumpt. funer. *l.* 38. ff de pact. *l.* 42. & *l.* 7. § 16. eod. ut non temerè dicar, *Bald.* neque pontificem, neque imperatorem cum Electoribus posse mutare formam, pro statu imperii generaliter constitutam, in cap. venerabilem. num. 4. Elect. de Elect. & notat. *Pruckman.* de solut. potest. effect. 4. p. 267. *Nicol. Eberhard Iun.* cons. 1. num. 27. lib. 1. *Nicol. Reusn.* cons. 11. num. 20. li. 1. *Kirch.* disp. 4 de repub. *Alciat.* cons. 132. num. 3. lib 5. *Zas.* cons. 10. num. 6. & 26. l. 2. *Mynf.* cons. 24. n. 19. *Nicol. Rucker.* cons. 14. num. 2. 3. & 20. *Barth. Bertazz.* cons. crimin. 420. num. 15. seqq. Sic enim juramentum habet: **Bey vnsern Königlichen Ehren/Würden vnd Worten/im Namen der Warheit zugesagt/thun dasselbige auch hiemit/vnnd in Krafft dieses Briefs/inmassen wir dann des einen leiblichen Eyd/zu Gott vnd dem H. Evangelio geschworen** Unde ipsam *capitulationem DD. Rudolphi Augusti* § pen. & ult. *Nicol. Rucker.* cons. 14. numer. 2. & 20. inter cons. *Claud. Cant. Florent. á Venning.* cons. 16. num. 31. & seq. *Mutationem quod attinet*, lubet adscribere *Vicecancellarii imperii verba:* **Es haben etliche Stände auff dem Tage zu Franckfurt/vnd eine enderung der obligation, so E. Mayt den Churfürsten gegeben/angesucht/ꝛc** *Geor. Sigism. Seld.* in seinem bedencken an Kayf. Ferdinand. von der Wahl. des Keys. ubi addit *Goldastus* fol. 91. die Capitulation, soviel des Bapsts Huldigung betrifft/ist geendert/in Keys Maximil. II, vnd Rudolphi des andern obligation.

35. Non itaque dubitandum erat vel Baldo vel Tholosano; an alienigenæ, imperii sceptrum sit denegatum?

1. Quod satis notum est, exemplo *Henrici. IV. Lucemburgici*, qui ideo Philippo Pulcro Galliarum regi præferebatur, & *Francisci I.* qui quod Carolus V. Hispaniarum Rex, Germanus erat, restè repulsam passus est, ut consuluerunt. *Sim. Pistor* cons. 1. *Gæd.* d. cons. 1. contra *Castald.* q. 7. numer. 8. *Pacian.* q 35. numer. 31. 2. Ratio-

nem urgent ipsi *Electores* in eligendo Carolo, & p: æ cæteris *Moguntin.* dicebat: Gallum quod attinet, ll. nostris & jurejurando nos arbitror impediri, quibus cautum est, ne decus hoc imperii transferatur ad exteros. 3. Quam legem paulo post explicat. h. m. legis autem illius hanc op nor esse causſam atque fundamentum, ne si quis eligeretur externus, & qui domicilium non habeat in Germania fixum, imperii decus hoc sensu ad alienigenas transferatur. *Sabin.* in Elect. Carol. V. & *Sleid.* lib. 1. com. f. m. 22 4. Et alibi ait idem Elector: Carolus & ORIGINE est Germanus, & multas obtinet provincias imperii beneficio. 5. Ipse *Gallus* hoc confitetur, cum demonstrare voluit, se Germanum esse, ideo scilicet quod exteris ad hunc gradum sciret esse lege jam inveterata præclusum aditum. *Sleid. lib.* 8. Comment. f. 214. 6. *Protestantes* autem A. C. 1532. in suis literis hanc l. ita interpretantur: Nullus creetur Romanorum Rex, quin sit ex aliqua Germaniæ Principum familia progenitus. *Sleid. lib.* 8. fol 223. An autem Germanus sit dicendus, qui vivo avo paterno nascitur extra Germaniam, præjuditium est in *Ferdinando*, nato in Hispania, vivo Maximiliano, avo materno. *Onuph.* lib. 3. Rom. Princip. in Ferdinan. & ita sentiunt: Sim. Pistor. cons. 1. numer. 27. *Gœdd.* cons. 1. num. 2. *M. Stephan.* de jurisdict. cap. 1. num. 104. 7. Hodie cur ex domo Austriaca ille eligendus, qui Rex Ungariæ & Bohemiæ est, declarat ipse Imp 1. Carol. V. cum designaret fratrem suum Ferdinandum vid. *Sleid.* lib. 8. Comment in fin f. m. 206. Movent hanc controvers. *Tholos* 7. de Republic. cap. 15. num. 18. *Gœdd.* cons. 1. *Hieronym. Gebuiler.* de libert. German. c. 10. *Heig.* p. 1. q. 5. *Philip Melanchth.* tom. 3. declam. in orar. de dignit. princip. Elect. f. 144 & 145. *Peuting.* in fin. sermon. de German. *Andr. Knich.* de Saxonic. non provocand. privileg. lib. 1. num. 2. *Henric. Mut.* lib. 14. Chron. fol. 107. *Cuspinian.* in Otton. III. Manss. lib. 3. Cosmograph. in Gregor. V. *Crusius* Annal. Suev. lib. 5. p. 2. cap. 7. *Nicol. Serar.* rer. Mogunt. lib 1. c. 26. *Irenic.* in exeg. Germ. lib. 3. c. 33. *Trithem.* in Chron. Hirsau. de A. C. 995. C. *Sigon.* l b. 5. de Reb. Ital. f. 111. qui putant Ottonem III. speciali lege hoc primum caviſſe, ut soli Germani eligant, & non alium eligant, quam natum parentibus Germanis.

36. Majus forte dubium, an in statu Ecclesiastico, quid possit decernere? quod ajo.

1. Rempublicam enim non esse in Ecclesia, sed Ecclesiam in repub. dicit Optat *Milevitan.* lib. 3. ad Parmen. 2. Id verò ex jure nostro colligo. *Nov.* 3. 5. 6. 16. 37. 56. 57. *Eberhard. á Weih.* de regn. subsid. cap. 1. num. 19. 3. Idem ex *recess. b. imperii* ubi Imp. dicitur der gantzen Christenheit rechter Schutz vnd Schirmherr/ Reichsabschied zu Augsp. *de anno* 1518. § erstlich. Item ein Obrister Vogt/ vnnd Schirmherr der heiligen Christlichen Kirchen Reichsabschied zu Augspurg/ *de anno* 30. auff solches vnsers gnedigst erinnern/ adde der Römisch. Keys. Mayt. Erklärung/ wie es der Religion halber im heiligen Reich/ biß zu außtrag des gemeinen Concilii gehalten werden sol/ de anno 1548. 4. Hinc *protestantes* A. C. 1532. Rangoni legato pontificio respondebant, cum nondum desiderio ordinum, (de concilio legitimo & libero) satisfecerit, orare sese plurimum, Cæsar der operam, ut legitimé res agatur, nam hoc *ipsius esse officium*, eique licere legib. *Sleid.* libr. 8. comm. f. 233. 4. Et A. C. 1520. ad ipsum Carolum *Luther.* scribit: sese confugere ad supremum magistratum, tanquam ad aram præsidiumque, orans, ut doctrinæ Christianæ tutelam

tutelam suscipiat. Idque sese facere *exemplo Athanasii Sleid.* lib. 2. comment. f. 42. 5. Unde post *ad Fridericum Saxoniæ Ducem refert*, vehementer sibi gratum esse, quod Cæsar, hujus caussæ, quæ publica sit, cognitionem recipiat *Sleid.* libr. 3 fol. 55. 6. Quod & ipse Elector Treviricus in Electione Caroli Regis Hispaniarum A.C. 1519. fatetur: talem enim, inquit, Resp. desiderat, qui præter alia *constituat & emendet* Ecclesiæ statum. 7. Et idem *Moguntin. Elect.* prudenter admonuit. *Sabin.* in Elect. Carl. V. & *Sleid.* lib. 1. comment. f. 24. 8. Et iccirco A.C. 1594. *Rudolph.* 2. D. H. I. E. H. D. B. E. L. ad preces capituli M. contra A. E. Imperatoria auctoritate concessit conservatorium. daß die Thumbherrn zu M. solches Keys. conservatorii halben für J. F. G. gegen menniglich / gleich vnnd recht zu geben / vnnd zu nehmen / (excluso archiepiscopo C. tanquam Metropolitano) anermahnet / ut testatur *Bartolom. Gericius* in suo suscitabulo. Hujus occasione attingam quæstionem sequentem, quæ interalias á Cl. I Cto, hujus Facult. Juridicæ amplissimæ, mihi jucundé movebatur, cum 11. Junii, more sueto, & laudabili in Magnifico ICorum consessu ex universa juris materia examinabar.

37. Illa vero magni momenti quæstio est, An solus aliquem, si fracta dicatur pax religiosa, recté proscribat?

Unde den gründlichen vnnd warhafften Bericht / vnd bestendige kurtze Erzehlung alles des jenigen / was ein zeithero / vor / bey / vñ nach dem / wider die Stadt Schwäbischen / oder Donawerd / obnlangst angestelleten Proceß / Achtserklerung / vnd darauff erfolgete Execution sich zugetragen / impressi anno 1610. per tot. & in primis f. 94. & mul. seqq. Item die bestendige information facti & juris, wie es mit dem am Keys. Hoff / wider des H. Röm. Reichs Stadt Donawerd außgegangenen Processen / vnd darauff vorgenommener Execution, eigentlich / vnd im grund der Warheit beschaffen. Item, huic oppositum scriptum: nothwendige Erinnerung / ꝛc. was bey der Information juris & facti, &c. in acht zu nehmen / quibus nihil addo, nam hæc controversia eó recurrit, quo de *Waremund. ab Eremb.* adamicé monet: Hanc litem, ne faciat privatus, suam suadeo, de Regn. subsid. c. 11. n. 40.

38. Et hæc de Capite Romani imperii sc. imperatore. Qui quantó præstantiorib. & illustriorib. præesse cognovit, eó majorem sese haberi statuit, ut Justinian. affirmat.

1. *Nov.* 15. in fin. pr. *Natta* cons. 638. nu. 9. *Sola. Feder.* Scotus, & alii. 2. Unde *Rosenthal.* majestatem imperii Rom. rectá arguit præ Regno Galliæ, ubi etiam fratres Regii angustioris sunt conditionis, quám vasalli, ex *Choppin.* de doman. princip. lib. 1. t. 5. nu. 4. 3. Et consentit *Philosophus*, cum dicit: semper id melius imperium est, quod obtinetur in res imperio subjectas præstantiores. 4. Quis enim negat præstantius esse imperium in hominem, quám in belluam. 5. Nam egregium illud est, quod jactitare fuit solitus *Carol. V.* Regib. imperare sese, alios veró servis, & mancipiis.

39. Unde factum arbitror, ut quæ majestatis videntur summæ, etiam membris communicari, ex nobilitate & præstantia Reip. Germanorum, jam olim fuerit usum.

Ratione sc. suæ provinciæ, ut quemadmodum Imp. in toto orbe Romano; ita hi in

hi in suiis territoriis sint imperatores, *Castrens.* cons. 34. *Modest. Pistor.* cons. 24. num. 1. vol. 1. *Henric. Gœd.* cons. 1. *Wesemb.* cons. 27. nu. 29. *Dec.* cons. 506. n. 4. *Cephal.* cons. 58. n. 68. *Boss.* de Regal. num. 5. *Decian.* resp. 5. num. 17. vol. 4. *Cacheran.* cons. 9. nu. 1. Hinc, II Ad suos subditos utuntur hac inscriptione: Wir von Gottes Gnaden/ &c. Inque III. Ipsos crimen læsæ majestatis committitur; ut de Electoribus est text. expressus in aurea bulla *Carol. IV tit.* 24. in pr. IV. Et non secus ac Imp. testamentorum solemnitates supplent, ut *præiuditiis domus Saxonicæ, & Marchionis Brandeburgici confirmavi, in disp. 2. colleg. testam. Andreæ Gerhardi.* thesi 6. Ex quo tamen nihil decedit summæ majestati, cum communicentur hæc, salva superioritate & majestate suprema *Knich.* de jur. Saxon non provoc priv. verb. Ducum Saxon. cap. 1. Quippe prodeunt hæc á summa majestate, velut á sole radii, ut sc. primæ lucis integritas memorati numinis, non sentiat detrimenta, tantoque magis imperiale sceptrum extollitur, & tantó magis cura regiminis sollicitudinibus obruitur, quantó tribunal ipsius digniores in circuitu circumspicit regiones, ut *loquitur Fridericus Imperat.*

40. Non improprié inferioris majestatis jura dici poterunt; Ego adpellarem Statuum imperii jura regia.

Quæ enumerate mihi, sed plené discribere vel de iis disserere hoc tempore non licet. Sunt autē *I. Liberum* EXERCITIUM *utriusq;* RELIGIONIS *tam Pontificiæ, quám confessionis Augustanæ* Reichsabschied / de anno 1555. § vnnd damit solcher Fried auch der streitigen Religion halber. vid. *Autonomiæ auctorem*, qui est F. B. *Anton. Bembellon.* qui est B. G. Justum Springer. de pace religionis, qui est P. S. vel potius D. R. Item *Bidenbach.* hendecad. quæstion. nobil. 2. 3. 4. 5. 6. *Mindin. & Forster.* in process. Cameral. *Melchior Soiterus â Vinda IC.* de bello Pannonico per Frideric. Palatin. contr. Solym. gesto lib. 2. apud *Simon. Schard.* histor. tom. 2. f 1240. *Symphorem, supplicat. Gilmanni* p. 1. II. JUS FAMÆ RESTITUENDÆ, Reichsabschied/ de anno 1526 zu Speyer auffgericht/ § vnnd wiewol der gemeine Mann. f. m. 99. b. Odd. de restit. in integ. q. 92. art. 9 num. 91. III. JUS REMITTENDI POENAS CAPITALES, d. Reichsabschied / de anno 29. § vnnd wiewol/ l adbestias ff. de Pœnis. *Roland. á Valle* cons. 4. numer. 4. lib. 3. IV. SALVI CONDUCTUS, *l. relegati*, de pœnis, *Menoch.* de arb. judic. quæstion. lib. 2. cent. 4. cas. 336 numer. 27. *Myns.* 5. obs. 20. num. 3. *Gail.* 2. obs. 64. num. 2. *Rosenth.* de feud. cap. 5. concl. 22. *Schurff.* cons. 2. num. 4. cent. 2, *Sixtin.* de regal. cap. 2. num. 35, lib. 2. V. INDUCIARUM MORATORIARUM, Anstands Brieff/ nemlich auff gewisse zeit zu zahlen. *Reformation* guter Policey zu Augsp. An. 1548. sub tit von verdorbenen Kauffleuten/ § vnnd nach dem/ f. m. 36. *Gail.* 2. obs. 49 num. 14. *Thom Michael.* de jurisd. concl. 67. *Tessaur.* decis. 186. *Paris.* cons. 100. *Moller.* 4. semest. 6. VI. NOBILITANDI JUS, *Rosenth.* § 5. e. 9 *Tiraq.* de nobilit. c. 6. *Duar.* in comment. ad tit. ff. de rejudicat. *Niell.* disp. feud. 11. th. 2. lit. b. VII. JUS LEGITIMANDI, *Pistor.* lib. 2 q. 4. num. 6. VIII. JUS FISCI. *Peregrin.* de jure fisci lib. 4. tit. 3. *Myns.* cons. 67. numer. 2 & 3. obs. 91. *Schon.* disp. 4. feud. p. 1. th. 21. & seqq. IX JUDÆOS RECIPIENDI. Jus Policey ordnung zu Augspurg/ Anno 48. tit. von Jüden vnnd jhrem Wucher. *Thessaur.* decis. 57. *Petr. Denais.* Jur. Camer. tit 150. *Heig.* p. 1. q 4. num. 30. *B. Grav.* lib. 2. pract. obs. 5. *Thom. Michael.* de jurisd. ct. concl. 48, *Buxtorff.* ad aur. Bull. Carol. IV. concl. 90. per tot. quib. addatur scriptum illud nuper Giessæ publicatum sub hoc tit. Christ-

lichs

lichs bedencken / wie vnnd welcher gestalt Christliche Obrigkeit den Jüden vnter Christen zu wohnen / gestatten könne / vnd wie mit jhnen zu verfahren sey / X. Jus Contributionum Imperialium Colligendi. Reichsabschied / de anno 12. § nach dem Churfürsten / *l.* 3. C. de annon. & tribut. *Gail.* 1. obs. 54. *Schurff.* cons. 50. num. 26. cent. 1. *Rosenth.* cap. 5. quæst. 75. XI. Jus Conducendi Per Vias Publicas sui territorii, Reichsabschied zu Augsp. 1548. auffgericht. § ferner zu noch mehrer / f. m. 4. *Wes.* cons. 33. nu. 3. & 10. *Mynf.* 5. obs. 7. *Gail.* 2. obs. 64. XII. Jus Vectigalium, quæ sunt fructus, quibus sustinetur Respub. *Tacit.* 14. histor. & 14. annal. Etsi in portu solvantur, dicuntur portorium, si in ripa, ripatica, si in terra, telonia. *Sixtin* de regal. cap. 6. *Hip. Riminald.* cons. 72. num. 121. vide omnino *Buxtorff.* ad auream Bull. Carol. 4. concl. 91. per tot. XIII. Jus Foresti, die Wildbahn / *Gail* 2 obs. 68. *Pistor.* cons. 14 num. 23. vol. 2. *Bidenbach.* quæst. nobili 15. & 16. XIV. Jus Cudendæ Monetæ. vid. Reichsabschied zu Nürenb. 1524 auffgericht. § dergleichen hat der Müntz halber / & Reichsabschied / de anno 51. § So haben wir auch Et Anno 70 § Alsdann auch. Et id genus alia, *quorum unumquodq; peculiarem meretur disputationem.*

41. Adquiruntur enim vel relatione in numerum statuum.

Ut constat, 1. De libero religionis exercitio, ex *Recessu imperii*, de anno 55. 2. Et cæteris juribus, quæ & civitatibus imperialibus competere, usus docet. 3. Ex comitiis imperii, quando eo citantur. 4. Ex ipsa deliberatione, & 5. Subscriptione Recessuum. Unde. 6. *Gail.* Civitates, inquit, liberas imperiales, non minus in Civitates, ac principes in suis ditionib. jura princip. habere 2. obs. 57. n. 7. & de arrest. c. 9 n. 1. Et *Decian.* ait: potestatem civitatum, Regalib. utentium, in dubium vocare, esse revangare mundum, cons. 18. nu. 124. vol. 1. Vide hîc den grüntlichen Bericht von allen vnd jeden der freyen vnd Kayf. Reichsstädten Privilegien / wie vnd welcher gestalt dieselbigen befreyet.

42. Vel 2. concessione, sc. per investituram, & singulare privilegiũ.

Quod n. Capitanei regni, si regali feudo investiantur, ejusmodi jura tacité cõsequantur, cõstat ex *c.* 1. quis dicatur Dux, March. vel comes, & ibi *Isern.* n. 3. *Broch.* ut quæ sunt regal. n. 7. & 8. *Wesemb* cons. 45. n. 40. part. 1. *Peregrin.* de jure fisci cap. 1. n. 75. *Roland á Valle* cons. 4 nu. 42. vol. 3. *Pruckman.* cap. 45. quæ sunt regal. nu. 1. Per privilegium autem hæc jura habent nonnullæ civitates Exemptitiæ & privilegiatæ, *ut testatur correferens in caussa Fiscalis contra* Bayren & Ortenburg / *decis. Meischneri* tom. 3. decis. 6. n. 61. p. 89.

43. Vel etiam 3. præscriptione.

Sic enim *Günther.* lib. 8.

Tanta tamen dati fuit indulgentia Regis,
Vt quicunq; bona priscorum munera regum.
Hactenus ista fide possederat, idq; probare
Legitimis poterat, vel demonstrare tabellis
Principis assensu, titulo gavisus eodem
Nunc quoq; possideat. ——

Quod tamen ita intelligendum, ut, si præscribantur adversus imperatorem, tempus requiratur immemorabile *c. super quibusdam.* § præterea. de V. S. *Bartol.* in l. si publ. § ult. ff. de publican *Balb.* de præscr. 2. p. 3. prin. p. 6. n. 13. & 2. p. 5. princip. q. 1.

Roland. à Valle conſ. 3. n. 82. *Hen. Gœdd.* conſ. 3. n. 24. *Cravett.* conſ. 54. n. 8. quæ communis eſt, *Iaſon.* in l. imp. 3. n. 20. ff. de jurisd. *Oldrad.* conſ. 172. *Schurff.* conſ. 83. n. 9 cent. 2. *Decian.* reſp. 24. n. 112. vol. 1. *Weſ.* conſ. 45. n. 22. *Mynſ.* 4. obſ. 24 *Menoch.* reſp. 2. cauſ. Finar. n. 17. Cujus ratio eſt, quod ex immemoriali tempore præſumatur conſenſus imperatoris, ut alia probatione non ſit opus, eum tempus hoc vim conſtituti habeat, *l.* 3. § 4. Ibiq́ue Dd. de aqua quot. & æſtiv. nam aliás vetuſtas pro lege habetur, *l.* 2. ff. de aqua pluv. *Mynſ.* 5. obſ. 29. q. 6. & ſeqq. & 5. obſ. 30. *Clar.* q. 29. *Ant. Gal.* concl. 1. n. 15. *Pruckman.* de regal. c. 5. n. 98. Si autem præſcribantur adverſus principem, 30. vel 40. anni ſufficiunt. l. 4. C. de præſcript. 30. vel. 40. ann. quod iterum intellige de dominio cujuſq; juris, non veró de functionib. publicisq; collationib. ſecundum, *l.* 6. eod. *Bald.* conſ. 370. col. 2. *Mod. Piſt.* conſ. 12. n. 61. vol. 1.

44. Sunt autem Imperii membra tria: Electores, Duces, & Civitates liberæ. ELECTORES, ſc. non ſine ratione 7. nec ſine ratione ut 3. Eccleſiaſtici, ita 4. politici,

Septem ideo numero, ut hoc ipſo perfectitudo Electionis ſummi imperatoris conſtaret, *Knich.* in Comment. Jur. Sax. c. 3. verb. Electorum f. m. 24. Sic enim, ſi quando magnæ res ſunt perficiendæ, hoc numero abſolvuntur, quod colligere ex Gen. 1. v. 1, 2. 3. *Ioſ.* 6. v. 4. 18. 1. *Reg.* 7. v. ult. *Mich.* 5. v. 5. ubi notat. *Oſiand.* f. m. 482. 4. Reg. 5. v. 10. Sic eodem modo ſummum Regis Perſarum cõſilium abſolvebantur 7. viris principib. *Melancht.* tom. 3. declamat. orat. de dignit. princip. Elector. *Hen. Gud.* conſ. 1. *Weſ.* conſ. 46. n. 2. Eccleſiaſtici veró & politici ideo, ut illi, quib. ad Imperatoriam dignitatem aſpirare non licet (tit. 2. *Aurea bulla*) Hos, ne alter alterius voto, ad tantum imperii decus temeré adſpiraret, in officio retinere poſſent. *Iulius Pflug, in Orat. de ſtat. German.* Præterea ut non ſolum eſſent 3. viri doctiſſimi, ſed etiam 4. Duces bellicoſiſſimi, quo imperatoria majeſtas & ll. armata, & armis decorata, tantó clarius omnib. illuceſceret. Denique ut Eccleſiaſtici imperatori ſuis conſiliis, ſc. Moguntinus per Getmaniam; Trevirenſis per Galliam & Regnum Arelatenſe; Colonienſis autem per Italiam, ſubvenirent, ita eidem 4. illi politici, ſuis in ſimul officiis aulicis inſervirent. Dann wann man einen Keyſ. Hoff begeht / ſo ſol ein Marggraff von Brandenburg dem Röm. Keyſ. das Handwaſſer reichen / den erſten Truck ſol jhm geben ein König von Böhmen / der Pfaltzgraff bey Rhein das Eſſen tragen / vnd der Hertzog von Sachſen ſol halten das Marckſchalck Ampt / ut loquitur aurea bulla *tit.* 4. § Darnach wann man / uti ejusmodi officiis ſingulos præfuiſſe vidimus anno 1612. 15. Junii in inauguratione invictiſſimi imperatoris Matthiæ.

45. Cœpiſſe hoc collegium Electorum ſub Ottone III. multi præſtantiſſimi & hiſtorici & Politici docuere hactenus.

Martin Polon. Archiepiſc. Coſſent. Hieronym. Balb. in lib. de coronat. And. lib. 2. c. 3. *Lupod. de Badenberg.* de jurib. regn. & Imp. c. 2. *Marſil. Patavin.* de Translat. Imp. cap. 11. *Cuſan.* de concord. cathol. lib. 3. *Iacob. Bergamas* in ſupplem. Chron. Blond. decad. 2. lib. 3. *Naucler.* generat. 34. vol. 2. *Platina* in vita Gregor. V. *Raphael Volatr. Sabell.* Ennead. 9. lib. 2. *Blond.* lib. 3. decad. 2. *Pandulff. Collenut.* lib. 2. hiſt. Neap. *Polyd. Vergil.* lib. 4. de rer. inv. c. 10. *Antrop.* in Gregor. V. & l. 23. in Ott. III. *Iacob. Wimphel.* in Epit. rer. Germ. cap. 20. *Fucius* in Chron. de A. C. 997. *Genebrand.* l. 4. *Baron.* tom. 10. annal. Ecc. de A. C. 996. *Ioh. Bapt. Egnat.* in vita Otton. III. *Flac. Illyr.* cent. 10. Magdeburg.

burg.cap.10.p.546.*Iohan Wolfius* rer.memorab.cent.11.in pr.*Nic.Serr.* rer. Mogunt. lib.1.c.26.*Munster.*lib.3.Cosmogr.c.19.in Otto.III.& cap.23.*Petr.de Andlo* lib.2.de Imper.Rom.c.1. & ibi *Marquard. Freh.Bald.*in sua Margarita verb.Annus. *Alb.*in l. bene á Zenone num.5. C.de quad.præscr. *Alvaretz* in Specul.Rom.Pontif.c.16.n. 15.*Alvarott.*in c.1.n.9.quis dicat. Dux *Bellug.* in Specul.princ.rubr.14.§ veniamus n.23.*Alci.*in l.bona civitatis 15.nu.4.ff.de V.S. *Molin.*de I.& I.disp 24.n.4. *Chopin.* de Doman.Franc.lib.2.tit.14.nu.14.in f.*Tholosan.* lib.6. de R. P. cap.13.& 15.*Gail.* 1.obs.21.nu.2.*S.Pistor.*cons.1.lib.1. *Gœdd.*cons.1.tit.de Elector. *Albert. Krantz.*in metrop. *Abbas Trithem.*in Chron. Hirsav. de Conrad.X. Abbate, *Mucius* de orig. German.1 lib.13.*Cuspian.*in vita Otton.III.*Bellarm.*lib.3. de translat.Imper.cap.1. & 2.*Philipp. Melanchthon.* tom.3.declam in Orat.de dignitate Princ.Elector. *Cisner.* in Orat.de Otton.III. *Sabin.*in Cesare. *Peucer.*l 5.Chron.in princ.*Schrad.*de origin. Elector.cap.1.*Thuan.*l.2.in pr.histor.sui temp. *Knichen.*de jur. Saxon verb. Ducum Saxon.*Meibom.*lib.3.*Sleidan.*de 4. monarch.*Heig.*p.1.quæst.3.n.13, *Auctor.thesaur. polit.p.2.*tit. ordini & Institutioni de ll. imperio Romano f.365. *Kirchn.*disp.4. Reip. coroll.2.*Georg. Spalat.*in Chronico vnd herkommen der Chur- vñ Fürsten zu Sachsen/Braunschweig vnd Lüneburg/& alii.

46. Quibus cum an facere possim, equidem dubito.

Nam *Iordanus* originem refert ad Caroli M. tempora, cui subscribunt *Spangenberg*, Chronicon.Scabinat.Magdeburgens.& quidam *annales manuscripti*, in quibus illud sese vidisse non obscuré testantur *Crusius & Dresserus.* Deinde *Cusanus* lib.3. c.4.de concordia catholica, Henrico II.imperatori, originem electorum adscribit. *Theodorus verò de Niem.*ad tempora Conradi II. *Peucer.*ad Frideric. I. *Aventinus & Pauvinius* post tempora Friderici II. *Beuther.*denique ad Carol. IV. hujus collegii initia referunt, quem historicorum dissensum diligenter collegit *Heig.* p.1. quæst.3. num.10.& seqq 2.Præterea me movet, quod Ottonis III. tempore, nondum fuerit Rex Bohemiæ, ut qui sub Friderico I.demum cœpit, nec est quod Bohemiæ Ducibus hanc eligendi potestatem adscribamus, nam iis cum imperio non adeo bellé conveniebat, ut rectè dixisse videatur *Heig.* quod de Duce Bohemiæ primorum temporum gesta non ferant, illum statim, aliis Electoribus fuisse adhibitum, quod bella inter Impp.Romanos & Bohemiæ Duces toties renovata, satis ostendunt. d.quæst. 3.num.41. 3. Denique moveor, quod post Ottonis III.tempora, non illi tantúm, qui hodie sunt, sed alii insuper principes, nõ solúm electioni & inaugurationi adfuerunt (ut vidimus nuper in inauguratione Matthiæ, de Friderico Palatino, Georgio Wilhelmo Brandeburgensi, Gustano, Casimiro & Ioanne Casimiro Palatinis Rheni, Johanne Casimiro & Johanne Ernesto Ducibus Saxoniæ, Joachimo Ernesto Marchione Brandeburgico, Johanne Friderico, Ludovico Friderico & Julio Friderico Wirtembergicis, Georgio Friderico Badensi. Mauritio, Ludowico, & Friderico Landgraviis Hassiæ, Christiano & Johanne Ernesto Anhaltinis, Augusto Luneburgico, & Alberto Holsato) sed & insuper sua de eligendo imperatore suffragia tulerunt.*Baron.*tom.10.§ 56.& seq.Anno 996.Idq; amplius demonstrat *Arnisæus* ex Elect.Henric.IV.Epist.Henric.IV.Urspergense in Chron.*Iohan. Wolff.memorab.*lect. Et ex Electione Friderici I.item Philippi & Ottonis IV.

47. Nec enim absurdus mihi videor, si Electores sensim cœpisse. Hoc enim & ipse *Dresserus* tandem fateri cogitur, dum ait: Etsi non desint mihi testimonia Chronicorum Germanicorum, qui septem Electores eos, qui adhuc sunt, institutos ab Ottone III. dicant: nihil tamen in re nondum satis explorata, affirmare audeo. Sed paulatim & ipse credo, dignitatem Electoralem ad septemviros devolutam esse. 2. Et *Heig.* tandem concludit hoc, procedente tempore, cum furor & rabies Pontificum erga impp. Germ. magis magisque exardesceret, sensim tandem apud solos illos 7. modernos eligendi omnem potestatem, & auctoritatem mansisse, quæst. 3. num. 70. 3. Sic ante Otton. III. *Henricus Auceps A.C.* 920. Frislariæ, in conventu principum Franconiæ á Moguntino & Saxon. Duce. *Peucer.* lib. 4 fol. 468. *Otto* I. ab ordinibus imperii Francon. & Saxon. *Otto* II. Wormaciæ An. C. 961. á regni proceribus Otto III. ipse á principibus & Episcopis. Ann. C. 984. electi sunt. Es sey gewisse dafür zu halten / daß zur Zeit Keysers Ottendeß Dritten allbereit / Electores imperii gewesen / ait; & concludit, Der gründlicher Bericht von allen vnd jeden der Keyser vnd freyen Reichsstädten / Stand / Regalien / &c. wie vnnd welcher Gestalt dieselbe befreyet / &c. p. 1. q. 2 n. 8. ubi idem ICtorum testimoniis probatur.

48. Consuetudine veró jus certum familiis adquisitum, per Carol. IV. confirmatum dicam plenissimé.

Quæ enim paulatim irrepere solent, vix unquam percipiuntur, quam si conversio fuerit subsecuta, ait *Heig.* 2. Et aliás consuetudinis initium non solet constare, eo, quód in vetustis origo ignoretur, *l. si arbiter* 28. ff. de probat. 3. Unde regulariter in consuetudine non consideratur, unde sit orta, *Wes.* in par. de LL. num. 3. Cum 4 ejus natura sit, ut ignoretur *Connan.* 1. Jur. civi. 10. num. 3. 5. Consuetudine autem hoc jus introductum fuisse, colligo ex *c. venerabilē*, de Elect. & Elect. potest. ubi dicit *Innocent* III. Unde illis principibus jus & potestatem eligendi regem, in imperat. postmodum promovendum, recognoscimus (& debemus) ad quos de jure & *Antiqua Consuetudine* cognoscitur pertinere. Vixit autem Innoc. III. A.C. 1198. Otto v. III. A.C. 984. 6. Idem innuit *Carol. IV. in aurea bulla tit.* 2. § Vnd dieweil von alter vnd guter Gewonheit. *Et tit.* 4. *in fin.* ibi. Als von alter Gewonheit herkommen ist. *Et tit.* 5. § Vnnd wiewol ein Key ſ oder Röm. König von Sachen wegen darüber angemuth wird / von alter Gewonheit vor einem Pfaltzgrafen bey Rhein / &c. antworten sol. Item *tit.* 9. Vnd das mit löblicher vnd bewehrter langer Gewonheit vnd Præscription.

49. Septemviri hi imperii nostri, præterquam quod Imper. eligant, & hoc habent singulare, ut Ecclesiastici & ipsi eligantur, & ut Episcopi, ita & principis personam sustineant.

1. Aliter enim considerantur ut Episcopi, & aliter ut Electores, ita ut manente Electorali dignitate Episcopalem separari posse dicat *Molin. in consuet. Paris.* tit. 1. n. 71. 2. Sic enim sentimus cum *Augustana confessione*. Ut si quam habent Episcopi potestatem gladii, hanc non habere ex mandato D. ut Episcopos, sed ut Principes ex jure humano, donatam á Regib. & Imperatorib. ad administrationem civilem suorum bonorum, ut loquitur ipsa *confessio nostra August. Artic.* 7. de potest. Ecclesiæ. 3. Refert autem *Helmold.* Ludovicum Pium Imperatorem, qui vixit A.C. 81[illegible] Episco-

Episcopos inter imperii principes retulisse, lib. 1. cap. 4. 4. Et regnum quandoque cum sacerdotio conjunctum fuisse disputat *Iohan. Cas.* Sphær. civit. l. 4 c. 15. & *Heig.* q. 4. num. 57. Quod ex 1. Sam. 7. non obscuré colligimus. 5. Notum etiam est quod *Arnold.* quidam *Brixian.* vel ideo quod Episcopis regalia competere negabat A. C. 1139. in præsentia 1000. antistitum hereti damnatus sit, ut ex *Sigon.* lib. 11. de regn. Ital. notat *Frid. Pruckman.* ad c. quæ sunt regal. c. 4. n. 43.

50. Politici verò, qui nominantur laici, successione gaudent, non tamen simpliciter, sed 1. ex primogenituræ jure 2. ætatis anno 18. vel si infra sint Curatore, qui usque eó præsit, administratore. Est autem jus primogenituræ ut antiquissimum, ita & æquissimum.

Antiquissimum enim esse dicit *Hieronym.* in cap. 49. Genes. & ab ipso Deo institutum legitur: ita quidem, ut regulariter secundogenitus primogenito præferri nequeat Deuter. 21. v. 15. Ideoque Josaphat regnum primogenito suo offert. 1. *Reg.* 21. *vers.* 3. Idque hodie ferè apud omnes gentes observari tradit *Tiraq.* de jur. primog Æquitas autem desumenda est ex utilitate publica, quæ privato commodo ante ponenda est, *l. actione.* 65. § 5. ff pro socio, *l. iubemus.* 10. C. de sacrosanct. Eccles *l. utilitat.* 4. C. de primipilo. Per unum verò regnum administrari rectiùs, exemplo apium, exemplo Romuli & Remi, Item Esavi & Jacobi, probat *Hieronym. Epist.* 4. *ad rustic. monach.* vid. c. in apib. 7. quæst. 1. Deinde anne firmius forté regnum erit, si illud indivisum manet penes unũ, quám si portionibus aliquot dividatur *c. maiorib.* de præbend. & dignit. gloss. in c. licet. de vot. Nec hîc est, quod secundogenitus conqueratur, cum natu major non habet ut melior, sed ut dignitatem hujusmodi feudo annexam, ipsique, juri divino, naturali, gentium & civili tributam, qua senjore mortuo, & ipse fruitur. Quam diu verò viuit, sua sibi satis alimenta suppetunt, *l. cum ratio.* 7. de bon. damnat. Et quidem ratione dignitatis, *l.* 5. § 19 de agnosc. lib. Jus quidem commune vult, æquitatem inter fratres servari debere. *l. pen. in fin.* C. Com. div. *l. ut liberi l. illud § ultim.* de collat. *l. inter filios.* C. famil. ercisc. *l.* 1. C. un. de liberi *c. illud* quoque *Nov.* 22. Sed jure feudali in regnis aliter observatur, *c.* 1. *& § praterea.* de prohib. feud alienat. Ut iccirco rectè, suadente æquitate, *Carol IV. constituerit:* Wir gebietten von Keys. Gewalt/ mit diesen gegenwertigen Rechten/ das ewiglich zu halten/ erkennen vnnd wollen/ wenn die weltliche Churfürsten/ vnd jhr jeglicher nicht mehr ist/ so sol dann desselben rechte Stimm vnd Gewalt derselben Wahl gefallen auff seinen erstgebornen Sohn/ &c. tit. 7. vnd jhme sol alle Herrschafft vnnd Recht folgen/ tit. 24. § Dann wann Churfürstenthumb.

51. Tam firmum, ut testamento patris filio, natu primo, auferri nequeat, licet contradicat Decianus.

1. Sic enim jure divino expressé cautum est, *Deuteron.* 21. *vers.* 15. 2. Cujus ratio est, quod primogenitus id jure naturali habeat, cum ipsum natura primogẽuit, ut ex *sect. praced.* patet: naturalia autem nemini possunt auferri. *Molin.* de primogen. lib. 1. cap 8. num. 20. 3. Deinde filius hîc consideratur ex sua persona, non enim quà genitus est, habet hoc jus, sed quá primogenitus. Unde 4. á patre non consequitur, sed á natura per patrem. 5. Imó lege singulari, quæ primó natis hoc jus defert, *cap.* 1. de success. feud. *Mich ab Anguire.* resp. p. 4 n. 32. 6. Considerari etiam hîc

velim, quod juri Electoratus annexa sit ipsa ditio & territorium, ut dicam inf. sect. 55. ut si contrarium concederem, sequeretur; patrem filio feudum Electoratus posse per testamentum adimere, quod esset contra jus feudale commune, c. 1. in pr. de succes. feud. c. 1. § donare. Qualit. olim feud 2. Feud 9. *Menoch.* cons. 161. num. 7. Multó minus autem, quę jure publico ad perpetuam SS. Romani imperii dignitatem statuta sunt, immutari debent. *c. qua ad perpetuam.* 25. q. 5. *Palaot.* de majorat. p. 1. princip. 46. & 59. *Covarr.* 3. var. resol. cap. 6. nu. 7. *Tessaur.* decis. 34. *Vivius* decis. 145. num. 9. *Modest. Pist.* q. 14. p. 1 *Raudens.* cons. 1. num. 29. Quod autem *Timo Marchio Misnię* tertiogenito primogeniti jus tribuit; quod etiam *Frideric. I. Marchio & Elector Brandeburgicus* præterito Johanne primo Electoratum reliquit Friderico secundogenito, *Naucler.* Gen. 48. f. 1064. in fin. & seq. *Peucer.* lib. 5. Chron. id verò rarę modestiæ exemplum est, & vel ideo valuit, quod & primogeniti assenserint, consenserintq; paternæ dispositioni. *Naucler.* d. l. f. 1064. *Menoch.* cons. 163. n. 17. *Knich.* verb. Electorum c. 3. n. 12. de jur. Sax. non provoc. *Hart. Pist.* p. 2. q. 4.

52. Et si primogenitus sit natus, antequam pater successit in Electoratu, secundo autem genitus á patre Electore sit prognatus, nihilominus præfertur natu major.

Per, *l. senatorii*, ff. de senat. *l.* 2. § 1. ff. de decurion. *l. morit.* 9. § *parentes* de pœnis, *l. cum advocati.* 8. C. de advocat. diversi. judic. *l. neq; Dorotheum.* C. de decurion. adde *Tiraq.* de jur. primogen. quæst. 31. *Duaren.* 1. disp. 29. *Hotoman. Illust. quæst.* 2. *Forster.* de succes. lib. 4. cap. 24. num. 27. *Lancell.* in templ. omn. judic. lib. 1. cap. 2. § 1. quæst. 1. n. 10. & seq. *Knich* de jur. Duc. Saxon. cap. 3. nu. 50. *Obrecht.* disp. feud. de success. th. 90. Sed cum hujusmodi quæstiones ex consuetudine interpretationem capiant, age, aliquot præjuditia accipe. *Persæ*, regnum adjudicarunt Arsicæ, non fratri Cyro, qui tamen á Dario, ante adeptum regnum natus erat. *Plutarch.* in vita Artaxerx. & *Iustin. Herodes* Rex, ante adeptum regnum, genuit Antipatrum, postquam verò Rex erat, Alexandrum & Aristobulum; rectè tamen ex his successit Antipater. *Ioseph. lib.* 16. *antiquit. Iudaic.* In Regno Ungariæ, *Bela* Rege mortuo, Leysa, ante adeptum regnum natus patri successit, ut ex *Blond.* refert *Hotoman.* Sic in Germania Henrico Aucupi successit Otto, qui natus erat ante adeptam á patre dignitatem. *Abbas Stadens.* circa Ann. C. 935. fol. 103. *Krantz.* lib. 3. cap. 11. cui tamen frater bellum movit, eo, quod putaret imperium ad se spectare, quasi nobiliore parente sit natus, *Paulus Æmil.* lib. 3. fol. 39. in pr. *Knich.* verb. Electorum cap. 3. numer. 59. Novissimè etiam habemus exemplum in Electoratu Saxonic. scilicet *Christiano II.* p. m. Is enim natus erat A. C. 1583. vivente adhuc avo Augusto Electore (hîc enim A. C. 1586. pientissimè mortuus est) quo tempore Christiani II. parens Christianus I. Electoria dignitate nondum fulgebat. Anno C. 1585. Electore patre Johannes Georgius natus est: Patri verò Christiano I. rectè successit ipse filius primogenitus Christianus II. quo morruo demum Johannes Georgius, qui hodie rerum potitur, ad Electoratum admissus est.

53. Si autem primogenitus moriatur absque hæredibus, & extent filius secundogeniti, & tertiogenitus, hunc illi præferri dixero.

Quæ enim personalia sunt, in iis jus repręsentationis locum non habet, *Forst.* libro 4. c. 22. nu. 7. Atqui primogenituram esse jus personale probavimus, *sect.* 51. 2. Unde

Unde rectè dicit, quod repræsentatio cesset, ubi jus primogenituræ obtinet. *Laudens.* resp. 2. nu. 37. pro regn. Portugall. & *Molin.* d. lib. 1. cap. 7. num. 4. 3. Est enim repræsentatio rerum possibilium. *Tiraq.* de jur. primog. tom. 1. quæst. 40. num. 134. Atqui per rerum naturam, ætas parentis, filii esse nequit, ita ut ex genitosecundo, fiat primogenitus. E. nec repræsentari. 4. Etsi maximé jus primogenituræ possit repræsentari, tamen illud aliter non procedit, quàm si parens jus primogenituræ quæsitum & radicatum habuerit, quod hoc nostro casu non est, ubi secundogenitus ante primogenitum est mortuus, ut sic possis concludere: Quidquid tempore mortis patri non competit, id etiam ad filium non potest transmittere. Quia itaque jure repræsentationis non succedit, & pater jam mortuus, nihil transmittit, dico patruum natu majorem succedere. Habes hujus rei memorabile exemplum in PALATINATU. Philippus enim posthumus Elector, qui mortuus est Anno Christi 1508. reliquit 3. filios: Ludovicum pacificum, Rupertum virtuosum; & Frideric. II. ex his Rupertus medius Anno Christi 502. genuit Ottonem Henricum, & secundo anno post, sc. 1504. primus ex fratribus moritur. Anno. a. 1544. etiam Elector Ludovicus moritur absque heredibus masculis. Supersunt itaque secundogeniti filius, Otto-Henricus scilicet & Fridericus II. tertiogenitus; qui Electoralem dignitatem per multos annos feliciter sustinuit, ita ut hoc demum mortuo, Otto-Henricus sit admissus. En etiam aliud: in *Electoratu Saxon.* Rudolph. Elector. habet tres filios. Rudolph. II. Ottonem, & Wenceslaum: Otto secundogenitus moritur Anno Christi 1349. & reliquit filium Albertum. Deinde moritur Rudolphus II. Elector. ANNO CHRISTI 1370. Hinc orta est controversia, utrum Albertus, an vetò Wenceslaus successor esset, quæ controversia, cum ad Carolum IV. devolvebatur, ille pro Wenceslao pronunciavit & decrevit, quod decretum exhibet M. H. in tractat. exoterico de jur. primog. quem vide. Exempla allata hæc sunt:

1.
Philipp. postum El. Palat.

Ludovic. †1544.	*Rupert.* †1504.	*Frider. II.* *præcedit* *Otton.* *Henric.*
	Otto Henric.	

2.
Rudolph. El. Sax.

Rudolph. II. †ἄπαις.	*Otto* *D. Sax.* †1349.	*Wenceslaus* *D. Sax.* †1388.
	Albert. *D. Sax.* †1385.	*præfertur* *Alberto*

54. Unde concludendum videtur: Mortuo Electore absq; heredibus, si diversæ lineæ, ejusdem tamen stirpis duorum fratrum filii exrent, quod minoris fratris filius, ratione suæ ætatis major, præferendus sit minori, ex fratre majore nato.

Idque jure civili, Saxonico, Publico, & consuetudinario. Civile enim quod attinet, notum est, quod si majoris natu demortui fratris filius natu minor admittendus esset, id fieret vel jure proprio, vel ratione parentis sui. Non autem jure-

jure proprio; quia de primogenitis loquimur, hic autem noster ratione suæ ætatis est postgenitus. Nec ratione parentis, tum enim succederet vel jure repræsentationis, vel transmissionis: *Non transmissionis*; Transmitteretur enim vel jus vel spes non jus, quia illud nondum habuit parens, cum moreretur Elector; Nec spes, quia hereditas non adita, non transmittitur, *l.7. & ibi Gothofr.* lit.N.C.de jure deliberandi. Quod scilicet ex morte alterius incerta dependeat, *l.47.ff.de vulg.&pupill.substit. l.un.§7.* C. de caduc. tollend. item § 5.& ibi *Gothofr.* lit.s.t.u.x. *Menoch.* 1.præsumpt. 8 num.22.& sequenti. Hinc *Marpurgens.* ajunt, ut quis quid transmittere possit, jus habere debet vel habitu vel exercitio, volum 1.consil 20. num.53.fol.196.& volum. 2 consil.26. num.8 2. fol. 241. *Iure etiam repræsentationis non admittitur.* 1. Cum repræsentatio non habeat locum extra fratrum filios, *Nov.* 118.cap.3.& *Nov.* 127. cap.1. 2. Quod repræsentatio non fit, nisi in jure quæsito, vel ubi speciali constitutione quid statuitur, *Forst.* lib.4.cap.22.num.10. 3. Quod repræsentatio sit fictio juris civilis, contraria juri naturæ, ut est primogenitura, *Forst.* d.c.22. & diximus *sect.* 50. *&* 51. *II. De iure Saxon.* clarum est, quod in linea collaterali non admittatur repræsentatio, ex Landrecht/lib.1.artic.17. III. *Ius publicum* cum dico, intelligo *Auream Bullam* Carol. IV. ubi dicitur tit.24. so sol der ander geborner Sohn/ ob er in dem Geschlecht were/oder ein alter Bruder oder Freund. Adde quod duobus in eodem gradu & linea Electori minori conjunctis, is curam suscipiat, qui ratione suæ ætatis alterum excedit, quid ni igitur, si moriatur impubes, Electoratus plené ad eum deveniat? Facit & huc, quod major natu in eadem domo, minorem in actibus publicis, præcedat. Sic enim in domo Saxon. Georgius Senior ex fratre junior, Iohanni Duci Saxonic. natu minori ex fratre majore, prælatus fuit, in comitiis Wormacienf. AC. 1521. ut constat ex subscript. *Recessuum* de hoc anno: quis autem nescit hujus majoratus prærogativæ, & electoralem dignitatem annixam esse? ut non inepté *Bodin.* dixisse videatur: Si sobrini suo jure, nulla fictione hereditates aliquas cernere velint, eodem ordine in capita partientur hereditates dividuas. Sin verò regnum, Ducatus aut Comitatus, aut alia feudi dignitas sit individua, senior juniori anteferendus erit, *etiamsi á primogenitis iunior stirpem ducat.* Et sic in *Curia Parisiorum* A.C.1563.17.Julii judicatum refert libro 6. de Republic.cap.5. numer.733.in fin. Huic nostræ & Bodini sententiæ accedunt *Acost. de Valasc.* de jure Emphyt.quæstion.56.numer.16. *Ludovic. Molina.*tr.de major.dispur.630.num. 2. *Iohan.le Cirier*, de primogen.libr.1.q.2. *Alexandr.* cons.4.num.5.libr.4. *Abb.* cons. 85.lib.1. *Marc. Anton. Peregrin.* cons.1.num.25. *Alban.* cons.60. *Alvar.* de conject. ment.defunct.lib.2.c.3.§5.num.15.& seq.& num.37. quid tamen hîc de præcessione sentiendum sit, dicam infra sect. 60. Quamvis & lubenter in hac controversia cessero, ubi contrarium edoctus fuero. Nam quæ hîc adsero, ut in aliis his omnibus sectionibus disputandi saltem me adferre gratiâ *libertatem; me uti Academica sanctè protestor.*

55. II. Ætas in Electore requiritur justa: sc. annus XVIII. completus: & tunc non solúm ad jus eligendi imperatorem, sed etiam totius territorii gubernationem est admittendus.

1. Quia indissolubili & individuo nexu coherent dignitas Electoralis & ditio, *Aurea bulla* cap.7.& 14. 2. Quod ipsa ratio exigit; tutor enim & administra-

tor

tor, quamdiu habuit dignitatem Electoralem, tamdiu, eoque respectu, principatui tutorio nomine præfuit; illa igitur restituta, & hoc restituendum erit, cum accessorium sequatur principale. 3. Et quæ esset concordia inter Electorem & administratorem bonorum Electoralium? 4. Qui etiam recté præesset imperio, qui suis bonis non recté præesse crederetur? olim *Mecænas* dixit; Augusto Reip. administrationem non debere committi, quod bonis suis nondum præerat. 5. Iccirco etiam cum *Ludovicus* Palatinus Elector 18. annum expleviſſet, patruus *Otto, Dux Palatinus tutor*, ei & electoratum & palatinatum restituit. 6. Idem novimus factitatum á *Friderico Wilhelmo in domo Sax.* cum Christianus II. Elector legitimos annos compleviſſet. 7. *Sigismundi* itaque *bulla* ex subsequutis eam exemplis & prejuditiis facilé declarari potest. E. vestigio enim hanc bullam subsequebatur exemplum illud *Ludovici Electoris* quod modo dixi; nam Anno Christi 1424. natus erat, & Anno Christi 1442. in urbe Aquisgrano á Frider. III. tunc Rom. Rege plenissimam investituram electoratus accepit, ut ex *act. Heidelbergensib. testatur Marquard. Freher. Carolus* deinde IV. in diplomate quodam dato *Columbariæ* 1454. Jus electoratus cum Palatinatu cohærere testatur, quod etiam eodem anno scripsisse Carolum IV. quo auream bullam dedit, docet idem *Marq. Freher.* in orat. 1. de propugn. Frider. IV. fol. 29. quem omninó de hac contr. vide juxta ac quoddam palatinorum scriptum sub hoc titulo: Kurtzer Bericht vnd bedencken/ob dem D. H. F. D. H. Herrn Friederichen/Pfaltzgrafen bey Rhein/ &c. Jhr. Churfürstlich. Gn. anererbte Landregirung/nach dero Alters 18. Jahren gebüre: Oder aber dern Administration biß nach des Churfürsten 25. Jahre/dem D. H. F. vnd Herrn/H. Reichardten Pfaltzgrafen bey Rhein/ &c. vnter dem Schein vnd Namen legitimæ Curatelæ vberlassen werden solle. Impress. Heidelbergæ anno 1593. Et huic sententiæ subscribunt præter *Freher.* & modó allegata scripta etiam *Knich.* de priv. Duc. Saxon. verb. electorum cap. 5. *Rosenth.* cap. 12 cap. 10. num. 19. *A. Henring.* de fide juss. cap. 5. num. 107. *M. Stephan.* de jurisd. & lib. 2. p. 1. cap. 5. num. 73. & seq. *Schonb.* l. b. 2. polit. c. 14. *H. Bruckner.* in add. ad dec. Thol. Gerh. Maynard. 1. decis. 76. lit. c. *Buxtorff.* ad Aur. Bull. Carol. IV. concluſ. 28. lit. h.

56. III. Est, ut impubes Electoris filius ex Aurea bulla Curatorem habeat proximum agnatum seniorem, cui an præferendus sit, quem pater testamento dedit, adhuc nondum satis liquet.

Hac vice nihil addam, quam quæ de hac quæstione *sub dato* 27. *Februcr. Anno Christi* 85. *reseripsit Rudolph. II. imper.* his verbis: Wann nun dem also/vnnd dann hierneben/nicht allein der Vormundschafft vnd administration, deren sich D. L. einig vnterfangen Rechtätig/ &c. dahero auch D. L. dergleichen novation desto weniger befugt/sonder auch ferner diß darzu kümpt/daß solche innovation obernants D. L. Bruders dz nechstverstorbenen L. F. P. G. L. Testament vñ letzten willen fast vngemeß vnd zuwieder: So wollen wir dem allem nach zu D. L. gentzlich versehen/ &c. Si tamen hîc rationes pro utravis sententia adnotare vel. s, eas abundé tibi suppeditabunt hæc scripta: Kurtze Verzeuchnus des jenigen/ so sich zwischen/ &c. H. Reicharten vnd/ &c. Friderico IV. Electore den 18. Januarii, Anno 1592. vnd die nachfolgende Tage/ wegen der Tutel/ vnd respectivé Curatel vnd administration Churf. Pfaltz verlauffen hat. Et huic oppositum scriptum. Gründlicher vnd bestendiger

tiger Gegenbericht / ꝛc Pfaltzgraff Reichardt / ꝛc. Chur Pfaltz Curatorn vnnd Administratorn, auff die ohnlangst in Franckfurter Fastenmeß / durch den Druck außgesprengte vermeinte kurtze Verzeichnus / des jenigen so sich / ꝛc. edit. 1592. Item / kurtzer Bericht vnd bedencken / ob dem Durchl. ꝛc. H. Friederichen / Ihr Churf. Gn. anererebte Landregierung / nach dero Alters 18. Jahren gebüre / quod posui supra sect. præced. in quo scripto continentur Chur Pfaltz gründe / gegen H. Reichardt Pfaltzgrafen: Item / H. Reichardts Pfaltzgrafen vñ deren anlehnung. Item kurtze / wolgegründete vnd bestendige wiederlegung des Durchleuchtigen H. F. V. H. H. Reichardten Pfaltzgraffē bey Rhein / ꝛc. auff den vnlangst zu Heydelberg in Truck außgegangenen vermeynten bericht vnd bedencken / Impressum Tubingæ 1594. Quibus addatur Assertio propriæ Gubernationis Serenissimi Principis Dn. Friderici IV. à *Marquardo Frehero* duabus orationibus in Natalem principis comprehensa, & Anno Christi 1595. Heidelbergæ edita. Et insuper elegantia illa scripta in hac caussa nuper edita. Kurtzer vnd wolgegrünter Bericht / daß die Vormundtschafft vnnd Administration der Chur Pfaltz einig vnd alleine dem D. H. F. H. H. Philipps Ludwigen / ꝛc. als dem Eltisten vnd nechsten Agnaten zustendig / vnd durch keinerley Testamentliche oder andere Ordnungen benommē / geschwecht / oder verendert werden könne / editum 1610. Item bericht / von Chur Pfaltz Testamentlicher Vormundtschafft vnd Administration. Item bestendige ableinung des Heydelbergischen vngegründeten kurtzen bericht Summarischer Information, außgesprengten Patents / genanten wiederlegung vnd der erst newlichen darauff erfolgeten sehr anzügigen Defension vñ rettung Lawingen / 1612. Defensio Elect. Palatinæ testamentariæ tutelæ & administrationis, contra Neoburgum nuper Lavingæ excussam erroneam informatione, impressa Ambergæ 1611. Item ferner vnd vollkommener bericht / von des D. H. F. V. H. H. Philips Ludwigen Rechten / so ihrer F. Gn. wegen der der angefallenen Tutel vnd Administration in der Chur Pfaltz gebüret / sampt kurtzer aber gründtlicher wiederlegung / aller der jenigen Prætensionen so bißhero darwieder spargiret worden. Impressum Düsseldorff durch Bernhardum 1611. Item kurtze bestendige ableinung der jüngst zu Düsseldorff gedruckten fernern vermeynten Newburgischen Information vnd Widerlegung. Impressum Heidelbergæ 1611. Item gründliche widerlegung / etlicher in offenen Druck außgesprengten Newburgischen Schrifften / sampt fernern bericht vñ außführung die Vormundschafft vnnd Administration in der Chur Pfaltz betreffend. Item / die beantwortung der F. Brandenburgischen / auch Würtenbergischen vnnd Hessischen Räthe / in caussa prætensæ curatelæ, Quibus adde tractatum de legitima tutela curaque Electorali Palatina. *Impress. Heidelbergæ* 1611. Item Orationem, in qua ostenditur uni & soli sereniss. & celsissimo Principi ac Dn. Dn. Philippo Ludovico tutelam & administrationem Electoralis Palatinatus, jure opt. maximo competere ac deberi, eamque ipsi invito neque testamento, neque pacto, neque ullo alio modo adimi, aut inverti posse: habitam in *Gymnasio Palatino Lavingano* 1611. *Mens. Martio.* Et denique de tutelis Electoralibus testamentariis legitimas excludentibus libros VI. ad Reverendiss. & Serenissimos sacri imperii Electores, *Auctore Dionysio Gothofredo.*

57. SECUNDUM IMPERII MEMBRUM constituunt Germaniæ

maniæ Duces, Principes, Landgravii, Margkgravii, Comites, Barones, & qui huc referuntur, qui & ipsi paulatim invaluere.

Olim enim antiquissimis temporibus vetustissimi Germani habebant certos homines, qui per vicos & pagos unicuique jus suum redderent, hos vocabant Comites. Vid. *Tacit.* de Morib. Germ. & *Chopin.* de Doman princ. lib. 3, Tit. 7. Id autem ideo fieri oportuit, quod Barbari illi homines, non conjunctim sed sparsim diversis in locis habitabant, Unus prope fontem: alter verò prope campum, vel nemus aliquod, prout animus quemque duxit. *Mut. de Orig. Germ.* lib. 1. Postea verò cum conjungere sese cœperunt, civitatesque ædificare inceperunt, Duces certi, ait *Paul. Æmil.* lib. 1. á Regibus præficiebantur Gentibus, civitatibusque, ac cum videretur, dimittebantur. Ut tandem inveteravit consuetudo, ut nisi sceleris convicti, abire imperio non cogerentur, idque postremo, ut quisque eo munere donabatur, jure jurando Regum cavebatur, unde *Scot. Respubl.* 28. lib. 6. Tom. 1. N. 167. dicit: Nomina hæc olim non principatus, sed officii; non patrimonii, sed muneris: non perpetuæ, sed temporariæ dignitatis fuisse, Gründtlicher bericht von allen vnd jeden der Freyen vnd Keys. Reichsstädten/ Privilegien/ &c. wie vnnd welcher gestalt dieselbigen/ &c. befreyet/ im andern Punct. n. 4. Rector autem provinciæ dicebatur aliquando Marchio, quandoque Dux, prout placuit Imper. *Knichen.* in Comm. in jus Saxon. verbo Ducum cap. 4. Comites sanè nihil aliud fuere, quàm Judices, ut constat ex 2. *Feud.* 27. & L. *Ripuarior.* cap. 55. & ex *Eustathio, Homero, Suida* notat *Cuiac.* in ff. C. de offic. com. sacr largit. Idem est antiquum verbum, Grave/ ut inde componantur: Burgkgrave/ Landgrave/ Pfaltzgrave/ Marckgrave/ Tentgrave/ ut & hic *lus Sax.* hanc rem definiat: Grafschafft ist nichts anders/ dann eine Jurisdiction/ oder eine gegend vnd Weichbild/ welcher vor Alters den Graffen durch die Keyser verliehen worden/ auff daß sie an jrer stat daselbst Gerichtszwang hielten/ vnd jederman richteten/ die weil man den Keyser nicht vmb alle Sachen hat mögen besuchen. *Guido Panciroll.* in comment. Notis Imp. Orient. c. 139. & 149. & in Notis Imp. Occident. c. 88. *Martin. Frec.* lib. 2. de feud. & *Rittershusius* in partit. feud. c. 8. f. 259. Was bey anfang der Regierung Caroli M. das Land zu Sachsen vor Erbliche Oberhern vnd Regenten gehabt/ welche man Comites genant/ vide omninò egregium illud scriptum hoc nomine A. C. 1608. hic Helmstad. publicatum: *illustre examen Auctoris illustrissimi, &c* in quæst. 8. f. 144. ubi hoc notabile additur. Es ist wol in acht zu nemen/ daß bey *Aymono monacho* de gestis Francorum l. 4. c. 97. in annalibus Francicis ad an. 815. 817. 828. Wie dann auch/ in vita Lud. Pii, so inter scriptores Francicos á *Pithœo* editos zu finden/ p. 364. Saxonici generis Comites expresse genant werden/ zu dem end/ daß man sie von den Fränckischen Judicibus, so in Sachsen herwacher geordnet worden/ vnterscheiden möchte/ ubi statim illustre hoc monitum addit Illustriss. auctor: Vnd ist je eine grosse vergessenheit/ daß *Crantzius Metropol.* l. 2. c. 3 vnbedächtiger weise vergibt/ daß vmbs J. C. 880 der name Comitum nicht sey gebreuchlich gewesen/ da doch dz Widerspiel auß obangezogenen Scriptoribus erwiesen/ vnd er der *Krantz.* selber erwehnt Cobbonis Comitis Tecklenburgensis, Metrop. l. 1. c. 4. l. 2. c. 4. 17. vocarunt hos judices veteres Saxon. Edlinge/ Edle vnd Freyherrn/ vide plurib. dictum illustre Examen d. q. 8. f. m. 144. 145. & seqq.

58. Usque dum Monarchia Romana ad Germanos devoluta,

officiis bellicis viros strenuos sibi devinctos, qui incursiones hostium acriter reprimerent, certis limitibus præficeret Carolus Primus Germanorum Imperator.

Cum enim ille heros Sorabos devicisset, Pannoniam superiorem constituit limitem regni sui versus Orientem, contra Hunnos & Avaros, Cumque Germaniam Galliæ conjunctam in duo distinxisset regna, illud quod ad Galliam pertinuit, nominavit Westreich: quod ad Orientem Oestreich/ additis præsidibus limitum seu Marchionibus. Sed limitis seu Marchiæ nomen mutatum postea fuit in ducatum multo sc. post á Friderico I. Imperatore, *Peucer. lib.* 4. Chron. in pr. f. m. 445. Sic BAVARIÆ nomen compositum dicit idem *Peucer.* ex Bojis & Avaris, quos Carolus, devictis ac depulsis Hunnis, regioni Bojorum adjecit. Unde & Bavariam tenuerunt ipsius Caroli M. posteri, usque ad Ottonem I. qui eam Henrico fratri tradidit primumque Ducem Bavariæ constituit. PALLAS autem dictus fuit tractus circa Heidelbergam, ubi bello partis victisque provinciis veteri Romanorum more jus dicebatur: hinc dictus fuit Comes Palatinus, quem Ludovicus concessione Friderici II. Bavariæ adjecit. Vide de hoc *Marq. Freher.* in comment. Origin. Palatin. edit. Heidelbergæ Anno Christi 1599. De SAXONIA res in aprico est, quod Witikindus M. Saxon. Reg. oriundus post bellum 30. annorum á Carolo devictus & conversus, ejusque pronepos Rudolph. á Lothario Imp. Magnus Saxon. Dux fuerit constitutus. BRANDENBURGENSEM & MISNENSEM Marchiones constituit Henricus Auceps, illum Præfectum Limitaneum contra Bohemos: Hunc verò contra Henetos. Reliqui, qui sunt Imperii Duces plærique ex Witikindo, de quo jam dixi, descendunt. Ut videre est apud *Reusnerum* in familia Witikindea. Sic BRUNIVICENSIS & LUNEBURGENSIS ducatio, ad Comites, de quibus sup. dixi & Duces Saxon. pertinuit: *Bruno* enim Saxonum Dux, abnepos Witekindi Micondidit civitatem A. C. 860 á se nominatam Brunswick / Die Statt Braunschweig ist angefangen zu bawen von Brunone vnd Tanquardo Gebrüdern / Hertzogen zu Sachsen ohngefehrlich vor 800. Jahren / vnd ist die Statt nach dem Brunone Braunschweig / das Fürstliche Schloß aber darinnen / nach dem Tanquardo. Tanquardoroda genennet worden / haben also Bruno vnd Tanquardus zusammen gebawet die alte Statt / jres Brudern Ottonis Sohn Henricus Auceps, so hernacher Römischer Keyser worden / die Newstad / Henricus Leo den Hagen / vnd desselben Sohn hernach die alte Wieck vnd Sack: Examen illustre q 8. f. 151. & seqq. Braunschweigischer außführlicher warhaffter Historischer Bericht / im ersten Theil der ersten Abtheilung / c. 1. f. m. 21. & 22. Nach absterben Henrici Leonis, haben seine hinterlassene Söhne / Otto Hertzog zu Sachsen / so hernacher Keyser worden / vnd Henricus Pfaltzgraff bey Rhein / von Wilhelmo jr Landgetheilet / vnd ist Otten Hertzog zu Sachsen die Statt Br. in der Theilung zugefallen / welche diuiso Copulich beygeleget / Num. 4. f. 27. Braunschweig. Historischer Händel. p. 1. in der ersten Abtheilung. Ortis autem inter Imp Fridericum II. & Duces Sax. litib ist endlich dieselbe Sach A. C. 1235. auffgehaltenem Reichstage zu Meyntz der gestalt außgehoben / daß H. Otto / vor hochgedachtes Wilhelmi Sohn seine Erbfürstenthumb Luneburg / Keys. Friderico auffgetragē / derselbe Keys. auch hinwider von Braunschweig abgestanden / vnnd also hochgedachter H. Otto mit beyden Fürstenthumen

Braun-

Braunschweig vnd Lüneburg/in specie auch der Statt Braunschweig alsbald beilhnet/ vnd an stat deß alten anererbten Tituls Hertzoge zu Sachsen/Hertzoge zu Braunschweig vnnd Lüneburg genennet. Vide Copeyliche Vrkunden diser wegen/ in d.p.1. Fürstl. Braunschw. Historischer Handel. c.2.f.28. die Vrkunden/sub num. 5.6.7 8.9. Verùm hoc obiter. cæteratum enim familiarum mutationes plenè hîc enarrare, mecum non constitui, ut nec quando singulis Germaniæ Principibus superioritatis jura á DD. Imperatorib. sunt communicata. Docet enim hoc *Sigon.* & alii: ut dubitandum non sit, quin hodie, cum fuerint investiti cum universali territorii jure, omni superioritatis jure gaudeant. *Knich.* de jure territ. c. 1. per. tot. tantumque possint, in suo, quantum Imp. in Imperio, ut *sect.* 39. probavimus.

59. Adjunctis certis in locis Collegiis Ecclesiasticis die Geistlichen hohen vnd andere Stifften/ quorum præsides, quod curam habebãt & inspectionem Christianæ Religionis, retinuerunt nomen Episcoporum, die Bischöffe vnd Geistliche Fürsten.

De origine, deque officio horum Collegiorum Ecclesiasticorum, quæ comitatus est ordo *Canonicorum* in Germania adhuc nostris temporib. frequentissimus, mallem ex aliis quid discere, quám docere. hîc certé non licet, ne in immensum hæc nostra disquisitio excrescat. *Cum Deo & die forté alibi.* Vide interim quæ de Archiepiscopis in hac cathedra non ita pridem docuit *Arnold. Engelbrecht* in sua juridica disquisitione de Jurisd. th. 67.

60. Principes autem Laicos licet non esse in numerato dicat Thuan. familiis tamen certis distingui, plus quám manifestum est.

Sunt qui cum Bodino statuant, statum Imperii ideo Aristocraticum esse, quod septem Electoribus 300. Principibus ac civitatum Imperialium legatis coalescat, quibus Princeps præsit unus, ut concilii jussa exequatur. Sed iterum hoc falsum est, vel ex eo, quod numerus ille Principum incertus sit, rectè enim *Thuan.* lib. 1 histor. sui tem. arguit ideo numerum incertum esse, quod scil pro arbitrio Impp. mutetur, augeatur, minuatur. Adde, quod ratione propagationis crescat in familiis, quæ jus primogenituræ habent. In iis verò, quæ adhuc nesciunt, indies novæ & diversæ familiæ constituantur. Posse autem hodie duodeviginti German Princip. enumerari familias, facilé *Paurmeister* assentior. I. *Est Austriaca*, cum Rudolph. Habspurgens. filio suo Rudolpho I. Austriam in feudum concessit, ut *dixi supra.* Constat verò duabus lin Ferdinandicâ, quæ á Ferdinando, & Burgundicâ, quæ á Carolo V. originem traxit, cui hodie præest Albertus. Huic enim dotis loco contulit Burgundiam Isabella F. Philippi II. R. Hispan. neptis Caroli Quinti. II. *Est Bavarica*, cœpit Anno Christi 1180. cum Otto Witelsbach in Comit. Ratisponens. Henrico Leone Læsæ Majestatis condemnato, á Friderico Barbarossa Bavariæ ducatum accepit. Estque itidem duplex; Bavarica & Palatina, quarum hæc est diversarum linearum. III. *Est Saxonica* cujus lineæ sunt hodie Electoralis, Coburgica Isnacensis, Aldenburgica, & Vinariensis IV. *Brandenburgensis*, constat Electorali, Anspacensi & Culmbacensi. V. *Brunsvicensis & Luneburgensis*, quarum hæc alia Celleosis, alia Dannebergica, alia Harburgica. *VI. Pomerana. VII. Mechelburgica. VIII. Würtenburgica, IX. Hassica*, sc. Cassellana & Darmstadiana. X. *Lavenburgensis. XI. Holsatica*, quę est Regia

Gottorpica & Sunderborgica. XII. *Leuchtenbergenſis.* XIII. *Badenſis* XIV. *Anhaltina.* XV. *Sabauda* XVI. *Lotharingica.* XVII. *Arinbergica.* Quarum ſingulis, qui præſint hodie, quando ve cœperint, aliûs loci eſt tractatio.

61. Quarum quædam exemplo Electorum jus primogenituræ habent.

Id ſc. ex jure communi feudali. 2 F. 55. verſ. firmiter etiam. ibi, præterea Ducatus, Marchia, Comitatus non dividatur. Unde & *Gunther.* lib. 8 Marchia ſeu comitis poſſeſſio ſive Ducatus, Integra permaneant.. Quænam autem illæ familiæ ſint, facile eſt colligere Nam cum fratribus non dividunt, *Palatinus, Sax. & Brandeburgicus*, ut conſtituit Carol. 4. t. 24. A B his verbis. Darumb wollen wir vnd ſetzen das ewiglich zu halten/ daß nun fortan zu künfftigen zeiten das Königreich Böhmen/ Graffſchafft der Pfaltz bey Rhein / das Hertzogthumb zu Sachſen/ Marckgraffſchafft Brandenburg vnd der Land/gebiete/ Huldigung vnd Dienſtbarung / vnd jegliche die darzu gehören / wie die genant ſeyn / weder zutrennen/ noch zurtheilen/ noch mit keinerley Sachen nicht zertheilt werden / beſonder ſollen ſie mehr in jre gantz vollkommenheit bleiben ewiglich/ vnd der erſtgeborn Sohn ſol nachkommen ſeyn in den Sachen/ vnd jhm ſollen alle Herrſchafft vnd Recht folgen. Sic in *ducatu Bavaria* primogenitus ſolus ſuccedit, reliquis fratribus alimentaria adſignata portione, & idem in *Palatinatu* diverſarum linearum, ſi credimus *Knichen.* c. 3. in verbo Ducum Saxonic. Idem introductum eſt in *ducatu Brunſvicenſi*, per tranſactionem Henrici Junioris, & Wilhelmi fratris Anno Chriſti 1535. 16. Novemb. factam, quæ exhibetur, in der abtheilung deß andern Haupttheils deß Fürſtlichen Hiſtoriſchen Berichts/ von der Land vnd Erbſtatt Braunſchweig/ fol 1487. Et confirmata a Carol. V. vide Copeyliche Vrkunden / in der ander abtheilung deß erſten Haupttheils/ Fürſtlichen Braunſchweigiſchen Hiſtoriſchen Berichts/ A. C. 1539. die 12. Junii. In principatu *Wurtembergenſi* idem jus obtinere credimus, authoritate Maximiliani primi, ut conſtat ex Graff Eberhardt Fürſten Brieff gegebē zu Wormbs/ den 21 Julii 1595. Cujus mentionem fecit *Quetta* conſ. 6. num. 1. *Goldaſtus* in not. ja dem Cadamiſchen Vertrag in Reichsſatzungen/ f. 319. Et exhibebit propediem Dn. *Hortleder* in tract. de bello Germ. lib 3. Cujuſmodi plura uſu quotidiano inquirere licet. Ut conſtet illud *Geili* Avorum noſtrorum memoria, feuda dignitatum apud unum ex familia, præſertim ſeniorem ſemper ſarta tectaque conſervata ſunt. Quia prudenter conſiderarunt, nihil eſſe tam magnum, quin diviſione fiat parvum, 2. obſ. 53. n. 3. & *Sonsbec.* de feud. part. 1. n. 44. & ſeqq.

62. Plurimi tamen de conſuetudine notoria regulariter cum fratribus dividunt.

Gail. 1. obſ. 153. n. 2. *Schneidewin.* § quædam actiones, nu. 37. Inſt. de action. *Riminald. Iun.* conſ. 688. num. 9. *Modeſt. Piſt.* conſ. 50. num. 39. *Vult.* de feud. lib. 1. c. 1. num. 36. *Bodin* 6. de R. P. 5. n. 736 *Zaſ.* p. 9. nu. ult. *Hartm. ab Epping.* obſ. 19. n. 5. Vide omninó *Knich.* nu. 79. & ſeqq. verb. Duc. Saxon. c. 3. ubi *de hac quæſtione conſultu rationes in utramq; partem adducit.* Hæc tamen conſuetudo plus ne noceat Reip. quàm proſit, non immeritó quis dubitet, ait *Ritersh.* in part. feud. lib. 2. c. 2. q. 24. nos de eo diximus ſupra *ſect.* 50.

63. Et jure utuntur cōmuni, quamvis de Sax. Principibus quæſi-

tum

tum memini, num jure provinciali Saxon. & ipsi in feud. quæ habent ab Imperio, teneantur.

Pro affirmat. inter conferendum stabat aliquando *And. Gerh.* Scabin. Lipsi. 1. Quod Imperii feuda regantur, & data esse intelligantur secundum consuetudinem Provinciæ, in qua sita sunt, ut tradit *Bald.* de pace Constant. § si qua controversia. numer. 1. quem ibi sequitur *Petrus Ravenn.* 2. Cujus ratio est, quod semper consuetudines loci, rei, situs, inspiciendæ & præferendæ sint etiam in feudis, ut latè probat *Rosent.* de feud. c. 14. Et *Molina* de primogen. Hispan. lib. 1. c. 13. num. 50. 3. Reliquos Principes in contractibus & judiciis utuntur jure privatorum, quod multis firmat *Schrad.* feud. tit. 2. sect. 20. num 238. 4. Hinc princeps in alterius territorio, ut privatus forum sortitur. *Pistor.* cons. 19. num. 29. cum seqq. vol. 1. 5. Ex quibus concludit *Oldrad. de Ponte* cons. 159. nu 9. quod Achaiæ principatus, per Regem Siciliæ Principi Tarentino concessus, sine consensu Dn. potuerit alienari, quia sc. in loco situs, nempe Romania (quod jus in dubio sequi intelligatur) talis sit consuetudo, cujus etiam meminit *Rosent.* c. 1. conc. 14. 6. Sic Ottonem III. juri Saxon. sese subjecisse legimus. 7. His verò accedit, quod hoc specialiter in domo Saxon. cautum reperitur in *transactione Saxon de. A.* 1554. Daß/ da ein Artickel vorfiele/ der sich vmb die Sächsischen Rechte in der Hauptsachen ziehen thete/ daß darin dem Sächsischen Rechten nach/ gesprochen werden soll: quæ transactio ab Imp. est confirmata. 8. Unde concludit *Knich,* in comment. Sax. verb. jus. c. 4. cùm jure Saxon generaliter sit cautum, quod quilibet in persona propria juramentum præstare teneatur. *art.* 6. & 46. l. 3. & *art.* 22. *l.* 2 *in addit. Zobell.* diff. 21. nu. 12. p. 1. etiam principes & Duces teneantur jurare in propria persona, nec admittantur, si per Procuratorem id præstare velint, ut quidem ex jure com. facere possent, secundum *c. fin.* de juram. in 6. & *Schrad.* d. sect. 20. n. 241. 9. Concludunt idem de simultanea investitura, quàm exemplo subditorum Electores & Duces Sax. observant, tam in Imperiali, quàm Bohemico feudo. *Kopen* q. 47. n. 2. *Zobell* p. 1. diff. 18. n 33. *Mod. Pist.* cons. 40. n. 20. & 40. vol. 2. *Schur.* cons. 99. cen. 1. *Wesenb.* de feud. c. 8. vers. nec modo. 10. Et *Collegium iurid. Lipsens. apud H. Pist.* q. 20. n. 20. Quamvis aliquando contra pronunciarunt *Marpurgenses* in cons. quodam, D. I. A. & V. his verbis: Es ist gewiß/ daß in dem Fürstlich. Sachs. Rechtslehen/ Würden vnd Digniteten/ nicht das Sachsen/ besonder deß H. Reichs Recht gültig/ welches man vnter andern darbey abnemen kan/ daß in den Churfürstenthumb/ Graff- vnd Landschafften/ so die Hertzogen von Sachsen vom H. Reich zu Lehn tragen/ Ir FF. GG. nicht Krafft gesampten Hand/ sondern nach deß H. Reichs gemeinen Lehn Rechten succediren.

64. An autem in Marchia Brandeburgensi, Ducatu Brunsvicensi & Lunæburgensi, in Pomerania, Holsatia, & Mechelburgo, controversiæ ex Jure Sax. sint decidendæ, quando discrepat á jure Civili, anceps est quæstio.

Nam *Ingolstadienses* ICti in cons. 22. numer. 54. vol. 5. var. ICtor. Germ. apertè statuunt, jus Saxonicum etiam quoad simultaneam investituram receptum esse, non modò in Provinciis Saxoniæ vicinis: verùm etiam remotis, ut Marchionatu Brandeburgensi, Ducatu Brunsvicensi, Pomerania, Holsatia, Episcopatu Magdeburg-

burgensi & Bremensi. Verùm hanc assertionem in multis deprehendi falsam, dicit *Gœd. consil. Marpurg.* 32. num. 186. vol. 3. subjiciens, quod nec Ducatus Brunsvicens. nec Archiepiscopatus, id per omnia verum agnoscant; De Pomeraniæ item Ducatu id in multis actis negari, neque per hanc assertionem talem consuetudinem in alienis Provinciis probari posse, ibi defendit. Ut itaque *in dubio negativam sententiam defendam, hæ me rationes movent.* 1. Quod extra territorium jus dicenti, imperatur non pareatur, *l. fin. ff. de iurisdict.* 2. Quod par in parem non habeat imperium, *l. nam magistratibus.* 4. ff. de al. enat. judit mutand. causa fact. 3. Quod etiamsi maxime tempore Henrici Leonis Provinciæ harum aliquot, Saxon. Duc. subditæ, probari poterant: novum tamen non est desuetudine & inobservantiâ leges tolli posse, *l.* 32. ff. *de ll.* 4. Quod hujusmodi Ducatus immediatè hodie Imperio sint subjecti, unde de Megapoli includit, *Cothman.* cons. 27. quod nullum dubium sit, quin Imperii illuti censeri debeat, tam diu donec probetur speciale aliquod jus, in iis obtinere receptumque esse, *l.* 1. *de R. I. & l.* 1. C. quæ sit long. consuet. 5. Optimè colligimus hoc ex ordinatione cujusque Provinciæ, in quib. hoc omninò disponi debeat, sc. quodnam jus in dubio sequi debeant subditi: vel etiam usu cotidiano. 6. Sic enim *Brunsvicens.* quod attinet 1. in confirmatione Imperatoris Ferdinandi, quæ præfigitur der F. Braunschw. Hoffgerichts Ordnung. § Wiewol. ibi: Das ein schleunig unpartheyisch/vnnd den gemeinen beschriebenen Rechten gleichförmich Recht mitgetheilet werde. cautum est. Deinde idem ipsa ordinatio satis claré constituit tit. 32. fin. his verbis: Diß vnser Hoffgericht ist nicht nach Sächsischen/besonder nach den gemeinen geschriebenen Keys. Rechten zu reguliren. Et denique tit. 66. § Es soll aber/dicitur: daß dz Sächsische Recht in Br. Lande nicht stadt hat. 7. De Brunvicensi Ducatu plurib. agit *Knich.* de pact. investit. p. 1. cap. 1. num. 43. seqq. Quo loco licet numer. 122. cum seqq. Die Braunschweichische Hoffgerichts Ordnung/restringat ad speciales casus, de quibus loquitur, sc. Guarandam & Leuteratinem, ut in iis Jus Saxon. sit sublatum, & generaliter etiam in materia processus, tamen rationes subjectæ á D. Julio id non admittunt, & *Knichenio* opponimus id. quod dicit in commentario Juris Saxon. Jus speciale (quale Saxon.) alios non ligare, nisi quatenus usu sit receptum. *Surd.* cons. 48. nu. 11. *Menoch.* cons. 75. num. 91. & cons. 32. num. 77. vol. 4. *Roland á Valle* cons. 32. numer. 77. vol. 4. *Quomodo igitur, an, pronunciandum erit in Ducatu Br. R.* Non ut *Ingolstadienses* sentiunt, nec & ut Heidelbergæ *Knichen.* Anno Christi 1587. respondit ex Jur. Saxon. Sed regulariter ex jure communi Civili, nisi consuetudo forte ex jur. Saxon. originem trahens aliud introduxerit. Hæc autem, quia facti est, non præsumitur, sed á parte ea, quæ allegat, probari debet, l. 1. C. quæ sit longa cons. *Menoch.* cons. 37. num. 92. & cons. 75. n. 60. cons. 54. nu. 67. & *Wesemb.* in par. de LL. n. 9. ubi docet, quomodo probanda sit consuetudo. De Lunæburgensi vide *Pfeil.* cons. 83. n. 6. cent. 1. & *Knich.* d. c. 1. nu. 43. ubi dicit: Ducatum L. unæburg. & Brunswic. eodem jure uti: & 87. quo concludit, Ducatum L. territorio Sax. radicari, & proinde eodem uti jure. Sed ut dixi ex consuetudine, quæ forte ex jure Sax. originem traxit, hæc dependent. De Mechelburgo *Cothman.* cons. 27. & 28. vol. 1. ubi de Pomerania adducit hanc *Hart. Pist.* interpr. juris Sax. ex quad. epist. verba: Ich weiß nicht anders/als es sey das/Jus Saxonicũ in Mechelburgk vnd Pommern abrogiret/vnd auffgehoben. Sed & hæc quæstiũs sese diffundũt, quám, ut hic plenè tractari possint, digitũ eó intẽdisse sufficiat.

65. Hoc

65. Hoc itaq; certum videtur, hujusmodi Principes á cura non liberari ætatis Anno 18. an tamen ideó inviti ad usq; 21. vel 25. ætatis annum curatores accipere cogantur, meritó dubito.

Nam præter *jus commune*, & ipsa *Sigismundi Imperatoris bulla* hoc disponit his verbis: **Aber in Fürsten- vnd Hertzogthumben/ vnd andern Weltlichen Herrschafften zu regieren/ verordnen vnnd wöllen wir/ daß es bey den Alten verbleiben/ oder diß Alter für recht vnd gebürlich gehalten werden soll/ welches von vnsern Vorfahren Römischen Königen vnnd Keysern darzu verordnet ist.** Continetur **in der kurtzen anzeigen H. Philips Ludwigen/ die Tutel vnd Administration der Chur-Pfaltz belangend/** impressum **Lawingen** A. C. 1611. Cui consentit Carolus V **in der Policey-ordnung zu Augspurg** A. C. 1548. **auffgerichtet/** his verbis: **Wir wöllen allen vnd jeden Churfürsten/ Fürsten/ Prælaten/ Graffen/ Herrn vom Adel vnnd Communen hiermit ernstlich aufferlegt vnnd befohlen haben/ in jhren Fürstenthumben vnd Herrschafften/ Oberkeiten vnnd Gebieten dermassen Versehung zu thun vnd zu verordnen/ daß den Pupillen vnnd minderjährigen Kindern jederzeit biß sie zu jhren Vogtbarn vnnd Mannbarn Jahren kommen/ Vormünder vnnd Vorsteher/ so jhnen von jhren Eltern im Testament oder letzten Willen nicht verbrdnet/ oder jhre angeborne Freunde vnnd Verwandten sich der Vormundschafft auß rechtmässigen Vrsachen nicht vnterziehen wöllen/ oder darzu täglichen vnd geschickt weren/ gegeben werden.** Eadem verba repetuntur **in der Policey-Ordnung zu Franckfurt** A. C. 1577. **gebessert/** titul 23. A quo cum jus diversum in hujusmodi Principibus introductum non legamus, meritó etiam jus commune sequimur, *l. sancimus, Codic. de test.* Et sané cum in Electoribus hoc jus singulare est, sequitur, quod in cæteris principibus regula sit tenenda. Quamvis non negemus tam in *Palatinatu*, quám *Saxon.* & Marchia *Brandeburgensi.* Item ex *Brunsvicensibus, Lüneburgensib. Würtemburgensibus, Hassiacis*, aliisq; familiis, 18. ætatis anno ad principatuum gubernationem admissos fuisse. Ut quidem hanc in rem exempla & præjudicia aliquot ex publicis Palatinorum scriptis ***Collegii in disputatione quarta Ysagogica Iurisprudentia*** p. 1. Monito. 1. ubi vide.

66. Ex his Germaniæ Principibus sunt, qui alii alios dignitate præcunt, sessionisq; ordine priorem locum occupant.

Sic enim *Innocent.* III cujusque Ecclesiæ dignitatis præeminentiam in ordine, *c. antiqua extr. de privileg.* Abbatemq́ue primum tenere locum inter fratres voluit, *c. exore ext. eod.* Unde honoris præeminẽtiam, in sessione & prioritate consistere, respondit *Riminald* cons. 181. num. 11. lib. 2. *Schrad.* cons. 4. num. 3. & n. 214. lib. 1. Hac de caussa Galliæ Hispaniæq́ue legati sæpenumero invicem controversias moverũt. Unde *Bodin.* ait: quod Hispanus sæpé tentarit Galliæ legatos antevertere, *Venetorum tamen SCto A. C.* 1558. deturbatum fuisse, & voce Pontificis. Quod & idem in *Concilio Tridentino* accidit. Cum enim Gallorum legati eo quod *Mendozam* Hispaniæ legatum non anteirent, collegio vellent discedere, *Mendoza* tandem callido commento declaravit, se nolle quidem præcedere, interim nec cogi posse, ut sequeretur. Peculiarem autem locum in sessione nactus est, *Bodin.* 1. de rep. c. 9. nu. 145. in fin. Et quamvis Hispanus ab Imp. contendit, ut cum Gallo eodem ordine & gradu consisteret, aut alternis diebus anteiret, aut sequeretur, tamen *Buschetus* Gal-

lus utrumque recusavit, *idem Bodin. n.* 146. *Ferdinandus* etiam Imp. ne vel Francis, vel Hispanis favere videretur, prudenter utrosque á concionibus & consessu publico arcebat, *Bodin. num.* 146. *Sic Florentinus & Ferrariens.* Dux de præcedentia semper moverunt quæstiones, qua de re consuluerunt, *Marzar. cons.* 26. *Leonin. cons.* 1. *Mod. Pist. cons.* 28. *vol.* 1. *Decian. cons.* 19. *vol.* 3. *Portius vol.* 2. *cons.* 167. *Gigas cons.* 10. *Natta cons.* 637. *Gravett. cons.* 982. Easdem etiam de Principibus Germaniæ de præeminentia incidere quæstiones, publici Imperii conventus demonstrant, & indeolim ab initio fuisse, exemplo Caligulæ notum est, qui hanc controversiam veris Homerico decidit, ut docet *Tranquill. in Caligula.* Et de *Q. M. Philippo* Romanorum Legato *Persco, rege*, quorum neuter prius flumen trajicere voluit, jucundum factnus narrat, *Bodin. lib.* 5. *de rep. c.* 9. *num.* 144. Sic olim de sessionis prærogativa inter *Moguntinũ* & *Colonien sem* acerrimas dimicationes fuisse, ex *Cuspin. in Henric. VII. f.* 363. *Aventin. lib.* 7. *annal. Boiar. f.* 588. *& Dudrau. lib.* 2. *histor. Bohem. p.* 112. Item inter Fuldensem & Colonien sem ex *Naucler. gener.* 36. *f.* 764. *Spangenb. in Chron. Mansfeld. Krantz. lib.* 6. *Sax. c.* 46. *Münster lib.* 3. *Cosmogr. c.* 79. *M. Crus. lib.* 11. *p.* 1. *c.* 14. *Iob. Wolff. lect memorab. cent.* 15. *f.* 973. *notum est.*

67. Quod nec antiquitati familiarum cum *Decio*: nec titulorum multitudini cum *Freccia*: nec nobilioribus insigniis cum *Purpurato* adscribimus; sed longæ inveteratæque consuetudini, seu actibus possessoriis.

1. Hoc enim nitebatur Galliæ legatus in Concilio Tridentino contra *Mendozam* Hispan. legatum, *Bodin. d. num.* 145. *in fin. lib.* 1. *c.* 9. *de R. P.* 2. Eodem fundamento usus est *Ferdinandus Imp.* in dirimenda lite Ducis *Florentini* & *Ferrarien sium*, scilicet quod ita fuerit observatum in aula Caroli V. ut Florentini oratores præcesserint Ferrarienses, *Pistor. d. cons.* 51. 3. Cum aliâs in dubio pro possessore præsumatur, *l.* 76. *& ibi gl. de R. V. Wes. de adq. poss. num.* 7. *Masc.* 3. *de probat. concl.* 1194. 4. Et ab onere probandi relevetur, *c. sapé de restit. spoliat. c. ad aures, de præscript. ex imperiu, de probat. l.* 14. 20. *cod. l.* 2. 15. 16. 24. *C. eod. Menoch.* 2. *arb. jud. quæst.* 48 *num.* 12. & 34. 5. Hinc est, quod *Knich.* ait: Germaniæ Principes in Comitiis, fundare sese concertantes in nuda sessuræ possessione vel quasi, allegando actus hinc inde exercitos. Pro nostris Imperii pendet lis, ejusq; diremptio, interea, ut concertationes sileant, ne salus Reip. sistatur, quidam protestando jus suum conservant, quidam verò conveniunt, ut alternatim sessura potiantur, *c. verb. Ducum de jur. Saxon.*

68. Ablegatis tamen, legantis Principis sedem locumvé tribuere non audeo, si is alium Germaniæ Principem antister.

Quod docet nos *Aurea Bulla Carol. IV. tit.* 25. §. Wenn aber ein Churfürst Geystlich oder Weltlich mit redlicher hindernuß begriffen ist / daß er zu der Kayl. Hoff nicht kommen mag / vnd einen Botten oder Verweser / welcherley Würdigkeit oder Wesen der sey / sendet / der also an statt gesandt wird / daß man jhn soll annehmen / doch gleichwol an den Stul vnnd Tisch nicht setzen / als der jhn dahin setzet. 2. Sic A. C. 1520. 21. Octob. in *inauguratione Caroli IV.* Imper. legatis Electoris Saxoniæ (ipse enim Elector ob invaletudinem Coloniæ substitit) cum Duce Joanne Clivensi multa fuit contentio, utri præcederent, ita quidem, ut pompam istam, qua Germania non viderat illustriorem, nox interpellaret, ut narrat *Sleid. lib.* 2. *com.* in fin.

sin. fol. m. 49. 3. Et ibi post addit: latus utrumque Cæsaris claudebant *Colonienſis & Moguntinus*, pone sequebatur Bohemiæ Regis legatus. Item 4. *Sedunenſis & Salisburgenſis, & Croius* Cardinales, Regum atque Principum oratores, *Hart. Maur. de coron. Carol. V.* 5. Pontificius tantum aberat & Anglicus, quod eó feciſſe putantur, (idem *Sleid.* addit) ne postpoſiti Principibus Germanis, eorum, á quibus erant miſſi, viderentur imminuere dignitatem. Hactenus *Sleid.* Et denique 6. A. C. 1542. in comitiis Noribergenſibus ipſius *Cæſaris Caroli V. legati* postpoſiti ſunt *Ferdinando* fratri, ut oſtendit ſcriptum quoddam Joannis Friderici Electoris Sax. & Philippi Landgravii Haſſiæ hoc titulo evulgatum: **Der Durchleuchtigſten/ ꝛc. H. Johan Friderichs/ ꝛc. vnnd H. Philipſen Landgraven/ ꝛc. antwort der Römiſch. Königl. Majeſt. auch Keyſ. Majeſt. Commiſſarien/ vnd der Reichſtände/ ſo auff jetzigem Reichstage zu Nürenberg verſamlet/ Bottſchafften/ auff jhre Werbung der Kriegshandlung halber gegeben.**

69. Quid verò ſi unius familiæ, diverſarum tamen linearum Principes concurrant?

Etnon conſiderata quænam linea jus primogenituræ habeat, ſolo ætatis ordine ſervato, incedunt. Cum autem hæc res ex conſuetudine & quotidiana obſervantia ſit decidenda, ut probo ſup. *ſect. 67.* age hanc in rem aliquot exempla vobis conquiremus. Et in Electoralibus lineis hæc notavi. Nam 1. in BOHEMIA A. C. 780. jam inde uſque á Caroli M. tempore *Vratislaus* præferebatur fratris Wenceslai ſeniioris filiis, ut notant *Sylv. & Dudrav. in hiſtor. Bohem. & Reuſner. in Baſil. genrat. fol.* 134. Ubi & hoc addit: quod vel ſola ætatis prærogativa Wenceslaus Bohemiæ Principatu ſit potitus. 2. Sic A. C. 1090. *Dux Moraviæ Conradus*, præ ſenioris fratris filiis ſedem occupavit, ut iidem *Sylv. & Dudrav. & Reuſn. f.* 156. obſervant. 3. Et A. C. 1400. *Iuſtus Dux Moraviæ* patrui filio, Regi Ungariæ, in Electione Regis Rom. eſt præpoſitus, *Beth. de pact. famil. illuſtr. f.* 324. *& ſeqq.* In PALATINATU, idem obſervabis: Nam 4. *Rupert.* fratris ſui primogeniti filio A. C. 1327. in comitiis Noribergenſibus præpoſitus fuit. 5. Et A. C. 1545. *Dux Ioannes Simmerius* prefertur Wolffgango Electoris filio, duobus ſaltem annis minori, **in dem Pfaltziſchen Erbvertrag.** 6. Et *Dux Wolffgangus Bipontinus* idem præfertur patrui ſui Joannis filiis, Friderico & Georgio, **im Erbvertrag** de Anno 1551. vid. **Pfaltz Newburg kurtz vnd wolgegründeten Bericht** in cauſſa Curatelę, fol. 66. & 69. 7. Item A. C. 1562. Francoſum *Georgius Simmerius, Wolffgangus Bipontinus, ut & Ludovicus & Ioannes Caſimirus*, Friderici III. Electoris filios, vel ſola ætatis prærogativa, antecedebant, vide Reichshandlung *Goldaſti, fol.* 277. In Saxonica familia. 8. A. C. 1280. *Albertus Saxn. Dux.* Joanni fratris ſui ſenioris ſcilicet Joannis Electoris filio. 9. Et poſtmodum A. C. 1350. Electoris Rodolphi I. tertiogenitus filius *Wenceslaus*, præferebatur Alberto, Ottonis ſecundogeniti filio. 10. Et A. C. 1485. in Comitiis Wormatienſibus, *Dux Ioannes*, Alberti filios, Fridericum & Henricum præceſſit, ſola ætatis ratione. 11. Alberti autem filius *Dux Georgius*, Joannem, antequam Electoratum adeptus eſt, in Comitiis Ratisponenſibus A. C. 1521. anteibat. vid. *Fabric. in Sax. lib.* 7. 12. Sic *Dux Henricus*, Joanni Erneſto, Electoris Joannis filio in comitiis Ratiſponenſibus A. C. 1541. præferebatur. *Bucer. in act. Colloq. Ratiſpon.* 13. Sic denique nuper A. C. 1603. *Ioannes, linea Vinarienſis parens*, non ſolùm ſenioris ſui fratris Friderici Wilhelmi heredibus lineæ ſcil. Aldenburgenſis, ſed etiam ipſo Chri-

stiano II. Electori, qua Aldenburgensium tutori, tam in nominando, quàm sedendo præponebatur. Vide *Acta des Reichstags de Anno* 1603. *Denig, in familia Brandeburgica.* 14. *Hugo l.* Elector A. C. 990. præferebatur fratris natu majoris Sichardi filio Dieterico. 15. A. C. 1541. Ratisponæ *Marchio Georg. Anspach.* Marchioni Joanni; Joachimi Electoris filio. 16. Et A. C. 1541. Spirę, *idem Georg.* senioris sui fratris filiis est antepositus. In aliis familiis idem observabis. Nam in BADENSI 17. Dn. *Ernesti secundogeniti, legati,* Dn. Philippi & Christophori legatis, tam in Comitiis de Anno 1544. 18. Quàm in comitiis de Anno 1548. præferebantur. Et 19. in Ducum Brunsvicensi, A. C. 1594. in comitiis Ratisponensibus. *Wolffgangi & Philippi Ducum Brunsvicensium, linea Grubenhagensis legatus Nicolaus Gerike,* præferebatur *Ioanni Lagemanno* Cancellario Dn. Henrici Julii Episcopi Halberstadensis, &c. descendentis ex linea primogeniti. Id genus alia plurima ex actis actibusvé Imperii colligere licet, hæc modo sufficiant.

70. **Ad conservationem autem Principum familiarum, maximè conducunt pacta successionis, die Erbverbrüderunge.**

Facta de mutua utriusque familię successione, consensu Imperatoris, quæ rectè valent. 1. Quia Principes Germaniæ semper Cæsari & Imperio dicuntur militare, *argum l. 2. C. de domest. & protect lib. 12. & l. 1. ff. de milit. testam. Gail. 1. obs. num. 9. Knich. de jure territ. c. 1. num. 162.* Miles verò ita rectè paciscitur uti quis pervixerit, alterius rebus potiatur, *l. licet, 9. C. de pact. Roman. cons. 43.* Deinde in illustribus personis sinistra illa suspitio, de voto captandæ mortis alienæ, cessat. *Ritter. tom. cons. 2. num. 48. 3.* Quod *lex fin. C. de pact.* de privatorum pactionibus videatur loqui. **Daher die Chur- vnnd Fürsten des Reichs** / quæ personæ publicæ sunt, **derselben Gesetz keines wegs vnterworffen** / uti respondit domus Saxonica. **In der Apologia vnnd Rettung der zwo Schrifften / so Anno** 1609. **von des Chur- vnnd Fürstlichen Hauß Sachsen an den verledigten Gülchischen Herrschafften/ haben den Rechten außgangen/** fol. m. 8. 4. Ubi allegatur autoritas *Zasii,* quod scil. votum captandæ mortis, aliis nationibus sit relinquendum, quasi apud Germanicam integritatem, etiam ipso *Bologneto Italo* teste, parum cognitum. 5. Adde quod illustrium hujusmodi personarum pacta, ad pacem & tranquillitatem Imperii spectent, ne scilicet subditi vel inviti, vel ignoto subjiciantur Domino, quæ solet esse occasio discordiarum, inversionis & perditionis totius principatus, *Gail. 1. obs. 22.* Tale pactum inierunt A. C. 1262. *Thuringia Duces, cum Principibus Hassiæ,* quod Carolum IV. confirmasse dicit *Molin. in addit. ad Decium cons. 519.* Item cum *Brandeburgico,* quo in reservata fuit facultas testandi usque ad 12. millia flor. Rhen. *Dec. cons. 655. nu. 9.* Ad eundem modum *Brandeburgicus & Pomeranus* pacti sunt: Cum enim Pomeraniæ Duces investituram aliquando petere negligebant, *Ludovicus Barbarus,* Pomeraniam in feudum dedit filio suo Marchioni Brandeburgensi, quod cum discordiis causssam daret, & armis tandem his conditionibus pepegerunt, ut extincta Ducum Pomeran. stirpe mascula, Marchiones succederent. de quo plura agit *Chyt. in Chr. p. 156. & 365. & 366.* De pactis successionis autem si plura haveas, *ad Hottom. cons. 72. n. 5. & seq. Thessaur. decis. 225. n. 12. Zas. cons. 1. n. 8. lib. 2. Tiraq. de primog. q. 5. Alex. cons. 149. libr. 6. Schrad. par. 10. sect. 7. num. 27. Warem. de Erembert de fœder. c. 2. num. 35. & c. 4. num. 10.* Nobis de his aliisque hoc tempore disseris non licet.

71. Item

71. Item unionis fœdera, die Erbvereinigung.

Quale Maximil. II. Bohemiæ Rex, cum Joanne Wilhelmo Sax. Duce iniit, & repetiit *Auguſt. Elector. Saxon. cum Rodolpho II.* A. C. 1579. 20. die Aprilis, ex quo etiam mutua auxilia bellica debentur. Sic A. C. 1580. percuſſum eſt fœdus ſempiternum cum *Dano & Holſatiæ*, ut quiſquis Dano hoſtis ſit, idem eſſet & Holſato, *Warem. de Erem. c. 2. num. 38. de fœder.* Et *A. C.* 1457. *Marchiones Brandeburgenſes* ad fœdus quidem Erbvereinigung / Saxonum & Heſſorum A. C. veró 1587. ad Erbverbrüderung / ſalva conventione cum Pomerania inita acceſſerunt, *Waremundus d. c. 2. n. 38. de hoc fœdere vide l. ſodales. de colleg. & corpor. Tiraq. de primog. q. 6. nu. 5. Zaſ. conſ. 1. num. 8. lib. 2. Dec. conſ. 516 & conſ. 645 & 655. Alex. conſ. 91. lib. 8. Fichard. conſ. 41. n. 2. tom. 2. Schrad. de feud. p. 10. ſect. 7. nu. 27. Bodin. lib. 5. de rep. c. ult. Alber. Gentil. lib. 3. de jur. belli, c. 18.* Abrumpendum enim nobis eſt, quia ſectiones hę feré jam in juſtam magnitudinem excreverunt.

72. Fœdera hæc rectè ineunt, etiam in cauſa religionis, contra Imperatorem defenſivé.

Jure civili enim, magiſtratui juriſdictionis terminos excedenti, impunè non non paretur, *l. fin. ff. de juriſd.* 2. Cum hanc poteſtatem non habeat, *l. fin. ff. de offic. præſid. urb.* 3. Nihilque agat, *l. 1. C. ſi á non comp. judice.* 4. Et omne ſit irritum, *l. 107. de R. I.* 5. Nec impunè æbeat, *l. 53 C. de decurion. & filiis.* 6. Sed teneatur de vi publica, *l. 7. ff. ad l. Iul. de vi publ.* 7. Cum hic habeatur pro privato, *l. nec magiſtratus, 32. ff. de injur. l. qui fundum, § ſi tutor. ff. pro empt. Marant. diſp. 1. num. 29. cum ſeqq. Menoch. de rec. up. poſſeſſ. 8. remed. Emeric. á Rosbach. in prax. civ. tit. 4. num. 46.* At cum magiſtratus armis homines ad religionem cogit, juriſdictionis terminos excedit, cum nulla major tyrannis ſit, quám conſcientiis dominari velle, ut Maximil. II. dixiſſe legitur, de quo pluribus A. C. 1548. agebant *Argentinenſes* ad Cæſarem. *vide Sleidan. lib. 21. f. 647.* Item Bavari, ad Principem ſuum Albertum A. C. 1556. apud *Sleidan. fol. 865. lib. 26.* & eodem anno *Legati Provinciarum Auſtriacarum* ad Ferdinand. *Sleid. d. l. 26 f. m. 859 Bodin. 3 & 4. de Rep. c. 7. f. 548. & 768. Alb. Gentil de jure belli, c. 9. & 10. Warem. de Eremb c. 2. de fœder. num. 14.* His accedunt & JC. veteres. Nam 8. *in c. dilecto de ſent. excom dicit Innocent.* Quod ſi judex injuriatur alicui, juris ordine non ſervato, violenter ei poſſit reſiſti. 9. Et *Abbas in c. ſi quand. de offic. deleg. dicit*, poſt appellationem, ſi judex nihilominus procedat, violenter ei poſſe reſiſti. 10. Et *Cyn. in l. ab executione, C. quand. appell. non recip. docet*, etiamſi non ſit appellatum, judici poſſe reſiſti, ſi ſubſit metus damni irreparabilis, *Ferrarienſ. in form. execut. ſent. in pr. nu. 15. II.* Ex Jure divino hoc etiam patet. 1. nam magiſtratui quidem obediendum eſt; At magis Deo, cum lex inferior cedat majori, ut pulchré probat *Weſenb. in ff. de l. & l. num. 15. in fin.* 2. Quod magiſtratui non ſolúm præceptum ſit obedire ſuperioribus, ſed etiam ſuos ſubditos tueri in pietate, 1. *Tim. 2. v. 2.* finge jam ſubditos ſuperiorem cogere ad impietatem. An magis hic magiſtratus aget, ſi impietati ſuperiorís conſentiat, quám ſi ſuos in pietate defendat? 3. Non enim fruſtra gladium geſtat *Roman. 13.* 4. Imó & jure divino vim vi repellere licet, *Proverb. Salomon. c. 24. v. 11. Pſalm. 82. v. 4.* exemplo, *Moyſis Exod. 2. v. 11.* quod laudat, *Lucas Actor. 7 v. 24.* & ad imitandum nobis proponitur ab *Ambroſ. lib. 1. de offic. c. 37. c. non in inferenda, 23. q. 1. c. Milecto filio. de ſentent. excom. in 6.* 5. Etiam contra magiſtratum, *l. prohibitum, 5. C.*

de jure fisci, quod non mutatur de jure divino, cum politiam non abolent Il. divinæ, ut toties inculcat, *Melancht. in loc. de magistrat. & Chemnit. p. 2. loc. com. theol. de vindicta.* 6. Hinc *Ambros.* dicit, quod is, qui non resistit injuriæ, cum possit, æquè reus vitio, quam qui facit, *c. 7. causa, 23. q. 3. & c. 12. cauſſ 23. q. 8.* Posse autem magistratum huic injuriæ per fœdera resistere, præsuppono. 7. Imò vero debere collegio ex *Es. 49. v. 7. Ios. 1. v. 8. 4 Reg. 11. Psalm. 2. v. 12. & 47. v. 10. & 102. v. 24. Rom. 13. v. 4. 1. Timoth. 2. v. 2.* 8. Sic *Apostol. Paul.* opem contra magistratum, (non quidem armis, hoc enim jus non habebat) quærit, in causa religionis, apud Pharisæos *Act. 23. v. 6. 9.* Imò & armis, apud Tribunum (nam ipse, ut dixi jus gladii non habebat) militarem, *v. 17. & seq.* 10. Sic cum Antiochus abominationem desolationis erigeret in templo Jerosolymitano, 1. *Machab. 1. v. 57. & seqq.* huic sese armis opponent Machabæi *c. 2. v. 25. & seqq. & c. 3. v. 1. & seqq. Ayala lib. 2. de jur. belli. 11.* Sic Joas cum Jojada contra tyrannidem Athaliæ sese defendunt, 4. *Reg. 11.* III. Et demiq; Jure Publico, quo constat defensionis fœdera, & Reipubl. tuendæ causâ rectè posse pangi. Quod antehac non solùm JCti *Bartol. Bald. Ifern. Ias. Schurff. Mynſ. & Quetta* verùm etiam *Melanchthon*, & insuper *Waremund. Pedius*, *Gentil. 3. de jur. belli. c. 19. contra Decian. 3. conſ. 20. & Mynſ 2. obſ. 2. lib. 6.* ubi præjudicium Cameræ adfert, docuerunt. Et licet Imper. solus habeat jus indicendi belli, *v. sect. 28.* licet solus supremus Ecclesiæ tutor, ut dixi *sect. 36.* tamen & Imperii statibus tutela suarum Ecclesiarum est demandata, vide Reichsabschied de Anno 1500. tit. Von Gotslästerung. Item / Reichsabschied zu Cöllu de Anno 1512. tit. eod. Reichs abschied zu Nürenberg Anno 1524. §. Als auch / ibi: Daß wir uns versehen / die Stände des H. Reichs als Schützer vnd Schirmer des Glaubens. Item / Reichsabschied A. C. 1555. zu Augspurg auffgerichtet / adde *Fachs. tom. 2. illust. conſ. 55. n. 5. Modest. Pistor. conſ. 43. num. 19. & conſ. 19. vol. 1. Schurff. conſ. 21. Knich. de Sax. non provet. gener. verb. Ducum c. 5. num. 498.* Hinc moti *Protestantes* Imperii A. C. 1535. legatos ad Galliæ respondent; proprium hoc esse Principum munus, ut gloriam Dei quærant, ut Ecclesiam ab erroribus repurgent, ut injustam crudelitatem reprimant, quæ literas recenset, *Sleid. 9. comm. fol. 261.* quædam huc notat *Dela Noë in disert. malit. c. 22. & 26. Warem. de Eremb. cap. 2. de fœder. num. 240. & omninò Frider. Herrlid. de just. bell. German. disp. 4.* Ex quibus concludo. Quod Principibus jure proprio religionis defensio competat, nec quidquam contra Cæsarem agant, ubi vi ille subditos horum ad suspectam religionem cogere velit, ideo scilicet quod in hoc magistratus personam non sustineat amplius, ut initio h. sect. dixi, eodem prorsus modo, quo jam olim *Lucius Crassus* ad Philippum dixisse fertur. Si ego non sum tibi Senator, nec tu mihi eris Consul., quod in simili ferè casu elegãter huc adplicat Georg. *Sigismundus Seldius*, Imperii Vicecancellarius in seinem bedencken an Keyſ. Ferdinand / über jhr Keyſ. Majeſt. Wahl vnd Hochheit / f. m. 87.

73. Fœdus itaque Smalkaldicum improbum non est, ut falsò putant *Bod. Fr. Burgardus*, & qui hos sequuntur *Surius. A. Quetta* JC. & Consiliarius Cæsarius, *Ludovicus de Avila, & Natalis Comes.*

Primam quæstionem de ineundo fœdere Principum Evangel. institutam esse mense Novembri A. C. 1529. ait *præstantiss. polit. Waremund. ab Eremberg* cujus formula sit concepta A. C. 1530. mense Decembri, in quo utroque hominem doctissimum

tissimum non satis informatum fuisse, *eruditiss. Hortlederus* me docuit. Nam & tribus annis antè de ineundo fœdere sollicitatos fuisse Noribergenses constat ex ipsorum *literis, dat.* 1526. 15. *Februar.* quibus senatus ad Joannem Ducem Saxon. & Philipp. Landg. Hassiæ se excusat his verbis. **Dann dieweil des Worts GOttes/ das gewaltigste vnd kräfftigste im Himmel vnd Erden/ &c. So wil auch fürwar vnsers bedenckens/ einer Menschlichen Handhabung nicht von nöhten seyn/ &c.** Deinde constat ex *archivis Saxon.* quod primum fœdus Evangelicum inierint Johannes Saxo, & Philippus Hassus A.C. 1526. **Mittwochen nach** Cantate. Quod renovatum est *Magdeburgi eodem anno*, & conjunxerunt sese Joannes Fridericus filius, Philippus Otto, Ernestus & Francisc. Lüneburgenses, Henricus Megalburgicus, Wolff. Dux Anhaltinus, Gebhardus & Albertus Mansfeldici; **vnd die alte Statt Magdeburg** *factum hoc* 25. *Iunii A.C.* 26. Præterea in eadem causa fœdus erexit Joannes Elector, cum Alberto Brandeburgensi **zu Königsberg/** die Michaëlis 1526. Rationem hujus fœderis rectè optimus historicus *Sleidan.* recensuit. Cum sc. A. C. 1529. Spiræ fuerat decretum, à Cæsaris edicto standum esse, ad usque concilium, iique, qui religionem mutarant, in posterum nihil innovent, tunc statim huic sese opposuisse Elect. Saxon. Brandeburg. Lunæburgicos, Hessum & Anhaldium, eo quod superiori conventu A.C. 1526. sua unicuique libera religio concessa fuisset, *Sleidan. lib. 6. f. m.* 171. Fœdus autem ipsum, de quo jam ante, Anno 26 non solùm cum Noribergensibus, ut initió dixi, utrum etiam cum Argentinensibus & Augustanis deliberaverant, ut verè testatur *Sleid. lib. 6. f. m.* 150. cum nonnullis etiam puta Torgæ, & Magdeburgi (dixi supra) convenerant, Smalkaldię jam renovant, & pangunt; Joannes & Joannes Fridericus Saxones, Philip. Ernest. & Francisc. Lunæburgici, Philip. Hassus, Wolff. Anhaltinus, Gebhardus & Albrecht, Mansfeldici. **Item/ Straßburg/ Vlm/ Costentz/ Reutling/ Memming/ Lindaw/ Biberach/ Isni/ Lübeck/ Magdeburg/ & Brema/ vnd steht das** datum hujus fœderis, **Montags** nach Invocavit A. C. 1531. Capita pactionis recenset *Chytr. in supplemento Krantzii*, & meminit *Sleid.* his verbis. Ubi Smalkaldiam omnes venerunt, fœderis concipiunt formulam, non quidem offendendi quemquam, sed sui defendendi caussâ *lib.* 7. *comment. fol.* 204. Et tandem A.C. 36. die Michaëlis idem fœdus renovatur, & prioribus accesserunt, Ulricus Wirtenburgensis, Barnim. & Philip. Duces Pomeraniæ; Augusta, Francofurtum, Eslinga, Campodunum, Brunsvicum, Goslaria, Hannobria, Gottinga, Eimbecum, Hamburgum & Minda, *Sleidan. lib. 9 f. m.* 265. Cum Dano etiam, qui eodem die A.C. 36. cum Saxonicis pepegerat, fœdus renovatur A. C. 1538. **Dienstag nach** Judica, religionis caussâ. Huic autem Smalkaldico contrarium fœdus inierunt Carolus Cæsar, Ferdinandus Rex, Albertus Moguntinus, Matth. Salsburgensis, Wilhelmus & Ludovicus Bavari fratres. Georgius Dux Saxon. Ericus Senior & Junior Brunsvicenses, de quibus alii præsertim *Hortlederus* in eleganti suo opere *de bello German. lib.* 8. Hoc autem quidquid pactum fuit, defensionis, nõ verò offensionis caussâ pactum fuisse colligimus ex ipsa caussa fœderis, quę fuit. 1. Proscriptio Lutheri, & qui cum ejus facerent doctrina. 2. Simultas orta inter ordines A.C. 26. Spiræ. 3. Decretum Comitiorum Ratisponensium A. C. 29. Et deniq; 4. Decretum Augustanum A.C. 1530. non atramento, sed sanguine scriptum, ut alibi docet *Hortleder.* Et quid multis? non offensionis, sed defensionis caussâ hoc pactum fuisse fœdus præter *Sleid.*, *Chytræum*, *Merkelium* in obsig. Mag. contra *Quottam* æquè testatur *Surius* atq; *Natalis Comes.*

74. Quam-

74. Quamvis autem initió Theologi & Politici aliquot fœdus hoc sanctissimum dissuaserunt.

Labitur enim rursus hîc *Waremundus*, quod putet *nec Lutherum nec Philippum de hoc fœdere consultos fuisse*. Id scilicet quod hisce duabus sectionibus abunde probabimus. Nam testatur 1. *Lutherus* in einer Schrifft an Hertzog Friedrich Churfürsten zu Sachsen / vnterm dato Bornæ, am Aschermitwoch *Anno* 1522. *Tom. 2. Ienens. fol.* 70. *b.* 2. Ein Rahtschlag *Lutheri, Philippi*, vnnd *Bugenhagii*, über derselben Frag von der Gegenwehr / Anno 1523. gehalten 3. *Lutherus*, im Buch von Weltlicher Obrigkeit / wie weit man jhr gehorsam schüldig sey. Impressum eodem Anno 1523. im andern Teutschen Theil / *fol.* 185. *b.* 4. *Lutheri*, an Hertzog Johann Churfürst zu Sachsen / vnterm dato 18. Novemb. Anno 1529. extat apud *Georg. Cœlestinum* Tom. 1. hist. August. Confess. & meminit *Melanchthon in Epistola ad Camerarium Anno* 29. *scripta*, cujus initium est: Heri accepi tuas literas. 5. *Luth.* an Hertzog Johan Churfürst zu Sachsen / 6. Martii Anno 1530. im 6. Jenischen Theil / *fol.* 2. *b.* 6. *Luth. in Epistola ad Wenceslaum Linckum* sub dato 1530. Mens. Novemb. extat apud Georg. Cœlestinum hist. August. Confess. tom. 4. 7. *Philippus Melanchthon & Ioh. Brentzius* in literis ad Philippum Hassiæ Landgravium Vigil. Trinit. Anno 1530. scriptis, extant apud *Georg. Cœlestinum hist. August. Confess. tom.* 1. & inter. rum in Epistola responsoria ad eundem Landgravium, eodem anno, Mense Junio. 8. *Georg. Spalatinus* in deliberatione quadam ad postulata Cæsaris, sub dato 21. Junii apud *Cœlestinum hist. August. Confess. tom.* 2. 9. *Doctor Matthæus Ratzenberger* in scripto quodam Chronico. 10. Idem *Ratzenberger* in seinem gründlichen Bericht vnd Außführung / daß *D. Mart. Luth.* nie gerahten noch gebillichet / sich in Glaubenssachen / wider der hohen Obrigkeit Gewalt zu wehren: Auch wie Luther in dieser Frag durch *Melanchthonem* vnnd andere verworffen / vnnd verfelscht worden. Hisce accedunt alia lectu dignissima, quæ continentur in *Archivi Instrum. Instrisf D. S.* 11. Warnung / Erinnerung vnnd Christliche Ermahnung / sampt gründlichen Bericht / vnd jetziger Kriegsübung in Teutscher Nation. Durch Johann Treutlinger / Anno 1547. 12. Ein Nürnbergisch bedencken / daß man Keys. Majest. in Sachen / das Evangelium belangend / nicht widerstehen möge. 13. Erste gute Defension / auff die beschehene Einrede / deren / die da arguiren, vnnd schliessen / daß man zu Handhabung des Evangelions / vnnd damit man beym Wort Gottes bliebe / der Keys. Majest. mit Christlichem vnd guten Grund thätlich Widerstand thun möge. 14. Ableinung der Einrede auff das gestellete bedencken / ob Keys. Majest. in Sachen des Evangelii möge mit gutem Gewissen widerstand gethan. 15. D. Johan Müllers anzeygen / warumb sich nicht gebüre mit der That wider die Keys. Majest. zu setzen 16. Johan. Brentz. ad Georg. Marggravii Brandeburgensem sub dato Schwäbisch Hall / Sambstag nach Catharinæ Anno 24. 17. Et deniq; ipse Mauritius Elector in scripto quodam A. C. 46. edito hoc nomine, Erklärung / wie wir der Christlichen Religion geneigt / vñ welcher vrsachen halben wir vns wider die Keys. Majest. nicht eingelassen. §. Wiewol wir auch eingedenck seyn / was für etzlichen Jahren / die Theologi berichtet vnnd gerahten haben. Quæ scripta supra modum lectu dignissima, *Vir. Clarissimus Dn. Fr. Hortleder* luci dabit in eleganti suo opere de *bello German. lib.* 9.

75. Ce-

75. Certum tamen est, sententiam mutasse, diversumq; ab eo respondisse Sax. Electori.

Recté enim Lutherum suam mutasse sententiam, id quod testatur *Sleid. lib. 8. comment. f. m. 211.* verius est, quám vel omnem Luthero fidem cum *Alberico Gentil.* negemus, quasi parum sibi fuerit constans, vel cum *Bodino* & *Ratzenbergio*, non retractasse sententiam Martinum dicamus. Quod ex ipsis monimentis modó contra hos præstantissimos politicos probabimus. 1. *Luth. tom. 7. Ienens. fol. 279. 2.* Item *Luth. Pomerani & Phil. Melanchthonis* bedencken / auff des Landgraffen *Replic.* auff die Meintzische / von Ottone Paccio angegebene Bündnuß / Anno 1528. Continetur *tom. 1. Isleb. 3.* Bedencken *D. Mart. Luth. D. Iusti Iona, Phil. Melanchthonis, Spalatini*, vnnd etlicher anderer der H. Schrifft Gelehrten / auff der Juristen unterrichtvon der Gegenwehr / *tom. 7. Ienens. G. fol. 820. 4.* Anderweit bedencken der Theol zu Wittemberg / *tom. 7. Ienens. G. f. 280. 5. Luth.* in der Warnung an seine liebe Teutschen *Anno 1531. tom 5. Ienens. G. f. 276. & f. 280. Item 282. & 289. 6. Luth.* wider den Meuchler zu Dreßden / *Anno 31 fol. 304. & fol. 306. 307. 308. 309. 7. Phil. Melanchth. epistola quadam ad Ioachimum Camerarium data Cal. Ianuar. Anno Christi 31.* cujus initium: Neque de edicto Augustensi, & *alia epistola data 14. Cal. Martii*, natali suo A. C. 31. cujus initium: Cum proximé ad te scripserim. Et in *epistola adeundem, scripta 3. Id. April. A. C. 31. 8.* Der Theol. zu Wittenberg bedencken / über der Frag / von der Gegenwehr / *A. C. 1539. tom. 7. Ienens. G fol. 282. 9.* Schrifft D. Mart. Luth. an einen Pfarrherr / von der Gegenwehr / so der Keyser die Evangelischen überziehen würde / *de Anno 39. tom. 7. Ienens. G. fol. 279. b. 10.* Bedencken D. Mart. Luth. an D. Georg Brück Churf. zu Sachsen Cantzler / von der Gegenwehr zwischen gleichstandes Fürsten / *de Anno 1539. tom. 7. Ienens. G f. 276. 11.* D. Mart. Luth. von der Frage / die Nohtwehr belangend / *cum præfat. Phil. Melanchthon. & Iohan. Bugenhagii. Impress.* Wittemberg durch Joh. Lufft / Anno 1547. 12. Abschrifft der vidimirten Copey des Rahtschlags / so die Theol. der Universitet Wittemberg gehalten / vnd Hertzog Joh. Friederich damahls Churf. zu Sachsen / auff seinen befehl vnd erfordern gegeben haben / wegen des Kriegs wider Keyser Carl den V. Anno 1546. vorgenommen. 13. *Phil. Melanchthon.* ad amicum quendam epistola, in qua ostendit, officium principum esse arcere á suis vim privatam & publicam. Sumpta ex *parte 3. Epist. famil. edit. studio Ioh. Manlii, fol. 484* cujus epistolæ initium: Sicut licita est. 14 Von der Nohtwehr unterricht durch *Ius. Menium impress. Wittemb. Anno 1547.* 15. D. Mart. Luth. Gegenwehr auß seiner Hauspostill / durch Veit Dietrich in Truck gegeben / vnnd zu Wittemberg gedruckt / A. 1573. His iterum accedunt ex Archivis Saxoniæ. 16 Johan. Wicks der Rechten Doct. zu Bremen Rahtschlag / daß man dem Keyser widerstreben möge / Anno 1539. conceptum, & ex latino vernacula donatum per *Georg. Spalat.* 17. Ein bedencken / daß vonnöhten sey / auff Weltliche Mittel vnnd Wege zu trachten / durch welche das Evangelium erhalten werden möge / weil Gott durch Wunderwerck ohn ordentlich Instrument nicht helffen wölle. 18. *Iureconsultorum Wittebergens. responsio*, quod judici injustè procedenti licitum sit resistere. 19 Joh. Bugenhagii bedencken auff zwey Fragen / ob man mit den Calvinisten Bündnüß machen / vnnd das Evangelium wider den Keyser mit dem Schwerdt schützen möge / an Churf. Joh. zu Sachsen / am Tage Michael. 1529. 20. Einrede auff das gestelte

stelte bedencken / daß Keys. Majest. als vnserm Herrn vnd Oberherrn in des Evangel. Sachen auß gutem Christlichen grunde nicht möge widerstand geschehen mit Gewalt vnnd der That. 21. Gründlich vnnd Theol. bedencken / wie ferrn man allen vnnd jeden Obrigkeiten nach Göttlichem Rechten zu gehorsamen schüldig / auch wer Gewalt leiden vnd widerstehen / vnnd ob die Reichsstände Keyserliche vnchristliche vnd vnrechte Gewalt mit Gewalt auffhalten können / de Anno 1530. 22. Von der Defension, vnnd Gegenwehr / ob man sich wider der Obrigkeit Tyranney vnd vnrechte Gewalt wehren / vnnd Gewalt mit Gewalt Jure vertreiben möge / *per D. Regium Selinum Anno* 1546. 23. Warhaffte vnd gegründte Meldung vnd Anzeigung der bösen Anschläge / so wider die protestirenden Stände / rc. vergenommen. Item / vrsach der genötigten vnnd gedrungenen Gegenwehr / vnd wie sich darinnen zu verhalten sey. 24 *Philip. Melanchth.* Vorrede / vor die Warnung D. Luth. an seine liebe Teutschen / impress. Wittemb. Anno 1546 per Joh. Lufft. 25. Eine Vermahnung D. Luth. an alle Pfarrherrn / mit einer Vorrede des Churf. zu Sachsen Hoffprediger *Christoph. Hoffmanni*, *Anno* 1546. 26. Christliche Verwarnung H. Johann. Bugenh. Pomerani, an die löbliche Nachbarschafft Böhmen / Schlesien / Lusatier / Impress Witemb. 1546. 27. Ewiger / Göttlicher Allmächtiger Majest. Declaration, wider Keyser Carl / König zu Hispanien rc. vnnd Bapst Pauli III. 28. Eine Schrifft D. Joh. Bugenhagens Pomerani, an andere Pastorn vnd Prediger / von der jetzigen Kriegsrüstung / Impressum Wittemb. 1546. 29. Ein Rahtschlag von Nürenberg / ob sichs gezieme in Glaubenssachen / gegen dem Keyser mit der That sich zu wehren / vnd wie ferrn der Obrigkeit gehorsam zu leisten sey. 30 Item / ein ander Rahtschlag. Ob man in den Glaubenssachen / die Defension wider den Keyser gebrauchen möge. 31. Berahtschlagung / wie ferrn man allen vnnd jeden Obrigkeiten zu gehorsamen schuldig / vnnd verbunden sey / nach Göttlichen Recht. 32 Gründlicher Bericht auß H. Schrifft / wie fern man den Oberherrn gehorsam schüldig / auch wie / wann / vnd in welcherley Fällen man den verderblichen Tyrannen möge widerstandt thun / gestellet zur Zeit des Teutschen Kriegs / vnnd wider auffgeleget / Anno 1552. 33. Item die antwort auff Treutlingers Buch. 34. Der Theol. zu Wittenberg Rahtschlag ist Bedencken / daß die auffgerichte Einigung / vnnd Bündnuß / zur nohtwendigen Vertheidigung dieser Landen / Christlich vnd Gott wolgefällig sey / Anno 1545. Quæ etiam scripta insimul Clariss. *Hortlederus* mox inspicienda præbebit in desideratissimo suo opere belli Germanici, libr. 10. Ex his puto satis constat, non modò Lutherum consultum fuisse satis, id quod negabat, *Warem. ab Eremb. de fœder.* c. 2. *num.* 40. Verùm etiam contra *Bodin. & Ratzenberg.* sententiam mutasse Lutherum & alios. Quod iterum rectè fuisse factum á Theologis, adhuc contra *Albericum Gentilem* defendimus, cum *Hortledero*. Nec veró id absque ratione, initió enim dissenserunt Theologi vel ideo. 1. Ne oleum, quod dicitur Camino adfunderent, pelicorumque animos ignem spirantes, extimularent. 2. Ne protestantes pontificiis bellum inferrent. 3. Ut Pontificiis calumniandi ansam, quasi Theologos haberent bellorum faces, præriperent. 4. Quod nondum statim defensio imminere videbatur. Periculo itaque tandem accedente, mutarunt sententias. 5. Ut pontificios ad inferendam injuriam redderent ferociores. 6. Ut conscientiis, sese defendentium consulerent: has rationes probet ex Luthero, cum dicit tom. 5. Jen. German. f. 276.

Weiter

Weiter/ wo es zum Kriege kompt/ wil ich der Leute Gewissen nicht beschweren lassen/ mit Gefahr vnnd Sorge/ als sey jhr Nohtwehr auffrührische/ exque pluribus Theologorum Magdeb. scriptis *in disp. 4. de Instit. belli Germ. ass. 3.*

76. An tamen religiosa ejusmodi fœdera mutuæ defensionis causâ inita, etiam cum diversæ religionis hominibus recté pangantur, ab eruditis erudiri cupio.

Cum enim primum illud Smalcald. fœdus inchoabatur, *Sax. & Brandeburgici* nomine propositum fuit: quoniam religionis ac veræ doctrinæ defensio, sit hujus fundamentum fœderis atque causa, primum oportere consentientes omnium in eo esse voluntates. Itaque recitata fuit doctrinæ summa, capitibus aliquot comprehensa, quam adprobarent omnes. Unde eadem de causa *Argentinenses*, cum socijs hoc fœdere non fuisse comprehensos, novimus. Nam 1. cum A. C. 26. prima esset deliberatio de aliquo fœdere religionis causâ ineundo. *Argentin. legati* respõdebant, sese ut cum Sax. fœdus ineant, mandatum non habere, *Sleid. lib. 6. f. m. 150.* 2. Idem respondent Anno Christi 1529. cum Smalcald. fœderis formul. concepta fuit, ut refert *Sleidan. lib. 6 f. 176.* Et anno eodem ita conclusum est: ut qui Saxon. doctrinam per omnia probant, cum iis demum actionem fœderis institui posse, *Sleidan lib. 7. fol. 180.* 4 Anno quidem 1539. de *Tigurinis, Bernatibus, Basilienſibus egerant aliquot civitates*, quod si indefinité, sine ullius dogmatis exceptione, reciperentur, non quidem esse recusaturos fœdus, quod tamen *Ioh. Fridericus* ad Patrem se relaturum dicebat, *Sleid. lib 8. fol. 211.* 5. Verùm *Ioh. Pater* idcirco quod non idem secum sentirent, eos recipere noluit, sic enim respondit per legatos: *Non licere sibi societatem cum ipsis ullam coire*, ne tristis inde sequatur exitus, quod iis accidisse scriptura testetur, qui muniendi sui causâ cujusque modi præsidiis usi fuissent, *Sleidan. lib. 8 f. 215.* 6. Idem eodem anno profitetur Saxo ad Cæsarem, *Sleidan. d. lib. fol. 217.* Et 7. denique *Moguntinus & Palatinus* A. C. 1532. primi Pacificationis Religionis interessores diligenter admonent Saxonem, subque hac conditione suas leges pacificationis concipiunt, *Sleidan lib. 8 fol. 222. & 226.* Alia autem est quæstio. *An ii qui Anno 1530. ab Augustana Confessione divortium fecerunt, hodié ea contineantur, ita ut pacificationis religiosæ sint participes, qua de re cumplené dixerim alibi*, nemini etiam hic amicam collationem denegabo.

77. Nam in negativam sententiam, & rationes aliquot, & exempla juris divini forté quem trahunt.

1. Scimus enim cum impiis prohibitam esse conversationem, fœderaque mandato divino, *Exod. 22. v. 32. Num. 33. v. 52. Deut. 7.* ubi attende rationem additam. 2. Ne ab iis seducamur, *Exod. 22. v. 33.* quæ in diversæ religionis hominibus etiam obtinet. 3. Nec enim arabis cum bove simul & asino, *Deut. 22. v. 10.* quod *Concilium Hispalense*, cui *Isidorus* interfuit, ita explicat, *c. 9.* homines diversæ professionis, in uno officio, non sociabis, vid. *c. in nova. 16. q. 7.* 4. Nam væ illis, qui magis fidunt brachio humano quàm divino, *Esa. 30. v. 1. & c. 31. v. 1.* 5. Inde *Paul. Rõ. 16 v. 17.* adhortor vos fratres, ut probé animadvertatis eos, qui dissidia διχοστασίας καὶ σκάνδαλα disseminant, juxta doctrinam: ἐκκλίνατε ἀπ' αὐτῶν weichet von jhnen 6. Addit rationem, non quod Christo (E. præsupponit, illos hoc præ se ferre) serviant, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ, *vers. 18.* 7. Deinde quod blandis & speciosis ver-

bis seducant simplices, *vid eod.* 8. Item idem *Paul.* 2. *Cor. c. 6. v.* 14. expressè præcipit cum diversæ fidei hominibus non esse confœderandum. 9. Et ad *Tit. c.* 3. *v.* 10. Hæreticum virum esse fugiendum. 10. Quod aliquanto clariùs dixit *Ioh. Epist.* 2. *v.* 10. quod homo diversæ doctrinæ nec sit suscipiendus, imó ne quidem salutandus. 11. Ὁ γὰρ λέγων αὐτῷ χαίρειν κοινωνεῖ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ τοῖς πονηροῖς, *v.* 11. quod annecte de solis schismaticis intelligi queat. considera *c.* 16. *ad Rom. v.* 17. *Exempla quod attinet*, sunt duplicis generis: quædam enim probant fœdera non esse ineunda ob religionis defensionem cum infidelibus & prorsus ethnicis. 12. Cùm enim *Asa* Rex *Iudæ* á Baësa Rege Israëlis invaderetur, & idcircó auxilia quærit apud Benhadabtegē Syriæ; reprehenditur eo nomine ab *Hanani Propheta*, 2. *Chron.* 16. 13. Et reprehenditur *Achas Rex Iudæ*, quod cum *Tiglat. Philassar.* Rege Assyriæ, contra regem Syriæ coit, 2. *Chron.* 28. *v.* 16. & 19. 14. *Osea* Rex Israël, quando cum *Soo* Rege Ægyptiæ, 2. *Reg.* 17. 15. Et *Zedekias* quando cum Pharaone Rege Ægyptio fœdera pangunt, eos Proph *Esaias* reprehendit, *Esa.* 30. & 31. 16. Et aliàs passim deguntur Israëlitæ à Deo prohibiti, ne vel ab Ægyptiis vel Assyriis auxilia peterent. *Quadam etiam exempla probant, ab iis etiam per fœdera auxilia non quarenda, qui quidem unum eundemq; Deum colunt, sed cultu religionis diverso.* Ecce enim *Reges Iudæ & Israëlis* unum eundemq; colebant Deum, sed modo diverso. Hi enim altaria templavé Dei susque deque habebant, quæ illis erant religiosa & sancta, uterq; autem erat populus Dei. 17. Cum verò *Iosaphat* Rex Judæ fœdus init cum Achabo, 2. *Reg.* 22. *v.* 4. acriter reprehenditur per Prophetam *Micheam. v.* 16. 18. *Iosaphat Rex Iudæ*, quod pepegerat cum Achasia Rege Israëlis, 2. *Chron.* 20. *v.* 35. punitur; *vers. ult.* 19. Et *Amazia Rex Iudæ* dissuadet Propheta, ne cum Israëlitis aliter Deum colentibus sese conjungat, ex hac ratione, quod Dominus ideo non sit cum ipsis, 2. *Chron.* 25. *v.* 7. 20. Addit, quod hujusmodi diversæ religionis auxilia parum prodessent, nam rebus adversis fugâ sibi consulerent: rebus verò secundis. 21. Vel victoriæ laudem sibi tribuerent, vel etiam, 22. Alienis stipendiis assueti, ubi insolescerent, confœderatos supprimerent, sibique solis omne imperium adrogarent, sint argumento *Longobardi*, qui h. m. Italiam, *Franci*, qui Galliam, *Angli Saxones*, qui Britanniam, *Turcæ*, qui Orientis imperium invaserunt, *Bodin. lib.* 5. *de Rep. cap.* 5 *fol.* 901. 23. Unde de hac quæstione spinosissima consultus aliquando Bugenhagius á Johan. Saxon. Elect. respondit: **Ich förchte solch Bündnuß möchte Gott mißgefallen / weil es einen Schein hat / daß man der Widerpart Irthumb beschirmen / darumb möchten wir auch fallen in Unglück**/ubi autem objecerat sibi, quod aliquando confœderationes cum Ethnicis ineantur, respondet statim, **darwider ist / daß unsere diese Sachen nicht schlecht Weltlich ist / sondern trifft Gottes Wort an / umb welches willen die Evangelische Fürsten und Städte / gedencken die Ihren zu beschützen** / ubi claudit denique hanc quæstionem. **Es ist zu bedencken / ob das Verbündnuß möcht also gerechtfertiget werden / daß in der Verschreibung des Verbündnuß / würde mit klaren Worten außgedruckt / daß wir es nicht halten wöllen mit dem Irthumb / noch auch nicht beschirmen** / &c. Quod consilium integré extat in Archivis Saxon. liner Vinarienſis, ipsius manu Bugenhagii ad Electorem Joh: conscriptum. Distinguendo cum Rege Galliæ inter fœdus de non offendendo, & fœdus mutui auxilii, res forté erit planior, ut videre est apud *Sleidan. libr.* 15. *f. m.* 445. ex sententia Alberici Gentilis, 3. *de jure belli, c.* 19. & huc inclinat ipse *Imperii Cancellarius Seldus ad Imper. Fœd.*

Ferdinandum hiu verbis: Ob schon E. Majest. mit allen andern Ständen / so die Bäpstliche Heiligkeit für Ketzer helt/ sondere Bündnuß hette / vnnd ohne daß die Vergleichnuß des gemeinen Friedens / mit allen Ständen des Reichs: Dieweil E. Majest. nicht gemeinet / jemand dadurch in seinem Irthumb zu stärcken/oder zu erhalten / sondern was deshalben auffgericht / das ist allein auff die Erhaltung des gemeinen Friedens / vnnd dann den Widerstand gegen den grewsamen Erbfeind Christliches Namens vnd Glaubens dem Türcken angesehen/ so sag ich gut rundt/ daß solches Bündnuß nicht gar vndienlich / sondern zulässig / löblich / vnnd ehrlich were. In seinem Bedencken an Keyser Ferdinand. über jhr Keys. Majest. Wahlvnd Hochheit/*f. m.* 75. Ego hîc ad exemplum Jurisconsultorum Celsi & Ulpiani subsisto: deq; re tanta deliberabo.

Pedem etiam sisto tandem, *Lector candide*, ne sectiones hæ meæ in nimium excrescant. Et ea quæ restant, & de *Principibus virûs, & imperii civitatibus*, in aliud tempus rejicio. Quæ dixi, usus Academica libertate, veritatis indagandæ causâ, meo judicio, absque ullius præjudicio, dixi. *Quod iterum sanctè protestor*. Sin minus aptè, adest quæ me excusat gravissimæ materiæ difficultas, quam nullum hactenus, uti decuit, apparuisse, ipse *Bodin.* conqueritur. Sin autem rectè minus, *emendandi, & rejiciendi mihi semper jus esto*. Cum nunquam laudata sit in republica gubernanda viris, in una sententia perpetua permansio. Quidquid verò hujus sit, tuo candido, rectoq; judicio, modestè summitto, & unde incepi, cum Jesu finio.

XVII.

DE SS. CÆSAREÆ MAJESTATIS CAMERÆ AC STATUUM JURISDICTIONE,

D. Thomæ Michaëlis.

Conclusio I.

CUm quotquot juridicundo præfecti *a* ab Imperatore, *b* uti fonte, *c* & capite, *d* omnem potestatem, *e* recognoscant, *f* justa ratione ejusdem jurisdictio primó explicatur.

a) Quid juridicundo præfici sit, *vid. in l. 2. §. post originem, 13. de orig. Iur. Brisson. 1. select. antiquit. c. 20.* *b*) Qui usibus feudorum passim Rex dicitur. Nos enim, qui summa rerum potitur, hodie indistinctè tam Imperatorem á primo Julio, *Forster. lib. 1. histo. Roman. 28. & 52. & seq.* quám Cæsarem appellamus: cum olim ipsi Augusto pro successore designatus, qui nobis est Rex Romanorum, Gallis Delphinus, Hispanis Infans, proprié Cæsar diceretur, *l. etsi, 7. ib. vel Cæsari, C. de malef. & mathem. l. fiscus, 6. §. 1. ff. de jure fisci, Ioh. Dauth. de testamento, n. 255.* Wesenb. *in proœm. Instit. num. 2.* *c*) Uti enim ex Oceano flumina fluere, & ad eundem refluere dicuntur, ita ab Imperatore in jus dicentes per Concessiones, Investituras, Confirmatio-

mationes, & cõmissiones fluit, & ad eundem per Appellationes, Nullitates & Querelas redüit jurisdictio, *ex Bald. & Angel. Pacian. de probat. lib. 2. c. 43. n. 7. & seq. Melin. in cons. Parisiens. tit. 1. §. 1. gl. 5. n. 49. Vantius de nullit. proceſſ. ex defect. jurisd. nu. 10. Covar. pract. q. c. 1. nu. 23. & 9. Alvarot. Valasc. de jure Emphyt. q. 8. n. 21. Car. Tapia Rubr. ff. de constit. prin. c. 4. n. 10. Thom. Grammat. decis. 40. num. 1. & 4. Hieron. Magon. dec. Lucens. 30. n. 2.* d) *l. unic. ff. ad L. Iul. de amb. l. 1. §. initio, 4 ff. de offic. præf. urb. l. quidam, 57. in fin. ff. de re judic.* e) Iniqué effectus legem sequeretur imbutum, *d. l. 2. §. post originem, 13. ib. per eos, ff. de orig. jur.* f) Cum hic Legegia potestatem summam jus dicentes constituendi nactus sit, *d. l. unic. ff. ad l. Iul. de amb. d. l. 1. §. initio, ff. de off. præf. urb. l. 1. ff. de constit. princ. §. sed & quod principi insit in I. N. G. & C. fact. monumentum SCti de Imperio Vespasiani, quod ex Basilica Lateranensi retulit Ant. Talca ad d. l. 1. ff. de constit. princ. adde Lancellot. in templo omn. jud. lib. 1. c. 1. §. 4. ad verb. jurisdictiones concedit, n. 1.*

2. Quæ ratione SSti Romani, cui præest Imperii, Absoluta rectè nominatur, *a* Sicut enim istud per se immediatè Deum & Eutem, & sic qua gubernatur Cęsarea jurisdictio, eundem Deum, absolutum agnoscit authorem. *c*

a) Rol. á Valle cons. 100. vol. 4. num. 60. Dn. Vult. 1. Iurisp. Rom. c. 2. sub num. 24. Ejus ab ordinaria differentiam eleganter explicat Joh. Dauth. *d. tr. de testam. in l. 3. Cod. de testam. num. 2. in lit. d.* b) *Vti communi Septem virûm Imperi decreto. Anno Christi 1338. tempore Pontificu Benedicti XII. publicato, pronunciatum est, cujus tenorem retulit. Aventinus lib. 8.* Sacrum Romanum Imperium summum effe universi Orbis Magistratum, & á nullo, nisi Deo, recognosci. *Hinc Mart. Major Cancel. Mogunt. ad Æneam Sylv. Card. Germanicam nationem quondam, inclita sua virtute suoq; proprio sanguine Romanorum Imperium coëmisse, scribit, quod & comprobant versus illi antiqui:*

Sanguine Romanum sibi Regnum CAROLUS *apte*
Associat proprio, proprio quoq; sanguine servat.

c) á Cœlesti enim Majestate Imperium Cæsari traditum, *l. 1. Cod. de jure vet. enucl. eleg. tex. in Novel. 28. c. 4. inf. ibi hanc nos gratiam Deo referendam putamus, qui imperii nobis coronam imposuit. Sic eodem decreto, de quo dixi, Septem virûm Imperii, art. 2.* Imperatorem superiorem nullum cognoscere, sed Imperium immediatè á Deo teneri, *cautum. Dei enim gratiâ Reges regnant, Prov. 8. v. 15. & seq. c. quo jure dist. 8. & potestas á Deo est, Rom. 13. v. 1. Sap. 6. v. 4.* Hinc vulgatum illud Imperatorium. Wir N. N. von Gottes Gnaden.

3. Ut vix toleranda eorum sit opinio, *a* qui á Pontifice Imperium ad Germanos translatum, *b* jurisdictionemque electo Cæsari, subsequente Papali coronatione demum tribui, asserunt. *c*

a) Quam redarguit falsitatis tum hæc Populi Rom. in Coronatione Caroli Magni solennis acclamatio, Carolo Augusto á Deo ordinato, Magno & Pacifico Imperatori, *de qua testatur, prater Avent. & alios. Marsil. Patavin. in defens. pacis pars 1. tract. c. 9.* cum pactum ab eodem Carolo Salisburgicum Græci Imperatoris Legatis Anno 803. initum, *de quo Crantz. lib. 3. Saxon. &c.* b) Cum jam olim Friderico Imp. Anno 1157. divinæ Constitutioni & patrum decretis contrarii, Ledovi-

doviciq́ue Bavari, generali Coloniæ promulgata Constitutione mendacii, imó læsæ Majestatis rei, qui Imperium á Papa, vel ei suppositum esse, asseverant, declarati sint, *cujus Legis verba retulit Albe. de Rosa. in l. Bené á Zenone, 3. n. 16. C. de quadr. præscr. Hieron. Balb. Episc. Gurzens. in lib. de Coron. Caroli V. Imp. Diss. Lancell. in templ. omn. jud. lib. 1. c. 1. §. 2. q. 2. Hier. Gygas de crim. læs. Majest. lib. 1. Rubr. qual. & á quib. crim. læs. Majest. com. ubi Imperium secundúm veram Dd. conclusionem ab Ecclesia dependere* assirit. c) *quibus resistit gloss. in c. legimus, dist. 93. ad verb. Imperatorem, gloss. in Clem. de jurejur. in verb. Regis speculat. de rescrip. præsent* §. *ratione autem causæ, nu. 18. post Molin. Wesenb. in apostilla ad proœm. Instit. Schneid. Rubr. n. 6 lit. b.* Unde Max. I. coronam Imperialem á Romano Pontifice accipere minimé sibi necessarium videri, cum Imp. Majestatem ab Ordinibus Imperii acceperit, coram Statibus publicé professus, *Bodin. de Republ. lib. 2. c. 6. n. 225.* Et Rudolph. Habspurgensem nunquam Italiam vidisse, nedum Romæ coronatum, *causamq; cur ad Pontificiu Nicolai instantium Romam ingredi recusaret, apologetico ille scité exprimere solitũ: Me vestigia terrent, Omnia te adversum spectantia, nulla retrorsum.* Ferdinan. Maxim. II. Rudolp. II. Invictissimos Imperatores, nunquam Romæ coronatos, tralatitium est. *Accedit, quod non á Pontifice, sed á Præfecto urbi Roma corona Cæsari imponatur, Bart. in l. 1. in prin. nu. 3. ff. si quis testam. li esse jus fuer. sequitur Mart. Laud. in tr. de Principib. q. 539. idq; nomine Populi Romani, Ceremonias tantúm peragente Pontifice*, adeoq; ante coronationem Cæsari plenum Imperii gubernaculum competere communiori calculo traditum ait Pacian. *de probat. lib. 2. c. 35. num. 32. & seqq. Mandel. cons. 62. quamvis, num. 31.* & secundum hanc semper ab antiquo practicatum, solosque advocatos consistorii Papæ contrarium scribere *ex Lupol.* testatur Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. de fiess. num. 73. Contraria opinio fundatur in c. venerabilem, extr. de Electio. ibi. Innoc. quam pluribus defendit Oldrad. cons. 90. num. 7. & seq. vol. 2. in eandem sententiam inclinat Salycet. in l. Bene á Zenone, num. 7. C. de qual. præscr. Lancell. in temp. omn. judic. lib. 1. c. 1. §. 1. q. 4.*

4. Separata enim dona Dei sunt Sacerdotium, & Imperium, *a* illud Dominis, hoc humanis seu secularibus præest negotiis: *b* Sit illorum itaq; cura Ecclesiasticis, *c* horum sané potestas Cæsari *d* jure proprio commissa. *e*

a) *Novel. 6. in princ.* adeoq; has jurisdictione separatas confundi, *c. causam, qua inter. extr. qui filii sint legit. ibi gloss. ad verb. Regem.* Pontificiq; secularibus negotiis se implicare prohibitum; *c. cum ad verum, dist. 96.* cum malé sonet Psalterium cũ cum cythara *ex sententia Ferrar. in forma libell. Respons. rei convent gloss. 8. nu. 1.* b) *d. Novell. 6. in princ. d. c. cum ad verum, dist. 96. Matth. 20. v. 25. & cap. 22. vers. 21. Marc. 10. v. 42. & seq. & c. 12. v. 16. Luc. 22. v. 23. & seq. & c. 22. v. 16. Ioh. 18. v. 36. & c. 6. v. 15. 1. Petr. 2. v. 13.* c) cum Laicis Principibus hodie omnis Ecclesiasticæ, etiam in Ecclesiæ commodum cedentis, *c. Ecclesia 10 de constitut.* legis potestas adempta sit, *juxta c. bené quidem distinct. 96 c. 1. distinct. 10. c. Laicis. c. non placuit, c. si quis Principum, c. per Laicos, 16. qua 7. cum Laicis de Reb. Eccles. non alien. ex ratione ea translato de constit. expressa.* Olim quidem diversum obtinuisse arguunt Leges Imperatoriæ de reb. Ecclesiæ, *Novel. 7. Novel. 46. Novel. 55. Novel. 76. Novel. 120.* privilegiis locorum sacrorum, *1. tit. C. de SS. Eccl. & 1. tit. de his qui ad Eccl. confug.* personarum

rum Ecclesiasticarum officio, creatione, immunitate, numero, *tit. C. de Episc. & Cler. cum tit. seq. Novel.* 3. *Novel.* 16. *&* *Novel.* 123. Cæremoniis, *t. t. C. ne sacr. baptis. inter t. t. C. de stat. & imag. t. t. C. nom. lic. sig. sau. Novel.* 58. *&* *seq.* diebus festis, *l. ult. Cod. de feriis*, fide Catholica, *t. t. C. de sum. Trinit.* Hæreticis, *t. tit. Cod. de Hær. & Manich. t. C. de Apost. t. t. Cod. de Iuda & seqq. Nov.* 146. regulis Ecclesiasticis, *Novel.* 131. *c.* 1. *& seqq.* matrimoniis, *t. t. C. de sponsa. t. t. C. de Nupt. & seqq. Novell.* 12. *adde qua dixi in s. th.* 10. *lit. a.* De jure divino vid. tex. *Deut.* 17. *v.* 11. *& seqq. Esa.* 49. *vers.* 23. 1. *ad Tim.* 2. *v.* 2. *Psalm.* 2. *v.* 11. *&* *Psalm.* 82. *v.* 6. exemplum, 2. *Reg.* 10. *vers.* 30. 1. *Chron.* 13. *& seq.* 2. *Chron.* 17. *v.* 4. 8. 9. 30. *&* *c.* 29. *&* *c. seq. v.* 2. *&* *c.* 24. *v.* 3. *Eccles.* 47. *v.* 13. *& seq.* *d*) *argum. d. Novel.* 6. *in princ. ib. gloss. ad verb. Vtraq; & ad verb. Consurens. Repetitio.* 41. *C. de Episc. & Cler. l. addictos*, 6. C. *de Episc. audient. vid. supra, thes.* 2. *lit. e.* *e*) Cum communi contra alteram opinionem, *Vasq. de success. creat. lib.* 3. §. 22. *num.* 17.

5. Quinimó cum Ecclesiasticis opprobriosum, se causarum Secularium peritos ostendere, *a* tum superos Romæ residentes, *b* non minús actu ac potentia, *c* quám alios cujusvis Ecclesiæ Antistites, ex sui officii natura, jurisdictione seculari carere, plausibilibus videtur. *d*

a) *Argum. l. placet*, 17. *d. l. repetita*, 41. *v. absurdum*, *C. de Episc. & Cler. c. cum ad verum, distin.* 96. *c. sacerdotibus in f. c. sed nec procurationes & t. tex. ne Cler. vel Monach. secul. negot. se immisc. c* 1. 2. *&* *seqq.* 21. *qua* 3. *Canon. Sancto. & venerab. Episcop.* 80. *&* 82. *Novell. Leonis.* 68. *vid. alleg. thes. praced. lit. b.* *b*) Ratione sessionis, cujus primatum eis tribuit Justin. *Novell.* 131. *c.* 2. cumque saltem agnoscunt Canones antiqui, *c. prima sedis, distinct.* 99. qui aliâs simpliciter primatum in terris desidérantes, vel de eo tractantes confusionem in cœlo invenire, nec inter servos Christi computandos, ajunt, *c. multi sacerdotes, v. quicunq; dist.* 40. haud itaque ratione universalis Episcopatus, cum eatenus á fidelibus abesse debere, acriter moneat Pelagius, *c. nullus. dist.* 99. & sibi tribui vetet Gregorius, *c. Eece in prafatione, dist.* 99. licet sub Phoca á Bonifacio III. ad hunc modum usurpari cœperit. *c*) *gl. in c. quoniam, dist.* 10. *ad verb. discrevit prolixé de Pontifice hoc probavit Ant. de Rosell. tract. de potest. Pap. & Imperat. & Almain. tract. de potest. Eccles. & Laic. relati á Covarr. in relect. c. peccatum p.* 2. § 9. *n.* 7. *ubi contrarium quidem á plerisq; in favorem Pontificis traditum, hoc tamen absq; ulla hæreseos suspitione defendi posse, ait, adstipulatur Bodin. de Republ. lib.* 3. *c.* 3. *num.* 227. *&* *seq.* Diss. qui Romano Pontifici in omnes humanas creaturas utroque gladio imperandi juxta illud, Ecce duo gladii hîc, *c. unam sanctam, extrav. communi de maj. & obed. c. omnes, ib. terreni simul & cœlestis, distinct.* 22. *c. cuncta*, 9. 9. 3. Imperatorum & Regum causas disceptandi *juxta illud*: Ita magnum judicabis, ut parvum, *c. novit.* 13. *v. Sed forsan. extr. de judic. c. grandi de suppl. neg. prel. in sexto. c. venerabilem*, 34. *extr. de Election. Clem. Pastoralis de sent. & re jud. licet*, 6. *extr. de voto Angelos*, multó magis secularia judicandi, *c. venerabilem, v. Paulus etiam ext. qui fil. sint legit.* potestatem absolutam tribuunt, ut nemo, licet innumerabiles populos secum in gehennam duceret, ei, quid faceret, dicere possit, *c. si Papa dist.* 40. *Dd dissentientes, vid. apud Covar. d. loc. v. primum an verum sit, adde Lancell. in d. templ. em. jud. lib.* 2. *c.* 1. §. 1. *q.* 1. *d*) *Bodin. d. lib.* 3. *c.* 3. *nu.* 227. *&* *seq. Duar.* 1. *de Eccl. c.* 2. *& 1. Molin. in addit. ad Alex. cons.* 63. *ad verb. competentem*, *libr.* 3. *Pet. Greg. syntag. jur. p.* 1. *lib.* 10.

lib. 50. c. 11. Dauth. de tr. testam. nu. 93. Unde saltem audientia, non autem jurisdictio jure nostro Episcopis tribuitur, *t. t. C. de Episc. aud ib. Cujac. in parat.* idq; innuit *ex Calder.* Pacianus *de probat. lib. 2. c. 28. nu. 135.* Cum Episcopum in civitate haud quaquam ex jure communi jurisdictionem temporalem, sed saltem ex accidēti habere, ait. Et Vasqui. *de succeff. progr. in præfat. n. 155.* jurisdictionem Ecclesiasticam in temporalibus, non secus ac Principum secularium, á populo esse: adeoque Ecclesiam, hujusmodi jurisdictionem habentem, appellatione domini temporalis venire, asserit Molin. *in consuet. Paris. §. 60. gl. 1. verb. Par. main. 21 & seqq.*

6. Unde Papæ hanc Cæsari, *a* Regivé *b* tribuendi, aut adimendi, *c* vel eidem ullum in hunc superioritatis jus competere, ridiculum dictu, & abominabile auditu existimat Ferrariensis. *d*

a) Per ea quæ deduxit Vasqui. de succeff. creat. lib. 3. §. 22. n. 71. post Anton. de Rosil. Covarr. in d. relict. c. peccatum, p. 2. §. 9. n. 7. Licet Pontifex Cæsarem non secus atque Vasallum juramento obstringat, *c. tibi domino, dist. 63. ib. Canon. Clemen. Romani, de jurejur. Vnde vulgatum illud Gregorii, in Her. 4. Imp. Rudolphi Duci Suevia coronam Cæsaream mittendu.*

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho.

Quasi á Domino super regna & gentes constitutus, *c. omnes Principes extr. de maiest. & obed. c. 1. extrav. com. de maiest. & obed. c. 1. extrav. com. de consuet.* tantumq; Imperatori, quantum Sol Lunę aurum plumbo, *iuxt. c. solita, §. Præterea nosse debuerat, de maior. & obed.* anima corpori præstaret, *c. duo sunt, cum seqq. dist. 69. quibus tamen de propriis authoris causa testantibus parum fidei tribuendum, tex. eleg. in l. Divus Traianus, 24. de test. mil. l. nullus, ff. de test. b. quemadmodum in simili de Pontifice dixit Ioh. Teuton. in c. patet, 9. q. 3. & Ioh. Andr. in Clem. unic in verb. Bonifacio, de iureiur.* *b)* Uti cordatè Galliæ Rex Philip. IV. Pulcher dictus, coram Bonifacio VIII. Pontifice, de se professus: Sciat tua maxima fatuitas; In temporalibus nos nemini subesse: *cuius scripti verba ex originali fideliter extracta retulit M. Ioan. de Serres en seconde partie generale de l' histoire de France in vita Philip. 4. Steph. Aufrer. in Repet. Clem. 1. de off. ord. num. 57 meminit Bodin. de Republ. l. 1. c. 9. nu* 139. quę Regis Galliæ aperta professio per posteriores Pontifices quasi approbata, & Bonifacii VIII. in causis secularibus contra Regem facta definitio, cassata videtur, *c. meruit. extravag. commun. de privil.* *c)* Quod integro solidæ doctrinę libro demonstravit Marsi. de Menandro Patavino Apologiæ pro Ludov. Bavaro seu Defens. pacis nomine intitulato & Petrus de Vineis Cancel. Frid. II. aliquot epistolis. Idemque præstitit Wilhelmus Occa, qui in ipsa, ob excommunicationem Pontificis, apprehensâ fugâ, de jure Cęsaris expressis testatus est verbis. Tu me, inquit, Imperator, gladio adversus Papæ injurias, rutum sistas, & ego te calamo & scriptis defendam. Jura quidem Canonic. Pontificibus hanc potestatem ex dicto Christi: Quodcunque ligaveris, &c. tribuere videntur, *c. ad Apostolicæ, 2. §. Nos itaq; de sent. & re iud. n. 6. d. c. duo sunt, dist. 96. d. c. grandi de app. negl. prel. in 6. c. 1. extravag. com. de maior. & obed. c. solita ext. de maior. & obed.* & in facto Henr. IV. Frid. Barbaross. ab Alex. Frid. II. ab Innoc. IV. in Concilio Lugdunensi Anno 1243. Imperio depositum, historiis proditum, *cuius degradationis formula, d. c. ad Apostolicæ de sent. & re iudic. in 6. continetur.* *d)* *Ferrar. in form. libell. act. Confess. & Negot. gl. 7. ad verb. plenam & omnimodam, num. 3.*

7. Est itaq; secularis Cæsarea jurisdictio per se summa: *a* quippe quæ & Legibus solura dici promeruit, *b* Ipsi enim Imperatori supra Leges authoritas, *c* principalia, *d* & Majestatis jura proprié soli competunt, *e*

a) Non solùm, quód eam á nemine recognoscat, *ut dixi*, sed quod ipse solus Leges & jura suprema condat, *l. 1. de const. prin. l. 1. & ult. C. de Legib. l. 2. § sed quia, 18. Cod. de jur. vet. enucl.* *b*) *Dn. Vultei. 1. Iur. Rom. cap. 12.* *c*) *Novell. 103. c. 2. inf. l. Princeps, ff. de Legib. l. 3. C. de crim. sacril.* licet digna vox sit Majestate regnantis, Legibus se alligatum profiteri, *l. digna vox, 4. C. de Legib. l. 3. Cod. de testam. l. rescripta, 7. Cod. de prec. Imp. offer. l. nec avus, 4. Cod. de emancipat. liber. l. causas, 16. C. de transact. l. fin. C. sent. rescind. non posse, l. authoritatem, C. unde vi. l. ex imperfecto, 25. ff. de legat. 3. l. 4. Cod. ad L. Falcid. l. Papinianus, 8. § 2. ff. de inoff. test. c. justum distinct. 9. vid. Car. Tap. in rubr. ff. de const. princ. c. 1. num. 37. Vasqui. controvers. usur. freq. l. 1. c. 1. n. 18. & seq. Cravett. de antiquit. temp. p. 1. princ. in prin. 10. & seqq. Cujac. 15. obs. 30. & in prælect. l. 5. ff. de just. & jur. Corras 2. Miscell. 25. Donell. 1. Comm. 17. Dauth. tract. de testam. in explic. d. l. 3. C. de testam. num. 1. & seqq. Gothofr. in d. Novel. 105. inf. Vultei. ad § sed & quod Principi. Instit. de l. N. G. & C. Bodin. de Repub. lib. 1. c. 8. v. inf. thes. 27. lit. b.* *d*) Cum Principis appellatio vel soli Cæsari conveniat, *argum. rubr. & tot. tit. de constit. princ. post Abbat. in c. pastoralu, in princ. de offic. deleg. tradit. Cravett. cons. 982. argute & cumulate, num. 12. Lancell. in d. templ. omn. jud. lib. 1. cap. 1. ad verb. Imperator est Dominus mundi, num. 7.* *e*) *ex Baldo & aliis Tiber. Decian. in pract. crim. l. 7. c. 4. nu. 2.* adeoque nomen Majestatis Imperatori, aliis Serenitatis vel Celsitudinis proprié convenit, *Bodin. de Republ. lib. 1. c. 10. num. 149.* dicitur enim Majestas *quasi* major status vel potestas: *post Oldrad. cons. 41. Gigas. ti. tr. de crim. læs. Majest. lib. 1. sub. rubr. quotuplex sit Maiest. n. 24.* licet quandoq; abusivé Prætori tribuatur, *l. penult. de iust. & iur. l. si familia, 9. ff. de iurisd. v. Gig. d. loc. n. 18.* Inde & eos tantum, qui in Cæsaris Majestatem committunt, pœnis *l. qui quis, C. & l. ult. ff. ad l. Iul. Maiest. & extrav. qui sint rebell.* subjici receptius, *Rol. á Valle cons. 74. Inharendo, nu. 5. inf. & seq. Dec. d. loc. n. 7. qui plurimos allegat.*

8. Innatæ quoq; qualitatis ratione, eadem incommunicabilis seu reservata dicitur; *a* ossibus quippe Imperatoris ita adhæret, *b* ut eam nullus á sceptro vel corona Cæsarea divellere, *c* aut ullo tempore præscribere queat. *d*

a) *Per not. Natta cons. 604. maximi ponderis per t.* *b*) *ex Luca de Penna, Bald. Matth. de Afflict. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. de fief. § 3. gl. 4. n. 16, & seqq. Covar. pract. q. c. 4 n. 1.* *c*) ut quid perfectum, quod neq; augeri, neq; minui potest, *ex Bald. Natta, cons. 636. multa sunt n. 169. & seqq. & d. cons. 640. n. 43.* Unde alios in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis sibi assumere, concludit idem Natta. *d. cons. 636. nu. 169.* & inferiorem hujus juris capacem non esse *ostendit idem Natta. d. cons. 636. n. 170 Caghol. in l. Imperium, num. 157. de iurisd. Rol. á Valle cons. 1. n. 118. & seq. vol. 2.* ne alioqui duæ superioritates constituantur in uno Imperio, *Natta d. loc. quod Bal. ram legi Regia, quam natura contrarium existimavit, cum superiorem aut parem habere nequeat, Natt. Rol. d. loc.* *d*) nemo enim ut Imperatori non

non subsit præscribit, *arg. l. competit 6. in f. C. de præscr. 30. vel 40. annor. c. inter corporalia de transl. Episc. c. cum non liceat, ext. de præscr. ibid. Panorm. n 6. latissimé pro & contra disputans Felin. ibid. text. cum gl. in c. cum ex officii, 16. in verb. visitat. ext de præscript. gl. in c. 1. vers. non obstante de Cler. agrot. in 6. gl. in c. volumus in verb. Ecclesia, 16. q. 4. Ias. in l. imperium, num. 10. vers. Limita istam communem, ff. de iurisd. Mascard. de probat. concl. 225. n. 7. & 8. Car. Tap. in rubr. c. 4. n. 14. & seq. & in l. fin. p. 2. num. 30. ff. de const. princ. Gail. 1. observat. 21. num, 10. Alv. Valasc. de iur. Emph. d. q. 8. nu. 29. & seq. Longoval. in l. imperium, p. 4. c. lex autem foramen, n. 45. f. (mihi) 278. & seq. ff. de iurisd. omn. iud. Natta d. cons. 640 n. 16. & seqq. & d. cons. 636. multa sunt, n. 51 hanc sententiam cõmunem ait, Bart. Soc. cons. 275. n. 5 vol. 2. elegantissimé Franc. Zoannet. de Rom. Imp. nu. 121. & seqq. Diss. Bart. in l. hostes, ff de capt. & postl. reverf. n. 6. ib. ut Rex Francia. Socin. sibi contrarius cons. 47. in præsenti vers. tertia ista opinio, vol. 4. Covarr. in c. peccatum, p. 2. § 9. n. 9. & in c. possess. malef. p. 2. § 2. n. 10. de Reg. Iur. Menoch. resp. 2. Causa Finariens. num. 71. & seqq. magis communem dicit Balb. de præscr. p. 5 prin. q. 5. quem tamen in eo decipi, putat Lancell. in d. templ. omn. iudic. lib. 1. c. 1. de Imperatore, § 1. ad verb. Imperator est dominus mundi, num. 9.*

9. Consistit autem potissimum in superioritate, & supremo Imperii jure, *a* totius mundi dominatu, *b* universalique jurisdictione. *c* Unde Legum generalium, *d* quibus omnes teneantur, *e* promulgatio, earumq; interpretatio, solius Imperatoris sunt. *f*

a) Seu in iis, de quibus statuendi inferioribus nulla potestas, *secũdum Felin. in c. cum nobis nu. 6. ext. de præsc. Bart. in l. omnes populi ff. de iustit. & iur. in tertia quæst. prin. ver. prædicta verò Lancell. in d. templ. omn. iud. l. 1. c. 1. § 4. ad verb. Imperator habet dominium universale, nu. 8 b) l. deprecatio, 9. ff. ad. Rhod. de iact. prin. const. de Iustin. C. confirm. Nov. 105 c. 2. in fin. l. benè á Zenone vers. qui enim, C. de quadr. præsc. l. sed Divus, 6. § est autem 2. ib. universo autem orbi, ff de excus. Lancell. in templ. omn. iud. l. 1. c. 1. § 1. ad verb. Imperator est mundi dominus, & § 4. ad verb. habet dominium universale. c) c. in apibus, 7. q. 1. const. de nov. C. confir. ib. omnibusq; gentibus dominari gl. in c. venerabilem, vers transtulit in Germanos ext. de Electio. gl. in c. Hadrianus Papa Roman. in v. per singulos, dist. 63. Dd. communiter, in l. 1. C. de summa trinit. ib. Ias. in secunda Lectura, n. 8. plurimos citat, communemq; fatetur Covar. in d. c. peccatum, 1. d. loc. n. 7. inf. Lancel in d. loc. n. 8. Vnde Bart. in l. hostes, 24. n. 7. ff. de capt. & postl. reverf.* eum, qui Dominum Imperatorem non esse Dominum & Monarcham totius orbis existimaret, hæreticum appellat. Diss. *latissimé Covar. in relect. c. peccatum, p. 2. § 9. n. 5. & seqq. d) § sed & quod principi Inst. de iure N. G. & C. l. leges, 3 l. humanum, 8. & l. fin. C. de legib. t. t. C. de iure vet. enucl. Lancell. in temp. omn. iud. l. 1. c. 1. § 4. ad verb. Legem generalem solus condit. Dd. communiter, in d. l. 3. ff. de iurisd. ib. Bart. num. 8 Ias. nu. 24. dum maximé mero Imperio, soli Principi competente, tribuunt, eleganter Menoch. cons. 604. magni certé, num. 2. & seqq. e) l prætor ait, 3. §. D. Hadrianus ib. oportet Imperialia statuta, ff. de sepulch. viol. f) l. & ideó, 11. ff. de legib. l. 1. l. leges, 9. l. cum de novo, 11. l. fin. C. eod.*

10. Ab initio enim ipsi quoq; Pontifices, *a* & Clerici ejus jurisdictione Legibusq; ligabantur: *b* ut se jure divino seculari jurisdictione exemtos frustra gloriari videantur. *c*

a) Arguit Leonis IV. exemplum, qui præcepta Lotharii & Imperatorum omnibus modis servatorum profitetur, *c. de capitulis*, 10. *dist. fac. c. ult. ead. dist.* 10. Idem de Johanne VIII. probat, *c. vides cum seq. d. dist.* 10. Et d. Leo IV. ob crimen læsæ majestatis delatus coram Ludovico II. caussam dixisse, ejusque judicio se purgasse ostendit. *c. nos si incompetēter*, 2. *quæst.* 7. quodque arma pro defendenda Roma suscepisset Imperatori rationem reddit, *c. ibitur & c. seq.* 23. *q.* 8. *Melin. in Monarch. Francor. num.* 122. Quinimó Pontifices & Episcopos ab Imperatoribus investitos & depositos vel unico illo Henrici IV. Pontificatum Benedicto X. abrogantis, Nicolaumq; II. substituentis præjudicio demonstratur, *& extant pro hujus confirmatione, text. in c. quia igitur, c. Reatina Ecclesia, c. nobis, c. Agatho, c. Hadrianus Papa Romam, c. in synodo, distinct.* 63. *l. omnem*, 43. § 1. *ibi absque divina nostra speciali jussione, C. de Episc. & Cler.* §. *conventicula, vers. Episcopos veró de pact. tenend. int. sub & juram. in Vsib. feud notat. ex Innocent. in c.* 2. *de major. & obed. Ferrariens. in form. libel. quo agit ex subst. gloss.* 9. *n. & seqq. laté Mars. Patav. in d. defens. pacis p.* 2. *c.* 25. Donec tandem Henricus Quintus in Concilio Wormatiensi Pontifici jure investituræ cederet, & Lotharius Saxo ob intercessionem Bernhardi Abbatis acquiesceret, *vid. Carion. in vita Ottonis tertii, Henrici quinti & Lotharii Saxonis. Bod. de Republ. l.* 1. *c.* 9. *nu.* 136. *in f. & seq. D. Vincent. Cabotium, l.* 1. *disp. jur. publ. & piiv. c.* 5. *Hotom. in disp. feud. c.* 8. *&* 10.

b) *argumento est. l. si quis ex consensu*, 7. *& t. t. C. de Episc. aud. ib. Cuj. l. decernimus*, 26. *ibi. quam Leges nostræ, Cod. de Episc. & Cler. Nov.* 131. *cap.* 2. *&* 3. *Novel.* 6. *c.* 8. *& in epil. Novel.* 3. *in princ. Novel.* 133. *cap.* 10. *Novel.* 133. *in prin. & c.* 6 *proœm. Edictor. Iustin. ad Archiepiscopos & Patriarchas scriptum.* Hinc Ferrariens. *in form. libell. act. Confess. gloss.* 7. *verb. plenam & omnimodam. num.* 3. *ex Innocent.* naturaliter & á principio mundi omnes Clericos fuisse sub jurisdictione & potestate Imperii, dulcedine autem & benignitate Imperatorum dimissos sub potestatem Papæ, quod beneficium ii, ut ingrati, malè agnoscant, asserit. Idem *in form. libell. quo agit ex subst. gl.* 9. *nu.* 4. *& seqq.* optat Imperatorem, qui Clericis jurisdictionem concessam adimat, & dicant omnes. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis: *& clarius in form. Respons. rei convent. gloss.* 7. *n.* 13. *& seq. & gl.* 20. *num* 45. *addatur Alciat. in c. cum non ab homine, col.* 2. *de judic. Molinæ in addit.* 20. *num.* 45. *addatur Alciat. in c. cum non ab homine, col.* 2. *de judic. Molin. in addit. ad Alex. cons.* 8. *vol.* 1. *Alv. Valas. decis.* 100. *num.* 8. *c*) *Matth.* 20. *vers.* 25. *& seq. Marc.* 10. *vers.* 242. *Lucæ* 22. *vers.* 25. *Rom.* 13. *in pr. eleganter Covarr. pract. observ.* 31. *num* 1 *& seqq. v. Contraria opinio. & in c. peccatum, p.* 2 §. 9. *num.* 7. *de Reg. Iur. in* 6. *Diss. Dd communiter, teste Covarr. d. loc. n.* 1. *Aufrer. in repet. Clem.* 1. *de offic. ordin. quæst.* 1. *num.* 59. *Decian. in pract. crim. l.* 4 *c.* 9. *n.* 1. *Farin. in prax. crim. l* 1. *tit.* 1. *q.* 8. *nu.* 28. *ex Hostien. Ioh. And. Panorm. Everh. á Midelb. cons.* 42. *visis, n.* 25.

11. In consequentiam autem hujus universalis Cæsareæ jurisdictionis, Belli seu guerræ, *a* Collectæ generalis, Indictio, *b* Novorum vectigalium erectio, *c* Immunitatis, *d* privilegiorum, *e* absolutæ & plenæ securitatis seu salvoguardiæ concessio, *f* integralis bonorum & honoris restitutio, Imperatori reservatur. *g*

a) *Arg. l. hostes*, 24. *ib. publicé populus Romanus, ff. de captit. & postli. revers. plurimos citat. Gigas tract. de crim. læs. majest. l.* 1. *q.* 31. *nu.* 2. *Gail.* 1. *de pace publ. c.* 4. *num.* 4. *&* 6.

b) quam

b) quam **Reichsſtewer** appellamus, *de qua Gail. 2. obſ. 53.* differt á collecta provinciali, **Landſtewr**/ *de qua inf.* Imperialis enim collecta authoritate ſupremæ juriſdictionis ab ipſo Imperatore imponitur, ſtatibus ſimpliciter ſub collectatione, eaq; taxata, permiſſa, ne á ſubditis ultra ſummam in matricula Imperii deſignatam quicquam exigant, **Reichs Abſchied**/ *Anno* 47. **zu Speyer**/ 48. **zu Augſpurg**/ 57. **zu Regenſpurg**/ 66 **zu Augſpurg**/ 76. **zu Augſpurg**/ 83. **zu Augſputg**/ **Anno** 94. **zu Regenſpurg**/ Privincialis autem á Principibus vigore regalium ſubditis ſuis proprio indicitur. Illa igitur magis in modum executionis, hęc veró jure proprio venit. Undenec ex illa ad hanc, ut ſpeciem diverſam, ad effectum juris ſuperioritatis præcisé valet argumentatio, *fac.* **Ordnung des Regiments zu Augſpurg auffgericht**/ *rubr.* **Wo mehr dann ein Obrigkeit iſt**/ uti in Camera Imperiali cauſa H. contra P. Anno 84. concluſum. Sic & e converſo, cum qui de comitatu quodam **frey gerühigklich/ eyn ſtewer**/ inveſtitus licet á **Landſtewer** immunitatem recté alleget, ea tamen ipſum ab onere **der Reichsſtewer** haud quaquam eximet, uti *reſpondit Mod. Piſt. conſ. 4 in princ. num. 5. & ſeqq. vol. 1.* *c*) *l. vectigalia, 10. ff. de publ. l. t. C. nova conſt. inſt. non poſſe,* **Reichs abſchied zu Regenſpurg**/ **Anno 1576 §. Dardurch dann nicht**/ *ibi.* **Sondern weil auch alles zu Keyſ. beſondern Hochheit vnd Reſervatey**/ &c. hodié tamen vigore contractus Imperator abſque conſenſu electorum nova in Imperio vectigalia non erigit, *v. Capitulationem Caroli V. apud Sleid. l. 1. pro cujus confirmatione faciunt ea, quæ eleganter notavit Vaſq. de ſucceſſ. progreſ. in præf. nu. 115.* *d*) *l. 1. & t. t. ff. de cenſib. t. t. C. de immunit. nem. conced. l. 10. l. unic. C. de his qui in princ. vac. accep. ib. gloſſ. plurimos allegat. Car. Tapia in d. Rub. ff. de conſt. princ. c. 4. num. 30. Lancell. in templ. omn. judic. l. 1. c. 1. §. 4. ad verb. Immunitates præbet. Vaſq. de ſucceſſ. crea. §. 26. num. 81.* *e*) *l. 1. §. fin. lib. 3. ff. de conſt. prin. d. §. Sed & quod principi ver. plané. Inſt. ei jure N. G. & C. Lancell. d. § 4. ad verb. Privil. poteſt concedere,* maximé ſi certa ſcientia & plenitudine poteſtatis cõceſſio facta, quam nec abſentis ignorantia, nec præſentis moraretur contradictio, *per not. Fol. á Valle conſ. 4. n. 47. vol. 3. Natta conſ. 636. num. 135. & ſeq. Hier. Gigas de Penſion. quæſt. 37. num. 1. & ſeqq.* *f*) *poſſid. á Plat. Chaſſ. aſ. Cagn. & Noviza Menoch. conſ. 29. non parum ſubſtit. num. 23.* *g*) *l. cum indulgentia, 10. & t. t. C. de ſent. paſſ. & reſt. § 1. inf. Inſt. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolv. Lancell. in templ. omn. iud. l. 1. c. 1. §. 4. ad verb. Damnatos reſiſtit. v. infra th. 32. lit. b & th. 47. lit. c.*

12. Quo etiam jus Academias, Stapulas, *a* Curſus publicos, quos Poſtis dicimus, inſtituendi & confirmandi, *b* jus civitatis *c* publiciqúe mercatus tribuendi, *d* referendum eſt.

a) *Argum. §. hæc autem tria, 7. de rat. & meth. ius, doc. ad Anteceſſ. Natta conſ. 637. Conſiderato nu. 1. Ferrar. Montan. in uſus feud. c. 7. lib. 5. Vult. de feud. c. 5. num. 7. v. hæc autem ſunt generis inf.* Ex conſuetudine quoque longiſſimi temporis jus Academiæ ſeu ſtudii generalis adquiri docet Bald. *conſ. 71. verba Cyn. vol. 5. Henning. Gœd. conſ. in ordine 3. Cujuſdam Baronis c. ult. num. 9. adde Pacian. de probation. lib. 1. c. 41. n. 48. & ſeqq.* *b*) *cujus argumentum videtur extare in tit. C. de curſ. publ. angar. & perang. libr. 12. & l. fin. Cod. de fabricenſ. lib. 11. utrobiq; Cuiac. l. ſtudiorum. 6. inf. de mod. mulct. Vult. d. loc. verſ. Angaria inf. Borch. de feud. c. ult. de Regal. num. 84. Menoch. 2. arbit. iud. caſ. 229.* Sic nuper *Anno* 96. & 97. L. T. ejuſque ſubſtituto, I. H, á Cæſa-

rea Majest. officium Magistri Postarum confirmatum, reliquis privatis & civitatum postis **Metzgerpost vnd Nebenpotten** generali Imperatorio diplomate officio interdictum. Haud secus uti A. 1579. A. E. S. suis sumptibus generales postas per Belgiam & Italiam L. constituere annitenti, á Cæsare pro hujus suæ Majestati reservati juris defensione, inhibitum fuit. *c) arg. l. 1. C. de Metrop. Bertyt. lib.* 11. nemini enim absque Cæsaris consensu ad minimum tacito, *Valas. in l. imperium de iurisd. num.* 73. civitatis constituendæ jus est, & eo non interveniente constituta, nec jura civitatis habere putatur. *Innocent. in c. Ecclesiarum num.* 1. *de off. ordin.* Ita Friderici I. Casalensibus jus civitatis habendæ dedisse scribit *Natta cons.* 636 *num.* 100. Max. I. cum A. C. M. prope Isleb. vico cuidam spiritum & vitam, *hoc est*, **Stattrecht** *dare vellet, Anno* 1514. *die* 6. *Febr.* id fieri mandato inhibitorio, prohibuit, *cui huic speciem fuere verba inserta.* **Wann nun dir / noch jemand anders nicht gezimet Stattrecht oder anders / daß der Hohen Obrigkeit anhengt / ohn sondere Erlaubnuß auffrichten / so empfehlen / &c.** *d) l. 1. l. unic. de nund. v. Thesaur. decis.* 264. *n.* 2. *Menoch. cons.* 302. *qui honoris, nu.* 31. *Gail.* 2. *obs.* 69. *num.* 14. & á Principe, vel Senatu olim jus nundinarum impetratum docet *Brisson. lib.* 1. *select. antiq. c.* 15.

13. Eadem ratione potestas primariarum precum, *a* facultas feuda Imperio aperta infeudandi, *b* Duces & Principes creandi, *c* iisdem regalia conferendi, *d* rursusque cum consilio Statuum *e* degradandi, feudis & Regalibus exuendi Imperatori proprié competit. *f* Licet hodie parem authoritatem tum coferendo, *g* quàm privando Pontifex sibi sumserit. *h*

a) In Ecclesiis Germaniæ, quod privilegium Bullatum se vidisse testatur Specular. *lib.* 4 *part.* 3. *de prabend. & dignit.* §. 8 *estat. num.* 7. eo autem ipso Imperatori non dari potestatem conferendi, sed facultatem faciendi unum recipi, ait Johan. Andr. *in addit. ibi. ad lit. H. v. Boër decis.* 32. *num.* 81. *Bursat cons.* 126. *num.* 39. & *seq. Gail.* 2. *obs.* 155. *nu.* 7. *b*) *Aur. Bulla Carol. I V. tit.* 5. & 7. *ibi.* **Vnd ob derselben Fürstenthumb.** Sic Rudolphus I. Comes Habspurgensis, cum Austria suo tempore legitimo hærede destitueretur, eam imperio vindicans, filio Alberto concessit, unde Archiducum Austriæ origo. Et Sigismundus Imperator, extincta familia Ursorum in Alberto, Electoratum Saxoniæ ad Imperium devolutum, Friderico I. Marchioni Misniæ in feudum dedit. Ex quo hodierni Electores Saxoniæ descendunt. Hodie vigore Cæsareæ capitulationis feuda aperta Imperio incorporantur, *vid. Caput. Caroli V. apud Sleid.* *c*) Qui in jure feudali sunt Capitanei quasi capita & vertices inter vasallos eminentes, & Duces de Ducatu á Principe investiti, *c. un. quid dices inter vasallos eminentes, & Duces de Ducatu á Principe investiti, c. un. quid dicat. Dux March in us. feud.* *d*) *c.* 1. *in pr. de feud. March. vel. Com. in us. feud. fac. l. Sacrilegii,* 5. *C. de divers. rescr. l. disputare,* 3. *C. necrim. sacril. Carol. Tapia in Rubr. de constit. princ. cap.* 4. *num.* 6. & *seq. qui plurimos citavit. Ferrar. Mont. in us feud. lib.* 5. *cap.* 7. *ver. Igitur Regalia.* *e*) In gravibus enim Consiliarios adhibere, prudentis, *l. humanum,* 8. *C. de Legib. Lancell. in templ om. jud. lib.* 1. *c.* 1. §. *ad verb. Consultatum uti. v. d. Capitul. Caroli V. apud Sleid. d. loc.* *f*) *Gail.* 1. *de pace publ. c.* 6. *num.* 9. *argum. l.* 1. §. *hi quib. de legat.* 3. Sive id privativa contra Ecclesiasticos, *Gail d. lib.* 2. *de p. p. c.* 4. *num.* 21. sive banni declaratoria, contra seculares, fiat; *Gail. de p. p. lib.* 2. *c.* 2. cujusmodi contra depopulatores Urbis Wirtzburg. eorumq; receptatores á Ferdinando

nando promulgata, & á Maximiliano Anno 66. renovata, **Reichsabschied zu Augspurg Anno 66. §. Demnach haben wir.** *g)* Jam olim enim Pontificem de facto jus Regalium dignitatum in terris Imperii, quantum potest, sibi usurpare dixit Bald. *Alvar. Restaur. relata Pacian. de probat. lib. 2. c. 35. num. 67. Zas. in Epit. feud. p. 5. num. 3. Ferrar. Montan. lib. 2 de feud. c. 1. Vult. de feud. c. 4. num. 14. lib. 1. v. Primus ille*, Ut nec injuria Maximilianus II. cum Pius V. Cosmum Ducem Florentiæ corona & Magni Ducis Hetruriæ titulo donasset, se Pontifici, uti falcem in alienam messem mittenti, opposuerit, *de quo testatur Pacian. de probat. d. c. lib. 2 c. 35. num. 69.* *h)* Si Childericum Galliæ Regem á Zacharia regno depositum scribit Gelas. Anastasio. *inc. alius item*, 15. *q.* 7. & Dietherum Comitem Isenbergensem, & Moguntinum Anno 1461. dignitate privatum historiis proditum, *v. Carion. in vita Frider.* 3.

14. Diversa autem á Cæsare superioritatis jure Imperii proprietas constituitur, *a* ut nec ad hanc Cæsaris authoritas expendatur, *b* sicuti rectè olim Bulgarus Imperatori respondit, *c* adeoq; Cęsar haud secus, ut tutor, *d* sua potestate Imperii proprietatem maiestatemq; augere, *e* juramento obstrictus, sanctè tenetur. *f*

a) Quod ipsi Imperatores phrasi vulgari: **Uns vnnd dem H. Reich/ &c. In vnser vnd des H. Reichs Statt/** satis apertè profitentur; *Covarr. in Relect. c. peccatum, p. 2. §. 9. nu. 8. de K. I. in 6. Molina in consuet. Paris. tit. 1. §. 3. num. 17. Hier. á Monte trad. fin. regund. c. 96. num. 9. eleganter ex Seneca Cuiac. 15. obs. 30 in fin.* *b)* Imperatoris enim potestas in administratione, protectione, & juredicundo potissimum occupatur, *arg. l. qui fundum, 7. § si tutor. ff. pro empt. l. bene á Zenone v. qui enim*, C. *de quadr. præscr. l. unic. ibid. Regimentis Reipublicæ ibi. Bart. ff de off. præf. prat.* Imperium autem ipsum non est in marsupio Principis; *eleganter Bald. in c. intellecto de iureiur. Roland. á Valle d. cons. 1. num. 115. volum 2. Anth. Peregrin. de iure fisc. sub rubr. Habentes iura fisci poss. num. 71. fol. 502.* *c)* *Cuius sententiæ id gl. in verb. sanctionem Bart. num. 3. & Dd. communiter in proœm. ff. subscripsere. Zoannet. de Roman. Imp. nu. 150. & seq.* *d)* *gloss. in d. Nov. 6. ad verb. conferens, tex. similis in c. monemus ib. ne Eccles. Dei ad nihil redig. 12. q. 2 fac. d. l. qui fundum, 74. §. 3. ff. pro empt. l. tut. 27. ff. de adm. & peric. tut.* *e)* **Mehrer des Reichs/** appellantur, *fac. tex. eleg. in princip. constit. de Iustin. C. confirm.* ideó enim Reipubl. præficiuntur, ut per eos huic consulatur, *l. 2. §. novissimè 11. ibi. consuli. ff. de orig. iur. Lancell. in templ. omn. iud. lib. 1. c. 1. §. 3. ad verb. Imperii & subditorum commoda, num. 1. & seq.* *f)* *c. intellecto, de iureiur. c. abbate sanè de re iud. in 6. Dd. in proœm. ff. & C. v. Capit. Carol. V. apud Sleid.*

15. Omnis quippe Imperii *a* enormis diminutio, reprobata; *b* parvi verò præjudicii, tolerabilior est. *c*

a) *Argum. l. quoties, 2. ib. sine gravi partis alterius, l. rescript. 7. C. de precib. Imperat. offer. l. cum plures, 12. § 2. & seq. § fin. ff. de adm. & peric. tut. c. intellect. de iureiur. c. pastoralis ext. de donat. c. abbate sanè de re iud. in 6. Novell. de non alienand. d. 7. in prin. v. si vero minus, las. in pralud. feud. num. 77. & seq. Zoannet. de prim. prior gen. 1. c. 4. in princ. Vas. q. controv. illustr. c. 4. & de success. creat. § 26. num 83. & seqq. M. Anth. Pereg. de iure fisc. sub Rubr. Habentes iura fisci an poss. num. 74. fol. (mihi) 104. Mandal. cons. 62. num. 12. Natta. d. cons. 640. num. 8. infinitos allegat, Ca. Tap. l. fin. de constitut. prin. c. 9.*

p. 2. num. 33. Quæ verò magna principatus læsio sit, explicat Afflict. *in c. 1. § in generali si de feud. fuer. centuv. num. 20. Cravett. cons. 894. lus primum nu. 2. novissimè, Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cent. 6. cas. 559. p. 3.* b) *arg. d. l. rescripta, 7. C. de privil. Imp. offer. l. si optio, ff. qui & á quib. manum.* Hinc Bald. *in l. unic. ff. de offic. pret.* Imperatorem non esse ad destruendam, sed augendum electum ait. Cum diminuendo Imperium homicida suæ dignitatis fieret *ex Bald. in c. licet causam ext. de probat. Molina in consuet. Paris. tit. 1. § 1. gl. 5. num. 49. in f. Alvar. Valasc. de iur. Emphyt. q. 8. num. 31.* Nec tamen hinc ad statum Aristocraticum Imperium Romanum, in quo tantopere sudat, rediget Bodinus, cum nec magis Galliæ Rex de bonis Regni sine consilio parium quicquam alienare queat; *ex Bald. & Hostien. ias. in l. debitorum, n. 7. C. de pœn.* Imó si Rex Franciæ Parlamento contrarium quid mandet, hujus magis, quàm illius habetur ratio, *v. Choppin. de Legib. Andium & Neviz. inter cons. Brun. num. 158.* c) *argum. l. sancimus, C. de donat. l. 1. si lib. Imper. Soc. lib. 10. Brun. in l. prohibere. § planè, ff. quod vi aut clam. Spec. de Instrum. edit. § nunc autem, num. 11. Ferar. in form. lib. oppon. cont. Instrum. gl. 18. verb. Aliis rationib. num. 3. Covarr. in Repet. c. quamvis pactum. p. 2. § 2. n. 4. de pact. in 6. ubi hanc communem dicit, Natt. cons. 638. Exorta est, nu. 47. Rol. á Valle cons. 2. num. 95. & seqq. vol. 1. Cravet. d. cons. 894. n. 1. plures allegat. Tiraq. d. c. 9. n. 35. qui nu. seqq. ex Bal. Afflict. Boss. hanc distinct. quo ad concedentem obtinet, successori autem revocationem non adimere ait.*

16. Et sequenter, si quid in detrimentum totius Imperii alienatum; hoc nullo tempore ratum, *a* nec irrevocabile censendum esse, juris dictat ratio. *b*

a) Etiamsi mediante juramento alienatio facta, *c. intellecto de iureiur. Abbate sanè de re iud. in 6.* cum ejusmodi alienationibus fides professionis Imperatoriæ frangatur, *c. sicut ex literis ib. maximè cum fidem ext. de iureiur. c. cum inter f. ext. de consuetud. & Imperio, uti tertio præiudicet, c. cum contingat extr. de iureiur. Roland á Valle cons. 1. num. 106. & seqq. volum 2. Iohan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de instrum. edit. omn. iud. sub nu 17. ad verb. pastoralis, Bald. in proœm. Collegatus á Roll. á Valle cons. 2. n. 3. & seq. vol. 1. Zoannet. de Rom. Imper. nu. 175. Ias. in prælud. feud. n. 78. & seq. Lancell. in temp. omn. iud. lib. 1. c. 1. § 4. verb. Dignitatis iura non alienat.* habet enim se imperium ut corpus, cui si vel auricula amputetur, monstrosum efficitur, *ex Bald. Roland á Valle d. cons. 1. nu. 126. vol. 2. Sichard. cons. feud. 6. num. 29. v. Menoch cons. 640. Magn. certè, num. 15. ubi ex Ifern. Luca de Penna, Ioh. de Plat.* dicit quod superioritas dicitur Regalibus & Coronæ principio adeó arctæ annexa atq; inseparabilis, ut neque ab ipsomet Principe, proprio motu & ex certa scientia alienari & in vasallum transferri queat. *b*) *ex Bart in l. hostes. ff. de Capt. & postl. rev. & Bald. in annos ad Specul. tit. de iurisd. omn. iud. Natta cons. 640. nu 19.* ut neq; immemoriales præscriptiones quoquam Imperatori præjudicare ex Baldo notarit idem Nat. *cons. 636. Multa sunt, nu. 164. arg. 1. de constit. in 6. l. 3. § Divus de sepulch. viol. auth. navigia, C. de furt. Diss. Spec. in tit. de instrum. edit. §. nunc autem videndum restat, num. 11. v. Lancell. in temp. omn. iud. d. loc. ad. verb. Dign. iur. non alien. n. 16.*

17. Nullæ itaq; sunt provinciarum Imperii cum omni superioritate & jurisdictione in extraneos factę translationes. *a* Quo intuitu & Maxim.

Maximil. II. Italiam nec hodié alium Regem, quám solum Cæsarem habere, rectè dixisse videtur; *b* cum insuper & hunc longo post Constantinum tempore pro vero domino agnoverit. *a*

a) Cum hæc in maximum Imperii cedant detrimentum, *per notat Bald. cons.* 171. *Casus consilii, col.* 2. *lib.* 1. *Socin. Iun. cons.* 60. *num.* 53. *lib.* 1. *Menoch. de arbitr. d. cas.* 559. *nu.* 4. *& seq. licet hic donationes Ecclesiis factas excipiat.* *b*) *referente Bodino de Republ. lib.* 1. *c.* 9. *f.* (*mihi*) 227. *c*) *omitto argum. ex historiis petita*; sufficienter probat in jure nostro, *l.* 2. C. *de appell. l.* 13. *& seq.* C. *de excus. mun. lib.* 10. *l. cum vir*, 31. C. *ad Iul. de adult. quæ Romæ ad populum promulgata est.* De Justiniani temporibus idem evincit, *Novel.* 69. *c.* 1. *& in epil. ib. In omni Italia. Novel.* 70. *ut ord. præf. urb. l.* 1. §. *sed &* 10. C. *de iur. vet. enucl. &c.* arguit quoq; Leonis IV. pro defensione Romæ, & Italiæ arma suscipientis, coram Ludovico II. facta excusatio; *c. igitur, & c. seq.* 23. *q.* 8. Quinimó Lotharium Imperatorem in civitate Romana ante januam beati Petri Leges promulgasse ostendit, *c un. constit feud. to. Lothar.* ipsiq; Eugenio Papæ insinuasse, apparet *ex rubr. c. quoniam de prohib. feud. alien. per Lothar. in us.* & Lombardiam, Marchiam, &c. etiam tempore Friderici sub Imperio fuisse patet *ex libro de Pace constantiæ.*

18. Nec enim immeritó ea, quæ á Pontifice prætendi solet, Cõstantini, Romam totamq; Italiam, *a* cum omni Occidentalis Imperii majestate *b* complexa, donatio, tam antiquis, *c* quám recentioribus in facto vana visa fuit. *d*

a) *Constantinus, distinct.* 96. *c. futuram*, 12. *q.* 1. *vid. Bod de Repub. lib.* 1. *c.* 9. *nu.* 119. *& seqq.* *b*) diadema scil. aureum, corona triplex, *Lancell. in templ. omn. iud. lib.* 1. *c.* 1 § *in verb. Corono. Pont. triplex*, indumenta imperialia, *v. Lancell. d. tract. lib.* 1. *c.* 1. *de Imperatore*, § 1. *ad verb. vestium, Imp. mysterium. num.* 2. *& seq. &* § 2. *q.* 2. *num.* 10. *c*) Uti Æneæ Sylvio, qui postea Pius II. dictus, *in Dialogo, quem. cum Cardinalis esset, scripsit*, ubi stolidos Legistas appellat, quod tantopere sudent: An hęc donatio valeat, cum nunquam facta sit? *& Nicol. de Cusa Cardin. lib.* 2. *de Concor. Cathol. Hier in pract Cancel. Lauren. Valla in peculiari declamat. & aliis infascículum rerũ expendarum & fugiendarum ad statuum Imperii usum, collectis, quod Colonien. An.* 1535. *impressum est.* *d*) *Alciat.* 7 *parerg. Iur. Civ c.* 19. *Balduin. de legibus Constantini, li.* 1. *Molina. in comment. ad Edictum Henrici Regis, nu.* 133. *Cuiac. lib* 1. *resp. Papinian. ad l. Legatus*, 20. *ff de off præf. Schneid. in proœm. Inst. ad rubr. n.* 8. *ibi. Wesenb. in apostil. ad lit. C. Bodin. de Repub. lib* 1. *c.* 9. *num.* 141. *Ioh. Dauth. de testam. nu.* 255. *Hoc sané constat, d. c. Constantinus, dist.* 96. *in antiquis decreti Codicibus non reperiri, teste Auth. Florent. Epise parte* 1. *histor. tit.* 8. *c.* 1. *& nunc quoq; inter paleas referri, quo id c. pro Authentico haudquaquam haberi. sed eius* ψευδοφανῶν, *lib.* 1. *c.* 24. *in fin sicuti nec scholiũ dignum á glossatore habitum. Dicti quoq; futuram, falsitatem aperta eius cum d. c. Constantinus repugnantia arguit; quippe in d. c. futuram Melchiades, quasi suo tempore donatio facta esset, commemorat contra sub Sylvestro demum factum in d. c. Constantinus refertur; Melchiadem autem ante Sylvestrum sub Maximino vixisset, vexillũ Pontificum probatur; ut recte animadvertit ipse Covarr. pract. q.* 31.

19. De jure quoque donationis si quæratur, ea quæ in favo-

rem Pontificis allegantur, *a* haud melioribus nituntur fundamentis.

a) *Ab Oldrad. cons. 85. in f. prolixissimé, Alban. in addit. ad Bart. in proœm. ff. ad verb. Valeat vel non, Covar. de lib. Agiographis, nu. 6. Mandel. cons. 64. nu. 81. & seq. Facian. de probat. lib. 1. c. 43 num. 26. Lancell. & iis quos adduxit d. tract. lib. 1. c. 1. §. 2. q. 2. num. 12. & seq. vid. Surd. cons. 275. bene videtur, n. 11. b) Vt iam olim animadvertit Iac. de Bello viso in proœm. ff. & gl. in Nov. quom. oport. Episc. 6. in pr. verb. Circumferens, quæ sententia nec Bartolo in proœm. ff. num. 13. & seq. displicuisse videtur, cum objectis Pontificiis accuratè respondeat sibiq; quidem cum in terris Ecclesiæ amicis (subditum Ecclesiæ fuisse scribit Ferrarii in for. l. resp. res conv. ad verb. præscriptionis, n. 43.) decreti favorem Pontificis, pro validitate donationis, concludendũ esse, non obscurè profiteatur, ibi. sed volens favere Ecclesiæ, dico quod illa donatio valuit. Ex neotericis eam impugnat Everh. à Middelb. (quem præsidem Consularem Sacratissimi Caroli V. appellat Plot. tract. de in lit. iur. § 4. n. 53.) in topicis Legal. in loco à verisimili, n. 15. & seq. Longov. in Rep. l. Imp. ff. de jurisd. p. 4. c lex autem foramen, n. 45. vers. unde orta est, f. (mihi) 279. ubi multos et. iam Italos imperatori dominium Italiæ deferre ait. Schneid. in d. proœm. Inst. ad rubr. n. 8. ib. Wes. in apostilla sub lit. D. Sich. cons. feud. 6. num. 26. & seq.* Unde audacter Ferr. *in form. libell. act. Confess. gl. 7. ad verb plenam & omnimodam, n. 2. & 4.* Papam violenter, & manu armata niti detinere jurisdictionem in terris, civitatibus, villis & locis, quæ sunt naturaliter, & mundi creatione, & Christi ordinatione Imperii Romani, dixit. Accedit, quod ex Salycet, *in rubr. C. de verb. sign.* refert Vasqui. *l. 1. controv. usufred. c. 6. nu. 2.* In Chronicis legi, eo tempore; quo Italiam Pontifici donarant ferunt, de cœlo auditam vocem. Hodiè est infusum venenum Ecclesiæ Dei, *qua Ecclesiam rerum donatione contentarum capacem non fuisse, indicatum; proindeq; donationem quam acceptanti inutilis, invalida censenda est; argum. l. mortuo, 49. § labeo, 2. ff. de legat. 2. l. multum interest, 4. de verb. oblig. § non solum, ib. sed si talu, inst. de legat.* cum & ipsius Ecclesiæ interesit plus æquo non dicari, quó enim magis ditescit eó magis periclitatur, *ut eleganter docet Vasqui. d. loc.*

20. Pari ratione Florentinorum, *a* Venetiarum, *b* Genuensium, *c* & aliquot Hetruriarum Civitatum, *d* Ducis Sabaudiæ, &c. *e* mediante contracta vel privilegio á Romano Imperio indultę exemtione annullantur; *f* cum hisce fastigium Romani Imperii non leniter depressum, & exinanitum sit. *g*

a) In Florentinis hujus exemptionis exemplum posuit Br. *in l. cunctos populos, n. 2. C. de sum. trinit.* qui pactione cum Rudolpho Habspurgensi ejus nominis I. Imperat. inita, se ab obedientia Romani Imperii subtraxerunt, *meminit Bodin. de Republ. l. 1. c. 9. n. 125. b) de quib. communiter Dd. in l. 1. C. de sum. trin. Iaf. n. 11. & in l. 1. § nunc videamus, nu. 4. de nov. oper. nunci. remissivé Gigas tr. de crim. læs. maj. l. 1. quæst. 28. nu. 1. pro quibus vulgo argum. ex § 1. & 12. Instit. de rer. divis. rectè refutat. Auther. Vacca ad l. 2. ff. de rer. divis. Alciat. 2. disp. 5.* Conservationem sanè possessionis Imperii arguit Cœmetæ Imperialis, contra L. V. D. ante aliquot annos, Latinè & Germanicè publicata Bannitoria sententia. *c*) Quorum ab Imperii subjectione liberationem deducit Menoch. *Responso secunda causæ Finarien. ar. 1. n. 42. & seq.* Cæterùm tamen se Genuensium judicem competentem esse in celebri illa, causa Vinarcali Anno 1558. Cal. Jan. 8. pronunciavit; illorum ac Pontificem interposita appellatione

planè refutata; *pro qua Cæsaris sententia præter Consilium Ferdinandi & Collegium Papiense, Bononiense, Batavienſe consuluit; v. Menoch. ad fin. tract. possess. Bod. de Repub. l. 1. c. 9. n. 224.* d) *per d. Rudolph. l. indultæ de quibus Felin. in c. ad audientiam, num. 4. de præscr.* e) *de quo multum gloriatur Tessaur. in præf. decis. nu. 13. & seq.* Hunc tamen ad Comitia Imperialia citari, ibidemq; comparere indicat Catalogus personarum Recess. Imperii subjunctus. Sic in causa F. contra C. D. S. Anno 25. die 18. Decembr. vi superioritatis Cæsareæ banno Imperii proscriptus; Eundemq; Vasallum Imperii esse probat Bodin. *l. 1. de Republ c. 9. num.* 127. & Imperatorem in superiorem recognoscere fatetur Menoch. *cons. 1. nu.* 104. f) Nulla enim á jurisdictione Imperii exemtio, *ex Lud. de Penna & Matth. de Afflict. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. § 3 glos. 4.* Cum hanc expropriatio & abdicatio dominii, dignitatis & jurisdictionis sequatur, quibus principatus deformatur, *Roland. á Valle d. cons. 2. nu. 97. & seq. vol. 1. Menoch. d. cons. 604. magni certé. num.* 1. & ad hunc modum exemtos in subjectionem reduci posse, tradit Ias. *in d. l. Imperium de iurisd. n.* 40. *vers. similiter si sunt facil. l. 7. C. de prec. Imp. offer. l. si unus*, 27. *§ pacta quæ turpem, 4. l. 7 §. & generaliter, ff. de pactis.* g) *v. Hot. illust. q. 1. Krantz. in Sax. c. 3. l. 10 & l. 11. c. 1.*

21. His annumerant Dd. tam eos, qui de facto licentiam ab Imperii subjectione subtrahendi sibi sumsere, *a* quam qui se nullum unquam nisi solum Deum, pro superiore recognovisse, profitentur; *b* ut ex sententia Hostiensis, tam hi, quám illi subjectionem Romano Imperio detrahentes, mortaliter peccare dicantur, *c* Romanamque victricem Aquilam, jus eos vindicandi, optimé fundatam habere, opinatur Zoannetus. *d*

a) *Latissimé Zoannet. de Roman. Imp. n. 115. & seq.* Causam hujus defectionis alii aliam esse arbitrantur. De Lombardiæ, Africæ, Regnique Hierosolymitani avulsione scribit Petr. Jacob. Aurel. *in form. libell. de statu curiæ Romanæ, Rubr.* 34. *num. 18. in fin.* 23. *& seq.* quod cum gubernatores Ecclesiæ universales (Pontifices Romani) de bono Dei, Romano, sc. Imperio, parum curarint, & quo minus Imperator directé vel obliqué imperet, impedierint, Imperatoremque quasi omnibus postposuerint, ideo non fuisse, qui eos componeret. *adde Bald. in c. 1. num.* 10 *vers. Quæritur utrum apud fiscum de allod. & in c. 4. n. 4. vers. præterea illud ext. de judic.* b) *gl. in c. per venerabilem, § videbatur vers. insuper in verb. minimé ext. qui filii sint legit. & in c. super specula in verb. non utuntur. ext. de privileg. & in c. 1. ad verb. Imperio in titul. de pace tenend. int. subd. quæ in specie de Rege Franciæ loquitur, quam Dd. communiter, ib. sequi ex Alvar. ibid. n. 4. & seqq. testatur Zoannet. d. tract. de Rom. Imp. nu. 320. & seqq. ubi hanc communem & reverendissimam sententiam ait Hostien. & Ant. de Butr. in d. c. per venerabilem extr. qui filii sint legit. in eandem citans sententiam. Nic. de Vbald. de success. ab intest. §. & adverte quia licet, n. 81. & seqq Auth. de Rosel. in suo tr. de legit. l. 2. sub tit. de legit. princ. § Vlterius est videnda quid de Regib. n. 35. & seqq. Muscor. tract. de iurisd. nu. 128. pro Rege Franciæ videatur Oldrod. cons. 79. Consu. dubitari in fin. & affertib. forsan nimium indulgens Bod. de reg. lib. c. 9. n. 12. & passim.* c) *Hostien. in d. c. per venerabilem, §. videbatur, extr. qui filii sint, legit. quem Dd. communiter secutos esse testatur Zoannet. d. loc. n. 48. quod & ante eum videtur sensisse Petr. Iacob. in prax. d. rubr. de stat. Cur. Rom. num.* 19.

22. Non eadem ratio est in exceptionibus á jurisdictione Cameræ Imperii, certis Principibus, uti Duci Burgundiæ, *a* & Lotharingiæ indultis, *b* cum hi non minus onerum, *c* quám honorum Imperii participes manserint. *d*

a) Ex contractu seu transactione Electorum & Satuum Imperii. Der Hertzogthumb Lüttich/ Brabant/ Limpurg/ Lützenburg/ Geldern/ der Grafschafft Flandern/ Artois/ Burgund/ Henigaw/ Holland/ Seeland/ Naumur/ Zütphen/ der Marggrafschafft des H. Reichs/ die Herrschafft Frießlandt/ Vtrich/ Ober Yssel/ Grünningen/ Falckenberg/ Dathem/ Salin/ Mechel/ vnnd Mastrich/ halben *Anno 1548. die 26. Maji Augustæ cum Carolo V. Imperatore celebrata; qua Ducum á iurisdictione Imperii haudquaquam eximi ait, Gail. de pace p. lib. 1. obs. 11. num. 6. b) vigore trãsactionis Noribergæ A. 1542. ratione Ducatus Lotharingiæ cum Statibus Imperii inita: meminit Loth. exemtionis Mynsi. cent. 5. obs. 58. n. 1* *c*) Dux quippe Burgundiæ ordinaria Imperii onera quantum duo Electores ad Rhenum, & ad expeditionem Turcicam quantum tres, contribuere tenetur: harumque contributionum causa Cameræ jurisdictioni nihil decessit. Et Dux Lotharingiæ ad tertiam partem collectæ Electori indictæ, obligatur: nec minus ex constitutione pacis publicæ in Camera forum sortitur, *Mynsi. d. cent. 3 obs. 58. num. 1.* *d*) Comitiis enim Consiliisq; Imperialibus non minus atq; alii Principes interesse, ex Catalogo Personarum Recessibus Imperii subjuncto, evidentissimum est. Ideoque cum superiorem Imperator in hos sibi servarit, parva & modica existimatur Imperii læsio, *per not. Menoch. d. tract. de arb. cent. 6. cas. 559. num. 11.* Nec á foro privilegiatus, continuó á subjectione eximitur; de diversa enim sunt, forum sortiri, & subditum esse, *Castr. cons. 44. videtur dicendum, n. 5. in f. vol. 1. Rol. á Valle de Lucr. dot. q. 15. nu. 24. & seqq. Gail. de pign. obs. 15. nu. 4. in f. lib. 54.*

23. His quo ad exemtionem á jurisdictione Cameræ, Archiduces Austriæ, ex Caroli IV. Viennæ Anno 1366. Sigismundi, Pragæ Anno 1437. concessa immunitate, & præcipué Caroli V. Augustæ Anno 30. confirmatione, æquiparari volunt. Quibus, præter alios, Suevicum Circulum se opposuisse, & Cameram diversis vicibus processus, Inhibitiones & Mandata contra eos decrevisse, multis præjudiciis demonstratur; An jure vel injuria adhuc sub judice lis est? Nostra quæ sit opinio disputanti declarabitur.

Meminit hujus privilegii domus Austriacæ *Mynsing. d. cent. 5. obs. 18. num. 1.* ubi in causis fractæ pacis Cameræ jurisdictioni nihil detractum esse subjungit. In Camera quidem etiam extra causam fractæ pacis Mandata contra Austriacos decretę fuêre in causa H. H. G. Z. F. contra H. F. E. Z. O. *Anno 68.* H W. V. H. contra eundem Anno 71. & arctior inhibitio cum Annexa citatione ad videndum sese incidisse in pœnam banni, 15. Febr. Anno 75. & in causa S. contra K. Anno 77. & alias sæpé D. W. contra A.

24. Hoc sané receptius, ab Imperatore Regalia Imperii majora, eiq; reservata, infeudando aliis concedi, *a* & á Principibus eadem præscribi posse. *b*

a) Sand.

a) Surd.conſ.127.nu.5. ex Caſtren. Roll. á Valle & aliis Borch.in c.unic.quæ ſint Regal.num.7.ubi ex Henning.Gœd conſ.2.n.5. & 6. in harum conceſſione clauſulam de motuproprio vel de certa ſcientia adjiciendam,n 13.notat b) c.ſuper quibuſdam, §.preterea ib.á temp.cuius non, &c. ext.de verb.ſign.ex Panor. Zoannet. de Rom.Imperio, n.37.Lancel.in templ.omn iud. l.1.c.1. ad verb.Imperator eſt mundi dominus,n.9.Borch. in d.c.unic.quæ ſint reg.n.20.Bald.de præſcr.2 part.5.princ.nu. 4.Cravett.de Antiquit. temp p.4.§ materia de ſingularitatis,n.72.verſ.Contrarium;Hier.á Mente tract.fin.reg. c.77.n.3.M. Anth.Pereg.de iure fiſc.lib.1.§.2.n.60. & ſeq.ubi hanc communem dicit, Ioh. Petr.ſurd.dec.1.n.10. & ita reſponderũt Alex.conſ.34.nu. 13.in fin.vol.6.Cravett.conſ. 615.Proponitur.n.15. & conſ.973. & 47. & conſ.983.num 8.verſ. Hoc amplius Schurff. conſ.71.pro clariori.num. 13. & ſeq cent 1.Mandel.conſ.62.num.34. & conſ.64.nu.91. Decian conſ.40 quæritur ergo,n. 58.vol. 4. Cacher.conſ. 3. nu.16.verſ. Sed quia prædictum Directum enim, *ut ex Bald.ſcribit, Iaſ.* Imperium quidem Cęſari reſervatur, utile autem præſcribi poteſt, *in d.l.Imperium, 3.num.20.verſ.aliter diſtinguit, ff.de juriſd. ſecut Mod.Piſt.conſ.4.num.28.vol.1.ait*, quæ in vim ſingularis privilegii Imperatoribus tributa, præſcriptibilia, quæ verò ei in ſignum ſuperioritatis conceſſa, inpręſcriptibilia ſunt.

25. Cum tam præſcriptione, *a* quám conceſſione, etiam Eccleſiæ factæ *b*.Imperio ſuperioritas reſervata intelligatur. *c*

a) Ex Panorm.Zoannet d.n.37. Borch.Iaſ. Modeſt. Piſt.theſ.praced.lit.B. alleg. heu. b) Veriùs enim, ſuperioritatem á concedente reſervatam intelligi, quamvis caſtrum Eccleſiæ dederit, *Bertrand.conſ.56.multæ ſunt,n.1. vol.6.ex Bald. Roland. á Valle conſ.nu 141. vol.2. Ant. Peregr.d.tract.de jure fiſci,l.1.§ fin.num.75.Cacheran. d.conſ.3.nu.6. & 10.cum ib citatis, & hanc opinionem Germaniæ, Italiæ, Galliæ, & Hiſpaniæ conſuetudine firmatam ait, Ioh.Petr.Surd.conſ.275. bene videtur,n.11.quamvis diverſum ſtatuat Mandel.conſ.62.quamvis n.14. & ſeq. & conſ.64.n.47.81. & ſeq.* maximè ſi in Romanam Eccleſiam alienatio facta ſit, *idem Mandel.d. conſ. 62.num 11. & ſeq.cui poſt Specul adſtipulari videtur Pacian. de probat.l. 2.c.43. num.26.* In ea tamen nihil ſingulariter quoad hoc, obtinere, rectiùs aſſerit Bald. *in l. Sed ſi hæc, §. ſi liberta, ff. de uſu voc.* cum reſpectu feudi, quod ab Imperio habet, non ejus mater, ſed vaſalla ſit; *uti Pontifices imperii Romani vaſallos eſſe dixit Bodin.de Rep.l.1 c.9.nu.* 136. *b)* In infeudatione enim ſemper fidelitas & ſuperioritas reſervatur, *§.fin.in quibus cauſ.feud. amitt. in uſ. feud.* & petere inveſtituram eſt cenſus & ſignum reverentiæ, devotionis & recognitionis, *Chaſſan.in Conſuet. Burg. Rubr. de fieff. §. 1.ad verb. On à la penſonne de ſon & c. num.3.Borch. de feud c.7.num.3. Hart. Hartm.pract. forenſ.2.obſerv. 11.tit.54.Vnde nec infeudatio propria alienatio eſt, c.1.§. 1.per quos fiat inveſtit.c unic.§. Si verò ibi, quod & ipſum, & c qual.ol m. poter. alien.in ul.feud.ib.Gothefr.ad verb. Alienare in princ.Cravett.conſ.894.Ius optimum,nu 4.Hartm.Piſt quæſt. jur.l.2.p.2.q.44 n.1. & ſeq. v. Menoch.conſ.37.num.3.* Diff. Bodin. *de Republ.l.2.c.6. & l.1.c.10.* qui, ut eo commodiùs ad ſtatum Ariſtocraticum Romanorum Rempublicam refert hiſce conceſſionibus Imperatorem ſibi in Imperio collegas & ſubditos pares effeciſſe, ſcribere non erubuit: haud attendentes, eos, quibus hujuſmodi Regalia conceſſa, non minus á Majeſtate Cæſaris, quám Vaſallus á Domino, diſtare, nimis autem abſurdé Vaſallorum Domini directi collectam, vel ſubditum parem quis appellabit, cum hunc illo minorem eſſe perpetua poſtulet feudi natura.

26. Unde, non obstante eo quod jus appellationis recipiendæ, supremæ potestati proprium sit, *a* olim á præfecto prætorio principali publicé lecta sententia: *b* hodie constitutione aureæ Bullæ ab Electorũ sententiis appellatio prohibita est. *c* Quo jure etiam nunc Electorem Saxoniæ, & Brandeburgensem, sine Imperatoriæ Majestatis læsione, *d* uti videmus. *e*

a) Adeó ut nullo tempore jus illud á Duce, Comite vel Marchione, ne ab illo ad Principem, cui subest, provocetur, pręscribi posse putet Covarr. *in relect. c. possessor. §. 2. n. 10. & pract. quæst. c. 4. n. 1. Mynſ. conſ. 24. n. 22. tex in c. venientes de iureiur.* & Principem, salva superioritate, jus appellationis recipiendæ, nequaquam á se abdicare posse, existimat Molin. *in Consuet. Paris. tit. 1. de fies. §. 3. gloss. 4. in verb. serment. de fauten. 18. fac. quod ex Bald. in auth. quas actiones, num. 14. vers. Ex his apparet, C. de SS. Eccl. notat. Ias. in l. Imperium, n. 20. ff. de iurisdict. non posse ullo tempore præscribi ius ad Principem non appellandi, quamvis ut ab Episc. ad Archiepiscopum non appelletur præscriptione quari possit, cum hoc supremæ potestati non cohæreat, v. in f. thes. 54. lit. B.* *b*) *l. 1. § 1. ff. de off. præf. præt. l. 3. C. de off. præf. prat orien. l. 1. § fin. ff. á quib. nõ appell. l. non licet præfecti, 17. ff. minor, l. á proconsulib. C. de appell. l. un. C. de sent. præf. præt.* & ejusmodi privilegic de non appellando concedi posse indicat text. *in ordin. Cam part. 3. tit. 284.* Und dieweil/ *v.* Es were dann/ *ꝛc.* *c*) *Aurea Bulla Carol. IV. t. 11.* quo tamen privilegia reliqui Electores usu contrario renunciarunt, *vid. Schurf. conſ. 29. cent. 3. n. 1.* *d*) Nec enim continuó is, quem Princeps extra provocationem subditis imperare patiatur, Principis collega dicendus, *secus atq; opinatur Bodin. de Repub. lib. 1. c. 10. n. 162.* *e*) Ducib. Saxonię quidem á Ferdinando Anno 1559. die 2. Maji, hoc privilegium specialiter confirmatum & renovatum fuit. Quod tamen nihil commune habet cum causis in prima Instantia ad Cameram pertinentibus, integra quippe in iis contra Duces Cameræ est jurisdictio, sicut Anno 94 ad instantiam M. K. contra A. D. C. S. D. N. K. G. betreffent Mandatum sine clausula de administranda justitia in Camera decretum fuit. An autem hoc privilegio de non appellando Nullitatis, quo quæstio sublata, controversæ quęstionis est? Negativam stylus approbat, *vid. Mynſ. cent. 4. obſ. 68. Gail. 1. obſ. 135. nu. 4. quo ipso se gravari existimant Saxones.*

27. An veró, vi supremæ jurisdictionis, Imperatori fas sit immunitatem á Collectis Turcicis pro placito petentibus indulgere, non levis est controversia? Et quidem, cum harum remissio universo præjudicet Imperio, *a* privilegia veró Principis in præjudicium tertii nequaquam interpretanda sint, *b* eam non, nisi justissimis ex causis, admittendam, opinor. *c*

a) Jura enim Regia non solúm pro sustentatione Regis, sed ad onera quoque publica supportanda, destinata sunt, *Luc. de Penn. in l. 2. C. de omn. ag. desert lib. 11.*
b) Cum nec adjiciendo clausulam motu proprio tertio præjudicare velle præsumatur, *argum. l. nec avus, C. de emuncip. lib. l. rescripta, C. de prec. Imp. offer post. Bald. Mynſ. conſ. 19 nu. 13. & seqq Menoch. conſ. 36. n. 59. & 65.* alteri enim jus suum auferre nulla juris patitur ratio, *argum. l. meminerint, C. unde vi, Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 7.*

quæst.7.n.71.& seqq ne quidem ex plenitudine potestatis, *magis communem ait Gabriel in Com.concl.de jure quæs.non tollend.concl.1. nu.1. Menoch.2.de præs.10.num.84. Gail.2.obs.56.n.1.& passim. Vasq.controvers.usu.freq.lib.1.c.1.num.7.Cravett.de antiq.temp.p.1.prin.in prin.nu.16.& seqq* quo respectu nomen absolutæ potestatis juri & justitiæ contrarium, & ad tyrannos remittendum, non inciviliter dixit Covarr. *var. Resol.c.6.n.8.* & eorum, qui Principem pro libitu contra jus dispensare, & mutare quadrata rotundis posse dicunt, insanientium magis, quám jurisprudentium loquelam non immeritó appellat Valasc.*de iur. Emphyt.q.8.n.34. v.omninó Arium Pinel.in rubr.part.1.c.2.nu.20.& seq.ad l.2.C.de rescind. vendit. D.Dauth.de testam. in explicat.l.ex imperfecto.4.C.de testam.nu.1.in addit.* c) *argum.l.auctore,4.C.de exact.trib.lib.10.l.fin. ibi utilitati publicæ, Cod.si contra ius vel util.publ.fac.notat.specul.p.3.lib.4.tit.de censib.§ nunc dicendum, num.9. Ias.in l.avus neptiis, num.8.& seqq ff de pact. Car. Tapia.in d.Rubr.de constit.princ.c.4.num.31. Ioh. Bapt.Plot. tract.de in lit.jur.§.1.numer.20.* & Principi jus non esse in perniciem subditorum quempiam oneribus eximere, ut alii onus ejus subeant, respondit Paris. *cons.70. Inhærendo, num.14.Cravett.cons.945. Dominus Blasius, num.3.& seq.& cons.851. Vtrum vires, num.7.* Et hanc sententiam aliquando Camera in causa F. contra E.R. secuta est.

28. Sicut autem hæc, de qua dixi, Imperatoris jurisdictio incommunicabilis est, ita jurisdictionis exercitium ejusdem Curiæ reservatur, *a* Ut de Ducatibus, feudisq́, Imperii majoribus in petitorio judicio, *b* definitivé pronunciare, *c* solius Cæsaris sit. *d*

a) Uti de Rege Castilliæ notat Covarr.*pract.obser.c.4.num.10.ver.cæterum, v.quibusdam negotiis.* Curiam autem Imperatoris intellige tam in Comitiis Imperialibus, auff Reichstägen/ quam in aula Imperatoris, am Keys. Hoff/ ins Reichs Hoffräht/ existere, cum & Consilium cum Cancellaria, quod in Aula Imperatoris habetur, Imperii sit, Archiepiscopoq́ue Moguntino, uti Archicancellario Imperii, juramento obstringatur. *b*) *Ord.Cam.p.2.tit.7.ib.* So einem Theil gentzlich vnd endlich abgesprochen werden sollen. Secus est in possessorio, *argum.verb.* gentzlich vnd endlich/ *& nos Ferrar.in for.libell.quo agit ad revoc.feud.gl.8.nu.71.in f.* & in feudis Imperii minoribus, cum in his ex prę ventione Cameræ jurisdictio fundetur, *attestante Gail.1.obs.29.num.3.& seqq.* & ita accipienda sunt prę judicia ab Harr.Hartm.2.*obs.prin.tit.54.observ.42.num.2.* relata. *c*) *d.ordin.Cam.p.2.tit.7.Gail.1.observ.1.numer.31.& seqq.* *d*) *tex.in c.unic.apud quem vel apud quos controvers.feud.fin.ib.FF.Ordin.Cam.d.p.2.tit.7.Vult.de feud.cap.2.lib.2.num.9.* Et memorabilis est epistola Sigismundi Imperatoris ad Concilium Basiliense, cum cum Henricus Dux Lawenburgensis & Fridericus de Ducatu Saxonię contenderent, quorum ille á Concilio Basil.litem definiri vellet, Feudalis, scripsit Imp.controversia per Dominum feudi ac pares Curiæ terminãda est, *post Cuj.in d.c.un.apud quem vel ap.quos Borch.de feud.c.10.nu.1.v.infr.th.30.lit.b.* Extra tamen Imperium causam hanc trahendi nequaquam Cæsari jus est, *d.ord.Cam.p.2.tit.7.in f.fac.arg.§. in causis appellationum ib. Ita tamen & §. sententiæ in f.de pace Constant.* Ex singulari enim privilegio status Imperii extra Imperium vocati se sistere non coguntur, *de quo Crantzius in Saxon.lib.10.c.38* ubi Comitem de Schwartzenburg/ hujus privilegii conservatorem esse testatur.

29. Quin-

29. Quinimó, licet vacante Imperio Comiti Palatino & Electori Saxoniæ totius Imperii cura incumbat, *a* attamen de feudis Principum, quæ Fahnlehen vulgó appellantur, quicquam decernere nequeunt; *b* Ipsumque Regem Romanorum, quamvis, ut perpetuus Imperii Vicarius, *c* mandatum cum libera habere, *d* omniaq; Imperatore absente, quæ ipse præsens facere posse censeatur, *e* de bonis tamen Imperii patrimonialibus, ad mensam Imperatoris deputatis, sine expresso ejus consensu, pro suo arbitrio alienando disponere posse, allquando in Camera in causa N. contra N. *f* vix probabile existimatum fuit. *g*

a) Ex Aur. Bulla Car. IV. tit. 5. de iurib. Com. Palat. & Duc. Saxon. Felin. in l. licet ex suscepto, nu. 3. de for. com. Vasqui. illustr. quæst. lib. 1. cap 22. nu. 1. & seqq. Schrad. de feud. p. 10 sect 3. num. 174. & seqq. Diss. Canon. *in Clem. Pastoralis de sent. & re jud.* qui vacante Imperio Pontifici Romano cognitionem causarum Imperii deferunt, *ex c. si fratrum ne sede Vac. Extrav. Ioh. 22. d. c. licet ex suscepto 10. ib. Panor. de for. comp. Clem. 1. de iureiur. c. venerabilem, 33. ext. de election. c. ad Apostolica, 2. de sent. & re jud. in sexto Rom. Sing. 417. & ib. Nicol. Pign. in addit. Bart. in l. 1. §. deniq, n. 5. ff. de aq. plov. arc. Bald. in margar. verb. Imperium, & in l. cum notissimi, § imó, C de prasc. 30. vel 40. annor.* *b) d. Aur. Bulla Caroli IV. tit. 5. de iur. Com. Pal. & Duc. Sax.* *c)* á lege i. electione & publico statuum omnium consensu, jurisdictionem non mandatum, sed ordinariam, suo, non alieno, jure habens, *arg. not. gloss. in l. more majorum verb. alieno, ff. de jurisd. & Alex. in rubr ff. de off. ejus cui mand. jurisdict.* ubi eleganter duplices notavit Principum Vicarios. Quosdam á Lege & ab ipsa universitate constitutos, qui locum absentis vel impediti vices sustineant, uti *Rex Romanorum Cæsaris, Archidiaconus Vicarius, Episcop. 1. de off. Archid.* qui unum cum Cæsare vel Episcopi censentur habere tribunal, *c. non putamus de consuet. in 6.* ut nulla consuetudine, qua ab una ad alium appelletur, induci possit, *c. cum Rom. de appell. in sexto Rol. á Valle cons. 75. in isto crimine, num. 17. vol. 3.* Quosdam verò ab homine, hoc est, ipso Principe, ex proprio motu, absq; legis perpetua provisione & necessitate constitutos, *de quibus, text. in l. 1. §. á prefectis, 4. ib. Mandatis Principis de legat. 3.* qui delegatam jurisdictionem habere censentur, *fac. not. Hart. Hartm. pract. foren. lib. 2. Miscel. c. 2. obser. 1. num. 4. de quibus dixi infr. th. 82. lit. a. & 114. & seq.* *d) arg. l. præsc. 12. ib. Bart. n. 4. Ias. num. 7. & seq.* C. *de transact. l. 1. in præf. de off. Procur. Cæs.* *e) argum. l. 2. C. de off. eius, qui vic. alic. jud. c. si Episcopus, 2. q. 6. fac. usitatissima illa in Recessib. Imperii & ordin. Camera repetita locutio.* **Wir oder in abwesen Römischer Königl/ꝛc.** adeó ut feuda Imperii majora Principum infeudare possit, *d Aur. Bull. Carol. IV. tit. 5. fac. ea quæ de Vicario Principis notat Roland. á Valle cons. 86. Illustris domina, num. 33. & seq. vol. 1. Ioh. Petr. Surd. cons. 281. de authoritate, num. 1.* qui vicarii potestatem ad reservata Principis extendit, *ibid. nu. 2.* quod tamen sine speciali mandato non admittit Natta *cons. 636. super controversia, num. 29. Farinac. lib. 1. pract. crim. q. 29. nu. 91. De consuetudine tamen testatur Decian. cons. 23. Nunc illustris, nu. 67. vol. 2.* Hinc contra Vicarium Cæsaris crimen læsæ majestatis committi, docet Hier. Gigas *tract. de crim. las. Majest. lib. 1. q. 15. Mynsi. cons. 44. num. 10.* *f) Ratione Concessionis*

sienũ á F. dum C. V. in H. esset, facta, quæ ab hoc redeunte rata habita non fuit. g) haberenim Rex Romanorum pleniſſimam poteſtatem tantúm in adminiſtrando, non alienando, *tex. in l. præses, 12. Cod. de transact. l. prohibere, 3. planè, ff. quod vi aut clam. arg. l. qui fundum, 7. §. si tutor. 3 pro empt. l. tutor. qui tutelam, 27 ff. de adm. & peric. tutor. addantur ea quæ notat. Pinel. ad l. 1. C. de bon. mater. par. 3. n. 37. Gail. obs. 72.* mandatumq; de libera adminiſtratione nunquam extenditur ad omninó perniciosa, *l. 1. §. 1. ff. de off. Procur. Cæs. l. Imperatores, 37. l. contra, 28. §. 1. ff. de pact. Ias. in l. pactum curatoru, num. 2. C. de pact.*

30. Nec in minoribus feudis, ſi Imperator Camerã *a* præveniret, diverſum ſtatuitur *b* adeoq; nuper in cauſa D. I. F. contra B. M. ratione feudorum Imperii M. licet B. Imperatorem F. de evictione teneri, prætenderet, *c* in aula Cæſarea pronunciatum, & F. immiſſio decreta, quæ deinde per Caſſationem Citationis in Camera confirmata. An jure hoc factum? Reviſorii judicii ſententia declarabit.

a) Quæ uti Cæſarem & Imperium, feudorum dominum repræſentans, pariter de his cognoſcere poteſt, *Gail. 1. obs. 29. num. 3. & ſeq.* *b)* *Gail. d. loc. n. 3. & ſeqq. Borch. c. 10. num. 4. de feudis,* cum Domini inter vaſallos de feudo contendentes, cognitio ſit, *c. imperialem, §. 2. verſ. præterea de proh. feud. alien. per Frider. Weſenb. conſ. 41. mortuo, nu. 39. & ſeqq. Iohan. Ferr. Mont. in uſ. feud. lib. 5. c. 1. verſ. ſi contentioſa ſit. Vult. de feud. lib. 2. cap. num. 10. laté Menoch. remed. 3 retin. nu. 377. & ſeqq.* *c)* Quo tamen caſu deciſionem litis potiús ad ordinarium, *per c. unic. de inveſt. in mar. facta,* vel pares curiæ, quám Imperatorem pertinere videbatur, *per tex. in c. 1 an apud Iudic. vel Cur. dom. & notata Vult. d. c. 2. num. 18.* Pro Imperatore veró facit 1. Conſtit. de pace Conſtant. *circa fin. verſic. Et ſi qua controverſia.* 2. Quod ſecundum communem Dd. opinionem in propria cauſa ipſe jus dicere, *c. 1. de pœn. in 6. ib. gl. ad verb. Punire Dd in l. unic. C. ne quis in ſua cauſa judic. v. Gail. 1. obs. 1. num. 18.* 3. vel ad minimum ſuis Conſiliariis delegare poſſit, *per notat. Iſern. in d. c. Imperialem, 2. præterea ſi inter de prohib. feud. alienat. per Frider.* 4. Cum & Conſiliarii Principum Imperii, vigore privilegii Auſtregarum, de cauſis ſuorum Dominorum recognoſcant. Quanquam inter hunc & illum caſum forſan diverſitatis non deſint rationes. Conſiliarii enim Principum á juramento ſpecialiter abſolvuntur. Pars quoque adverſa contrahos excipere, ſuſpectos recuſare, á decretis ſententiisque appellare poteſt, quæ in ſingula Conſiliariis Cæſaris vix conſiderari poſſe videntur, cum nulla á Cæſare ſit appellatio.

31. Ejuſdem abſolutæ poteſtatis & ſupremæ juriſdictionis ratione privilegiorum Confirmationes, *a* deq; eorundem validitate & invaliditate exortæ quæſtiones, ſoli Cæſari reſervantur, *b* Cameræ autem judicio haudquaquam ſubmitti arbitror. Quamvis huic inſinuari poſſe nemo inficietur. *c*

a) *Fac. text. in c. ſuffraganeis de Election. Bald. in l. final. C. de legib. Dec. conſ. 8. Gravia ſunt, n. 225. vol. 1. & conſ. 19. quoad primum, nu. 139. vol. 3. Cravett. conſ. 948. quia veritati, num. 35. Natta conſ. 636. Multa ſunt, num. 8 Menoch. in quarto reſponſ. cauſa Finar. nu. 48.* Licet contractuum confirmatio in Camera rectè petatur per ea

quę docet *Gail. 2. obs. 1. & 2. obs. 102. num. 16.* cum hæc á quovis ordinario judice, qui aliâs super contractu judicaturus, fieri possit, *l. si quis spontaneos, 59. C. de decurion. lib. 10. l. cum hi, §. transactiones, ff. de transact. Alex. cons. 3. consideratis his vol. 5. Rol. á Valle cons. 24. quod excellentissimus, n. 11. vol. 4. Decian cons. 32. Primò n. 75. vol. 3. Octav. Simoncel. tract. de Decret. cator. solennit. minor. lib. 2. tit. 6. Inspect. 10. n. 105. in f.* b) *arg. l. ex facto, 43. ib. Iaf. n. 4. ff. de vulg. & pupil. substit. c. inter alia ib. ut igitur ext. de sent. excommun. c. 1. de post pralat. ib. gloss. ad verb. interpretatus, c. 1. ib. CC. de confirm. util.* ejus enim est interpretari, cujus est condere, *l. omni invocatione, C. de SS. Eccles. fin. C. de ll.* quamvis de causis privilegiorum, haud secus uti, quivis ordinarius, cum de privilegii substantia non dubitatur, & quatenus privilegium non jus Principis, sed alterius concernit, *Abbas in c. cum venissent, num. 3, de judic. Wesenb. cons. 56. n. 8.* Camera agnoscere possit, *Gail. 1. obs. 1. num. 7. & 13. Lud. Schrad. in l. admonendi, nu. 35. v. Porrò licet de jurejur.* c) Docet quippe quotidianus Cameræ stylus Cameræ uti judice ordinario, privilegia præsentari, & ut exemplentur, insinuari, cum exemplatio apud judicem ordinarium impetrari soleat, *c. fin. ib. gloss. de fide instrum. qua substantia privilegii nihil additur neque detrahitur, uti ex clausula vulgari accepta insinuationis apparet.* **Vorbehaltlich des H. Reichs Ober- vnd Gerechtigkeit/ Auch männiglich** Interesse **vnd Einrede/ dargegen jederzeit vorzubringen/ so viel recht/ hierinit angenommen/ darüber dergestalt Vrkundt erkandt.** Nobilium tamen & privatorum privilegia Camera haudquaquam insinuari docet, *Gail. 1. obsrv. 1. num. 10.*

32. **Nec diversa causa est Legitimationis naturalium,** *a* **famæ restitutionis,** *b* **Concessionisq; veniæ ætatis,** *c* **quæ solummodo in aula Imperatoris legitimé petuntur.** *d*

a) L. 3. & t. t. ff. de natal. restit. Novel. 89. c. 9. Gail. 2. observat. 141. & in eo lapsus videtur D. Frid. Mindan. *de proceff. Cam. lib. 1. c. 12. n. 3.* qui etiam Camerâ super petita confirmatione legitimationis, modo bene narretur, deferre opinatur: ad quod similiter nec attendisse videtur, *Menoch. cons. 799. nulla est, n. 29 quatenus scribit, ita in Camera observari, ut in legitimationibus semper apponatur Clausula sine præjudicio eorum, qui successuri sunt, allegando, Gail. 2. obs. 142.* b) Est enim & hæc de reservatis Principis, *Cacher. decis. 101. num. 2. Odd. de restit. in integr. q. 92. num. 91.* quo jus Imperator cuilibet Magistratui in seditione rusticorum specialiter indulsit, **Reichs-Abschied zu Speyer Anno 1526. auffgericht/ §. Vnd wiewol/ v. supra obs. 11. lit. g.** c) *l. 1. & t. t. C. de his, qui ven. atat. impet.* Sicut Carolum Lotharingiæ Ducem, Postulatum Episcopum Metensem, indultum veniæ ætatis ad consequendam investituram & administrationem Episcopatus, superioribus annis in aula Imperatoris Pragæ impetrasse, constat. d) Sunt enim de reservatis Cæsaris Cameræ non communicatis, uti de Parlamentis Galliæ; quod manus ad reservata Regis apponere non possint, notat Nicol. Boër. *in tract. de author. magni Consilii, num. 173.*

33. **Separatam quippe ab illa reservata, incommunicabili Cæsareæ Majestatis, de qua hactenus, jurisdictionem habet Camera Imperialis, cum hæc ab Imperatoribus & Statibus eo fine potissimum institu-**

ta,

ſit, ut in appellationum, & quæ aliâs ex Legibus Imperii ad Imperatorẽ deferuntur, cauſis, privatarumq; litium deciſioni *a* præeſſet; Ordinariaque, *b* non autem abſoluta Cæſaris juriſdictione uteretur. *c*

a) Cum enim olim ante inſtitutum judicium Camerę, litigantes Imperatorem, ejusque curiam, **Hoff-Burg- vnd Landgerichten** magnis ſumptibus & expenſis ſequi tenerentur; Imperatorque hujuſmodi controverſiis privatorum decidendis implicitus, publicis Imperii curis minus incumbere poſſet, é re ſubditorum, totiusque Imperii fore exiſtimatum eſt, Imperiale Prętorium, ſub Cameræ nomine, inſtituere, in quo vice Cæſareæ Majeſtatis & Statuum de cauſis litigantium cognoſceretur, *uti refert Buchſius in vita Bertoldi Archiepiſcopi & Elect. Moguntini, authoris hujus ordinationis, meminit Saylerus de perſon. Cameral.* Similem eſſe conſtitutionem in Regno Caſtellæ refert Covar. *pract. quaſt. c. 4. num. 10. verſ. Cæterum.* *b*) *Mynſing. conſ. 24. Nobilium num. 2. & ſeq.* Lege Imperii & Imperatoris commiſſione ei tributa, quæ juriſdictionem ordinariam conferunt; *Ferrarienſ. in ſum. libell. in actio. Confeſſ. gl. 7. verb. plenam & omnimodam nu. 10. Menoch. de præſumpt. lib. 7. præſ. 17. nu. 8. 23. & 38. Gail. 1. obſ. 41. n. 5. & 6.* Unde auditores Papæ & Principis ordinarios cenſendos *poſt Bald.* ait Jaſ. *in l. more majorum, nu. 52. ff. de juriſd.* & ſimiliter Senatum Pedemontanum Ordinariam habere juriſdictionem ſcribit Theſſaur. *in præfat. deciſ. nu. 34.* *c*) de qua hactenus egimus, eamq; á Cæſare nemini communicari diximus.

34. Hujus autem Ordinariæ juriſdictionis poteſtate, vice Cæſareæ Majeſtatis jus dicendi facultatem conſecuta eſt, *a* ut nulla ab ejus ſententiis ne quidem ad Cęſarem, *b* multoq; minus ad Pontificem permittatur appellatio; *c* Reviſorio ſaltem judicio Imperatori cum ſtatibus relicto. *d*

a) *Ordin. Cam p. 2. tit. 27.* Unde & Mandata, Sententiæ, Decreta, ſub nomine & ſigillo Cæſareæ Majeſtatis ibidem emanare videmus. *b*) *arg. l. 1. §. fin. ff. quis á quo appell. fac. tit. ord. 35. part.* **Daß dem Cammergericht ſein ſtarcker Lauff gelaſſen werden ſoll** / *& part. 3. tit. 5.* Uti nec Cæſar cauſas pendentes ad ſe avocare poterit, cum per modum contractus conſenſerit, *Gail. 1. obſ. 41. nu. 3. & ſeq.* *c*) Unde cum olim quidam etiam in cauſa pia & tutelari á Camera ad Pontificem appellaſſet, ut contemptor juriſdictionis Imperialis in 100. marcas auri puri, cum refuſione expenſarum, condemnatus; diverſisque vicibus appellantibus, appellationesq; petentibus refutatorii cum commination pœnæ, in Camera dati ſunt, *vid. Sailer. in Sent. Cam.* non aliter atque decreto Senatus Pariſienſis læſæ Majeſtatis rei judicati, qui á Lege per Regem lata Papam appellant, *Coſtald. ad l. de quibus, ff. de ll.* *d*) *Secundum formam Ordin. Camer. part. 3. tit. 55. præſcriptam, Gail. obſ. 153. & ſeq.* Quatenus autem pendente reviſione executionis punctus in Camera ſuſpendendus ſit, lapſo Anno 600. in Deputationis receſſu deciſum eſt, *vid. Gail. 2. obſ. 154. & 2. obſerv. 47. num. 9. Mynſing. cent. 1. obſ. 48. Sichard. in cauſis contract. conſ. 1. nu. 9. & 10.* Quibus remediis contra Cæſaris ſententias veniri poſſit, v. declaratum á Joh. Dauth. *de teſt. num. 36. f. (mihi) 68.*

35. Num vero Cameræ, quoad Cæſarem ipſum, privativé, in ci-

vilibus causis, jurisdictio tributa sit, controverti solet, Concurrentem jurisdictionem Cæsari tribuit Gail. *a* Contrarium tamen tenenti rationes nequaquam deesse videntur. *b*

a) *Gail. 1. obs. 29. num. 3. & 1. obs. 121. num. 3. pro quo fac. text. in ordin. Cam. part. 2 tit. 9. §. 1. ib.* Durch die Keys. Majest. *& passim eodem tit. contra Gail. disput. Schrad. tract. feud pag. 10. sect. 1. num. 128. & sect. 3. num. 72.* *b*) 1. quod Imperator per viam contractus, in civilibus præsertim contentiosis, jurisdictionem in Cameram universaliter transtulerit, *ipso Gail. teste 1. obs. 41. tex. in Ordin. Camer. part. 3. tit. n. ult. §.* Solches alles / &c. Vigore autem contractus jurisdictionem transferens quo ad se quidem eam privativè contuliss censendus est, *ex Cravett. cons. 411. num. 31 & 33. Menoch. l. 2. præs. 18. nu. 23. v. onf. th. 67. in lit. b. 2.* Specialiter Imperator causas majorum feudorum Imperii suæ jurisdictioni reservavit, *ordin. Camer. p. 2. tit. 7.* In aliis itaque á se abdicasse censetur: Reservatio enim unius inducit abdicationem cęterorum, *l. quæsitum, 12 §. idem respondit 42. ib. nam hæc, ff. de instr. vel instrum. leg. l. cum prætor, 12. de jud. 3. fac. ratio fundationis, de qua dixi, supra th. 33. lit. a. 4.* argumentum sumitur, *ex Ordin. Camer. p. 2. tit. 35.*

36. Est autem ordinaria Cameræ jurisdictio in omnes Imperii Romani subditos, tam mediates, quám immediatos universalis *a* in alios potissimum in appellationum, *b* aut simplicis querelæ causis. *c* Idq; in Civitatibus Imperialibus planiús; cum Camera in hos directo, & sine ullo intermedio jus dicendi facultatem habeat; *d* quamvis sint quædam, quarum sententiæ ad eam directo non devolvantur. *e*

a) *Ordin. Camer. part. 2. tit 27.* *b*) *Ordin. Camer. p. 2. tit. 1. & tit. 18.* Sed si fortè civitas mediata á Principe suo superiore conveniatur, tunc Camera prima instantia adeunda est, *Gail. 1. obser. 1. num. 18. Mynsing. 5. obs. 1. num. 1.* *c*) *d. ordin part. 2. tit. 27.* *d*) Cessat enim in iis privilegium primę instantiæ, der Außträg / *Gail. 1. observat. 1. num. 20.* *e*) Quæ apud alias civitates partes de sententia, quam tulerunt. cognosci patiuntur; magis tamen in vim consultationis & prorogatæ jurisdictionis, quám appellationis, cum hæc ad superiorem, non ad parem dirigi soleat. Unde est quod hujusmodi civitates appellationem recipientes, nec Compulsoriales, nec inhibitiones decernere, nec exequi possint cum par in parem non habeat Imperium, *l. 4 ff. de recept. arbit.* sed quæcunque ejus generis requiruntur, ea in Camera impetrantur.

37. In certis verò causis etiam Principibus Imperii in prima Instantia ibidem jus dicitur, uti sunt fractæ pacis, *a* Religionis. *b* Pignorationis, *c* Arrestorum, *d* Litigiosæ possessionis. *e* & similium. *f*

a) *Ordin Camer. p. 2. tit. 9. §. 2. ib.* Hoch vnd Nidere / *Gail d. 1. num. 2. & obs. 3. num 1. & de pace publ. l. 1. c. 11. nu. 1. & seqq.* *b*) Reichs Abschied zu Augspurg *Anno* 55. auff gericht / Wir befehlen vnd gebieten auch / *Gail. 1. obs. 2. c.* *c*) *Ordin. Camer p 2. tit. 22. Gail. d. l. 1. num. 6. & obs 8. num. 1. & de pign. obs. 21. num. 1.* *d*) *Gail. d. observ. 1. numer. 6. & de arrest. c. 11. nmuer. 1.* *e*) *Ordin. Cam. p. 2. tit. 21. Gail. d. obs. 1. nu. 14. & obs. 6. nu. 1.* *f*) Omnibus causis, in quibus

bus mandatis sine clausula locus est, hæc enim Cameræ jurisdictionem immediatè fundant, *Ordin. Cam. part. 2. tit. 23. Gail. d. 1 obs. 1. nu. 5. & obs. 13. n. 6.* & quando res, de qua controvertitur, non in jure actionis, sed mero judicis officio consistit, ut est Ordinatio & confirmatio tutorum, item causa alimentorum, &c. *Cum privilegium primæ Instantiæ* der Außträg/ *strictè juris sit v. Gail. d. obs. 1. n. 54. & 1 obs. 29. & Christi á Stras. cons. Germ. 24. n. 9. & seqq. tom. 3.*

38. Quia alias omnes, tam Ecclesiastici, *a* quám Seculares, regulariter in prima Instantia privilegio der Außträg/ *b* non sine justa ratione utuntur. *c*

a) Cum & hi ratione bonorum feudalium, privilegiorum, & regalium, quæ ab Imperio habent, ejusdem veri status sint, *Gail. 1. obs. 30. nu. 1. 4. & 6. obs. 37. nu. 10. Fulr. de feud. c. 5. num. 7. vers. Alias etiam inf.* & privilegiis Statuum fruuntur, *Gail. de pace publ. l. 1. c. 8. num. 6. & seqq. ut infr. thes. in lit a.* b) Tam si se invicem conveniant, juxta præscriptum Ordinationis Cam. *part. 2. tit. 2. & seqq.* c) Ut se Principes, Carolo V. in Augustanis Comitiis Anno 48. renunciationem hujus beneficii, efflagitanti, non sine causa opposuerint, aliâs quippe longé deterioris conditionis efficerentur mediatè imperio subjecti, cum his duę vel tres concedantur Instantię, ut ex communi beneficio non deducta deducendi, non probata probandi (*de quo Gail. 1. observat. 128. num. 8. Menoch. cons. 358. nu. 17. & fusè Mascard. de probatis. concl. 118.*) in anteriori per injuriam omissa, in posteriori, appellationis scilicet instantia, reparare & deducere possint, quo sanè beneficio Principes per abdicationem privilegii der Außträg/ satis inique spoliarentur; Et hac ratione ejus der Außträg/ in Principibus receptum esse, *non illa de qua Gail. 1. obs. 1. num. 17. quar.*

39. In Ecclesiasticis quidem & Spiritualibus causis Cameræ uti judicio seculari nullam esse jurisdictionem, generaliter obtinuit. *a* Hinc est, quod de crimine hæreseos, *b* adulterii, quoad separationem thori, *c* Simoniæ, *d* causis matrimonialibus, *e* & similibus *f* non agnoscat.

a) Ad Ecclesiasticum quippe hæc referuntur forum cum quo secularis jurisdictio confundi vetatur, *Ordin. Cam. p. 2. tit. 1. c. decernimus, c. quanto extr. de judic. Vant. de Nullit. ex defect. jurisdict. ordin. num. 54. & seqq.* b) *c. ut inquisitionis, §. prohibemus de hæret. in sexto, c. ad abolendam, c. excommunicationem, extr. de hæret. Tiber. Decian. in pract. criminal. l. 5. c. 25. & seqq. Farinac. in pract. Crimin. l. 1. tit. 1. quæst. 8. nu. 127.* c) *c. tua 5. ib. si vero extr. de procurat. Schenck Baro in Progymnas. fori. l. 1. tit. 2. num. 37. Covar. de matrim. p. 2. § 6. n. 14. ubi hanc communem dicit, & in Epit. de sponsal. 7. § 6. nu. 8. Farinac. d. loc. n. 130. & 148. Mynsi. cons. 43. n. 34.* d) *gloss. in c. cum sit generale, de foro compet. ex Claro in § Simonia, vers. Hoc crimen communem refert Farinac. d. loc. num. 128.* e) *Si de jure & viribus matrimonii quæratur, text. in c. multorum, 35. q. 6. c. accedentib. de Exces. Prælat. c. 1. de consang. & affinit. in pr. Specular. l. 2. p. 1. Rubr. de compet. jud. adit. § Generaliter, 1. nu. 1. Covarr. de matrim. p. 2. c. 3. § 12. num 1. & seqq. fac.* Memorial vom Jahr 70. *ubi Assessoribus injunctum fuit.* Daß sie sich der matrimonial Sachen entschlagen sollen/ *v. Ordin. Camer. p. 1. tit. 9. maxime. vers.* Wann auch der Keyser/ *Gail. 1. obs. 112. n. 17.* Quatenus autem causæ

matrimoniales inter Spiritualia negotia referendæ & Principes seculares de iis statuere possint, *vid Pacian. 2. de probation. c. 3. n. 43. Cels. Hug. cons. 38. n. 4. & seqq. Hermann. cons. 108. nu. 2.* f) Uti Electionum, Postulationum, Provisionum, Canonicatuum Decimarum, Patronatus, &c. *vide Covarr. pract. q. cap. 31. n. 2. sub. vers. Prima conclusio Vant. de Nullit. ex defect. jurisd. ord. num. 54. Farin. d. prax. crim. l. 1. tit. 1. quæst. 8. nu. 20.*

40. Diversa causa est quæstionis Usurarum, *a* absolutionisque juramenti ad effectum agendi, *b* cum in his, ex Constitutionibus Imperii, Camerę jurisdictio sufficienter fundetur, ut Civilia negotia per se ad Cameram pertinentia, ob adjectionem juramenti, judicibus Ecclesiasticis remitti, nulla exigat necessitas. *c*

a) Reichs Abschied zu Augspurg im Jahr 1509. 39. & 48. *tit.* Von Wucherlichen Contracten. Et judicem secularem de jure communi in causis usurarum sive de jure, sive de facto quæratur, cognoscere posse verius existimat Farinac. *lib. 1. tit. 1. q. 8. num. 140. ubi num. 134. & seqq. diversas de eo cumulat Dd. sententias. Et hanc quoq; sententiam amplexus est Covarr. 3. var. resol. c. 3. nu. 1. Molin. de usur. n. 87. & seq. & n. 155.* & exstant præjudicia quod causæ Usurarum ab officialibus ad Cameram devolutæ sint, ut in causâ F. contra H. Anno 92. *b*) *Ordin. Cam. p. 1. tit. 27.* quod & juri communi convenit, quo Sacramentorum dispensiones à Prætore fiebant, *l. fin. ff ad municip. l. fin. ff. de re milit. & eligere, § fin ff. de jure patron. v. Gail. 1. obs. 25. Schenck Baro in Virid. concl. 69. Bodin. de Republ. l. 3. c. 3. Duar. l. 1. de Eccl. c. 1. & 5. post. Petr. Greg. in Syntag. jur. part. 3. l. 50. c. 12. Ioh. Dauth. de testam. n. 93.* CC. tamen & Dd. plerique hanc absolutionem solummodo á judice Ecclesiastico petendam esse, putant, *Steph. Aufrer. de potest. Secul. in Eccl. Reg. 4. n. 7. vers. 7. Sed videtur Covar. variar. resolut. 1. c. 4. n. 5. & in c. quamvis, p. 1. § 3. n. 8. & seq. de pact. in 6. Farinac. loc. num. 143.* c) Secus atq; pleriq; Dd. existimarunt, *Iason. in l. quoties quæstum, & seq. C. de judic.* Adeó ut etiam tunc cum judex Ecclesiasticus jurantem absolvit, causam principalem, si ea secularis sit, ad Cameram remittendam esse, verius existimarem, *per l. 1. C. ad exhib. Castrens. in l. ordinarii, n. 4. C. de rei vindic. Covarr. 1. var. resol. 4. n. 8. & hanc sententiam ex Afflict. & Osasc. in practica præferendam scripsit Farinac. d. loc. n. 144. vers. horum tamen opinionem. v. Nevizan. in sylv. nupt. l. 4. num. 59. & seq. Contrarium tenent Dd. communiter, teste Covarr. d. c. 4. nu. 7. & seq. Marant. in ord. jud. part. 4. dist. 11. n. 14. Foller. in addit.*

41. Et generaliter quidem, quando in causis Ecclesiasticis de facto, quæstio juris, non præjudicialis, *a* incidit, Cameræ jurisdictio est. *b* Unde in possessorio *c* de Decimis, *d* jure patronatus, &c. *e* rectè pronunciat. *f*

a) Secus si incidens quæstio præjudicialis, *arg. l. fundum, 26. l. fundi, 18. § fin except. c. suam extr. de orig. cognit. lator præsentium extr. qui filii sint, leg. Bertrand. sup. 217. num. 17. vol. 3. p. 2. Contard. in l. unic. C. si de mot. possess. fuer. appell. limit. 15. n. 14. v. unic. de Francis decis. 512. Zas. in l. quoties, n. 13. & seq. C. de iudic.* Unde si in possessorio titulus principaliter justificandus, ad Ecclesiasticum causa remittenda est, *juxta Menoch. retin. nu. 328. & seq. v. Mynsing. cent. 1. obs. ult.* qui hujus remissionis pra-

præjudicia Cameralia posuit, quæ tamen cum ante Constitutionem pacis religionis, quæ hodié Ecclesiastica jurisdictio suspensa est, contigerint, ideó parum ad præsentem Imperii usum, conferunt; & in facto remissio ad judicem Ecclesiasticum Anno 95. in causa H. S. E. contra H. S. E. 12. Novembr. denegata fuit. *b*) Cum quæstio facti nihil habeat spiritualitatis. *Communem pronunciat Alex. in l. Titia ff. sol. mat. Iaf in d. l quotes, nu. 6. C. de judic. Vant. de Nullit. ex defect. jurid. Ordin. num. 54. v. Quamvis si esset, Aufrer. d. tit. de potest. Secul. in Eccl. Reg. 4. nu. 12. v. octavo fallit. Costal. in Rebuff. de sponsal. & hanc veram magis receptam ait Menoch. remed. retin. 3. n. 335. Farin. d. p. 1. q 8. n. 25.* *c*) *possessorium enim magis facti quám juris, arg. l. 1. § 3. l. naturalis, § 1. l. possessionem, 29. de adq. poss. l. deniq, 19. ex quib. caus. major. Et in novo possessorio hoc obtinere voluit Thesaur. dec. & seqq. ubi ita sæpé fuisse judicatum refert.* In possessorio tamen adipiscendæ judicium veré pertinere ad Ecclesiasticos *tradit Guid. Pa. q. 1. Menoch. 15. Remeg. Recupor. num. 235. & cons. Diffinition. 7. & 8. Crav. cons. 10. Tessaurumq; contrariantem improbat Farin. d. prax. crim. q. 8. n. 23. v. sublimit. secundo.* *d*) *Gail. 38. Aufrer. d. l num. 23. v. Decimonono fallit, costal. in d. rub. ff. de sponsal. in f. v. Covarr. pract. obs. cap. 35.* *e*) *Gail. d. lib. 1. obs. 38. n. 6. & seq. Aufrer. d loc. num. 25. vers. Vigesimo primo fallit. Tessaur. dec. 82. Mynsing. obs. cent. 2. & 5. observ. 93. num. 7.* *f*) Dummodo inter Laicos, vel ab Ecclesiastico actore contra Laicum lis moveatur; aliâs si inter Clericos solos quæstio sit, judex Secularis, in possessorio competens censetur judex, cum non tam causæ, quám personarum ratione judex incompetens sit, *ut rectè animadvertit Covar. d. pract. q. 35. Menoch. d. Recuper. n. 423. & seq. & d. remed. 3. retin. n. 324. & seqq. post Vrs. l. Farin. d. loc. num. 23. v. sublimitata secundo.*

42. Eademq; ratione de quæstionibus matrimonialibus meri facti, a nullitatis processus, *b* possessoris, *c* quandocunq; causa conjugii non inter ipsos conjuges, sed alios, puta filium & extraneum, vel inter unam conjugem & filium, incidenter ventilatur, etiam de incidenti matrimonii jure ibidem rectè disceptabitur. *d*

a) Puta si Titia in Mævium maritum de dote formulam intenderet, & Mævius Titiam uxorem esse neget, hîc rectè á judice seculari an matrimonium contractum fuerit, inquiritur, *Costal. in d. Rub. ff. de sponsal. Covarr. de matrim. p. 2. c. 8. § 12. num. 10. Farinac. d. q. 8. num. 150.* Sic an pendente lite sponsa duorum sequestranda sit rectè decernit *Gail. 1. obs. 112. num. 15. & seq.* *b*) Cum judex secularis de nullitate sententiæ ab Ecclesiastico latæ, cognoscere possit, *v. in terminis causæ matrimonialis Mynsing. cons. 6. num. 15. & per 10.* *c*) *tex. in c. causam, quæ inter ceter. qui filii sint legit.* conjuge enim violenter & de facto thoro expulsâ, rectè ad possessionem matrimonii redintegrandam, possessoriis remediis in foro seculari uetur. *Joh. Ignat. in Repet. necessarios, § non alias. ff. ad Senatusconsultum Sylvanian. n. 76. & seq. Menoch. d. Remed. 15. p. 212. Tessaur. dec. 117. nu. 4.* *d*) Utrum matrimonium unquam inter aliquos contractum, an validum, vel nullum, num contrahi potuerit nec ne, inquiratur, quo consequenter an filii sint legitimi & successibiles, apparere possit, *Afflict. decis. 219. num. 5. Capit. dec. 7. num. 2. uti communem asserit. Vincent. de Franchis decis. 36. num. 12. & 3. Fred. de Senis cons. 96. v. Sed dicebat, Menoch. cons. 367. duo sunt, n. 24. & 37. Dec. cons. 5. n. 2. vol. 5. Amad. de Ponte in quæst.*

quis.

quis sit judex feud. num. 122. fac. Ioh. Baptista Asin. in prax. iudic. p. 2. § 1. cap. 151. Licet enim hæc quæstio incidens, juris sit, *ut eam quoq; Ecclesiasticum remittendam esse. spondeas Bertrand. cons. 217. part. 9. quæst. nu. 17. vol. 3. part. 3.* attamen cum non decidat causam matrimonii inter conjuges, nec ad hunc finem tractetur, nec essentia matrimonii per judicis Secularis decisionem lædatur, spiritualis causa dici nequit, *juxt. Arnal. Albert. tractat. de agnosc. assert. Cath. & Haret. q. 8. n. 51. quem sequitur Farina. d. q. 8. nu. 150. v. Limita secundo, & ab hoc non allegatus Bart. in d. l. Titia. n. 3. ff. solut. matrim. cujus temperamentum approbatum ait Costal. in d. rubr. ff. de sponsal. ne dissolut. matrim. cujus temperamentum approbatum ait Costal. in d. rubr ff. de sponsal. nec

anſ. in ord. 59. Caſus coram, n. 2. & ſeq. quicquid in contrarium moliatur, Captivus, deciſ. 137. num. 12. & ſeq.

44. Et hactenus de Imperatoris tam reſervata, quám ordinaria Cameræ communicata juriſdictione: á qua diſtat ea, quæ Statibus Imperii in ſuis provinciis perpetuó *a* conceſſa; *b* Illa generalis, hæc ſpecialior, certisq; limitib. incluſa. *c* Communiter jus ſuperioritatis, die Landsfürſtliche Obrigkeit / appellatur; *d* adquiriturque tandem Principatu, *e* cui adhærere putatur, *f* inveſtitura; quam in numerum Statuum cooptatione, *g*

a) *Cum olim ſecus eſſet, ut dixi in f. th. 130. lit. e.* *b*) Quo eos ſibi Imperatori devotiores redderet, *Car. Tapia in d. rubr. ff. de conſtit. princ. c. 4. in prin.* & ipſi eo diximus orbem Chriſtianum contra hoſtes tuerentur, *Ferrarien. Montan. in uſu feud. c. 1. v. Caterum rebus lib. 1.* Majeſtasque Imperii magis redderetur manifeſta: quanto enim quilibet præeſt majoribus; tantó major & honeſtior eſt, *Novel. de deiſ. Civit. 15. in pr.* *c*) Imperator enim mundi dominus; *deprecatio, ff. L. Rhod. dejact. ſupra th. 9. Principis certi territorii, l. fin. ff. de iurid.* *d*) Et eſt protectio, defenſioque ratione juriſdictionis territorii, univerſalis, *ſecundum gloſſ. in proem. ff. ad verb. ſanctionem, Iacob. Mandel conſ. 62. num. 2. & num. 40. verſ. nam ſuperius, & conſ. 64. num. 99.* *e*) eo enim ipſo, quod quis de Principatu vel Ducatu inveſtitur, jura quoque Ducis ſeu Principis conſequitur. *Vnde Ferrar. Montan. de feud. lib. 5. c. 7. v. Igitur, &c. eo ipſo, quod quis Rex ſalutatur, omnia quæ regia ſuppatiuntur, conſequi dixit, idemq;, Bald. in c. 1. quæ ſint regal. v. ultimo nota. Ægid. Boſ. Felin. aſſeverare, ait, Valaſcus de jure Emphyt. q. 7. nu. 34. licet ipſemet ab hiis recedat.* *f*) Unde jus territorii dicimus: arguunt & hoc noſtratum illa Landfürſt / Landsaſſen; ut hoc ſuperioritatis jure illud vulgatum Dd. juriſdictionem territorio inhærentem, *de quo dixi inf. theſ.* regulariter procedit, *cum Ducatus, Principatus perſonam poſſeſſoris afficere eamq; nobilitare dicantur, F. F. in c. 1. de feud. March. in c. 1. quis dicat. Duaren. in prol. feud. num. 119. & ſeq. Tiraq. de Nobil. c. 7.* *g*) Ut in civitatibus Libem Imperialibus uſu venit, quæ inter Status Imperii receptæ & libera in civitatem, ejusq; ſubditos juriſdictione donatæ, non minús in civitate ac Principes in ſuis dominiis jura Principis habere intelliguntur, *Gail. 2. obſ. 57. nu. 7. & in tract. de arreſt. c. 9. n. 1. Vult. de feud. c. 1. num. 7. v. aliis etiam lib. 1.* cum Status Imperii nomen non magis inane atque Principis eſſe debeat, ut de hoc Bald. *tr. de Schiſmat. in princ. num. 10. Decian. conſ. 40. quæritur ergo, num. 21. vol. 4. nullamq; urgentem video rationem, cur civitates juribus ſuperioritatis, quæ vulgó* Landt-Ober-vnnd Herrlichkeit *appellant, carere vel regalium incapaces dicendæ ſint: text. eſt in lib. de pace Conſtanc. verſ. Nos Romanorum v. volumus, ut non inconcinné poſt Bald. dixerit Dei, conſ. 18. num. 114. vol. 1. poteſtatem civitatem Regalibus utentium in dubium vocare, eſſe revangare mundum.*

45. Vigore autem huius perpetuæ juriſdictionis, conceſſionis *a* omnis omninó *b* in conceſſa ditione exerceri poteſt juriſdictio, quám Imperator in Orbe, *c* adeó ut Principes Imperii *d* gratiæ Dei ſuũ Principatum acceptum ferre videantur; *e* quod tamen á nemine, niſi eo, qui

solum Deum & Ensem recognoscit, proprié fieri posse existimant Chassanæus & Rebuffus. *f*

a) Diversum sané obtineret, si temporalis Principatus duntaxat concessus, *Rol. á Valle cons. 86. num. 20. vol. 1.* *b*) *Non quod Imperatori æquales efficiantur, ut dixi supra, thes. 25. lit. C. sed relatione habita ad subditos suæ provinciæ, in quos eandem vel similem, quam Imperator in universos, habere videntur jurisdictionem.* *c*) *Carpzov. quem ferè omnes secuti, cons. 34. super primo dubio, p. 2. Lud. Rom. cons. 59. ad discutiendum, col. 3. v. quinto videndum, Rol. á Valle cons. 88. volum. 1. n. 26. & seq. q.* Idq; de Principibus Germaniæ; (quos Baldus pro Regibus habet *in l. fi. de testam. mil.*) interminis posuit Modest. Pist. *cons. 14. num. 1. vol. 1. Henning. Gœd. cons. de aur. & arg. fodin. in ord. cons. 2. num. 4. Wesenbec. cons. 27. num. 29. Ioh. Dauth de testam. num. 56. de feud. C. de Regal. num. 7.* Ubi hanc communem & approbatam, magno tamen errore introductum, ex Jacob. testatur. *d*) Similiter & quidam Comites, so Gefürstete Graffen/ & Prælati Abbates q;, qui post Principes Imperii in Sessionibus collocantur. *e*) in suis rescriptis, epistolis & edictis, Wir von Gottes Gnaden/ *hoc autem quomodo in Duce Sabaudiæ accipiat, Menoch. vid. cons. 2. num. 104.* Ex olim non solùm Principes & Duces, sed & his inferiores eâdem intitulaturâ usos testatur Bodin. *de Republ. lib. 1. c. 10.* *f*) *Chassan. in Consuet. Burg in proœm. ad verb. Par la grace de Dieu. Rebuff. in Constit. reg. tom. 2. tract. Vti benef. ante vacat. art. 1. gloss. 1.* & Ludov. *c. 11.* Francisco Armoricorum Duci, ut hanc Inscriptionem suis detraheret rescriptis, jussisse refert Bodin. *d. loc.*

46. Regalia quoq; ejusdem superioritatis jure Principes in suis territoriis sibi vindicant; *a* nec non solùm ea, quę *in c. unic. quæ sint regal.* expressa, *b* sed & si quæ alia sunt, quæ ex usu recepto pro Regalibus habentur. *c*

a) Cum Regalia dignitatibus Regalibus, uti Ducatibus, Marchionatibus quasi contineantur, *fac. 1. in princ. de feud. March. Anth. Pereg. de jur. fisc. vubr. 2. de iis, qui iura fiscalia habent, num. 76. Cœpol. de servit. rustic. prad. c. 28. de portu, nu. 1. Ferar. Montan. d. tract. feud. lib. 5. c. 7. v. Igitur,* & hoc est, quod virtute & efficacia relationis tacitè Regalia tribuit, *ex Dec. cons. 123. num. 31. junct. num. 10. & 11. dicit Vult. de feud. num. 7. Vers. atq; possunt in fin.* Adeoque cum idem, qui jura superioritatis habet, plerunq; etiam Regalium dominus sit, hinc usu Germaniæ eadem permisceri videmus; Licet proprié loquendo differant; nec enim continuò, qui Regalia, idem jus superioritatis habet; *ut Borch. præscriptis Regalibus, jura superioritatis seu supremas jurisdictiones præscriptas non esse, in expl. d. c. unic. quæ sint regal. nu. 20. & Cravett. quædam Regalia apud civitates & oppida esse posse, sine præjudicio universalis jurisdictionis quam Princeps ibidem habeat, cons. 973. num. 15. rectè affirmavit: quo facit eleg. Ioh. Petr. Surd. decis. 288.* In facto quoq; ad L. H. C. & ad E. E. S. jure superioritatis pertinere, nemini dubium est; in utroque tamen est C. P. Regale Salvi conductus. *b*) tam majora quàm minora, *ex Castr. Rol. á Valle & aliis Borch. d. c. unic. quæ sint Regal. num. 7.* quoad majora tamen specialiter invstitura non expressa multi contrarium statuunt, *relati á Borch. d. loc. num. 9. & seq.* *c*) Ut hodie, sunt jurisdictionales merum & mixtum Imperium, *post Alciat. in c. quod sedem, num. 27. de offic. ord. Rol. á Valle cons. 42. n. 7. vol. 2. Menoch. de præsumpt. 97. n. 27. & seq. lib. 3. Cravett. cons. 701. num.*

tumultuarié, num. 46. & cons. 895. rei propositæ, n. 1. M. Authr. Peregr. de iure fisc. lib. in prin. n. 10. Vult. de feud. c. 5. n. 7. ver. Atq; hæc sint Regalia & plura esse Legalia, quám ea quæ in d. c. unic. recensentur, testatur quoque Cujac. in d. c. unic. & hunc secutus Vult. d. c. 7. vers. atq; hæc sunt.

47. Quinimó & jus famæ restituendi, *a* indulgendi delicta, remittendiq; pœnas capitales, *b* concedendi securitatem & salvum conductum bannitis, *c* Inducis moratorias debitoribus, huic universali territorii jura annexum putatur. *d*

a) Arg. l. 1. § fin. de quæst. l. Divi fratres, 27. 10. vel in integrum restitutio, ff. de pœn. l. 1. ibid. honoribus, l. generalis ibi. neq; integram, C. sent. pass. & restit. l. 1. § de qua autem, 10 ff. de post Bart. in l. infamem, nu. 13. ff. de publ. iud. Menoch. de arbitr. iud. q. l. 1. q. 93. n. 3. latissimé Odd. de Restit. in integr q. 92. art. 9. n. 91. & seqq Farinac. in pract. crim. l. 1. tit. 3. q. 17. nu. 1. vers. supra thes. 11. lit. G. & 32. lit. B. b) l. cum indulgentia, 10. & t. 1. C. de sent. pass. & restit. l. relegati, 4. in f. l. moris 9. § istæ feré, 11. in fin. l. Divi fratres, 27. l. ad bestias, 31 ff. de pœn. l. rescript. 7. in C. de prec. Imp. offer. l. 3. § fin ff. de off. proc. Cæs. l. 1. § ult. ff. de q. Decian. in pract. crim. l. 3. c. 35. nu. 45. & 94. Osasc decis. 101. num. 1. Thessaur. decis. 21. per t. Menoch. de arbitr. d. l. 1. q 92. communem ait Soarez. thes. recept. sent. P. ad verb. Princeps n. 275. multosq; in hanc sententiam allegat Farinac. d. l. 1. tit. 1. q. 6 n. 2. Surd. cons. 53. ex decreto, n 8. qui licet in supremo Principe loquantur, tamen hodie idem est in Ducibus, Marchionibus, Comitibus, &c. *Rol. á Valle cons. 4. n. 4. l. 3. Odd. tract de in integ. restit. l. 2. q 92. art. 2. n. 13 junct. art 9. num. 59. Farinac. d. loc. n. 7. qui de integra, quæst. sexta exactè hanc gratiandi, ut vocant, materiam examinavit, v. Bod. de Republ. l. 1. c. 10. num. 164. & seqq. c) d. l. relegati in fin. ib. Comeatumvé, ibi Bart. d. l. ad bestias, § 1. ff. de pœn Boër. dec. 197. n. 1. Dec. cons. 18. n. 120. volum. 1. Chassan. in consuet. Burgund. rubr. 1. § 4. vers. sur. les homines, n. 65.* fac. quod de Regis Hispaniæ Mediolani facta reservatione refert, *Bodin. de Republ. l. 1. c. 8. & 10* de cujus reservatis etiam nunc ibidem esse, testatur Menoch. *de arbitr. l. 1. quæst 81. num. 6.* juroque Imperii Principibus hoc jus competere non dubitari, *Farinac. d. loc. num. 10. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 4 cas. 356. num. 27.* & ab eo, qui jurisdictionem universalem habet, impetrari scribit Coler. *de process execut. part. 4. c. 1. num.* Licet & ordinarius justis de causis ad tempus securitatem reis concedere possit, *Menoch. 177. de arbitr. d. l. 1. q. 81. Farinac. d. loc. num. 81 & seq. d) vulgó* Anstandsbrieff oder Quinquennel/ *l. fin. C. qui bon. ced. possess. l quoties, 2. l. universa, C. de precibus Imp. offer. l. in fraudem, 54. § fiscalibus, 10. ff. de iur. fisc.* Reformation guter Policey / zu Augspurg Anno 1548. auffgericht / *sub tit.* Von verdorbenen Kauffleuten / *vers.* Und nachdem sie zu Zeit/ *Gail. 2. obs. 26. n. 4. Lancel. in templ. omn. iud. l. 1. c. c. 1. § 4. ad verb. Debitoribus dilationes indulges de quarum æquitate laté, Thessaur. decis. 286. nu. 2. & seq. Quod veró moratoria dilatio etiam á parte creditorum concedatur, vid. Benev. Strach. de decoctor. 6. p. n. 20. Paris. cons. 100. Certissimum, n. 3. vol. 3 Dan. Moller. 4. Senec. 6. n. 5. & 6.*

48. In bonis Spuriorum & sine hærede morientium succedere, *a* Judæos recipere, *b* Subditos collectare, ejusdem jurisdictionis potestate Principibus conceditur. *c*

a) *L. 1. Cod. de bonis vacant. lib. 10 l. quidam. 96. § quotes, 1. de legat. 1. Tiraq. tract. le mort saisit, &c. p. 2. declar. 15. num. 11. & seq. M. Anth. Peregr. de iure fisc. lib. 4. tit. 2. per tot. Boër. decis. 50. num. 14. Bertrand. cons. 276. n. 17. lib. 1. Myns. cons. 67. nu. 2. & cent. 3. obs. 91. Borch. in d. c. unic. quæ sine Regal. num. 67. v. Car. Tap. in l. fin. part. 1. c. 2. num. 49. de constit. princip.* b) *ex constitutione, Aur. Bullæ Caroli IV. tit. 9.* & Policey Ordnung/ zu Augspurg *Anno 48. sub tit.* Von Juden vnd jhrem Wucher/ vnd zu Franckfurt Anno 1577. verbessert/ *tit. 20. Ad quem verò modum iisdem usurarum exercitium permittendum sit, vid ibid. tit. 20. de iure communi, Thess. decis. 57. cum consiliis annexis.* Eos sané Legibus Christianorum Principum subjici, *ex l. Iudeæ. 8. C. de Iudæis laté Decian. in pract. crim. l. 5. c. 14. per tot.* á Laicis puniri, *c. in nonnullis, vers. Illud autem extr. de Iudæis, Tessaur. decis. 241. num. 2. & seq. Decian. d. c. 14. num. 2.* demonstratur; cum ipsi uti privati, nec Regem, nec ullam dignitatem habere possint, *l. ult. C. de Iudæ. Decian. in pract. d. l. 5. c. 13. num. 4. & seqq.* ut non immeritó Judæus quidam, qui se Regierer gemeiner Jüdischheit/ scripserat, Fiscali in duas marcas auri puri in Camera condemnatus fuerit. c) Collectæ enim Indictio superioritati & regalibus, *l. 1. C. de superin. d. l. 10. Triaquell. de iure primog. quæst. 69. num. 7 Ioh Gartz. de Expens. c. 12. num. 64. Cravett. cons. 195. n. 1. Menoch. cons. 32. num. 30. & 70. & cons. 983. nu. 26. Schurff. cons. 59. In præsenti, 26. cent. 1. Modest. Pist. cons. 9. n. 19. volum. 2. Wesenb. cons. 27. num. 20. 27. & seqq. & cons. 45. num. 8. & passim plurimo allegat Borch. de Regali. nu. 53.* vel jurisdictioni civili & Ordinariæ adhæret, *Cornæ. cons. 33. n. 2. l. 1. Natta cons. 636. n. 78 Cravett. cons. 662. Dubia, num. 10. Thomat. de Collect. in princ. 6. vid. Decian. cons. 41. num. 41. vol. 1.* ubi jurisdictionem vocat fundamentum onerum & Collectarum; eodem modo quo ex actione collectarum deprehendi locum vel villam solventem collectas esse de territorio seu jurisdictione civitatis, cui solvit, respondit, *Alex. cons. 35. Viso processu, n. 4. f. 4. Diversæ ab his sunt collectæ quæ ab Vniversitate exiguntur de quibus in f. th. 137.*

49. Sic Status Imperii Seculares, decimas, Novalium *a* percipere; *b* publicum tam Catholicæ, quám Augustanæ Confessionis, exercitium mutare, territorii jure possunt. *c* Cujus tamen vi subditos pacifice viventes, ad hanc vel illam Religionem amplectendam, *d.* vel ad emigrandum cogere, civili rationi repugnat. *e*

a) Quarum exactionem Clericos variis attentasse modis, jam olim suis gravaminibus in Comitiis Noribergensibus Statibus deduxerunt, *Hart. Hartm. 2. pract obs. tit. 35. obs. 10. num. 12.* b) tum quod ipsa bona deserta ac nunquam culta Principis sint, *t. t. de omn. agr. disert. l. 12. l. 1. C. de bon. vacant. l. 10. Valasc. de iure Emphyt. q. 8. num. 37. & 40. Mascard. de prob. concl. 1189. nu. 34. vol. 3.* tum quod Ecclesiæ parochiali nunquam quæsitæ, ut ex Const. Pacis Religionis Anno 55. *vers.* Dieweil aber etliche Stände/ earum restitutionem Ecclesiastici á Secularibus petere non possint, *fac. not. Covarr. 1. variar. resolut. 17. num. 13. in prin. & quæ not. post Abba. Menoch. cons. 73. nu. 9. Roland. á Valle cons. 15. nu. 25. vol. 1.* c) *Ex constitutione Pacis Religionis de Anno 55. vers.* Vnnd damit solcher Fried/ ꝛc. *& seq. & vers.* Nach dem aber. d) *d. constit. Imverii vers.* Es soll auch/ *fac. art. l. mora, 9. § interdici, 10. ibi. incivile, ff. de pœn. iunct. l. filius, 15. vers. nam quæ facta, ff. de condit. instit.* e) emigrationem enim liberæ voluntatis esse, verba d. Constitutionis

tionis in verſ. **Wo aber vnſere** / *ibi.* **an andern Orth ziehen/vnd ſich niderthun wolten**/ evincunt, uti quæ liberam voluntatem important, cum qui ad faciendũ quid compellitur, voluntariè facere proprié non dicatur, *arg. l. noviſſimè. 7. § 1. ib. quod ſi compulſus. ff. quod falſitu.* Ideoque eó magis, quod utique, ut Chriſtiani deterioris conditionis, quàm Judæi habendi non ſint, quos pacificé viventes expellendos non eſſe reſpondit Natta *conſ. 620. n. 22. & ante hunc Oldrad. conſ. 87. quæritur, & conſ. 264. Illa videtur per tot. cuius ſententiam ſequitur Alex. conſ. 99. viſa inquiſitione, nu. 14. vol. 6. & conſ. 13. Attentis, n. 23. vol. 7.*

50. Eadem ratione jus per vias publicas ſui territorii euntes redeuntesquè Conducendi *a* Status ſibi vindicant; *b* Niſi forté alius hujus acquiſitionem ſpecialiter doceret; *c* qui conſequenter delictorum, in viis publicis commiſſorum, cognitionem habere conſuevit. *d*

a) Vulgó **die gleitliche Obrigkeit / Auff freyer Keyſ. Herꝛ vnnd Reichs Straſſen gleiten.** *b*) Statt enim partem juriſdictionis ſeu territorii eſſe, *ex Alex. & Schurff. ait Weſenb. conſ. 33. num. 3. & 10. quod tamen Alex. & Schurff. non dicunt (non enim de ſalvo conductu, ſed collectis loquuntur)* cum viæ publicæ ſicuti olim populi, ſic hodie Domini territorii univerſalis ſint, *argum. l. littora, 3. ff. ne quid in loc. publ. l. ſi in publico. ff. de acqu. & aſtit. c. unic. qua ſint Regal. Gail. 2. obſ. 64. num. 2. & ſeq.* qui eas ſecuras & Latrociniis purgatas præſtare tenetur, *l. 3. in fin. l. 13. ff. de offic. præſid. l. 1. § quoties, 12. ff. de offic. præſ. urb. Gail. d. loc. num. 2. Mynſing. cent. 5. obſerv. 7. Wurmb. pract. forenſ. tit. ult. obſ. 5.* *c*) *uti ſupra theſ. 46. in lit. A. exemplum poſui.* *d*) *ex Ioach. Beuſt. in l. admonendi de iureiur. Borch. in d. c. unic. qua ſint Regal. nu.* 25. idque ſi de certo loco delicti perpetrati conſtet, minoris eſt difficultatis; cum verò locus commmſſi delicti neſcitur, tantumque corpus occiſi, ejusq; pars altera in via publica, in territorio Domini univerſalis reperitur, quis cognitionem criminis habeat obſcurius eſt. Plerique Dd. utriq; *Decian. in tract. crim. l. 4. c. 17. n. 16. ubi ita communiter ſervari ex Marian. in c. poſtulati, de foro compet. teſtatur, Hieron. á Monte tract. fin. reg. c. 7. nu. 10. Schenck Baro viridi concl. 118. 3.* Alii ei, in cujus territorio caput, *arg. l. in diverſis. ff. de relig. & ſumpt. fund. ex Matth. de Afflict. Bald. &c. Borch. in d. c. unic. qua ſint Regal. n. 26.* Alii, in quo pedes jacent, tribuunt, quorum opinio diſputando forſan non improbabiliter defendi poteſt.

51. Ejuſdem generis eſt *a* juriſdictio foreſtalis, **Fürſtliche Obrigkeit**, *b* in banno ferino *c* & jure foreſti conſiſtens. *d*

a) *Arg. c. unic. §. 4. verſ. Nemo retia de pact. ten. & eius violat. in uſib feud.* De conſuetudine recepta venationem, ut Regale ad ſuperiorem pertinere, reſpondit Modeſt. Piſtor. *conſ. 14. nu. 23. vol. 2. Decian. conſ. 22. Primo n. 22. vol. 4 Menoch. conſ. 302. nu. 31. quint. Mendoſ de inhibit. q. 62. num 2.* eoq; minus de hoc jure Principum dubitandum, cum Electores, Duces, &c. de Venationibus ſimul inveſtiri ſoleant, traditur Conſult. Saxon. *p. 4. q. 8. n. 12. ubi ſimuln. 8. Tiraquel.* & aliorum Venationẽ inter Regalia referendam non eſſe exiſtimantium opinio rejicitur. *b*) Quæ conſiderata, ut totum, tam **Forſtrecht** / quàm **Wildbann**/ complectitur, cum hæc duo conjunctim, non verò ſeparatim, juriſdictionem foreſtalem, conſtituant. Unde & paſſim diſtincta officia ſunt **Forſters vnd Jägermeiſters**: Ille, ſylvis nemoribusque præficitur, & ne per exciſionem arborum ſylvæ devaſtentur, reliquaq; ad

sylvas spectantia, procurat: **Jägermeister** autem Venationi præest, eique ea, quæ Venationi conveniunt, instruenda sunt, *quæ diversitas officii diversitatem quoque arguit argel. Lege obvenire de Verb. Sing.* Hinc est, quod nec bannum ferinum, die **Wildtbann**/nec jus prohibendi arbores excidi, habens, continuó totum jus foresti, **die Fürstliche Obrigkeit**/ habere dicatur, c) quod Nobis **Wildtbann**/ dicitur á fero, **Wildt**/ & non á sylva, **Waldt**/ ita denominatum. Unde nec **Wildbann**/proprié bannum sylvestre appellabitur, *secus atq; Gail. 2. obs. 68. n. 7. existimavit:* sed latior erit appellatio **Wildbann** / quam ut ad sylvas restringatur, ut sive in sylvis, sive agris separatis jus venandi quis habeat, hîc utique **Wildbann** habere dicatur, d) cujus proprium est, Saltuarios constituere, ne arbores excidantur, prohibere, contra facientes mulctare, sylvam cingere, **Hägen**/ *Gail. d. l. 2. obs. 67. & seq.* Hujus similiter avena saltualis, **die Jagthaber**/erit, *de qua Sichard. cons. contract. 5. num. 3.*

52. Ad probationem autem Superioritatis, administratio justitiæ, *a* Edictorum, *b* mandatorumque observantia, *c* non parum proficit.

a) Unde vulgatum illud: Qui te judicat, Dominus tuus est, *Lud. Rom. cons. 70. viso themate, col. 5. vers. quinto quia proba, Menoch. cons. 75. hac jam diu, num. 22. & cons. 21. est mea quidem sententia, num.* 10. Nec refert, quod per substitutos jus dicentes ea expediatur cum & jus eligendi Prætorem, Scabinos, Magistratus eosvé confirmandi, Principis sit, ejusq; superioritatem arguat, *l. 1. ff. de amb. Novell. 15. c. 1. §. 1. Bl. in fin. num. 2. C. de leg. & in l. Barbarius lect. 2. nu. 13. de offic. prat. Menoch. cons. 270. Et si peracutis, nu 32. & cons. 302. qui honoris, num. 30. Natta cons. 636. n. 67. Henning. Gœd. cons. de jure Civit. 2. num. 2.* Eademque ratione Banchum justitiæ esse de Regalibus, rectè respondit, *Rom. cons. 271. vis tota, num. 2. in quam sententiam Mandos. in lit. c. citat. Curtium Seniorem.* *b*) dummodo non incidenter vel alia intentione, quam se subjiciendi Edictis paritum sit; aliás enim superioritatem hinc inducí posse vix probabile est, *Mascard. l. 3. concl. 1397. num. 8. & 9. & concl. 1117. nu. 13.* *c*) qui enim paret mandatis, subditus esse putatur, *Mascard. concl. 546. num. 4. & concl. 1336. nu. 1. Pacia de probat. l. 2. c. 35. num. 16. & 25. & ita respond. Alex. cons. 42. De celerrima, nu. 3. vol. 1. Menoch. cons. 100. quemadmod. num. 4. & 9.* quarationem inhibitiones præsupponere jurisdictionem, probat Lancel. *de attent. p. 2. c. 20. nu. 23.* Et quod per solam Edictorum affixionem superioritas inducatur, etsi nemo in pœnam incurrat, tradit Natta *d. cons. 636. num. 77. uti & Bart. in l. hostes, ff. de capt. & postl. revers. n. 3. & seq. eos, qui legibus Romanis utuntur, Imperio Romano subjici docuit: quod similiter latè propugnavit. Zoannet. tract. de Rom. Imp. n. 149. & seq.* Sic super, hanc nimenta probari possessionem jurisdictionis, etiamsi constet, illis paritum non fuisse, *ex Bald. Capit. Aret. & aliis, ponit Vantius de Nullit. c. ult. n. 40.*

53. Nec minorem efficaciam merentur solutio Census, und Landstewer / *a* Castrorum tempore belli debita apertura, *b* Insignia Principis in Curia aliisvé locis depicta, *c* Solennis, hodié usu recepta, Principum Introda Einreitten / *d* & cum his concurrens communis opinio & fama. *e*

a) c. Cæsar

a) c. Omnia anima de censibus, l. competit. C de præscr. 30. vel 40. annor. Hier. á Mont. de sing. regio, 52. num. 7. & seq. Wesenb. cons. 62. nu. 11. Guil Redoan. de Reb. Eccl. non alien. quæst. 14. num. 6 f. (mihi) 394 Quamvis ex dissimilibus causis uti proprietatis, protectionis, libertatis acceptæ solvatur, *Cravett. cons. 4. 1. n. 71. Hart. Hartm. pract. forens. l. 2. tit. 52. obs. 2. & seq.* ut ex circumstantiis de causa colligendum dixerit Panorm. *in c. 2. de Cens. & c. fin. num. 4. de causa poss. & propriet. & cons. 102. omnipotentis Dei colis. 3. nã in determinata, p. 1.* tamen cum modicũ solvitur pro magno, præsumptio est id fieri in recognitionẽ juris superioritatis & dominii directa, *Cravett. cons. 861. n. 2. Dd communiter in Auth. qui rem, C. de SS. Eccles.* vel cum penditur eodem tempore, quo alii ratione subjectionis solvunt, *Natta cons. 636. num. 79. & seq. Hart Hartm. d obs. 3. nu. 1. b) ex Ang. in l. ult. Cod. de lit. gl. Wesenbec. cons. 2. num 78. c) per not. Chassan. in Cat. glor. mundi, part. 1. concl. 55. Natta d. cons. 636. num. 92. Wesenb. cons. 21. nu. 98. in pr. & in parat. C. ut nemo priv. prad. suis, &c. Hieron. á Mont. de fin. reg. c. 75. num. 5. Marin. Frecci. de feud. lib. 2. §. quadragesima septima authoritas, num. 2.* Hinc mœniorum dominium esse Principis, cujus arma & insignia in iis depicta, respond. *Roland. á Valle cons. 84. quoniam, nu. 23. & seq. vol. 2.* & insignia armaque insculpta in Ecclesia arguere jus patronatus, tradit *Mascard. de probat. concl. 958. num. 21. & seqq. Cravett. de antiquit. temp. p. 1. §. octava datur, nu. 11. & seq. Valasc. de iure Emph. q. 8. num. 28. Menoch. 3. præsumpt. 150. num. 31. & 2. præsumpt. 59. nu. 2. d) cuius meminit Boër. decis. 217. n. 21. Schurff. cons. 35. n. 13. Hodie habet annexam clavium oblationem per se superioritatem & dominum inferentem, argum. §. Item si quis merces. Inst. de rer. divis. l. clavibus, 74 ff. de contrah. empt. e) Hier. á Montell. c. 52. nu. 10. Menoch. cons. 21. Est mea quidem sententia, n. 16. Wesenb. cons. 21. num. 68. uti de domino commun. ex Socin. ait Chassan, in consuet. Burgund. rubr. 1. §. 2. num. 15.*

54. Eódem jus appellationis recipiendæ, quod Resortus vocant, refertur. *a* Quamvis immediatam superioritatem ex eo nequaquam necessatió induci verius videatur, *b* cum sint etiam in Imperio Civitates Principibus subditæ, quæ, prætergressa curia provinciali, Cameram directó appellant. *c*

a) Rebuff. in constit. regni de appell. num. 78. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. gl. 5. in verb. le fief. num. 49. Mar. Freccia. de feud lib. 2. §. 13. authoritas, num. 8. ver. Et est ius quddam superioritatis Fran. Marc. decis. Delph. 366. num. 24. p. 1. Cacher. decis. Pedem. 101. num. 9. Covarr pract. obs. c. 4. nu. 6. Mascard. de probat. concl. 946. num. 13. Gail. de arrest. c. 7. num. 14. & ita respond. Roland. á Valle cons. 75. In isto crimine, num. 19. vol. 3. Cravett. cons. 209. Illustrissimus, num. 9. & seqq & cons. 64. quia num. 8. Menoch. cons. 75. hac jam diu, num. 23. Natta cons 580. nu. 24. Surd. cons. 210. ne quid deesset, num. 49. & cons. 275. bene videtur, nu. 4. & 7. & inter reservata Principis commemorat, *cons. 323. peteslaria, nu. 17. b)* Cum longo temporis usu judicem supremam statim appellari invalere queat. Sicut præscribitur, ne ab Episcopo ad Archiepiscopum appelletur, *post Bald. Ias. supra, thes. 26. lit. a. alleg. loc. Zoannet. de Rom. Imp. num. 128. in f.* & in Regno Neapolitano, Reg. Castell. appellationes, omisso medio judice, ad Regem dirigi posse, *testatur Covarr. pract. quæst. c. 4. num. 9. fac. gl. in c. non putamus ad verb. officiali, in f. de Consuet. in 6. Et rescriptum seu & Antonini in l. Imperatores, ff. de appell.*

appell. iam olim raro fuisse observatum, receptis á quocunq; ad Principem recta factis appellationibus, notat Cuiac. 21. in f. Quinimó hæc immediaté appellandi facultas, á Principe contractu mediante concedi potest, uti, Monasteriensium appellationes, ab Episcopo ad Cameram directo remitti, videmus. Igitur & præscriptione adquiri, *Mandel. cons. 64. quia articulus, num. 88.* c) *Vti* Hamburg / Herbordt / Soest / ꝛc. *Idem in aliis Scabinis obtinet, relatis á Magenhorst. in annot. ad Ordin. Camer. part. 2. tit. 28.*

55. Sic nec jure foresti, *a* de quo supra dixi, *b* nec usu Parochiæ, Kirchganck, *c* nevé contributione ad refectionem Ecclesiæ, *d* nec advocatitia, *e* sive ea simplex sit, *f* sive administrationis adjunctam inspectionem habeat, *g* territorii jurisdictio concludenter probabitur. *h*

a) Mynsing. cons. 16. num. 35. & seq. & num. 46. *b) thes. 51.* *c) Luchinus de Curte pro commun. terra S. Salvat. num. 34. ver. septimo adducunt. Quando Parochia quis subditus dicatur, vid. post Mascard. Menoch. 6. præs. 88.* *d) Luchinus de Curte, d. loc.* *e)* quæ est jus clientes fiduciarios contra vim majorem & violentiam aliorum protegendi, *l. non dubito, § 1. ff. de capt. & postl. revers. Bud. in l. Herennius de Eviction. Most. Pistor. cons. 43. n. 30.* Si veró ipsi Advocati in Clientem sævirent, ad privationem advocatiæ agi potest, *c. unic. § publici latrones, v. quicunque de pact. ten. & ejus violat. Zas. de feud. c. 10 num. 55.* *f)* quam Vogtey dicimus, quám ex Constit. Grego. 10. *in c. 2 de reb. Eccles. non alien. in sexto.* Laicis in Ecclesiasticos, sine speciali Pontificis consensu, inhibitum, *de cujus prohibitionis ratione, vid. Ioh. Andr. ibi. col. 2. Zas. cons. 7. num. 4. & seq. lib.* *g)* quam Castenvogtey appellamus, sumpto vocabulo; Casten / continente pro contento, reditibus temporalibus. Et plerunque Principibus in Cœnobia, sub eorum districtu sita, competit, inspectionem administrationis justitię & temporalium potissimum continens, ut sine horum consensu bona immobilia Monasterii alienari vel oppignorari nequeant, *Panorm. in rubr. de iur. patron. num. 4. in f. per c. filiis, 16 q. 7. Redoan. in tract. de Reb. Eccles. non alien. sub Rubr. de causa cognit. in alien. fact. num. 3.* Hinc & fodrum, albergarias, regium, diversaque onera á monasteriis exigunt, *contra prohibitionem, c. præterea, l. 2. extr. de iur. patr. c. in quibusquam extr. de pœn. Zas. de feud. c. 10. num. 55. & d. cons. 7. n. 4. & seqq. lib. 2.* *h) d. l. non debito, § 1. ff. de capt. & postl. revers. Bart. in l. etiam hi qui, num. 2. C. de Excus. mun. Decian. cons. 58. ex prædicta, num. 122. vol. 1. app. in c. ex parte d. privil. Decian. in c. ad audientiam, num. 3. de appell. Mascard. de probation. conclus. 713. num. 3. Menoch. de arbitr. cent. 1. quæst. 100. num. 19. & seq. Communem dicit, Gail. 2. pract. observat. 54. num. 4. & ultra eos quos allegat ita responderunt Castren. cons. 313. postremo, nu. 3. ver. verba autem alia, vol. 1. Bart. Soc. cons. 74. in præsenti, num. 7. vol. 1. Natta cons. 636. Multa sunt num. 1. Simon. Pistor. cons. 19. num. 18. Wesemb. cons. 48. nu. 30.*

56. Nec dissimilis fructuum jurisdictionis causa est, *a* utut hi jurisdictionem sequi dicantur. *b* Non magis enim eorum perceptio, *c* quã jurisdictio criminalis ad universalem superioritatem, *d* & huic annexam *e* collectandi facultatem demonstrandam, proderit. *f*

a) Puta pœnarum, mulctarum, quæ fructus jurisdictionis sunt, *post Bart. in l. fin.*

in l. fin. ff. solut. matr. Chassan. in consuet. Burg. rubr. 1. §. 7. verb. l. amende. nu. 2. & rubr. 9. des mains mortes, § 18. in vers. Iustitiables. nu. 35. Thessaur. decis. 266. nu. 5. Tiraq. de Retract. conjug § 5. gl. 4. n 18. Pec. de arrest. c. 29. num. 2. Ludov. Rom. cons 70. Visis thomate col. 5. ver. secundo quia probatum, Rol. á Valle cons. 78 nu. 8. Decian. cons. 40 quæritur ergo, nu. 3. vol. 4. Ut civitas recognoscens alium superiorem, ei tacité omnia jura fiscalia, tanquam supremi dominii accessoria, detulisse censeatur, *Abbas consil. 94. in quæstione, col. 2. v. secundo principaliter, col. 2.* b) *argum. l. mulctarum, 5. C. de mod. mulct. Hieron. á Mont fin. Reg. c. 52. num. 5. Menoch Remed. 3. Retin. nu. 582.* in ultionem illatæ injuriæ & transgressæ justitiæ, *l. 1. ff. si quis ius dic. non obtemp. Natta cons. 580. Primo quæritur, num. 16. & seq. Ame. de Pont. de Laudem. q. 24. Surd. cons. 152. sæpé contigit, num. 2. Menoch. cons. 604. Magni certé, nu. 24. fac. not. Tessaur. d. decis. 266. nu. 2. & seqq.* c) aliud enim sunt fructus jurisdictionis, aliud ipsa jurisdictio, *argum. l si ususfructus, 66. §. fin. ff. de iur. dot. l. 8. § fin ff. de peric. & com. rei vend.* in uno eodemque loco, alium pœnas & multas sententia judicis impositas. alium ipsam jurisdictionem habere posse, eleganter probatur á Natta. *cons. 636 multa sunt, num. 128. & seq. Bertran. cons. 2. num. 52. vol. 13. p. 1. fac. notat. Oldrad. cons. 227. de uto, col. 3. vers. 3.* d) *uti præclaré docet Mar. Frecci. de feud. lib. 2. in 47. authorit. n. 1.* Ubi in causa quadam determinatum fuisse testatur, ejus insignia muris oppidi apponenda, qui jurisdictionem civilem, non qui criminalem haberet, cui illa præditus, universalis dominus illius terræ dicatur, hac verò, exceptis causis criminalibus, nequaquam, & ita est duntaxat dominus, quoad quid, oraculo Principis speciali. Quoad quid autem dominium habens superioritatem sibi asserere nequit, *Castren. cons. 44. videtur dicendum, num. 5. in f. volum. 1. Frecciam sequitur Surd. cons. 323. nu. 38.* e) *prout dixi supra, thes. 48. lit. e.* f) *post Butrig. in l. 1. ff. de offic. præf. urb. Frecian. d. loc. Vinc. de Franchis dec. 131. num. 3. & 4. v. Chassæ. in consuet. Burgund. rubr. 1. §. 4. ad verb. En haute justice in pr. Diff. Fichard. cons. 20. num. 8. & 9.*

57. Validior probatio est, quæ ex juramento subjectionis, Huldigung vnd Erbpflicht / deducitur. *a* Hoc enim domino domicilii præstatur, & consequenter subditum efficit. *b* Diversa autem juramenti familiaritatis, *c* & fidelitatis omninó ratio est. *d*

a) *c. unic. ibi Sub jurisdictione qual. iur. vas. deb. Mascard. de probat. conclus. 946. nu. 19. & 21. Mol. in consuet. Paris. tit. 1. de fief § 3. gl. 3. n. 6. Gail de arrest. c. 7. nu. 10. Alex. cons. 94. Visis, num. 2. vol. 5. Menoch. cons. 191. non parum difficultatis, n. 31. & cons. 748. disputatio, nu. 38. & Remed. 3. Retin. num. 579. Natta cons. 634. n. 64 & seq. Scharff. cons. 33. num. 13. cent. 3.* Hoc igitur juramento obstricti, propriè Liebe Getrewen appellantur. quamvis & Vasallos; non aliter atq; Latiné fideles, *c. 1. § & quia cum seq de his qui feud dar poss. c. unic de cont. int. dom. & fid. &c.* sic Germanicé, Liebe Getrewe appellari, stylus receperit, *teste Gail d. loc. num 13. & addit. ad Zas. in l. 2. de Ord. Iur. in princ. sub lit. d.* b) domicilium quippe jurisdictioni provinciali habitantes subjicit, *gloss. in Clem. unic. §. eisdem in verb. subditos de for. comp. Gail. de pignorat. c. 15. num 7. & obs. 35. num. 2. Surd. cons. 314. Antiqua est, num. 66. qui infinitos allegat. Coler. de process. execut. part. 2. c. num. 23.* quod secus est in simplici possessore bonorum, horum enim ratione juramentum nemo præstat, nisi qui in iis la-

rem fovet, *Paris. cons. 25. Primo aspectu, num. 44. & seqq. vol. 1. quo etiam inclinat, Menoch. cons. 934. de sensu, num. 27. & seqq.* solaque bona subditum non faciunt, *Gail. d. loc. ex Iacob. Ioh. Andr. Innoc. & Panorm. Vult. de feud. c. 6. num. 5. li. 1.* c) Rähe vnd Dienstpflicht/ *d. c. unic. qual. jur. vasal. C. deb. de quo Menoch. d. cons. 943. num. 13. & seqq. Vultei. d. c. num. 6. d. c. unic. qual. jur. Vasal. ib. non quod habeat gloss. in Clem. Pastoralis in verb. sub fuit de sent. & re iud. Vult. d. c. 6. num. 7. lib. 1. Gail. de pignor. observ. 15. num. 3.*

58. Est enim homagium fidelitatis reale, *a* conditionem personæ, ratione jurisdictionis, non afficiens. *b* Unde acriter disputatur. An constitutiones Imperii de arrestis & pignorationibus, inter immediatè Imperio subditos latæ, *c* de iis quoq;, qui ratione personæ immediati status Imperii, respectu tamen quorundam particularium bonorũ Principi cuipiam, uti feudi domino homagium præstant, accipiendæ sunt? Negativam tuetur Gail. *d* pro quo in revisorio judicio, in causa Ortenburg contra Beyern / pronunciatum. Sed cum generali Imperii Lege hæc quæstio nondum decisa, & in Deputationis nuper habito Recessu irresoluta manserit, quid pro affirmativa dici possit, videbimus. *e*

a) Vti testatur de consuetudine Galliæ Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 5. in verb. Le fief. nu. 4. & Germaniæ Zas. in ult. p. feud. concl. 5. *b)* Sed rem principaliter. Personam autem nequaquam vi jurisdictionis, sed duntaxat ratione bonorum & onerum, quæ personis pro rebus imponuntur, *quæ diversa esse arguitur ex separatione. tit. ff. de iurisd. & de muner. & honor.* Unde plurimos in Romano videmus Imperio, qui ratione rerum Principi homagium præstant, ratione autem suæ personæ, omninó liberæ, & nemini nisi Cæsari subjecti sunt, eosdemq; constitutionibus Imperii, haud secus ut alios immediatos uti, infinitis præjudiciis demonstrari potest. *c) Ord. Cam part. 2. tit. 21. & 22. ib.* Der dem Reich ohn Mittel vnterworffen / ꝛc. Der dem Reich gleicher gestalt / ꝛc. *d) tract. suo de arrest. c. 6. n. 10. & seqq.* *e) Oriuntur quippe ex his Constitutionibus actiones, quæ sine præiudicio causæ principalis sit usq; rei & bonorum facti tantum violentiam tollunt, & non minus uti interdictu vt ipsa personales sunt, l. 1. §. 3. ff. de interd. In his autem actionibus rei personas iurisdictioni judicii rei sitæ non subjicit, cum via facti nihil commune habeat cum subiectione ratione situs rei vel bonorum, per ea quæ scribit, Mynsing. cons. 24. num. 24. in f. & Hart. Hartm. pract. for. lib. 2. tit. 52. obs. 5. num. 10. Quinimó si quis ex Imperii Statibus, domicilium in alterius iudicis territorium transtulisset, non continuó se eius jurisdictioni subjecisse, dicendus, ne alioqui nobilissima personæ qualitas, immediatè Imperio subiecta á domicilio, re mediata viliori, offuscetur: Et est insuper peculiare in Statibus Imperii Personale privilegium considerandum, quo non secus, ut jure Civili aliquatenus Senatores, aliiq; illustres, l. senatores, 8. Cod. de incol. lib. 10. l. 2. C. ubi Senat. vel clar. l. municipes, 23. ff. ad municip. & hodie Clerici etiam in alieno territorio degentes, á iudicio domicilii iurisdictione eximantur.*

59. Effectus autem hujus Statuum Imperii jurisdictionis maximus est, quod non solúm in subjectis provinciis universaliter, *a* sed singulis

gulis quoq; eorum finibus contentis, *b* iisvé adjacentibus, *c* & accessoriis locis & pertinentiis, *d* quoad omnem jurisdictionis & Imperii speciem, soli fundatam intentionem habeant. *e*

a) Quod minoris dubii est, cum generalis sint territorii domini, ut dixi supra thes. b) arg. l. 1. § 4. ff. de offic. præf. urb. c. fin. ib. gl. in verb. sit situm, extr. de off. Archidiac. qui enim se fundat in toto, in qualibet quoque parte se fundet necesse est, *arg. l. qua de iure, 76. de Rei vind. Chassan in consuet Burg. d. rubr. 3. § 4. num. 13. & seqq. & rubr. Des mains mortes, 9. § 4. num. 3. & seq. Hier. de Mon. de fin. reg. c. 96. nu. 9. Covarr. pract. quæst. 1. n. 9. Wesemb. cons. 62. n. 3. Gail. 2. obs. 629. n. 9. & de pig. obs. 8. nu. 6. & seq. Menoch. de præs. lib. 3. præs. 100. n. 1. Mynsi. cons. 16. n. 35. Cravett. cons. 673. intentio, nu. 1. & cons. 882. Controversiam, nu. 1. Valasc. de iur. Emphyt. q. 8. num. 21. & seqq. c)* pluribus allegatas authoritates á *Menoch. d. præs. 100. num. 1.* & castrum in finibus positum, vicini esse præsumitur, *Hier. de Mont. d. tract. c. 30. num. 9. & c. 83. nu. 2. & seq. Cravett. cons. 949. quia veritati, nu. 5. & cons. 882. controversiam.* *d)* cum accessoria sequantur naturam principalis. *Confer ea, quæ tradit Menoch. 3. præs. 99. & Covarr. pract. q. c. 2. v. Oldra. cons. 121. ad primam, n. 15. & seq.* *e)* Nec enim ejus jurisdictio ad certum genus causarum alligata, sed ad omnes in suo territorio exortas controversias generaliter; *arg. l. si pupillus, § territorium de verb. Sign. Vant. de Nullit. sub Rub. de Nullit. sent. ex defect. jurisd. ord. n. 32. Menoch. 2. præsc. 16. nu. 35.* tam in primo, quàm ultimo appellationis gradu pertinet; *secundum Molin. in consuet. Paris. tit. 1, de fief. § 3. in verb. La bouche & les mains, num. 10. & seq ubi delirare eos ait, qui Principi jurisdictionem ad ius Resortus restringunt.*

60. Ut tamen hanc nec ad loca exempta, *a* neque ea, quorum possessio legitimo titulo alteri quæsita, *b* multoq; minus ad sufficientem possessionis, maximé in interdicto Uti possidetis, probationem inducendam, extendant. *c*

a) Uti Monasteria, Ecclesias, vel castra jurisdictionem per se exercendis. *Vant. de Nullit. ex def. jurisd. num. 118.* Sic Felin. castra quædam de Comitatu Imolæ esse scribit, quæ tamen de districtu Bonon. sint, *in c. Rudolphus, num. 9. de Rescript. Castren. cons. 85. Visis dictis, col. 2. vers. quarto probatur lib. 1.* Et solùm Ecclesiæ á territorio Laicorum exemptum, extraque illud situm existimari respondit formaliter Cravet. *consil. 918. Scitu Mediolani, n. 6.* cum paria sint, Non subjici, vel exemptum esse, *Felin. in d. c. Rudolphus, nu. 17. de rescript. Natt. consil. 43. Pulchrum, num. 97. Dec. cons. 51. quæritur, n. 20. vers. Non & locus, volum 3. Cravett. cons. 918. nu. 6. Wesembec. consil. 33. num. 20. per c. cum Episcopus ib. gloss. de offic. ordin. in sexto,* *b)* *ex Ruin. cons. 115. in f. lib. 4. & aliis Cravett. cons. 673. intentio num. 11. vers. Octavo* sed quando actus terendi ac jurisdictionis ab alio fiunt, *Anchor. cons 437. ista sententia.* Sic Comites, Barones, Nobiles, castra cum jurisdictione in alterius Principis districtu habere, quotidianum esse ait Mynsing. *cons. 16. in causa, nu. 45. in fin. quod & velle videtur Mascard. concl. 217. n. 3. ubi rectè adduxit Paris. dicentem ex hodierna consuetudine castra dici habere distincta territoria etiam quo ad Iurisdictionem* : Adeó ut non tam quoad Principes, quàm Imperatorem hanc de qua agimus, universalis territorii præsumptionem procedere, putarit Gabriel, *in commun. opin. lib. 1. de probat. concl. 9. in prin. vers. contrariam opinionem,* *c)* uti Episcopum de jure communi quoad

Ecclesias suę diœcesis intentionem quidem fundatam quoad jus superioritatis habere, *Menoch. lib. 6. præs. 72. num.* 1. non autem quoad ejusdem juris possessionem, *scripsit Abbas in c. olim inter la. 1. extr. de restit. spoliat. eodemq; sensu Anth. de Butr. in c. cum ad sedem, num* 28. *& dict. cap. olim inter, nu. 4. extr. eedem in jure duntaxat, non in possessione, qua plurimum facti habet, Episcopi præsumptionem fundari tradit, generaliter enim á titulo ad possessionem non valet illatio, arg. l. naturaliter, §. nihil commune de acqu. possess. Bart. in l. Celsus, ff. de usucap.*

61. Sicut nec ex hac territorii præsumptione, proprietatem locorum & terrarum intra limites Civitatum sitarum, sive ea á singulis occupata, sive in communi relicta, sibi vindicare possunt. *a* Sed ea quidem, jurisdictionis á privatis *b* vel civitatibus provincialibus, *c* assertæ probationem, efficaciter in asserentes retorqueri, probabilius est. *d*

a) Per ea; quæ elegantissimé deduxit Valasc. de jure Emph. q. 8. num. 38. & multis seqq. Chassan. in consuet. Burg. rubr. 3. §. 4. ad verb. Apres ledit hommage, num. 13. & seq. Wesemb. cons. 62 num. 28. Gail. 2. observ. 62. n. 9. Hinc malé agere Principes, qui prædia Civitatum & oppidorum, quæ communia appellant sibi vindicant, & suæ Cameræ appropriare contendunt dixit Menoch. 3. *præsumpt. 100. nu. 8. quamvis diversum in iis sit, quæ neq; ab ipsa universitate unquam occupata sunt per ea, quæ dixi supra th. 49. lit. b. & authoritates allegatas á Menoch. de præs. 100. num. 9.* *b) quibus se nullam habent jurisdictionem, arg. l. privatorum, C. de iurisd. l. pen. ff. de ind. Patron. de probat. lib. 2. c. 43. n. 37.* *c)* cum & hæ privatorum loco sint, *l. eum qui 6. ff. de verb. sign.* & de jure communi nec merum nec mixtum Imperium habere censentur, *Bart. in l. 1. num. 3. de dam. inf. Ias. in l. Imperium, num. 19. de jurisdict. Bald. de Pace Const. in verb. criminalibus, Natta d. cons. 636. num. 39. Valas. d q. 8. n. 23. infr. thes. 136. lit. e.* *d) v. omninó Gail. 2. obs. 62. n. Pacian. d. lib. 2. c. 43. nu. 32. & seq.* Unde titulo possessionem justificare tenentur, *c. cum persona de privil. in 6. Val. d. loc. n. 31. & seq. dixi thes. seq.*

62. Et hanc quidem sibi competere dicentes, inprimis tituli probatione opus habent, *a* sive is sit concessio Principis specialis, *b* sive huic æquipollens, *c* malam fidem, *d* Principis q; ignorantiam excludens, *e* temporis immemorialis *f* possessio. *g*

a) Qui nedum in petitorio, sed & in possessorio, ob Principis generalem intentionem, ostendendus est, *argum. l. 3. §. hoc autem, 13. vers. itaque, ff. de itin. actuq. priv. l. 1. § fin. ff. de aq. quot. & est. Menoch. Remed 3. retin. num. 490 & Recup. Rem. 15. n. 469. Cas. Contrad. ad l. un. C. si á mom. poss. fuer. app. limit. 2. ratione mixturæ, §. 7 num. 5. & seqq. & § 8. n. 25. Mascard. concl. 1371. nu. 76.* adeoque cum jus commune possessorio resistat, possessio ab onere probandi non relevat, *l. vis eius, 15. C. de probat. r. l. de præscript. in sexto, Cas. contard. in l. diffamari, C. de ingen. manumiss. c. 4. num. 26. Valas. de iure Emph q 8. n. 27. Hart. Pistor q. feud. lib. 1. p 2. q. 46. num. 63. & seq cum hac poteria præsumatur Menoch. cons 307. n. 61. Virg. de Bocat. de manut. in pos. c. 9. n. 4.* *b) de qua in f. thes 67.* *c)* vim enim privilegii, *l. hoc jure, § Ductus aqua. ff. de aq. quot. & est. d. c. 1. in fin. de præscript. in sexto Balb. de præscr. 2. p. 3. prin. quæst. 6. n. 13. Craveta antiqui. temp. part. 4. §. Absolutis differentiis, num. 3. Gabriel. lib. 5. Com. concl. de præscript.*

script.concl.1.n.44.Tessaur.decis.16.n.4.Ioh. Garz. de expens. & meliorat.c.n. 48. Legis, *Gabriel,d.loc.n.*72. publici instrumenti haber, *Crav.cons.*685. *Venia dignum, num.*21. *Gabriel.d.loc.n.*74. legiq; resistenti derogat, *Vasq. contr. usufreq.c.*3. *nu.*14. d) *Gabriel.d.concl,*1.n 57. & 58. *Balb.de præscript.*2.*p.*3.*prin.q.*6.*num.*20. *Garz.de expens. d.c.*9.*nu.*21. & *seq.* cum præscripto immemorialis malæ fidei præsumptionem tollat, *d.c.*1.*de præscr.in sexto, Masc.de probat. d.lib.*3.*concl.*1213.*num.*54. & *seq.* Si tamen probetur certum ac vitiosum possessionis initium, tunc præscriptionem immemorialem excludi posse, communius existimatur, *per c.vigilanti, & c. ult. de præscr.c.*2 *de Reg.Iur.in sexto, Covarr.in c.poss.malæf.*2. *Relect.*§ 3.*num.*8. *pulchrè Ioh.Garz. d.tract. c.*9.*num.*31. idque ob malam fidem, quæ præscriptionem quoque immemorialem planè enervat, *Covarr.in d.c.possess.malæf.p.*2. § 8. *num.*5. *ubi hanc certam & constitutissimam conclusionem appell.Fran.Cald.in l.si curatorem verb.sua facultate, num* 74. & *seqq.Cod.dein integr.rest.min.Cacher.dec.Pedem.*101.*num.*27. *Valasc.de iure Emphyt. d.q.*8.*num.*24. *M. Anth. Peregr. lib.*6.*de iure fisc. tit.*8. *num.* 12.*post Roland.á Valle & Petrum communem ait Surd.cons.*28. *Conantur, num.*69. *Cravett.cons.*388. *Agunt magnifici,n.*9. & *cons.*434. *Abbatia,n.*24. & *cons.*871. *melius,n.*22 *Menoch.cons.*90 *prima n.*75. *Mynsi.cons.*48. *ad quæstionem,n.*17. *Wes.cons.*14.*nu.*25. *quem tamen vid.in apost. ad Schneidw.tit.de usucap.n.*20.*lit.c.* e) *Natta cons.*98.*n.*10. *Cacher.decis.*101. *num.*10. *Hier.á Mont.fin.reg.c.*77. *n.*7. *Balb.de præscript.*2.*part.*4.*princ.* 14.*q.*1. ut nec ex capite justæ ignorantiæ contra præscriptionem immemorialem restitutio detur: *secundum communem Menoch.* 1.*præs.q* 71. *num.* 2. *Boër. dec.* 39. *Communiorem testatur Pinel.in Auth.nisi tricennale, num.*58. *C.de bon.mater. Ioseph.Ludovv.decis.Lucen.* 48.*num.*24. *accuratissimé Covarr. in d.c.possessor. malæf.p.*2. § 3.*nu.*2. f) quod 100.annorum spatio á Dd. de fin. tut. *arg.l an usufructus*, 56. *ff. de usufr.Cyn.Bald. Capol.Balb.de præscript.*2.*part.*3.*prin.q.*6. *Molin.in consuet.Paris.*§.5.*num.*63. *Mynsing. cons.*13.*nu.*21. *vid.tamen Farinac.lib.*1.*prax.Crim.q.*47 *num.*112. & *seqq.Covarr.d.c. possessor.*§ 3.*nu.* 6. & *seqq.text. eleg.in l.si arbitr.*28. *ff.de probat.l.in summa*, 1. § *idem Labeo*, 8. *ff. de aq. & aq.pluv. arc.* Quomodo autem probetur, *vid Mynsi.*1.*observ.*30. *Balb.de præscript.*2.*p.*3 *prin.q.* 6.*nu* 24. & *seq. Gartz.de tract.cap.*9. *nu* 9. g) *textus in c.super quibusdam,*§ *præterea de verb.sign.c.* 1.*de præscript.in sexto*, *Hier.á Monte d. tract.c.*77.*num.*2. & 3. *Ias in l.Imperium, num.*20. *ff.de jurisdict. Covarr.in d c.possessor. malæf.p.*2.§ 2.*n.*11. & *seq.ubi hanc communem dicit, & ibid.*§ 3.*nu.*1. *Valasc.d.quæst.*8. *n.*36. *Mynsi.cent.*5.*obs.*29.*n.*8. & *seqq. Gail.*2.*obs.*31.*n.*4. *Everh.á Middelb.cons.*3.*n.*23. *Borch.inc.unic.qua sint Regal.n.*15. & *seq. Longoval. in d.l. Imperium, de jurisd. fol.(mihi)*177. *num.*48.

63. Contra Principem enim tam Regalia, quám ea, quæ jurisdictionis sunt, tempore immemoriali, *a* vel spatio 40.annorum *b* cum titulo; *c* Contra privatum verò, *d* scientem *e* & patientem, *f* tempore legitimo, juribus incorporeis præstituto, quasi possidendo præscribi rationem habent. *g*

a) d.c. Super quibusdam de V. S. thes.præced. lit.g. alleg. *b)* cum enim præsumptio eum prohibitione juris contra præscribentem militet, longissimi temporis lapsu opus est, *arg.l.omnes, l.competit,*6. *C.de præscript.*30. *vel* 40. *annor.l.fin.* C. *de fund.patr.lib.*11. *Covarr.*1.*variar.Resol.c.*17.*nu.* 7. & *d.c.possess. malæf.p.*2.§ 2.*nu.*3.

vers. mernm, & §. 2. n. 12. Everh. á Middelb. cons. 3. nu. 19. & ita communiter receptum testatur Longoval. in d. l. 3 p. 4. §. Lexa. foramen, num. 49. de iur. c) *c. 1. de præscr. in sexto, l. quemadmodum, 7. C. de agric. & cens. lib. 11. Covarr. resol. 17. n. 7. Costal. ad l. si quis diuturno, 10. ff. si serv. vend.* Wes. *cons. 5 n. 19.* d) dominum ipsum possidentem intellige, hujus enim scientia, qui possessionem amittere vel transferre potest, non subditorum præcisé requiritur, *Molin. in consuet. Paris. § 51 gloss. in verb. des membres, nu. 12. vers. nec quantum*, cum hi non possideant, sed possideantur, *Mol. d. loc. nu. 13. uti in specie populi consensum non requirit, scripsit Alex. cons. 16. in causa & lite, n. 19. vol. 5.* e) Scientia enim adversarii generaliter in juribus incorporeis requiritur, *l. 2. C. de servit. l. si á te, 16. ff. si serv. vind. l. 1. § fin. ff. de servit. prad. rust. Costal. ad l. quoties via, 20. ff. de serv. Covarr. p. 2. Relect. c. malas. in initio, n. 8. & seq. ubi hanc sententiam communem, similiter* Wesemb. *d. cons. 5. num. 15. & receptissimam testatur Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. cas. 161. num. 3. & seq. Coras. ad l servitutes, 4. n. 39. & seq. & ad l. quoties, 2. num. 10. & seq. ff. de servit. quam latissimè impugnare conatur, Longoval. d. pag. 4. §. hactenus de tempore Cujac. ad l. 4. § fin. ff. de usucap.* Sitamen utrumlum á tertio quis habeat, scientiam Domini principalis non requiri plerisq; placuit *quiita l ult. C. de præscript. long. temp. intelligunt, ex Castren. & aliis Covarr. d. loc. n. 9. vers. secundo & Corras. d. loc. num. 39. ex Cœpoll.* Wesemb. *d. l. num. 15.* Wesemb. *d. loc. num. 15. Wurmbs. pract for. lib. 1. tit. 27. obs. 5. n. 9.* f) *l. quoties, 15 § 1. l. fin. ff. de servit. l. 1. § 1. ff. de servit. prad. rust. l. si ego, 11. § 1. ff. de public. in rem act. l. 3. § dare. ff. de usufr. d. l. 2. C. de servit. Vnde ex Bart. tam scientiam quàm patientiam in libello articulandam ait Gail. 2. observ. 66. num. 6. Mod. Pist. cons. 51. num. 10. vol. 1.* g) nullam esse rationem, quæ majus tempus exigat in præscribenda jurisdictione adversus privatum, quàm in cæteris juribus incorporeis, communi, & apud omnes præcipué juniores certa conclusione, scribit Covarr. *in d. c. possessor. malas. § 1. num. 5.* De temporis autem hujus determinatione, vid. Dd. locis ordinariis, qui in præscriptione jurium incorporalium continuam causam (*prout jurisdictionu, meri & mixti Imperii possessio, habere intelligitur ex communiter recepta opinione, Covarr. d. § 3. nu. 1. eleganter explicat Bald. consil. 439. vol. 3.*) habentium decennii vel vicennii, discontinuam verò temporis immemorialis spacium præstituunt, Cœpoll. *de servit. urb. prad. 6. 19. num. 4. Mascard. concl. 1214. num. 65. Alex. cons. 108. in causa & lite num. 4. vol. 2. Cravett. cons. 400. diu. actualis, num. 46. Gail. 2. obs. 66. nu. 7. Balb. de præscr. 2. quæst. prin q. 3. per tot. Mynsing. cent. 4. obs. 53.* á quibus Dd. neoterici plerique discesserunt, quorum opinio in puncto juris plausibiliter videtur, *Long. in d. l. imperium, p. 461. num. 19. & seq. & c. seq. per t. Donell. 11. comm. 11. Cujac. ad l. 4. § fin. ff. de usucap. Costal. ad l foramen, 28. ff. de servit. urb. prad. & ad l servitutes, 14. ff. de servit. ib. Coras. n. 21. & seq. Duar. 1 disp. 34. Wesemb. in parat ff. de servit. n. 5.*

64. Quod tamen in iis, quæ meræ facultatis sunt *a* non æquè procedit; *b* cum his (nisi interversio possessionis, *c* cum legitimi temporis lapsu intervenerit,) *d* nullo modo præscribi queat. *e*

a) Hinc ex uniformi, mille etiam annorum, unius molendini usu nullo jus gignitur, *argum. l. viam publicam, 21. ff. de via publ. & itiner publ. Proculus, 26. ff. de dam. inf. l. quæro, 18. ff. de iure patron. Petr. Iacob. in form. lib. de form. nu. 10. & seq. Balb. de prscript. p. 4 quarta prin. q. 5. num. 1. & seqq. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent.*

2.cent.2.cas.160.num.8.Vasq de success.creat.§22.n.25 & seq communem dicit post Gabriel.tit de præscript concl 10.n 4. Tessaur decis.16 n.2. Cravett.de antiquit.temp.part. 4.§.materia ista,num.98.& pro hac sententia respondit Bursat. cons.87.constat ubiq; nu. 13.Natta cons.106 n.9.Wesemb.cons.67.nu.18.& seq. & num. 29. ibid dissentire videtur Iason.in l.quo minus, num. 32. vers. Cogita,ff de flumin. b) Cum in his per non usum non continuó tollatur jus utendi, uti in casu liberæ voluntatis justitiam per officiales administrandi, judicatum retulit Vinc.de Franch.*dec.166.*& non collectando, haud tolli jus collectandi, *post Alexan.cons.136. in causa, num 19.vol.2.ait Chassan.in consuet. Burg.rubr.1.§4. verb Novelle chevalorie,nu.15.* maximé si occasio collectandi non evenisset, *Bursat. d. cons.87. num.15. quo casu etiam Alexandri sententiam (quam alioqui fortiter impugnat) admittit Cravett. in propria causa consulẽdo cons.111 spectabilis,num.3.& consil.123.nu.16.& consil.775.Dominus, Ioh.num.8. in fin.Menoch.cons.887.Consultatio, num.48.& seqq.* c) interveniente, scil. prohibitione præscribentis & patientiâ adversarii, *l.hæc autem, 6.l.si ædes, 32.ff. de servit.urban.præd. Cravett.de antiquit.temp.d.p.§.materia ista,num.99.Menoch.de arbitr.lib.2.cent. c. cas.106.num.10.& seqq.* cum prohibitio eum possessorem constituat, qui possessor non est, *arg.l.si is qui,§ si servus 1.ib.nam si paratus,ff. de Vsucap.Rolan.á Valle cons.22 quod magnificus,num.23.vol.2.& hanc communem ait Thessaur.d.l. num.6.* d) quod 30.annorum curriculum á Dd. statuitur, *post Rol.Ioseph.Ludov. Natt.& alios Thessaur.dec.16.num.7.Wes.d.cons.67.nu.19.* e) *Ias.in d.l. quo minus,nu.32.ff.de flum. ubi se ita in civitate Casalensi consuluisse & obtinuisse retulit Balb de præscript.d.p.4.quinta prin.q.1.num.& seq. Gabriel.d.lib.5. concl. sub rubr.de præscript.concl.10.num.1.Bursat.d.consil.87. constat ubiq;, num 12.fac. Dd.supra ad lit. a.alleg.* dummodo res facultatis publicæ, non privatæ, *argum.l.licet,8. C. de iur.delib.Covarr.1.var.resol.9.num 2.Wesenb.cons.4.num.94.*& eatenus merę voluntatis, ut nec in judicium deducibiles sint, earumq; nomine nulla actio aut obligatio sit, quæ præscribi possit, *ut in casu, d.l. viam publicam,ff. de via publ. Covarr. d. loc. eleganter,Wesembec.dict.cons.4.n.94 & ita contra Alex.in propria causa nervosé contendit Cravett.d.cons.111 spectabilis,nu.21. & seqq: & in d.cons.775.n.8.Ioh. Pet.Surd.cons. 234.vide, nu.34.*

65. Actuum sané frequentia ad quasi possessionem jurisdictionis adquirendam vel conservandam haud præcisé requiritur, *a* cum vel unico servitutis causâ interposito actu, *b* possessionem generalis jurisdictionis apprehendi, *c* & conservari, communiter receptum sit. *d*

a) Sicuti in consuetudine quotiescunque ex conjecturis populi consensus haberi potest, de frequentia actuum non curatur, *Gail.2.obs.31.num. 9. Schenck Baro virid.Conclus.87.vid.Mynsf.cons.13 num.34.& seq.* b) *l.fin.ff. de itin.act. priv.l.fin.ff. quemad serv.amit.* secus si animo sibi non possidendi, sed jure familiaritatis possederit, *l. qui jure familiaritatis,41.ff.de adquir.possess. Cæpoll. de servit.Vrban. præd.c.20.in prin. Mascard.de probat.concl.12.14.in prin. Menoch.de arbitr. lib.2.cent. 2.cas.160.num.12.& seqq.* quod in dubio non præsumitur, *Alex. cons.69. circa primum,num.6.vol.5. ex Socin. Sen. Cur.jun. Paris. & Neviz. Menoch. de arbitr.d.lib.2. cent.2.cas.160.num.20.& 6 præs 67.num.13.*& actum in dubio gratiosum non præsumi respondit *Wesembec.consil 48.num.21.* c) *c.cum Ecclesia Sutrina extr.de caus,*

caus. poss. & propr. Ferar. in form. libell. act. Confess. gl. 7. nu. 14. post Innoc. Abb. cons. 61. in causa, col. 2. vers. per unicum actum, Hier. á Mont. fin. reg. c. 78. num. 1. Tiraq. de jur. primog q. 39 nu. 1. & seq. ubi rationem hanc reddit, quod jurisdictio respiciat universitatem, quæ in se una est, licet multis modis exerceatur, *Menoch. d. lib. 2. arbitr. cent. 2. cas. 160. num. 2. Vant. de Nullit. c. ult. num. 40.* & ita respondit Mynsi. *cons. 26. nu. 3. Mandest. Pist. cons. 40. num. 37. Mand. cons. 64. quia articulus, num. 19. & 79. Menoch. cons. 402. in indicio, num. 41. Bart. Socin. cons. 187. in controversia, n. 19. vol. 2.* in jure depascendi, ducendi aquam, *Menoch. cons. 725. num. 1.* præcedentiæ & sessure, *Decian. cons. 85. num. 7. vol. 5.* patronatus *Wesemb. d. cons. 48. num. 10. quamvis ex unico actu ad universalem jurisdictionem non semper argumentari possimus, ut dixi infr. th. 86. & arg. l. is qui usumfructum, 20. ff. quib. mod. usufr. amit. specul. in rubr. ff. de iurisd. omn. iud. n 35. vers. item si habens, Ferrar. in form. libel. act. Confess. gl. 7. n. 18. Hier. á monte fin. reg. cap. 78. n. 10. & seq. Color. in c. auditis, num. 22. extr. de præscr. ex Innoc. Hen. Boick. Iohan. Andr. & aliis Everh. á Midd. cons. 3. n. 24.*

66. Attamen in primis actus non violentos, *a* nec clandestinos esse *b* requiritur; hisce enim vitiis laborantes ad possessionem adquirendam parum operantur; *c* adeoq; generaliter tyrannus invasi territorii jurisdictionem non adquirit, *d* Ut nec subditorum invasori præstita obedientia, domino in possessione constituto, præjudicare possit. *d*

a) t. t. ff. de vi & vi arm. l. extat, quod met. causa. l. si partem, 5. Cod. de usu, & pro empt. v. Thesaur. decis. 16. num. 7. Everh. cons. 19. visis actu, num. 21. & seq. Unde ex Bald. *in l. 1. C. de serv. fugit.* notabiliter scripsit Jason. dominum non amittere possessionem subditorum, si ab alio inviti sint detenti & de eorum contraria voluntate appareat, *in l. 1. §. per servum, qui in fuga num. 4. & 5 ff. de adquir. possess. b) Gail. de arrest. c. 1. num. 22. c) c. cum dilectus de relig. domibus* sicut possessio perpignorationem vel capturam quæsita, vitiosa præsumitur, *Cravett. cons. 643. publica, num. 6.* quæ in considerationem non venit, *Decian. consil. 17. difficultas, num. 18. vol. 4. d) Bart. in l. qui fundum, n 1. & 2. ff. quem ad serv. amitt. Ferad. in form. libell. act. Confess. gl. 7. verb. plenam & omnimodam, n. 77.* ut nec subsecuta Principis authoritate confirmari possit, *argum. l. authoritatem, C. unde vi, Ias. in l. etiam possidere, §. qui ad nundinas, num. 26 ff. de acquir. possess.* qui ejus tempore invasiones factas investituras, concessiones legitimis præjudicare successoribus, respondit Mandel. *cons. 108. Stante, n. 4. e) post Spec. Mascard. concl. 1199. n. 23. & concl. 117. n. 2. per l. si coloni, C. de agr. & cens. lib. 11. Natta cons. 66. nu. 60. & seq. Sac. not. Panormia in cons. 80. in q. col. 4. vers. sed dubium, vol. 1. Gail. 1. observ. 70 nu. 18.* in jure incidendi lignа, *Paris. cons. 27 n. 133. lib. 1. Afflict. dec. 254. vid. Menoch. cons. 437. cum interrogatum num. 31.* adeoq; subditos capi & ad obedientiam domini, á cujus obedientia de facto subtraxere, vindicari posse, *arg l. generali, C. de decur. lib. 10. respondit Bald. cons. 135. inter castrum, num. 2. vol 5.*

67. Principis autem concessionem cuivis justum possessæ jurisdictionis præbere titulum, minús habet dubii. *a* Et ista quidem, si simul cum jurisdictione utile dominium translatum, privativé, *b* Si verò simpliciter mandata, cumulativé quoad Principem interpretanda est. *c*

a) arg.

a) *Arg. l. 1. de offic. eius cui mand. iurisd. l. 5. ff. de iurisdict.* de investitura docet *Wesembec. cons. 21. num. 47.* de venditione *Bald. in c. 1 § eadem lege de lege Conrad. Decius in l. debitorum, C. de pact. Surd. cons. 208. Cogendus, n. 5.* quam in jurisdictione cõsuetudine receptam, testatur Hart. Hartm *pract. for. lib. 2. tit. 54. observ. 2. nu. 4.* b) Ut emolumenta jurisdictionis non ad dominum directum, sed utilem pertineant, cum hic in perceptione fructuum domino directo præferendus sit, *arg. l. 9. in prine. §. 2. & §. 5. ff. de usufr. l. 1. ff. si arg. vect. l. in reb. C. pe iur. dot. Wesemb. cons. 21. num. 67. Thesaur. dec. 132. n. 2. & decis. 250. num. 1. & 2.* Sicuti concessio feudalis, quoad dominum superiorem, privativé, excepta Dd. opinione, intelligitur, *de qua testatur Hart. Pistor. in quæst. feud. p. 2. lib. 2. quæst. 45. num. 15. Dan. Moller. 4. Semestr. 46. n. 10. Menoch. 2. præs. 18. num. 5. & seq.* Et Vasallum de prima & secunda cognitione, quoad Dominum privativé investitum, *ex Iacob. & Gram. retulit Thesaur. decis. 177. nu. 11.* cum generaliter jurisdictio, per contractum quæsita, quoad transferentem, privativé interpretanda sit, *Cravett. cons. 411. n. 31. & 33. Decian. cons. 35. Stantibus, n. 6. vol. 4. Natta cons. 408. quod pr. nu. 7. & 10. Menoch. d. præs. 18. n. 13.* b) *ex Felin. in c. caterum, num. 4. de judic. Menoch. de arbitr. libr. 1. q. 40. num. 3. & seqq. & d. præs. 18. num. 1. & 2. Mynsing. cent. 6. obs. 99. eleganter Decian. cons. 35. nu. 59. vol. 4. Pacian. de probat. 43. num. 47. Wesemb. cons. 95. n. 26. v. Coler. de process. execut. p. 2. c. 1. nu. 127. & seqq.* Unde jurisdictionem mandatam judici speciali, non continuo generali ademtam esse, *arg. l. 1. C. de offic. præf. urb.* ex Fran. Aret. magis receptum testis est, *Menoch. d. præs. 18. n. 26.*

68. Sed quæ jurisdictionis appellatione á Principe generaliter concessæ veniant, non æqué ab omnibus explicatur. Sané cum quæ jus superioritatis supremamvé jurisdictionem concernunt, *a* specialem expressionem requirant, *b* ea tributa non intelligi, *c* nisi forté, quæ ex mero & mixto Imperio descendunt, excipias *d* verius opinor.

a) Sic ab appellatione omnimodæ jurisdictionis hæc excipi docet *Covarr. pract. quæst. c. 4. num. 6. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. § 1. gl. 5. num. 50. & seqq. Rol. á Valle cons. 78. num. 15. vol. 3.* b) *argum. c. 1. ibi, nisi qua specialiter, quæ sunt Regal. Wesemb. cons. 32. num. 11. Molina in d. § 1. gl 5. num. 53. & 55. Menoch. 3. præs. 97. nu. 28. Mynsing. cons. 39. num. 6. & 7. Natta cons. 991. num. 7. vol. 4. plurimos in hanc sententiam allegat Vultei. de feud. lib. 1. c. num. 7. in f. ubi hanc communem ait.* c) *argument. c. quod translationem extr. de offic. legat. Wesenbec. cons. 45. num. 21. Mynsd. cons. 39. num. 7. Fran. de Clapp. tract. de jurisd. concl. 16. num. 7.* adeó ut nec donatione territorii cum omni jure Principis complecti intelligantur *post Valasc. in l. Imperium ff. de jurisd. nu. 50. Menoch. 3. præs. 97. num. 41. Covarr. pract. q. c. 1. nu. 10. Mol. in consuet. Paris. d. tit. 1. § 1. gl. 5. n. 55. & seqq. Car. Tap. ad l. fin. ff. de constit. prin. c. 2. part. 1. nu. 33. v. omninò Ant. Peregr. de iure fisc. lib. 1. c. 2.* d) Ut sunt mulctę, pœnæ in causis criminalib. *§. si quis aliquem ib. Alvarot. nu. 7. & §. si clericus de pac. tenend. & eius violat. de quibus infr. thes. 88.* & ea ratione, quamvis hodie merum Imperium de Regalibus esse putetur, generali tamen concessione venire, *post plurimos quos allegat*, sentit. Tapia *d. c. 2. p. 1. num. 38. Roland. á Valle const. 47. Visa donatione, vol. 2. Menoch. d. præs. 97. num. 29.*

69. Idem sive castrum á Principe simpliciter, sive cum jurisdictione detur, statuendum est. Neutro enim casu jura superioritatis & Regalia, *a* sed Legitima tantúm jurisdictio *b* merum mixtumque Imperium in concessionem venire, probabilius est. *c*

a) ea enim, quæ veró similiter in specie quis concessurus non esset, generali sermoni inesse intelliguntur, *l. obligatione 6. ff. de pig. l. si mercedem 35. §. si cum 1. de act. emp. vid. Dd. thes. praced. lit. A. & B. allegatos,* b) *de qua statim, thes. 71. & seq. dicam.* c) quæ generali jurisdict. appellatione complectuntur, *vide thes. seq.* maximè in concessione Principis, cum hic, concesso castro, omnimodam jurisdictionem transtulisse censeatur, *Ias. in l. fin. ff. de Constit. prin. num. 9. Covarr. pract. quæst. c. 1. num. & hanc sententiam omnes sequi, ex Dec. ait Vult. d. lib. 1. c. 5. num. 5. de feud. Tap. d. p. 2. c. num. 42. in l. fin. ff. de Constit. prin.* Diss. *Longov. in l. Imperium, ff. de juriſd. part. 4. cap. 1. num. 10. & seqq.* dummodo castro jurisdictio cohæreat, *arg. l. 1. §. cum urbem ibi. Dd. ff. de offic. præf. urb. post Bald & alios Covarr. d pract. q. cap. 1. num. 10. Chassan. in Cons. Burg. Rubr. 1. de justices ad verb. Iustices num. 18. & seqq. Mol. in Consuet. Paris. d. tit. 1. §. 1. gl. 5. num. 47. & seq. Menoch. 3. præs. 97. num. 14. Roland. á Valle consi. 42. num. 30. Geil. 2. obs. 62. num. 9. Vult. d. cap. 5. Borch. de feud. cap. 6. num. 35. plurimos ad hoc cit. Car. Tapia in d. l. fin. ff. de Constit. pr. 1. num. 27. & num. 41. Menoch. de præs. d. lib. 3. præs. 97. num. 1. & seqq. Vult. d. loc. num. 5. qui Ludovv. Rom. in l. 3. num. 9. ff. de adquir. poss. & cons. 444. num. 7. dissentientem allegat. cum argumenta refutavit Menoch. d. loc. num. 9. & seqq.*

70. Quinimo, si jurisdictio etiam sine territorio simpliciter *a* concederetur, itidem has Legitimæ jurisdictionis species, merum, *b* mixtumque *c* Imperium, translatas intelligi communiori Interpretum calculo approbatum. *d.*

a) *Sicuti & nostro Germanorum stylo concessionem feudi* Mitgerichten/ *non solùm* von Vndgerichten/ *sed etiam* von Obergericht / *interpretandam post Schurff. cons. 26. num. 2. cent. docuit Wes. cons. 95. num. 20. & seq.* b) cum in definita jurisdictionis appellatione merum Imperium comprehendatur, *gl. in Clem. 1. ad verb. omnimodam de for. comp. fac. alleg. thes. seq. lit. n & hanc opinionem sequitur Ioh. Andr. in Addit. ad Spec. tit. de juriud. om. jud. num. 16. ad verb. Pastoralis Ferar. in form. libel. in act. Consess. gl. 7. num. 6. Val. in l. Imperium de juriud. num. 35. Roland. á Valle cons. 42. num. 17. & seqq. vol. 2. Covar. pract. quæst. d. cap. 1. num. 10 vers. Secundo, & vers. Quarto plures allegat. Menoch. 3. præsumpt 97. num. 15. Vult. d. c. 5. Carl. Tapia d. c. 2. num 41. & seq. Idque* multó magis si omnimoda jurisdictio concessa, *Rol. á Valle d. cons. 42. vol. 2. n. 38. & seq. quo etiam casu consentit Ias. in d. l. Imperium num. 12. de juriud. qui aliás si in definita data sit, num. 1. ib. & seq. dissentit; ut & ante hunc Spec. d. tit. de juriud. om. jud. num. 16. noviter Longov. in d. l Imperium p. 4. cap. 1. num. & seq. post Mol. Borch. feud. c. 6 n. 35. aliter dist. Menoch. d. præs. 97. num. 33. & seq. & Dn. Obrecht. thes. 43. & seqq. de juris. de quo minus dubitatur ob lib. 1. §. fin §. 1. ff. de off. ejus cui mand. v. infr. th. 140 & seq. Communem fatetur Iason. in d. l. Imperium num. 10. & seq. ff. de jur. Covarr. d. cap. 1. n. 10. vers. Quarto & plurimos hanc tenere, infinitas allegando authoritates, scripsit Vult. d. c. 5. num. 5. de feud. C.*

71. Est autem hæc Legitima jurisdictio, *a* á jure dicundo ita dicta, *b* publica, *c* de causa criminali vel civili statuendi, *d* potestas. *e*

a) In genere accepta, ut & merum Imperium sub ea contineatur, *quod fieri posse apparet ex Rubr. ff. junct. l. 3. & Rubr. C. junct. l. de iuris, l. 1. iunct. l. 4. § fin. l. 7. fin. iunct. l. 8. ff. de offic. proconf. l. 1. in princ. ff. de offic. eius cui mand. iurisd. § nos Romanorum vers. extra in f. de pace Constant.* b) *arg. l. 1. in verb. ius dicentis ff. de iurisd. Rubr. ff. si quis ius dici non obtemp. l. 2. § eodem tempore* 10. *§ post aliquot* 28. *& § capta.* 32. *de O. I. l. 1. de Extraord. cognit. Ant. Vacca ad Rub. ff. eo. Wes. in par. ff. de iur. num. 2.* Diff. *gl. in l. 3. ff. h. t. & Nov. 15. c 3. Bar. in l. 3. num. 3. Zas. in Rub. h. t. num. 1. Ioh. Andr. in addit. ad Spec. § Expeditio 1. ad verb. Potestas de iurisd. omn. iud. qui à iure & ditione derivant, unde iurisd. scribendum existimant, cum tamen iurisdictio à iurisdictione reipsa differat, ut rectè notavit Sichard. in Lexico iuris. ad verb. iurisdictio.* c) jure publico tributa *arg. l. privatorum 3. C. h. t. l. pen. ff. de iud. Fran. de Clap. tract. de iurisd. concl. 1. num. 2. Pacia. de probat. lib. 2. c. 43. num. 37.* d) *ita ferè Govean. lib. 2. de iurisd. ad Rubr. num. 59. Duar. de iurisd. c. 1. Vult. iur. Rom. lib. 1. c. 12. num. 2. Forst. in hist. iuris. Civ. lib. 2. c. 86. num. 3.* e) quæ aliàs simpliciter mero Imperio tribuitur, *l. 3. ff. h. t. l. 3. ff. de offic. præs.* per Synecdochen. *Vult. d. c. 12. num. 1.* seu eminentiam *Cuiac. 21. observ. 30.* & jurisdictioni simplici, mixtoque Imperio convenire ostendat, *l. 1. si ventr. nom. mul. in poss. l. 3. ff. de offic. Prætor. l. potestatis 215. de V. S.* Diff. *Castr. & Decius allegati à Muscor. tract. de iurisd. num. 31.*

72. Pro ratione Causarum Civilium & Criminalium *a* in Imperium & jurisdictionem inferiorem seu bassam, ut loquuntur; partiri poterit: *b* Imperium est jurisdictio in coercitione potissimum posita; *c* seu jubendi imperandique potestas, & efficiendi, ut ratum sit, quod jusserit. *d* Illud, in duo genera discedit graviorem animadversionem, quæ merum Imperium vocatur, ad Criminalia; & leviorem, quæ mixti Imperii est; ad Civilia pertinens judicia. *e*

a) Quæ jurisdictionis generalia objecta sunt, omnis enim Magistratuum jurisdictio vel distrahendarum controversiarum, vel maleficiorum puniendorum causâ inventa & comparata est *Forster. Hist. Iur. Civ. lib. 2. c. 86. num. 1. Govean. ad l. 3. num. 36. & seq. ff. de iurisd.* b) *Govean. d. loc. num. 36. & seq.* qui ibidem, forsan, minus rectè, Imperium triplex & jurisdictionem Imperii speciem constituit; *vid. Vinc. Cabot. 2. disput. 8.* c) *ex Govean. Vultei. d. l. Iur. Rom. c. 12. n. 7.* d) *arg. l. quod iussit, 14. de reiud. l. fin. ff. ne quid in loc. publ. Don. 17. Com. 6. eodem sensu Althus. 1. Iur. Rom. c. 8. vers. Imperium iussum ait, cui parere oportet, & potestatem iubendi, coercendi, puniendi & absolvendi argum. l. 2. & 3. ff. h. t. De verbo* Imperii *præter alios vid. Corras. 3. Miscel. 17. num. 2.* c) *l. 3. ff. h. t. Govean. ibid. num. 10. & 37. Cabot. distinct. 2. disputat. cap. 8.*

73. Merum dicitur respectu Mixti, quod non sit cum jurisdictione mixtum, sed separatum & purum; *a* Lege saltem in eo jus dicente, non Magistratu, *b* uti cui de facto cognoscere & pronunciare, saltem ǫ; is publicis legibus constitutum, declarare, permissum. *c*

a) *Ias. in d. l. 3. ff. h. t. nu. 15. Cujac. 21. obs. 30. vers.* Mero autem Imperio haud secus, ut merum jus gentium, *l. bona fides, 31. ff. de pos. Duar. 1. Disput. 53. Donell. 17. Comm. 8.* non mera faciendi conditio, *l. cum servus, 82. de condit. & demonstr.* merum possessorium, dicimus, *Contard. ad l. un. C. si de mom. poss. fuer. ap. limit. 2. n. 2. & seqq.* Alii quod summum, *Bart. in d. l. 3. n. 6. ff. de jurisd. Musc. tract. de juriad. n. 38.* Alii quod vehementissimum, & ad res graviores pertineat, appellatum existimant, *de quibus Govean. ad d. l. 3 nu. 7. & seqq. ff. de juriad.* b) *l. ordine ad municip. l. aliud jus, 131. § 1. ibid. Gœd. num. 3. & seq. l. si qua pœna, 224. in fin. de V. S. l. 1. § 4. ad Tupillian. l. ea Divi. 4. C. locat. l. servos, 8. §. dn. C. ad L. Iul. de vi publ. Bod. de Republ. l. 3. c. 5. f. (mihi) 479. & seq.* c) *l. si præses, 33. ff. de pœn. l. Divus pius, 31. ff. ad L. Cornel. de falsi. Vult. d. c. 12 sub. nu. 5. in alleg.* Unde is, cui meri Imperii potestas, ex Lege ejusq; præscripto arbitrio judicare dicitur, *d. l. si qua pœna, 224. de verb. sign. Bod. loc. nu. 301. & seq. v. infr. thes. 121. lit. 1.* Aliter *Suer. Rep. Lect. jur. Civ. 1. c. 6. vers. in mero.* Hodie pœnæ definitio arbitrii judicis ferè esse cœpit, *l. hodiè, 13 ff. de pœn. l. ordo, 8. ff. de publ. iud. l. lex Iulia, 7. § fin. ff. ad L. Rep. Cujac. 8. obs. 33. Mynsi. 2. obs. 33. Wes. in parat. ff. de pœn. n. 5. Cabot. 2. disp. 6.*

74. Definitur ab Ulpian. *a* gladii *b* potestas ad animadvertendum in facinorosos homines *c* Per eminentiam sæpé Potestas simpliciter appellatur. *d*

a) *d. l. 3 ff. h. t.* jus gladii, *l. 70. de R. I. l. illicitas, § 8. ff. de off. Præs.* quod eo tempore pœna gladii usitatior, *Cabot. 2. disp. 5. inf. Cujac. 2. obs. 30.* seu, quod honor gladii esset signum summi Imperii, Imperatoribus magis, quàm Magistratibus convenions, *Govean. ad d. l. 3. n. 24. h. t.* b) quo non materialem tantùm, sed quodvis extremum denotari supplicium, verius. *Delrio, in l. transigere, C. de transact. n. 26. P. Fab. in distinct. l. nemo potest, de Regal. jurisdict. & 1. Semestr. 3. Cujac. dist. 21. observ. 30. Longoval. in d. l. 3. 2. c. 1. num. 9. ff. h. t. Diss. Muscorn. d. tract. de jurisdict. num. 49. & seqq.* c) *d. l. 3 ff. h. t.* quæ, an vera definitio sit, miré variatur. Ulpiani temporibus utique accommodata fuit, *Longov. d. p. 2. c. 1. h. t. Corras. 3. Miscell. 17. nu. 8. & seq. Costal. in d. lib. 3. h. t. Duar. 1. disp. 53.* τυποδῶς *definiri ait, Cujac. d. l. 21. obs. 3. Gualter. 1. Miscell. 2.* d) *d. l. 5. ff. h. t. dixi supra, th. 71. lit. E.*

75. Consistit in jure pœnam delinquentibus inferendi, *a* non verò sola executione, *b* Quinimó in sententia, delicto, causâ cognitâ, & criminali habito processu, pœnam præstituente, potissimam hujus Imperii vim considerari, opinor. *c*

a) *Argum. d. l. 3. ibi gladii, ff. h. t. Vacon. á Vacun. 6. Declar. 2. nu. 2. Fr. de Clapp. d. tract. de jurisd. concl. 4. num. 2. & seq.* b) alioqui & lictoribus tribueretur, *ut contra Gillot. disputans ait Longoval. in d. l. 3. p. 3. c. fin. nu. 3. ff. h. t.* animadversio non semper ad nudam executionem refertur, sed & cognitionem sæpé complectitur, *l. item apud, 15. §. quod ait, 28. de injur. & l. 1. § iun. l. verum, 11. § sciendum, ff. de minor.* Sic Pompon. *in l. 2. de Orig. Iur. id quod in §. Exactis animadverte, hoc in §. Et quia ei jus dicere appellat, argum. l. 1 ff. de off. ejus cui mand. iurisdict. d. l solent. 6. ff. de off. Præs. cons. qua est, sententia Bald. in l. si quis filio, §. irritum, ff. de iniust. rupt. quem refert Chas. in cons. Burgund. tit. des justices, § 1. ad verb. haud iusticier. num. 5.* Sic civitati Spirensi in Camerales executionem, quæ facti nudi est; Cameræ verò ipsum merum Imperium,

perium, quod in cognitione, processu & condemnatione versatur, competere docuit D. Denasius, JC. & Camer. Imp. Assess. digniss. *in disput. de Imp. subjuncta iuri suo Cam.* De civitate Colonienſ. vid. Ar. Baërdt, *in addit. ad pract. crim. Iacob. de Bekoviſ. 10. ad verb. duo judices.*

76. Quot autem pœnarum ordines, *a* tot meri Imperii gradus commodé constituuntur. *b* Ad primum Capitalem animadversionem refero, cum vel vita naturalis facinorosis adimitur; ut sit pœna crucis, *c* furcæ, *d* cremationis, *e* decollationis, *f* strangulationis, *g* submersionis, *h* & tam dissectionis, *i* quám per totum membrorum fractionis. *k*

a) Quæ in Capitales, & non Capitales secantur, §. *publica Inst. de public. l. 2. ff. ad l. si quis forté, 6. § fin. cum ll. seqq. l. capitalium, 28. cum* § 1. *ff. de pœn.* *b*) *Forster. 2. Hist. Iur. Civ. c. 86. num. 20. & seq. fac. net. Govean. ad d. l. 3. h. t. num. 6. Fr. de Clapp. d. tract. de Imp. & iurisdict. concl. 5. & sex gradus constituens, qui ad hos duos facilé revocantur, Diss. Dd. comm. dum alios pœna irrogationem non respicientes, adiungũt gradu Bart. in d. l. 3. num. 6. 8. & seqq. Iaſ. ib. nu. 8. & 24. Zaſ. n. 14. & seq. ff. h. t. Muſc. d. tr. n. 77.* *c*) *Paul. 5. Sen. 22.* hodié veneratione signi salutis nostræ ex Edicto Constantini legitimarum pœnarum numero subtracta, *cont. 1. sub Lict. c. 13. Cuiac. in not. ad Paul. d. loc. & 16. obs. 1 Cov. 4. var. resol. 5.* *d*) *d. l. 28. in pr. &* § 5 *ff. de pœn. ubi á Triboniano furea nomen substitutum, arguit collatus d. Paul. locus not. Cuiac. Cond. dd. locis Wes. in par. ff. de pœn numer. 3.* *e*) *l. aut damnum, 8. § hostes, 2. d. l. 28. in prin. &* § *Igni, 11. cum* §. *seqq. ff. de pœn.* *f*) Sive gladio, sive securi fiat, *d. l. 8.* § 1. *& d. l. 28. in prin. ff. de pœn.* *g*) *d. l. 8.* § 1. *de pœn.* *h*) *quam est illa de qua in* §. *alia deinde, 6. Inst. de publ. ind. vers. Wes. in par. ff. de pœn. n. 3.* Huc quoq; pœna é Saxo Tarpeio dejectionis refertur, *de qua in l. 12. tabul. sub tit. de falſ. vid. Gothoſr. in l. si quis, 25.* § 1 *ff. de pœn.*

77. Vel Civilis delinquentibus auferetur; sive præter civitatem simul libertate; *a* in metallum, *b* ludum, *c* ad bestias, *d* carceres perpetuos, *e* sive civitate tantúm, *f* in exilium, *g* perpetuum opus publicum condemnatione, *h* priventur.

a) §. *maxima I. de Cap. demin. l. licet 103. de V S. Mynsing. 2. obs. 45.* *b*) *d. l. 8.* § *8. ff. de pœn. l. 3. de his qua pro non scrip. Cuiac. in not. ad Paul. 5. sent. 7.* *c*) *d. l. 8.* § *quocunque, 11. de pœn. Paul. d. loc. Cuiac. c. 13. obs. 10.* *d*) *de qua pœna Cuiac. d. 13. obs. 10.* hodié huic pœna triremium, *Goth. in d. l. 17.* § 1. *de pœn.* quám in secundo gradu meri Imperii collocat Fran. de Clapp. *concl. 5.* & Banni Imperialis surrogata, *Gail 2. dep. p. 1 num. 14.* *e*) *Bl. in l. incredibile. num. 3. C. de pœn.* æquiparatur enim servituti, *Iaſ. in l. 3. n. 24. vers. sub isto Bart. in 8. h. t. Maſcard. d. tract. n. 16. v. Delr. in d. transigere, num. 47. C. de transſ. rem issive* Marian *p. 4. iud. dist. l. 2 nu. 2.* idque ex jure Canonico, *ff. quamvis de pœn. in 6.* *f*) *d licet 103. de verb. sign. l. sed & si, 4. ff. si quis caution. l. 2. ff. de pœn l. eum, 10. c. de iur. patron. d. l. 2. de publ. iud.* *g*) quod proprié est civitatis amissio, *d. l. 2. de pub. ind. ib. Wes. in parat. ff. num. 1. Cuiac. 15. obſerv. 35. Duar. 1. diſp. 37.* & ad deportatos pertinet, qui civitate, non libertate; privantur, § *minor. Inst. de Cap. dim. d. l. 2.* § 11. *& l. sunt quidam, 17.* § 1 *ff. de pœn. l. inter, 6. l. 14. & seq. ff. de interd. & releg. l. qui cum maior. 14.* § *ut demum de bon. lib. l. 1.*

§. capitis diminutio 8. ad SCtum Tertyll. arg l. 22. §. is cuius 5. ff. mand. v. Muſcor. d. tr. n. 98. Ravard. 3. var. Lect. 5. num. 3. Cuiac. in not. ad d. §. minor. Inſt. de Cap. dim. & ad Nov. 22. Duar. 1. diſp. 9. Govean. 2. var. Lect. 11. Vultei. 1. Diſcept. 12. Dauth. de teſt. n. 211. h) *d. l. 17. §. 1. ff. de pœn.*

78. Secundi veró gradus eſt jus pœnarum non capitalium; *a* qualis eſt membri amputandi, *b* relegandi, *c* in vincula, compedes, carceres conjiciendi, *d* fuſtigandi, *e* ad lapidem ſcandali portandum damnandi, *f* verberandi, *g* torquendi, *h* ſtigma imprimendi, *i* mitram imponendi, *k* mulctandi & ſimilium poteſtas. *l*

a) Quibus corpus aut exiſtimatio læditur, aut damnum duntaxat infertur *d. l. capitalium 28. §. 1. de pœn. d. l. 2. de publ. iud. á Forſt. 2. Hiſt. Iur. Civ. c. 86. nu. 21. ad non ſummum Imperium relata.* b) *Iacob. de Bello viſ. c. 13. num. 19. in pract. Crim.* pœnam non capitalem eſſe, *arg. eſt Nov. 128. c. 20. ibi citra, &c. Iaſ. in d. l. 3. num. 24. verſ. Et quod mutilatio, Menoch. 1. arbit. q. 89. num. 9. & ſeqq. Delrio in d. l. Tranſigere, C. de tranſ. num. 44.* & manus duntaxat permittitur; *Nov. 134. c. ult. & auth. Sed nov iure C. de ſerv. fugit. Cuiac. 7. obſ. 13.* hodie Conſt Car. V. linguæ & aurium abſciſſio quoque obtinuj, *Conſt. Crim. art. 198.* c) *d. l. 28. §. 1. de pœn. arg. d. l. 3. de publ. iud. l. Edicto 13. verſ. cum autem ff. de bon. poſſeſſ. Gœd. in d. l. Licet 103. num. 4. de V. S. Iac. de Bello viſ. d. cap. 13. num. 19.* d) *Farinac. 1. prax. Crim. q. 27. num. 6.* Et carcerem meri imperii eſſe, ſi is, qui cauſam carceris examinat, eam habeat, tradunt Dd. *in d. l. Imperium, h. t. ib. Iaſ. num. 24. Curt. Iun. num. 88. Purp. ſecus ſi alteri remitteretenetur, de quo dixi inf. theſ. 93. lit. B.* licet de jure civili carcer inter Legitimas pœnas non recenſeatur, *l. mandantis 33. d. l. 8. §. ſolent, 9. de pœn. l. 1. de cuſted. reor. l. 6. C. de pœn. Cui. 14. obſ. 14.* niſi ad tempus quis publicis vinculis coerceretur, *d. l. 28. §. ad ſtatuas 7. ff. de pœn. l. Senatus conſ. 58 de iniur. l. tutor. 3. §. quia pecuniam 16. de ſuſp. fin. tut. ff. aleator. v. Delr. in l. Tranſig. ren. 45. C. de tranſ.* Ex jure Canonico & uſu recepto inſtinctu pœnæ loco eſſe cœpit *v. th. praced. 77. lit. e. Schenck Baro virid. concl. 98.* c) *d. l. 28. §. 1. de pœn.* quam non eſſe pœnam capitalem, minus dubitari ait Gœd. *d. licet 103 de V. S. num. 4. v. Del. d. loc. num. 41. & ſeq. de communi teſtatur Mar. p. 4. diſt. 2. iud. num. Claſſ. §. tamen in Conſu. Burg. Rubr. 1. in pr. ad verb. Et droicts d' icelles 71. poſt. Alb. de Ros. in l. fin. C. de off. eius qui vic. non eſſe de mero Imperio & nihilominus ibid. num. 129. §. 5. pœnam ſanguinis eſſe contendit.* f) *de qua Mynſ. conſ. 16. num. 25.* g) *l. 7. ff. de pœn.* h) quamvis tortura regulariter ad eruendam veritatem imponatur; *l. pœn. ff. de quæſt. Cuiac. 14. obſ. 34. in f.* attamen jus torquendi in criminalibus meri imperii eſt, *Iacob. d. Bello viſ. d. l. lib. 2. cap. 10. num. 33. Mynſing. d. conſ. 16. num. 22. Farinac. d. l. lib. 1. prax. Crimin. quæſt. 37. num. 109. circa, med.* i) *l. 1. §. fin. ff. de fugit hodie ſublata per l. ſi quis Metallum, 17. Cod. de pœn. Mynſ. cent. 2. obſ. 46.* k) *Clar. §. fin. q. 70. n. 8.* l. ſi mulcta fiſco applicetur, tunc enim criminalis pœna, *argum. l. 5. C. de mod. mulct. l. 1. C. de fidei fac. ea qua conceſſit laté Delr. in l. 1. Tranſigere, Cod. de tranſact. num. 9. & ſeqq.* & meri Imperii eſt, *Iaſon. in d. l. 3. num. 8. verſ. ſecundo quia, ff. h. t. Muſcor. d. tr. n. 13. Longov. in explicat. d. l. p. 3. c. ſupereſt, 4. fol.* (*mihi*) *218. num. 9. Menoch. de arb. l. 14. 74. num. 9. & ſeqq. Farinac. d. l. 1. tit. 3. q. 18. n. 46.* Huc etiam confiſcatio excommunicatio referenda, *v. Iaſ. in d. l. 3. n. 24. ff. h. t. Longoval. ibi p. 3. d. c. ſupereſt, n. 8. Menoch. 2. arbitr. caſ. 338. n. 35.*

79. His

79. His autem pœni, in reos animadvertendi potestatem, olim exactis Regibus, solus populus habuit; *a* qui quæstores singulis capitalibus præponebat controversiis; *b* ad quos deinde Legibus latis ordinario jure publica judicia deferri cœpere. *c* Sub Augustis verò jus meri Imperii multis Magistratibus, uti præfecto Prætorio, *d* & Præfecto Urbi, in civitate: *e* Proconsuli, *f* Præfecto Augustali, *g* & Præsidibus in provinciis *h* tributum est. *i*

a) *L. 2. § exactis de O. I. Bodin. de Republ. l. 3. c. 5. Forster. 1. Hist. Iur. Civ. c. 26. n. 25. & seq. & l. 2. c. ult. n. 31.* *b*) *d. l. 2. §. Et quia, 23. de orig. Iur.* Qui dictatoribus, ut capitis animadversionem haberent, dedit *d. l. 2. § populo deinde, 18. de Orig. Iur.* *c*) idque post Legem Valeriam, Sempronium & Porcium Legibus Corneliis, *d. l. 2. § capta Sardinia, 32. de Orig. Iur. Bod. d. loc. n. 301. Forst. d. l. 1. c. 26. n. 36. & seq.* *d*) *Cujac. & Wesemb. in parat. ff. de off. prat.* *e*) *l. quoniam, C. ad l. 1. in prin. §. 37. & passim, 1. ff. de offic. præf. urb.* *f*) *l. solent. 6. l. si in aliam, 7. § cum plenissimam, l. si quid erit, 11. ff. de offic. proconf.* *g*) *l. unic. ff. de offic. Præf. Aug.* *h*) *l. Illicitas, § qui universitas, ff. de offic. præf.* *i*) quod extra ordinem ab initio factum latè deduxit Bodinus *d. lib. de Republ. c. 5. n. 302.*

80. Defertur verò non solùm privatis, *a* sed & Magistratibus haudquaquam jure officii, sed specialiter Lege, Senatus consulto, vel cõstitutione Principum, *b* ut nec Magistratus jurisdictionem mandantes Imperium merum transferant; *c* nec is, cui publici judicii exercitium *d* de jure competit, eandem extra casum necessitatis, uti absentiæ, *e* aut infirmitatis *f* specialiter alteri mandare possit. *g*

a) Privatis enim olim quandoque ex Legis delegatione datum, docuit *Cujac. 12. observ. 30 & 15. observ. 39. & in prælect. ad l. 3. ff. h. t. argum. l. 1. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. aliud. fraus, 131. §. 1. de V. S.* & ex Populi Romani historiis id cuique notorium ait P. Fab *in l. nemo potest de R. I. Vnic. Cabot. 2. disp. 5. sequitur Gœd. add. l. 131. nu. 6. de V. S. Diss. Henric. á Suerin. Repet. Lection. c. 6.* *b*) *l. 1. ff. de offic. eius cui mand. l. art. damnum, 8. § præfecto, 5. ff. de pœn.* *c*) *d. l. de offic. eius cui mand. ibi. Wesembec. num. 2. & 3. l. nemo potest, 70. de R. I. solent, 6. ff. de offic. Proconf. Henric. á Suevin. dist. cap. 6. vers.* Hoc ergo genus, quod industriâ personæ electa sit *secundum Dd. arg. l. inter artifices ff. de solut. reprehens. á Gualter. 1. Miscel. 9.* *d*) *id est*, quæstio cognitio, persecutio, merum denique Imperium, nec enim de nudo exercitio & publici judicii simplici cognitione interpretanda, *aliter atque gloss. ibid. in verb. possit*, nec cujusmodi mandatum in casu absentiæ factum, illegitimum est: *Secus atque Cuiac. in d. lib. 1. ff. de offic. eius cui mand. ad l. 2. quæstion. Papin. errabat quippe Magistratus, si præsens mandaret, si absens minimè sed Lege permittente id fiebat, d. lib. 1. ff. de offic. eius v. Babot. 2. disput. 7.* *e*) *d. l. vers. Huius rei, ff. de offic. eius cui mand.* *f*) *Br. in d. l. 1. num. 11. & Ias. ibid. n. 83. arg. l. 1. §. 1. de consul. l. quæsitum, 60. de re iud. quorum opinionem communiter receptam ait Obrecht. th. 263. v. Longov. in Repe. d. 13. part. 3. c. ex supr. scriptis. h. t. num. 3. & seq.* *g*) *prout nominatim L. Iul. de vi cautum d. l. 1. ff. de offic. eius cui mand.* Sed annè ad cætera publica judicia hoc extendendum?

Affir-

Affir. *gloss. in d. l. 1. ad verb. fortissimum de offic. eius cui, quam sequuntur ib. Dd.* Negat. *Obrecht. thes. 264. & seq. Bronchorst. cent. 1. ἐναντιοφανῶν, assert. 11. in fi. Cuiac. in explicat. d. l. 1. lib. 2. quæst. Papi. Sed quoniam priorem gloss. sententiam retineamus, d. l. 1. non impedit.*

81. Vix itaque probabile est, Imperium præscriptione cuiquam acquiri, *a* vel partium consensu prorogari potuisse. *b* Siquidem neq; is, cui certa hujus Imperii species concessa, omnium potestatem habere censeatur, *c* neq; argumentum á majori ad minus in hac Imperii specie ullius efficaciæ sit. *d*

a) *Argum. l. 3. ff. ad Iul. Maiest. d. l. 1. ff. de off. eius cui mand.* *b*) criminalia enim judicia legi unicé reservata sunt, & is, qui in criminalibus jus dicendi potestatem nactus, nihil amplius, quám quod ipsi nominatim & specialiter concessum est, habet, *ut recté Vult. ad l. 1. Cod. de iurisd. n. 80. 110. & 135.* *c*) *arg. l. 1. § qui mandatam. ff. de off. eius cui mand. Cuiac. in prima prælect. l. 3. ff. h. t. Cabot. 2. disput. 5.* *d*) *Cuiac. Cabot. d. loc. v. Phil. Franc. in c. cui licet, num. 2. de Reg. Iur. in 6. Cravett. cons. 592. pudor erit, nu. 89.* Sic enim Præsidibus jus gladii datum, *l. illicitas, § qui universas, ff. de offic. præf.* Jus in Insulam deportandi denegatum, *l. 6. §. 1. ff. de interdict. & releg. l. 1 ff. de legat. 3. Cuiac. ad d. l. 3 ff. h. t. & ad l. si quis filio, § eius, qui deportatur, ff. de iniust. rupt. & irrit. idem in parat. ff. de off. præt. vid. Cabot. d. loc. Fr. Zoannet. Restitut. lib. singul. c. 22. Diss. Hotom. 3. obs. 12. & ante eum Dyn. in d. c. cui licet de R. I. in 6.*

82. Paulatim veró specialis Superioris jussus requiri desiit, & jurisdictio criminalis jure Magistratus competere, *a* indistinctéque mandari cœpit. *b* Quo intuitu non insubtiliter dixit Cujac. Magistratus hodiernos de rebus capitalibus cognoscentes Imperio mero non uti. *c*

a) *Wesenb. in parat ff. de iurisd. num. 11. in f. Castal. ad l. 1. off. eius cui mand. iurisdict. Henning. Gœd. cons. de iurisdict in ord. 39. num. 14. Marant. p. 4. dist. 5. num. 67.* Idque ex jure Canonum vulgo inductum existimant, *c. in Archiepiscopatu de raptor. ib. gloss. c. aqua de consecrat. Eccles. vel altar. ea ult. ne cler. vel monach. in sext. Longeval. in d. l. 3. p. 3. c. ex supra scriptis, num. 6. Lancell. in templ. omn. iud. lib. 1. c. 1. q. 1. num. 5. ubi ex Felino hanc communem ait.* Quibus respondet *Covarr. 3. var. res. 20. num. 4. & seqq.* cujus opinio in subdelegatione recté procedit. Utut enim præcisa illa necessitas *de qua in d. l. 1. ff. de off. eius cui.* hodie minus observetur, indifferentem tamen subdelegationem jure Canonico introductam esse, vix est probabile, *uti communem & veram, etiam in Principis delegato ex Ruin. & receptionem ex Boër. & aliis scripsit, Menoch. 2. arbitr. q. 54. num. 3. ubi nu. 9. dissent. subiungit. Quod hunc tamen, contrarium sententiam communem dixit, Gail. 1. observ. 97. num. 14.* *b*) datur quippe hodie sub nomine Magistratus, & officii Præturæ, Præfecturæ, Præconsulatus, &c. *quod iam olim apud Heduos in Gallia obtinuisse scripsit, Cæs. lib. 1. comm. de bel. Gal. & tandem in Romano Imperio invaluisse post Vacc. ad l. Illicitate, § qui universas ff. de off. præs. probavit ex Cassiod. Cabot. 2. disp. 7.* *c*) *in l. 2. § deinde cum ærarium. ff. de Orig. Iur. ad verb. consulibus ius.* Olim enim Imperium erat veré merum, hoc est, á Magistratuum officio & potestate omninó separatum, *ut dixit supra th. 73.* hodie annexa. Quo tamen omnes meri & mixti Imperii differentias sublatas nequaquam existimavit, *frustra hoc inferente Cabot. d. li. 2. disp. 7.*

83. Et

83. Et hinc, olim inter Lotharium & Azonem, agitatæ controversiæ; Utrum præter Imperatorem & alii Magistratus merum Imperiũ habeant, decisionem sumẽdam arbitror. Illius quippe eo, quo solius Populi Romani erat animadversio, recta; hujus veró pro Magistratibus concludentis, hodierno tempore verior est opinio, *a* ut non injuria sequum, haud æqua judicis sententia, amisisse ipse scripserit. *b*

a) Bodin. de Repub. lib. 3. c. 5. & in Method. histor. c. 6. b) in summa, C. de jurisd. iud. nu. 17. in f. v. Molin. in cons. Paris. tit. 1. § 1. gl. 5. n. 49. & 58. Alciat. Paradox. 6. Duar. ad l. 3. ff. h. t. ibid. Zas. n. 36. & Mynsing. in addit. sub lit. C. de Vacc. ad l. Illicitas, § qui universos, ff. de offic. Præs. Nic. Bellonus 1. Supput. 1.

84. Competit quippe Magistratibus, ut dixi, jure officii, ut non secus atq; mixtam proprio jure & arbitrio pœnam imponere possint. *a* Nisi quod Ecclesiastici, cum hi jure Canonum, sententiam sanguinis pœnam infligentem, proferre, *b* ut cruentam exercere vindictam, & ubi exercetur Interesse, prohibeantur, *c* per suos seculares judices in criminalibus justitiam administrare soleant. *d*

a) Argum. d. l. 1. in prin. & § 1. l. 3. ff. de offic. eius cui mand. l. mores, 5. ff. h. t. l. hodie, 3. ff. de pœn. v. supra, th. 73. lit. c. inf. b) adeó ut crimine sanguinis pœnam præstitutam habente, ob irregularitatem ne quidem ad accusandum admittantur, *c. sacerdotum, 2. q. 7. Farinac. lib. 1. pract. crimin. q. 12. num. 12. v. limita Gail. 1. d p. p. c. 8. num. 1. & 2. c) c. ex Literis, de Excess. Prælat. Bald. cons. 439. nu. 2. vol. Chassan. in consuet. Burg. rubr. 1. § 6. verb. Messiers & Sergeans, num. 33. & d. rubr. 1. § 5. verb. S'il n'agrace, num. 45.* Ecclesia enim neminem ad mortem condemnat, *c. sententiam sanguinis, c. Clerico extr. ne Cler. & Mon. secul. neg. se immis. Lancell. in temp. omn. iud. lib. 1. c. 1. § 4. ad verb. Delinq. & ipsum interf. num. 8.* nec admittere pœnas sanguinis *respondit Decia. cons. 115. an sit procedendum, num. 13. vol. 3.* adeoq; Episcopalem constitutionem, quæ Clericum pœnâ capitali puniendum decernit, de Excommunicatione intelligendam, *ex Alciat.* notavit Boneu. Strach. *de Mercat. p. 4. n. 23. d) text. in c. fin. ne Cler. vel Monach. in sexto specul. in rubr. de iurisd. omn. iud. nu. 27. Gail. d. lib. de p. p. c. 8. num. 12.* & hoc jure Gallos uti, pluribusque Senatus decretis constitutum testatur Longoval. *in d. l. 3. c. ex supra scriptis, num. 6. fol. (mihi) 181.* Nec esse novum, ut Advocati nomine Prælatorum merum Imperium exerceant, scribit Zasius *in d. l. 3. num. 29. ff. h. t.*

85. Quinimó hodierno jure etiam in criminalibus jurisdictionem protogari, *a* nec minus merum Imperium præscriptione acquiri; *b* quiq; unam meri Imperii speciem sibi competere probat, eodem jure reliquas sibi vindicare videmus. *c*

a) Ex communi Dd. traditione teste Gail. 1. dep. p. c. 12. nu. 10. Decian. in pract. crimin. lib. 4. cap. 23. num. 2. & seqq. Farinac. in prax. crimin. lib. 1. tit. 1. q. 7. nu. 3. & seq. 125. & seqq. h. t. Muscor. d. tr. n. 124. & seq. Fran. de Clapp. concl. 4 n. 5. Mynsing. cons. 16.

In causa n. 10. Covarr. in relect. c. possess. p. 2. § 3. nu. 1. de R. I. in 6. ubi hoc communiter teneri dixit. Mandel. cons. 64. quia articulus, nu 41. latè pro & contra disputans Bald. cons. 439. Amplius castrum, num. 1. vol. 3. Quantum verò temporis requiratur, v. Ias. d. loc. n. 23. & quæ dixi supra th. 63. lit g. c) *argum. l. si stillicidii, 8. § 1 ff. quemadm. serv. amitt.* sive majoris sive minoris sint gradus, *Cyn. Castren. Ias. in l. 3 ff. h. t. num. 23. ubi hanc magis communem appellat, Balb. de præsc. p. 5. prin. p. 2. q. 3. nu. 10. & p. 2. prin. 2.* dummodo ex cõcessione Imperium universale sibi asserat, quo casu á potestate absolvendi ad potestatem damnandi, & á mutilatione membri ad pœnam gladii rectè arguitur, *Ias. in d. l. 3. n. 23. in fin. post Bar. in l. 1. § si quis hoc, ff. de junct. act. prin. Balb. d. p. 2. prin. n. 22. Wes. cons. 52. n. 17. plures allegat. Vant. de Nullit. c. ult n. 40.*

86. Istud sanè etiam hodie receptius, á mero Imperio ad mixtum nequaquam validè argui, *a* cum species sint separatæ. *b* Et generaliter jurisdictionem criminalem jure præscriptionis asserenti eos saltem gradus, quibus se legitimo tempore usum probat, *c* quasi possidendo præscripsisse. *d*

a) Ias. in d. l. 3. n. 24. h. t. Balb. d. loc. n. 22. & seq. Chassan. in cons. Burg. Rubr. 1. des iustices & c. in verb. justices, n. 31. & seq. Bart. Socin. cons. 111. abundè & subtilitu. n. 3. vol. 1. Henning. Gœd. cons. 39. omnipotentis, num. 23. b) á separatis autem mala fit illatio, *l. ult ff de calumniat, l. si prius. ff. de aqu. pluv. arc.* c) *Bart. in l. cum de in rem verso, n. 11. ff. de usur ex Panor. & aliis Bald. d. loc. num. 22. Castrens. cons. 412. Quia breviter, num. 4. in fin. volum. 2. Schurff. cons. 86. Ad claré ostendendum, num. 8. in fin. cent. 2.* dummodo alius in universalis jurisdictionis possessione sit, tunc enim verissimum est Dd. axioma, tantum censeri præscriptum, quantum possessum, *arg. l. quod meo, 18 § si. ib. Dd. ff. de acquir. poss c. cum olim de præscript. Cravett. de antiq. temp. p. 4 § transeo num. 58. Mascard. de probat. concl. 1053. num. 21. Hier.* á *Monte fin. reg. 2. 78. num. 15. & seqq. Balb. d. p. 2. prin. n. 11. & seqq. Gail. de pignor. obs. 24. nu. 4. Coler. in c. Auditis, num. 10. 11. 23. & seqq, extr. de præscript. Lud. Rom. cons. 91. cum illi fratres colum. 2. vers. ultimò idem videtur Decian. cons. 22. quoad primum, num. 27. & seq. vol. 1. Gabriel. com. concl. lib. 5. de præscript. concl. 2. n. 1. Everh. á Middelb. cons. 3. num. 15. Wes. in parat. ff. h. t. n. 12. in f.* cum aliis quoq; generalis jurisdictio præscriptione acquiri possit, *Ferrar. in form. libell. act. Confess. gl. 7. ad verb. plenam, & omnimodam, num. 20. Chassan. d. loc. num. 33. & ibid. ad verb. Et droicts d' icelles, num. 12. unic. de Franch. decis. 397. num. 8. Modest. Pistor. cons. 4. num. 42. vol. 1.* si præscribens animo jurisdictionem universalem sibi habendi possederit: *specul. rubr. de iurisdict. omn. jud. num. 35. Mod. Pist. d. cons. 4. num. 41. vol. 1. Vant. de Nullit. c. fin num. 40.* animus autem ex exercitio eorum quæ signa universalis jurisdictionis sunt colligitur, *ex Innocent. Abb. cons. 62. In controversia, colum. fin. ver. fortius volum. 2.* d) Ut tamen præscripta jurisdictio ad advenas quoque extendatur, licet in specie contra eos exercita non fuerit, *Garz. de Expens. & meliorat. cap. 9. num. 39. post Bald. & alios Coler. in d. c. Auditis, nu. 25. ext. de præscript. Surd. cons. 323. Potestaria, n. 44. & seqq.*

87. Quam quidem possessionem & usum per testes *a* etiam singulares, *b* captura delinquentium, *c* furcâ vel patibulo, *d* Stock und Halßeysen/ *e* libris processuum, Inquisitionum, Urphedarum, Senten-

Sententiarum condemnatoriarum, & similium, sufficienter probabit. *f*

a) De actibus criminalibus deponentes, *Mascard. conclus. 1053. n. 15. Mynsing. cons. 16. num. 28.* *b*) dummodo per actus singulares de mero Imperio deponant, *text. in l. qui sententiam, 16. ib. in unum, C. de pœn. Iaf. in l. admonendi, num. 256. v. nota etiam de jureiur. Hier. á Mont. c. 52. num. 1. & 2. Natta cons. 672. Vertente nu. 8. & cons. 636. n 72. Gail. 2. obs. 66. n. 11. & seq. communem dixit Farin. de oppos. contract. tost. lib. 3. tit. 7. q. 65. n. 182. & seq.* *c*) *ex Abb. Br. & aliis Hier. á Mont. d. c. 52. nu. 4. Chassan. in cons. Burg. rubr. 1. § 8. verb de sign. & tit. de iustices v. in territorio.* *d*) *Mascard. d. concl. 1053. n. 16. Natta cons. 204. num. 4 & seq. & cons. 636. nu. 72. Mynsing. cons. 16. n. 30. Mandel. cons. 34. quamvis n. 3. Dec. cons. 52. Primo n. 47. & cons. 40. quaeritur n. 2. vol. 4. Gail. 2. obs. 60. num. 2. Vinc. de Franchis decis. 510. n. 3.* *d*) *Mynsing d. cons. 16. n. 18. Menoch. cons. 1000 n. 8. Lud. Rom. cons. 70. col. 5. v. quinto quia probatum. Iacob. de Puteo cons. pro commun. terr. Valent. n. 13.*

88. Criminalem verò jurisdictionem justè quæsitam habens reditus fructusque inde provenientes itidem suos faciat. *a* Qua ratione pœnas, mulctas & confiscationes ad Vasallum de mero Imperio investitum pertinere receptum. *b*

a) *Argum. eorum quæ dixi supra thes. 56. lit. a. & b.* *b*) *ex Luc. de Penn. & probat. Car. Tap. in l. fin. de constit. prin. c. 2 p. 1. n 48. Thesaur. decis. 266. n. 4. & Rol. á Valle cons. 78. num. 2. & seqq.* Ubi ex hoc infert, Investitum de feudo tum mero & mixto Imperio, esse procuratorem in rem suam. Nec diversum obtinere si dominus infeudans sibi jus supremi dominii, **die Hoheit / vnd die hohe Obrigkeit**/reservasset, *tradit Socin. junct. cons. l. 26. num. 32. vol. 3. Anth. Peregr. de jure fisc. tit. 2. num. 93. li. 1.* Confiscationes enim sunt fructuum loco, hi autem dominii utilis, *Iacob. in verb. March. Italia vers. dubitatur n. 2. communem ait Graff. Recept. sent. in § legatum, q. 32. Peregr. d. loc. supra thes. 67. lit. b. v. Farinac. prax. crim. libr. 1. tit. 3. q 25. num. 102. & seqq. Cravett. cons. 129. num 3. & seq.* etiam ante castri investituram & meri Imperii concessionem cessi, *ex sententia Tap. d. loc. num. 48. de quo tamen videatur Rol. á Valle cons. 77. Magnificus. vol. 4 p. t.*

89. Exercetur autem in quòsvis maleficos & criminosos in territorio jus dicentis repertos *a* non habito respectu unde sint, *b* delicto ei jurisdictionem tribuente, qui alioqui rei judex non esset: *c* Ut judici incompetenti in testem, coram ipso saltem in dicendo testimonio delinquentem, coërcitio non sine causa tribuatur. *d*

a) *l. 7. § pen. & l. fin. ff. de accusat. l. non dubium, 11. ff. de custod. reor. l. 3. de offic. Præf. l. 1. & Auth. quæ in provincia, C. ubi de crim. agi oport. l. fin. ff. de Noxal. act. l. 3. in pr. ff. de re milit. l. 3. C. ubi Senat. vel Clariss.* *b*) *d. l. 3. de offic. Præf.* *c*) *c. licet ratione extr. de form. comp. Covarr. pract. quæst. 11. nnm. 3.* *d*) *l. nullum, 14. Cod. de probat. Mynsing. 6. observ. 71. Covarr. pract. quæst. 18. nu. 8. Menoch. 2. arbitr. 91. num. 1. & 2. Thesaur. decis. 246. num. 2.* In Clerico ex communiori Dd. opinione limitat Covarr. *d. loc. Farinac. in pract. crim. quæst. 8. lib. 1. tit. 1. num. 26.* quam recepto usu repudiari dicit Longoval. *in d. l. 3 p. 3. c. ex hac definitione, num. 4. h. t.*

90. Judici originis, *a* domicilii, *b* & quovis alio reum in suo territorio deprehendẽtem, ob delictum alibi commissum pari animadvertendi jure indulto: *c* Ut in remittendo tamen nemini præterquam judici loci delicti, necessarió obsequendum sit. *d*

a) gloss. in l. 1. C. ubi de crim. agi oport. in verb. reperiuntur, l. 1. C. ubi quis curial. vel cohort. v. plurimos pro & contra allegatos á Thesaur. decis. 82. num. 1. & 2. Menoch. cons. 911. Dubitatio Decian. cons. 4. num. 81. vol. 4. Thom. decis. 5. obiter Vivius decis. 303. n. 8. & 9. unic. .nch. decis. 37. Farinac. 1. Prax. crim. quæst. 7. & 19. & seqq. Et jure quoq; civili judicem originis de delicto extra suum territorium commisso proprio motu inquirere potuisse tradit *Covarr. pract. d. c. 11. n. 5. v. Duar. 1. disp. 38.* quod admodum controversum dixit, *Thesaur. d. dec. 82. n. 4. vers. distinguunt,* & multos negantes allegat, *Vult. 2. Iur. Rom. c. 1. sub nu. 42. quibus adstipulatur Longoval. in d. l. 3. §. 2. c. 1. n. 5. & seqq. ff. h. t.* *b) l. 2. C. ubi de crim. agi oport. Decian. in pract. crim. l. 4. c. 16. C. de l. 1. ibid. ubi reperiatur, C. ubi de crim. ib. Cujac. in parat. l. si quis in hoc, C. de Episc. & Cler. l. 1. C. ubi quis de Curial. vel cohort. d. l. 3. ff. de offic. præs. Donel. 15. comm. 16. vers. Huc usq;. Et hanc sententiam in praxi servari testiu est, Vult. ad d. l. 1. C. ubi de crim. agi oportet, num. 40. Diss. gl. ibid.* *d) d. l. 7. § pen. & ult. ff. de accus. l. solent. ff. de Custod. & exhib. reor. Novell. 134. c. 5. Auth. si verò, C. ad L. Iul. de adult.* ubi enim malum contigit, ibi reum mori oportet, *c. si peccaverit, 2. q. 1.* & latro furcâ suspendendus ubi grassatus est, *l. capitulum, § famosos, ff. de pœn. Schenk Baro vivid. concl. 16. & seq. Covarr. d. c. 11. num. 6. Thoming. q. 5. n. ult. Hart. Hartm. pract. for. l. 2. tit. 50. obs. 7. n. 4. Donell. d. c. 16.*

91. Qui quidem, ex sententia Donelli, usq; ad condemnationem remissionis petendæ facultatem habuit. *a* Hodie verò ea meri arbitrii est, ut nemo invitus ad eam compelli possit. *b*

a) Donell. d. c. 16. ad litem usq; contestatam dum taxat frequentatam fuisse arbitratur *Vult. ad d. l. 1. C. ubi de crim. agn. n. 33.* *b) Wes. in parat. ff. de accus. num. 8. Gail. 1. dep. 16. n. 30. Schenk Baro d. loc. concl. 117. n. 3. & seq. Covarr. d. c. 11. num. 10.* maximè si judex, in cujus territorio remittendus degit, ipsum delinquẽtem puniat. *Schenck Baro d. loc. n. 4 Covarr. d. loc. num. 10. Plura de Remissionibus reorum vid. Farinac. l. 1. q. 7. prax. crim. Decian. in pract. crim. l. 4. c. 19. p. t. qui rei delinquentis forum, d. l. 4. diligenter explicavit, de jure Saxonico v. diff. Zob. differ. 19. & 20. Gallorum mors Bod. de rep. l. 3. c. 6. num. 326.*

92. Singulari fori in criminalibus privilegio Illustres muniti, in quos solius Consistorii Principis criminalis jurisdictio, *a* In Clarissimos, Præsidis provinciæ, in qua deliquerunt: *b* Olim verò & hi ad Præfectum Urbi vel Prætorio remittebantur. *c*

a) l. 3. C. ubi Senat. vel Clariss. l. si gravius, 16. C. de dign. lib. 12. Nec derogant huic privilegio, *per Nov. 69. & Auth. qua in provincia, C. ubi de crim. agi oport. ib. Cessante omni privilegio, ut rectè in d. Nov. 69. notavit Cuiac. & in d. Auth. qua in provincia Barth. n. 1.* voluit enim Just. saltem privilegia, corporis juris non inclusa, non obstare, *b) l. 1. C. ubi Senat. vel Clariss.* *c) l. 13. C. Theod. de accus. Cuiac. in parat. C. in f. ubi Senat. vel Clariss.* Et generaliter Senatores in urbe non nisi à

Senatu

Senatu & Principe judicatos, *ex Lampr. Dic. Spart. & Cap.* probavit D.Pet.Denaiſ. *in d.diſp.de jur.meri Imp.Rubr.de immunit. Cam. num. 6. & ex Alex. Dec. in pract.crimin.l.4.c,15. num.* 3. poſtea quoque Præfecto Prætoriis idem jus tribui cœpit, *l. 2. C.ubi Senat.l.3.& ſeq. Cod.de offic. praf.orient.ibid.Cuiac.in parat.d.l.ſi gravius,* 16.*C. de dig.lib.*12.

93. Sic milites criminaliter accuſati coram ſolo Magiſtro militum ſe iſtunt. *a* Incarceratione & cuſtodiâ Rectori provinciæ permiſsâ, qui captos Magiſtro militum remittere tenetur. *b*

a) l.2.C.de offic.praf.milit.l.magiſteria, C.de iuriſdict. niſi ante in jus vocationem alterius fori eſſe cœpiſſent, *l.ſi quis,* 7.*ff.de iud.ibid.Cuiac.in prælect. b) l.*1. *C.de exhibit. Reor.v.omninó.Vult. ad d.l. magiſteria, C.de iuriſd. num.* 7. 8. & 14. Nec hanc incarcerationem actum meri Imperii quis eſſe arbitrabitur; Quotieſcunque enim incarceratio ex cauſa criminali, eo fine, ut alteri captus remittatur, fit, inter actus meri Imperii nequaquam refertur, *argum.l.defenſores,* 7.*C.de defenſ.civit.Novi* 15.*c.*6.§ 1.*l.Divus Pius ff.de fugit.l.*1.*in prin.verſ.ſimili modo, ff.quand.appell.ſit, Bart. in l.*3.*num.*8.*Alex.nu.*12.*ff.h.t.conſentit.Iac.de Puteo in all.pro comm.terr.Valent.*17. quo caſu jus incarcerandi Petr. Jacob. *in ſua.pract. in form.libel.de Confeſſ. act.* §. *De baſſa juriſdictione, verſ. Item qui habet,* baſſæ juriſdictioni adſcribit, *& hoc in effectu ſentit.Muſc. de iuriſd..v.ſupra,theſ.*7.8.*lit.d.*

94. Hodie ex criminis qualitate, cujus juriſdictio ſit, cognoſcitur. Si crimen militare, Magiſtratui militari: Si non militare, quod Commune vocant, & hoc enorme, Rectori provinciæ; ſi non enorme, Magiſtro militum datur animadverſio.

*Ex diſtinctione, gl.in d.l.magiſteria, 6. C.de iurisd.quam Dd.comm.ibi ſiquuntur, Donel.*17.*com.* 20.*inf.per l.*3 *ff. de re milit. de conſuetudine verò Duces belli de omni crimine cognoſcere dixit Boër.de cuſted.Clav.n.*29.*In regno tamen Hiſpania communem ſervari teſtatur Car.Tap in l.fin.de conſt.princ.c.*5.*p.*1.*nu.*9.*& ſecundum eam deciſum in S. Conſilio teſtatur Vinc.de Franchis deciſ.*88.

95. Militibus æquiparantur Doctores, *a* & Clerici, in quos Curiæ Secularis, nullorum criminum prætextu, *b* juriſdictio eſt; *c* Niſi ab Eccleſiaſtico vel Privilegiato judice prius degradati, & illis traditi fuerint. *d*

a) Qui neque torqueri, nec ad mortem damnari ante degradationem poſſunt, *Hart.Hartm pract.for.l.*2.*in Miſcel.c.*1.*obſ.*4.*num.*8.*vid. Far.in l.*1 *prax.crimin.* 9.41.*nu.*37.*& ſeqq.* idq; ob dignitatem Doctoratus, quæ nobiliſſimos, *gloſſ. & Ioh. plenius Salyc.in l.providendum verb. Nobiliſſ. Cod.depoſtul. & l.advocati,* C. *de advoc. diverſ.iud.* æquales, quibus Comitiſſa abſque dedecore nuberet, efficit, *Menoch.de præſ.l.*4 *præſ.*189.*Lancellot.in templ.omn.iud.l.*5.*c.* 6.*de comite,n.*9. *b)* ne quidem læſæ Majeſtatis *ex ſententia Rol. á Valle conſ.*4.*nu.*34.*vol.*1.*Farinac.prax.crim.l.*1.*tit.*1. *q.*8.*n.*28.*Dec.in pract.crim. l.*4.*c.* 9.*num.*5.*& l.*7.*c.*8.*num.*6. *c) c.cum non ab homine, c.at ſi Clerici extr.de iud c.un. de Cler.coniung.in* 6.*c.ſi quis ſuadente,* 17.*q.*3. *Covar.pract.q.*32.*n.*2.*Rol.á Vall.d.conſ.*4.*n.*22.*& ſeqq.Gail.de pup.l.*2.*n.*58.*& ſeq.ad de Hart.Hart.pract.for.l.*2.*Miſcel.*2.*obſ.*4.*& ſeq. d) d.c.cum non ab homine extr.*

de iudic. c. novimus extr. de V. S. c. ad salsariorum de crim. falsi. v. Nov. 83. in pr. § 1. vers. illud palam est & Auth. Clericus C. de Episc. & Cler. De hac exauctoranda solennitate, *v. Menoch. 2. arb. cas. 415. P. Binsfeld. ad l. 7. C. de malef. & math. q. 2.* Et universa tam Ecclesiastica, quàm Seculari in Clericos jurisdictione vid. Steph. Aufrer. *de potest. secul. sup. Eccles. per. Reg. 1. p. t. Chass. in consuet. Burgund. tit. des iustices, §. 5. verb. S'il n' a grace, num. 49. & seqq. Gail. d. loc. nu. 20. & seqq. Covarr. pract. q. c. 31. 32. & 34. var. resol. 2. c. 18. num. 9. & 20. quibus omnia huc pertinentia congessere, Decian. d. l. 4. c. 9. & seq. Farinac. d. l. 1. tit. 1. q. 8. p. 3.*

96. Studiosis & Scholaribus quis in causis criminalibus judex competens sit, variant Dd. *a* Disputationis gratiâ, *Auth. Habita. C. ne fil. pro pat.* designatos, criminalem in hos habere jurisdictionem defendati. *b*

a) Nullum iis tribuunt in criminalibus fori privilegium, *Ias. in l. 3. nu. 52. de constit. prin. Sichard. in d. Auth. Habita C. ne fil. pro patr. Pact. ibid. n. 70. Donell. 17. com. 20. b*) *cum gloss. in d. Auth. Habita, in verb. Si litem ibid. Dd. communiter Clar. § fin. q. 35 num. 23. generalis enim est dispositio, d. Auth. Habita.* Merito itaq; *omnes species comprehendit. Et absurdum esset, ut in eius salutem vel existimationem valeat quisquam proferre sententiam, de cujus nulla re pecuniaria possit cognoscere, l. ult. C. de agent. in reb. l. 12.* Proque hujus privilegii observantia extat illustre præjudicium Lutetiæ Parisiorum, ubi Præfectus urbis duos Scholares, suâ sententiâ damnatos & suspensos, de furca tollere, defunctos osculari, & honorificè sepelire coactus est, *uti ex monumenti, perpetuæ memoriæ causa defuncto in Cœnobio Mathurinorum ibidem extructi, inscriptione cernitur, meminit eiusdem D. Petr. Denais. d. disp. de iure meri Imperii, sub cap. de object. diss. n. 3.*

97. Generaliter verò, cum pœnæ in defunctis Reis cessent, *a* non magis in horum cadavera, quàm animantia bruta *b* jus meri Imperii exercendum esse, juris & æquitatis postulat ratio, *c*

a) *Arg. l. 3. & l. defuncto, 6 de publ. iud. l. 2. C. si reus vel accus. l. ex judiciorum, 29. ff. de accus. latissimè Farin. prax. crim. l. 1. tit. 1. q. 10. n. 36 Clarius in § fin. q. 51. Gail. de pac. publ. c. 20. Wes. in parat. ff. de cadav. punit.* Nisi fortè Reus sibi ipsi mortem cõsciviſſet, *arg. l. defunctis, 5. C. si reus vel accus. mort.* vel crimen perduellionis commisisset, *§ publica autem 3. I. de publ. iud. § per contrarium I. de har. qua ab int. l. ult. ff. l. 6. 7. & 8. C. ad l. Iul. Majest. Aur. Bull. Car. IV. tit. 24.* vel alia justissima subesset ratio *vid. Ias. in l. 3. ff. h. t. n. 24. vers. Item dum dixi, latius Farin. d. loc. n. 37. & seq. Clar. d. loc. & Hier. á Laur. dec. Rot. Avinio 123. Corras. in Arrest. Tholos. notat. 94. b*) nisi facti indigni memoria ob publicam utilitatem tollenda, cæteriq; hoc modo terrendi essent, *arg. l. capitalium & l. si quis forte, 6 ff. de pœn. ut Exod. 21. vers. 28. & seq. & c. mulier, 15. q. Cujac. in parat. C. de pœn. Muscor. d. tract. de iurisd. n. 46. & seq. Fran. de Clapp. d. tr. concl. 4. n. 6. c*) *Muscor. d. loc. Fr. de Clapp. d. loc. n. 7.*

98. Hæc de Imperio mero; Mixtum est, *a* authore Ulp. *b* cui etiam *c* jurisdictio inest: *d* Et jure proprio Magistratus competit. *e*

a) Ita dictum respectu meri, est enim cum jurisdictione, hoc est, officio & potestate jus dicentis mixtum, secus atque merum, *v. Bodin. de rep. l. 3. c. 5. Costal. Gov. in*

Gov. in l. 3. nu. 33. ff. h. t. b) *l. 3. ff. h. t.* c) *q. d.* non solúm in coërcendi, sed & jurisdicendi potestate consistit, *similu vis est verb. Etiam in l. 1. § 1. ff. de Eden. l. 5. prin. ff. de re iud. ut sit sententia definitionis Vlpian. eadem cum Govea. in d. l. 3. num. 30. ff. h. t.* d) Præmittitur enim jurisdictio Imperio, *Wesemb. in parat. ff. h. t. num. 7. Diss. emendando textum Hotom. 7. obs. 16.* e) vi officii Præturæ, Proconsulatus, &c. *Cujac. 21. obs. 30.* quo jurisdictionem eo rectiús defendant, *arg. l. 2. ff. de iurisdict. l. ultim. §. 1. ff. de offic. eius cui mandl. iurisd. l. 1. ff. si quis ius dic. non obtemp. l. 3. C. ubi & apud quem, l. 2. ff. de in ius voc. l. cum prætor, 12. § 1. de iudic. l. ea quæ ad municip.* quod ad omnes omninó Magistratus tam majores, quám minores, tam Romanos, quám Municipales extendit Cujac. *in explic. l. 1. ff. de offic. eius cui mand. iurisd. l. 1. quæst. Papin. quē sequitur Obrecht. thes. 370. de quo inf. th. 111. lit. d. & th. 128. lit. 1. & k. Diss. gl. in l. nec Magistratibus de jur. in l. placet verb. de offic. C. de Pedan. iudic. ad Nov. 15. c. 3. verb. jurisdictione quam comm. á Scribent. approbari ait. Franc. de Clapp. concl. 8. nu. 3. qui non aliter atq; merum specialiter deferri existimant.*

99. Est itaq; jurisdictio mixto Imperio quasi annexa, *a* & ab hoc hocomnimodo excludi vix poterit, *b* quamvis sint causæ, á quibus propemodum occultetur jurisdictio, quæ magis Imperii, quám jurisdictionis JCtis dicuntur. *c*

a) *Arg. d. l. 3. ff. h. t. Wes. ib. n. 7. Hen. á Suerin. repet. Lect. c. 6.* b) cum præambulum sit Imperii, quo non præmisso, Magistratus non imperat, *l. nec quicquam, 9. § 1. de off. proconsul. l. 71. de R. I.* c) *l. ea quæ ad municip. l. 4. ff. h. t. Menoch. de arbitr. q. 74. n. 30. l. 1. non* θετικῶς *ut verb. magis in l. 1. C. coram diu, l. 6. de Legat. 1.* accipitur, sed συνθετικῶς seu compositivé, *ut in l. 3. §. Sed utrum vers. Sed ad hoc. ff. de minor.* prout docet Cujac. *ad l. 1. & seqq. h. t. Obr. th. 365.* & ante hos gl. *in d. l. 4. ad verb. jubere caveri, Ias. ibid. n. 15. h. t.* ad hujus Imperii partem imperiosam relata á Govean. *in d. l. 3. n. 38. & in l. 4. n. 6. & seqq. ff. h. t. Cabot. 2. disp. 8.*

100. Sola tamen jurisdictione quem uti posse, quo minus dicamus, non video quid impediat. *a* Quinimó nec ubi mixtum Imperium cum jurisdictione concurrit, eadem esse arbitror. *b* Manent enim diversa substantiis, sicut Corpus animatum & Anima ipsa, continens & contentum, quæ utcunq; vinculo quodam necessario conjuncta, semper tamen suâ naturâ sunt contraria. *c*

a) Ut in manumiss. adoption. cæterisque voluntariæ jurisdictionis, *l. 2. & 3. ff. de offic. Proconf.* & quæ Prætoris de plano cognitione contenta sunt, *d. l. 9. § 1. de offic. Proconf. á Govean. & Cabot. thes. præced. lit. c. alleg. loc. ad Imperii mixti partem juridicam relata.* b) *cum gl. & Dd. comm. in d. l. 3. h. t. Hen. á Suer. d. c. 6. & contrarium sentientes graviter errare ait Ant. Fab. 4. Coni. 4. Vult. 1. Iur. Rom. c. 12. num. 3. Duar. c. 4. h. t. Diss. renovata opinione Petr. & Gail. Cuiac. 21. obs. 30. & in Repet. præl. 3. & 4. ff. h. t. & ad l. 12. ff. de iudic. sequitur Obrecht thes. 103. & seq. Cabot. 2. disput. 9.* c) *Donell. 17. Commun. 8.* Sic pacta in continenti adjecta bonæ f. judiciis inesse dicuntur; *l. 7. §. quinimó, 5. ff. de pact. l. Lecta de reb. cred. l. in bonæ f. C. de pact. pacta conventa de centr. empt.* & pars contractus dici possunt, *argum. l. Duo, 71. ff. pro oc. l. si sterilis, 21. §. si tibi, 4. de act. empt. l. fundi, 79. de contr. empt. l. ult. C. de pact. int.*

empt.

empt. & vent. not. Wes. in parat. ff. de pact. n. 9. v. Caterum, quamvis substantia horum pactorũ in se consideratorum diversa sit á contractibus ipsis; semperq; manent separata Pacta & contractus; *ut perpetuó pacta á ICtis appellantur, d. l. 7. d. l. Lecta, &c.*

101. Potissima a. hujus Imperii vis in decernendo, persequendo, jubẽdoq; manifestatur. *a* Ut jubere, *b* rem ratam haberi, judicatum solvi, judicio sisti, *c* opus quod factum est, demoliri, *d* damni infecti nomine caveri, *e* & nisi caveatur, in possessionem mittere, *f* bonorum possessionem dare, *g* in integrum restituere, hujus imperii proprium sit. *h*

a) l. iubere, 4. ff. h. t. l. 1. & 2. ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. 4. § si. ff. de off. eius cui mand. iurisd. l. dies, 4. § 3. & seq ff. de dam. infect. l. ea quæ 26. in prin. & § 1. ff. ad munic. b) Jussus n. per se imperium importat & necessitatẽ jungit, *l. quod iussit, 14. de reiud. l. sive ingenua, 2. § si mater, 23. v. & quidem, ff. ad Tertyl. Cuiac. 15. obs. 19. inf. c)* prætoriâ stipulatione, *d. l. iubere, 4 ff. t. t. rem rat. hab. t. t. ff. iudic. solut. l. 1. § l. 10. & 11. ff. de prat. stipul. l. 1. & t. si quis caut. iud. sist. Longoval. in d. l. p. 3. § Vevio ad mixti. n. 2. d)* ob novum opus renunciatũ, *l. prat. ait, 20. § ait prator, 3. ff de op. not. nunc. e) l. 5. in pr. v. prætoria de V. O. § prætoria 1. de divis. stip. l. 4. § duas & seq. ff. de dam. inf. d. l. cognitio, 4. § ff. de off. eius cui mand. d. l. 4 ff. h. t. ib. las. n. 14. f) d. l. 4 ff. h. t. d. l. cognitio, § 1. ff. de off. eius cui, &c. d. l. 26. § 1. ad munic. d. l. dies, 4. § si forté, 4. ff. de dam. inf. t. t. ex quib. caus. in poss. eat. las. in d. l. 4. n. 17. ff. h. t. Franc. de Clapp. concl. 17. & seqq. ubi communem dixit. g) l. 1. d. l. 3. v. mixtum ib. quod in danda, ff. h. t* in qua nihil emendo *cum Cabot. 2. disp. 8. secus Corras. 3. Mis. 17. aliter Holan. cuius lectionem refert Baro in Manual. lib. 1. in not. ad tit. de iurisd á quo parum divert. Govean. in d. l. 3. n. 34. & seq. h. t.* aliter Robert. 4. sent. 22. aliter Fab. 4. Coni. 4. aliter Fr. de Clapp. *concl. 117. n. 7.* Sic bonorum possessionem ad mixtum Imperium retulit, *in l. 1. h. t. verb. possessionem & comm. Dd. teste las. ib. n. 2. Zeuchar. in l. fi. C. de Edict. D. Had. toll. n. 264. & seq. vid. Menoch. ad ipf. poss. remed. 4. nu.* 406. 414. & 418. Jure C. tamen apud Duumviros quoq; agnoscitur, *l. ult. C. qui admitt. ad bon. poss. Cuiac. 17. obs. 19.* quo respectu gloss. *d. l. 1. & las. ibi num. 2.* hodie mixti Imperii non esse voluit; quod itidem de jure, *ff. asserit Fr. de Clapp. conclus. 22. p. t. Congov. in d. l. 3. p. 2. § venio nu. 2. & p. 3. § venio ad mixto nu. 10. h) d. l. ea quæ, 26. § 1. ad municip. l. 3. ff. de in integr. rest. l. 1 § 10. de postul. Fr. de Clapp. concl. 17. Diff. Longoval. d. p. 3. § venio ad mixti, num. 10. 13. & seq.*

102. Idem judicium est de sententiarum latarum exequendi, *a* advocatura vel foro interdicendi, *b* mulctandi, *c* in vincula conjiciendi non obtemperantes, *d* testes torquendi, ex causa civili, *e* & similium potestate. *f*

a) l. á Divo Pio, 15. de re iud. Bart. in l. non ex omnibus, v. sed arbiter, ff. de recept. arbitr. Alex. in l. 1. n. 16. iurisd. Panor. in c. pastoralis, nu. 3. in f. de off. deleg. Chassan. in consuet. Burg. rubr. 1 n. 97. v. Item executio. Coler. de proces. execut. part. 1. c. 5. n. 22. b) d. quam l. moris, 9. in pr. & § seq. ff. de pœn. l. Imper. 8. ff. de postul. Longov. p. 3. § venio ad mixtin. 3. Mand. de inhibit. p. 55. c) l. aliud fraus, 131. § 1. de V. S. l. 2. § fin. ff. de iud. l. 2. § 1. si quis in ius voc. l. sacrilegi, 9. § fin. ff. ad L. Iul. pecun. secus si ex causa criminali mulcta decreta esset, *de qua dixi super th. 78. lit. 1. Long. part. 3. § supereſt quartus, n. 9. d) iuxta iuriarum, 13. § si quis 2 de iniur. Paul. V. sent. titul. de L. Iul. de vi publ. & priv. Govean. adver. Baron. lib. 1. c. 33. Longov. d. p. c. venio ad mixtin. 3.* Sic si ob contumaciam quis in carcerem conjiciatur, carcerẽ non tam Imperii, quám jurisdictionis esse, *poss. las. n. 24.*

n.14. Alex.nu.22. & Dd.comm.in d.l.3.ff.h.t.Pistor.conf.4. nu.17. & 19.vol.2. docuit Andr.Rauchbar.*q.48.n.24. e) juxta l.Divus Pius, 9.ff. de q. Nov. 90.c.1.§ 1.Fran.de de Clapp.concl 3.n.8.Longov d. l.n.3.* Eodem puto sensu Jas.*in d.l.3.nu. 24.inf.h.t.post Alber.Chassan.in cons.Burg.Rub.1.in prin. n.98.* si in civilib. causis irrogetur simplici jurisdictione, torturam annumerat. *f)* uti denegare audientiã non obtemperãti, *juxta l.sed & si, 26.§. Et adjicitur 6.v sed & si.ff.ex quib.caus.maj* remediis Prætoriis in jus venire, aut recusantem respondere cogere, *juxta, l.1.§. quod ergo, 3.ff. de inspic. ventr.* calumniantẽ possessione dejicere, *juxta, l.1. necessario, 2.ff si ventr.nomine mul. in poss.cal.l.notatur, 15. cum ll.seqq.ff. de hu, qui not.in f.vid.Longov.d l.num.3. & seqq.*

103. Hujus quoq; generis Tabernarum erectiones *a* Chorearum concessiones, &c. *b* De ponderibus & mensuris cognitiones hodie esse putantur: *b* Ut hæc non magis, quám reliqua ad hanc Imperii speciẽ superrelita, ex comm. Dd. sententia delegari queant: *d* quam tamen si ad veritatem juris exigas, vix est, ut subsistat. *e*

a) Exusu potissimum in Suevia recepto. b) quæ mixto Imperio adscripta in causa M. T. contra B. & K. Spira ventilata: haud secus ut alia jura, quæ ut Ehehafften der Vogteylichen Obrigkeit *assignantur. c) argum.l.item quæritur, 13.§ si quis mensuras.ff. locat.post Pet.Iacob.Guld. Pap.decis.390.num.2.quem tamen quasi mero Imperio harum cognitionem attribueret, citavit Car. Tap. in l.fin. p. 1. c. 2.ff. de constit.prin. v. Cha.in cons. Burg. Rubr. 1. in pr. n. 94.* Simplicis autem administrationis esse tenet Corras. *in d.l.2. de O.I.§ Eodem tẽpore, n.4. & apud ubi Veteres ita obtinuisse, ostendit. d)* Communis n. Dd. opinione nõ tantũm, quæ meri; sed & quæ mixti Imperii jure Cęsareo indelegabilia, *Cov. Var. rejol lib 3.c 20.nu.1. Costal. in l.1.ff. de off.eius cui mand.* & jure Canonico tantũm delegabilia, existimantur, *Covarr. d.loc. e) text.in l.1.ib. qua verò jure Magistratus & l.ult.§ ff. de offic.eius cui mand. quod olim agnovit Fulg. & ex posteriorib. Vac. Costal. ibi. Alciat. 1. Parad. 2. Duar. ad l. more, ff. de iurisd. Vaud. 2 q. 36.*

104. Restat jurisdictio bassa; quam cum Fr. de Clapp. in jurisdictionem in specie ita dictã seu simplicem, & Legalem dividimus. *a* Hæc ita dicta quod á Lege, Senatusconsulto, Principe specialiter de certis causis Civilibus tribuatur; *b* ut cognitio de transactione alimentorum, *c* alienatione prædiorum minorum, *d* indulgenda creditoribus separatione bonorum, *e* & Consilio executio. *f*

a) Concl.2.nu.1. & concl.18. & seq.d.tract. b) non jure Magistratus, ut jurisdictio, simplex vel mixtum, nec de causis criminalibus; ut merum Imperium. *Fr. de Clapp.d.loc. c)* quæ specialiter ex oratione D. Mat. Prætori & Præsidi competit, *l. cum hi, 8.in prin. & §. si prator cum seq ff. de transact. d) l.5.§. si as, 14.ff. de reb. eor. qui sup. tutel. l.2.§ 1 ff. de of. eius cui mand. iurisd.* ejus mandandi potestate inhibita, *l.1.5. C. de prad.nun. d.l. 1.§ 1. de of. eius cui mand. ib. post Alciat. 2. Parad. 1. Costa. infinitos tam scribentes quám consulentes congessit Oct. Simonet tr. de secret. cat. fol. in contr. min. lib. 1. tit. 1. Inspect. 2 n. 77. licet idem mixti Imperii esse dixerit, n. 75. e)* quæ Edicto nominatim Prætorii vel Præsidii injungitur, *l.1.§. de his autem, 14.ff. de separat. f)* Seu jus probandæ causæ manumissionis adhibito consilio, quod ex L. Ælia Sent. Consuli vel Præsidi specialiter dabatur; *secundum, l.2.ff. de off. eius cui mand. iurisd. l. obligari, 9.*

§. 1. ff. de author. tutor. §. eadem lege 4. Inst. qui & ex quib. caus. manium non poss. Don. 17. Comm. 8. v. sunt igitur ista.

105. Jus tutorem dandi, *a* cum neq; meri, *b* neq; mixti Imperii, neque jurisdictionis simplicis sit; *c* Et cognitionem de suspecto removendo, huc simpliciter commodé referri posse existimo. *d*

a) Ei enim competere, cui nominatim Lex vel SCtum dederit; definitum est, *l. muto 6. §. tutoris datio, 2. ff. de tutel fac. s. t. Inst. de Attil. tutor.* Sic oratio D. Marci Legato Proconsulis, *l. 1. ff. de tutor. & curat. dat.* Juridico Alexandriæ jus tutorem dandi tribuit, *l. 2. ff. de offic. jurisdict. Alexand. Coras. 5. Miscell. 24. Donell. 3. Comm. 7. Bel. 1. supput. 2. Fr. de Clapp. concl. 15. n. 1. & concl. 24. num. 4.* cujus juris constitutionem ab Imperii Romani inter Populum & Senatum diviso regimine repetiit A. Vacca *ad Rubr. ff. h. t.* *b*) *Cum nihil criminalis contineat, evasa.* *c*) Jure enim suo Magistratus hanc potestatem non habet; secus atque imperium mixtum vel jurisdictionem non simplicem, *l. 1. de of. ejus cui mand. jurisd. l. 3. C. ub. & ap. quem cog.* & collega collegam tutorem dare potest, *l. ub adsunt, 19. §. 1. ff. de tut. & curat. dat. ab hiu* Legis jussu, non Magistratus Imperio, *arg. l. 4. de recept. ab Cujac. 7. observ. 17.* proprieq; loquendo tutoris dationem, non mixti Imperii, sed Legis commissionis à mixto Imperio diversæ, ex antiquis voluit Castren. *in d. l. 1. nu. 4. v. Respondeo, ff. h. t. Ioh. Fab. Inst. de Attil. tu in pr. col. 3. v. Sed id clarius Fulg. in 1. col. 2 num. 13. & 17. Dec. n. 46. ff. de off. eius cui mand. jurisd. relati á Fr. de Clapp. concl. 15. num. 4. qua quæ. videtur esse sententia Menoch. cons. 748. Disputatio nu. 4. Diss Dd. comm. secuti gl. in d. l. mute, 6. §. 2. de tut. teste Muscor. d. tract. jurisd. num. 164. & seqq. Mynsi. in d. §. Sed hoc iure, 6 n. Instit. de Attil. tut. Valasc. in l. 3 ff. h. t. num. 234.* *d*) cum nominatim á lege Romæ Prætori, in Provinciis Præsidi data esset, *l. 1. §. suspecti, 11. §. ff. ad SCtum Turpill. l. 1. §. Damus, 3. ff. de suspect. tutor. §. 1. Inst. eod.* quamvis hodie ex Constit. Seve. ob utilitatem pupillorum mandari possit, *l. cognitio, 4. ff. de off. eius cui mand. ll. 1. §. 4. de suspect. tut.*

106. Jurisdictio verò simplex est Ulp. *a* etiam judicis dandi licentia. *b* Seu si quis explicatiús malit; *c* civilium causarum notio; ordinariè per judicem data; *d* extraordinariè per jus dicentem *e* expedita. *f*

a) *d. l. 3. ff. h. t.* subjuncto autem exemplo rem ipsam exprimere voluit, Olim quippe jure ordinario. Magistratus jurisdictione præditus, ipsemet de causa civili non cognoscere; sed judicem actionem q; litigantibus dare solebat, *arg. l. á Divo Pio de re judic. cum prætor, 12. l. judicium 58. de iud. l. 2. Cod. de ped. iud. l. §. 1. §. 2. vener. nom. mul. in poss. l. ult. §. 3. quod met. caus. l. ordin. ad municip. l. 1. §. 1. ad Turpill. eruditè Duar. 1. disp. 53. & in apolog. adverss. Baron. Idem in l 7. in prin. v. actione de pact. Govean. ad l. eum, qui de jurisd. n. 3. & seq. Cujac. 21. obs. 30. & 10. obs. 203. & 9. observ. 2. Vand. 1. var. q. 10. Coras. 5. Miscel. 18. nu. 6. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 2 n. 5. & seq.* qui actus casus civiles per judicem datum disceptandi, Ulp. est jurisdictio, eodem sensu quo Cujac. notio jure Magistratus competens *in parat. C. de jurisd.* *b*) *d. l. 3. h. t.* Simplicis itaq; jurisdictionis est judicem dare; nisi datus, judicare nollet, tunc enim cogendus, *l. ult. §. judicandi 14. he mun. & honor.* vi Imperii, *l eum qui, 15. ff. h. t. Vult. 1. Rom. 12. num. 4.* Alii simpliciter mixti Imperii esse contendunt; *Obrecht. thes. 95. Cabot. 2. diss. 9. past. Cujac. in l. 13. de iud. & alibi passim.* *c*) *l. ait Prætor. §.*

tor. 5. de sent. & re iud. d) d. l. 1. §. necessario, ff. si vent. nom. mul. in poss. l. 1. & 2. ff. de form. & impetr. act. v. Bar. Brisson. 5. de form. & solen. pop. Rom. verb. e) h. e. Prætorem l. 1. h. t. non tamen continuò ad jus dicentis officium pertinentia, ea omnia jurisdictionis esse quis arbitrabitur; est enim illius officium latissimum, d. l. h. 1. & jurisdictio tantum ejus officii pars, ut ait Cujac. in prat. d. l. 1. h. t. Forster. Histor. I. C. lib. 2. c. 86 num. 11. & seq. f) jus dicens enim potissimum in causis, quæ Cognitionis dicuntur, dirimendis occupatus erat, l. 3. verb. causa cognita de in integr. restitut. l. 1. verb. uti quaq; res erit animadvertam de aleat. l. 1. §. de inspiciendo devenit insp. l. 1. in pr. l. 3. §. causæ cognitio, & §. seqq. de Carbon. edict. l. placet, 2. C. de pedan. iud. v. Menoch. & Dd. lit. a. alleg. Donell. 17. Com. 6. Robert. 4 sent. 23. Charon. v. 3. Hotom. 7. obs. 4. seq. Vult. 1. disp. 1.

107. Differt á Notione, *a* & cognitione, *b* sicuti & judex datus á jus dicente distat, *c* Illi notio & judicare, *d* Huic jurisdictio & jus dicere convenit *e* Illius officium mercenarium, hujus nobile *f* verbis JCti quidem incognitl, *g* doctrinæ tamen gratiâ retinendis, Dd. appellant. *h*

a) l. ait, prator, 6. de re iud. l. notionem, 99. de verb. Sign. Ioh. Bapt. Asin. libr. 1. prax. §. 31. cap. 2. ampl. 6. n. 1. & 2. *b*) nec enim omnia, quæ jurisdictionis cognitionem requirunt, arg. d. l. notionem, 99. ib. Gœd. d. n. 4. de V. S. *c*) t. t. C. ne quis in sua causa sibi ius dic. Duaren. & Cujac. in parat. Idem in l. 5. & 6. h. t. ubi Ant. Cont. ad tit. C. de pedan. iud. hunc Dd. errorem primo notasse refert Corras. in l. 1. num. 7. h. t. Donell. 27. Comm. 6. v. sunt ergo. Illi judicium, huic jus attribuitur, Rubr. ff. & l. 4. §. 1. ff. de inter in iur. fac. l. pen. de iust. & iur. Rubr. tit. de in ius voc. cum aliquot seq. l. 4. §. prætor ait 5. de dam. in f. §. fin. Inst. de pœn. temp. litig. ib. Wesem. Diff. Dd. in l. 1. & l. 5. h. t. & l. 5. C. de iudic. qui hanc differentiam non observant. *d*) d. l. 4. §. 1. de inter iniur. fac. de facto non de iure l. ordine, 15. ad municip. l. 1. quorum ad Turpill. eum quem, §. 1. de iudic. Arbitrator; Recuperator, centumvir, l. fundum fam. ericisc. §. 1. Inst. de act. ib. Wes. & Cuiac. in not. signor. de iudic. lib. 1. c. 23. & seqq judex specialis, l. 5. §. ff. de off. præsid. ult. ff. de offic. prad. Pedaneus, l. prator, 4. ff. de tutor. & curat. dat. quod curru non veheretur, sed de plano stans, aut consultò vel fortuitò scamno sedens, judicaret, dictus, Novell. 71. & 81. Cuiac. in parat. C. de pedan. iud. Govean. ad Rubr ff. h. t. num. 14. & seq. Corras. 7. Miscell. 2. nu. 3. & seqq. Borch. de V. O. c. 2. num. 153. Longoval. in l. 3. p. 1. c. 3. num. & seq h. t. *e*) l. 1. h. t. l. si filius, 12. ff. de vulg. & pupill. l. 2. §. populo de O. I. l. 1. de ind. l. sed & si 26. §. si feria, 7. ex quib. caus. maior. l. 1. §. postulare, 2. de postul. Coras. d. 7. Miscell. 2. num. 1. & seq. *f*) Dd. in l. 1. ibi: Bart. num. 12. Iaf. num. 11. h. t. late Oldend. tr. de off. iud. explicat. Longoval. in d. l. 3. pag. 3. c. 1. nu. 4. *g*) Coras. in l. 1. h. t. num. 9. & d. 7. Miscel. 9. Gœd. ad l. 22. de V. S. nu. 18. Obrecht. th. 99. & seqq. *h*) Longoval. d. p. 3. c. fin. nu. 8. eodem sensu, quo meri & mixti officii appellationes inducit Coras. d. loc. & quo stipulationes Prætoriæ á judicialibus distinguuntur. l. 5. ib. Duaren. Donell. nu. 5 68. & seq. de V. O. §. t. tibi. Vult. n. 1. Ind de divis. Bip. Forst. 2. Hist. Iur. Civ. c. 86. nu. 24. & seqq.

108. Et insuper & alia jurisdictionis in genere divisio, qua ea vel voluntaria vel controversia esse dicitur. *a* Voluntaria ex re appellata est, quod exerceatur in volentes, *b* strepitumq; judicii non requirat, *c* ut ad-

optio, *d* manumissio, *e* emancipatio, *f* bonorum possessionis agnitio, *g* donationis insinuatio. *h*

a) *l.2.ff.de offic. proconsg.gl.in l.1.verb.Consilium,ff.de off. cons. & l.1 de off. prætor. b*) *Donell.17.com.8.vers.jurisdictionem. c*) Solâ authoritate Prætoris vel extra interpositâ, *Marant.p.4.dist.18.n.2.Donell.d.loc.vers.voluntaria,Vult.1.lur.Rom c.13 post n.15. d*) *d.2.& 3.ff.de off.Proconsl.l.2.ff.de adopt.prin.Instit.eod. e*) *d.l.1 fin. de off.Proconsl.§.Servi verò.Inst.t.de Libert. f*) *d.l.2.ib.tam liberi de off. Proconsl. § præterea,6.Inst.quib.mod.ius part.post solv.Marant.d.l n.2. g*) Cum ipsa agnitio bonor. possessionis confestim Prætoris authoritate confirmetur, maximè jure novo, quo qualiscunq; testato agnitionis apud quemlibet Magistratum interposita sufficit, *l. ult.C.qui admit.ad bon.poss. Mar.d.l.n.2.Donel.d.l. h*) *Wes.in com. ad l.non idcirco,11 n.7.C.de fide instr. Alex.cons.157.viso instrumento, n.2.vol.2.v.Fr.de Clapp.concl.23.*

109. Contentiosa exercetur in invitos & contendentes, *a* maximè in judicio. *b* Quo pertinent omnes datæ actiones, *c* Et generaliter cum Magistratus inter litigantes ex jure scripto, qua ratione alter alteri dare facere debeat, decernit; *d* vel litem contestari partibus injungit, *e* contentiosam exercuisse jurisdictionem dicendus est. *f*

a) Vi imperii, *Vult.d.l.lur.Rom.c.12.post.n.15. b*) quod redditur in invitum, *l.inter,83.§ 1.de V.O.Landfr.in Clem.sæpè,n.16.& 23.de V.S.Don.d.l.17.com.8. c*) *de quib.in l.actionis,37.de O.& A. d*) *formula certa præscripta, ut inf.dicetur. e*) *ut in speciel. Senatusconsulto, 16.de off.præs. f*) *Henr.à Suer.Repet.Lect.lur.Civ.t.6. vers.contentiosa.*

110. Utraq; vel proprio jure, vel beneficio alieno competit. *a* Proprio suoq; jure *b* Magistratus, *c* vel municipalibus, *d* Illis, tribunali, *e* vel juri publicè dicundo, *f* sive generaliter actionibus & judiciis, *g* sive certis tantùm causarum speciebus, præpositis. *h*

a) *L.more,5.ff.t.l.1.ff.de jud. b*) *l.cognitio,4.ff.de offic. cui mand. jurisd.more, h.t.* Utut enim his è populo vel Principe jurisdictio detur, hanc tamen suo jure habere dicuntur, quod iis data sit non ut aliena, sed propria, & ex proprio Imperio, eo nempe ipso, quod in Magistratum eliguntur; *ut rectè declarat Dn. Obrecht.t.th.137.& anteaum Purp.in Rubr.num.11.& l.1.§ qui mandatum,nu.2.ff.de off.eius cui mand.jurisd.Bod.de rep.lib.3.c.7.n.304.vers.ex quibus. c*) ita dictis quod magis quàm cæteri rebus, quibus præsunt, diligentiam debeant, *l.cui præcipus,17.de V.S. d*) *quorum differentia ex in f. dictis apparet. e*) *d.l.1.de judic.* loco in quo jurisdictio exercetur, pro ipsa jurisdictione Metonymicè sumto *Donell.17.com.7. f*) *l.2.§.post originem, 13.de Orig.Iur.fac.deducta à Donell.d.17.Commun.7. Briss.1.de lect.antiquit.cap.20.* Hinc Magistratum, qui jurisdictioni præsit, definit Cujac. *in parat. ff.de O.I.* Cujus definitionem exagitat *Andius Bedin.33.de Republ.c.2.&* respondetur ei brevibus à Cujac.18. *obser.38.inf. g*) data certa familia, *t.Cod. de form.& impetr.act.sublat.* Romæ à Prætore, *l.2.§.cumq; Consules de O.I.* Alexandriæ judico, *t.t.ff.& C. de offic. jurisd.v. Briss.1.select.antiq.20. h*) Ut censibus, annonariæ vigilibus, tutelis, &c. Censor, Quæstor, Præfectus vigilum, Prætor tutelaris, &c. *Donell.d.17.com.7.*

111. Ro-

III. Romani vel sunt Urbani vel provinciales, *a* Illi Majores, aut Minores, *b* Majores cum Imperio. *c* Minores absq; eo esse dicuntur. *d* Inter Urbanos autem primus locus Senatoribus tribuitur, *e* quorum ab initio tanta fuit authoritas, ut Principes; si quid statuere vellent, id justum æquumq; esse Senatui suis Orationibus persuaderent: *f* quos deinde Patrum *g* seu Senatorum consultum subsequebatur. *h*

a) *L. continet, 3. §. 1. ff. quod met. caus. l. aliud fraus, 131. § 1. vers Magistratus, ff. de V. S. ex Brisson. Vultei. 1 Iur. Roman. cap. 13. ad num. 5.* *b*) *l. nec Magistratibus 32. de iniur.* *c*) *c. l. non minus, 11. C. de assessor. l. fin. C. de mand. prin. l. 2. ff. de in ius voc. l. cum prator, 12. §. 1. de iud. post Hot. Briss. & Schrad. in Lexic. verb. Magistratus Vult. d. loc. n. 7. Bodin. de Republ. lib. 3. c. 8.* *d*) *arg. l. nec Magistratib. 32. ib. sine Imperio, ff. de in ius, d. l. arg. 2. de in ius voc. l. 12. de iud. l. sed & si, 26. §. 2. ff. ex quib. caus. mai. vid. Briss. de V. S. lib. 11. verb. Magistratus Roma*, cujusmodi tres uti. Quæstorem, Præfectum annonæ & vigilem in libris Justin. se reperire ait Vult. *d. loc. sub nu. 90. addatur Longoval. in Repet. d. l. 3 quo ad iurisdictionem, fol. (mihi) 182.* quo posito, suo quoque laborabit vitio definitio Magistratus á Bodino *d. lib. 3. cap. 3. de Repub.* tradita. *e*) ita dictis, quod in Senatu sententiam dicerent, *l. ult. in f. de Senat.* jus facere poterant, *l. unic. de C. senatus, c. l. nō ambigitur, 9. ff. de ll. §. Senatusconsultum, inst. de l. N. G & C. quominus, 2. de flum.* longeq; majori quám consules potestate prædi-ti, *l. 14. § 2 de interdict. & releg.* cum hi ex SCto sententiam dicerent, *l. unic. § 1. & 2. de off. cons. vid. omninó For. t. 2. Histor. l. C. cap. 83. Budá. in l. ult. de Senator.* & eorum dignitate, *Menoch. de arbitr. 2. cent. 6. cas. 518.* *f*) Unde tot orationes Principum in Senatu habitæ, *l. oratio, 16. de sponsal. l. oratione, 16. ib. Gothofr. de ritu nupt. l. Hac ratio, 3. de donat. int. vir. & uxor. l. cum hi 8. de transact. l. 1. de feriis, lib. 1. §. 1. de tut. & curat. dat. &c. Wesemb. in parat. ff. de senat.* *g*) Senatores quippe Patres simpliciter, *l. 2. §. deinde, 15 & seqq. de O. I.* vel patres conscripti, dicebantur, *l. humanum, 8. C. de ll.* *h*) *arg. d. l. oratione, 16. de rit. nupt.* Hinc idem quod SCto, hoc alibi Oratione inductum traditur, *d. l. 8. de transact. iunct. l. eleganter, 23. de cond. indeb. l. si ad resolvendam, 7. ib. Goth. C. de prad. & aliis rebus minor iunct. l. 1. ff. de rebus eor. qui sub tut. Briss. 1 select. antiq. 16.*

II. Adeoq; nec Magistratus nomine, Senatum intelligi olim receptum; *a* Paulatim veró sub Imperatoribus, maximé veró Nerone, ejus potestas diminui, neque tam senatus, quám senatorum conventus, umbra signaq; sine re, *b* & curia judicum esse cœpit, *c* cui ordinaria jurisdictio de jure privato, *d* haudquaquam tamen sine omni jure Imperii attributa. *e*

a) *Arg. l. amissione, 5. § fin. ff. de cap. dim* Senatus enim nomen ordinis est, *Corras. ad l. 1. de senator sign. 2 de antiq. Iur. Rom c. 6. Vult. 1 jur. Rom. 13. num. 14. cui ad Rubr. ff de iur. fisc. & in l. 2. de O. I. §. quod ad Magistratus 14.* Prout nec Principi Magistratus, nec Pontifici dignitatis nomen proprié convenit. Ille quippe Celsior Magistratus; hic culmen dignitatum, *vid. Cabat. 1. disput. 7.* latè tamen vocabulo Magistratus sumpto, utiq; comprehenditur, *argum. d. §. 14 de O. I.* *b*) *Cui in d. l. 2. §. populo de O. I.* *c*) *Bodin. de rep. lib. 3. cap. 10.* *d*) uti de hæreditatibus,

l. Item veniunt, 20. §. prater hac. ff. de pet. har. de interceſſionibus, *l. 2. C. ad SC. Vellei.* de fideicommiſſis, *l. 1. ff. ad Treb.* e) Relegationem Senatui relictam oſtendit, *l. Relegatus, 14. § 2. de interd. & relegat.* Licet enim in cives Romanos ob L. Valeriam, in uſu populi animadvertere non poſſet, *Plutarch. in vita Publ. Valer. Public. Forſter. 1. Hiſt. I. Civ. c. 15. in ff. num. 3. v. theſ. ſeq. lit. B.* quò minus tamen in provinciales, flagitia per Italiam committentes, jus Imperii exercerent, nulla lata Lege inhibitum fuit, *uti Vinc. Cabot. 2. diſput. 3. errorem Bodini d. libr. 3. de Republ. l. c. 1. taxans, adnotavit.*

113. Inter Senatores autem primum locum habuere Conſules; quorum officium ampliſſimum, & Regiæ poteſtati conjũctum *a* Primo tamen Lege Valerii Publicolæ ita mitigatum, ut ab his ad populum provocaretur; neque in caput civis Romani injuſſu populi animadvertere poſſent. *b* Sub Auguſtis verò juriſdicendi, *c* & quæ huic tacitè cohærent, facultatem habuere; *d* adeoq; honorarii eſſe cœpere, *e*

a) Vt ex Cicer. Polyb. Caſſiod probat. Forſter. d. lib. Hiſt. I. C. cap. 16. num. 3. b) l. 2. §. Exactis ibid. Cuiac. ad verb. penes quos ſummum de O. I. Unde nec ſecures, ſedm. tamen faſces virgarum iis præferri cœperunt, *Mart. 7. Epigr. 50. Cuiac. d. loc. Gothof. ad l. 1. § 5. verb. Inſignia. de poſtul. Briſſon. 3. ſelect. antiq. c. 14.* c) *Forſt. d. loc. num. 7.* manumittere, volentibus conſilium præbere, *l. un. de Conſul. l. apud eum, 14. de manumiſſ. l. ſi rogatus, 20. §. ultim. de manum. vind.* Reſtituere in integrum, judices arbitrosvé, tutores dare; de fideicommiſſis, alimentis, libertatibus cognoſcere, *l. ſi cui 50. de cond. & demonſtr. l. 1. §. ſi quis de appell. l. 3. §. ult. de alim. legat. §. Sedex his. Inſt. de Attil. tut. prin. Inſt. de fideicom. har. Cuiac. in parat. Cod. de Conſul. Vultei. 1. Iur. Rom. c. 13. num. 23. & ſeqq.* d) mulcta, pignoribus, vinculis inobedientes coërcere, *d. l. 2. §. Exactis 16. ib. ſolùm relictum de Orig. Iur. ibid. Cuiac. l quidam, 57. de re iudic.* extra tamen relegationem, *d. l. Relegatas, 14. §. 3. de interd. & releg vid. Govean. ad d. l. 3. de iuriſd. num. 13. & ſeqq.* e) quod primum Anno Urb. cond. 708. Mundi, 3917. á primis Conſulibus 464. C. Jul. Cæſare honore Dictaturæ contento, Conſulatuque ſe abdicante, factum ſcribit Abb. Bucholcer. *in Catal. Conſ. Rom. mihi. fol. 129.* in Monarchiam autem reducta Republ. omne Imperium & poteſtas Conſulum revera in Principem translata, *Novell. 105. de Conſul. in fin.* & honor Conſulatus paſſim Codicillis impetrari cœpit, *l. ult. C. de Decu. lib. 10. l. nemini, C. de Conſul. lib. 12. Forſt. d. loc. in f.*

114. Populo aucto, & crebris exortis bellis, inſuper *a* Dictatores maximæ authoritatis creati; *b* quibus capitis animadverſio, *c* & jus ab eorum ſententiis non appellandi tributum. *d* Ut autem Reges initio urbis conditæ ad cuſtodiam ſui corporis Celeres, & his tribunos; *e* ſic Dictatores ſibi Equites junxere, iiſdemq; Magiſtros, præfecerunt. *f*

a) Aliis Magiſtratibus in ſuo officio remanentibus, *d. l. 2. §. ex his 19. ibi Cuiac. de Orig. Iur. b) d. l. 2. §. populo. 18. de O. I. Forſt. d. l. 1. c. 17.* c) *d. l. 2. §. 18. de O. I. Govean. ad d. l. 3. de iuriſdict.* Unde & duo Secures Dictatorem præcedebant, *Forſter. d. loc. n. 12.* d) *d. l. 2. §. populo 1. S. de O. I.* adeoq; ſummę & penè regiæ fuêre poteſtatis, ut eo etiam breviori ſpacio eorum officium arctaretur, *d. §. 18. ib.*

§. 18. *ib. Cuiac.* donec C. Jul. Cæſ. Hiſpania recepta, & civilibus bellis confectis ob ſingularem in Cives clementiam, Liberator, Parens Patriæ, Dictator perpetuus, primus appellatus eſſet, *Forſter. d. loc. num.* 10. *& ſeq. Buchol. in d. Catal. conſ. Roman. circa enarrat. Anno Mundi* 3927. *in Chron. lib.* 2. *in bello Caſ. & Pomp.* e) qui inde Tribuni Celerum dicti, *d. l.* 2. §. *iiſdem temporibus*, 15. *de O. I. Forſt d. lib.* 1. *c.* 18. *nu.* 2. f) *d. l. Et his Dictatoribus* 19. *de Orig. Iur. l. un. verſ. ad vicem de off. praf. prat. Forſt. d. c.* 18. *num.* 3.

115. In Monarchiam autem labente Republica, Magiſtris Equitum ab Imperatoribus, & primum quidem Auguſto, Præfecti, Prętorio ſubſtituti, *a* quibus proximum á ſe locum, *b* vice ſacra judicare, *c* rerum judiciorumq; ſummam dedere. *d* Hinc formæ ab his datæ generalis *e* vim legis obtinuerunt; *f* ab eorundem ſententiis nec appellari, *g* ſed tantúm ad Principem ſupplicari, *h* vel ab ipſis reſtitutio peti poterat; *i* adeoq; nullis Magiſtratibus Imperium conceſſum, teſtatur Cujac. *k*

a) l. 1. *de offic. prat. Petr. Fab.* 1. *Semeſtr.* 1. *c.* & 2. *b) l.* 1. *C. de offic. vicar. l.* 6. *C. de off. praf. prat. c) d. l. C. de offic. vicar. ibid. Sacra*, Cuiac. 16. *obſ.* 2. *d) l. quilibet*, 40. *C. de Decur. lib.* 10. *e) l.* 2. *C. de offic. praf. prat. Orient. & Illyr. ibid. Cuiac. in parat. l. apertiſſimi, C. de iud. l. pen. Cod. de fideiuſſ. v. Cuiac.* 6. *obſerv. f) d. l.* 2. *C. de offic. praf. prat. Orient. verſ. Muſcor d. tr. de iuriſd. nu.* 80. *& ſeqq. g) l. un. de off. praf. prat. l. un. de off. praf. prat. l. un. C. de ſent. praf. prat. v. Cuiac.* 16. *obſerv.* 2. *h) l. ſi quis* 5. *cum Auth. ſeq. C. de prec. Imp. offic. l. un. C. de ſent. praf. prat. Nov.* 119. *c.* 5. *ib. Cuiac. i) d. l. un.* §. *fin. de off. praf. prat. l. prafecti*, 17. *de minor. & in parat. ff. de off. praf. prat.*

116. His domi, & in urbe æqualis erat Præfectus Urbi; *a* cujus poteſtas adeó excrevit, ut cuſtodiam urbis univerſæ, & omnium delictorũ intra centeſimum miliare ſeu lapidem admiſſorum notionem, *b* relegationis, *c* deportationis, *d* fuſtium caſtigationis, *e* in metallum damnationis, *f* & plurimarum pœnarum jus habuerit. *g*

a) Utrumque ab Impp. Parentem appellatum fuiſſe docet Briſſon. *lib.* 3. *de Form. poſt med.* & hic non minus domi, quám Præf. prær. in militia, proximum ab Imperatore locum ſortiebatur, *Weſ. in Oecon. C. lib.* 1. *tit.* 28. initio Latinarum feriarum causâ introductus, *l.* 2. §. *Et hac* 33. *de O. I. ex Suet. & Tac. Gothofr. ad l.* 1. §. *initio, de off. praf. urb.* ab Auguſto primum perpetuus factus, *Suet. in Aug c.* 37. *Weſ. in parat. ff. de off. praf. urb. Cuiac. in parat. C. eod. Idem ad d.* §. *Et hac* 33. *ib. P. Fab. de O. I. b) l.* 1. *in prin. & §. initio*, 4. *& ſeqq. ff. eod. v. Cuiac. in parat. C. eod. &* 8. *obſ.* 29. *c) d. l.* 1. §. *relegandi*, 3. *ff. eod. d) d. l.* 1. §. *Relegandi*, 3. *ff. h. t. l.* 1. §. *á Prafectis* 4. *de Legat.* 3. *e) d. l.* 1. §. 10. *h. t. f) d. l.* 1. §. 10. *h. t. l. aut damnum*, 8. §. *Prafecto, de pœn. g) d. l.* 1. §. *Et urbe* 13. *h. t. v. Alex. ab Alex. Genial. Dier. lib.* 6. *c.* 20. *Cuiac.* 2. *obſer.* 14. *Govean. ad l.* 3. *ff. de iuriſdict. n.* 20. *& ſeqq.*

117. Dignitate & poteſtate proximi Quæſtores & Prætores ſubſequebantur; illi ſané omnium Magiſtratuum antiquiſſimi, *a* á quærẽdo dicti, *b* varii generis fuere. Quidam orationes & libellos Principis in Senatu

Senatu recitabant, *c* leges dictabant, petitionibus precibusq; subscribebant, *d* sine jure Imperii, *e* aliâs Candidati Principis appellati: *f* Quibus hodie Cancellarios æquiparare solent. *g*

a) *L. 1. de offic. quæst.* *b*) *d. l.* 1. §. 1. *eod.* quod requirendæ & conservandæ pecuniæ causâ initió crearentur, *l.* 2. §. *deinde arium*, 22. *de O. I.* cujus cura ad Præfectum ærarii postea translata, *Alex. ab Alex Genial. dier. lib.* 2. *cap.* 2. *c*) *d. l.* 1. §. 2. *eod. Brisson.* 1. *select. antiq.* 17. *d*) *Cujac. ad l.* 2. C. *de petit. bon subl. lib.* 10. *idem in parat. C. de offic. quæst. Menoch. de arbitr.* 2. *cent.* 2. *cas.* 68. *nu* 8. & *seqq.* *e*) *Vult. l. I. Rom. c.* 13. *num.* 90. *f*) *d. l.* 1. §. 2. *eod.* quod veste candida, in argumentum integritatis, uterentur, *Wesemb. in Oeconom. ff. h. t. Et de hu agitur tit. ff. & C. de off. quæst. Nov.* 35. *ubi quæstores sacri Palatii appellantur.* *g*) *Cujac. in parat. C. & Wes. in parat. ff. eod. Gail. de p. p. lib.* 1. *c.* 5. *num.* 29.

118. Alii ab inquirendo nuncupati, *a* quærendis coërcendisque mendicis, inertibus, ociosis, peregrinis, errantibus & vagis occupabantur, *b* Alii, capitalibus rebus á Populo præpositi, *c* Quæstores Parricidii appellabantur. *d*

a) *Isidor. lib.* 18. *de Orig. Iur. c.* 15. *b*) *de quibus Iustin. Novell.* 80. *ibid. Cujac.* His olim in Gallia similes Magistratus constitutos fuisse, qui cum sub prætextu concessæ authoritatis, ipsi multa latrocinia committerent, constitutionibus posteriorum Regum abolitos testatur Petr. Poncet. *tract. de jure Municip. num.* 62. Hodie iis æquiparat *les Provosts de marechaux Gothofr. ad d. Novell.* 80. *c*) *d. l.* 2. §. *& quia* 21. *de O. I.* extra ordinem cum opus esset constituti, ut nec propriè Magistratus sint, *arg. l. si in aliam*, 7. §. *fin. de off. Procons. l.* 2. §. *Et hæc omnia*, 33 *de O. I. l.* 1. *ad L. Carnel. de Sicar. Duar.* 1. *disp.* 53. *Bod. de Rep. lib.* 3. *c.* 2. *fol.* (*mihi*) 416. *Forst. in Hist. Iur. Civ. lib.* 2. *c.* 86. *num.* 31. *d*) *d. l.* 2. §. *& quia* 23. *de O. I.* Parricidium autem omne crimen capitale dicebatur, *Cujac. & Zas. ibid.*

119. Prætor *a* de privatorum causis jus dicendi facultatem potissimum habuit. *b* Litibus autem ita auctis, ut unus omnibus expedendis non sufficeret, Peregrinus, qui inter peregrinos, vel hos & cives. *c* Fideicommissarius, qui de fideicommissis; *d* Tutelaris, qui de tutelis; *e* In superq; ædiles Cutules, qui similiter certis de causis jus dicerent, Prætoris sublevandi causâ, esse cœperunt. *f*

a) á præeundo quod Legibus præiret, dictus, *Novell.* 24. *in princ. & c.* 1. & *Novell. seq. in princ. Conan.* 2. *com. Iur. Civ. c.* 4. *n.* 11. *Vult.* 1. *Iur. Rom.* 13. *n.* 27. & *seqq.* ejusq; nomine omnium Magistratuũ jurisdictio veniebat, *Continus* 2. *success.* *c.* 19. *Connan.* 4. *Com.* 16. *num.* 10. & 7. *Com.* 3. *num.* 9. *v. Dd. in l.* 5. *de V. O.* & 5. *pratoria, Inst. de divisio, stip. & ad* §. *Pratoria. instit. de I. N. G. & C. ib. Vult. nu.* 6. *b*) *l.* 2. §. *cumq; consules*, 27. *de Orig. Iur.* *c*) *d. l.* 2. §. *post aliquot*, 28. *de Orig. Iur.* Ubinus autem peregrino honoratior, *Forst.* 2. *Hist. I. Civ. c.* 84. *n.* 2. *d*) *d. l.* 2. §. *Cujus*, 32. *de O. I. l. quæsitum.* 78. §. *Cum vir.* 6. *de Legat.* 3. *l. si cui*, 92. *de cond. & demonst. l.* 4. *in f. quib. ad libert. proclam. non lic. l.* 2. *C. qui pot. in pig.* *e*) *Forster. d. c.* 84. *n.* 3. *Revar.* 1. *Varior.* 16. *Vult. d. c.* 13. *nu.* 47. *f*) *Paul.* 1. *sent.* 15. §. 1. unde Edictum Ædili-

Ædilitium juris honorarii portio dicitur, §. *Prætorum*, 7. *Inſt. de I. N. G. & C. Cuiac.* 8. *obſ.* 38. habentq; authoritatis ſuæ tuendæ causâ jus fuſtium & flagellorum, *l. eos*, 12. *ff. de Decur. Cuiac.* 27, *obſ.* 29.

120. Univerſum veró Prætoris officium tribus ſolennibus definitur verbis, Do, Dico, Addico. *a* Dat judices, *b* judicia, *c* actiones, *d* exceptiones. *e* Dicit jus *f* cuſtodiendo, *g* ſupplendo, *h* emendando jus Civile. *i* Addicit inopes debitores creditoribus, *k* bona in jure cedentis vindicanti, *l* ſententiam latam exequendo. *m* Sed anne jus quoque meri Imperii habuerit, controverti video. *n* Negant pleriq; *o*

a) *Corraſ.* 3. *Miſcel.* 18. *n.* 10. *& ſeqq. Forſter.* 2. *Hiſt. Iur. Civ. c.* 85. *num.* 1. *& ſeq.* *b*) *l.* 1. *§. neceſſario ſi vent. nom. mul. in poſſ.* recuperatores, *Corraſ. d.* 3. *Miſcel.* 18. *nu.* 7. *& ſeq.* arbitros, *l. Mævius* 52. *§. arbiter.* 2. *fam. erciſ. l.* 6. *in prin. de poſtul. l.* 2. *C. de Sent. & inter l.* 7. *ad L. Iul. repet. §* 1. *Inſt. de actio. ib. Cuiac. Weſ. Vult. n.* 43. *& ſeq. impetr. act. ſubl. ib. Cuiac. in parat. v. Vultei. ad pr. Inſt. de act. n.* 96. *& ſeqq. Ant. Fabr.* 4. *Coni.* 7. *Briſſon. de form. & ſol. Pop. Rom. verb.* *c*) *l. inter*, 44. *§.* 1. *fam. erciſ. Donell. ad Rub. C de except. num.* 11. *Duar. ad l.* 7. *§* 1. *de pact. Cujac.* 5. *obſ.* 43. *f*) unde ipſe jus dicens appellatus, *l. ſi filius*, 12. *de vulg. & pupil. ſubſt. l.* 1. *§. fin. de jur. de lib. leg. leg.* 1. *de juriſd. Corraſ. d.* 3. *Miſcell.* 18. *n.* *g*) hinc Prætor viva vox, *l.* 8. *de juſt. & jur.* Cuſtos & Miniſter juris civilis, *Rein. Corſ.* 3. *indag. iur. c.* 4. *h*) *l. quia actionem*, 11. *de præſcript. verb. l. quæſitum de teſt.* quandoque non admodum neceſſaria, *l.* 3. *§.* 1. *verſ. Miratur*, *ff. naut. caup. ſtab. ut recept.* *i*) *prin. Inſtit. de bon. poſſ. l.* 7. *§.* 1. *de juſt. & jur.* ut tamen hoc non tollat, *arg. l.* 12. *§* 1. *de bon. poſſ. l.* 1. *ff. de fer. l.* 28. *§.* 2. *ex quib. cauſ. maj. l.* 19. *de appell. Cujac. in Pap. d. l.* 7. *§.* 1. *de juſt. & jur.* *k*) *Corraſ. Miſ.* 18. *nu.* 12. *vid. Hot. illuſt. q.* 26. *l*) *Forſt. d. c.* 85. *n.* 3. *Ant. Cont.* 1. *diſp.* 12. *§. in jure Ceſſio.* *m*) *l. á Divo*, 15. *& §.* 6. *de re iud. l. ſi quis* 3. *ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſſ. de hoc ritu Briſ. ſelect. antiq.* 4. *c.* 2. *n*) Affirmat Vaud. 1. *var. q.* 16. *Long. in Repet l. Imperium, p.* 3. *c. circa meri, num.* 3. *ff. de iuriſdict.* *o*) *Arg. l. ult. de in ius voc. l.* 1. *§* 7. *de off. Præf. urb. Govean. ad d. l.* 3. *num.* 16. *& ſeqq. & ad l.* 7. *n.* 9. *de iuriſdict. Duar.* 1. *diſput.* 53. *Cuiac. in præl. prior. d. l* 7. *de iuriſd. Forſt. d lib.* 2. *c. ult. num.* 32. *& ſeqq. Vultei.* 1. *Iur. Rom.* 13. *num.* 42. Sané mixtum Imperium Prætori competiiſſe, minus dubitatur, *arg. l.* 2. *de iuriſdict.* pignora capere & mulctam dicere potuiſſe, *arg. l.* 1. *§. cogenda, de vent. inſp. l. oſſa*, 8. *§.* 2. *de relig. & ſumpt. fund. l.* 2. *§* 1 *ſi quu in ius voc. Briſſ.* 3. *ſelect. antiq.* 4. *Forſt. d. lib.* 2. *c. ult. p.* 1.

121. Ad exemplum hujus civilis Prætoris, alius publicis judiciis, & perpetuis Quæſtionibus *a* præficiebatur, *b* Qui criminali incidẽte cauſa, judicum ex decuriis conſcriptorum *c* nominibus in urnam miſſis, numerum pro ratione intentati judicii neceſſarium, ſortiretur: *d* Hi veró judices, ſelecti appellati, *e* in Conſilio criminali, tabellam, vel litera A. vel C. ſignatam, in ciſtam projicientes Reum vel abſolvere vel condemnare ſolebant. *f* Ille deinde purpureâ indutus togâ pro tribu-

nali, *g* pœnâ capitis condemnando, eum parum caviſſe videri, pronunciabat: *h* cujus ſententiam pœna Legum ſponte ſubſequebatur. *i*

a) Olim perpetuas non fuiſſe, dixi *theſ.* 118. *lit. c* *b*) *l.* 2. §. *capta*, 31. *de Orig. Iur. ib. Cujac. Forſter. d. lib.* 2. *c.* 85. *n.* 5. *& ſeqq.* *c*) *Briſſon.* 2. *ſelect. antiq. c.* 1. *Cujac.* 21. *obſ.* 31. *d*) numerus autem lege judiciali finitus erat, *Cujac. d. loc.* ex ſortitis Reum & Accuſatorem ſuſpectos rejicere, Prætorem q; alios ſubſortitum, docet Briſſon. *d. loc.* *e*) *Cuiac. d.* 21. *obſ.* 31. *f*) *eleg. Briſſon. d. c.* 1. *& lib.* 5. *de formul. Bodin. de Republ. libr.* 3. *c.* 5. *n.* 301. *g*) *Bodin. d. loc.* judicibus in ſubſelliis ſedentibus, *Forſter. d. c.* 85. *num.* 11. *h*) *Bodin. d. loc. eleg. Briſſon. de form. d. lib.* 5 *fol.* 482. *edit. Franc.* *i*) *ex lege l.* 11. §. *quorum*, 4. *ad Turpil. l. aliud fraus*, 131. §. 1. *de V. S. l. ſi præſes*, 32. *de pœn. Cabot.* 2. *diſput.* 5. Unde Prætores publicis judiciis præpoſitos, non tam merum Imperium; quám Legis actionem habuiſſe, rectè videtur ſcripſiſſe Govean. *in d. l.* 3. *num.* 27. *de iuriſdict. Bodin. de Republ. d. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 301. cum ipſi in cauſis criminalibus jus non dicerent, ſed Reum tantùm in legem commiſiſſe videri, pronunciarent, *Forſt. d. lib.* 2. *Hiſtor. l. Civ. c. ult nu.* 4. Poſtea tamen eum in eorum arbitrio pœnæ definitio eſſe cæpiſſet, contrarium probabilius videtur, *Bodin. d. loc. nu.* 302. *& ſeq.*

122. Diverſis ab his fuit Prætor plebis *a* qui idem cum Præfecto vigilum, *b* præcipué noctu quieſcentibus proſpiciebat. *c* Cui de incendiis, effractoribus furibus, raptoribus, cognitio; *d* In ſervos fugitivos, & fures, gladii animadverſio attributa. *f*

a) *De quo Iuſtin. Novell.* 13. *b*) nomine & officio etiam poſt Juſtinia. *Cuiac. in d. Novell.* 13. extra ordinem utilitatis causâ tantùm conſtitutus, non ſtatis & ordinariis temporibus ceatus, *l.* 3. §. *Et hæc omnia*, 33. *de O. I. ibi.* Cujac. *v. Donell.* 17. *Commi.* 27. *c*) *l.* 1. *l.* 3. §. 3. *de Præf vig. v. Briſſon* 2. *ſelect. antiq.* 8. *Alex. ab Alexand.* 3. *Genial. dier.* 16. *d*) *d. l.* 3. § 1. *de Præf vig. d. Nov.* 13. *c.* 4. in eoſdem, fuſtibus, flagellis, virgis caſtigationem, *d. l.* 3. § 1. *l. ult. eod. d. l. ult. h. t. l.* 2. *de fugit.* *f*) *l. ult. de cond. cauſ. dat. l interdum*, 56. §. *qui furem de furt.* quam in liberos quoq; homines ei permiſit Juſtin. *d. Novell.* 13. *ib. Cuiac. c.* 4. & 6. Regulariter autem majori animadverſione dignos Præfecto urbi remittebat, *d. l.* 3. §. 1. *l.* 1. *C. eod.* Cujus olim propria de ſeditioſis & factionariis cognitio, *l.* 1. §. *quies de off. præf. urb.* hodie quoq; Prætori plebis data, *d. Novel.* 13. *c.* 4. *ib. Cuiac. Idem* 8. *obſ.* 29.

123. Inter Provinciales Magiſtratus, primus Proconſul excelluit; ita dictus, quod cum Imperio conſulari, hoc eſt, ſummo in provincias Populi mitteretur. *a* In quibus omnium in urbe jus dicentium partibus fungi, *b* majus poſt Principem Imperium, pleniſſimam juriſdictionem, *c* ſtatim atq; urbem egreſſus, nanciſci dicebatur, *d* ut voluntariam quidem extra urbem ubique abeundo & redeundo, *e* contentioſam verò provinciæ ſuæ fines attingens, exercere potuerit. *f*

a) *Cujac. in parat. ff. de offic. Proconſ.* ſex tamen facibus uſum demonſtratur, *l.* 14. *ff. eod. Briſſ.* 3. *ſelect. antiq.* 14. *b*) *l. ſi in aliam*, 7. §. *fin. ff. eod. Lancell. Con-*

tad.

rad. in temp. omn. iud. lib. 1. c. 7. n. 12. c) *l. & ideó, 8. cum seq. eod.* cum jure gladii, *l. solent. 6. eod.* d) *l. 1. l. 2. & l. ult. h. t.* e) *d. l. 1. cum seq. h. t. apud 18. de manum. vind. l. emancipari, 36. §. 1. de adoptio,* quod jus, excepto Proconsule, nullus Provincialis Magistratus, ne quidem Præses, habuisse videtur, *argum. l. Præses, 3. l. si forté, 17. de offic. Præf. l. un. ff. de offic. præf. August. Cuiac. ad Novell. 95. & 20. obs. 37.* amplior enim hujus, quám illius potestas, *Wesenbec. in parat. ff. & C. de offic. Præs. Lips. in incomm. ad Corn. Tacit. 1. Annal. sub fin.* ut quem etiam quinque tantum fascibus usum docet Brisson. *d. 3. select. antiq. cap. 14.* f) *d. l. 2. observare, 4. § antequam, 3. & § ult. de off. proc.*

124. A senatu huic jungebatur Legatus, *a* cui excepto mero Imperio, *b* statim atq; provinciam ingressus, *c* jurisdictionem, & vices suas in provinciæ administratione mandaret. *d* Quo facto Legatus propriam jurisdictionem, *e* in sola tamen provincia exercendam, *f* nanciscebatur; ut ab hoc recté Proconsul appellaretur. *g*

a) *Cuiac. in parat. ff. & C h. t. Wesemb. in parat. ff. ead. Vultei 1. I. Roman. 13. v. Petr. Fabr. ad l. nemo potest, 70. de Reg. Iur.* b) *l. si quid erit, 11. l. solent. 6. eod. l. nemo potest, 70. iunct. inscript. de R. I. l. 1. § 1. de off. eius cui mand. iurisd. arg. Novell. 128. c. 20. vers. Antequam,* licet hodié tam civiles, quám criminales causas audire possit, *l. 2. C. eod. ibid. Wesenb. in parat.* c) *l. observare, 4. §. fin. ff. eod.* d) *d. l. 4. §. fin. l. cum seq. h. t.* e) *l. Legati, 13. eod. l. cognitio, 4. de off. eius cui mand. iurisdict.* Hinc Legatis assessores junctos probavit, *Cuiac. 7. observ. 21. vers. eundem, 1. q. Pap. ad d. l. 5. h. t. & ad l. 1. de off. eius cui mand. in mercat. 1. cap. 21. Wesemb. in parat. h. t. Diss. Pet. Fab. in d. l. nemo potest, 70. de R. I. Donell. 17. comm. 8. vers. Mandata.* f) non solum contentiosam, sed & voluntariam: secus atque Proconsul, *l. 2. § 1. iunct. l. ff. eodem, & secundum hæc explicat. l. apud 18. §. 1. de manum. vind. Ant. Vacc. ad d. l. 2. de off. Procons. Donell. 17. Comm. 8. Duar. de off. procons. c. 3. Hotom. 3. observ. 4. & 2. amit. Resp. c. 1. Robert. 1. Recept. Lect. 29. aliter Cuiac. 1. obs. 19. Idem 1. Notat. Merc. 21. laudat hunc & sequitur Mercer. in Conciliat. mihi, pag. 25. v. Petr. Fabr. in d. l. nemo potest 70. & l. nemo alieno, 123. de R. I. Wesemb. in parat. C. h. t. in fin.* g) *l. 2. quis á quo appell. ibid. Wesenb. in parat. d. l. solent. 6. §. Legatos, 2. h. t. Cuiac. 7. obs. 21. aliter Govean. ad l. 1. num. 6. de iurisd.*

125. Ab Imperatore veró provinciis, post divisionem cum Senatu factã sibi reservatis, præpositi *a* Præsides, Correctores, Legati Cęsaris dicebantur: *b* qui in designata provincia supremã post Principem potestatẽ: *c* omniumq; causarum de quibus Romæ vel Præfectus Urbi, vel Prætorio, cæterivé Magistratus cognoscunt, notionem: *d* una cũ furiosos in carcerandi: *e* sacrilegos, latrones, plagiarios, fures, stupratores, conquirendi: *f* in eosdem gladio, damnatione in metallum, *g* mulctã, *h* vel alia severissima coërcitione animadvertendi, potestatẽ, habebant. *i*

a) *De hac divisione præter alios Theop. ad tit. Inst. de rer. divis. arguit eandem, l. nemo, 113. § 1. de R. I. iunct. not. Cuiac l. 24. observ. 2.* b) *l. 1. l. 10. l. 20. de off. Præs. l. item 4. de offic. assess. arg. l. milites, 12. de custod. reor. l. 3. §. 1. de testibus.* Unde nec Præsidi

sidi ullus jungebatur Legatus, *Wesemb. in parat. ff. de off. Præs.* c) *l. 4 ff. eod. sub Iustin.* Præfectum Prætorio subsecutos testatur *Wes. in par. eod. fnc. l. ne quis, 38. ubi judices, C. de decur. l. 10. l. 3. C. de off. Præf. Prat. Or. l. fin. C. ad L. Iul. repet.* d) *d. l. 10. cum seqq. eo.* e) *l. 13 § 1. & l. seq. h. t. l. 8 §. solent. de pœn.* f) *l. illicitas, 6 § 2. & seqq. d. l. 13. h. t.* g) *d. l. 6. §. qui universas. ff eod. de jure deportandi dixi supra th. 81. lit. d.* h) *d. l. 6. §. ult. h. t.* i) *l. ult. ff. h. t. iunct. l. 6 ff. ad L. Iul. de adulter. ib. Cuiac. in Pap. l. 1. de adulter.*

126. His addebantur Procuratores *a* Rationales, *b* seu Curatores *c* domus, *d* vel rei dominicæ dicti, *e* rebus fisci in provinciis præfecti. *f* Qui quidem de fiscalibus pecuniariis, non veró privatorum, *g* vel criminalibus causis jus dicebant: *h* nisi forté vice Præsidum fungerentur: *i* ut in Syria Pilatus tempore Christi. *k*

a) Rubr. & t. t. ff. de off. Procur. Cæs. l. abesse, 2. l. qui mittuntur, 35 § 1. ex quib. caus. majest. *b) d Rubr. ff. de off. Procur. Cæs. l. 5. 7. 10. C. ubi caus. fiscal. sic dicti, quod rationes Cæsaris procurent, Cuiac. ad l. 5. C. de iur. fisc. l. 10.* c) *l. 3. ff. eod.* *d) l 8. C. ubi caus. fisc.* e) *l. super creandis, C. de jur. fisc. v. collecta à Vult ad l. 1. C. de jurisdict. n. 41. usq; ad n. 53.* f) *l. nec quicquam, 9. de off. Proconf. Cuiac. in parat. de off proc. Cæs. Idem in l. 5. C. de jur. fisc.* de eorum officio vid. latius Brisson. *select. antiq. 18. Lancel. in templ. omn. iud. l. 1. c. 8. p. 1.* g) *l. ex consensu, 23 § 1 de appell. ib. Cuiac. in Pap. l. 1. C. de iurisd. omn. iud. ib. Vult. n. 58. l. 1. C. de pedan. iud. Brisson. d. c. 28.* h) *l. fin. ff eod. l. non valet, 4. C. ad L. Fab. de plag. l. 2. C. de pœn. Cuj. 19. obs. 13. Lanceu. in exp. d. l. Imperium p. 3. c. quoad iurisdictionem, n. 2. & 3.* i) quod quandoque evenisse ostendit, *d. l. ex consensu, 23. de appell. ib. Cuiac. d. l. 4. C. ad L. Fab. de plag. l. 2. C. de pœn. Cuiac. 19. obs. 13. Briss. d. l. 3. select. antiq. c. 18. Lancellot. in d. templ. omn. iud. l. 1. c. 8. num. 16. Vultei. ad l. 3. C. ubi caus. fisc. nu. 5. & seq.* h) Vitellio viro consulari Præside Syriæ existente, Pilato autem Equite Romano, tantùm ejus vices in Iudæa Syriæ provincia subeunte, *Cuiac. d. l. 19. obs. 13. & in Mercat. l. 1. c. 21.* Utpleriisque tenuioribus provinciis Procuratores, vice Præsidum præpositos, *ex Cor. Tacit. l. 3. Annal. sub fin. docet Lips. in Com. ad l. 12. Annal. sub fin. ad verb. parem vim rerum Cuiac. d. loc. Idem in parat. C. de off. eius qui vic. alter. iud. aliter Robert. 1. animadvers. 21. & 1. ad notat. Merc. 21.*

127. Hactenus de Magistratibus Romanis Urbanis, & Provincialib. In Municipiis juridicundo præpositi Municipales, *a* quod eorum jurisdictio intra territorium cujusq; municipii contineretur, *b* dicti sunt. Qui ad similitudinem Senatus Rom. *c* ex Ordine *d* Decurionum *e* seu Curialium *f* creati, *g* universæ civitatis curam *h* decretorum q; faciendorum potestatem habebant. *i*

a) Vult. 1. Iur. Rom. 13. n. 52. *b) l. Duumviri, 53 Cod. de Decur. l. 10.*
c) Unde Curiæ municipalis Senatores appellantur, *l. omnes iudices, C. de Decur. & fil. eor. l. 10. Corras. 3. Misc. 6. nu. 5. & 6. Forn. 1. Select. 12.* *d)* Ut enim Romæ judices Selecti ad matriculam, *Cuiac. 21. observ. 31. & seq.* sic in municipiis Decuriones in album referebantur, *l. Herennius 11. de Dec. Rub. ff. de alb. scrib. ib. Gothofr.* *e)* cujus ordine vocabantur Magistratus, *vid. P. Poncet. tractat. de iure municip. n. 33.* *f)* notatio-

notationem vid. l. pupillus, 139. §. Decur. de V. S. Lancellot. Conrad. tr. de Decur. num. 1. f. á Curia, loco se ubi publicæ curæ á Senatu geruntur, ita dicti, cujusmodi Romæ ædes Apollinis, & delubrum concordiæ erat. Hunc per Curiam Senatum, Curiac. in Rub. C. de Decur. l. 10. Poncet. d. tract n. 21. & Curialis, ejus Curiæ socios intelligimus, l. 21. l. 25. l. 39 l. 47. l. ult. C. de Decur, variis appellationibus Lancell. d. tract. de Decur. n. 3. g) l. honores 7. §. 2. de Decur. Vult. d c. 12. num. 65. Decuriones enim Magistratus non erant, sed ex illis hi primùm creabantur, l. 1. C. de Mag. munic. Corras. 3. Misc. 6. Donell. 17. com. 7. de Decur. officio, iuribus & privilegiis vid. Wesembec. in parat. fin. de Decur. num. 4. & 5. latissimé Poncet. d. tr. n. 22. & seqq. add. Forn. 2. select. 20. h) t. t. ff. de administr. rer. ad civ. pert. i) t. t. de decret. ab ord. fac. n. 33.

128. Inter hos a. Duumviri, *a* præcelluere; *b* Magistratus annui, *c* duos populi Rom. consules repræsentantes. *d* Iisdem jurisdictio usq; ad certam quantitatem, *e* modica castigatio in servos *f* damni infecti nomine cautio & possessio ex delegatione Prætoris *g* potestas tutorem dandi á Lege concessa, *h* adeoq; generaliter mixto Imperio præditos existimat Cujac, *i* aliis repugnantibus, quorum opinio communior. *k*

a) d. l. 1. C. de Mag. municip. d. l. honores, § is qui de Decur. á numero ita dicti, teste Corras. d. loc. n. 8. Poncet. de tr. n. 19 Donell. 17. Com. 7. Cuiac. ad l. 59. C. de Decor. l. 10. alibi tamen Quatuor viri, l. unic. C. de solut. & l. deb. civ. lib. 10, ædiles, lib. 2. C. si serv. aut l. ad Decur. asp. l. qui insulam. § ædiles de Locat. Cuiac. ad l. 17. C. de Decur. Poncet. d. loc. num. 19. Lancell. d. tr. de Decur. n. 64. b) l. 1. ff. de alb. scrib. item eorum, §. 1. quod cuiusq; univ. nom. Poncet. d. nu. 19. c) l. si ad Magistratum, 18. ib. Cuiac. de Decur. l. 10. d) Cuiac. in parat. Cod. de Mag. mun. e) fac. § nos autem, 5. Inst. de Attil. tutor. l. inter, 28. ad municip. f) l. Magistratibus, 12. de iurisd. l. si privatus, 17. §. 1. qui & quib. manum, l. non sin. l. sed si unius, 17. §. servus 2. de iniur. g) l. 1. l. 4 §. 3. de dam. inf. v. Gov. n. 17. & seqq. & Cuiac. in l. 4. ff. de iurisd. Menoch. 1. arb. q. 74. num. 25. h) l. ius dand. 3. ff. de tutor. & curat. d § 5. Instit. de Attil. tutor. i) Cuiac. in Papin. ad l. 1. ff. de offic. eius cui mand. iurisdict. v. supra, th. 98. lit. c. k) Long. in Rep. d. l. Imperium, p. 3. c quo ad iurisdictionem, num. 2 & c. venio ad mixti num. 23. & c. adversum hunc num. 1. & seqq. communem & indubitatam hanc esse scribentium opinionem ait Franc. de Clap de iurisdict. concl. 8. num. 5. text. in l. 1. in princ. ff. si quis ius dic. non obtemp. l. ea qua 26. ad municip. l. nec ex Magistratibus in f. de iniur.

129. Diversi á Duumviris Defensores civitatum fuere, *a* qui in municipiis ad similitudinem Tribunorum plebis *b* contra iniquas Curialium rogationes & injurias plebem defendebant, *c* jurisdictionemq; olim in causis pecuniariis usq; ad 50. *d* hodie 300. aureos, *e* leviorum criminum cognitionem, *f* Reorum prehensionem, *g* & servorum fugitivorum Reipubl. persequendi potestatem habebant. *h*

a) Vt rectè docet Cuiac. in Repet. l. unic. ff. si quis ius dic. non obtemp. contra gloss. ibid. arguit diversitas tit. Magist. Munic. & Defens. Civit. in C. & l. in hac, 30. C. de donat. Duumviri ex ordine decurionum creabantur, thes. praced. Defensores minimé, l. 2. C. de defens. civit. horum officium quinquennale, l. in defens. 5. C. eod. hodie bien-

nale. *Nov.* 15. *c.* 1. §. 1. Decurionum annuum, *th. prat. lit. e.* Sic unum defenſorem ſingulis civitatibus præpoſitum fuiſſe exiſtimant, *Donel.* 17. *com.* 7 *fac. d. l. in hac*, 30. C. *de bon.* Duumviri bini erant, *th. prac. tit. a.* *b*) *Cuiac. in parat.* C. *de defenſ. civ.* *c*) *l.* 3. *l.* 4. *l. Iubemus.* 9. C. *eod.* *d*) *l.* 1. C. *h. t. Cuiac. ad l.* 11. *de iuriſdict. & in Nov.* 15. ubi ſuppreſſo nomine Govean. *in d. l.* 11. *n.* 1. *de iuriſd.* Defenſores juriſdictionem habuiſſe negantem, taxare videtur. *e*) *d. Nov.* 15. *c.* 3. § *fin.* *f*) *d. Nov.* 15. *c.* 6. §. 1. majora autem Præſidi remittunt, *l. defenſores*, 7. *l.* 1. C. *h. t.* *g*) *l. per omnes.* 6. *cum l. ſeqq.* C. *h. t. l. neminem* 22. C. *de Epiſ. aud.* *h*) *l.* 1. C. *eod. l. mancipia*, C. *de ſervi fugit. Plura de defenſorib. vid. apud Cuiac. in d. Nov.* 15. *Poncet. d. tract. de iure municip. num.* 20. *Corraſ.* 3. *Miſcell.* 6. *num.* 9. *& ſeqq.*

130. Et hiſce quidem Magiſtratibus olim Romana civitas provinciæ, & muncipia potiſſimum regebantur: Quorum nomina & officia in Thraciam, deinde in Germaniam translato Imperio *a* frequentati deſierunt, Comitibus, *b* ab initio temporaneé, poſtea perpetuó Provinciarũ adminiſtrationi præpoſitis, *c* adeoq; ad Eccleſiaſticos, *d* non minus atq; Seculares, juriſdictio Provinciarum, Electoralia, *e* Regaliaq; jura delata. *f* Ut hodie ſtatus Imperii Secularibus & Eccleſiaſticis mixti decem, vel ſex circulis in univerſum contineantur. *h*

a) Per Carolum Magnum, quem Germanum, Ingelhemiæ natum fuiſſe á pleriſq; traditur, *c. venerabilem de Elect. ex Lupol. de Bamb. Henning. Gœdd. conſ.* 1. *n.* 9. *Mod. Piſt. cõſ.* 1. *n.* 1. *& ſeq. Lancellot. in temp. omn. iud. l.* 1. *c.* 1. *de Imperatore*, §. 2. *q.* 3. *n.* 13. *& ſeq. negante Bodin. de Rep. l.* 1. *c.* 9. *n.* 145. *b*) antiquo Saxonũ verbo Graffen appellatis, Graff enim judicem denotat, *Spec. Sax. lib* 3. *art.* 53. *& ſeq.* hinc Pfalzgraffen quaſi palatii Imperialis, Marckgraffen/q. Marchię (Marck/ fines ſignificat, hinc Marchiones, q. finibus Imperii præfecti, *Vult. de feud. c.* 4. *num.* 14. *vid. Borch. de feud. c.* 5. *n.* 31. *& ſeq.*) Landgraffen/ q. Provinciæ judices, Gehegraffen/q. judices ceteres, *Ferrar. Montan. in uſ. feud. c.* 1. *verſ. utq; ad inſtitutum.* *c*) *argum. c.* 1. §. *Et quia videmus de his qui feud. dar. poſſ. c. unic. in fin. de alien. feud. c. un. in pr. de feud. March. Ferr. Mont. d loc. verſ. Quorum nomina vid. Lancell. in temp. omn. iudic. lib.* 1. *c.* 1. §. 4. *ad verb. feuda. non revocat. n.* 7. *& ſeq.* *d*) Carol. M ut aliis placet, Ottonis I. beneficio: Utut autem Capitulum eligendi Epiſcopum jus habeat, non tamen aliter electio Epiſcopum facit, quám electus, promiſſa fidelitate, Regalia ab Imperatore obtineat, ex ſpecialib. ut ferunt. Frid. III. cum Pontifice concordatis. *e*) ea Ottonis III. inſtitutione, *iuxta Gail.* 1. *pract. obſ.* 21. *nu.* 2. *Mod. Piſt. d. conſ.* 1. *num.* 17. *& ſeq. Lancell. in templ. omn. iud. l.* 1. *c.* 1. *de imperatore*, §. 2. *q.* 3. *num.* 13. *& ſeq.* *f*) *Mod. Piſt. conſ.* 49. *num.* 3. *vol.* 2. *g*) Reichs abſchied zu Cöllen/ Anno 1512. §. Darauff haben/ *cum* §. *ſeq.* Erklärung des Landfriedens zu Nürnberg/ Anno 1522. *h*) Ordnung des Regiments/ Anno 1500. Cammergerichts Ordnung zu Coſtentz/ Anno 1507. *Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 2.

131. Inter quos Electoribus, ut principalibus Imperii columnis, *a* primus datur locus, *b* qui eligendi, *c* juſtisq; de cauſis Imperatoré degradandi poteſtatem habent, *d* adeoque conſuetudine introductum, ut ipſe Imperator coram Electione Comite Palatino reſpondeat. *e*

a) Hen-

a) *Henning. Gœd. d. conſ. 1. num. 10. Lancell. d. tract. templ. omn. iud. l. 1. c. 1. de Imperatore, §. 2. de Elector. n. 3.* *b*) ordine ſe diſtincto, *iuxta Aur. Bull. Caroli IV. tit. 3. & 4.* *c*) *d. c. per venerabilem extr. de Election. gloſſ. in c. ad Apoſtolicæ de ſentent. & re judic. in 6. Aur. Bull. Caroli IV. tit. 47. 20. & paſſim Lancellot. d. §. 2. Rubr. de Elect. & Elector. p. 1. ubi num. 3. ex Mart. Laud. tr. de prin. q. 515.* Papam non poſſe ſupprimere poteſtatem Electorum Imperatoris, refert *d*) uti Wenceslaum depoſitum, omniaque ſua privilegia & reſcripta caſſata teſtatur *Mynſing. conſ. 19. num. 6.* & olim Imperatores ſæpé á Senatu hoſtes judicatos hiſtoriis proditum, *v. Iohan. Dauth. in explicat. l. 3. C. de teſtam. nu. 1. ad lit. b.* *e*) judicio tamen in Curia Imperatoris injuſto, *Aur. Bull. Car. 4. tit. 4.*

132. In genere autem omnium Principum perpetuam juriſdictionem, & Imperium eſſe obtinuit, *a* Eccleſiaſtici quidem decedentes capitulo reſignant, *b* Seculares ad filios, & quidem ſi Electores fuerint, Primogenitum, *c* etiam ante adeptam dignitatem natum, *d* Electoratum indiviſum tranſmittunt. *e* Quo impubere relicto, *f* Patruo ejus legitima tutela & adminiſtratio Electoratus defertur. *g*

a) Cum olim eſſent Magiſtratus annui, hodie verò perpetuò inveſtiti, *theſ. 130. lit. c.* *b*) *c. cum olim, 14. de maj. & obed. Gail. 1. obſ. 50. nu. 10. & ſeq. Ioh. Franc. de Ravin. tr. de offic. & poteſt. ep. ſed Vacc. p. 1. q. 2.* *c*) cui ex Lege & jure primogenitæ Electoratus debetur: *Conſt. Aur. Bull. tit. 7.* ut in Francia Primogenitum ſuccedere teſtatur Bodin. *de Republ. l. 6. c. 5. nu. 734. & ſeq.* De more Hiſpaniæ, ſcribit Valaſc. *de jure Emph. q. 50. n. 2. Mynſ. cent. 3. obſ. 23. n. 1.* ut & nepos patruum in ſucceſſione avita antecedat, *iuxta Dd. relatos á Mynſ. d. cent. 3. obſ. 23. n. 4. & ſeq. Tiraq. de iure primog. qua 40. Covar. pract. obſ. 38. num 9. & ſeq. Forſt. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 4. c. 20. num. 2. & ſeq. Valaſc. d. q. 50. n. 12. Lancell. in templ. omn. iud. lib. 1. c. 2. §. 1. q. 1. nu. 20. rect. in Aur. Bull. Car. 4. tit. 7. ibid.* Darnach auff deſſelben Erſtgebornen Sohns Sohns ꝛc. *v. Bodin. de Republ. d. lib. 6. c. 5. num. 731. & ſeqq. Hotom. illuſtr. q. 3. & 4. Mud. conſ. 90. Habet num. 8. & ſeqq.* *d*) *per text. in l. ſenatorii, 5. ff. de Senator, l. 2. §. in ſtipe, ff. de Decur. l. moris, 9. §. Sed utrum, ff. de pœn. l. cum advocatio, 8. C. de adv. diverſ. judicio lib. 2. C. de advoc. diverſ. iud. l. neque Dortheum, C. de Decur. Tiraq. de jure primog. q. 31. Duar. 1. diſp. 29. Hot. illuſtr. q. 2. Lancell. in temp. lib. c. 2. §. 1. q. 1. num. 10. & ſeq. Forſt. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 4. c. 24. num. 27. & ſeq. vid. Bod. d. c. 5. num. 730. & ſeq.* *e*) *Aur. Bull. Carol. IV. tit. 20. Gail. 2. obſ. 153. nu. 3.* uti bona majoratus individua eſſe ait Covarr. *var. Reſ. lib. 3, c. 5. n. 3.* *f*) *Pubertas d. Bul. Carol. IV, tit. 7. definita eſt.* *g*) *d. Bul. in verſ.* Ob ein Churfürſt *argum. l. 1. & 3. l. de legit. tutor. l. quo tutel. 73. de Reg. Iur.* teſtamento alios tutores conſtituere poſſe exiſtimat Gœd. *d. ad l. verb. 120. inf. de V. S.* quod tamen ratione dubitandi non caret.

133. Alios quoque Principes Seculares, Ducatus, Marchionatus, &c. ob Conſtitutionem Friderici, *a* primogenito deferri teneri, communis putatur. *b* Moribus tamen Germaniæ non minus atq; allodialia inter liberos dividuntur; *c* Ut ſinguli in ſibi obventis provinciis, juriſdictionem, juraq; Imperii in ſolidum vindicent; *d* quę qualia ſint, ſuprá explicatum eſt.

a) Qua-

a) Qua dividi prohibiti sunt, *c. Imperialem, § praterea de proh. feud. alien per. ibi.* b) *c. licet de Vot. Tiraq. de iure primog. q. 4. n. 21. & seq. Clar. in § feudum, q. 44. Covar. pract. obs. 1. nu. 7. Chas. in cons. Burg. rubr. des fiefs. § 6. n. 7. Borch. de feud. c. 7. n. 4.* de jure á Francis, Anglis & Siculis recepto, testatur Cont. *in Meth. feud. c. 3. Pacian. de probat. lib. 2. c 36. n. 15. & seq. v. Vasq. de succes. erat. n. 26. 90. & seqq.* c) *Henning. Gœd. cons. 19. num. 4. & cons. 20. n. 4. ubi ex Ioh. Andr. hanc in Italia communem consuetudinem appellat. Hart. Hartm. pract. obs. tit. de feud. obs. 19. num. 5. Schurf. cons. 17. n. 5. cent. 1. Wes. cons. 41. n. 163. Borch. d. c. 7. n. 4. & seq. Gail. 2. pract. obs. 153. n. 1. Bod. n. 1. de Republ. l. 6. c. 5. n. 736. Pacian. d. lib. 2. c. 36. n. 95. & seq.* d) cum jurisdictio per se individua sit, & ad plures successores in solum transeat, *Hier. á Mont. tract. fin. reg. c 11. num. 13. Wes. cons. 32. n. 1. & Par. de iuris, 4. Hart. Hartm. pract ob. lib. 2. tit. 1. obs. 15. num. 1. v. Covarr. pract. q. 40. in pr. & n. 1. Schneid. in § 20. num. 30. & seq. Inst. de action. omninó Pacian. d. lib. 2. c. 36. n. 38. & seq. qui latissimé de iurisdictione inter haredes dividenda agit.*

134. Itaq; cum vigore perpetuæ investituræ Principatu jurisdictio successoribus acquiratur, ne per supervenientiam Imperatoris, ut Superioris; *a* nec ad ejusdem nutum, *b* officio Principes cadere queúr. c

a) Quamvis jure Saxon. cautum sit. **In welch Land der Keyser tompt/ da da ist jhm das Gericht ledig/** *v. Landrecht lib. 1. art. 58. §.* **Wann der Graff/** *& art. 26. 52. art. 60. lib. 3.* haud secus enim ut exoriente Sole nulla lux lunæ; sic Senatus authoritatem & omnium Magistratuum Imperia, præsente Principe conquiescere scribit Bodin. *de Republ. l. 3. c. 6. num. 3.* Hodie verò cum non temporanè, sed perpetuó & irrevocabiliter Principes cum Imperio & provinciis investiri, hæc in Germania non obtinent, *Coler. de proces. execut. p. 2. c 1. n. 140. & seq.* b) *ut olim arg. l. Iudi ium solvitur, 58. de iudic.* Sic Principi pro lubitu adimendæ jurisdictionis facultatem tribuit Chass. *in cons. Burg. rubr. 1. ad verb. Et droicts. d' icelles n. 102. & seq.* & ab alio jurisdictionem recognoscenti posse inhiberi, ne ea utatur, ait Bald. *in l. 1. num. 15 C. quom. & quand. iud. Iacob, de S. Georg. ad verb. Vicariusq; perpetuus, num. 6.* Principemq; posse supprimere jurisdictionem tam civitatum quàm singulorum, *Thom. Gram. decis. 46. n. 2. & 3.* & Ecclesiasticorum, *Ias. in l. Gallus, §. Et quia si cæcus, num. 27. ff. de lib. & posth. Tap. in rubr. ff. de const. pr. c. 4. n. 13.* & hoc jure omnes Reges uti, ut in Imperio suo deponant Duces & Comites, non minus atq; Papa Cardinales, asserit *Bald. cons. 327. Pridie n. 10. vers. Item omnes Reges, & cons. seq 328. quæritur si Rex n. 9. vol. 1.* c) *fac. c. un. de nat. feud. Coler. de proces. exec. p. 2. c. 1. n. 143. & seq. conferunt not. Ant. Peregr. de iur. fisc. lib. 1. tit. 2. rubr. de iis, qui iur. fisc. hab. Molin. in cons. Paris. tit. 1. des fiefs. § 1. gl. 5. verb. de fiefs. n. 49.* & jurisdictionem per infeudationè concessam ne quidè ex plenitudine potestatis revocari posse respondit Crav. *cons. 411. in causa n. 30. fac. not. ab eod. tract. de antiq temp. p. 1. prin. in prin. n. 16. & seq.* de Pontifice Lancell. *in d. temp. lib. 1. c. 1. § 4. ad verb. feud. non revoc n. 10. v. Menoch. 1. arbit. q. 55.*

135. Justitiæ sanè denegatæ, *a* causarumq; ad privationem feudi sufficientium ratione; *b* adeoque cum Regalis dignitas utilitatis subditorum gratiâ principaliter inventa, *c* ob nimiam in hos sævitiam Principes jurisdictione privari posse, æquitas suggerit. *d*

a) Arg.

a) *Argum. auth. statuimus, §. 1. Cod. de Episc. & Cler.* intellige quoad causam in qua justicia denegata, *Novell. 86. c. 4. Felin. in c. irrefragabili, n. 1. de offic. deleg. Gail. 1. obs. 18. n. 1. Coler. de process. execut. c. 2. n. 281. Zang. de except. p. 2. c. 1. n. 143. in materia feudali, tex. in c. 1. in f. de mil. vasal. qui contu. Borch. de feud. c. 8. num. 109. Mynsing. cons. 21. n. 2. Menoch. Ret. poss. remed. 3. n. 414. & seq. vid. eundem de arb. lib. 2. cas. 341.* b) *de quib. tit. in quib. caus. feud. amit. & seq. & tit. de feud. sine culpa non amit. ibi. F. F.* c) magis quam Principis. *Vasq. in præfat. illustr. num. 129. & q. 1. n. 10. & in tract. de succss. progress. in præf. n. 10. & nu. 158. Cald. in l. si curatorem verb. per quod pristinum, n. 34. C. de restit. in integr. min. Ioh. Garz. de expens. & melior. c. 22. nu. 32. Molin in cons. Paris. tit. 1. § 3. gl. 3. n. 6. Hotom. illustr. q. 1.* d) *c. in quibusdam, §. sacri ext. de pœn. vers. §. sed hoc tempore, 2. Inst. de his, qui sui vel al. l. 2. ff. eod. Mynsi. cent. 5. observ. 8. Gail. obs. 17. num. 2. & seqq. id. de p. p. c. 2. num. 22. Nicol. Boër. decis. 304. p. 1. Molin. in cons. Paris. tit. 1. § 3. gl. 4. num. 14. Hart. Hartm. pract. for. tit. 54. obs. 43. & ita consuluit Menoch. in Respubl. sub caus. Finar. art. 3. nu. 12. & seqq. Cravett. cons. 597. Iurisdictionis, n. 3. & cons. 6. Plura videnda, nu. 110. ubi, an ex causa lucrativa vel onerosa jurisdictionem acceperit, distinguendum priori casu amittere, posteriori ad vendendum cogi, existimat, v. Bod. de Republ. lib. 2. c. 5.*

136. Ad similitudinem a. Municipiorum, hodie civitates Provinciales constitutæ, in quas principis est jurisdictio superior. *a* Eorum vero Consiliarii seu Senatores Decurionibus; *b* Consules seu Magistri civium Duumviris; *c* & plebem in Senatu referentes, Defensoribus Plebis comparantur; *d* regulariter mero mixtoq; Imperio destitutæ; *e* Licet administrationis jure statuta Civibus condere non prohibeantur. *f*

a) Ut olim Præsidis, *l. 1. C. de defens. civit. Novell. 15. c. 1. §. 1.* b) *gl. in l. nulli verb. ordo. ff. quod cujusq; univer. nom. ex Br. Ioh. de Plat. & Alex. Lancellot. tr. de Decurion. n. 2. Coler. de process. execut. p. 1. c. 3. num. 9. Henning. Gœd. cons. ord. 31. num. 2.* c) Oldend. classf. 1. act. 2. v. Cuiac. in rubr. de Decurion. lib. 10. d) Tribunos Plebis appellat Oldend. d. loc. e) *cum superiorib. jurisdictionem exerceat, arg. l. quæ vero, 30. ad municip. l. 3. C. de nat. lib. l nulli, 28. §. quod si in vico, 4. C. de Episc. & Cler. Henning. Gœd. d. cons. 31. supra th. 61. lit. c.* f) Universitatis & civium bona negotiationesq; concernentia, *arg. l. omnes populi de iust. & jur. l. fin. C. de iurisd. eccles. l. 2. fin. C. de const. pec. l. si quis, 5. C. de legat. lib. 10. l. 1. C. de Emanc. lib. l. item totã, 6. in pr. quod cujusq; univ. nom. l. 3. §. Divus de sepulch. viol. l. ut gradatim, §. 1. de mun. & hon. Fevret. select. lib. 1. c. 13. Bart. in d. l. omnes populi, n. 6. & seq. Ias. n. 16. & in Repet. n. 32. & seq. Zas. n. 11. ff. de iust. & iur. Marant. p. 4. dist. num. 7. Henning. Gœd. 31. num. 8. Sichar. cons. feud. 5. n. 3. & seqq. Coler. de process. execut. d. p. 1. c. 3. num. 12. & seq.*

137. Eodemq; modo, quo minus suo jure ad sustinenda onera universitatis collectas, *a* gabellas, datias, Schoß / Stewer / Vngelt / *b* assisias vini & cereviſæ, *c* indicere; pecuniã forensem, Marckgelt / collecta impedit ratio. *f* Ut nec Principi de his rationem sibi reddi, aut annuis universitatis rationibus suo nomine quem adhibere postulanti, obsequi teneantur. *g*

a) *Schenck Baro Virid. concl. 106. num. 4. Thessaur. decis. 254 num. 1. & seqq. quas Rurales ex Bertran. cons. 141. n. 8. lib. 1. appellat, Wes. cons. 28. n. 26.* & vigore pactorum civium, non jure Regalium exiguntur, *Henning. Goed. cons. 1. n. 9. Borch. int. unic. quæ sint Regal. n. 53. & seq.* quandoq; ad easdem forenses astringere possunt, *v. Thessaur. decis. 149. & decis. 259.* b) cum nec olim indefinitè Principi vectigalia, *l. fin. C. de vectig.* sed ad reparanda mœnia, portus, aquæductus, pro tertia parte, municipio cederent, *l. restaurationi, 3. C. de diverf. prad. lib. 11. l. ad portum, 7. C. de op. publ. v. Guid. decis. 631. n. 7. las. in l. de quibus, nu. 47. de ll.* c) *de quibus v. Everh. á Middelb. cons. 42. visis, n. 39.* d) ut enim forum, *§. fin. de contrah. empt. §. universitatis, 6. Inst. de rer. divis.* sic ejusdem proventus universitatis est, *Wes. cons. 12. nu. 67.* e) *l. 1. § 1. quod cuiusq; univers. nom. tit. C. de jure Reipubl. ibi gloss. ad rubr. lib. 11.* f) *Schurff. cons. 83. n. 2. cent. 2.* g) *prout consulendo respondit Henning. Goed. cons. ord. 31. & seq.*

138. In præjudicium tamen Principis superioris quid moliendi, *a* ejusvé jurisdictioni ad placitum se subtrahendi, universitatis arbitrio haudquaquam commissum esse, arbitror. *b* An verò protectione alterius, quam ordinarii *c* se submittere queat disceptatum est in causa A. M. contra E. secundæ Conven. *d* Non quavis de causa, invito Principe, hoc permittendum crediderim. *e*

a) *Arg. §. fin. ib. dominorum, Inst. de his qui sui, l. si unus, 27. § pacta, v. ante omnia de pact. l. debitorum cum ibi. notat. ab Alex. n. 2. Wes. n. 4. C. de pact. Rol. á Valle cons. 29. n. 6. vol. 1.* b) Uti enim Dominus subditos invitos alienare nequit, *c. 1. de prob. feud. al. per Frider. c. 1. § 1. quo temp. mil. invest. c. 1. § de leg. Corrad. Natta cons. 197. & cons. 506. n. 15. Cravet. cons. 54. n. 3. Rol. á Valle cons. 1. n. 34. vol. 1. Menoch. cons. 12. nu. 21. Gabriel. 3. commun. de jur. q. non toll. concl. 8. num. 1. infinitos v. apud Tapia Repet. l. fin. p. 2. c. 9. num. 40. de const. prin. v. Hotom. illust. quæst. 1. & 4. obser. 9. obs. Wesemb. in d. l. debitorum, num. 4. C. de pact.* sic & contra subditi alteri quam vero domino se submittere non debent, *per not. Bald. cons. 135. inter castrum, vol. 5. Surd. cons. 47. nu. 25. & 24. fac. arg. l. parte furioso ib. quib. casib. ff. de hu qui vel al. jur. habent.* enim se subditi ad dominum, ut liberi ad parentem, *Nat. cons. 445. n. 6. Bal. cons. 416. n. 5. volum. 5.* Nisi forté justæ subtractionis essent causæ; *de quib. v. Coler. inc. cum non liceat. nu. 9. & seqq. ext. de præscript.* c) cujus proprium est subditos defendere, *l. 6. § 2. de off. præs. Natt. cons. 636. multa sunt, n. 95. & seqq.* d) *v. Schurff. 23. quod verius cent. 3. qui pro E. consuliss. videtur.* e) *Alex. cons. 94. visis, num. 4. vol. 5.* concernit enim præjudicium veri domini; cujus obedientia paulatim minuitur, & defensoris augetur, *ut in simili Zas. cons. 7. num. 5. lib. 2.* & interest ejusdem subditos annuam pensionem Protectori solvendo, non depauperari, *§. sed & major. Instit. de his qui sui vel alien. jur. Cravett. cons. 933. quæst. n. 23.* Hinc & subditos alterius in patrocinium suscipere, L. L. Imperium veritum *Aur. Bull. Cav. 9. tit. 16.* Reichs Abschied zu Speyer / Anno 1529. §. Wie auch Churfürsten Reichs. Abschied zu Augspurg / Anno 55. §. Es soll auch *Wes. cons. 48. n. 7. & seqq.*

139. Omnes autem Civitates in Germania unius esse generis nemo existimabit. *a* In multis enim plurima antiquæ libertatis etiam nunc

nunc reperiunrur indicia: *b* jura Regalia & Imperii speciali concessione, *c* vel usu longævo acquisita, jure possidentes. *d*

a) Tria civitatum genera refert *Mynsing. cons.* 13. *n.* 10. *b*) adeoque esse Civitates, quæ quidem Principem superiorem recognoscant, jurisdictionem ramen aliaque jura publica proprio jure habeant, ut non nisi certis cum pactis subsint, testatur *Mynsd. cons.* 13. *nu.* 10. *c*) postulante hoc amplitudine civitatis, quo enim amplior & copiosior, eo majori potestate & jure præditam oportet, ut eo commodius cives in officio contineat, *arg. edict. iust.* 13. *c.* 1. *in f. & seq.* *d*) ut à civitate contra Ducem authoritatem monetandi, & libertatem non solvendi telonia præscribere posse consuluit, *Henning. Gœd. cons. in ord.* 32. *n.* 5. *& seq.* vectigalia instituendi, *Everh cons.* 3 *num.* 9. & mixtum Imperium. *arg. notat. Pac. de probat, lib.* 2. *c.* 43. *num.* 16. partem census vel decimæ, *Mandel. cons.* 67. *n.* 8. *& seq.* de jure ad Principem non appellandi dixi, *supr. concl.* 54. *lit. b.*

140. Hactenus de Magistratibus, quos propriam habere jurisdictionem dixi; *a* Cujus vi eandem totam, vel pro parte alteri mandare possunt. *b* Mandatum autem qui suscipiunt, propriam non habere sed mandantis jurisdictione uti dicuntur; *c* cujus vi judicis dandi facultatem consequuntur. *d* A judice autem variis distant modis: Hujus enim 1. propria notio est, *e* Illorum minimé. *f* 2. Judex datur ad speciem litis certam; *g* Mandatur verò vel universitas causarum. *h* 3. A judice dato ad dantem legitima, *i* á mandatario ad mandantem nulla est appellatio. *k*

a) *Sup. thes.* 119. *lit.* *b*) *l.* 5. *l.* 16. *cum l. seq. de iurisdict.* Unde delegare causam jurisdictionis esse resp. Abb. *cons.* 61. *in quæstione col.* 2. *volum.* 1. *c*) *l.* 1. *de offic. eius cui mand. d. l.* 16. *ff. de jurisdict.* d) jurisdictionem judicis dandi ejus continetur, *l.* 3 *ff. h. t. l. Legatus,* 12. *de offic. procons. l.* 12 §. 1. *de iudic. Donell.* 17. *commen.* 23. *e*) *argum. l.* 3. *quis á quo appell.* *f*) *dixi in lit. c.* *g*) *qui inde iudex specialis dictus est, l. fin. ff. de off. præt. l.* 5. *ff. de offic. præs. iunct. l.* 6. *de tut. & cur. dat. l. fin. C. de iudic.* *h*) *l.* 16. *& l. prætor,* 17. *de iurisd. Cuiac. in præl. l.* 5. *eod. Longov. in Repet. d. l.* 3. *pag.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. *&* 10, *eod.* *i*) *dict. l.* 1. *l. ult. ff quis á quo appell.* *k*) *d. l.* 1. §. 1. *quis á quo appell. c. non petamus de consuet. in* 6. *cap. licet. de offic. Vicarii in* 6. *Longov. d. lect. num.* 5.

141. Sic judici dato tantúm notio est, *a* absque judicis dandi, *b* vel exequendi facultate; *c* nisi à Principe datus esset: *d* Mandatam verò jurisdictionem habentes tàm judicem dare, quàm sententiam à se latam exequi possunt. *f*

a) *l. ait. prætor,* 3. *de re iud. l. ult.* C. *ubi & ap. quem cog. rest.* seu cognitio, *l.* 12. C. *qui pro sua iurisd. ib. cognitionem datum. Longov. d. c.* 2. *num.* 4. *d. causis minorib. l. fin.* C. *de ped. in iud. ib. Cuiac. in parat. & in Repet. l.* 1. *& seq. ff. h. t. vid. Gœdd. ad l.* 99 *nu.* 2. *&* 3. *de V. S.* *b*) *l. á judice* 5. C. *de iud. Bod. de Rep.* 3. *c.* 5. *c*) *l. á Divo Pio* 15. *de sent. & re iudic. ib. Dd. c. si quis ibi,* CC. *extr. de foro comp. ratio est in l. iudex,* 55. *de Re iudic.* *d*) *c. pastoralis, c. super quæstione ext. de offic. deleg. d. l.* 5. C. *de iud. t. t.* C. *qui pro suo iurisd. ib. Cuiac. idem* 21. *obs.* 30. *&* 19. *obs.* 23. *Mar. p.* 4. *d.* 5. *nu.* 25. *& seq. Costel. l. ult.*

ff. de offic. eius cui mand. cui etiam executionem tribuit, *Cujac. 12. obs. 1. Fr. Cald. in l. si curatorem in verb. implorandum, C. de in integr. restit. min. num. 23. v. Gail. 1. n. 52. & seq. Mynsi. 4. obs. 93. Costal. ad l. 45. §. 1. de iud. Hart. Hartm. 2. pract. for. tit. 1. obser. 8. Menoch. 1. arbitr. q. 74. n. 48. neg. Duar. add. l. 15. de sent. & re iud.* e) *thes. 104. lit. d.* f) *argum. dict. l. 15. de re iud. l. 1. §. 1. in f. l. ult. §. 1. de offic. eius cui mand. iurisdict. Alciat. 2. parad. 4.*

142. Hodie judices delegati appellantur; *a* quibus ab ordinario jurisdictio delegatur, & committitur, *b* hinc similiter Commissionis & commissariorum nomen promanavit. *c* Est autem his forma commissionis potissimum servanda: *d* quæ stricti juris; *e* ut nec alteri vices suas delegare regulariter possint. *f* Et ut ea, sine quibus jurisdictio explicari nequit, ex tacita concessione: *g* non æqué tamen in quibus eminet Imperium, iis attributa esse pleriq; existimant. *h*

a) *t. t. de offic. de leg. jure Civ. iudex delegatus idem cum dato erat, d. l. 5. Cod. de iudic.* b) *Decian. in pract. crimin. lib. 4. c. 25.* c) *Gail. 1. obser. 35. 96. & seq. Schenk Baro in progym. for. lib. 1. titul. 2. num. 30. & seqq. & in Virid. concl. 7.* d) *c. cum dilecti ext. de rescript. Gail. d. observat. 35. nu. 2. Gail. de observ. 35. num. 3.* f) *l. ult. de offic. eius cui mand. l. 5. cum l. seq. ff. de iurisdict. Menoch. 1. q. arbitr. 54. num. 1. & seq. Mynsing. cent. 3 obser. 41.* quod in eo qui à Principe, *argum. d. l. 5. cum Auth. seqq. C. de iud. Gail. 1. obser. 94. num. 8. & seq. vid. Covarr. 3. variar. Resol. 20. num. 10. Menoch. 1. arbitr. q. 54.* vel cum potestate subdelegandi delegatus, non obtinere putatur, *c. ut cui de offic. & pot. iud. delegat. in 6. Gail. d. loc. num. 11. & seq. Costal. in l. fin. de offic. eius cui.* g) *l. 2. de iurisdict. l. ult. §. 1. de offic. eius cui mand. Cuiac. 21. obser. 37. vers. Eadem, Gail. dist. 1. obs. 35. num. 9.* h) Seu mixtum Imperium principaliter; sed saltem consecutivé quatenus jurisdictioni subservit, *ex sententia Menoch. de arbitr. 1. quæst. 74. num. 26. & seqq. tum qua videtur convenire Hen. à Suer. Repet. Lect. Iur. Civ. c. 6.* Quinimó non desunt, qui executionem iis nequaquam tribuant, *vers. Mynsing cent. 4. obser. 93. nu. 2. Menoch. d. quæst. 74. n. 36. & seqq Wurm. pract. for. lib. 1. tit. 2. obs. 1. Marant. p. 4. in prin. distinct. num. 45. Fr. Sarmient. 1. Select. interp. c. 14. in f.*

143. Est insuper Delegata jurisdictio multó quam Ordinaria fragilior. *a* Tempore enim commissionis elapso, *b* morte impetrantis, *c* delegatis, *d* & delegati; *e* revocatione, *f* Relatione, *g* Recusatione, *h* appellatione, *i* statim expirat. *k* Unde ordinariam quoq; Mandata dignioretn; *l* & consequenter judicem utriusq; jurisdictionis potestate præditũ, ordinaria in dubio usum intelligi, receptiori Dd. calculo probatum est. *m*

a) *Corras. 3. Misc. 19. n. 2.* cum ordinarius ad successorem suam potestatem transmittat, *c. 2. de offic. legat. in legat. in 6. Menoch de arbitr. 1. quæst. 68. num. 2. Sic delegatus* sententiam à se latam declarare nequit; *arg. l. iudex, 55. de sent. & re iudic. Menoch. d. lib. q. 67. n. 26.* Ordinarius contra, *l. Paulus 42. de re iud. Menoch. d. loc. nu. 2.* Sicut de eo, qui merum Imperium habet, Respondit Surd. *cons. 288. In recogn. num. 1. & 21.* Ordinarius per Edictum citat, *Gail. 1. obser. 57. n. 14. in f.* Delegatus nequa-

nequaquam; *Surd.conſ.* 181.*nu.* 13. *b*) *arg.d.l. iudex*, 55.*de re iud.c.*4.*ext.de offic. iud.deleg. Weſ in parat.ff.de iuriſd.n.*14. *c*) *l. Paulus*, 2.*ff.quæ ſent.ſine appreſc. d*) *Et quia* 6.*de iuriſd. Menoch.de arbit.q.*69.*n.*2.*lib.*1.*Baro virid. concl.*13. *e*) niſi ſub nomine dignitatis decreta fuiſſet, *arg.l.* 20.§ 1.*ff.de annuis legat. Wurmb.pract. for.lib.*1.*tit.*2.*obſ.*3.*n.*4.*Menoch.de arbitr.d.q.*68.*n.*5.10. *& d.q.* 69.*n.*7. Plurib. delegatis, quanto omnium poteſtas quieſcat, vid. *Wurmb.d.lib.*1.*tit.*1.*obſ.*13.*num.*6.*Pacian.*2 *de probat.*43.*num.*66. *f*) *l. judicium*, 58.*de iudic. g*) *l.*1. C.*de relegat. h*) *c.ſecundo*, §.*ult.cum ſpeciali ext.de appell. i*) *l.un.ff.in h.innov. appell.interp.l.*4.*Cod. de appell. k*) Niſi ob rem non ampliùs integram perpetuaretur, *l & quia ib. gri.ff.de iuriſdict. Wurmbſ.d.tit.*2.*obſerv.*3. *l*) *l. Archid.in c.ſi Epiſcopus*, 2.*q.* 6. hinc Ordinariam favorabilem, Delegatam odioſam dicit Pacian. *d. c.*43.*num.* 44. Principis tamen Delegatum Ordinario digniorem exiſtimant Dd. *per c. ſané de off.deleg.c.paſtoralis*, §. *Præterea de off.ordin. Iaſ.in rubr.ff.de off.eius cui mand in prin.* & num.1. *Menoch.*2.*præſ.*17.*num.*5.*quod abſoluté intellectum improbat*, *Corraſ.*3.*Miſcell.*19.*n.*8. *& ſeqq. m*) *Alex.conſ.*55.*quoniam*, *num.*5.*lib.*5.*Corraſ.d.loc.n.*7. *Menoch.d.loc.n.*2. *&* 3.*Pacian.d. c.*43.*num.* 45. niſi vi delegatæ ſententia ſaltem ſuſtinenpoſſet, *argum.l.*3 *de teſtam. milit. Vant.de Null.ſent. ex prof. iuriſdict.num.*172. *Menoch.d.loc.n.*6. *& ſeq.*

144. Hoc veró omnibus in dicentibus commune; Ut iis quidem juriſdictio activé; *a* territorio autem paſſivé *b* interhæreat; *c* Ultra autem aſſignatam provinciam non extendatur. *d*

a) *Iaſ.in l.*1.*n.*15.*ib. latè Zaſ.nu.*32. *& ſeqq.de iuriſd. Hier á Mont.tract ſi reg.* c.11.*num.*15. *& ſeq. Pacian.de probat.*2.*c.*43.*nu.*32. *Weſ.in parat.de iuriſdict.num.*10. *Hart.Hartm.pract forenſ. lib.*2.*tit.*1.*obſer.*14.*n.*2. *Fr.de Clapp. concl.*14. *Longov in d.l. Imperium*, *part.*4.§. *Hactenus de temp.nu.*7. *& ſeq.de iuriſd. b*) non ſolùm Principi ſed & cuivis diſtrictui, *Alex.conſ.*35. *Viſo proc.num.*3. *vol.* 4. *Crav.conſ.*411. *in cauſa.nu.* 35. ubi ex Bald. juriſdictionem cohærere territorio ſicut nebula ſuper paludem ait Zaſ. Mont. Weſ. *Hart.dd.loc.* Hinc eum, cui in certas perſonas juriſdictio, propter eadem territorium habere intelligi, *ex Ioh. And. dixit Chaſ.in conſv. Burg.des juſtices*, §.1.*verb.aut territore*, *n.*16. & circumſcriptivé, *Iaſ.Hart.d loc. Pac.d.loc.num.*2. *Mand.conſ.*74.*n.*73. *Menoch.*3.*præſc.*103.*n.*29. *c*) præſumptivé ſc. *Menoch.*3 *præſ.*97. n.48. licet quandoq; ſecus ſit, *v. Bart.in l.*1.*n.*15.*de iuriſd. Molin.in conſ. Pariſ.tit.*1.§. 1.*glſſ.*5.44. *Menoch. d. loc.num.*3. *& ſeqq. Covarr. in c.poſſ.malef.p.*2. *Rel* § 1.*num.*1. *ver.ſi dixeris*, *Dec.conſ.*127. *Et quo ad n.*27. *vol.*3. *Long.d.loc.n.*7. *d*) *argum. l.uli ff.de offic. Præf.urb.l.fin.de iuriſdict.l. Duum virum*, *C. de Decur.lib.*10. An autem ſubditus ex territorio alieno verbaliter evocari poſſit, *vid. Iaſ.in d.l.fin. nu.*24.*de juriſdict. Gail.*1.*obſ.*56. *Weſ.conſ.*97.*nu.*3 *remiſſivé Hart.Hartm.lib.*2.*tit.*1.*obſ.*6.*nu.*14. *Wurm.*1 *pract.obſ.tit.*6.*obſ.*9.

145. Quod tamen in his quo voluntariæ juriſdictionis ſunt non obtinere, communiter exiſtimatur, *a* adeoque donationis inſinuationem, coram quocunque judice, licet ejus juriſdictioni neque donator; neque res donata ſubjecta ſit, fieri poſſe traditur. *b* Ego nec hoc, *c* nec illud jure Civili probari invenio. *d* Magiſtratui autem hoſtes, de præda-

tores, vel subditos aufugientes extra territorium persequi licere, probabiliori nititur ratione. *e*

a) *gl. Ias. n. 6. in l. fin. de iurisdict. communem dicit Covarr. 3. var. Resolut. nu. 8. & seqq.* *b*) *Bart. in l. Modestinus, num. 3. de notat. Gabriel. de donat. concl. 1. num. 56. Gail. 2. obs. 30. num. 29. Ant. Canarius tract. de insinuat. q. 12. Wurmb. 1. pract. obs. 43. de donat. obs. 1. n. 3. Natt. cons. 628. n. 10. Fich. cons. 7. n. 8. vol. 1.* qui hanc crebriorem appellat, *Mod. Pist. cons. 20. n. 26. & seq. vol. 2.* *c*) *repugnat text. in l. in hac 30. & l. 31. C. de donat. l. 1. C. de offic. iurisd. Alex.* & coram ordinario donationem insinuandam, ex antiquis voluit Oldr. *cons. 253. num. 3.* quod ratione non carere dicit Molin. *in apost. ad Alex. cons. 157. viso instr. nu. 6. vol. 2. in lit. b.* & hanc sententiam veriorem, magisque receptam appellat Menoch. *cons. 84. Hac proposita, num. 15. Col. de proces. execut. p. 2. c. 1. num. 9. Vaud. 1. var. Quæst. 11.* *d*) in solo quippe Proconsule hoc specialiter receptum fuit, *teste Cujac. in d. l. fin. ff. h. t. super thes. 123. lit. e* *e*) ut Abbas Monachum é Monasterio fugientem persequitur, *Bald. in l. 1. C. ubi quis Cur. vel cohort. per illum tex. & l generalis, 54. C. de Decur. lib. 10.* non vi jurisdictionis, sed permissionis legis, *Fr. de Clap. de iurisdict. concl. 4. nu. 8. arg. t. t. quand. lic. unic. se sine iud. eleg. Bald. in l. requirendi, num. 2. C. de serv. fug.* Sicut hodie ex constitutione p.p. Anno 1550. §. **Vnnd wiewol** quilibet Magistratus extra territorium grassatores, dummodó tamen eos ubi deprehendit, ibidem juri sistat, persequi potest; *Gail. 1. de p. p. obs. 16. n. 23. & seq. Mynsing. cent. 2. observ. 28.* cum ad effectum jurisdictionis nemo in alieno territorio capiendus sit, *argum. Novell. 134. c. 5. Bart. in l. sicui, §. fin. n. 4. de accus. Zas. in l. fin. num. 8. de jurisdict. Farin in pract. crim. lib. 1. q. 7. nu. 40. & seq. Wurmb. pract. foren. lib. 1. tit. 1. obs. 9.* ut nec bannitus in alieno territorio impunè offendi possit; *Cravett. cons. 409. n 15.* & contraveniens tanquam violator alieni territorii actione injuriarum tenetur, *Gail. 1. de p. p. obs. 16. nu. 27. & 29. Chass. Burg. rubr. 12. §. un. n 3.*

146. Sanè quin litigantes judicis, *a* tám Ordinarii, *b* quàm Delegati jurisdictioni, *c* mutuo consensu, *d* tacita vel aperta conventione declarato, *f* per prorogationē se submittant, jura non impediunt. *g*

a) Non privati, *argum. l privatorum, 3. C. eod. Ias. in l. si per errorem, ibi. Zas. num. 5. ff. de jurisdict.* *b*) *l. 2. de indic. post Schrad. de feud. p. 10 sect. 3. num. 96. Vult in l. 2. Cod. de iurisdict. n. 78.* *c*) mandatam jurisdictionem habentis, *tex. in d. l. 1. l. 2. §. si & iudex de iud. Don. 17. comm. cap. 10.* De jure Canonico hodie contrarium receptum tradit, *Zas. in l. si per errorem, 15. de iurisdict. Marant. p. 4. d. num. 20. sequitur Vult. l. d. loc. num. 81. & seq.* *d*) *l. 2. §. 1. l. de quare. 74. §. 1. de iudic. l. inter 13. ad Municip. Donell. d. cap. 10.* *e*) re seu facto, omissa fori præscriptione, judicis incompetentis audientiam eligendo, *l. 1. Cod. de iurisdict. l. 52. de iudic. l. fin. C. de except. l. peremptoriæ, C. sent. resc. non poss. Donell. d. loc. Vultei. d. loc. num. 155. & seqq. Mynsing. cent. 4. observ. 27.* *f*) *d. l. 1. l. 2. de iud. d. l. 1. C. de iurisdict. l. 14. ff. eod. l. ille. 13. §. 4. ad Treb. Mar. p. 4. d. 12. num. 3.* *g*) Quomodo verò de persona ad personam, de re ad rem, tempore ad tempus, loco ad locum, &c. prorogatio legitimè fiat, vid. prolixè apud Vasqu. *Controv. usu freq. 2. c. 14. p. 1. Auth. de Matth. tract. iud. cap. 20. & seqq. Ias. & Zas. in d. l. si per errorem. ff. eod. Gail. de pace publ. lib. 1. cap. duodecimo n. 10. & seqq.*

147. Quæ

147. Quæ tamen antequam judex aditus, *a* nulla reputatur, *b* ut sive pacto nudo, *c* vel contractui bonæ fidei in continenti adjecto, *d* sive stipulatione conventum sit, *e* indistinctè litigantibus permittatur pœnitentia. *f* Ea autem legitimè inter litigantes constituta, cum omnibus qualitatibus, quatenus apud jus dicentem est, facta censetur. *g* Hinc si judicis sententiæ ordinariæ ex privilegio speciali appellabiles non sunt, nec vi prorogatæ jurisdictionis latæ, alterius naturæ esse existimantur. *h*

a) Quod lite contestata demum fieri existimant Dd. *argum. l.* 22. §. *eo a. ff. sol. matr. l.* 33. *de iudic. l. nemo, C. de iurisdict. commun. dicit Zas. relatus á Vult. in l.* 1. C. *ui. num.* 152. *& seq. qui post Corras. & alios hanc interpretationem textui minus convenire existimat.* *b*) *l.* 18. *ibi. priusquam, ff. h. t. ib. Costal. Diss. Corras.* 4. *Misc.* 5. *c*) parùm enim ad effectum prorogationis interesse docet Gœd. *ad l.* 3. *de verb. Sign. num.* 45. *Vultei ad l.* 1. C. *de iurisdict. num.* 145. *& seq. secus quam Cuiac. tr.* 7. *ad Africa. & iurep. præl. d. l. si convenerit, ff. h. t.* *d*) *Vultei. d loc. num.* 149. *e*) *gl. in l. si convenerit, ff. de iurisd. Donell.* 17. *comm.* 10. *f*) *d. l. si convenerit, h. t.* secus sin eum consenserit; quem ob privilegium exceptione fori declinare saltem potest, *l. penult.* C. *de pact. ibi Dd. noviter, Wes. num.* 3. *& seq. Donell. num.* 4. *sequitur Vult. in l.* C *de iurisdict. num.* 149. *g*) *Decius cons.* 3. *& pro tenui, num.* 8. *& cons.* 394. *num.* 5. *Franc. Marcus dec.* 83. *num.* 9 *p.* 1. *Vasq. contr usufreq. lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 25. *h*) *fac. not. Guid. Pap. dec.* 9. *nu.* 5. *Fr. Marcus dec.* 73. *nu.* 10. *vers. sicuti & dec.* 204. *n.* 5. *& 6 p.* 1. *Tho. Grammat. dec. Neap.* 9. *n.* 4. *&* 5.

148. Ab hoc verò propugnandi jure, Canonum sanctionibus singulariter Ecclesiastici excipiuntur, qui judicium Secularium jurisdictionem prorogare nequeunt. *a* Similiterque cum paulatim omnes fere jurisdictiones patrimoniales, aut feudales esse cœperint, *b* jure prorogandi aliquatenus coangustato, *c* hodie ordinarios subditis ne comparent inhibere, *d* causasque ad se avocare posse receptum est. *e*

a) *c. si diligenti de for. comp. Gail.* 1. *obsev.* 40. *num.* 7. *Covarr. pract. quæst.* 10. n. 5. *Farin. in pract. crimin. lib.* 1. *q.* 8. *nu.* 10. (Cujus jurisd. Pontificiratione potiùs colorem & fucum, quàm juridicam causam ait, *Cuiac. in relect. d. c. si diligenti de for. comp. & in l. ius publicum, de pact. & in l. Traiectitia do O. & A. tract.* 7. *ad Afric. laudat.* 2. *Fabro in l. neq. ex* 27. *de R. I. Vult. in d. l.* 1. *C. de iurisd. num.* 125.) nisi exemptus Episcopo se subjicere. *Vasqu. de succes. resol. lib.* 1. §. 9 *nu.* 94 *& seq* *b*) *thes.* 130. *supr.* *c*) sicut Vasallus in foro domini litigare cogitur, cum domini interfit, ne subditus ab alio judicetur, *Gail* 1. *obsev.* 40 *num.* 5. *&* 6. *Thesaur. decis.* 266. *num.* 9. adeoque Vasallum in sui saltem, non autem domini præjudicium jurisdictionem prorogare posse, respond. *Bald. cons.* 121. *á capite nu.* 10. *vol.* 3. *pleniss. surd. cons.* 47. *principio assertu, n.* 25. *& seq. Amed. de Pont. in quæst. quis sit iud. in caus feud. n.* 49. *Henning. Goed. cons. mor* 62. *n.* 5. *vid. Gail.* 1. *de pac. publ. c.* 12. *num.* 15. *d*) *Bursat. cons.* 397 *in præsenti, n.* 19. *Cacheran. dec.* 17. *nu.* 12. *Mandos. de inhibit. quæst.* 123. *nu.* 5. *citatis Covarr.* 1. *var. Resol.* 4. *num.* 8. *Marcellus Cala. de mod. art. & prob. in prin. nu.* 77.

ubi

ubi idem in Civitatibus & Universitatibus obtinere contendit, *Lancell. de attent. p. 2. c. 20. num. 9.* c) *Bart in l. 11. §. Et post operis, num. 8. ff. de op. nov. nunc. Cost in l. 1. de jud. ubi de consuetudine recepta testatur, Marant. p. 4. dist. 12. num. 25. v. Duaren. de jud. c. 8.*

149. In invitum autem nullius, quàm judicis Competentis valida est jurisdictio. *a* Hic quisnam cuique sit, *parte secunda tit. D. de jud. & t. t. C. de jurisd. cum aliquot seqq.* explicatur. Mihi nunc abrumpendum, & concluſivè actiones pro jurisdictione competentes breviter percurrendæ. Pro ejus quidem possessione retinenda. *b* Utili interdicto Uti possidetis, eam sibi afferens, experiri, *c* aut si malit, turbatorem incontinenti propria authoritate expellere potest; *d* adeoque omnibus Magistratibus, jurisdictionem suam pœnali judicio, *e* denegatione actionis, *f* missione in possessionem bonorum, *g* capitis pignoribus, *h* indicta mulcta, contra inobedientes defendere permissum. *i*

a) *Argum. l. 4. §. condemnatum de re iud. l. 1. §. fin. ad SCtum Tertyll. fin. de jurisd.* b) hodie enim jurisdictionem in Imperio q. possideri dubitandum non est, *per ea quæ not. Cap. dec. 121. nu. 26. & seq. Carol. Tapia in l. fin p. 2. c. 9. num. 4. de constit. prin. Licet Molin. in consuet. Paris. §. 1. gl. 5. n. 56.* jus dicentibus nullum jus inire, aut possessionem in jurisdictione & consequenter nulla possessoria remedia competere existimet, *quod de jure Gall. rectiùs forsan procedat.* c) *c. licet causam de probat. Ferrar. in form. libell. quo ag. pro turb. possess. gl. 1. coram vobu, num. 3. Specul. de caus. poss. & propr. §. 1. num. 16. Gail. de pign. obs. ult. num. 8. Menoch. Rem. 3. Rt. num. 155. & seq. Virg. de Bocat. de Manut. in poss. c. 8. num. 6. Diss. Don. ad l. unic. C. ut pos-sid. n. 15.* d) *argum. tit. C. quand. lic. un se fin. iud. vind. l. ut vim de inst. & jur. l. scientiam, §. qui cum aliter ad L. Aquil. l. 1. §. vim vi de vi & arm. l. 1. C. unde vi, c. olim causam ext. de restit. spoliat. Wes. cons. 33. n. & seqq. Menoch. cons. 230. num. 84. & seqq. Henning. Gœd. cons. in ord. 62. nu. 8. Modest. Pistor. consil. 4. n. 21. vol. 2. un. ff. si quis jus dic. non obtemp. ib. Wes. in parat. Olden. class. 1. act. 2. Duar. 1 disp. 30. & apol. adv. Baron. in f. Cujac. 24. observ. 25.* f) *l. 43. § 4. de procurat. l. 26. § 4. ex quib. caus. maj. l. 1. §. 10. & 13. de collat. bon. Donell. in l. quidam existimaverunt, nu. 7. de reb. cred.* g) *l. 5. & t. t. ut in poss. legat. l. 8. C. quom. & quand. iud. sent. §. si quis, 9. Inst. de susp. tutor.* h) *§. quibus, 3. Inst. de satisd. tutor. l. ult. C. de mod. mulct.* non solùm absq; figura judicii contra subditos, sed & extraneos jurisdictionem turbantes, *Menoch. de cons. 230. n. 84. & seq. Wes. d. cons. 33. n. 17. & cons. 43. nu. 96. & seq. v. eund. in parat. si quis ius dic. n. 6. inf.*

150. Spoliatus autem interdicto Unde vi, *a* vel locupletioribus juris Canonici remediis, *b* injuriarum, *c* contra violatorem territorii criminaliter ex Constit. Pacis Publicæ, *d* jurisdictionem Vindicans; Confesso, & Negatoria, agere potest. *e*

a) *Ferrar. in form. libel. in caus. spol. gl. 1. coram vobis, nu. 13. Spec. de Rest. spoliat. §. 1. n. 7. & §. nunc dicamus nu. 2. & seq. de caus. pos. & propr. §. 1. n. 17. Cravet. cons. 815. num. 11. Wes. in parat. de vi & vi arm. n. 9. Menoch. Recup. poss. Remed. 1. num. 81. & seq.* Cost. ad

Cost. ad l. 8. §. Arist. in f. serv. vind. b) c. redintegranda, 3. q. 1. c. sæpé de restit. spol. de quib. Menoch. recup. remed. 15. & seqq. c) arg. l. 13. §. fin. de injur. Menoch. remed. 3. Ret. n. 606. Ioseph. Ludovv. Comm. concl. 71. num. 4. Masc. de probat. concl. 1190. nu. 28. Gail. 1. de p. p. obs. 27. & 29. Wes. cons. 43. nu. 94. & cons. 33. n. 14. fac. noc. Mand. de inhibit. q. 60. d) de qua laté Gail. suis ad d. constit. comm. Wes. in parat. de iurisd. n. 13. e) arg. l. si plures, 6. §. 2. arbor. furt. cæs. l. hoc amplius, 9. §. 2. de dam. in f. ib. Goth. l. si arbor. 2. ff. de arb. ead. comm. dixit Ias. in l. si prius, nu. 3. & 4. de nov. op. nunc. Soarez. in thes. comm. opin. verb. actio, n. 53. Schneid. §. aqué, n. 10. ib. Myns. nu. 25. de act. Wes. in parat. ff. de iurisdict. num. 13. Costal. ad l. 2. ff. si serv. vind. ab hac opinione discedit, Corras. in l. ei qui de servit. n. 2. & seqq. Vaut. 2. q. 27.

XVIII.

DE SUCCESSIONE IN ELECTORATIBUS EX JURE PRIMOGENITURÆ.

D. Arnoldi Engelbrechti.

Jus primogenituræ, ut ab omni feré ævo, & apud cultas quasque gentes, unicum fulcrum aut vinculum omnium Regnorum & Illustrium familiarum habitum; ita etiam dignum visum fuit, cui explicando felicissima quæque ingenia & olim & hoc maximé seculo insudarent. Ne enim antiquorum labores memorem, & quæ sparsim nostri in *consiliis* & *decisionibus* habent, Tiraquellus, uterque Molina, Saa, Palaez, Cerier, Covarruvias, Acosta, Hotomannus, Tauristæ omnes ad l. 40. integros tractatus de hac re scripsere. Et poteramus equidem illis sudoribus sat beati esse, nisi eam nobis felicitatem nescio, quod infelix hujus ævi fatum invideret, cui vetera quæque sordere experimur. Non immeritó solúm, sed & pessimo Reipublicæ.

1. Utut enim verum sit, quod Ludovic. Molin. *t. 3. de iust. & iur. p. 1. de maiorat. tr. 2. disp. 626. num.* 11. asserit, non eadem esse aut fuisse ubique primogenituræ jura: Fundamentum tamen & certum principium dari tandem necesse est, in quo omnium gentium unanimis consensus jus illud ponat. Quod si cum eo, lex vel consuetudo Regni consentiat, nihil amplius quærendum est, quemadmodum sané eo casu consentire omninó dici oportet, quando nulla expressa contraria sanctio est, quod nostri tractant laté *ad l. omnes populi, ff. de iust. & iur.* Sin in uno vel altero diversum constituat, non tamen ideó in reliquis á vero principio discedendum plané est.

2. Et sané si quis vetera Imperii nostri germanici recolligat, duas res pacem publicam diu multumque exercuisse certum est, Electionem Imperatoris, & in Electionis jure & dignitate Successionem. Priori incommodo remedium inchoasse potius quám plené attulisse Ottonem III. communibus feré votis placuit, Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 35. num.* 39. Marta Neapolit. *de jurisd. p. 4. cas. 197. num. 4. & seqq.*

Simon Schrad. *de Elector.* Petrus Heigius, *q. 3. per tot. lib. 1.* Andr. Knich. *de Saxon. nov. provoc. jur. p. 1. c. 1.* Nam nec poſteriora tempora in eo jure Electionum acquieviſſe penitus, ſector cognoſcet ex iis, quæ habet Helmodi continuator, Albert. *Chron. lib. 6. c. 1. lib. 7. cap. 15.* Otto Friſing *lib. 1. c. 12.* Annal. Godf. Monach. *ſub An.* 1198. Chriſtoph. Lehnm. *Chron. Spir. lib. 5. c. 17.* Et alii, neq; enim illa jam noſtri ſunt inſtituti.

3. Sed maximè omnium in ſucceſſionibus Electoratuum turbæ & confuſiones remanſerunt. De Rudolphi & Ludovici Bavari nepotibus; Avent. *li. 7.* Gewold. *in anthit. de Palat. Elect.* De Erico Lawenburgico & Friderico Saxone, Krantz. *in Sax. lib. 19. c. 4. Vandal. lib. 9. c. 2. extom. 3. Concilior.* Cujac. 1. *feud.* 15. Georg. Fabr. *orig. Saxon. lib. 7.* Donec Carol. IV. cum proceribus & ſtatibus Regni certum Electionis modum præſcriberet, ad hoc uſque ævum ſanctè obſervatum: Et, cum variis tàdem tranſactionibus & pactis confuſioni illorum temporum prorsus nata cõſuluiſſet, quoniam ſucceſſionis ordine futuris ſeculis perpetuó & inviolabiliter ad omnes poſteros devolvendos eſſet Electoratus, pragmatica & perpetuis temporibus valitura ſanctione jubere. Quinimó ne quicquam omninó ſcrupuli ſupereſſet, & Carolus ipſe & Sigiſmundus poſtea domui Palatinæ & Saxonicæ clariſſimas declarationes dederunt, & ſi quid fortè in Aurea Bulla generalius & obſcurius eſſet, explicarunt latiùs.

4. Verùm, ut ſunt res mortalium, tantum abeſt, ut illa Auguſtorum ſolicitudine ſatis fieri potuerit miſeræ poſteritati, ut etiam illud, de quo ex Aureæ Bullæ verbis vix cuiquam dubitatio injici potuit, in dubium hodie revocatum ſit, utrum nepos é primogenito excludat patruum. Et itaq; multó majori ratione dubitari illi dicunt, ſi inter nepotem ex ſecundogenito & tertiogenitum, aut inter patrueles, diſpari fortè ætate, controverſia de ſucceſſionis prærogativa incidat. De qua aliquando mihi dicendum eſſet ſtrictiùs, cæpi poſtea horulis aliquot rem ad fundamenta totius juris primogenituræ, rationem Juris Civilis, verba Aureæ Bullæ, & Declarationum Sigiſmundi, ſed & aliorum Regnorum deciſiones ſyncera fide exigere, præſertim cum viderem jam publicè contra illud & ſic ſatis acriter diſputari.

5. Ut enim ea omittam, quæ vulgò afferri ſolent, quòd nepos, neq; jure repræſentationis, neq; tranſmiſſionis patruum aut tertiogenitum excludere poſſit, duo primogenituræ fundamenta ſtatuuntur: Proximitas gradus, & ſi plures ſint ejuſdem gradus, prærogativa ætatis. Proximitas gradus; Cum ipſa lex divina, civilis, & omnium ferè gentium fuerit, ut in ſucceſſionibus proximior ſemper excluderet remotiorem. Prærogativã autem ætatis inter pares palmarium tuliſſe, teſtatur Procop. *lib. 3.* de Vandalis, teſtatur de Cambra Regina Trithemius, de Francis Otto Friſing. *lib 2. de geſt. Frider. Imper c. 29* de Anglis, Scotis, Hibernis, Normannis, Longobardis alii autores. Sed & hoc certum eſt, quod ubi ſenior vocatur vel proximior, ibi eum vocatum cenſeri, qui tempore ſucceſſionis delatæ ſit major natu & senior, cum ut reliquæ omnes qualitates; ita etiam majoris natu attendi debeat delatæ ſucceſſionis tempore: Menoch. *conſ. 220. nu. 26. cum ſeq.* Scot. *conſ. 1. n. 230.* Alex. *conſ. 4. n. 3. & 13. cum ſeq. vol. 4.*

6. Quod ſi hoc ad hypotheſin applicetur, etiam in linea recta nepos à patruo excludi debet, cum ille avo poſſeſſori uno gradu ſit proximior. Et itaq; recte quoque idem excluſus olim à Carolo M. Zampin. *in tractat. de ſucceſſ. prærog. primi-*

primo-

principũ Franc. Rectè quoque Pontifex Robertum secundogenitum Carolo Regi Hungariæ in successione Siciliæ prætulit. Et est feré omnium veterum Jurisconsultorum idem in hanc rem vorum & suffragium.

7. Neq; hic mihi quispiã jus repræsentationis objiciat. Cascis illis Germanis, maximé autem omnium Saxonibus, simplex & apertum veritatis iter fuit. Illa autem juris fictio & subtilitas, quæ repræsentationem induxit, nec cognita, nec audita, nec intellecta unquam, ut nec ipsi nativo & primo Juri Romano.

8. Ut prætereatur & illud, quando lex non primogenitum, sed seniorem vocat, filium defuncti patris locum non ingredi, nec ejus personam repræsentare: Perez. *cons.* 39. *n.* 18. Alex. *cons.* 4. *n.* 4. *vol.* 4. Surd *cons.* 413. *n.* 40.

9. Quod si illud in recta linea verum, multò id magis locum habebit in transversa. Nam ne in trãsversa quidem linea juri repræsentationis locus unquam fuit. Matth. de Afflict. *in comm. ad const. Regni Sicil. lib.* 3. *const.* 24. *n.* 44. Joan. de Terra rubea *in tract. contra rebell.* 1. *art.* 1. *concl.* 8. Butrio *cons.* 48. Imola *cons.* 123. *col.* 1. *vol.* 1. Angel. Aretin. *cons.* 286.

10. Et quid hic dubii esse potest, cum ex observantia interpretativa res clara sit? Ira enim in domo Saxonica stirpis Anhaltinæ olim Wenceslaus frater tertiogenitus Alberto nepoti ex fratre Ottone secundogenito: In domo Palatina parruus Fridericus, nepoti Ottoni Henrico prælatus fuit. Et ante aliquot secula Charibertus Rex Franciæ, Childebertum nepotem ex fratre tertiogenito heredem instituit. Adeoque justé videtur olim Clemens VI. judicasse, qui post mortem Andreæ Regis Neapolitani, regnum illud Ludovico Tarentino, ut Roberto patruo in progenie proximiori, addixit. Nec igitur diversa ratio esse potest inter patrueles. Cùm enim illi sint pares gradu, ille certé præferetur, qui tempore successionis major natu reperietur. Id quod ex eo quoq; manifestũ est, quod communiter eo á Dd. itum sit, consobrinos sive patrueles instar fratrum descendentium succedere: gl. in Weichbild. *art.* 53. Wes. *cons.* 94. *nn.* 4. Berl. *in tract. de pact. famil. Illustr. fol.* 615. Cui consequens certé est, inter patrueles natu maximum ad eandem conditionem reliquis esse præferendum. Quam Juris decisionem secutos quoq; fuisse antistites Curiæ Parisiensis author est locupletissimus Bodin. *lib.* 6. *de Republic. cap.* 5. Et in terminis Robert. *cons.* 85. *vol.* 1. Joan. le Citier. *in tract. de primogen. lib.* 1. *q.* 2. Alex. *cons.* 4. *vol.* 4. Nec longé exempla petantur: Vix sunt aliquot lustra, cum Philippus II. Rex Hispanorum in successione regni Lusitaniæ omnibus suis consobrinis, ut natu maximus præfuit, ut omnes Historici produnt. Et hæc sunt breviter illa, quæ pro simpliciter seniore & proximiore contra nepotem afferuntur hodie; Si quæ enim forte alia argumenta in eam rem supersunt, ea infra suo quæq; loco referre maluimus, ne idem sæpius nobis repetendum hic esset.

11. Ut itaque secundo jam loco sciatur, quid de hac opinione sentiendum sit, ab his aliquanto & á primis principiis arcessenda est. Quod quidem ea ratione fiet rectissimé, si principiò naturam & fundamenta totius Juris primogenituræ in genere; post autem quid de ea, lex nostri Imperii in specie promulgaverit, inspiciamus. Duobus enim illis intellectis, simul & id manifestum erit, utri meliori jure in successione prælatio debeatur. Ante omnia autem sanctè protestamur, nullius planè mortalium læsioni, aut injuriæ, hic aliquid scriptum dictumvé iri. Privatæ enim tantùm hæ sunt curæ, generaliter ad explicationem Aureæ Bullæ aliquando

ex occasione prolatæ. Nec recusant illæ censuram meliús sentientium, & cumprimis superiorum.

12. Et quidem ut ad rem ipsam veniamus, jura successionum non eadem fuisse ubique, & in omnibus rebus publicis notissimum, quanquam leges Romanæ, & aliarum gentium pleræque, in privatorum quidem hæreditatibus in hoc convenisse videntur, ut primo loco liberi, & quidem æquo plerunque jure; post hos proximiores semper succederent. In liberorum autem numero nepotes, legibus etiam antiquissimis semper habiti. Ita enim á Demosthene, Solonis quoque lex adducitur: Robert. *rer. judic. lib. 3. c. 15.* & apud Romanos, adeoque cultissimos quosque populos pro certo semper agnitum, in descendentibus proximiorem non excludere ulteriorem: Ulpian. *tit. 26. §. si defunctus, l. 2. l. 3. l. 4. C. de suis & legit. § cum filius, & §. ult. Inst. de hered. qui ab intest. cum similib.*

13. In patrui hereditate, media quidem jurisprudentia solum propinquiorem, exclusis etiam á fratre nepotibus, vocavit; *§. placebat, 26. Inst. de legit. agn. success. l. 2. de suis & legit. l. 2. de success. edict.* Sed id Justiniano contraria constitutione iniquum visum est, *Nov. 84. v. 118.* Cæterúm hæc ita quidem in privatorum successionibus se habent.

Longé autem aliam faciem temporis successu invexit boni publici ratio, quod ut magna sui parte in Illustrium familiarum conservatione consistere judicatum: Ita quoque in iis contra juris communis Regulas indultum aliquid fuit. Ob eam enim causam, ipsum Jus Romanum in ultimis voluntatibus fideicommissa toleravit, de quibus in *l. 114. §. cum pater.* (ubi nostri latissimé) *de leg. 1.*

14. Et præter jus scriptum consuetudo certa quædam pacta induxit, Bologn. *in l. omnes populi, num. 57. & seqq. de justit. & jur.* Natta *cons. 474. num. 1. 2. 5. 9. & seqq.* Elbert. Leonin. *cons. 32. num. 12.* Quorum in illustrissimis familiis exempla habent, Hottom. *cons. 72.* Decius *cons. 519. vol. 3.* Zas. *cons. 1. vol. 2.* Eaque omnium gentium usu recepta esse scribit, Ferron. *in consuet. Burdeg. t. de test. §. 22.* Bers. *de pact. famil. illustr. cap. 5.* Francisc. Marc. *decis. 136. in fin. p. 1.* Tessaur. *decis. 226. n. 12.* Everard. *cons. 136. n. 12. 25.*

15. Sed maximé omnium illustre & in regnorum successionibus ab omni feré ævo usurpatum est illud jus, ut non omnibus liberis ex æquo, sed uni tantúm dignitas cum successione cederet. Non omnibus; Ne infinita sequeretur partitio, cum fieri nequeat, ut regni nomen tueri tam exiguæ partes semper possint, ut hujus rei rationem habet Justin. *lib. 21.* pluribus exemplis comprobat, Bers. *d. lib. c. 8.* Quam familiarum dignitatem considerarunt etiam Camill. Borell. *cons. 31. num. 50. & seqq.* Roland. á Valle *cons. 80. n. 6. & seqq. lib. 1.* Raudens. *resp. 1. num. 136.* Sed uni tantúm. Quis hic UNUS esset, non eadem fuit apud omnes sentētia. Historia fidem facit, omnes feré barbaras gentes, ut plurimum solius ætatis rationem ita habuisse, ut quicunq;, quocunq; tempore in familia major esset natu, succederet. Apud Nomades concessa fuisse successionū jurā κατὰ προσβυγένειαν, adeó ut censerentur ἀδελφοὶ παιδέτεροι τῶν τέκνων, scribit Suidas *lib. 16.* Qui postea Vandalos, ut regionis, ita & morum in hac re imitatores habuerunt, quemadmodum infra ex Procopio & Jornāde monendi occasio erit. Neq; dissimilis feré ratio Hibernorum & Muscovitarum hodie, quanquam apud hos, ut & apud Scotos usque ad Kennetum restrictius: Nempe si impubes filius relictus sit, Lips. *in monit. Polit.* Buchanan. *lib. 4.* Barbarus certé mos,

mos, quanquam apud Barbaros non absque ratione. Neque injuria vapulat, apud Region. *lib.* 2. *Chron.* Otton. Friſing. *lib.* 6. Carolus Calvus, quod hoc prætextu nepotibus é fratre regnum Auſtraſiæ præripere conatus fuerit. Sed & vice verſa minimis natu ſæpe hæc prærogativa data fuit, funeſtiſſimo exemplo, ut rectè Herodoto, Juſtino, Polybio, Livio, aliis, eo ipſo jura gentium violata ſcriptum ſit. Quicquid autem uſpiam cultiorum fuit gentium, ex naturæ ductu, ei inter filios prærogativam ſucceſſionis dederunt, cui natura prærogativam ætatis dedit, id eſt, primogenito. Catalogum exemplorum apud alios, qui volet, videat. Nobis illud ſufficiat, quod pater antiquitatis Herodot. *lib.* 7. hoc omnium populorum æquè commune jus appellet.

16. Patet autem ex hiſce, quæ jam dicta ſunt, duo omninó primogenituræ fundamenta eſſe; NATURAM & LEGEM. Natura inquam; Eo ipſo enim, quo quis primo loco, primus ætate, primus ſtirpe inter fratres conſtituitur, naturæ prærogativam habet. Cujus tanta etiam vis eſt, ut impenſiùs longé amentur primo nati, quod elegantiſſimé perſequitur Chryſoſt. *in Geneſ. hom.* 51. Tiraq. *in præfat. de jur. primogen. num.* 39.

17. LEX, ſive ſtatutum voces, ſive conſuetudinem, nihil enim quoad hanc tem differunt, quę hunc naturæ ductum adeó venerata eſt, ut eidem illi loco, eidem ætati, eidem ſtirpi, omnes quoque prærogativas juris tribuere æquum cenſuerit.

18. Conſequens a huic fundamento eſt, quod itaq; prærogativa naturæ, unicum & unum ſit fulcrum prærogativæ juris, neq; fieri poſſit, ut alius primogenitus juri, alius autem naturæ cognitus ſit. Uterq; enim eſt idem, quem natura, eundē etiam jura agnoſcunt, & cōtra. Aut certé illud dicendum eſt, primogenituram non eſſe id quod eſt. Atq; hoc rectiſſimé æſtimarunt ii, qui verbum primogeniti ſecundum naturam, intelligendum ſcripſerunt, Bald. *in l. cum antiquioribus, num.* 11. *C. de jur. liber. & conſ.* 275. *Col.* 4. *verſ. cum primogenitus*, *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 97. *nu.* 51. *& ſeq.* Poſt Luc. de Penn. Zaſ. *conſ.* 8. *n.* 3. *lib.* 1. Nam quod Menoch. *conſ.* 211. *n.* 23. *& ſeq. conſ.* 220. *n.* 58. 59. Honded. *conſ.* 49 *n.* 10. 11. 12. *lib.* 2. Vivius *deciſ.* 502. *n.* 12. *lib.* 3. & alii duplicem primogenituram ſtatuunt; Naturæ & Juris, veram & fictam, id ex hoc principio rectè interpretandum eſt. Non enim illi volunt, quod hęc illi contraria planè ſit, ſed quod jus aliquando naturam ſuppleat, eum in certis quibuſdam caſibus vocando, qui naturæ ſtatu inſpecto alias primogenitus eſt.

19. Unde efficitur regula generalis, quod quandocunq; primogenitus vocatur, illud de vero, non ficto ſit intelligendum, niſi expreſſiſſimis verbis legis, ſtatuti, aut diſpoſitionis aliud appareat, Menoch. *dd. loc.* Cum verbum unumquodque per prius, *l.* 1. §. *qui in perpetuum. ff. ſi ag. vectigalis.* Tiraquel. *de retract. conv.* § 2 *gl.* 1. Cephal. *conſ.* 218. *n.* 30. *lib.* 2. Et proprié ſit accipiendum, Rol. á Vall *conſ.* 68. *nu.* 15. *vol.* 4. Caſtillo *de uſufruct. c.* 3. *n.* 41. Hiſce duobus fundamentis primogenituræ poſitis, reliqua, quæ inde dependent, videamus.

20. Principió enim natura immutabilis plané eſt, eadem ſemper & ſui ſimilis, neque qui hodie primum naturæ gradum habet, cras ad ſecundum detrudetur.

21. Igitur etiam omnes prærogativę, quas lex primo huic loco deſtinavit penes eundem fixæ & ſtabiles ſemper maneant oportet. Reciproca enim hæc ſunt, ut di-

ctum eſt. Optimé itaq; concludunt noſtri Interpp. jura primogenituræ, nullo tempore, nulla ratione primogenito adimi poſſe, neq; paciſcendo: Gomez *ad l. Tauri* 40. *nu.* 81. Paluez. *de major. par.* 4. Raudenſ. *reſp.* 1. *num.* 29. Menoch. *conſ.* 599. *nu.* 3. *& ſeqq.* Neq; Teſtamento: Molin. *de Hiſpan. primogenit. lib.* 1. *c.* 8. Natta *conſ.* 501. *nu.* 61. *lib.* 3. Neq; renunciando. Bald. *conſ.* 389. *conſuetudo, col.* 3. *v.* 16. *lib.* 2. Tiraq. *de jur. primogenit. q.* 21. *& q.* 26. *n.* 5. Rol. à Vall. *conſ. ult. n.* 110. *lib.* 4.

22. Accommodè ad utrunque fundamentum: Naturæ: hæc enim invariabilis eſt: Legis: Cum illa naturam ſemper ſequatur. Eóque magis quòd, ut appareat ſpeciali planè lege deferatur hoc ſuccedendi privilegium, & quidem lege Regni, Ludovic Molin. *de majorat. tract. 2. diſp.* 625. *n.* 8. Joan. de terr. Rub. *in tract. contract. bell. t.* 1. *art.* 1. *per tot.*

Quemadmodum enim privati alicujus diſpoſitioni amplius non ſubjacet, quod ſpecialiter á lege datur: Theſſaur. *deciſ.* 34 *n.* 3. Cacheran. *deciſ.* 19. Burſat. *conſ.* 212. *n.* 1. *&* 22. Decius *conſ.* 76. Ita multó minus, ſi á lege Regni: Joan. de terra Rubea *d. art.* 1. Carol. Molin. *ad conſuet. Pariſ. de mater. feud.* §. 8. *gl.* 3. *n.* 8. Hottom. *in controv. inter patr. & nepot. tutulo: quomodo Regna & private hæredi differant.* Cothman. *conſ.* 43. *n.* 7. Raudenſ. *d. conſ.* 1. *n.* 29. *& conſ.* 2. *n.* 128.

23. Porró hæc prærogativa naturæ, eo ipſo momento adquiritur, quo quis in lucem editur. Igitur etiam omnia jura, quę illi gradui, illi ætati deſtinata ſunt á lege, & inter ea primo loco jus ſucceſſionis, eo ipſo inſtanti pleniſſimè primogenito adquiritur, & radicatur, neq; ullo alio temporis tractu opus eſt. Quam ob cauſam noſtri primogenituram rectè eſſe dixerunt jus inſtantaneũ & qualitatem momentaneam: Tiraq. *de primogen. q.* 40. *n.* 160. Molin. *de Hiſpan. primogen. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 30. *& ſeq.* Caſtr. *conſ.* 164. Rol. á Valle *conſ.* 39. *n.* 49. *lib.* 4. Surd. *conſ.* 103. *n.* 10. Abb. *conſ.* 85. *lib.* 1. Id quod ex Bald. *in l. cum antiquiorib. n.* 11. *v.* 9. *C. de jur. deliberandi* Menoch. *conſ.* 981. dicit, primogenitum eo ipſo, quo naſcitur, ſe includere, & conſequenter perpetuó excludere ſecundogenitum, Socin. vocat. *conſ.* 252. Vinculum excluſivum ſecundogeniti, & incluſivum primogeniti, idque adeó ut etiam primogenitus ſtatim atque natus eſt, vivo patre rex dicatur, Choppin. *de domanio. lib.* 1. *c.* 7. *nu.* 16. *in fin.* Chaſſan. *in conſtit. Burg. rubr.* 3. *c.* 6. *num.* 13. *ſublim.* 1. Eadem ratione, qua filius Regis Angliæ primogenitus Dux Cornwalliæ habetur, primóq; nativitatis ſuę die majoris & perfectæ præſumitur ætatis, ut ex originibus publicis hoc docuit, Camden. *in ſua Brit. in deſcript. Cornwal.*

24. Quod autem diximus omnia jura pleniſſimè adquiri ipſo nativitatis momento, id ita intelligendum eſt, ut quorundam tamen uſus & poſſeſſio ſuſpendatur & ſuſpendi aliquando neceſſe ſit. Quędam enim jura ejus ſunt naturæ, ut ſtatim pleno uſu acquirantur: quædam ſuſpenſionem non quidem juris, ſed plenitudinem uſus deſiderant; quod ideó hîc notandum eſt, cum quidam illud jus conditionem, alii ſpem incertam & inanem appellent, nonnullis etiam placuerit, cum primogenito tantum agnoſcere, qui tempore delatæ ſucceſſionis talis ſit. Contra principia juris primogenituræ.

25. Erroneé enim primo ab uſu & executione ad jus ipſum concluditur, *l. nam ſi cum moriar, ff. de cond. indeb.* Tob. Non. *in* §. *ex conditionali, num.* 3. *Inſt. de verb. oblig.* Socin. Sen. *conſ.* 137. *n.* 2. *lib.* 1. Jus purum, ſimplex, abſolutum eſt, in ipſa nativitate plenè radicatum, quod conditionem ferre non magis poteſt, quàm ipſa natura

rum, & generatio, sub certa conditione fieri, suspendi, imó ex post facto deleri potest. Quin autem executio juris differatur, nihil impedit, quinimó ex ipsa natura successionis, ut dictum est, juri huic ex primogenitura quæsito, tempus aliquod aliqua suspensio inest. Neq; enim hereditas, aut successio est viventis, sed obitum illius præsupponit, cui succedendum est, ut hæc notissima sunt.

16. Hęc autem executio, quæ differunt in certum tempus, non facit conditionale jus ipsum, *l cum illud in fin. quond. dies legat. L. conditiones extrinsecus, 99. de condit & demonstr. l. 6. §. ubi in simili.* Julian. respondit, *magis moram quám conditionem hujus injectam videri, ff. eod.*

17. Conditio nullum jus continet, sed facti est, ex quo aliquando jus nasci potest, *l. 4 ff. de condit. Inst. l. 1. inpr. §. ult. l. 2. l. 21. l. 60. l. 91 ff. de condit. & demonstr.* Ecce jus hoc certum & in re præsenti fundatum est, ejus executio tantúm differtur, id quod ab eruditis quoq; in hac re sæpé confundi, non absq; ratione mireris: cum diversissima sint juris & actionis nativitatem impediri plané, & juris jam realiter quæsiti plenum usum suspendi tantúm.

18. In Republ. Judęorum primogenitus, ad dextram patris sedebat, duplicatos tibos habebat, præ fratribus sacrificia offerebat, & quæ præterea, *gl. in c. quam pericul. sum, 7. q. 1. & post eam* Joan. Andr. & Panorm. *in c. licet ex. de votis*, afferunt. Ut autem duplam portionem é bonis parentis haberet, expectandum illi erat tempus successionis. Perperam inde quis concluderet: igitur totum jus conditionale esse; Cum imó jus hoc successionis non minus illi puré & absoluté primo nativitatis momento adquireretur, atq; jus ad dexteram patris sedendi, Bald. *in d. l. cum antiquibus, C. de jur. deliber.*

19. Quemadmodum igitur, si in fideicommissis puris & perpetuis plures gradatim & certo ordine á testatore vocentur, omnes jus plenum & radicatum habent, licet interim ordinem successionis expectare cogantur, *l. si filium, de bon. libert. l. fin. C. de jure deliber.* Michaël ab Aguirr. *in apolog. pro Reg. Hispan. p. 1. nu. 3. 4.* Ita eram primogenitus: quanquam enim tempus plenæ successionis nondum venerit, jus tamen illi purum & reale jam adquisitum est, Dd. supra dd. locis. Longé alia est ratio conditionum, quæ cujuscunque sint generis, omnes in eventu incerto sunt positæ, nec suspendunt tantúm plenam executionem juris, sed imó ipsam juris naturam, *l. 1 ubi Dd. de instit. & subst.* Socin. Jun. *cons. 172. num. 16. vol. 2.* Nec quicquam ponunt inesse, *l si quis sub conditione, ff. si quis omiss. caus. test* Cephal. *cons. 767. num. 7.* Gail. *2. obs. 132. nu. 3.* Non igitur huc pertinent, quæ de dispositionibus sub conditione, aut incerto eventu, vel etiam de spe inani afferuntur.

20. Duplex sané est spes (ut & hoc moneamus) in jure nostro: Quædam nihil aliud est, quám nuda spes, quæ ut non est considerabilis, ita nullum jus, nullam actionem producere potest, ut est spes illa, quam liberi in bonis parentum aut legitimá habent, quæ tota ex futuro eventu dependet, *l. 1. §. si impubere 17.* ubi Bart. *ff. de collat. bon.* Mandell. Alb. *cons. 66. n. 3.* Toming. *decis. 41. n. 12.* aut quando aliquid sub conditione legatum est, Gail. *2. obs. 132.* Alia autem spes certa est, in re vel jure præterito aut præsenti radicata, de qua idem judicatur, quod de re ipsa & jure adquisito: Card. Tuschus, *pract. conclus. iur. concl. 629. n. 9. tom. 5.* Monter. á Cuev. *de adquir. rer. Arrag. 17. n. 8. 9. 10.* Cephalus *cons. 381, lib. 3. nu 6.* Francisc. Aretinus, *cons. 3.* adeo ut etiam in ea transmissioni locus sit, Cavalcan. *decis. 19. num. 95. p. 3.* Radicatio enim

spes duplex

enim jam adeſt, Bart. Bald. Imol. *in l. non amplius*, §. 1. *de legat.* 1. Ultimo hoc modo, jus illud invariabile ſucceſſionis, quod primogenito, ex vocatione & diſpoſitione legis, ex primi acquirentis ſucceſſione, imò ex eo ipſo, quo primus naſcitur, primo etiam nativitatis die plenè acquiritur, ut jam dictum eſt, non incommodè ſpes dici poteſt, Tuſchus *concluſ. pract* 626. *n.* 2. *tom.* 7. Inde autem generaliter omninò ad effectus incertæ alicujus ſpei concludere velle, eſt ab una ſpecie ad aliam, & á diverſis: quę argumentandi ratio quid valeat, ab Everhardo & aliis monſtratum eſt, nos hiſce immorari operæ precium non exiſtimavimus.

31. Si itaq;, ut concludamus, quemadmodum naturę prærogativa inſtantanea & immutabilis eſt; Ita quoq, juris prærogativa ipſo nativitatis momento adquiritur, & invariabilis ſemper eſt, ſequitur alieniſſimum quoq; in hac materiâ illud eſſe, quod de qualitate tempore delatæ ſucceſſionis requiſitâ adferri ſolet. Doctrina ſané eſt Bald. *in l.* 2. & 5. *C. de jur Emphyt.* adducta etiam á Menoch. *conſ.* 97. *nu.* 45. quod Emphyteuſis, quæ ex pacto ad primogenitum tranſire debet, tranſeat ad primogenitum, qui reperitur tempore mortis Emphyteutæ. Et ratio illius eſt, quod qualitas requiſita, tempore ſucceſſionis, inſpicienda ſit. Poſt Anchar. Balb. Alciat. Alban. Menoch. *conſ.* 269. *n.* 21. *& ſeqq.* Theſſaur. *deciſ.* 270. *n.* 24. Petr. Heig. *q.* 31. *n.* 42. *p* 1. Alex. Raud. *conſ.* 30. *vol.* 2. Decius *conſ* 443. *n.* 17. Alex. *conſ.* 4. *nu.* 3. *& paſſim. vol.* 4. Cęterùm omnia illa jura & interpretes de ea diſpoſitione & qualitate loquuntur, quæ tractum ſucceſſivum habet, tempore evenientis conditionis effectum primò ſumit, & mutari interim poteſt.

32. In celebri illa cauſa Trivultianâ, poſt primò inſtitutorum defectum vocatus erat agnatus proximior. Unde factum ut in diverſiſſimas deciſiones itum ſit, á nobiliſſimis Italiæ collegiis & Juriſconſultis, utrum tempus teſtamenti mortis, an delatæ ſucceſſionis inſpiciendum eſſet, ut ea de re extant conſilia Rol. á Valle, Zanchi, Bologneti, Menochii, aliorum. In qua ipſa tamen controverſia notari velim: omnes etiam eos, qui pro majoritate ætatis, & proximitate tempore evenientis conditionis conſuluerunt, diſtinxiſſe inter jus primogenituræ & aliam diſpoſitionem: Utrum quis ut primogenitus, an generaliter tanquam natu major vocaretur. Rectiſſimè. Hoc enim tractum ſucceſſivum, illud inſtantaneum habet, & primo ſtatim nativitatis momento, non primum tempore delatæ ſucceſſionis, effectum ſumit. Videatur Rol. á Valle *d. conſ.* 38. *nu.* 22. *& ſeqq. & tot. conſ.* 39. *vol.* 4. Menoch. *conſ.* 106. *num.* 307. *& 309.*

33. Rurſus habent ſuperiùs adducta jura, tum locũ, ubi ex teſtatoris verbis manifeſtè apparet, illum inſpexiſſe tempus ſucceſſionis & mortis, Menoch. *conſ.* 97. *per tot.* Hîc contraria ſunt omnia: Lex eam qualitatem reſpicit, quæ ut natura ipſa primo nativitatis momento adquiritur & immutabilis eſt ſemper: Lex ordinem genituræ: Conſequenter non tempus ſucceſſionis, ſed nativitatis conſiderat. Sed & hoc inprimis obſervandum eſt, doctrinam Baldi & aliorum tum ſaltem locum habere poſſe, quando vocatio non certam perſonam, gradum aut ordinem reſpicit, ſed generaliter & indeterminatè facta eſt. In jure autem primogenitura lex certo loco, certo ordini, ſtirpi, gradui prærogativam juris dedit: Conſequenter ipſo nativitatis & genituræ momento certum ſucceſſorem deſignavit. Lex vocationem ad ſolum illum naturæ gradum & eam perſonam, quæ ibi reperitur, ſucceſſionem reſtrinxit. Omnibus hiſce caſibus nobilis eſt, & ex ipſa natura deſumpta doctrina

ctrina illa, Bart. *in l. jam hoc jure*, ubi Alex. *nu.* 7. Jas. *n* 12. *Ripa n.* 30 *de vulg. & pupill. relati* á Menoch. *cons.* 97. *n.* 105. *& seqq.* Bald. *in l. humanitatis, nu.* 28. *ad fin. C. de im. pub. & alien. subst.* Quod quando qualitas est adjecta verbo importanti ordinationem ad principium, inspici debeat solúm principium.

34. Atq; ex his tertio patet malé confundi vocationem ipsam cum vocationis effectu, ut in simili animadvertit Menoch. *in cons.* illo elaboratissimo causæ Trivult. quod est, *d. cons.* 106. *n.* 1. Qualitas, inquiunt illi, debet inspici tempore delatæ hæreditatis: Esto. Non autem sufficit illud; nam quicunq, ad hæreditatem & successionem alicujus aspirat, non hoc tantúm probare debet, quod eam qualitatem habeat, quám testator requisivit, sed etiam quod ipse eorum unus sit, quem testator vocavit, quem testator voluit illam qualitatem habere. Nisi enim vocatus sit, qualitatis demonstratio non sufficit, alias pro uno infinitos habebimus successores. Qualitas quidem effectum, sed vocatio respicit etiam initium; Imo fundamentum & suppositum est qualitatis, quod latiús idem prosequitur, *d. cons.* 106. *per tot.* & faciunt tradita Socin. *in cons.* 6. *n.* 2.

35. Et itaque in hypothesi nostrâ, licet quis probare posset, se hodié habere qualitatem majoritatis, non ideo tamen succedet, nisi quoq; probet se vocatum esse. Duo enim illa requisita probanda sunt, Cavalcan. *decis.* 17. *num.* 52. *p.* 3. Et quidem copulaté: Alciat. *de verb. sign lib.* 2. *num.* 52. Bursat. *cons.* 263. *nu.* 5. 6. *lib.* 3. Atquí quádo lex primogenitum vocat, ad solúm naturæ illum primum gradum se restringit, & illum solum designat, qui primus inter fratres primum illum locum occupat, id quod primogenituræ momento adimpletur: Ut jam præteream, quod infra latiús prosequimur, illud eo casu multó magis extra omne dubium esse, ubi lex, primo, secundo, tertiogenitos inter se apertè distinxit, & quo tempore quemq; illorum succedere vellet, expressit.

36. Ultimó doctrina illa interpp. si ad vera juris hujus nostri fundamēta exigas, non adversabitur quidquam. Si primogenitus tempore successionis adhuc superstes sit, nihil hic plané dubii esse potest. At si præmortuus fratrem & nepotem relinquat, de prælatione quæritur. Lex vocat primogenitū, itaq; illud tantúm quæritur, uter ex illis sit primogenitus, etiamsi tempus delatæ successionis inspiciatur. Si ad principia juris primogenituræ rē revocemus, nihil plané erit difficultatis. Natura non facit saltum, sed ut jus nascendi, ita jus primum nascendi interrupta serie ad descendentes propagatur & in descendentibus, non autem collateralibus continuatur perpetuó. Pater, cui semel primogenitus natus est, alium ejusdem gradus & ordinis amplius habere nequit, sed hujus primogenitus ejusq; posteri perpetuo ordine descendentiæ eum locum occupant, quando é descendentibus nemo superest, tum demum naturæ fictio juris suppetias fert, ut secundogenitus loco primi, tertiogenitus loco secundi fingatur. Hic est perpetuus ordo & progressus naturæ. Nec igitur lex, quæ naturæ, ut fundamēto innititur, alium progressum habere ullo modo potest, quâ enim ratione fiet, ut frater secundogenitus primi locum occupet? An respectu patris? Atque duos ille primogenitos habere nequit. An ratione fratris primogeniti? Sed ab illo ne quidem genitus est. An per fictionem juris? Sed illa tum demum locum habet & naturæ subvenit, ubi nemo in ordine veræ primogenituræ & descendentiæ reperitur. Consequitur itaq;, etiamsi tempora successionis inspicere velimus, nemini præter nepoti nomen, jus & prærogativam primogeniti & pri-

mogenituræ deberi, benè ait Zaſ. *d. conſ.* 8. *n.* 3. *lib.* 1. quod jus primæ ætatis tanquam naturale in nullo alio verificari poſſit, & poſt Luc. de Penn. *nu.* 4. ſubjungit, quod is, qui eſt ſecundogenitus nec fingi etiam poſſit, pro primogenito. Sequitur Menoch. *conſ.* 211. *num.* 22. ubi videatur *num.* 27. *verſ. reſpondetur primo.*

37. Atque hęc, quæ de conditionali jure, ſpe, & qualitate tempore delatæ ſucceſſionis requiſitæ diſſeruimus, breviter hîc examinanda erant, ut lectori conſtaret de veritate illius, quod ex fundamentis primogenituræ initió dixeramus, illam primo ſtatim nativitatis momento jus, & quidem perpetuis temporibus invariabile jus tribuere. Infertur autem ex iis omnibus ultimo loco, quod naturâ ipſam & inde profluentia primogenituræ principia planiſſimé ſecuti fuerint illi, qui ita ſtirpes & lineas diſtinxerunt, ut qui in primogeniti linea ſunt, primo: qui in ſecundogeniti ſecundo: Et ita conſequenter ſuccedant, neque de linea ad lineam tranſitus fiat. Ratio eſt, quod natura ipſa illas lineas, illos ordines, illas prærogativas ita diſtinxerit, Covarr. *in pract. quæſt. c.* 38. *n.* 6. *& nu.* 12. Cavalcan. *deciſ.* 18. *nu.* 115. *p.* 3. Rol. á Val. *conſ.* 101. *n.* 4. Mechaca *de ſucceſſ. creat. lib.* 3. §. 27. *n.* 10. Menoch. *conſ.* 442. *nu.* 10. Surd. *conſ.* 404. *n.* 10. *&* 26. ubi plures Ruin. *conſ.* 19. *n.* 6. *lib.* 2.

38. Non malé hoc explicatur exemplo bonorum poſſeſſionis. Ut enim ibidem prætor tres ordines conſtituit, & in horum unoquoq; gradus prærogativam ſervari juſſit, *l.* 1. *l.* 2 *de ſucceſſ. legit. l.* 5. *C. de legit. hared.* Et interim tamen duplicem prærogativam conſtituit, unam ordinis, alteram gradus, ut ordinis prærogativa potior ſemper ſit, quàm gradus, *l.* 1. *de ſucceſſ. edict. l.* 11. *C. de ſuis & legit. cum ſimilib.* Ita etiam in jure primogenituræ.

39. Hiſce ita præmiſſis non obſcura poteſt eſſe illius quæſtionis deciſio, utrum nepos præferendus ſit patruo. Complures ſunt, qui illam uberiori filio tractarunt, neque nos falcem in illorum meſſem mittemus. Unum atq; alterum tantùm ex ſuperiùs allatis adjiciam. Prærogativa naturæ eſt fundamentum prærogativæ juris. Naturæ autem prærogativa eſt immutabilis, ipſo nativitatis momento adquiritur, tempore ſucceſſionis non mutatur, quinimó nulli competit nec unquam competere poteſt, niſi qui eum naturæ locum ſemel occupavit, aut inter deſcendentes ex eo ordine eſt, illo autem deficiente, tum demum natura per fictionem ſuppletur, & ſecundogenitus, aut ſuo ordine tertiogenitus pro primo habetur. Igitur & prærogativa juris immutabilis ſemper erit, nec itaq; in perſona nepotis variabitur: Eo momento pleniſſimé adquiritur, quo quis in lucem editus eſt, igitur nepoti adimi non poteſt, cum imó tempore mortis nemini præter primogenitum, & qui ex eo eſt, hujus juris prærogativa dari poſſit. Nec itaque patruo, hoc autem non exiſtente, tunc demum ſecundognito fictione juris illa prærogativa competit. Ipſa itaque primogenitura eſt cauſa proxima & immediata prælationis, Menoch. *d. conſ.* 211. *n.* 2. Et conſequenter nepos ex proprio jure & perſona excludit patruum: eum propriam habeat vocationem, quod pluribus demonſtrat Menoch. *d. conſ.* & Molin. *lib.* 1. *c.* 1. *n.* 16. 17.

40. Alii in jure repræſentationis fundamentum poſuere, & ſunt ſanè verba *text. in Nov.* 118. *c.* 1. *&* 3. non obſcura. Ponitur enim nepos loco patris, imó omne privilegium patris, filio eſt attributum, & quidem eadem ratione, ſicut ſi pater viveret, igitur non tantùm ut ſuccedat cum patruo, ſed etiam excludat eum, quem pater, ſi viveret, excluſiſſet, ut ſunt verba textus expreſſa, aut certé illud dicendum eſt, nepo-

nepotem ubi de exclusione alterius agitur, non poni loco patris. Atqui etiam in casu Auth. nepos eum excludit, á quo ipse aliâs excluderetur, ut hæc solidissimé consideravit jam olim Socin. *conf.* 252. *n.* 9. & 10 *secutus est*, Menoch. *d. conf.* 211. *n.* 60. & *seqq.* Videatur Saa. *in tot. tract.* Vivius *decis.* 102. *lib.* 3. Rosenth. *de feud. c.* 7. *concl.* 26. *n.* 17. Mynsing. *obs.* 23 *n.* 7. *cent.* 3. Surd. *conf.* 403. *nu.* 6. Cephal. *conf.* 251. *n.* 40. *conf.* 664. *n.* 3 Decian. *conf.* 16. *n.* 5. *vol.* 4.

41. Jus transmissionis aliis placuit, in quo ipso etiam, si rectè explicetur, non multum erratur, & quid vetat nepotem patruum, excludere ex proprio jure, repræsentationis & jure transmissionis, diverso tamen respectu. Licet enim detur ætatem ipsam non transmitti, jus tamen quod ex ea ætate in patre jam quæsitum & radicatum est, transmittitur, Menoch. *conf.* 211. *nu.* 97. Surd. *conf.* 403. *n.* 3. 4. 5. Neq; metuendum est, fieri hac ratione, ut spes conditionalis & fideicommissum conditionale transmittantur, contra *l. si ita legatur*, §. *si volet. de legat.* 1. & *in l. un.* §. *sin autem sub conditione de caduc. tollend. cum simili.* Non enim est hoc jus conditionale: eo ipso momento, quo nascitur primogenitus, omnes illi & toti ejus descendentiæ prærogativæ juris acquisitæ sunt, illud jus semel radicatum non magis est conditionale, quàm si quis naturam ipsam conditionalem dicere velit, sed & illud ita indefinitè erroneum est, quod Ludovic. Molin. *disp.* 626. *nu.* 15. vult, jura hæc personalia esse, adquiruntur quidem ob ætatem, ob personam, sed adquisita non ampliùs sunt personalia. Aliud enim est jus, propter quod aliquid adquiritur, aliud jus jam inde adquisitum. Unde etiam nullo negotio tollitur id, quod vulgó objici solet, ætatem esse quid personalissimum, Bolognet. *conf.* 9. *num.* 71. & 75. Uti hæc & alia latiori pagina explicantur á Gomes. *ad L. Tauri* 40. Molin. *ad consuetud. Paris. t.* 1. §. 8. *gl.* 3. *nu.* 5. Roland. á Vallo *conf.* 39. *nu.* 47. & *seqq. lib.* 4. Beroo. *conf.* 71. *num.* 79. 31. 34. *lib.* 4. Tiraquell. *de jure primogenit. quæst.* 40. *num.* 118. Michaël. ab Aguirr. *in Apol. pro Rege Hisp. p.* 2. *num.* 299. 302. & *seqq.* Cravetta. *conf.* 677. *num.* 9. Neque enim, ut antea diximus, nostri jam instituti est, minuta hęc copiosiùs persequi, properàmus enim ad id quod caput est disquisitionis, ut nimirum in specie jura nepotis ex verbis Aureæ Bullæ examinemus.

42. Et sané ne antiquissima memoremus, repetat quis funestas illas in Electionibus Imperatorum confusiones, quas á tempore primæ illius ab Ottone III. factę constitutionis historiæ loquuntur, reperiet non tantùm plures sępé ejusdem familiæ illud sibi jus arrogasse, sed etiam in primogenituræ jura impunè sæpius involasse, quod infra breviter monstrabitur. Tempus itaq; erat huic rei post lugubre illud interregnum á morte Ludovici Bavari tandem oviam iri; Et obviam quoq; ivit Carolus IV. omnium principum & Procerum Imperii consilio & assensu, dum quid in Electionibus & successionibus perpetuis temporibus observari deberet, lege aperissima sanxit. Credat sera posteritas, & credet etiam, tantisper seculo nostro quietem & orbi pacem affore, quandiu Germania nostra Palladium hoc intactum habebit. Sin: frustra vetera illa mala sustulit & tollere conatus est prudentissimus ille patriæ Senatus, & quid tum aliud nobis expectandum, quàm antiqua illa Saturni secula?

43. Sed videamus ipsa verba legis: *Statuimus, ut postquam iidem Principes Electores seculares, & eorum quilibet esse desierint, jus, vox & potestas huiusmodi ad filium suum primogenitum, legitimum laicum:* ILLO *verò* NON EXISTENTE, ob oder nicht

were/ (ut ſunt verba Germanica, Goldaſt. *p.* 2. **der Reichsſatzung**/ pag 53.) *adejuſdem primogeniti primogenitum, ſimiliter laicum, & ſine contradictione cujuſpiam devolvatur. Si verò primogenitus hujuſmodi abſque heredibus maſculinis, legitimis, laicis ab hac luce migrarst, &c.*

44. In Capit. Metenſ. *Primogenitus filius ſuccedat in eis, ſibiq; ſoli jus & dominium competat.*

45. In Bullâ Francofurt. domus Saxoniæ: *Sancimus quod poſt dicti Wenceslai Saxoniæ moderni & Lüneburgenſis ducis obitum, primogenitus filius ipſius, & poſt ejus obitum ſenior filius, ex ordine genituræ ſemper ſenior. Si verò primogenitus Ducis Wenceslai deceſſerit, maſculini ſexus, laicis duntaxat legitimis heredibus non relictis, ex tunc ſecundogenitus, &c.* Ejuſdemque tenoris eſt Bulla Palatina á Sigiſmundo ſub Anno 1414. Ludovico data apud Goldaſt. *p.* 2. **der Reichsſatzung**/ p. 90.

46. Dictum eſt ſupra in omni ſucceſſione primam eſſe quæſtionem de hærede á teſtatore inſtituto, aut ſucceſſore vocato á lege. Vocatio enim & inſtitutio fundamentum eſt ſucceſſionis, & fruſtra omninó quæritur de qualitate alicujus, niſi vocatio quoque adſit. Si igitur probatum fuerit, poſt primogenitum, non ſecundo aut tertiogenitum, ſed omnes in recta linea ex ordine deſcendentiæ & genituræ lege Imperii vocatos primúm: Et poſtea ad lineam ſecundogeniti tranſitum factum, probatúm quoque erit nepotem per Auream Bullam præferri patruo. Non itaq; hic vim ponimus, in iis quæ ſupra in genere ex natura juris primogenituræ adduximus, quæ & ipſa tamen pro nepote ſufficere poterant, ſed ſpecialiſſimè in vocatione legis.

47. Primúm autem celebris & apertiſſima eſt illa deciſio JCti Modeſtin. in *l. cum ita, §. in fideicommiſſo de legat. 2. in fideicommiſſo*, inquit, *quod familiæ relinquitur, hi ad petitionem ejus admitti poſſunt, qui nominati ſunt; aut poſt omnes eius extinctos, qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore, quo teſtator mortuus, &c.* Theſis inde certiſſima exſtruitur, quod in omni omninó vocatione & inſtitutione primó nominati, primó ſint vocati, & igitur primó quoque ſuccedant, adeó ut nec quiſquã omnium ſit, qui diſſentiat, Covarr. *p. quæſt.* 38. *num.* 4. Theſſaur. *deciſ.* 64. *n.* 6. Anton. de Gamma. *deciſ.* 206. *num.* 23 24. *deciſ.* 174. *n.* 12. *verſ.* 5. *non obſtat.* Surd. *deciſ.* 84. *n.* 12. Cravett. *conſ.* 180. *num.* 2. & 3. Cujus rei rationem hanc habent, quod prior nominatus, magis quoque ſit dilectus, *l. cum pater, §. á te peto, ubi Dd. de leg.* 2. Alexand. *conſ.* 30. *nu.* 2. *vol.* 2. Etiam in prærogativa dignitatis, Pacian. *de probat cap.* 25. *nu.* 66. & *ſeq. lib.* 2. Adeó ut ob nominationem, fideicommiſſum conditionale tranſmittatur, Æmyll. Verall. *deciſ. Rot. Roman.* 21. *nu.* 2. *p.* 2. Gabriel. *de hered. inſtit. concl.* 2. *n.* 34. Cavalcan. *deciſ.* 19. *n.* 98. *p.* 3.

48. Nominatio autem eſt triplex, inquit Bart. *in l. Turpia, §. ſi pars, nu.* 5. *de leg.* 1. & Jaſon *in l. Titius. in pr. nu.* 13. *de lib. & poſſ.* Quędam eſt generalis, quæ hoc non pertinet, quædam fit nomine proprio, ut ſi vocetur, Titius vel Sejus. Quædam nomine appellativo, ut ſi primo, ſecundo aut tertiogeniti vocentur. Hæc ultima cum & ipſa ſit ſpecialis, nec in alio quoquam locum habere poſſit, æquipollet ſingulari, *d. l. Titius, in pr.* ubi Dd. Socin. *in l. Gallus, §. etiamſi parente, num.* 10. *ff. de lib. & poſthum.* Alexand. *conſ.* 127. *num.* 1. *lib.* 1.

Ea enim deſcriptione vocatus, dicitur ſigno indubitabili & nominatim vocatus, Simon de Præt. *de interpr. ult. volunt. lib.* 3. *interpr.* 3. *dub.* 4. *fol.* 2. *nu.* 11. & *ſeqq.*

Florez

Florez Diaz de Mena. *ad Gamm. decis. 93. nu. 3. vers. secunda conclusio.* De quo multo minus dubitari poterit, si vocatio fiat á lege. Nec enim alia nominatio aut vocatio legis esse potest, quám per nomina appellativa demonstrantia; sufficit itaque si per certam circumscriptionem & designationem id fiat, Cravett. *cons. 162. num. 4.* de quo in simili Menoch. *d. cons. 109. n. 164. & seqq.* & cum per se manifestum sit, nulla dissussione opus habet.

49. Jam verò in nostra hypothesi, lege imperii vocatur primogenitus; Eo non existente ipsius primogenitus, si ille sine liberis decesserit, tum demum secundogenitus eodem ordine: & post eum tertiogenitus; qui ordo vocationis & nominationis manifestus sat est.

50. Sed & secundo liquidissimé probabo, verba Aureæ Bullæ & declarationū inaperta esse, ut sive ad rationem juris civilis sive sensum ipsum exigantur, dicendū omninó sit, utroq; casu nepotem præ patruo vocatum: Non solùm si ipsi primogenito realiter delata fuerit successio, sed etiā in casu non delatæ successionis. In hoc n. tota controversia consistit. De primo, si nimirum primogenitus ad successionem ipse pervenerit, filium eadem ratione succedere debere, nemo mortalium dubitavit, aut hoc tempore dubitare potest. Atqui ex eodem illo casu, si nulla alia adessent argumenta, ad alterum casum ob certissimam voluntatis conjecturam indubié concluderetur. Regula enim omninó est generalis, quod quem quis filio hæredi, hæredem esse voluit, eundem etiam illo deficiente & non hærede facto, sibi absq; dubio elegerit. Eadem omninó est ratio in vocatione legis, Vigl. §. *si ex dispar. Inst. de vulg. subst.* quod multis decisionibus illustrat Surd. *decis. 37. per tot.* Menoch. 4. *præs. 65. per tot.* Simon de Præt. *de conject. ult. vol. lib. 3. in t. 5. dub. solut. 11. n. 46.* Trentacinq. *in tract. subst. p. 1. c. 1.* Sfort. Odd. *in tr. de compend. p. 6. art. 1.* Et absurdissimum sané sit in eo casu contrarium asserere, ubi lex aut testator non tam modum implementi, quàm effectum consideravit, Dd. *in d. l. Gallus, §. & quid si tantum,* ubi Socin. *in ult. notab. ff. de vulg.* Cephal. *cons. 469. n. 38.* Achill. de Grass. *decis. 302. num. 8.*

51. Adeoq; liquidissimi juris esse putatur, & meritó, quod substitutio facta decedenti post mortem, locum habeat si ille vivo testatore decedat: post Castrens. Bened. Surd. *d. decis. 37. n. 23.* Decian. *cons. 1. n. 109. lib. 1.* Neq; quenquam hic offendat vocabulum substitutionis. Qui enim ea aliud est, quam secunda vocatio, aut secundo loco vocatio aliud, quám substitutio, & quid interest, secundo loco vocatū an substitutum dicas? Et quidem ex eadē hac voluntatis conjectura Crassus in centumvirali Judicio contra Scævolam obtinuit, voluntatem testatoris esse, ut is non nato filio hæres esset, qui mortuo futurus erat, i. e. pupillari inesse vulgarem, quod magno consensu nostri sequuntur. Bart. Bald. Alex. Fulgos. Aretin. Socin. Jas. Decius, Bolognet. Ripa, aliiq; innumeri, quos habet Surd. *cons. 136. n. 26.* Et quantó id magis judicassent centumviri hoc nostro casu, cum nō nasci, & decedere ante aditam hereditatem, paria omninó sint, imó plus in primo illo, quám in hoc casu dubii sit: Et adeó enixa sit legis voluntas, ut primogenitus filius non tantúm pupillariter, sed & omni casu, etiam post aditam hæreditatem post patrem vocatus sit.

52. Sed & adsunt (tertió) verba clarissima, quibus in casu etiam non delatæ successionis vocatur nepos præ patruo. Postquam deficit Elector, inquit lex, ejus primogenitus & non existente, ejus primogeniti primogenitus succedat. Si moriatur Elector, ipsius primogenitus, & si ille non existat ejus primogenitus, conse-

quenter etiam eo ipſo caſu, quando primogenitus ipſe non fuerit hæres, apertiſſimé vocatur, quod notari velim á lectore, cum hic videat legem ipſam deſignare, quemnam primogenitum tempore delatæ ſucceſſionis vocet.

53. Atq: ita in ſimili iiſmet verbis vulgarem manifeſté comprehendit, ſe ipſit Jaſ. *conſ.* 134. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 74. *n.* 16. *lib.* 2. Id quod non ea ratione hic adfertur, quaſi præciſé vulgarem vocationem ſtatuam, ſed ut demonſtrem, quocunq; caſu impotentiæ, nepotem poſt obitum patris vocatum, & eadem omninó ratione admittendum eſſe, qua omnes juris antiſtites ad hoc uſque ævum ſubſtitutum ex vulgari, in caſu voluntatis & potentiæ admiſerunt. Nihil enim omninó differt, verum dicas, ſi Titius non ſit heres, Mævius ſuccedat; an, Titio non exiſtente, Mævius ſit heres. Nam & ipſe ſenſus demonſtrat, verba illa, ſi Elector moritur, primogenitus ſuccedat: Eo non exiſtente, ipſius primogenitus, per rerum naturam alium intellectũ habere non poſſe, quám ut nepos poſt primogenitum, etiam in caſu ab ipſo primogenito non aditæ hæreditatis ſuccedat, Menoch. *præſ.* 71. *n.* 10. & 4 Atq; hoc eſt, quod Caſtrenſ. *conſ.* 164. Socin. *conſ.* 252. *lib.* 2. Abb. *conſ.* 85. *lib.* 1. urgent. Si primogenitus & ejus filii vocentur, nepotem ſemper excludere patruum, nec enim illa verba alium ſenſum habere poſſe. Et quid illis opus fuiſſet, ſi primogenitus ipſe ſucceſſiſſet?

54. Rurſus (4) poſt obitum primogeniti ejus primogenitus vocatur. Verba illa, *poſt obitum*, omniũ Interpp. conſenſu, adeoq; ex naturali ratione, omne mortis tempus, abſq; ulla autem dubitatione illum caſum comprehendunt, ſi primo vocatus anté aditam hæreditatem deceſſerit, Bart. *in l. Centurio, n.* 32. Alex. *n* 70. Jaſ. *nu.* 231. Galiaula *n.* 422. Ripa *n.* 101. *de vulg. & pup. ſubſt.* & alii, quos habet Sfort. *de compend. in* 5. *part art.* 1. Nam licet ex ratione juris civilis dubitari poſſit, an & quando verba illa fideicommiſſariam vocationem & caſum aditæ hæreditatis contineant, quod laté examinat Menoch. *lib.* 4. *præſ.* 54. & 55. Id eſt, utrũ ſi primo vocatus antiſtitutus ſemel ſucceſſerit, poſt pubertatem ſecundus ex fideicommiſſaria vocatus cenſeatur, quod tamen ipſum hic nullã dubitationem habet. De altero tamen caſu, ſi ante pubertatem decedat primus, aut primus non ſit hæres, quód tum ſecundus, ita vocatus ſuccedere debeat, nemo tam veſani capitis fuit unquam, qui dubitaret.

55. Unde etiam quintum argumentum enaſcitur. Regula enim eſt ex *l. un. §. pro ſecundo, de caduc. tollend.* Quod quando duo fideicommiſſi gradus ſucceſſivi reperiuntur, licet primus deficiat, non tamen corruat totum, ſed remaneat fideicommiſſum penes primum hæredem, cum eo onere, ut ſecundo fideicommiſſario reſtituatur, de qua re infra latiús.

56. Ut autem (6) omnis omninó dubitatio tolleretur, vocavit lex ſecundogenitum & ejus lineam, tum demum, quando primogenitus, ſine filiis maſculis, deceſſerit. Non reſtrinxit lex excluſionem ſecũdogeniti ad delatam primogenito ſucceſſionem, quod notetur; non inquam lex excluſit ſecundogenitum eo tantúm caſu, quando primogenito delata fuerit ſucceſſio, ſed generaliter ſi primogenitus liberos habuerit. Illius enim Theſeos, ſi ſine liberis primus deceſſerit, ſecundogenitus ſuccedat, neceſſaria omninó ἀνυφορὴ eſt, ut ſi non ſine liberis deceſſerit, ſecũdogenitus non poſſit ſuccedere, *l* 40. §. 2. *de cond. & demonſtr. l.* 16. *de hered inſt.* Atq; hoc ipſum licet non aditum fuiſſet legi regni, ex conjectura tamen illa pietatis, *in l. cum avus, de cond. & demonſtr. l. cum acutiſſimi, C. de fideicom. l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſt.* ſupplendum eſſet Covarr. *d q.* 36. *n.* 11. Gamma *deciſ.* 174. *n.* 11. *verſ. minus etiam obſtat.*

57. Quem-

57. Quemadmodum etiam (7) verba illa, *si sine liberis*, etiamsi non semper; necomnibus casibus vocationem in se contineant, de quo ipso tamen hoc nostro casu dubitari omninó non potest: Omnes enim masculi hic puré vocati sunt; semper tamen & omni casu exclusionem secundo vocatorum comprehendunt; adeó ut qui eo modo aut conditione aut in id tempus (neq; enim ea hic distinguo) vocatus est, nunquam succedere possit, quam diu aliquis ex primo vocatis supereſt. Nec sané puto quemquam nisi rationis expertem hoc negaturum: Menoch. *præs. 76. in princ. lib. 4.* Cavalcan. *decis. 18. n. 114. p. 3.*

58. Tandem (8) filius primogeniti vocatus est post primogenitum: Igitur si primogenitus ante delatam successionem obierit, substitutus sive secundo loco vocatus omninó admittitur. Vulgatissima enim est juris Regula: Quod substitutus substituto censeatur substitutus institutio, §. *si Titius de vulg. subst.* Quod omnium consensu receptum est, & extat ad hanc rem uberrimum consilium Jason. *cons. 148.* Ubi regulam ita concipit, tertio loco substitutus admittitur, deficiente secundo substituto ad bona primi instituti, Paul. de Castr. *cons. 167. nu. 2. vol. 2.* Hotom. *cons. 67. n. 19.*

59. Tui jam judicii, benevole lector, esto, an & aliquid sit, quod patrui partes præ nepote, si ad Aureæ Bullæ verba, mentem, & vocationem, quacunq; etiam illa ratione consideretur, exigatur, tueri possit. Dicunt illi, primogenitum inspici tempore mortis: Aut itaque, ut quæ supra in hanc rem scripta sunt, prætereamus; hoc themate demonstrare volunt, secũdogenitum esse vocatum primogenito mortuo ante delatam successionem. Aut illum habere qualitatem á lege requisitam. Ultimum hoc falsum esse jam monstravimus, sed neque id satis, nisi etiam primum, id est vocatio, adsit. Aliâs enim nepoti paratissima semper exceptio est, quo ad te ædes liberas habeo, nisi etiam probes te esse vocatum.

60. Jam verò secundogenitus præ nepote, neque ex verbis, neque ex mente legis vocatur. Imó & verba, & mens legis primogeniti primogenitum nominavit, vocavit, designavit. Nulli itaq; rei generalis illa, & nisi rectè explicetur falsa brocardica.

61. Hæc pro nepote sententia licet naturæ, juri, legibus autem nostri Imperii liquidissimé conveniat: Inventus tamen est, qui censorem aget, & tanta quidem cum bile, ut imperitos transscriptores, secutuleios, Bruta mancipia, neotericos omnes illos habeat, quibus contrarium non placeat. Ego huic homini neoterici sunt, Spartiatæ, Franci, Hispani, Angli, tot & tanti juris Interpretes, ante aliquot non dicam secula, sed æva. Videamus tamen quidnam tanta promissione dignum adferatur.

62. Patruum dicit priorem & potiorem esse jure triplici: possessionis, proximitatis & ætatis. Cujus Theseos unam habet rationem, quod jura antiqua, consuetudo gentium Germanicarum, & rationis simul æquitas, ad ultimum possessorem respecerint, cui priximior gradu & inter pares gradu major natu successerit: id est, ut uno verbo, juris primogenituræ eandem esse rationem, quæ proximitatis & ætatis.

63. Nos contrà naturam ipsam, jura, consuetudinem gentium, legem nostri Imperii, proximitatem ratione primogenituræ inspicere, indeque nepotem præ patruo vocari, quia ex primogenito, & in primogeniti linea & stirpe, iis rationibus, quas

quas ſupra dedimus, & quod magis neque naturam, neque jura, neque conſuetudinem gentium, in jure primogenituræ, extra primam ſucceſſionem, ubi ſanè duo illa concurrunt, ut quis ſit ſimul proximior & ſenior, proximitatem & ætatem ita ſimpliciter agnoſcere.

64. Jura itaq; antiqua & gentium Germanicarum conſuetudinem obtendit. Exactis Regibus, poſtea omnes hæ leges exoleverunt, inquit Pompon. *in l. 2. de orig. jur.* Loquitur autem de Romuli, Tati, Numæ, aliorumq; Regum legibus & moribus. Quidni & nos? Mutato enim Reipub. ſtatu, mutari leges neceſſe eſt, inquit alicubi Livius, atq; inde de Auguſto rectè Tacitus 3. *annal.* Eum multis abolitis deciſſe jura, quibus pace & principe uteretur Reſpub. Eſto veterum populorum ea, quam author vult, conſuetudo fuerit: an & hodie eadem erit? Sed nec fuit illa conſuetudo, quod licet demonſtrare ſuperfluum ſit, quia tamen illis moribus hodie vivi video, ideo; agedum etiam hanc operam rei illi demus, quod ut rectiùs fiat, rem á principiis exordiri nobis liceat. Monſtrabimus autem neque in privatorum regularibus ſucceſſionibus, multoq; minus iis caſibus, ubi jura primogenituræ ſpecialiter introducta fuerunt, nepotem jure antiquo excluſum, & quod huic conſequens eſt, nullam omninó eſſe illam proximitatis & ætatis rationem. Cum itaq; in Occidente funeſtis illis gentium irruptionibus Romanum Imperium miſeré disjiceretur, varia quidem fortuna, & cum variis pugnatum eſt; Sed præter cætera Gothorum, Francorum, Longobardorum & Saxonum nomina & imperia clara fuere. Illorum origines per me legat, qui volet alibi, ſexcenta enim volumina de iis plena.

65. Quantum ad hanc rem facit, nemini ignotum eſt, Wiſigothos cũ primùm in Gallia Narbonenſi, poſt in ipſa Hiſpania regnum ponerent, æmulatione Romanorum 12. libros conſtitutionum collegiſſe, Cujac. *lib. 2. feud.* 11. Quidnam ibi in privatorum ſucceſſionibus juris fuerit *ex tit. 2. lib. 4.* abundé paret, neq; ita ſtamen nepotẽ expreſſim excluſum apparet, *ex l. 5. in pr. t. 13. 6. part. & in l. 241 in* fl. Styli. Gomeſ. *ad l. 8. Tauri. nu.* 10. Sed nec illud quicquam ad jura primogenituræ: Id enim non in privato heredis jure, ſed in Regum & Magnatum familia, quærendum fuiſſet Regibus autem & in Regia familia jus hoc primogenituræ incognitũ planè fuiſſe argumento eſt, q; etiam ipſi Gothorum Reges, initió præſertim, non ſucceſſione, ſed judicio populi eligerentur. Ut ex Iſidoro, Procopio, Jornãde, Franciſco Aretino, ſi operæ precium eſſet, pluribus monſtrari poſſet. Primus Pelagius, cum primus omnium rudera veteris Regni contra Mauros ſtabiliret, putatur ſucceſſioni Regiæ modum illum ſtatuiſſe, ut ſucceſſio filio primogenito cederet. Quæ lex repetita poſtea & ad rationes naturæ & omnium gentium revocata ab Alphonſo circa Anno 1241. cum totum Hiſpanorum jus & conſuetudinem in Partitas ſuas digeri curaſſet. Quod ſi verum eſt, Alphonſum non novum modum præſcripſiſſe, ſed modum á tempore Pelagii ſtatutum magis explicaſſe, Molin. *de major. tract 2. diſp.* 628. Manifeſté apparet á primordiis illius Regni nepotem excluſiſſe patruum. Etſanè cum ſub Anno 1407. patruus Ferdinandus nepoti ex fratre Heinrico & vulgi & procerum ſtudiis præferretur, ipſe tamen recuſavit, jus infantis & Hiſpaniæ conſuetudinem obtendens. Lipſ. *in Monit. Polit.* De quo jam eo minùs dubitari poteſt, quod *in l. Tauri* 40. hæc res planiſſima facta ſit.

66. In vicinia Luſitania quid obſervatum, explicatur á Saa. *n.* 40. *& ſeqq.* Et licet pro patruo aliquando judicatum fuerit, Gamma *deciſ.* 174. *nu.* 9. Aliàs tamen ann-

antiquiores pro nepote sententias latas idem testatur *dicis. 307. n. 2. & 14.* Utut sit, cum Johannes III. relicto fratre Henrico & ex primogenito filio nepote Sebastiano decederet, nepos tamen, Henrico licet natu majori prælatus fuit. Atque hæc, mi lector, prima sunt illa jura antiqua.

67. Francorum gens quænam fuerit & quibus initiis progressa Francogalliam tandem constituerit, non huc pertinet. In electione autem non successione primitus illud regnum constitisse, affirmant complures, illiqué rei adducunt, Aimoinum, Gregorium Turonensem, Urspergensem, Ottonem Frisingens scriptores vetustissimos, imó ipsum Caroli M. Testamentum, id quod latiús prosequitur Horom. *in sua Francogall c. 6.* Christoph. Lehnm. *Chron. Spir. c. 3. lib 2.* eleganter Matago de Matagonib. *adversus Matarellum.* Et sané Sigebertus sub a. 890. dicit Francos Regis filium excluisse & alterum elegisse; nec diversa habet Regino, sub anno 911. de Carolo simplice. Quod si verúm est, frustra ibi de jure primogenituræ quæritur. Aliud enim est successione & quidem ut primogenitus, aliud Electione regnum habere. Non ignoro quibusdam contrarium, inter quos etiam Bodinus & Massonus placuisse, qui loco quodam Cedreni & Agathiæ moti de eo tamen inter omnes convenit, quod in prima & antiquissima Regum Galliæ familia, filii ex æquo inter se regnum diviserint, nullo omninó primogenituræ ordine servato, ut ex vetustissimis & authenticis Galliæ documentis testatur, Tilius *lib. 2. de Reg. Gall. t. de filiis regum orum assign. & benefic* Serr. *in Invent. general sub Clodoveo & Clot.* Cujus rei exempla qui desiderat, eorum affatim in veniet apud Aimonum, Turonens. Regionem, Viterbiens. Paul. Æmyl. alioscue.

68. Consequens autem illi est, pertinere illam legem Cambræ Reginæ á nostro authore adductam ad fictos illos & pictos, Hunibaldi & Trithemii Reges Gallorum, ipsis etiam Gallis irrisos; quanquam nec illa lex quicquam adversatur. Quod autem subjicit, ex ea lege, Theobaldo, propatruum Childebertum, & huic Clotarium excluso Childeberto nepote successisse, in eo fidem historiæ desidero. Clodoveus reliquit Childebertum, Clotarium, Clodoveum & Theodor cum; omnes in regna divisi, Agath. *lib.* 1. Gregor. Turonens. *lib. 3. c. 1.* Aimon *lib. 2. c. 1.* Regino *sub an.* 421 Et itaque nullum hîc jus primogenituræ. Ultimó Mediomatrices obtigêre, qui filium Theodobertum, & hic, Theobaldum reliquit. Qui Theobaldum cum absque hæredibus esset, præterito etiam Childeberto ipso seniori fratre (quod in hoc themate observari velim) propatruum testamento hæredem instituisse dicitur. Malé hoc quidem habuit majorem natu, & moturus, al quid videbatur, ni & ipse moreuus absque hæredibus, frarri Clotario omnia regna reliquisset. Quis itaq; hic nepos illic excl sus? Paul Æmyl *lib. 1. sub Clot.* Agat. *lib. 2.* Gregor. Turon. *lib. 4. c. 9.* Tilius *in Chron. Reg. Franc sub ann. 556.* Joh. de Serr. *sub Childebert.* Francis. Guilm. *de Reb. Helvet. lib. 2.*

69. Neque hoc solúm in prima, sed & secunda familia perennasse superiora demostrant. Et sané ipse Carol. M. Pipino regnum Italiæ, Ludovico autem Aquitaniam assignavit, & tandem congregatis solenniter de toto regno Francorum primorib. cunctorum consilio, consortem sibi totius Regni fecit, ut habet Eginarth. *in vita ipsius*, & inde repetiit, Abbas Urspeig. Theganus, & alii Miror hoc pro patruo etiam ab eruditis adduci. Ut enim taceam vel electione, ut plures statuunt, vel in viriles partes successione, secundúm alios, regna tum divisa; Caroli certé M. testa-

mentum manifestissimé commonstrat, non hoc voluisse illum, ut patruus nepoti præferretur; Sed imó, ut si populus nepotem cujuslibet trium fratrum eligeret, patrui ipsius regnare permitterent filium fratris sui in portione regni, quam pater ejus eorum frater habuisset, ut sunt verba testamenti: Christoph. Lehman. *d. lib.* 7. c. 2. Matago. de Matagonib. *d. lib pag.* 200. Stetit itaq; tota hæc res in arbitrio populi & patris, non jure primogenituræ, quod ne quidem aliâs testamento aut aliâ voluntate mutare ille potuisset.

70. Sed ineptius adhuc est Decretum Imperiale Aquisgrani hac de re confectum. Ubinam illud decretum? Illud quidem habent Annales *Franc. Fuldens. sub an.* 814. *Ludovicum Aquisgrani.* Post obitum Caroli M. generalem conventum habuisse, sed nusquam legitur inter patruum & nepotem ibi litem agitatam de prælatione, vel causam cognitam, & pro patruo sententiam latam, præsertim circa an. 805. ut nostes annotavit. Nam ea ratione non tantum contra nepotem ex filio, sed & ipsum filium natu maximum pro minimo decretum habebimus, cum Carolus primogenitus anno demum 811. Non. Decemb. mortem obierit, Annal. *Fuldens. sub anno* 811. Tilius in *Chron. Gall. sub anno* 811.

71. Illud itaq; quod res est, dicamus, apud Francos in tertia demum familia. Et quidem sub Hugone Capeto, jus primogenituræ, *le droit de l. ameſſe* vocant illi, in Regum Galliæ familia incœpisse, & ad hæc tempora servatum, Serr. *in vit. Hug. Capetr.* Ideo quoq; sub Philippo III. constitutum est, ut ditio aliqua minoribus fratribus attribueretur. Unde postea jura appennagii, retró Regib. incognita, orta sunt, Choppin. *de doman. tit.* 3. *lib.* 2. *nu.* 2. Ab eo sané tempore annos abhinc sexcentos jura primogenituræ sanctissimé in eo regno observata videmus, in Ludovico XII. Francisco I. Henrico IV.

72. Et hæc ita apud Francos in Regni successione. Cæterúm quid in patrimoniis nobilium, imo in ipsa aliquándo hæreditate, Cujac. 2 *feud.* 9. juris fuerit, testatur Otto Frising. *lib.* 2. *c.* 19. *Mos est*, inquit, *in Burgundia, qut fere in omnib. Galliæ provinciis servatur, quod semper seniori fratri, eiusq; liberis paterna hæreditatis cedat auctoritas*; quod idem postea explicatum á Petr. de Vin ut jure Francorum vivere nihil sit, quam ut major excluſis minoribus solus succedat, *Lib. Epist.* 6. *epist.* 25. *& alib. locis.* Primogenito itaque fratri & ordiné successivo ejus liberis paterna hæreditas, jure Francorum obtigit semper. Hic enim est senior vel natu major. Siculæ gentis sunt, verbum *seniores* hic aucupari. Sexcentis authoribus probari possit, nihil aliud illa voce veteribus significatum, quám primogenitum, id est, qui illum naturæ locum obineret, non per fictionem juris. Et omnes omninó interpretes ad hæc usq; tempora jura Francorum vivere, nihil aliud significari dixere, quam ut solus primogenitus succedere possit & debeat, Hor. *in contr. nepot & patr. Cap. de iur. filii natu max.*

73. Atq; ita judicio Regis & Procerum, adolescenti Arcembaldo, cui á patruo Hammone de comitatu Borboniæ lis erat mota, idem jus datum, quod patri, si vixisset, adjudicarentur, scribit Paul. Æmyl. *lib.* 3. in vita Ludovici Crassi, & idem Serranus sub *anno* 1140. Mirum verò, omnibus Proceribus regni, imo ipsi Regi, & quidem in tantâ re, incognita tum fuisse ant qua jura Francorum, & post aliquot secula, hoc demum tempore rectè intellecta.

74. Atq; idem hic ordo ad nostros Germanos nos vocat. Hos autem propria jura & consuetudines initió habuisse, notius est, quám ut moneri debeat, adeó quia

eo quasi pro beneficio illis relictum fuit, eâ lege vivere, quâ vellent, Constit. Lothar. circ. an. 825. Theodoricus primùm sub ann. 514. collegit plerasque consuetudines, & quæ fidei Christianæ adversæ erant, sustulit, utp. æfatio in illas leges ostendit. quamquam eundem primò omniũ jus quoque civile Justiniani suscepisse & custodiendum curasse, edicto dato Augustoduni, scribit Franciscus Guilliman. *de reb. Helvet. lib. 2. c. 12.* quam rem etiam videri poterit Christoph. Lehnm. *Chron. Spirens. c. 39.* das dritte *lib. 2.* Carolum M. eadem jura Germanis reliquisse, Eginarthus *in vita ejus* autor est, & de Saxonum jure latiùs habet Petr. Heig. *q. 8. lib. 1.*

75. Portout de privato hæreditatis jure initium fiat, quemadmodum apud omnes eas gentes æqualis omninò successio liberorum fuit, ut apparet ex *legib.* Burgund. *c. 14. c. 75. c. 78.* Alemannorum *in l. Alemanniæ. t. 88.* Ripuariorum *t. 56.* Saxon. *t.* Angliæ. *t. 6.* adeo ut jure Saxonum, minori etiam electio data fuer t. gl. in Lehenrecht *art. 29.* Landrecht *lib. 3.* Andr. Rauchb *q. 40. & 41 p. 1.* nedum ut illum jus aliquod primogenituræ excluserit: ita nepotes cum patruis simul ad hæreditatem vocati fuerunt. Manifestum illud est *ex ll.* Burgund. *c. 75* & apertius. *c. 78. Ut nepotes eam partem habeant, qualem pater eorum habiturus erat.* Quimimò in ll. Longobardorum *lib. 2. tit. 14. constit. 18.* (ut & hosce adjiciamus) non tantùm nepos una cum patruo ad successionem vocatur, sed & *impium esse* dicit lex, *ut pro tali causa exheredentur filii, ab hereditate patris sui, pro eo quod pater eorum in sinu avi mortuus est, sed ex omnib. æquum cum patruis in loco patris sui post mortem avi percipiant portionem.*

76. Sed nec jure Saxonum aliter obtinuisse demonstrat text. in Lehenrecht *lib. 1. art 3* & gl. Landrecht *lib. 1. art. 17.* Gœdd. *cons. 67. nu. 1.* Ut nesciam quâ ratione in successione avi nepotes á patruis exclusos esse statuatur. Eodem sané pertinet id, quod sub Ottone I. sub *a. 937.* refert Wittichind. *lib. 2.* cum eadem hæc quæstio incideret, conventu populi Strelæ habito, omnibus placuisse, *filios filiorum computandos in filiis.* Non injuria quis iterum hic miretur, ubi igitur tum jura illa antiqua fuerint; Nec sic tamen requievit Imperator, sed cum rem gladio discerni voluisset, vicit pars, quę pro nepote faceret. Unde tum *firmatum fuit* (inquit Witichindus) *pacto sempiterno, ut æqualiter cum patruis hæreditas divideretur.* quam sive constitutionem sive Decretum, habet Goldast. *part. 2.* der Reichssatzung/ *pag. 4* sub an. 937. Christoph. Lehnm. *Chron. Spir. l. 5. c. 4.* Quamquam perperam illud ad jus primog. applicari existimem, quod in privatis certé successionibus tum non fuit in Germania. Idem habent quoq; Suevorum leges sive ut vocantur, Land- vnd Lehenrecht/ a. 1160. collectæ, *c. 255.* Veteri itaq; Germaniæ Jure nepotes cum patruis simul hæreditatem creverunt.

77. In illustribus familiis an diversum obtinuerit, ex qua ratione, brevissimè videamus. In iis sané primo loco semper fuerunt Imperatores, apud quos tamen frustra jus primogenituræ quæretur, cum non successione, sed electione, aut semper aut certé post Caroli Magni familiam suos habuerint Imperatores Germani.

78. In reliquis autem ut successio, nec ab initio, nec semper fuit hæreditaria, ita quoq; jus primogenituræ induci non potuit. Quamquam cum illis sané facere non possum, qui ante tempora Ottonum, nullos plané Duces hæreditarios habuisse Germaniam asseverant. Longé aliud de nobilissimâ Ludophi Ducis Saxoniæ familiâ scribunt Annales Francorum, Helmoldus, Albertus Stadensis, Urspergensis, Gobelinus, Regiuo, & veterum sedulus collector Georg. Frabric. *in Orig. Saxon.*

maximé *lib.* 2. Licet nondum eo tempore ſeniori filio omnia ceſſerint, in illo tamen præ reliquis nobilitatus, quod ſolus Ducis titulum & majorem terrarum partem, reliqui Comitum haberent, quod protogenii juri non diſſimile, Andr. Knich. *in Encycolpæd. c.* 1. *n.* 95. *& ſeqq.* Et in Saxonum antiqua familia videri poteſt apud Georg. Fabr. *d loc.* Albin. *Chron. Miſn. lib.* 1. *c.* 16. *in prin.* Non nego tamen maximè circa tempora Ottonum præ cæteros propter ea, quæ antea officii erant & temporanea, dignitatis & hæreditatia eſſe cepiſſe, ac feudi regalis nomine concedi, atque inter illa principe loco officia Imperii & ſuffragii Jura: Freher. *in Origin. Palatin. c.* 15. Quo ipſo quamvis jus quoque primogenii neceſſariâ conſequentiâ invectum eſſe videatur, ut ejus veſtigium manifeſtum eſt in Conſt. Frider. *in c. Imperialem, § præterea ducatus, de prohib. feud. alien.* per Frider.

Marchia ſeu Comitis poſſeſſio, ſive Ducatus,
Integra permaneat,

Inquit ejus Imperatoris Poëta Günther. Et ut ſanè illo argumento pro primogenituræ inductione Itali reſponderunt: Raudenſ. *reſp.* 1. *num.* 87. *& ſeqq.* Crotus *conſ.* 217. *num.* 96. *lib.* 2. Germaniæ tamen Annales teſtantur, ab omni ferè ævo in ſimiliis Principum, diviſiones terrarum frequentatas, id quod latiùs examinat Andr. Knich. *de Saxon. non prov. iur. verb. Ducum Saxoniæ. c.* 4. *n.* 191. *& ſeqq.* Et de notorià Germ. conſuetudine refert Gail. 2. *obſ* 153. *n.* 2. Unde etiam factum, ut communib. ferè votis placuerit, ex eo, quod feuda non dividantur, nõ ſtatim jus primogenii induci. Autorum Catalogum inveniet lector apud Roſenth. *de feud. c.* 9. *concl.* 51. *l.* 9. Neq; enim ea huc tranſcribere operâ dignum eſt. Et quid aliàs ſpecialib. in eam rem conventionibus opus fuiſſet in Ducatu Bavariæ, Brunſvicenſi & aliis?

79. Sola itaque Electoralis dignitas ſupereſt, in qua jus primogenituræ viguit. At quàm incerta & vaga initiò ibi fuerint omnia, tam ratione ſucceſſionis, quàm quod plures etiam ejuſdem familiæ ſibi ſuffragii Jura ſumerent, hiſtoria demonſtrat.

80. Cum ſanè primo per conjugium Ottonis, Ludovici I Filii, cum Agnete Palatinâ, ditio Palatina Bavariæ conjungeretur (antiquiora enim, ut incerta & incognita prætereo, Freher. *in Origin. Palat. c.* 11, *ſub fin.* Utriq; filiorum Ottonis, Ludovico II Severo, & Henrico, electio ſimul (ut tamen plurium vota pro uno putarẽtur) tribuit decretum Rudolphi I. Imp. *ſub a.* 1275. apud Gewold. *de Palatin. elect. p.* 13. Cum autem inter liberos Ludovici, Rudolphum & Ludovicum, de reliquis omnib. controverſiis tranſigeretur, Ann. 1313. etiam hoc placuit, ut Rudolpho quidem primogenito, quoad viveret, dignitas electoralis maneret, poſt ejus obitum verò ad fratrem Ludovicum: utroq; mortuo, ad ſeniorem alterutrius filiorum devolveretur ſin ad diviſionem provocarent, nulla ætatis haberetur ratio, ſed illi Electoratus cederet, cui in diviſione illa obtingeret. Non hîc diſputo de validitate illarum pactionum, nec utrum jure ita tranſigi potuerit, & in præjuditium quidem ſucceſſorum, ſed hoc ſolùm noto, nondum tum temporis certo ſatis ordine firmatum jus ſucceſſionis, & incertius quidem eſſe & fuiſſe, quàm ut ex illis confuſionibus ad præſentem ſtatum duci argumentum debeat, aut poſſit; aliàs non tam contra nepotem, quàm contra ipſum etiam ultimi poſſeſſoris filium, & infinita alia inconvenientia habebimus. Rudolphus ſanè cum poſtea ſuffragium ſuum non fratri Ludovico, ſed Friderico Auſtriaco daret, in exilium ab eo ejectus eſt, in quo etiam A. 1319. vitam clauſit. Eo extincto

extincto majores etiam in hac re turbæ exortæ sunt. In eo quidem Ludovicus Imperator nepotibus ex fratre æquior fuit, quod in transactione Pavensi de Anno 1329. alternis vicibus electionem ab utriusq; filiis fieri debere juberet: Gewold. *d. tr. pag.* 11. & interim primas Rudolphi fratris, quippe majoris natu, secundas autem suæ sobolimbueret, Aventin. *lib.* 7. Andr. Ratisbon. *pag.* 78. Leod *de Palatin. orig. p.* 20. Sed eodem postea factum, ut non tantùm Rudolphi filii omnes, sed & Ludovici quoque tota posteritas se negotiis Imperii ingereret. Ita enim de conventu ad Rense A. 1338. habito, scribit Avent. *d. lib.* 7. *Convenere Rudolphus, Ruperti duo, & Stephanus præsidium prætorio: cum nondum decretum esset, quinam eorum comitiis Cæsarei suffragiũ ferret,* de quo etiam illi Ruperti ad Urbanum VI. Papam conqueruntur: Freher. *de Palat. Elect. fol.* 30. Cui accessit postea altera injuria in Rudolphi ipsius sobole. Nam Pueri Rudolphus II. & Rupertus é primogenito fratre nepotem Rupertum ab electorum seeludere conati sunt. Vides, mi lector, miseras, incertas, & dubias tum temporis successiones, & modó in altera stirpe vicissitudinarias alternationes, quas cum jam satis diu tranquillitatem publicam exercitam habuissent, Carolus tandem IV. consensu & authoritate omnium Imperii Procerum tollere studuit. Illud ut fieret ante omnia certo suffragio in Electorum collegio opus erat. Atque ideo contra Stephanum & Ludovici IV. familiam pro Ruperto, eó quod in possessione Palatinatus & Electoralis fastigii esset, Anno 1354. apud Freher. *de legit. tut.* & iterum An. 1356. decretum datum. Contra Stephanum, inquam. Nam utrumque illud decretum non propriè contra Rupertum ex fratre nepotem esse, manifestissimé apparet ex decreto confirmatorio transactionis A. 1356. unde tum primùm apud Carolum IV. & omnes Electores Imperii seculares & Ecclesiasticos, causam inter Rupertum seniorem & medium agitatam, & tandem certis pactis transactam constat.

Error itaque est ex priotibus, rationem decidendi ad controversiam inter Rupertum seniorem & medium desumere, aut simpliciter inde concludere velle, sive id fiat in rectâ sive obliquâ lineâ; Itaque nepotem é fratre primogenito sententiâ Imperatoris & consuetudine tum exclusum fuisse, contra quem ne quidem ulla sententia lata fuit. Non certé fuit jus, sed abusus, non consuetudo, sed vis & injuria, á nemine quidem Statuum approbata, sed cui tamen, ut tunc erant secula, vix aliter quam lento nisu medicina fieri poterat. Atque ideo Rupertus medius accerrimé patruo Ruperto contradixit, non certé facturus, si ea consuetudo certa fuisset. Et Imperator Carolus, eodem anno, iisdem Comitiis transactionem duorum Rupertorum tam habuit, non itidem facturus, si consuetudo Imperii contrarium tulisset, aut decisiva sententia contra Rupertum medium jam data fuisset. Fuit autem transactum, ut Rupertus quidem patruo, tranquillitatis publicæ studio, libenter tandem cesserit, sed quoad ille tantùm superstes esset; Habe sich mit gutem Willen erkläret/ daß er seinem Vettern die Stimme vnnd Kûre an der Wahl eines Römischen Königs/ wolgan/ vnnd gûnnen will/ dieweil der ehegenente sein Vetter lebt. Itaque sibi etiam post mortem patrui, jus successionis adeo reservavit, ut quandoque casu, sive Rupertus senior liberos reliquerit sive non, semper tamen successio sibi salva esset. Utrumque decretum habet Goldast *p.* 2. Der Reichsatzung/ *pag.* 64. 65: meminit Freher *de Palatin. Elect. pag.* 31. *Heidelbergens.* In gründlicher Widerlegung Newburgischer Prætension, *fol.* 30. Et quis adeo bardum habere velit Imperatorem cum omnibus Imperii Proceribus, ut Ruperti liberos, si qui fortè illi nascerentur, á

successione excludere voluisset, si consuetudo Imperii Patrem illorum in solio Electorali posuisset, aut ut hanc prioris decreti æquam & justissimam moderationem confirmaret, si ea contra Imperii Jura & priorem sententiam fuisset? Illustrissimum certé argumentum non Imperatorem, non omnes Imperii Status, illud tum temporis pro consuetudine aut pro jure habuisse, quod hodié tale venditatur. Quę omnia, ut eo melius percipiantur, paradigma in gratiam Lectoris, cui fortè hæc non ad manum, adjicere volui.



80. Sed nec in Saxonica Anhaltinæ stirpis familiâ, quę tum Electoratui Saxoniæ præerat, minora incommoda erant. Fateor autem illius stemmatis genealogiam inextricabilis labyrinthi esse. Krantzius, Brotuffius, Faustus, Melanchthon, Spalatinus ipse, rerum Saxonicarum & Archivorum peritissimi longé aliud schema texunt, atqué Fabricius, Henninges, Reusnerus, Brunnius, & alii, ut proinde vix sit ut aliquid certi inde desumi possit. Si posteriorum fidem sequamur, maxima injuria facta est Johanni I. ab Alberto II. Fuit enim Johannes primogenitus Alberti I. & á fratre tamen Electoratu secundum Fabricium exclusus. Unde postea Ericiá Johanne descendentes, non tantúm alterius lineæ Principibus perpetuam controversiam moverunt, sed & in electionibus Imperatorum tot turbæ natæ sunt, cum diversi diversis suffragium darent. Johannes Ludovicum Bavarum; Rudolphus Friderici Austriacum, ut ex Originalibus Electorum literis edocet Gewold. *ad Respons.* Freher. *p.* 18. Post Rudolphus Carolum IV. Ericus Schwartzburgium elegit. Krantz. *lib.* 9. *Saxon. c.* 26.

81. De Electoratu Brandeburgensi nihil addo, quod veteres possessores illa terra varié mutaverit, usque ad Illustrissimam illam familiam, quæ hodie á duobus & quod amplius excurrit seculis, terras illas latissimas, interrupto plané ordine descendentiæ regit.

82. Atque ita habes, benevole lector, quasi in parvâ tabellâ breviter positum, quænam facies omnium successionum in Germania ad Carolum IV. fuerit, ut tibi inde constaret, quantæ molis fuerit, barbaras illas confusiones & abusus tollere, & melioribus tandem fulcris firmare jus successionis Electoralis, & primogenitu-
ræ. Abusus erat, ut pluribus unius familiæ suffragia tribuerentur, ut alternatim fe-
rent elec-

ter electio, ut primogenito præriperetur dignitas electoralis, ut sub specie Senioris ipse etiam filius ultimi possessoris, & aliquando nepos excluderetur. Omnes istas confusiones damnavit Carolus IV. damnavit totus Imperii Senatus, & ne futuris temporibus hæc scandalorum & dissensionum materia resuscitaretur, Imperiali autoritate statuit, & lege perpetuis temporibus valiturâ decrevit, ut inter plures filios ad solem primogenitum, & eo non existente ad ejusdem primogeniti primogenitum, Electoralis dignitas devolveretur, quo ipso omnes errores, qui irrepserant, sustulit, id quod postea specialibus bullis explicatius adhuc Carolus ipse & Sigismundus distinxere. Et sané ab eo tempore illud sanctè observatum est, de quo tamen quæ præterea monenda erunt, infra tribus verbis mentio fiet.

83. Paulò ante hæc tempora, de quibus jam egimus, inter Carolum nepotem Regem Ungariæ, & Robertum patruum de regno Siciliæ exorta erat quæstio. Pontifex quidem pro Roberto sententiam dedit, neque aliter poterat ille, cum vel hoc saltem hostimentum magnæ operæ, quâ ipsi contra Imperatorem strenuè semper præstiterat, deberet, & ut in posterum eum quoque devinciret. Non abs re autem miretis, pro fundamento illud adduci, cui ferè omnes ejus ætatis contradixere, Pontificem partialem, & infesto in Imperatorem animo fuisse clamantes. Bald. sanè succurrit, *in l. ex hoc iure, de iustit. & iur.* se alibi tentasse dicere per multas rationes & leges, utrum Ecclesia Romana justè in hoc indicaverit, sed se tamen, inquit alibi, ad tanta judicia habere oculos nycticoracis. Ideo solvat Apollo, ait idem, *in Cum antiquioribus, de iur. deliber.* Ab aliis, ut & Cuiac. 2. *feud.* 11 notatum est, eundem hunc Robertum pro nepote in negotio Comitatus S. Severini judicasse. Et quid causæ esse dicamus, quod idem Robertus, Caroli filium Andream adoptare maluerit, quam ut fratri Regnum post mortem traderet, cui aliàs ex contraria hypothesi, Regnum jure optimo maximo debebatur.

84. Et hæc sunt illa Jura antiqua, quibus Franci, Saxones, Wisigothi, Longobardi, Germani, usi fuerunt. Interim ad tuam censuram & fidem provoco, Lector, an tu etiam ex animi sententia judicare possis, in iis nepotem nedum in jure primogenituræ, sed ne quidem in privatorum successionibus exclusum.

85. Nam quod præter hos Vandalorum in Africa institutum objicitur, frustra fit. Habet quidem Procop. *lib.* 1. verba illa è Gizerichi testamento, ut per manus ejus regni successores illi propinquiori ex genere virilis prolis traderetur, & ex his qui ætate præcederent, sed barbaro planè instituto. Nam, ut Jornandes *lib.* 1. *de reb. Get.* ille rectè explicat, major semper succedit, hæredibus etiam ultimi possessoris exclusis. Ita enim, ipso Procopio teste, post Gizerichum ejus filius Honorichus, post hunc Gundabundus Genzonis primogeniti filius, tum Trasimundus successere. Tandem rursus ad Hildericum Honorichi filium reditio facta, inter quem & Gilimerum Genzonis primogenitum lis de Regno fuit. An hoc Numidarum institutum Germanis obtrudi debeat, alii judicent.

86. Sed & in Angliâ ejusmodi primogenituram obtinuisse, neq; Smithus, Schenck. Gabriel. Cujac. Berl. neque alii, sed hoc potius habent, quod in eo regno primogeniti in omnibus bonis, reliquæ soboli præferantur. Quod & de Scotis post Buchananum testatum reliquit Bodin. *de Repub. lib.* 6. *c. ult.* Buchan. certè toto *lib.* 4. *hist. Scotic.* ne minimam quidem ejus primogenituræ, quam hic author vult, mentionem facit, nisi forte illam legem intelligat, quam Fergusio defuncto latam esse scribit,

ſcribit, ut Regum liberis nondum adultis, propinquorum, qui maximé videretur regno idoneus, is rerum ſummæ præficeretur. Eo mortuo regni ſucceſſio ad Regis ſuperioris liberos perveniret. Alienissimum in hanc rem, quam tractamus inſtitutum. Neſcio autem, an eundem *lib. 6.* ſub Kennero inſpexerit. Tum enim primum certa de ſucceſſione lex in eo regno lata, circa annum 994. Ut quemadmodum Regi maximus nutu filius in regnum ſuccederet, ita filio ante patrem defuncto, nepos arroſurrogaretur. Imó ne aliquid dubii ſuperſit, qu snam apud Britannos pro primogenito & olim & hodie habitus, Polydor. Virgil. ſub *an.* 1377. & Bald. *in l. ex hoc iure, D. de iuſt. & iur.* commemorat, quod Richardus Secundus ex primogenito Edvardo præmortuo, patruis prælatus fuerit, ut ille quidem expulſus poſtea ab Henrico IV. tertiogeniti filio, ſed cujus poſteritas in Henrico VI. á ſecundogeniti ſtirpe pœnas condignas luit, ut infra in linea tranſverſa breviter dicetur.

87. Adduntur populi Hiberniæ. Audiamus eruditiſſimum Wilhelmum Camdenum, & ſi quis alius, diligentiſſimum Britanniæ ſcriptorem eo loco, ubi Hibernorum mores depingit. fol. m. hi 788 *Ius hæreditarium*, inquit, *apud hos Magnates non obſervatur, ſed qui ex præcipua aliqua familia viribus clientelis & audacia potentior, dominatum quadam provincialium factione aut electione ſibi arripit, demortui filiis, nepotibus & ſanguine proximis*, (neque tamen ctedere poſſum talia primogenituræ jura hodie quæri) *omninó excluſis, & barbaris ceremoniis in ſolio ſaxeo ſub dio, certo aliquo monticulo collocatur, quo etiam tempore lege quadam, Taniſtri dicunt, ſucceſſor aliquando deſignatur, qui Taniſt nuncupatur*, & quæ ſequuntur.

88. Normannorum legibus, utrum nepos á patruo in hæreditatibus excluſus fuerit, ut ex Tiraquello author refert, aut quidnam Vilzis Slavæ genti moris fuerit, abſq; ullo diſpendio neſcire poſſumus.

89. Longobardis autem injuria omninó fit, cum LL. eorum contrarium diſponant.

90. Atque hæc eſt, mi Lector, tota ſumma eorum, quibus ex jure antiquo & Gentium Germanicarum conſuetudine nepoti patruum prælatum differitur. Ac bono ſucceſſu, verbum non addo, tu Lector ipſe in ito calculum & commune placitum inde extrue.

91. An autem pater in præjuditium filii jus primogenituræ fratri reſignare poſſit, alia longé eſt quæſtio, quanquam illud Interpp. ferè ad unum omnes, & quidem ex ratione Juris & naturali æquitate negarint. Copioſiſſimé Tiraq. *de primog. q.* 24 & 26 Menoch. *conſ.* 599. *nu.* 7. *lib.* 6. Gomez. *ad leg. Tauri*, 40. *n.* 70. Palaez. *de majorat.* 3. *p. q.* 18. *per tot.* Molin. *l.* 1. *de primog. c.* 6. *n.* 44. & *l.* 3 & 2. *n.* 22 & *ſeqq.* Diaz. de Memna *ad Gamma deciſ.* 92. ubi plures. Neque id tamen, vel in eam rem adducta paradigmata ſtrictiùs examinare noſtri eſt inſtituti: non enim ea huc pertineat, & nos ad lineam tranſverſam properamus.

92. De qua in genere primó agamus, non inepté proportio linearum pro fundamento primo ponitur. Nam natura ipſa edocet, non aliam eſſe poſſe rationem ſecundæ lineæ ad tertiam, quám quę eſt primę ad ſecundam. Et quocunque tandem modo in prima linea reſpectu nepotis radicatio conſideretur, ſive ex vocatione legis, ſive ex primi adquirentis ſucceſſione, ſive ex nativitate ipſius primogeniti: eadem ſemper eſt ratio in ſecundogenito. Demonſtratum autem jam eſt, in prima linea nepotem excludere patruum.

91. Mo-

93. Monstratum (II.) est, totum jus primogenituræ duobus fundamentis initi, prærogativæ naturæ & juris. Si igitur, ut in rectâ lineâ primus præ secundo; ita in transversa secundus habet prærogativam naturæ præ tertio: ita etiam necessarió prærogativam juris. Hæc enim sunt inseparabilia & reciproca.

94. III. Et quemadmodum primogenitus eo statim momento, quo nascitur, primum naturæ & juris locum obtinet, qui etiam ad secundogenitum nunquam transferri potest, quandiu aliquis contra tertium continua serie habere.

95. IV. Cui consequens est, cum secundogenitus eo ipso instanti, quo in lucem editur, quoad omnia jura primogenituræ suo loco & tempore jus radicatum & quæsitum post primi lineam habeat: quod illud etiam hujus stirpi & lineæ, quamdiu ea superstes, adimi non possit, non magis quàm tertiogenitus fiat secundogenitus, aut hujus linea vel stirps, illius linea vel stirps.

96. V. Ne aliás vana & erratica planè fiat, non primogenitura tantùm, sed ipsa etiam natura, quod contraria ratione fieri facilimè doceri posset.

97. VI. Unde etiam factum est, ut communissima omnium sit opinio, primam à secundam, & de secunda ad tertiam, nunquam transitum fieri, etiamsi in una vel altera millesimo quis sit gradu constitutus, ut loquitur Bald. quamdiu ex prima aut secunda aliquis supereſt. Tiraquel. *de iur primog. q.* 10. *nu.* 21. Wilhelm. de Mont. *Sett. de succ reg. m. n. dub. num.* 8. Castrens. *cons.* 164. *num.* 5. *lib.* 2 Roland. á Valle *consil.* 39. *nu.* 47. *vol.* 4. Zampin. *in tract. de prærog. succ. princ. Franciæ.* Florez. Diaz. de Mena *ad decis. Aut. Gamm.* 7. *vers. quintus casus est.* Atque eôdem lectorem remittimus, si fortè his non contentus, plura ex generali juris primogenituræ natura haurire desiderat. Ab initio enim monuimus nostræ intentationis hîc non esse, eam rem plenè tractare, aut ab aliis jam tractata huc exscribere, sed potius in legibus Imperii fundamentalibus, veram decisionem quærere velle.

98. Verba itaq; Aureæ Bullæ sunt: *Si primogenitus huiusmodi, absq; heredibus masculinis, legitimis, laicis ab hac luce migrarit, virtute præsentis Imperialis Edicti, ius, vox & potestas Electionis prædicta ad seniorem fratrem laicum per veram paternam lineam descendentem, & deinceps ad illius primogenitum laicum devolvatur. Et talis successio in primogenitis & heredibus Principum eorundem, iure, voce, & potestate prædictis perpetuis temporibus observetur.* In Capitulis Metensibus: *In quo casu secundogenitum, si fuerit in ea progenie, seu alium seniorem fratrem vel consanguineum laicum, qui paterno stipiti in descendenti recta linea proximior fuerit, volumus successurum.*

99. Bulla Francofurtensis. *Si verò primogenitus Ducis Wenceslai præfati decesserit, masculini sexus, Laicis duntaxat, legitimis heredibus non relictis, ex tunc secundogenitus filius Wenceslai Ducis prædicti, & post obitum eius, secundogenitus filius senior Laicus, & si secundogenitus sine heredibus legitimis, masculini sexus, Laicus decesserit, tertiogenitus, & perpetuis temporibus obtinebunt, per successionem hereditariam & paternalem, ut præmittitur, ex ordine genituræ.*

100. Secundum hæc ponamus, primogenitum absq; hæredibus decessisse, relicto nepote secundogeniti & fratre tertiogenito. Uter sit præferendus quæritur? De primo hoc casu non opus est multis, cum ejus resolutio clara sit non tantùm ex iis, quæ in linea recta adduximus, sed & quæ infra de altero casu tractabuntur. Et sanè cum omnis successio fundamentum suum habeat, aut in repræsentatione, aut transmissione, aut vocatione propria, decisionem hujus quæstionis, non aliunde

deſumemus, quam ex ultimo, id eſt, legis vocatione. Nam quemadmodum abſurdiſſimum ſit, non vocatum ad ſucceſſionem admittere: ita etiam non rationi, non juri, ſed naturæ ipſi bellum inferatur, ſi poſteriori loco vocatus primum nominatū, ſubſtitutus inſtituto, minus dilectus cariorem, imo ille qui ad certum tempus, aut in certam conditionem vocatus eſt, puré vocatum excludat. Notiſſima hæc ſunt, & in dubia principia, ut vix operæ precium ſit vanis allegationib. paginas implere, aut lectori moleſtiam creare. Quis itaq; in Aurea Bulla poſt ſecundogenitum primo loco vocatus & nominatus eſt? Nō utiq; tertiogenitus, vel alius ex illa ſtirpe, *ſed ſecundogeniti filius ſenior*. Tertiogenitus ſubſtitutus tantūm eſt ſecundogeniti maſculis, & tum vocatus, quando nulli liberi ex ſecundo extant. Quod ſi non dico jura manifeſtiſſima, ſed ſenſus communis in conſilium adhibeatur, facile erit judicium, utri ex his ſucceſſio debeatur. Frater meus ex aſſe mihi hæres eſto; *Si frater meus non ſit hæres*, aut ſi deceſſerit ſine libris, Strichus & Pamphilus hæredes mihi ſunto. Noluit eos teſtator hæredes eſſe, utroq; caſu, vel ſi ipſe frater hæres fuerit vel deceſſerit, priuſquam hæreditatem adiret, liberis relictis. Nam prudens conſilium teſtantis animadvertitur. Non enim fratrem ſolūm hæredem prætulit ſubſtitutis, ſed & ejus liberos, inquit prudentiſſimus Scævola *in l. Titius. ff. de hared. inſtit.* Aut aliud ille reſponſurus erat aut reſpondere potuiſſet hoc caſu? Secundogenitus ſuccedat; ſi ſine libe is deceſſerit, tertiogenitus. Noluit enim lex tertiogenitum ſuccedere, non tantūm ſi ſecundogenitus ipſe vel poſſit, vel velit eſſe hæres, ſed & eo caſu, ſi priuſquam hæreditatem adiret, liberis relictis decederet. Non repeto, quod ſubſtitutus ſubſtituto cenſeatur ſubſtiturus inſtituto, aut alia, quę ſupra in deſcendentili-nea ad hanc etiam rem pertinentiſſimè allata ſunt.

101. Sed quid tum dicendum, ubi primogenitus non tantūm ipſe, ſed & maſculi ipſius ex ordine genituræ ſucceſſerint: Ultimo autem abſque liberis decedente, inter ſecundo & tertiogeniti lineam quæſtio ex eo incidat, quod forte extertiogenito ſuperſtites, illum, qui ex ſecundogenito eſt, vel gradu, vel ætate antecedat? Et hic eſt alter caſus, de quo etiam Aurea Bulla apertiſſimè providit. Lite autem ex ſuperioribus facilem & manifeſtam habeat deciſionem, unum tamen atq; alterum ex legis noſtræ verbis addamus.

102. Pro ſecundogeniti autem ſtirpe hæc ſunt. Nobili primo illud reſponſum Modeſtin. *in d. l. cum ita legatur. § in fideicommiſſ.* ubi Bart. Imol. Caſtrenſ. Aſciat. & alii, *de leg. 2.* Semper enim & ubique verum eſt, ut primo nominati primō, poſtomnes eos extinctos ſecundo loco nominati, & ita perpetuo ordine ſuccedant. Neq; hic quiſquam objiciat, dubitari tamen in ſucceſſionibus ab Interpp. utrum proximitas gravati, an teſtatoris gravantis attendenda. Illa enim quæſtio de qua ſcio profactorum diverſitate, non eadem eſſe omnium mentem, tum omninō locum non habet, quando ſpecialiter & diſpoſitivé nominati & vocati adſunt. Eo caſu non quæritur de proximitate vel majoritate, ſed vocatione; Repetentes *in l. Gallus. § quidam rectè.* ubi Ruin. *n. 28. de lib. & poſth.* Bald. *ad d. § in fideicommiſſ. notab. 2.* Teſaurus *deciſ. 64 n. 4.* Cephal. *conſ. 493 n. 43.* R. Ia Valle *conſ. 100. n. 13. vol. 1.* Et itaq; veniam mihi dent homines doctiſſimi, ſi nondum credere poſſum, tertio & ultimo loco nominatum, præferendum ſecundo loco vocato. Pergo.

103. Si primogenitus ſine liberis deceſſerit, ſuccedat ſecundogenitus & ejus liberi maſculi ex ordine genituræ, inquit Lex. Aut itaq; Lex ad primum tantum

caſum

ejsum respexit, ut nimirum secundogenitus ejusq; liberi tum vocati solùm censeantur, quando primogenitus sine liberis moritur: Aut ea est legis sententia, ut non tantùm primum, sed etiam omnes casus sequentes comprehendat, ut nimirum quandocunque primogenitus aut ejus etiam liberi masculi sine hæredibus decedant, ad secundogenitum & ejus Seniores ex ordine genitura successio devolvatur. Alterutrum enim dici necessum est. Primum nemo nisi meris planè inops affirmabit. Nam quamquam conditio, *si sine liberis*, non semper præsumatur repetita in nepotib. quod post illos latè examinat Menoch. *de præs. 69 per tot.* Hartm. Pistoris *q. 9. p. 3. per tot.* Hic tamen res longè aliter se habet, quod pluribus demonstrare superfluum sit. Qui enim illud asserere velit, eadem etiam opera secundo & tertiogenitum excludat oportet & cum frustra omninò de prælatione amplius quæritur. Nec itaque alia legis voluntas fingi aut esse potest, quàm ut secũdogenitus & ejus liberi vocati sint, quãdocunque & quocunque in casu primogeniti linea finita erit. Huic autem consequens omninò necessarium est, ut non secundogenitum tantùm ipsum quippe qui tot generationibus per rerum naturam superstes esse non potest, sed etiam ejus liberos vocaverit lex, ut, inquam, non tam secundogeniti personam, quàm omnes ejus posteros ex ordine descendentiæ respexerit lex. In his enim solis vocatio legis post primogeniti lineam (quod probè notari velim) locum habere potest. Ridiculus enim & absurdus fuisset Imperator cum omnibus Imperii Proceribus si secundogenitum post omnes è primogenito, forte, an post aliquot secula vocavisset, quem tamen nunquam successio contingere potuisset. Quod cum dicendum planè non sit: Camillus Gallin. *de verb. signif. lib. 6. cap. 17. num. 5.* Raudens. *resp. 1. num. 219. lib. 2.* Maltò autem minus Imperatorem inanes fecisse tot vocationes in personis, quas scirebat non superfuturas esse tempore evenientis conditionis: Menoch. *cons. 106. n. 551.* Clarissima sanè legis sententia est, non secundogenitum tantùm ipsum, sed & omnes ejus masculos (in illis enim solis, ut dictum est, hæc vocatio verificari potest) post primam lineam simpliciter vocatos & tertiogeniti lineæ adeoq; quibuscũque alios prælatos esse. In simili Castr. *cons. 164. c. 1. vers. secundo dico. libr. 2.* Roland. à Valle *cons. 38. n. 38. vers. nam advertendum est l. 4* Socin. *cons. 126. nu. 13. vol. 1.* Quibus addatur Bart. *in l. qui filiab. n. 5. vers. item quando testator.* Gabriel. *cons. 121. n. 20.* Cephal. *cons. 262. n. 14.* Curt. jun. *cons. 22. n. 8.* Videatur Raudens. *decis. 31. num. 261. & 262.* Decian. *95. 1. n. 344. lib. 1.*

104. Tertiò edoceri velim, quamnam vim contrariæ opinionis assertores hisce verbis: *si primogenitus sine liberis discesserit*, tribuant. Unum enim de duobus statuant oportet, aut quod conditionem importet, id est, ut eo ipso, quo primogenito liberi nascuntur, evanescat illa vocatio: Aut quod vim suspensivam tantùm habeant & ordinem successivum, adeoque temporis illam extremitatem denotent, ut secundogenitus & ejus liberi tum succedere possint & debeant, quandocunque ex primogenito liberi nulli amplius supersunt. Et quidem regula est, quod substitutus propter defectum conditionis excludatur: *l. 114. § cum erit. de leg. 1. l. ex facto, 17. § ex facto. ff. ad Trebell.* Elbert. Leon *cons. 73. nu. 5. 60.* Nisi alia defuncti voluntas probetur, ait Imperator, *in l. 1. C. de condit. inser.* Rimnald. jun. *cons. 21. num. 53.* Surd. *cons. 90. num. 34.* In quo, si fundamentum assertionis ponitur, iterum dico, frustra amplius quæri, vel de secundo vel tertiogenito, vel ullo alio, cum tota secunda vocatio ob existentiam liberorum ex primo, & defectum conditionis expiraverit. Id verò cum nimis

abſurdum ſit, & expreſſiſſimé conſtet, legem Imperii hoc potius velle, ut perpetuæ genituræ & deſcendentiæ ordine, Electoratus de gradu in gradum, de perſona in perſonam ſecundum ordinem factæ vocationis devolvatur: Sequitur infallibiliter ſuſpenſionem tantúm ea diſpoſitione denotari, ut nimirum nemo ex ſecundo vel tertiogeniti ſtirpe ſuccedat, quamdiu primogeniti linea durat. Hoc poſito, neceſſariò itidem ſequitur: Remota itaque primogeniti linea, ut quæ primo loco obſtabat, & cui, ut ita loquar, προτίμησις in ſucceſſione competebat, ſequentem vocationem ſecundogeniti & eorum, qui ex illo ſunt, puram jam eſſe, per not. á Dd. *in l. final. ad Tertull.* Surd *conſ.* 186. *n.* 15. Honded. *conſ* 6. *n.* 38. *vol.* 1 Burſat. *conſ.* 133. *n.* 1. Ita enim juris eſt, ut ceſſantibus vel deficientibus primis, poſt illos vocati, non ſint excluſi, ſed plané ſuccedant: *l. ſi filius. § cum filius. de bon. libert. l. ſi plures. de iur. delib.* Micha ab Aguirr. *in apol. pro Reg. Hiſp. p.* 1. *n.* 3. 4. Ita Juris eſt notiſſimi, ut etſi quis propter alium in medio exiſtentem á ſucceſſione interim removeatur, non tamen propterea jus ejus ſuccedendi penitus extinguatur, ſed ſolum tam diu ſuſpenſum eſſe cenſeatur, donec defuncto eo, qui ipſum impediebat, ſuccedendi ordo ipſum tangat: nec unum & idem tempus poſſit operari effectum diverſum circa duos actus, quorum unus ſucceſſivé venit ad alium: *dict. l. ſi plures.* Tiraq. *de retr. conv.* § 2. *gloſſ.* 1. *n.* 29. *& ſeqq.* Mandelus *conſ.* 106 *n.* 3. 13. Rol. á Valle *conſ* 35. *n.* 67. *l.* 3. De quo etiam eo minus dubitari convenit, quod in ejuſmodi vocationib. perpetuis, ex ipſa vocationis natura, actus ſucceſſivus requiretur: Jaſ. *in l. ſi quis haredem. n.* 10. *C. de inſt. & ſubſt.* Alexand. *conſ.* 53. *lib.* 6. videatur Menoch. *conſ.* 585 *n.* 35. *& ſeqq.* Burſatus *conſ.* 163. *li.* 1. Et quid eo clarius? Si enim ſecundogenitus & ejus liberi tum & hoc ordine ſucceſſionis vocati ſunt, quando ex primogenito ſive id in primo ſive ſecundo, ſive ſubſequenti gradu fiat, nulli liberi ſuperſunt: Igitur abſurdiſſimum ſit eos tum excludi, quando dies advenit, quando ordo eos attingit, quando impedimentum, quo ſolo ſuſpenſa erat ſucceſſio, ſublata eſt.

105. Atq; ut ea omnia, quæ hactenus dicta ſunt, tanto melius intelligantur, notandum eſt, in ampla illa fideicommiſſorum & perpetuarum ſubſtitutionum materia, de duobus potiſſimum inter Interpp controverti: Primo: An & quibus conjecturis perpetuum fideicommiſſum aut majoratus inducatur, & ita conditio, *ſi ſine liberis*, non deficiat, primo vocato cum liberis decedente Cui quæſtioni occaſionem dedit Oldradi *conſ* 21. Contra quem tamen, ſi contrariæ voluntatis conjecturæ extent, communiter concluſum eſt, latiſſimé Cavalcan *deciſ.* 18. *p.* 3. Teſſaur. *deciſ.* 248. Gabriel. *lib.* 4. *comm. concluſ.* 1. *de fideic. concluſ.* 7 Menoch. *conſ.* 327. Botta. *conſ.* 50 *per tot.* ubi alii plures. De quo noſtro in caſu nulla eſt dubitatio. Sancitum enim, & perpetuó quidem valitura lege ſancitum eſt, ut Electoratus de primogenito ad primogenitum perpetuis temporibus devolveretur. Relinquitur itaq; altera tantúm controverſia quonam igitur ordine ita vocati ſucceedere debeant. De quo ſecundo loco neceſſariò quæreandum fuit, cum in primogenitura, fideicommiſſis, majoratibus plures ſucceſſivé & forté poſt aliquot ſecula vocati ſint. Et ſanè ex diverſis vocationum formulis inde dubitatum fuit, utrum nepos in fideicommiſſis repræſentare poſſit patrem: utrum proximitas gravati an primó gravantis ſit inſpicienda, de quibus & ſimilibus infinita ſunt ſcriptorum, Italorum præſertim, loca, ut integri inde tractatus confici poſſent. In eo autem omnes omninó conveniunt, quod ſi ſpecialiter & certo ordine vocati adſint; Illi eodem quoque ordine, abſque omni dubio ſuccedere

dere debeant. Hoc enim casu omnes reliquas præsumptiones & conjecturas cessare necessum est, ut ita in nostris terminis in utraque quæstione rem sat aperté decisam habeamus. Video hîc mihi paratam responsionem; aliena ea esse á Germaniæ institutis. Obtestor tuam fidem, benevole lector, utrum tu melius, dignius, imó certius existimes, in receptis & in ipsa naturali ratione fundatis Juris sententiis fundamentum ponere, an alicujus, forté ex media barbarie populi institutum pro certa definitione sequi? Et frustra omninó de verbis lis movetur, ubi res & ratio est eadem. Neque est feré hodie Europæ gens, cui non magnorum illorum virorum in Jure Romano authoritas, & meritó quidem, magna sit. In Hispania aperta de ea re lex est *in l. Taur.* 1. De Gallia notat Robert. *lib. 2. rer. Iudic. c.* 1. de Anglia Alberic. Gentil. *Hisp. advocat. lib.* 1. *c.* 21. De aliis alii. Sed nec opus sit ad Jura Romana & tot tantosque Juris interpp. confugere. Nam Modestini decisionem ipsa æquitas & ratio naturalis habet. Ratio, inquam, naturalis jubet & docet, ut si specialiter nominati & certo ordine á lege vocati adsint, eodem quoque ordine illi succedant, ut eó minus necessarium sit tantó cum stomacho in jura & nomen repræsentationis invehere. Et unde quæso aliam Interpretationem Germania dabit? An ex eo tempore, quod Carolum IV. antecessit? atqui ea ratione certum ex incertissimo interpretabimur, & innumera absurda habebimus. Et itaq; sequamur jura, quæ á Carolo & Imperii Statibus liquidissima relicta sunt, neque in verso ordine successionem quæramus, quam lex non dedit, aut illo certé ordine non dedit.

106. In quam rem, quarto loco, æquissimum iterum argumentum est, quod licet fideicommissaria vocatio præsupponat aditam hereditatem, ne quo illius dies cedat, nisi á tempore aditæ hæreditatis, *l. ille á quo. § si de testamento, in fin.* ubi Dd *ff. ad Trebell. cum similibus.* tamen Juris est notissimi & indubii quod in omnibus hæc fideicommissarii vocationibus & substitutionibus, nullo modo caducum fiat fideicommissum, si unus vel alter gradus deficiat, sed semper remaneat penes primo, secundo tertio loco, &c. vocatum, cum onere restituendi. Nec itaque filius secundogenitus, qui post patrem vocatus est, excludetur, quia secundus patris forté, gradus defert. Nam imo eodem modo pertinet ad filium successio, quod alii inde fieri existimant, quod fideicommissaria hæc vocatio & substitutio hac in parte similis vulgari, cum per utramq; non succedatur hæredi, sed testatori, *l. coheredi* 41. *§ cum filia ff. de vulg. & pup. subst. l.* 2. *ff. ad Senatusconsult. Trebell.* Corneus *cons.* 44. *n.* 4. *lib.* 1. Utut sit, terrus sané in eam rem est expressus, *in l. un. § pro Secundo. C. de cad. toll.* Bart. *in l. quandiu, in fin. ff. de adquir. hared.* Bald. Castr. Cuman. Socin. Alex. Alciat. Riminald. Cravett. Odd. & alii. Zanchus *in l. haredes mei, § cum ita p.* 2. *nu.* 4. *ff. ad Trebell.* Guid. Pap. *decis.* 550. Tessaurus *decis.* 86. ubi plures ita judicatum scribunt, Cephal. *cons.* 259. *num.* 18. 19. Castr. *consil.* 422. *vers. in contrarium, libro secundo.* In cujus casu quatuor erunt vocationes, defecerant secunda, & tertia, & consuluit ultimam successisse loco secundæ. Atq; hæc est receptissima omnium sententia, Gabriel. *cons.* 117. *n.* 16. Menoch. *cons.* 215. *n.* 3. Paris. *cons.* 18. *n.* 38. *l.* 2.

107. Unde etiam quinto loco intelligitur vanissimé hîc objici omninó, quod fideicommissum conditionale ad hæredes non transmittatur. Infinita sunt, quib. solidé probari possit, etiamsi daretur in terminis fideicommissi conditionalis nos hîc versari, legis tamen hanc fuisse apertam mentem, ut semper de gradu in gradum transmitteretur, & devolveretur hæc prærogativa successionis, ut quia ad plu-

res gradus facta fuit vocatio: Natta *cons. ult. num.* 4. quia perpetua est vocatio, Ruin. *cons* 179. *num.* 6. *lib.* 2. Non solúm cogitavit lex de filiis secundogeniti, sed & eorum expressam mentionem fecit, Cephal. *cons* 16. *num* 42. *& seqq.* Menoch. *cons.* 323. *num.* 25. *& seqq.* sed illis omnibus opus non est. Pura enim & absoluta hîc est vocatio, neque secundogenitus aut tertiogenitus, aut ulteriores sub conditione, sed quisque illorum ordine successivo & suo tempore suam propriam habet vocationem. Nec itaque de transmissione ulla potest esse quæstio: Ruding. *cons.* 156. *n.* 4. *l.* 2. Menoch. *cons* 200. 118.

108. Sextó, manifestius eo nihil esse potest, quám quod tum demum tertiogenitus vocatur, *quando secundogenitus sine liberis decesserit.* Iterum hic urgeo, quod si conditionem hæc verba denotant, necessariam illam αὐτεροφὴν habeant: Si itaque secundogenitus sine liberis non decesserit, ut tertiogenitus non possit succedere: Jason, Purpuratus, Mantua, & alii *in l.* 1. *ff. de offic. eius cui mand.* Mazoll. *cons* 10. *nu.* 24. *vol* 1. Atq; id est, quod nostri volunt, alias ea verba in sensu directo nihil operari posse: Bald. *in l. conventicul. C de epsc. & cler.* Camill. Borell. *cons.* 22. *num.* 21. Cum tamen dispositum in sensu directo, arguit oppositum in sensu contrario: Camill. Gallin. *de verb. sign. lib* 5. *c.* 17. *n.* 24. Mantica *de coniect l* 3. *c.* 15. *n.* 7. *& seq. & l.* 16. Et itaq; si successionis jus sibi velit vendicare, illi obstat exceptio nondum purificatę conditionis. Sin illa verba extremitatem temporis & ordinem successivum denotant, ut nempe tum demum tertiogenitus & ejus liberi masculi vocati censeantur, quando ex secundogenito nulli liberi supersunt, quæ verissima est legis sententia, ante existentiá sané temporis, & ordinis eventum, iterum aget tertiogenitus, aut qui ex ejus stirpe sunt. Præmatura est petitio, inquit, *l.* 1. *§ si imp. ff. de collat. bon. & in l filius qui patri* 42. *§ cum filius. de bon. libere.* Qui sequentis gradus sunt, non admittuntur interim, sed differri controversia debebit: Ari. Pinell. *ad l.* 1. *n.* 78. *p.* 3. C *de bon. matern.*

109. Et observari hic septimó velim á benevolo lectore, quod tertius non tantúm eo casu vocetur, quando secundogenitus anté delatam successionem obierit, sed generaliter omninó absque ullâ distinctione, *si secundus sine liberis successerit.* Paritaq; est, ut etiam de utroq; casu generaliter intelligatur. Sive ipse secundogenitus realiter successerit, sive non: dummodo non sine liberis decesserit, *l.* 1. *§ generaliter, de legat præst. l. si finita § cæteris. de damn. infect.* Eó magis, quod secũdogeniti stirps firmissimæ innitatur regulæ, quod existentibus liberis ex secundogenito, tertiogenitus non succedat. Igitur nihil interest, quo tempore secundogenitus defecerit. Sẽper enim verum est ex secundogenito liberos existere. Nisi igitur aliunde exceptio probetur, quod ex Aurea Bulla & aliis declarationibus impossibile est, utriq; á regula illa nunquam discedet Judex: Dd. *in l.* 1 *de reg iur.* Vivius *decis.* 67. *nu.* 13. *& seqq. lib.* 1.

110. Observari ultimó velim, quod eâdem planissimé ratione, qua secundogenitus primogenito & omnibus ejus liberis suo ordine & gradu substituitur: ita etiam tertiogenitus iisdem plané verbis post secundogenitum, & totam ejus lineam vocetur. Quod si itaq; á mente Aureæ Bullæ alienissimum, ut vel secundus aut tertius unquam succedat, quandiu aliquis ex primogenito; (ut sané omnes sani in lineâ rectâ concedunt, & supra abundé demonstratum,) ineptissimum sit in secundi linea aliud decidere velle; ut illud hîc taceamus, etiam in dubio qualitates pręcedentis vocationis & substitutionis repetitas esse in subsequenti substitutione. Sim. de Præt. *l.* 2. *Interpp.* 4. *dub. solut. num.* 130. Cephal. *consil.* 228. *num.* 30. Ancharan. *consil.* 37. *nu.* 3.

Cravett.

Cravett. consil. 108. *num.* 5. Menoch. *consil.* 106. *num.* 191. Raudens. *resp.* 40. *n.* 36 *lib.* 2. & *decis. Pisan.* 31. *n.* 240.

111. Cæterùm hic iterum magnæ turbæ dantur. Primùm enim objicitur, si in linea descendenti repræsentatio locum non habet, multò itaque minus in collateralibus. Præsuppositum nullius rei esse, tu Benevole Lector, ex iis, quæ supra breviter attigimus, censero. Sed & ita generaliter positum falsum omninò est, in collateralibus non esse locum repræsentationi; Aliud certè dicendum, cum de patrui successione agitur, *Nov.* 118. In quam rem elegans cum primis consilium est in nostris terminis primogenituræ, Socin. Senior. 252. *per tot.* Et benè hic distinguit Diaz de Mena *adlecis. Gamm.* 59 post infinitos quos allegat *vers. primo.* Etiam ultra fratrum filios tunc locum esse repræsentationi, ubi de voluntate legis vel expressa vel ex conjecturis appareat. Mena *dict. loc.* Tunc enim nulla certè causa est, quare ita odiosum esse debeat jus repræsentationis. Vanissimum autem omninò est jura repræsentationis in nostro casu objici. Neque enim ob repræsentationem, sed propriam vocationem in lineâ transversa totam secundogeniti lineam tertiogenitum excludere dicimus. Apertiùs explico, etiamsi in ea legis dispositione, ubi primogenitus generaliter vocatur, ob jus & de jure repræsentationis aliqua esse posset dubitatio: cessat tamen illa, ubi secundogenitus & ejus liberi expressè vocantur & nominantur: Abbas *cons.* 85. *num.* 6. *vol.* 1. Castr. *cons.* 164. *col.* 1. *vers. secundo dico lib.* 1. Alciat *cons.* 184. Gracus *cons.* 6. *n.* 26. *lib.* 1.

112. Adducitur constitutio Friderici II. *in const. Sicil. lib.* 3. *cap.* 25. Perperam inde primò ad Auream Bullam concluditur. Deinde non difficeor in collaterali linea, seniorum & majoris ætatis prærogativam ibi appellari. Non autem ex corticibus verborum, sed subjecta materia interpretatio capienda. Loquitur de iis Fridericus, qui specialiter jure Francorum vivunt. Igitur prærogativam quidem ætatis, sed secundum lineas intelligit. Hoc enim est vivere jure Francorum, ubi majoris ætatis prærogativa nihil aliud, quam primogenituræ prærogativa. Testè habemus locupletissimum Matth. de Afflict. qui in illam constitutionem habet, quod *ideo D. Nicolaus de Monteibus Locumtenens magni Camerarii, & D. Francisc. de Aret. in cons.* 164. *consuluerint, quod mortuo fratre* (NB *primogenito sine liberis, superstite nepote ex secundogenito & fratre tertiogenito, nepos qui est filius secundogeniti, licet minor ætate, præferatur in successione in feudo fratris defuncti ipsi fratri tertiogenito majori* & pergit: *Et sic primogenitura habet locum in linea transversali, etiam per fictionem, id est, quod nepos intrat in locum patris, sine respectu ætatis. Et pro hac parte* (notetur, non pro altera) *audivisse se ait, quod multi Doctores de regno & extra regnum consuluerint, pro ista parte allegantes etiam sententiam Roberti & certas declarationes Reginæ Iohannæ primæ & Regis Loisii*, &c. Unde satis apparet, quid de illa Friderici constitutione sentiendum, quæ item fuerit Doctorum, imò ipsorum Regum declaratio & sententia.

113. Concinere, inquit author, veterem interpretem Johan. de Terra rubea. Succedunt enim, ait ille, transversales juxta gradus prærogativam. Sed unde illa gradus prærogativa sit sumenda, nempe ex ordine & gradu stipitis, non ille explicavit, neq; eo opus habuit ad institutum. Vixit enim rege Carol. VI. quo tempore nondum ad lineas transversas abitum erat, & longè aliud ille autor tot eo tractatu sibi propositum habuit. Saa dubitativè respondet, & de eo casu, quemadmodum etiam Butrio *cons.* 48. & Angelus Aret *cons.* 286. in specie loquitur, ubi successio repræsentat-

ſentationi innititur. Tota illa dubitatio noſtro caſu ceſſat. Imola *conſ.* 125. *col.* 1. *vol.* 1. de jure tranmiſſionis agit, quod ipſum nullius hîc eſt momenti & alieno loco allegatur, neq; quicquam nobis adverſatur.

114. Porro ſi ad prejuditia eundum eſt, nec illis deſtituitur hæc deciſio. Sub Philippo Valeſio inter Comitem Bleſenſem & Johannem de Monteforto controverſia extitit de Ducatu Britanniæ.

SCHEMA TALE EST:

Arturus Dux Britanniæ.

Iohannes — *Guido* — *Iohannes de Monfort*

Iohanna.

Hic Johannes primogenitus mortuus eſt ſine liberis. Reliquit ex fratre præmortuo ſecundogenito Johannam filiam & fratrem tertiogenitum. Johannes de Monteforto tertiogenitus ex prærogativâ ætatis melius jus prætendebat: Johanna nitebatur jure primogenituræ, & quod ex ſecundogenito eſſet. Rex cauſam Parlamento Pariſienſi decidendam remiſit. Senatuſconſultum ibi factum, quod Carolo Bleſenſi nomine uxoris Johannæ, ut quæ ex ſecundogenito fratre nata eſſet, præ fratre tertiogenito Ducatus deberetur: quanquam tertiogenito in ſuo ordine, ſi ita caſus evenirat, jus integrum meritó maneret, ſive, ut ſunt verba: *Ian de Monfort ſera recognu en ſon degré, pour iouyr de ſon droict, quand il luy eſcherroit.*

115. Tempore Henrici III. Regis Galliæ, eadem hæc lis mota fuit Henrico Navarreo. Hic enim á Cardinale Brobonio & gradus & ætatis prærogativa vincebatur. Neque tamen præter factioſos, quisquam bonorum alium, quàm Henricum, ut pote ex Antonio primogenito & in primogeniti lineâ legitimum ſucceſſorem agnoſcebat. Pro quo etiam Bodinus in lineâ tranſverſa intrepidé concludit, & non ineleganter examinat Hotoman. *in illuſtr. quæſt.* 4. *& tot. tr.* quem eo fine ſcripſit, *de controv. inter nepot. & patr.*

116. In Anglia ſub annum 1190. deceſſit Richardus nulla prole relicta. Habuit ex ſecundo fratre Gothofredo nepotem Arturum & fratrem tertiogenitum, Johannem Moritonii Comitem. Nepos ipſius Richardi ultima voluntate, & ſuffragiis quoque optimatum Galliæ (erat enim ſimul Dux Britanniæ) potior & merito judicatus: Sed tertiogenitus cum in armis & populari largitione jus poneret, regnum injuſtè præripuit: Georg. Lilius *in Chron. regn. Angl. ſub anno* 1199. Johann. Ser. *ſub Philippo Rege Gallia.* Neque ex alio principio funeſtæ illæ familiarum Eboracenſium & Lancaſtrenſium interneciones originem traxerunt.

***

SCHEMA TALE EST:



Hic Richardus cum genus rectâ lineâ á Philippa filia & unica hærede Leonelli Clarentiæ Ducis duceret, contra Henricum sextum in ordinum conventu publicé de jure suo postulavit. Se enim liberis Johannis Gandavensis, Lancastriæ Ducis, qui quartus erat Eduardi tertii filius jure optimo in regni successione præferendum, ut ex Rotulis Parlamenti atteſtatur Camdenus. *Quæ licet exploratissimi iuris essent*, inquit idem author, *res tamen prudenti consilio ita temperata est, ut Henricus sextus regno ad vitam frueretur: Richardus autem Dux Eborensis regni hæres & successor designaretur. Quamvis idem cum spes suas anteire pararet, exitiabile illud bellũ inter duas familias conciliaret.* Aperta decisio.

117. In Scotiâ post excessum Alexan. III. ipsissima hæc controversia extitit.

SCHEMA TALE EST:



Alexandro itaq; III. mortuo, inter hunc Johannem de Balliolo & Robertum Nobilem, de Regno Scotiæ, *coram Eduardo I. Angliæ Rege, tanquam directo domino regni Scotiæ, ut Angli tradunt, vel honorario arbitro, ut Scoti volunt*, litigabatur. Balliolus jus suum petiit, ut qui exierit de sorore primogenitâ, etsi gradu remotior: Rober-

tus ut uno gradu proprior. Lis autem data eſt pro Johanne Balliolo, hiſce verbis, quę ex autographo habet Camdenus in Scot. in deſcriptione Annandale: *Quod remotior in gradu deſcendente in prima linea, proximiori in ſecunda linea, in ſucceſſione hereditatis impartibilis ſit præferendus.* Atque ita coronatus ille & ab omnibus receptus fuit. Illuſtris iterum deciſio, quám nec Buchananus ipſe *lib.* 8. negare poteſt: quanquam Anglo infenſior aliud eum hîc quæſiiſſe exiſtimet, quod tamen nihil ad ſententiam ipſam.

118. Perluſtremus etiam noſtram Germaniam. Et quidem faciem ſucceſſionum uſque ad Carolum IV. ſupra dedimus; ubi etiam notatum inveniet lector, quanta quidem injuria primogeniti Adolphi præmortui filio Ruperto facta, poſt tamen Caroli IV. interventu non iniquis, ut tunc erant tempora, rationibus mitigata fuerit. Atque ita uterq; Rupertus ſucceſſit. Ludovicus cum numeroſam prolem & plures fratres ſe relicturum videret, idemque ſuis liberis præſertim á Johanne fratre, metueret, quod avus ipſius á patruis ſenſerat: Heidelberg. In gründlicher Widerlegung/ *p.* 34. á Sigiſmundo Imperatore ampliſſimas declarationes de perpetuo ſucceſſionis ordine, ſub A. 1414. accepit, apud Goldaſt. *p.* 2. der Reichsſatzung/ in quib. apertiſſimis verbis diſtinguitur, ut poſt ejus obitum primogenitus: ſi ille ſine liberis decederet, ſecundo, & eadem ratione tertiogenitus perpetuo ordine deſcendentiæ & genituræ ſuccederet. Sin nullus ex deſcendentibus ſupereſſet (omnes autem ſunt deſcendentes, qui á Ludovico, licet tranſverſi reſpectu fratrum) tum ad Ludovici fratrem ſeniorem & omnes ejus deſcendentes ex ordine genituræ Electoratus devolveretur: quibus omnibus non extantibus, agnatus proximior, & pro tempore ſenior vocatur. Atq; hæc in Aurea Bulla quidem breviús, hîc autem explicatiſſimé diſtinctæ ſucceſſionis formula nos ducet ad ſinceram cognitionem illius, quod poſtea in Philippi filiis accidit, & tanquam res pleniſſimi præjuditii vulgó objicitur. Ludovicus enim reliquit Philippum unigenitum. Philippus certam conventionem cum ſuis de ſucceſſione iniit A. 1506. Neoburg in beſtändiger Ableinung/ *p.* 211. iis pactis, ut excluſis é Ruperto ſecundogenito nepotibus, fratres primum ſuccedendi locum haberent. Princip. ó autem privata illa pacta contra jus publicum nullarum eſſe virium, certum eſt. Eſſe autem (2) illud pactum contra Caroli IV. legem & Sigiſmundi declarationes, verba ipſa demonſtrant, quibus ea adjunget lector, quæ ſupra de hac re commentati ſumus. Hoc ibi jus perpetuum ſtatuitur, ut in deſcendentium linea a Ludovico, Jn rechter abſteigender Geburts Linj von jhm herkommende/ primogenitus primó: ille ſine liberis deceſſerit, ſecundogenitus, etſi ille ſine liberis deceſſerit, tum tertiogenitus ſuccederet. Jus itaque clarum eſt, ut quamdiu quisquam é primogeniti linea, neq; ſecundo, nec tertiogenito ſucceſſio pateat; & rurſus quamdiu aliquis ex ſecundo ſuperſit, tertiogenitus nullum jus habere poſſit. In facto autem primogenitus ſine liberis, ſecundogenitus liberis relictis deceſſit. Utrum hujus filius ſenior an tertiogenitus ſuccedere debeat quæritur? Neſcio an etiam dubitandi ratio ſat probabilis cõtra liberos ſecũdogeniti inveniri poſſit, niſi primó verba quędã dictę diſpoſitionis deleantur. Nã q; ex ultimis illis petitur: Ut iis omnib. nõ exclusis proximior & pro tẽpore ſenior ſuccedat, id vident omnes in hac quidem facti ſpecie alieniſſimé fieri. Tres hîc ſunt vocationes: Deſcẽdentium; Fratrũ; & Agnatorum. In deſcendentium ordine vocatur primogenitus & ejus primogenitus: Poſtilũ ſecundogenitus & ejus primogenitus ſemper ex ordine genituræ. Ex hoc ordine

quæſtio-

quæstio est decidenda: Nondum dici potest illud: *iis non extantibus*: Extant enim adhuc descendentes: extant fratres. Nondum dici potest *frater senior succedat*. Descendens enim linea adhuc durat. In hac ipsa nondum dici potest, *tertiogenitus succedat*. Neque enim sine liberis secundogenitus decessit. Magnum adhuc interstitium inter hunc & omnes alias vocationes est. Nec itaque illæ ita miserè confundendæ erant. Quid bonum Imperatorem transversum egit, ut in linea descendenti lineas primisecundi, tertiogeniti tam accuratè & anxiè disposuerit, ultimo autem omnium, agnatum seniorem & proximiorem vocaverit, si in descendētibus statim simpliciter senior succedere debuit? Quidni enim post primogenitum statim seniorem vocavit? Atque hoc optimè (3.) vidit Philippus unus fratrum Episcopus Frisingensis, qui ideo longis tractatibus in Fridericum tertiogenitum, & nepotem ex secundogenito Ottonem Henricum opus habuit, & vix tandem hac ratione transegit, ut nepos patruo, quoad ille viveret, pacis publicæ causa cesserit, sub an. 1524. Neoburg. *d. tract.* p. 117. Ita postea Friderico successio absque turbis relicta fuit. Atqui non opus fuit Ottonis Henrici assensu, inquis. Fridericus enim ex Aureæ Bullæ verbis intentionem contra nepotes ex fratre fundatam satis habuit. Principium ita petitur. Nam contra alii asserunt, tantisper dum verba Aureæ Bullæ & declarationum stant, neque alia fundamenta afferuntur, vix esse, ut Friderici intentio fundata dici possit. Et sanè ipse (4.) hic Otto Henricus anno 1556. Wolfgangum patruum, Friderici ultimi possessoris fratrem, atque ita proximiorem & seniorem ab Electoratu seclusit. In Ottone Henrico linea Ludovici defecit. Atq; ideo postea ad hujus fratrem seniorem, Stephanum, eundum erat, in cujus stirpe ex primogenito Friderico cum esset Fridericus III. illi quoque soli successio debebatur, non quia simpliciter erat senior aut proximior, sed quia solus hic secundogenitus & omnes ab eo, ex ordine tamen genituræ, post Ludovici prolem vocati erant præ tertiogenito. Wolfgangus enim ex secundogenito Stephani Ludovico erat.

119. In domo Saxonicâ sententiam consimilem datam esse pro Wenceslao contra Albertum ex Ottone nepotem objicitur. Nescio an illud sententia dici possit aut debeat, quod rem aliam & inter alias personas decidit, *l.* 12. *de exc. rei iudic.* Decianus *cons.* 54. *num.* 57. *lib.* 2. Nam utraque illa Bulla, quam habet Spalatinus & ex eo Goldast. *p.* 2. Der Reichssatzung / de anno 1357. & 1376. nihil inter Albertum & Wenceslaum, sed eam controversiam decidit, quæ erat inter Rudolphum Juniorem & Ericum II. Lawenburgium, qui illi litem intenderat de Electoratu. Idque rationes decisionis initio illarum Bullarum ex ordine positæ apertissimè demonstrant. Neque enim inter filios Rudolphi I. ulla ejusmodi controversia esse potuit, utrum ipsorum pater aut frater Elector fuerit. Non diffiteor, mentionem ibi similem factam de successione, sed incidenter tantùm, & ad narrata: in quo casu quid jure statui debeat, notissimum est. Quodcunq; sanè & quantumcunq; de toto hoc exemplo concedatur, nunquam tamen ex eo probabitur, Albertum contra Wenceslaū controversiam instituisse, vel illius Jura audita, cognita, aut de iis sententiam latam; quod maximè tamen omnium requirebatur, & omnia mundi jura requirunt. Quod si autem ille tranquillitatis publicæ causâ jus suum noluit strictè nimis contra patruum prosequi, an inde negotio & causæ ipsi aut tertioetiam præjuditium auferri debeat? Sed esto etiam Albertum non acquievisse penitus; tum autem temporis,

vel tranſactione vel quocunque alio modo litem inter eos compoſitam, non ideo tamen ad hodierrum ſtatum, multó minus ad jus aut conſuetudinem. Alex. *in l.1. ff. ad l. Falcid.* Petr. Sander. *de ſpon. mercat. p. 3. t 1. n. 5.* concludetur. Ne enim eadem dubitationum materia FUTURIS TEMPORIBUS oreretur, diſtinctioribus adhuc verbis, ſi forté an ullum adhuc dubium ex Bulla de anno 1357. eſſe potuiſſet, totam rem explicavit Carolus IV. & ita explicavit, ut ſol meridie non luceat clarius, quemadmodum rem illam ſupra ſat examinavimus. Hæc itaque *futuris temporibus* debet eſſe ſola Cynoſura Judicii & Judicis, non fallax aliquod exemplum, de cujus veris qualitatibus & circumſtantiis plené non conſtat: *l. nemo. C. de ſent.* Sichard *conſ. 1. n. 52. p. 5.* Flamin. de Rubeis *conſ. 38. n. 95.* Ne alias tali Judici objiciatur id, quod Alexander de Romano habet: *in l ſi cum dotem. § eo autem tempore num. 4. ff. ſolut. matr.* Et quidem ex obſcura, & denſa antiquitate prolatum exemplum. Nam illud hic prætercundum non eſt, & ſupra monuimus genealogiam illorum principum adeó obſcuram eſſe, ut á Fauſto, Brotuffio & aliis, Wenceslaus in alteram lineam conjectus fuerit. Non affirmo quidem, horum ſchema temporum rationi per omnia convenire: Illud tamen inde efficitur, non adeo liquidam eam rem eſſe, quin hoc in caſu idem obtineat, quod de hiſtoriis ſcribunt Pariſ. *conſ. 23. num. 215.* Menoch. *conſ. 111. num. 66. 67.* Ex illis nimirum, ſi diſcrepent, non magis firmum ſumi poſſe argumentum, atque ex lege aliqua dubii ſenſus: Bald. *in l. ambiguis de reb. dub.* Vincent. Franch. *deciſ. 168. n. 6.*

120. Tandem, antiquitatis authoritatem ſuffragatricem dare vult er Francica hiſtoria in filiis Clotarii I. Regis Francorum. Jam ſupra dictum in prima Regum familia non viguiſſe jus primogenituræ, imo etiam nothos una cum legitimis tum ad Regnum admiſſos. Quid itaque hæc exempla ad jus primogenituræ? Deinde ineptum hoc quoque eſt exemplum. Nam Charibertus non Guntranum tantum, ſed & ipſum Childeberti patrem Sigebertum teſtamento præteriit. Viriſſe enim eum adhuc tempore mortis Chariberti & aliquot annos poſt, non hiſtoria tantùm, ſed authoris Schema teſtatur. Nemo hinc concludet, igitur nepotem ipſi patri præferendum. Sed & vix eſt, quamquam nihil omninó hoc ad jus primogenituræ jut Teſtamentum illud factum eſſe bonis aut moribus probari poſſit. Tribus ſuperſtitibus non convenire de hereditate ſcribit Serr. *in Invent. ſub Childeb.* Et eo placuiſſe, ne quis antè rem tranſactam ſine alterius voluntate Lutetias ingrederetur. Atqui hoc illud eſt quod Gregor. Turon. loco allegato dicit: Sigebertum, quod ingreſſus urbem fuiſſet, judicio Dei periiſſe, & partem ſuam amiſiſſe. Chilperici enim uxor duos ſubmiſerat, qui Sigebertum ex inſidiis interfecerunt, ut Paul. Æmyl. refert.

121. Quod autem ultimo loco ex his omnibus infertur, jus primogenituræ apud Germanos eam vim habere, ut in lineâ rectâ deſcendentium ſemper filius patri poſſeſſori ſuccedat in infinitum: verúm quidem, ſed inſufficiens: Ut verò in linea tranſverſa ultimo poſſeſſori proximior agnatus, & ex pluribus æquè proximis ſenior vel ætate major ad ſucceſſionem admittatur, ita indiſtinctè falſum eſt. In qua concluſione cum prima & ultima ponantur, diligentiùs eam introſpiciamus. Probatio autem deſumitur ex lege Alphonſi, Bulla Caroli IV. Bulla Sax. & Palatin. & tandem authoritatibus Interpp.

122. Ne autem idem ſæpius nobis repetendum ſit, de regula ipſa primó vi-

debi-

debimus, postea de Bullis. Vocatur senior & proximior, inquiunt illi. Igitur qui tempore delatæ successionis talis invenitur. Consequenter nepos ex fratre excludetur à fratre, pronepos fratris majoris á nepote fratris minoris, inter patrueles qui natu minor est. Regula enim est, quod ubi lex ætatem ad exclusionem aliorum considerat, ibi filius nepotem ex fratre excludat, idque ideo, quod omnis qualitas attendi debeat tempore delatæ successionis: Gamm. *decis.* 174. *per tot. decis.* 307 *per tot.* Milanes. *decis.* 9. *lib.* 5. Gabriel *in suis conclusionib. de succes. ab intest. concl.* 2. *n.* 18. Emanuel *Costa q. de patr. & nepot. pag.* 10. Vinc. Honded. *q.* 70. *per tot. l.* 2. Paris. *cons.* 19 *n.* 122. Scot. *cons.* 1. *n.* 230. Alex. *d. cons.* 4. *vol.* 4.

123. Primó autem sciendum est, interesse plurimum utrum quis ut major, vel proximior simpliciter, an sub ordine genituræ E.G. ut primo secundo, tertiogenitus vocetur. Illa vocatio tractum habet successivum, consequenter tempus futurum respicit, in quo sensu supra dicta regula locum habere possit: Hæc instantaneitatq; ideo momento impletur: Molin. *l.* 1. *de prim. c.* 6. *n.* 17. Riminald jun. *cons.* 51. *n.* 136. *lib.* 1. Rol. á Valle *cons.* 52. *n.* 46. *lib.* 2.

Illud dicitur respectu ejus, cui succeditur, hoc denotat respectum ad primo vel secundogenitum, ut id rectissimé explicat post Castrens. *cons.* 164. Raudens. *resp.* 1. *n.* 105. *lib.* 1. Roland á Valle *cons.* 36. *n.* 22. 23. 24. *vol.* 4. Eo ipso in consilio, quod in causa Trivultiana pro natu majori & proximiori tempore delatæ, successionis decrat. Et sequitur Saa *n.* 60. Licet itaq; tertiogenitus sit senior, licet proximior, semper tamen illi obstat firma exceptio, quod tamen nõ sit secundogenitus. Vide Surd. *cons.* 463. *n.* 35. 36. *& n.* 40. ubi allegat. Anchoran. Bero. Alciat. Tiraqu. Johan. Lup. Decius *cons.* 343. Et maxima semper differentia est, utrum quis ut simpliciter senior & proximior, an verò in jure primogenituræ ita vocetur: Diaz de Mena *ad decis.* Gam. 7. *v. quartus casus est & seqq.* Quod si verò dubitetur, utrum quis ut major an ut extraordinegenituræ & stirpis vocetur: inspicienda primùm verba; si illa desint, materia subjecta. Pro rei enim diversitate, etiam verborum est diversa significatio. & universale omnino est, quod non res á verbis, sed verba á rebus trahi conveniat. *l. si stipulatum. ff. de usur. l. si insulam in princ. ff. præscript. verb.* Surd. *decis.* 320. *n.* 12. Berous *cons.* 66. *n.* 14. *vol.* 1. Modest. Pist. *cons.* 9. *nu.* 22. *vol.* 1. Si hæc ad nostrum casum applicentur, certũ primo est, primogenituram in Electoratib. constitutam; atq; ideo verbum *Senior* ex materia subjecta explicandũ esse; sed & secundo, idẽ ille senior in *Capitul. Metens.* vocatur secundogenitus, ut mirer, tantùm in illo vocabulo mysteriũ poni.

124. Notandum est secundó, quod verba hæc, ut major succedat, regulariter adjectantur tantùm ad demonstrationem successoris, ut post Joseph. de Rustic. Gutierrez. & Berrettam habet Mena *ad decis. Gamm.* 308.

125. Sed ne tertió aliquid scrupuli supersit, verùm sensum regulæ superius positæ videamus. Si major & proximior vocetur, inspicitur tempus delatæ hereditatis; Utique & cæteris paribus, sit ita indistinctè indeterminata persona vocetur. Rationem veram habet Bald *in l generaliter. nu.* 15. C. *de episc & cleric.* Quod nondum persona certa sit, sed adhuc certificanda futuro tempore, quo casu dilatio requiritur. Fieri enim potest, ut qui hodie senior, hodie proximior, delatæ successionis tempore illud non sit. Igitur é contrario, si in ipsa institutione, vel lex, vel testator exprimat, quemnam maiorem & proximiorem succedere specialiter velit, ut quia é pluribus hunc aut illum designat, & exprimit, nemo tam erit absurdus ut alium contra-

expreſſam legis vocationem & mentem obtrudere velit. Hæc principia ſi quis neget, eum ad Anticyras jura relegabunt. Nec enim ſufficit in genere quem eſſe vocatum, ut quia fortè hodie major ſit, ſed requiritur, ut ipſe etiam ille major ſit, de quo ſenſit lex, quem lex deſignavit, ut ſupra me aliquid hac de re monuiſſe ſcio. Idque totum dependet á voluntate legis & teſtatoris vocantis. Aliud enim longé eſt, utrum quis ſuccedat, ut ſpecialiter nominatus & vocatus, aliud ut ſimpliciter proximior: quemadmodum rectiſſimé etiam diſtinxit Diaz. de Mena *ad deciſ. Gamm. 93. verſ. concluſ. 9.* Id quod etiam adeo verum eſt, ut inde Interpp. noſtri concludant, quod ſpecialiter vocatus ſemper, & ubique præferatur general ter vocato, Socin. *in l. Gallus. § inſtituens ff. de lib. & poſthum.* Alex. *conſ.* 123. *vol* 1. Roland. á Valle *conſ.* 38. *nu.* 25. *volum.* 4. Cavalcan. *deciſ.* 18. *n.* 108. *& ferè per tot. p.* 3.

Senior itaque poſt primogeniti lineam vocatur in Aurea Bulla. An itaq; ſimpliciter ſenior & proximior é conſanguineis? Non utique. Mentenſia capitula ſecundogenitum appellant: omnium autem apertiſſimé Bullæ Saxonicæ & Palatinæ quænam perſona vocata ſit, deſignant. Si enim primogeniti linea deficiat, ſecundogenitum: poſt ejus obitum, ejus filium ſeniorem, ſi ſecundogenitus ſine liberis deceſſerit, tertiogenitum & poſt mortem ipſius ſeniorem ejus filium ſemper & perpetuo ex ordine genituræ vocant. Certa itaque ſemper eſt perſona nominata & vocata: certa eſt perſona ſubſtituti: ſubſtitutio etiam ipſa ſimpliciter & generaliter in omnes caſus facta. Et itaque fruſtra alius ſenior, alius proximior objicitur, de quo nec ſenſit neque cogitavit lex: Menoch *conſ.* 106. *num.* 303. Multó autem inaniùs ea, quæ de proximiore & ſeniore generaliter noſtri habent, afferuntur.

126. Et ſané ut & hoc argumentum quartó addamus, reputet quæſo unuſquiſque ſecum, quâm ineptus plané ex contraria opinione fuerit Imperator, qui tot ſpeciales & per tot gradus, certas vocationes in primo, ſecundo & tertiogenili linea fecerit, & quidem tam anxié, & tamen fruſtra eos vocaverit, quos ſciebat aut non omnes ſuperfuturos eſſe tempore delatę ſucceſſionis, aut etiamſi ſupereſſent, etiamſi ita vocarentur, excludi tamen poſſe ab alio proximiore & ſeniore ſecundum hodiernam Interpretationem: hoc ipſo etiam ineptior, quod uno verborem totam potuiſſet abſolvere generaliter vocando poſt primogenitum & ejus lineam, *ſeniorem & proximiorem.* Videatur Alexand. Raudenſ. *deciſ.* 31. *n.* 144. *verſ. quarto.* Abſit verò ut authori legis ignorantiam legis & tantas ineptias obtrudamus; ſed illud potiùs dicamus, quod res eſt: Imperatorem & omnes Proceres Imperii voluiſſe, ut quis in prima, ſecunda, tertia linea eſſent, ſemper & perpetuo ordine genituræ, unus poſt obitum altetius ſuccederet, non indeterminaté qui vis ſenior & proximior, ſed ex ordine ſpecialiter factæ vocationis.

127. Quinimó ne quintó, omninó aliquid dubii eſſet, clauſula generalis adjicitur, *quod iis omnibus non extantibus ad proximiorem hæredem & ſeniorem ſuccęſſio devolvi debeat.* Hujus neceſſarium conſequens eſt, quod quamdiu igitur aliquis ex primi, ſecundi, tertii ſtirpe modo ſuperiùs dicto ſupereſt, non ſit locus ſecundo aut tertio, multó autem minùs quæſtio eſſe poſſit, de indeterminaté ſeniore aut proximiore. Quo iterum facit & illud, quod ubi duo vocati ſunt, unus nomine ſpeciali, ut ſecundogenitus, & ejus ſenior filius; & alius generaliter ut proximior & ſenior, ſpecialiter vocatus ſemper potior ſit, de quo Dd. *in l. Gallus. § quidam reſtè,* ubi Aretin. *in fin. ff. de liber. & poſthum.* Covarr. *in c. Raynutius. § 2. n. 6. de teſtam.* Pariſ. *conſ.* 4. *n.* 4. *l.* 3. Ruinus *conſ.* 101. *n* 9. 10. 11. *lib.* 2.

128. Tan-

128. Tandem ipsius legis vocatio totum hoc dubium nobis explanabit. Tres in ea sunt vocationes, ut & supra diximus: Descendentium, Fratrum & Agnatorum. In quo ne eundem cum aliis errorem erres, benevole lector, duorum terminorum æquivocatio explicanda erit. Quidnam hoc in loco sit transversé succedere, & quinam hic dicantur agnati.

129. Jure communi Feudali, & maximé omnium in regalibus feudis antiquis, quando semel transitus in descendentes factus est, omnes collaterales pro descendentibus primi adquirentis habentur: Bald. *in l.* 1. § *si capitaneus, de feud. March. nu.* 6. ubi Alvar. *n.* 2. Laudens. *nu.* 8. Schenck. *n.* 8. Afflict. *nu.* 12. Didac. Covarr. 3. *var. resol. cap.* 5. *n.* 4. *vers. quinto hinc.* Hippol. de Marsil. *sing.* 432. Gozadin. *cons.* 26. *nu.* 28. Et recté hanc sententiam communem & usu servatam dicit Zasius. De qua utut certo respectu pauci quidam dubitarint: Hartman Pist. *q.* 19. *n.* 30. *& seqq. p.* 2. Apertissimé tamen hîc voluerunt Imperatores, ut omnes á primo Electore descendentes, pro descendentibus haberentur, sive secundo, sive tertiogeniti stirps post primogeniti lineam succederet: Bull. Carol. IV. *de anno* 1376. Sigismundi *de Anno* 1414. § Vnd damit / ubi postquam primo, secundo, tertiogeniti lineæ ordine successivo vocatæ erant, conclusio adjicitur, Daß auff solche weise die in rechter absteigender Geburts Lint von jhm herkommende (de quibus nempe jam disposuerat) Daß Recht/Stim/würde vnd Macht einen Römischen König zu erwehlen/zu ewigen Zeiten durch Erbliche vnd Vätterliche Succession nach Ordnung der Gebürt behalten sollen. Post illos descendentes frater Ludovici: & tandem agnatus vocatur. Cujus etiam vigore omnes á Ludovico Barbato vel Cæco in recta linea descendentes non ut collaterales successerunt, ipse etiam Otto Henricus. Eodem modo omnes á Friderico Bellicoso non sunt neque fuerunt transversi, sed ut descendentes successere, & succedent etiam, quamdiu Illustrissimam illam progeniem Deus his terris servabit. Error itaque est, ultimum possessorem, non primam radicem inspicere velle: Consequenter non minor etiam error est, id quod de transversæ lineæ successione statuit Imperator, ad hanc descendentem lineam extendere velle. Et illud est, quod nostri statuunt, distinguendum omninó esse inter transversales descendentium á primo acquirente, & transversales primi acquirentis: Johan. Thom. de Marin. *t.* 2 *de feud. ex pact. & provid. num.* 17. Pacian. *de probat. c.* 12. *n.* 43. *vers. attamen prima opinio lib.* 2.

130. Eadem ratione omnes illi in genere, agnatorum nomen habent, qui ab eodem patre, avo, &c. proveniunt, quod infinitis locis probari posset. Imperator autem hoc in loco strictissimé & specialissimé eum agnatum & consanguineũ appellat, qui post lineam descendentium & fratrum in familia adhuc superest. Quib. explicatis, nihil jam facilius est, quám verum ordinem successionis dare. Primus est descendentium. In eo primogenitus & omnes ex eo: *si ille sine liberis decesserit*, secundogenitus & omnes ex illo: *Si ille sine liberis decesserit*: tertiogenitus, & omnes ex illo, perpetuo tamen ubique ordine genituræ, vocantur. Nulla hic mentio simpliciter senioris, cui si successio deberetur, non illis specialibus & distinctis vocationib. opus habuisset Imperator: Imó expungenda illa clausula esset, *si sine liberis decesserit*. Noli dicere hæc posteriora limitari á Carolo IV. in Aurea Bulla, eo ipso quod ibi post primogenitum senior frater vocetur. Namé contrario posteriora explicant priora, si obscurius sint prolata; adeoque prioribus omninó derogant, si illa posterioribus

rioribus adſentur, alias natura ipſa inverteretur, Surd. *deciſ.* 195. *n.* 7. Thomin. *conſ.* 25. *n.* 51. Decius *conſ.* 42. *n.* 24.

131. Regula itaque hinc extruitur certiſſima, quod quamdiu é primi acquirentis lineâ rectâ aliquis ſuperſtes; non ſimpliciter ſenior, ſed linea primi, ſecundi, tertii, ſemper tamen ex ordine genituræ: Poſt hos omnes extinctos frater ſenior, ſive ſecundogenitus primi adquirentis vocatus ſit: In cujus ſtirpe idem quoque ſucceſſionis ordo, qui in primogenitti linea ſtatutus eſt. Iis omnibus non extantibus, tunc demum agnatus proximior & ſenior nominatur: tunc demum de hujus clauſulæ intellectu inquirendum eſt. Videatur in ſimil. Menoch *conſ.* 221. *n.* 28. *verſ. duodecimo.* Hæc apertiſſima ſunt, & vix eſt, ut vel Interpretum unus vel Jureconſultorum monſtrari poſſit, qui eo caſu proximiorem indeterminaté ſuccedere concludat, quando vocati adhuc ſuperſunt. Conſequenter alienum nimis eſt in tempore ſucceſſionis, hac quidem in quæſtione deciſionem ponere velle.

132. His ita præmiſſis, jam Bullas videamus. In Aurea Bulla cap. 24. vocatur ſané primogenitus: poſt eum ſecundogenitus aut (ordinem ſucceſſivum denotat) alius ſenior frater vel (ſi nimirum ille deficiat) conſanguineus proximior. Nihil hic nobis contrarii. Primi, Secundi, Tertii linea vocatur, aut tandem conſanguineus proximior. Fateor me nondum aſſequi, quomodo hinc concludi poſſit, pro-nepotem ex ſecundo, á nepote tertii, multó minus á conſanguineo licet ſenioti & forte an proximiori excludi. Qui enim ordines ſucceſſionum hìc ſtrictiús, & fortaſſis obſcuriús conſtituuntur, eoldem explicant, tum Aurea Bulla, tum Saxonicæ & Palatinæ declarationes latiús, de quibus ut & Bulla Merenſi Saxonica jam plus ſatis verborum.

133. Omnium autem alienſſimé clauſula Bullæ Francofurtenſ. adducitur. Si enim tum demum de ſeniore & proximiore quæſtio eſt, quando nemo é primo, ſecundo, tertio ſupereſt, ut ſunt verba illius § apertiſſima, abſurdé ſané hoc argumento quis utatur ad quæſtionem initió propoſitam, utrum nimirũ nepos é ſecundogenito, á tertiogenito fratre poſt primogeniti obitum potior ſit. Supereſt enim adhuc ſecundo & tertiogenit. ſtirps. Jam ſupra dictum eſt, non eſſe confundendos hos duos caſus; Quando in primogeniis, majoritatibus, fideicõmiſſis, &c. certo nominati primo ſuor, illi de gradu in gradum ſucceſſivé ſemper hæreditatem cernunt, neq; tum de primogenii novo capite quæri poteſt; Illud enim in vocatis á lege jam conſtitutũ eſt. Quando a poſt illos nominatos, vocatur conſanguineus proximior, tunc forté, quis vocatus cenſeatur, & an novum primogenituræ caput conſtituendum, quæri poteſt, Mena *ad deciſ. Gam.* 308. In primo caſu adhuc verſamur, in primo etiam caſu propoſuit autor queſtionem: utrum nepos ex ſecundogenito tertiogenitum; rurſus utrum nepos ex ſecundogenito, nepotem ex tertiogenito licet natu majorem & forte gradu propiorem excludat; Ex præcedentibus itaq; illius quoq; deciſio, non ex § ultimo petenda, qui § tunc demum locum habet, quando neque ſecundo, neque tertiogenitus adeſt. Probé hoc notet lector, cum in iis verbis, *pro tempore ſenior*, neſcio quid virium, quamquam alieniſſimo loco & aliena in quæſtione, ponatur.

134. An autem clauſulæ hujus finalis ea mens ſit, ut per eam ſuo tempore indiſtinctè ſenior & proximior vocatus cenſeri debeat, pro quo adducitur *l. ſi libertum praterito. § ſi liberum ff. de bon. libert.* & alia jura. An potiús ad materiam ſubjectam

ctam, & ex antecedentibus ad ordinem genituræ referenda, illud alii loco reservatur. Fuit illud dubium principale in causa majoratus Trivultejana. & pro ultima tamen opinione consuluit Menoch. Marzar. Papinius, Collegium Pisanum, Bononiense, Rota Florentina. Videatur etiam consil. Bald. 488. *lib.* 3. Nec desunt in eam rem firma fundamenta, sed ad hanc, quæ jam in lite est, quæstionem tota ea clausula nulla ratione pertinet.

135. Verba Bullæ Palatinæ eadem sunt, neq; alia sententia constitutionis Alfonsianæ. Quæ præterea ex dispositione Palatinæ domus afficiuntur nihil novi continent, sed ad Auream Bullam & Declarationes Imperatorias successionē referunt. Itaq; operæ precium non est, diutius illis immorari. Reliqua ad regulam jam satis examinatam, quando & quibus casibus proximitas tempore mortis inspicienda, pertinent: eó lectorem remitto.

136. Relabitur tandem author ad sententiam Clementis Sexti Pontificis, qua regnum Siciliæ Ludovico Tarentino ut Roberto patruo proximiori addixerit. Longa est injuria, longæ ambages. Nam Roberto Regi filia Joanna successerat, eademq; Andreæ antea á patre adoptato nupserat, sed cum scelerate eum strangulari fecisset, matrimonio sibi rursus copulavit Ludovicū Tarentinum, Philippi filium. Ludovicus Rex Ungariæ, indignam necem fratris & perfidiam simul mulieris vitura Apuliam ingressus, regno Neapolitano Joannam cum marito exegit. Illa Avinionem in Gallia cum marito aufugiens, urbem hanc magna auri vi adjecta, Pontifici vendidit. Ita Ludovicus demum Innocentii V. precibus fatigatus, adulteræ liberum regnum reliquit: Serr. *in Invent. sub Carol. VI.* Caspar. Ens *rer. Ungar. lib.* 3. *sub Ludovic. I.* Peucer. *Chron lib.* 5. *sub Lud. Bavar.* aliiq;. Multa magnaq; errata in eo facto, si ad calculum rationis revocetur, ut non injuria quis iterum miretur, scelera illius xvi, pro certa decisione ad tantam rem adferri hodie.

137. Concludo itaque ex naturâ juris primogenituræ, rationibus juris & naturæ, Aureâ Bullâ, Declarationibus Palatinis & Saxonicis, exemplis domesticis & aliarum gentium, tertiogenito, & cuicunq; consanguineorum cujuscunq; ætatis & gradus præferri.

138. Tertium caput est de patruelibus. Brevissimé illud absolvam, cum nullis planè hîc novis argumentis opus sit, sed eadem illa, quæ pro secundogenito & tota ejus stirpe contra tertiogenitum militant, multó magis contra ejus filium valeant. Regula enim est firmissima, quod filius melioris cōditionis esse nequeat, quā pater. Quinimó si patre sum potior, multó magis filium excludo, cum regula iterum sit generalis *in l. de acces.* 14. § 3. *de diverf. & temp. præsc.* Qui me potior est, cum ego te superaturus sim, multó magis adversus te obtinere debet: Cavalc. *dec.* 12. *n.* 44. *lib.* 3. Alex Raudens. *dec.* 47. *n.* 15. Camill. Borrell. *cons.* 35. *n.* 21. Et monstri simile esset, nepotem aut filium fratris admittere, ubi frater ipse non admittitur: Cavalc. *d. dec. nu.* 47. Cujus regulæ nulla omnino exceptio esse potest, nisi ubi rationes victoriæ sunt diversæ propter jura validiora adhærentia uni & non alii: Salic. *in auth. quæ jure in fin C. qui pot. in pign.* Covarr. 1. *var. resol. c.* 7. *n* 3. Atqui in nepote non possunt esse, imó ne quidem fingi jura validiora. Hoc enim casu illo argumento á sufficienti partium enumeratione rectè uteris cum Rol. á Valle *cons* 38. *nu.* 10. *& seqq. vol.* 4. Menoch. *cōs.* 269. *per tot.* Quod filius tertiogeniti potiora & validiora jura præ patre suo habere debeat, aut ex propriâ personâ, ut quia ipse primo loco nominatus

eſt, quod falſiſſimum eſſe verba Bullæ demonſtrant; aut ex vi repræſentationis aut
tranſmiſſionis: quartum non datur. Utroque autem caſu & repræſentationis &
tranſmiſſionis, jus in patre præſupponi oportet. Quod ſi autem ille præ ſecundoge-
nito & ejus linea nihil juris habet, ſequitur neceſſario multó minus id filio compe-
tere. Nam in hoc caſu quando vincens ſuccedit in locum & gradum victi ſimplici-
ter procedit *d. regula*. Natta. *conſ.* 187. *in fin. lib.* 1. Caſtr. *conſ.* 421. *n.* 4. *lib.* 1. Quamdiu
itaque illæ rationes, quas tám pro primo, quám ſecundogeniti lineâ, contra quoſ-
cunque alios, ex jure Aureæ Bullæ, & earum Declarationibus attulimus firmæ ſtãt,
tamdiu quoque firma erit deciſio contra tertiogeniti filium. Videamus tamen a-
liorum rationes.

139. Primum argumentum eſt, quod cum patrueles inſtar fratrum deſcen-
dentium ſuccedant, ideo natu majorem reliquis præferendum. *Scopæ ſané diſſo-*
lutæ. Quando enim Weſenb. & alii quidem ſcribunt fratrum filios inſtar fratrum
ſuccedere, hoc illi volunt, quod inter eos jus repræſentationis locum habeat, & id-
eo hæreditatem non in capita, ſed in ſtirpes dividant. Erroneè inde generalis con-
cluſio texitur. Aut dicant certé, quemadmodum frater ſecundogenitus tertiogeni-
tum excludit; ita etiam ſecundogeniti filius tertiogeniti filium. Patrueles enim in-
ſtar fratrum ſuccedunt. Sed nec verum eſt, quod ex lege primogenii indiſtinctè in-
ter fratres natu maximus, cæteris omnibus cujuſcunque ſtirpis anteponatur. Peti-
tionem principii vocant Logici.

140. Res a. omnium indigniſſima eſt, ex lege Scaniæ privata & de privatis hæredi-
tatibus, quanquam feré contra omnium gentium inſtitutũ lata, Aureæ Bullæ verbis
vim inferre velle. Migrare genus ſcientiæ iterum indigetat Schola Peripateticorum.

141. Omne dubium tolli dicitur per conſtitutionem Ludovici V. Auguſti.
Quod ingenuè fateor me non intelligere. Hoc quidem ſcio, Imperatorem illum,
Paviæ ann. 1329. eum ordinem inter fratris Rudolphi & ſuos filios præſcripſiſſe, ut
alternis vicibus jus eligendi Rom. Regem haberent, ut ſupra etiam dictum eſt, ſed ex
illa alternatione, pro patruele ſimpliciter ſeniore cõcludere velle, λίαν μέγα αἴτημα.
Additur, mentem ordinationis Ludovicianæ non eſſe in Aurea Bullâ immutatam.
Igitur & hodie inter Electores Palatinos & Duces Bavariæ illa alternatio vigebit!
Cucurbitas illum pingere jubebunt Palatini ad Rhenum, qui talia defendere velit.
Longé aliam faciem dedit huic rei, lex Imperii fundamentali, nec ſunt ejus verba
obſcura. Joannis Caſimiri reſponſum, lector ipſe, quàm poteris, diligentiſſimé ſcru-
tare, & judica, an etiam ex eo tantillum ad hanc rem eruere poſſis. Et quid quæſo
tota hæc tranſactio Ludovici cum nepotibus è fratre ad noſtrum negotium? Voluit
ille alternis vicibus Electionem fieri, & quidem á filiis primogeniti primo loco. Igi-
tur concluditur in patrueles ſimpliciter ſenior alteri præferendus.

142. Porro neque Bodini authoritas tanti eſt, ut inde certa præjudicia ad
noſtrum Imperium depromi fas ſit. Scævola plerunque ſecundum ea, quæ propo-
nerentur, reſponſa dabat. Ea cum hîc in ſpecie non adducantur, quidni & illud di-
camus, minimam etiam circumſtantiam jus variare: Riminald. Junior *conſ.* 753. *nu.*
26. Sed & uno verbo reſpondeo, licet eo caſu, quo ſolus primogenitus generaliter
vocatur, de patruelibus in lineâ tranſversâ aliquid dubitationis, quo ordine ſucce-
dere debeant, eſſe poſſit: longè ſe tamen aliter res habet, quando unuſquiſque il-
lorum ſpecialem habet vocationem & nominationem. Aliquoties inculcavi, ſim-
pliciter

pliciter seniorem & proximiorem tum dici, quando à nominatis nemo adest. Tum enim forte an aliud caput primogenii quærendum est. In hisce terminis proferantur res judicatæ.

143. Quod autem in terminis terminantibus Abbatem & Alexandrum allegat, succensebit mecum lector, in eo aut nimis fidei aliis habitam, aut codices illorum non aliquanto diligentius explicatos fuisse. Abbas toto illo *cons.85. lib.1.* ne verbulum quidem de patruelibus habet. Reliqua a. ipsius argumenta pro nepote contra patruum ita sunt perspicua, ut etiam in hac patruelium disceptatione nervum ipsum tangant. Num. enim 4 probat, quod ubicunque agitur de honore vel onere applicando certis personis, neque potest tamen applicari nisi uni personæ, saltem eodem tempore, & non apparet, de qua persona disponens senserit, stetur ordini semper literæ, ut primo nominatus censeatur primo vocatus, allegat *l. generaliter*, §. *quid ergo, cum seq. de fideicom. lib. l. quoties de usufr. haredes mei*, §. *Peto. ad Trebell.* Ibidem num. 6. concludit, eo ipso, quo in concessione non solum mentio facta fuerit de primogenito, sed etiam de aliis ab eo descendentibus eos omnes prælatos esse patruis. Quod si quis hoc ad nostram facti speciem transtulerit, nihil verius est, quám Abbatem pro hac parte in terminis terminantibus respondisse.

144. Alex. *cons.4. vol.4.* in eo casu est, ubi semper vocatus erat filius major eorum, qui superfuerint, cujuslibet vel alterius, adeo ut Alexander etiam filium Gabrielis ultimi possessoris, si tempore delatæ successionis alius esset major, excludat. An hi sint termini terminantes, alii viderint. Alex. certé eodem consilio *num.14.* Cum Castrensi *in cons.164.* concludit, quod ubi vocatur primogenitus & ejus filii, ex ordine scripturæ appareat, *post primogenitum vocari filios, non patruum aut alium majorem.* Aperta satis sententia.

145. De Barclaji loco quod adfertur, metæ sunt divinationes. Majorem ætate cæteris paribus in concursu debere anteferri, nemo inficias ierit: dummodo cætera sint paria. Hic autem primogenitura supereminet. De quo licet hîc propriè non agatur, non possum tamen quin elegantem locum ex Thuan. *libro vigesimo septimo* addam, ubi de Principibus Regii sanguinis agit: *Principes* inquit, *sanguinis inter se hunc ordinem servant, ut tantum succedendi in regnum jus servetur, nullâ præterea publici oneris aut alius tituli nisi in bello ratione. Qui succedendi ordine prior est, posteriorem antecedit, quod summâ prudentiâ à majoribus nostris constitutum fuit, ne videlicet legitima successionis ordo interverteretur.*

146. Tandem successionem Regis Philippi in Lusitania urgent. Atqui antea audieram explicationē Aureæ Bullæ non esse ex Hispania sumendam? & ex eo præsertim, de quo an jure sit factum multi dubitarunt. Non est meum defendere Jacob. à Saa. in explicatione legis mentalis, qui si viveret, tot contumeliis immeritò lacessitus, tractim alios tangeret ut dormirent sed saltem hoc dico, nihil planè eam rem nostræ quidem thesi adversam esse. Philippus enim cum Catharinâ Brabantiæ Ducis uxore in pari erat gradu. Præferebatur autem merito, ut natus ex primogenitâ: in eo enim potissimum ipsius fundamentum fuisse Conestag. *lib.3.* scribit: sed & ideo præferebatur, quia masculus, juxta legem Sebastiani *12. t. 1 pag. 6 leg. extrav.* allegatâ à Ludovico Molin. *disp. 631. n.3.* Ipse Raudensis, qui omnium diligentissimè pro Philippo consuluit *resp* 1. hanc maximè conclusionem stabilit, quod primogenitus dicatur illa persona, quæ considerato stipite est ex linea primogeniti *n.90. 91.*

Et illum vocat primogenitum juris *nu.* 92. Unde tandem efficit, quod Philippus, ut ex majori, sit præferendus *nu.* 111. ubi quidem alia adminicula adducit, sed in priori tamen se maximé fundat. Meræ ineptiæ sunt, omnes Jureconsultos, Hispanos, Italos, ipsos adeó Lusitanos pro ætatis prærogativa & proximitate respondisse. Osascus sanè, Amedeus á Ponte, Cacheranus Præses pro Sabaudo, Collegium Patavinum pro Raymundo Farnesio, nec nulli pro Antonio scripserunt. Imó Conestagius *lib.* 8. addit, Jurisconsultos Academiæ Conimbricensis in Lusitaniâ ipsâ constantissimé contradixisse juribus Regis Philippi.

147. Nec ego in Menoch. *cons.* 250. *nu.* 113. Lupum consiliarium Regium ejusmodi quid de lege Taurinâ, sed hoc dixisse invenire possum, legem Hispanicam, qua sancitum, patrem posse constituere primogenituram ex suis bonis, diminutâ aliorum filiorum legitima, esse legem iniquam & minimé observandam. *Nihil* ibi de jure repræsentationis. Sed hîc pedem sisto. In multas quidem paginas res hęc extendi adhuc potuisset, sed plura alia brevitatem suadebant: In quâ ipsâ, si quid á veritate alienius invenis lector, indictum esto.

XIX.

DE CONFRATERNITATIBUS, D. JOHAN-CASPARI Güttich.

Thesis I.

Cum ordine nihil pulchrius, & scire secundum vulgatissimum effatum quid facias & nescire quo ordine facias, non sit perfectæ cognitionis. Ideoq; & nos ordinem servaturi, primum omnium in definitionem tum nominis tum rei, quippe quæ cuiusq; tractatus caput primarium, & quasi lapis angularis, secundùm commune doctorum votum esse dicitur, inquiremus. Confraternitatis *a* igitur à fraternitate dictæ *b* pactum, est conventio á duabus pluribusvè illustrib. familiis inita, summiq; Principis authoritate confirmata, ad hoc, ut una familia quoad heredes masculos extincta, alteri bona & Principatus ejus certa successionis lege deferantur.

a) Vocabulum Confraternitatis non uno accipitur modo. Nam quandoq; denotat societatem quandam religiosorum inter sese, ut die Brüderschafft S. Jacobi, S. Antonii, ut & aliorum Monachorum *de quibus* Waremund. *ab Ernberg in meditam. de fœderibus lib.* 1. *c.* 4. *nu.* 12. Quó etiam pertinent ordines Equestres S. Michaëlis, Lunæ, Aurei velleris, Periscelidis, S. Johannis &c. & alii, inter quos tamen non minima intercedit differentia, *de quibus Barth. Musculus in in disp. de pact. Succ.* cess.

obs. thes. 12. & 13. Superioribus accedunt quandoq; Laici, so sich in eine Brüderschafft begeben / ut, Jesuitarum, Capucinorum, Franciscanorum & aliorum ordinum, qui tamen interim non in omnibus æquali gaudent jure, sed tantùm certo modo & conditione adsumuntur. Secundó accipitur etiam pro societate jurâta, quorundam privatorum, quæ græcis φρατρία est, *de quibus Boerius decis. 355. Gail. 2. obs. 126. num. 7.* qui inde fratres jurati geschworne Brüder dicuntur, quæ tamen confraternitas illicita est, & prohibita *Gail. d. loc.* Tertió accipitur pro pacto ipso successorio, per quod confraternitas constituitur, per metonymiam effectus pro causa. Quartó sumitur pro illo ipso, quod ex pacto illo oritur nim. die Erbbrüderschafft. & in hac significatione hoc in loco accipimus.

b Eó quod taliter paciscentes sibi invicem loco fratrum constituantur. Unde & confratres, Frattes conventionales, sive pactionales Erbverbrüderte / ipsum verò pactum successorium Confraternitas Erbverbrüderung à nonnullis Erbvereinigung appellatur, *Waremund. de Erenberg. in meditam. de fœderib. lib. 1. c. 4. num. 11. Besold. 1. disputat. nomicopoliticarum 13. num. 2.* Quamvis verò hæc duo vocabula Erbverbrüderung & Erbvereinigung à Doctoribus nonnullis promiscuè sumantur, differentia tamen inter illa deprehenditur non exigua. Vocabulum enim Erbvereinigung propriè denotant conventionem de certo modo belli pacisque tempore observando, & sic non nisi ad pacem publicam tuendam citra omnem de ditionibus dispositionem tendit, dicitúrque Erbvereinigung / non respectu hereditatis, quasi de eo quicquam disponat, sed respectu continuationis, eó quod etiam ad heredes transeat in iisque continuetur. Et sic fine & effectu rectè considerato nihil aliud est quàm confœderatio. *Dom. Arumæus in discurs. Academ. ad Auream. Bullam. discurs. 6. th. 6.* Id quod etiam ex diversis Confraternitatis & confœderationis formulis, quæ etiam rem ipsam diversam esse arguunt, *arg. l. si idem 7. c. de Codicillis*, evadit manifestissimum. Sic enim verba initialia confœderationis oder der Erbvereinigung Naumburgi renovatæ Anno 1587. die 8. Julii, Wir von Gottes Gnaden / &c. Bekennen mit diesem Brieff / als weiland die Hochgeborne Fürsten / &c. Vorlangen Jahren eine freundliche / Brüderliche Erbeinigung vnnd Verständnuß / wie vnd welcher Gestalt sie vnnd jhre Erben vnd Nachkommen ewiglich beyeinander in freundlicher Einigkeit / guten Fried vnd ewiger Ruhe / sitzen vnd leben / auch in denselben Widerwertigkeit vnd Nöhten einander Hülffe / Rath vnd Beystand thun solten vnd möchten gemacht / verbiffet / versiegelt / gelobt vnnd geschworen haben / &c. in quibus certè omnibus ne verbulo quidem hereditatis aut successionis fit mentio. Vocabulum verò Erbverbrüderung denotat provisionem de modo succedendi unâ vel alterâ familiâ quoad heredes masculos extinctâ, *Dom. Arumæus dicti discurs. 6. th. 6.* id quod itidem ex verbis initialibus dicto anno Naumburgi renovatæ confraternitatis der Erbverbrüderung formulæ redditur perspicuum; Wir von Gottes Gnaden / &c. Bekennen vnnd thun kund vor all vnsere Erben offentlich in diesem Brieff vor allen desselbigen ansichtigen / nach dem vor zeiten vnsere Voreltern / Eltern vnd Vorfahren alle seliger vnnd löblicher Gedächtnuß sich ihres Nutz vnd Friedens willen jhrer aller Land / Leut vnd Unterthanen mit jhren Landen vnnd Fürstenthumen durch Römische Kräiß Verwilligung vnnd Confirmation laut der Brieff darüber gegeneinander außgangen / zusammen verbrüdert / vnnd darüber ein jeder Theil von deß andern Theils Graffen / Herren /

Ritterschafft vnnd Amptleuten / Mann vnnd Städten / rechte Erbhuldigung genommen / ꝛc. Vernewern / ꝛc.

c *Schönborn. 2. pol. 13. Barth. Muſculus in diſp. de pactis ſucceſſ. illuſtr. fam. th. 2. Petrus Ritter in diſp. de confraternitat. & confœderationibus theſ. 10.*

2. Pacta hæc ſucceſſoria pro varietate conventionis etiam efficiuntur varia & multiplicia. Nos autem jam illa in univerſalia, in quibus de omnibus Principatibus univerſoque patrimonio ab utraque parte fit diſpoſitio *a* Et in Particularia quæ non ad univerſa bona, ſed ad certum principatum certamque ditionem diriguntur *b* dividimus.

a Prius hujus noſtræ diviſionis membrum comprobat notiſſimum illud & celebre admodum Sereniſſimorũ Saxoniæ Ducum cum Illuſtriſſimis Haſſiæ Landgraviis initum pactum, quod ab utraque parte univerſale, & ad omnes Principatus univerſumque patrimonium eſt directum, uti hoc ipſum ex formula *in actu Marpurg. in document. ad cauſam principalem pertinent. lit. F. fol. 22. & ſeqq. inſerta* clarè patefecit, Daß alle dieſelbe abgangene Fürſtenthumb / Graff- vnnd Herrſchafften / ꝛc. Auch alle andere fahrende Haab nichts außgeſchloſſen / beweglich vnd vnbeweglich die wir jetzund haben / oder wir vnd vnſer Leibs Lehens Erben noch gewinnen mögen / in allermaſſen das vorgeſchrieben ſtehet auff die ander Parthey vnd jhre Leibs Lehens Erben gäntzlich zumahl zu erbeigen gefallen vnnd erblichen bey jhnen vnnd jhren Erben / als jhren rechten Erbherrn bleiben ſollen / *b* Quale olim fuit inter Duces Saxoniæ & Principes Hennebergicos, *de quo infra dicemus*, quod ex parte quidem Principum Hennebergenſium univerſale, ex parte verò Saxoniæ Ducum particulare, ad ditionem ſolùm Coburgicam fuit reſtrictum, *Teſte Nicolao Reuſnero vol. 1. conſ. 3. Schönborn. 2. polit. 13.*

2. Cauſſam Efficientem horum pactorum Succeſſoriorum ipſorum paciſcentium conſenſum atque placitum facimus.

Quemadmodum enim ad omnes conventiones ineundas partium conſenſus atque voluntas maximè deſideratur *Gloſſ. & Dd. in l. 1. §. 3. ff. de pact.* cum nullus contractus in invitum reddatur, *l. invitum 11. C. de contrah. empt. l. ſicut 5. C. de oblig. & act.* Ita quoque hoc noſtro in caſu ipſorum quoque paciſcentium conſenſum atque voluntatem omninò neceſſarium eſſe, extra omnem dubitationis aleam poſitum eſſe exiſtimamus.

Cauſam efficientem Remotam & ſic originem horum pactorum Doctores nonnulli uſui & conſuetudini deferunt *Barth. Muſculo tract. ſuo de ſucceſſ. conventionali & anomala membr. 1. claſſ. 1. concluſ. 1. lit. B. & alii ab eo allegati*, à quibus tamen hoc in caſu non ſine ratione recedimus. Si enim pacta hæc ſucceſſoria inter illuſtres perſonas de jure civili ſcripto valent, ut valere præfati Dd. tradunt, illa duo ſimul conſiſtere non poſſunt: tunc enim eorum origo & cauſa remota non juri non ſcripto, ſed potius juri civili ſcripto erit adſcribenda. Quanquam, non negamus illa pacta ſucceſſoria hodierno tempore & uſu frequentari, hoc enim nemo ſanæ mentis facilè negabit: ipſa enim experientia, & multi magni nominis Germaniæ noſtræ Principes, qui talia pacta gentilitia inierunt, comprobant illud & abundè de eo exemplo ſuo teſtatur. Inter illoſ autem non immeritò Principem locum obtinent Sereniſſimi

reniſſimi Duces Saxoniæ & Illuſtriſſimi Duces Saxoniæ & Illuſtriſſimi Landgravii Haſſiæ, qui talia confraternitatis pacta inter ſeſe anno 1373. inierunt, *referente* Udalr. Zaſio *conſ.* 1. *lib.* 2. *in pr.* Beſoldo 1. *diſp. nomicopol.* 13. *nu.* 3. quibus tamen diſſentit Waremund. *de* Erenberg. *in medit. è fœderib. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 35. cui adſtipulatur Dominic. Arumæus *in diſcurſ. Academ. ad Auream bullam diſc.* 6. *theſ.* 6. qui tale confraternitatis pactum inter Saxones & Haſſos Anno 1262. initum, prædicto verò anno 1373. ſalem renovatum fuiſſe aſſerunt, ſimulque cauſſam impulſivam conventionis hujus adjungunt bellum nimirum novennale, quod *Henricus* geſſit cum *Sophia S. Eliſabetha filia Duci Brabantino deſponſata.* Sed utut ſit ſufficiat nobis talem confraternitatem reverâ eſſe factam, non eſt neceſſe, ut de tempore initii tam anxiè inquiramus. Pactum hoc ſucceſſorium à multis Imperatoribus eſt confirmatum, ſæpè etiam à paciſcentibus renovatum, *teſte* Waremund. *loco antea citato.* Inprimis verò ante annos non tam multos Naumburgi *Anno* 1555. 10. *Martii & anno* 1587. 8. *Iulii á Chriſtiano I. Electore, Friderico Wilhelmo, Iohanne, Iohanne Caſimiro, Iohanne Erneſto,* Ducibus Saxoniæ & *Wilhelmo, Ludovico, Georgio & Mauritio,* Haſſiæ Landgraviis *teſte* Beſold. *dict. diſp.* 13. *n.* 3. Et noſtrâ ætate *Anno* 1614. *M. Martio* à Sereniſſimis domus Saxonicæ adhuc viventibus Ducibus, & Illuſtriſſimis Haſſiacæ domus Landgravis præter unum modó in vivis exiſtentibus. Communiter autem circumfertur domum Brandeburgicam ad fœdus vel pactum confraternitatis ante aliquot centum annos inter Saxones & Haſſos initæ, & hactenus continuatæ, adceſſum feciſſe *dicto anno* 1587. Verùm, ut ſimpliciter cum illis ſentiamus & faciamus, multa nobis ſunt obſtaculo. Sententia igitur noſtra talis eſt, Brandeburgicam domum nunquam adceſſiſſe ad pactum confraternitatis Saxonum & Haſſorum quatenus tale. Nam in renovatione *de Anno* 87. confraternitatis Naumburgi facta planè nulla fit mentio Marchionum Brandeburgenſium, quod tamen fieri non potuiſſet nec debuiſſet, ſi prædicta communis opinio vera eſſet, quod obſervavit Dn. Arumæus *in diſcurſ. ad auream bullam, diſcurſ.* 6. *th.* 6. Interim ſanè non diffitemur deliberatum & tractatum eſſe *d. Anno* de nova confraternitate inter Saxones, Brandeburgenſes & Haſſos, prout & nova formula deſuper eſt erecta; ſed quia modus ille & conditiones adjectæ nondum implere nec iis ſatisfactum, meritó illa ut non conſummata & in effectum deducta pro nulla habenda, pro ut hoc *illuſtriſſima linea Darmſtadina in cauſſa Marpurgenſi in artic. ad cauſſam principalem pertinentibus art.* 104. 110. 111. 112. egregiè deducit.

Notiſſimum etiam hujus rei exemplum exhibet nobis Comitatus Hennebergicus, quem per tale confraternitatis pactum ad Sereniſſimos & Illuſtriſs. Saxoniæ Duces devolutum eſſe legimus *apud* Nicolaum Reuſnerum *vol.* 1. *conſ.* 3. Cum n. *Anno* 1554. *M. Sept. Iohannes Fridericus II. Johannes Wilhelmus & Ioannes Fridericus III.* Saxoniæ Duces *cum Wilhelmo, Georgio Erneſto, & Poppone* Principibus Hennebergicis propter varias rationes in formula adductas in verbis **daß vnſer beyderſeits Ort Land vnd Herrſchafft zu Francken / dieweil ſie mehr als an einen Ort zuſammen grentzen vnd ſtoſſen inmaſſen ſie dann auch vor 100. Jahren zuſammen / vnnd in eine Herrſchafft gegen Henneberg gehörig geweſen / ꝛc. Item damit nicht auff vnſer eines Fürſtlichen Hauſes vnnd Stammes tödtlichen vnnd ledigen Abgang ein Frembder vnnd vnnachbahrer Stamm dem andern Theyl zur Vnruhe Schaden vnd Nachtheyl in derer örter einem einſetzen möchte / ꝛc.** Confraternitatis

pacta-

pacta hac ratione & modo inirent, ut extinctis Principibus Hennebergicis, Saxoniæ Duces in toto comitatu Hennebergico, decedentibus verò sine masculis heredibus Saxoniæ Ducibus, Hennebergici saltem in districtu Coburgensi succederent, illamque conventionem confœderati Hassiæ Landgravii approbarent, & Imp. *Carolus V. Anno* 1555. omni meliori modo & forma confirmaret, conditio tandem in Principibus Hennebergicis extitit *Anno* 1583. & effectus hujus confraternitatis est subsecutus, totusque comitatus cum omnibus pertinentiis ipsa experientia teste ad Saxoniæ Duces est translatus, *teste* Reusnero *supra cit. consil.*

Celebre insuper etiam est Successorium pactum Marchionum Brandeburgensium cum Pomerianæ Ducibus anno 1323. initum. Cum enim Pomerianæ Duces investituram aliquando negligerent *Imp. Ludovicus Bavarus* Pomeraniam in feudum dedit filio suo Marchioni Brandeburgensi, quia verò hoc armis ansam præberet, tandem controversiam hoc pacto composuere ut extinctâ Pomeraniæ stirpe masculâ, Marchiones Brandeburgenses succederent, id quod testatur Chytræus in *Chron. lib. 5. fol. 156. & 365.*

Ad eundem quoque modum inter se pacti sunt Duces Bavariæ & Principes Palatini, referente *Bodino lib. 1. de Republ. c. 2. n. 13. Schönborn 2. polit. 13.*

Eodem quoque confraternitatis jure Comitatum Katzenelnbogensem ad Hassiæ Landgravios translatum esse refert Molinæus *consil. 17.*

Et longé plura extant horum pactorum exempla, quæ omnia hic recensere valde foret prolixum, de quibus videatur Hottoman. *cons. 32. n. 37.* Waremund. de Erenberg. *lib. 1. de fœderib. c. 2. n. 35.* Schönborn. *2. polit. 13. & alii.*

4. Subjectum horum pactorum successoriorum sive confraternitatum sunt ipsi paciscentes, Principes nimirum Marchiones, aliæque Personæ in illustri dignitate collocatæ. Etsi enim de jure nostro civili omnia pacta circa successionem interposita, sive sint affirmativa de succedendo *a* sive negativa de non succedendo *b* sive reciproca, sive non *c* regulariter privatis sint interdicta, & militibus duntaxat concessa, *d* non tamen attentis his nihilominus illustrium harum familiarum successoria pacta juris ratione parum refragante licita esse obtinuit. *e*

a Sive pactum illud sit de futura Successione ejus cum, quo paciscimur *l. 15. C. de pact. l. 3. C. de collat. l. 61. ff. d. verb. obligat.* Pacta enim sive, contractus non esse modos dandæ & adimendæ hereditatis, sed solùm voluntatem ultimam tàm expressam quàm præsumptam ex *l. 5. C. de pact. convent. & l. 4. C. de inutil stipul.* clarè patescit. Accedit quod contra bonos mores esse talia pacta successoria à privatis inita expressè in *d. l. 6.* sanciatur, tum quod occasionem alterius vitæ insidiandi præbeant *l. fin. C. de pact.* tum etiam quod liberam testandi facultatem paciscentibus aufferant *d. l. 15.* cum tamen nihil magis hominibus debeatur, quàm ut suprema voluntatis liber sit stylus, licitumque arbitrium *l. 1. C. de SS. Ecclesiis* ut latè & eleganter illud probat *Amplissimus & Consultiss. Dominus* Præses, *Præceptor & Promotor meus omni observantiæ cultu æternùm honorandus, in tract. suo de pact. cap. 5. q 4.* Hugo Donellus *ad d. l. 15. & l. fin C. de pact.* Gœdd. *ad l. 3. de V. S. n. 38.* Treutl. *aliisq; ab eis allegati vol. 1. disp. 6. th. 8. lit. a.*

Sive illud fiat de hereditate tertii alicujus certi ignorantis tamen & in vivis, existen-

exiſtentis, *l. fin. C. de pact.* Nam & hoc bonis moribus eſt contrarium, teſte ipſo Imperatore *in d. l.* Turpe enim, & improbum de hereditate adhuc viventis eſſe ſolicitum, *l. 2. §. interdum. ff. de vulg. & pupil. ſubſiſt.* plenumq; eſt triſtiſſimi & periculoſi eventus, *ut iuxunt ipſa legis verba*, Zaſ. *ad l. 61. de verb. oblig. n. 55.* Schneid. *ad §. Item ſi quis poſtulante Inſt. de actionibus, nu. 6. Ampliſſ. & Clariſſ. Dominus* Præſes *in allegato tr. de pact. 5. qu. 1.* Gœdd. *in tr. de contrah. ſtipul c. 6. concl. 7. n. 60.*

b) *l. 3. C. de collat. l. fin. ff. de ſuis & legit. hered.* id quod etiam agnoſcit & fatetur Pontifex *in c. quamvis de pact. in 6.* ideoq; ob varias hinc inde á Doctoribus allatas rationes. Primó quia improbus ille cenſetur, qui de hereditate adhuc viventis cogitat *l. 2. §. interdum. ff. de vulg. & pupil. ſubſt.* & contra bonos mores & jus gentium feſtinare dicitur *l. 29. §. 2. de donat. 2.* Adfert *Gœddæus* hanc rationem, quia hoc pacto agitur ne quis ſit heres quamvis ſit agnatus vel filius, quod tamen de jure fieri non debet, quandiu enim quis eſt agnatus, aut filius, tandiu etiam eſt legitimus heres. Sicut igitur pacto effici non poteſt, nequis ſit filius aut agnatus, cum abdicatio liberorum in jure noſtro ſit prohibita & legibus improbata, *l. abdicatio, C. de patria poteſt.* alioquin enim jus naturæ everteretur: ita quoque pacto effici nequit, ne quis ſit legitimus heres. Imó etiam tali pacto negativo æqué ac affirmativo á contrario ineſſe captandæ mortis votum latè Gœdd. teſtatur. Eo enim ipſo, quo quis cum eo, cui jure ſuccedere poteſt, ita paciſcitur, cæteris proximioribus & ordine ſequentibus exoptatam occaſionem illius vitæ inſidiandi præbet, ne forté mutata voluntate teſtamentum condat, ſperatamq; ſuccedendi ſpem illis præripiat *latè* Gœdd. *de contrah. ſtipul. c. 6. concl. 7.* Valent. Guilhel. Förſterus *in tr. de pact. c. 6.* Arumæus *Exercit. Inſt. 12. th. 14.* Donell. *ad d. l. fin. C. de pact.*

Et pacta hæc circa ſucceſſionem interpoſita in tantum in jure noſtro improbantur, ut ne juramento quidem convallata ſubſiſtere poſſint: contra bonos mores enim ea eſſe jam demõſtratum eſt, quæcunq; autem pacta ſunt talia, illa ipſo jure ſunt nulla, *l. 7. §. 16. ff. de pact. l. non dubium & ibi Dd. C. de legibus. l. 11. 12. §. fin. ff. de legat. 1.* Quod autem ipſo jure nullum eſt, id quoque juramento confirmari nequit, non enim entis nulla ſunt accidentia, nullæ qualitates, & omnis confirmatio præſupponit confirmabile Zaſ. *ad l. 61. ff. de verb. oblig. n. 48.* Sichard. *ad l. 3. C. de collat.* Petrus Gregor. *lib. 4. Syntagm. 5. n. 14.* Donell. *ad d. l. fin.* Quamvis jus canonicum in pacto negativo diverſum ſtatuat in *c. quamvis de pact. n. 6.* Covarr. *in rub. de teſtam. part. 2. n. 15.* Borch. *de pact. c. 5. n. 61. & ſeqq.* Gœdd. *de contrah. ſtip. cap. 6. concl. 7 num. 103. & ſeqq.*

c) *l. licet 19. C. de pact.* Idq; propter eaſdem ſupra ſæpe allatas rationes mortis nim: captandæ votũ id quod haud obſcuré indigitat Imperat. *in l. 11. C. de tranſact.* & libertatis teſtandi imminutionem Peck. *1. de teſtam. conjug. c. 8. nu. 2.* Weſenb. *conſ. 71. n. 12.* Sive illa promiſſio de ſucceſſione viciſſitudinaria fiat per ſtipulationem cauſa donationis inter vivos ſive per ſimplex pactum de mutua ſucceſſione uti diſtinguit Gail. *2. obſ. 126 n. 6.* Par enim eademq; utriuſq; eſt ratio, nec ſtipulatio aliam huic conventioni poteſt addere naturam, de qua enim re paciſci non licet, de ea nec ſtipulationem contrahere jura permittunt, *l. 7. §. 16. ff. de pact. Ampliſſ. & Clariſſ. Dominus* Præſes *in tr. de pact c. 5. qu. 4.* Gœdd. *de commitend. ſtipul. c. 6. concl. 7 num. 84.* Quamvis inficias ire non poſſimus talia pacta viciſſitudinaria hodierna conſuetudine eſſe receptiſſima *teſte* Mynſing. *2. obſ. 33.* Gail. *2. obſ. 126.*

d) Etsi verò hæc omnia modò jam dicta de jure expressè sic sint decisa & regulariter omnia successoria pacta prohibita. Regula tamen hæc perspicuam habet adjunctam limitationem in militibus quibus talia successoria pacta condendi est concessa potestas, *in l. 19. C. de pact.* Communis enim fortuna communeque vitæ periculum omne captandæ mortis votum, finalem legis prohibitionem, tollere censetur. Imo re & veritate ipsa rectiùs inspecta manifestum nobis erit pacta talia á militibus non valere ut pacta, sed ut quævis ultimæ militum voluntates & testamenta, id quod non obscurè *illa d. legis verba: cum voluntas militum quæ super ultimo vitæ spiritu, &c.* innuere videntur. Si igitur pacta hæc non valent ut pacta, sed ut testamenta & ultimæ voluntates, nemo facilè negabit, quod cessent supra allatæ prohibitivæ rationes. Cessat enim tunc testandi facultatis imminutio quod indubitatum, cessat etiam captandæ mortis votum propter voluntatis mutabilitatem, quam primùm enim miles senserit heredem tale quid tentaturum extemplo voluntatem mutare, aliumque heredem instituere & ita ansam insidiandi heredi primo præripere poterit, ultima enim militum voluntas ad extremum usque vitæ spiritum mutabilis est & ambulatoria, *l. 4. ff. de adiment. legat.* quod longè secus habere in pactis juris est indubitati Forsterus *lib. 4. de succes. 24. nu. 8.* Hackelman *disp. illustr. qu. 2. th. 7. lit. b.*

An autem tale militum privilegium etiam ad militiam canonicam sit trahendum dubitatione non caret. Verius tamen esse arbitror illud eo extendi nõ posse propter *c. quicunq; qu. 4. c. 2. de prabend. concess. c. detestando, eod. in 6.* Inter hominem enim privatum & Ecclesiam tale pactum reciprocũ consistere nequit ut nec inter duas Ecclesias, *c. libertas, 12. qu. 2.* Tiraqu. *de privil. piar. caus. privil. 105.* Forsterus *d. l. 24. n. 6.* Vasqu. *de succes. tom. 2. § 2. n. 19.*

e) Quia *d. l. 19. C. de pact.* de privatis saltem est concepta, id quod ejus legis verbis apparet. Si igitur de privatis tantùm loquitur, sequitur, quod contrarium sit statuendum in personis publicis, *arg. l. 12. ff. de jud.* Personas autem illustres / principes nimirum & aliæ in illustri dignitate constitutæ non esse privatas, sed publicas in numero magistratuum Romanorum nemo facilè negabit, *arg. l. 1. § jus publicum, ff. de justit. & jure*, probabile igitur est eas non adstringi legibus ob privatorum pactiones proditis, *arg. l. jus publicum. ff. de pact.* Zasius *lib. 2. cons. 1. nu. 20.* ut etiam respondit illustrissima Saxoniæ domus **in der Apologia vnnd Rettung der zwo Schrifften so** Anno 1609. **von der Chur vnd Fürstlichen Hausses Sachsen an den verledigten Gülchischen Herrschafften habenden Rechten / außgangen / refutata** Antonio Cõlero *in discurs. suo de jure Imperii Germanico.* 70. Dein de pacta hæc successoria militibus, *in d. l. 19.* expressè conceduntur. Principes autem aliæq; personæ illustri dignitate pollentes Imperatori semper militare dicuntur, Gail. *2. obs. 127.* inque numerum militum in jure nostro referuntur, *l. 2. C. de domest. & protector.* Unde etiam confraternitatis hisce pactis talia inseruntur verba: **thun auch ernelte auff vnnd Vbergebung gegeneinander gegenwertiglich in vnd mit Krafft dieses Briefs in der allerbestendigsten Form / Weiß / vnd Maß / als solches jure publico militari vnd sonst zu recht geschehen kan vnd mag / teste formula confraternitatis Dicum Sax. & Hass. *Anno 1555. renovata.*** Taceam jam quod cessent in hisce personis illustribus rationes prohibitivæ, unde & non immeritò & ipsa legis debet cessare prohibitio. Non n. hic sibi locum vendicare potest, captandæ mortis votũ: eximia enim digni-

gnitas & authoritas qua pollent, & in quibus integritas lumine clariori, quàm in aliis perfulgere solet hominibus, *l. inter claras, 8. C. de summa Trinit.* Illud quàm longissime removet. Imprimis verò in laudatissimis Germaniæ nostræ Principibus tales rationes quaquam præsumuntur, utpote apud quos ipso *Bolognet. Italo teste*, ut ex proœmio hujus nostræ disputat. apparet, parum sunt cognitæ. Cessat insuper & alterius legis prædictæ ratio prohibitiva, testandi nimirum facultatis imminutio, cum plerumque taliter paciscentes certam pecuniæ summam, de quibus testamentum condere possunt, sibi reservare soleant. Et quamvis de hac reservata pecunia summa plerumq; testandi potestas, non cuivis de familia Principi, sed ultimo solum concederetur, nihil tamen impedit, quò minus pacta hæc subsistant, quis enim negabit illustrem familiam ex conventione ob causam justam & publicam utilitatem inita, & Imperatoria authoritate confirmata, testandi facultatem ad certas de familia personas restringere posse, Zas. *d. consil. nu* 42. In summa etiamsi illa pecuniæ summa plane deesset, adhuc tamen nõ quicquam virium hisce pactis detraheret, non n. infrequens in jure nostro est, ut quis seipsum nõ quidem directo, per indirectum, tamen & per consequentiam testandi, facultate privet, quale exemplum nobis suppeditatile, qui se in arrogationẽ dat, ut & ille, qui monasterium ingreditur, *Auth. ingress. C. de SS. Eccles.* Addimus & hoc, quod finis horum pactorum sit optimus, *ut infra dicetur*, ad pacem & tranquillitatem totius Romani Imperii tendens, cujus autem finis bonus est, id ipsum quoq; bonum & licitum esse censetur. Et quid multis, si planè nihil aliud hisce nostris confraternitatis pactis opitularetur sola Imperatoria confirmatio, quæ semper hoc in casu necessaria est, & cui plerumq; ex plenitudine potestatis clausulæ hæ, ut valeant pacta illa omni meliori modo, cum inhibitione, derogatione, & cassatione omnium jurium in contrarium ullo modo tendentium, omnium etiam defectuum suppletione inseruntur, *ut patet ex confirmat. Confraternit.* Ducum Sax. & Hassiæ *Caroli IV. Anno* 1373. *& Rudolphi II. Anno* 1597. ubi etiam in casum controventionis gravissima pœna adjecta, ad sustinenda illa sufficeret. Quam rationem in terminis applicat Zasius *d. cons. nu.* 42. Imo per hanc Cæsaream confirmationem successoria hæc pacta vim legis atque statuti ab illustribus personis inter ipsas earumque familiam & posteritatem de succedendo conditam accipiunt & nanciscuntur, Gail. *de obs.* 127. *nu* 8. In summa talis Cæsarea confirmatio omnem effectam mortis votum tollit, cunctasque malorum morum reprehensiones, machinationes, læsiones, & fraudes cessare facit, *l. fin. C. de vendend. reb. eorum l.* 1. *& ibi Dd. C. de his, qui propter met. jud. non appell.* Plura etiam pro confirmandis hisce confraternitatis pactis hinc inde à Doctoribus adducuntur, quæ omnia & singula hic recensere nimis foret prolixum. Et hanc sententiam tuentur multiq; rationib. confirmãt, *Ampliss. & Clariss. Dominus* Præses *in resol. Treutlerianis vol. 1. disp. 6. th. 8. q. 58.* Hottom. *cons.* 71. Uldr. Zas. *d. cons* 1. *n* 8. Gail. 2. *obs.* 127. Arum. *disc. 6. ad curiam bullam th.* 6 Ant. Coler. *in disc. suo de jure Imperii Germani th.* 90. Besold. 1 *disp. nomicopol.* 13 *& alii à dicto Dd. & in actu Marpurgens. citati.*

5. Materia horum pactorum successoriorum sunt omnia bona, *a* tàm præsentia quàm futura, *a* tám mobilia quám immobilia, *b* certa tamen communiter reservata pecuniæ summa, de quibus disponere & testamentum condere possunt. *c*

a) Exemplo nobis est illustre illud Ducum Saxoniæ & Landgraviorũ Hassiæ confraternitatis pactum. Id quod non solúm ejusdem formula verbis illis **mit allen vnsern Landen vñ Leuten/die wir jetzund haben/oder wir vnd vnsere Leibs-Lehens Erben noch gewinnen mögen.** Sed & Imperatoria confirmatio Caroli IV. ibi, **die sie an beyden seyten jetzund haben/oder hernach ewiglich ernt erben vnd haben werden/wie man die mit sonderlichen Namen benemen mag/nichts außgeschlossen seyn/heyssen sollen vnd mögen/** satis & abundé testantur.

b) Quod patet ex ejusdem confraternitatis literis, ibi **das alsdann desselben abgegangenem Fürstenthumb/Grafschafften/vnnd Herrschafften/Lehen vnnd Pfandschafften/ mit Land vnnd Leuten/Erbeigen Kleinoden/Schulden/Güld/Geschütz vnd zugehöriger Artilerey nichts außgeschlossen/beweglich oder vnbeweglich/**&c. Sed quod de universitate bonorum in pactum prædictum Ducum Saxoniæ & Landgraviorum Hassiæ deductorum jam assertum, dubium facit illud, quod scribit Fabricius *origin. Saxonicar. lib. 7. fol. 747. his verbis: renovatur eodem anno (puta 1431. IX. Cal. Novemb. fœdus fraternum & hereditarium, inter* Electorem (puta Fridericum II. Placitum) *& fratres, & inter* Ludovicum IV. *Hassiæ Landgravium, exceptaditione Electorali Saxonica, quæ nec in fœderibus majorum fuit comprehensa, quia ad imperium pertinet; nec generi tribuitur sed honori,* hæc ille. Et certè non fuit ratione hoc protulisse videtur. Electoratus etenim est dignitas, nec dependet á dispositione hominis, sed legis: *c. 7. Aurea Bulla Caroli IV.* Ideoq; Saxoniæ Duces de illo, utpote commercium hominũ respuente, disponere nec potuêre, nec possunt, consequenter nec de Saxonia, in qua radicaliter fundata est illa dignitas Electoralis, hancque ceu umbra corpus subsequitur: Sic cúm Electoratus caducus factus post obitum ultimi ex familia Anhaltina Electoris, Sigismundus de Electoratu investiens Marchionem Misniæ Fridericum, simul terram Saxonicam ei concessit, non quidem per se & simpliciter, sed ex consequenti immoto, cúm, ut modò dictum, Electoratus Saxonicus absque terra Saxonica esse & subsistere non valeat, non secus ac Palatinus & Brandeburgicus absque Palatinatu & Marchiâ Brandeburgicâ. Verúm cúm in præmemoratum Sax. & Hass. pactum omnia tàm præsentia quàm futura bona deducta, nulla re excepta, ditio quoque illa Saxonica Electoralis, licet ab initio hujus pacti, nondum á Misnensibus acquisita, sub pacto illo universali veniet. Imprimis quod post acquisitionem prædictæ ditionis nulla unquam exceptio in renovationibus pacti successorii facta, sed de omnibus acquisitis bonis renovatio celebrata; acquisita autem est etiam ditio illa Electoralis. Nec obstat ratio supra pro Fabricio adducta; manet enim & dependet Electoratus à lege, nec in commercio hominis est, non enim tàm vi pacti, quàm investituræ de omnibus bonis á Cæsarea Majestate factæ, defertur; & quemadmodum, si casus in quadam Electorali domo eveniret, ut illa stirpitús extingueretur, Imperator integrum, cui velit electoralem dignitatem cum annexis conferre, deque illa investire: Sic etiam ipsi liberum, vivente adhuc familia, sub modo expectativo aliam in casum contingentiæ de Electoratu vacante investire, non secus ac in reliquis feudis hoc fieri solet & potest. Quod & Dn. Arumæum sentire videmus, *disc. 6. th. 6. ad Aur. Bullam.*

Sed hæc de Electoratu, occasione confraternitatis Sax. & Hass. exempli loco appositæ, dicta sufficiant, ad materiæ nostræ explicationem, ubi dictum, universa-

verſa bona ſine ulla exceptione in hæc ſucceſſoria pacta venire poſſe, revertimur. Quamvis autem hæc omnia revera ita ſeſe habeant, ſi tamen in altera familia quoad heredes maſculos extincta fœminæ adhuc innuptæ & indotatæ exiſtunt, tenentur ſucceſſores iſti conventionales certam pecuniæ ſummam, ſecundum modum conventionis in confraternitatis formula præſcripta, illis exſolvere, ne ab omnibus bonis paternis tanquam extraneæ atque indignæ omnino remotæ atque excluſæ videantur, id quod *in citato jam Sax. & Haſſ. pacto* bené obſervatum fuiſſe, formula in verbis, **Es iſt auch in dieſer vnſer Brůderſchafft nemblichen bedingt/** ꝛc. expreſsé teſtatur. A tota igitur ſucceſſione communiter fœminæ per hæc univerſalia confraternitatis pacta repelluntur. Sub conditione enim hac, *Si ſine maſculis heredibus alterius familiæ decedat*, fieri conſuevêre, quám primům igitur conditio illa exiſtit, alterapaciſcentium familia, excluſis omnibus de extincta ſtirpe fœminis exiſtentibus, nonſecus ac ex teſtamento, aut ipſa lege, ſtatim ſuccedit, omniumque tám mobilium quám immobilium bonorum dominium ſibi adquirit. Cům autem Principum aliarumque illuſtrium familiarum patrimonium, non ſemper ex meris allodialibus, aut feudis maſculinis ſit conſtitutum, ſed aliquando etiam feuda fœminea, quorum etiam fœminæ participes eſſe poſſunt, contineat, non ſine ratione quæſtio moveri poſſet. *Anne hæc ſucceſſoria pacta etiam de feudis fœmineis in præjudicium ipſarum fœminarum fieri poſſint.* Et Nicolaus Betſius *in ſuo tract. de pact. & conſuet. illuſtri fœm. c. 4. pag. 84.* inter feuda fœminea á fœminis deſcendentia, & inter feuda á maſculis quidem adquiſita, ita tamen ut etiam fœminæ illorum ſint participes, diſtinguit: Priori caſu pacta illa in præjudicium fœminarum tendentia, odioſa, iniqua & cum ſumma ingratitudine conjuncta eſſe pronunciat, *per c. unic. de feud. fœmin.* Addit tamen limitationem, niſi Imperator fœminis non extantibus ex plenitudine poteſtatis, & intuitu eximiæ alicujus ex hujuſmodi mutatione in Rempubl. reſultantis utilitatis, fœminas in futurum excludere voluerit, cum Princeps hoc in caſu nondum natis jus illud quæſitum, & in remota ſpe poſitum, adimere poſſit, *ſecund. allegat. ab* Anton. Gabriel. *de jur. quæſit. non tollen. concluſ. 5. num. 40.* In poſteriori caſu ſubdiſtinguit; aut enim extant fœminæ tempore initi pacti, aut non extant, ſi illud, conſenſum earum ad novam inveſtituram corroborandam, & ut earum poſteri in futurum á ſucceſſione repellantur, neceſſarium eſſe aſſerit. Si hoc, conſenſum adgnatorum ad inveſtituræ mutationem ſufficere exiſtimat, mortis aliquot rationibus *d. loco relatis.* Verům enimverő cum in primo diſtinctionis membro, ſive feudum deſcendat á fœminis, ſive á maſculis, par eademque militet ratio, neque etiam adjecta limitatio, quod nim: Imperator alicui jus quæſitum ex plenitudine poteſtatis adimere poſſit, de jure ſubſiſtat, cům hoc non poſſet plenitudo poteſtatis, ſed potiůs tempeſtatis, pugnans cum textibus juris luce meridiana clarioribus Imp. hanc poteſtatem denegantibus, *§. fin. Inſt. de his, qui ſui vel alien. juris, cap. unic. de natura feud.* etiam ob utilitatem publicam ſine pretii reſuſione, *l. 4. §. fin. l. 13. §. 1. ff. commun. prad.* Treutler. *diſp. 1. th. 5. lit. f. & ibi Ampliſſ. & Conſultiſſ. Dn.* Præſes *in ſuis reſolut. quæſt. 34.* Mynſinger. *5. obſerv. 97. num. 4.* non videmus, quomodo illa quæſtioni ſatisfacere poſſint. Verius igitur nobis videtur, ſi dicamus, pacta illa ſucceſſoria etiam de feudis fœmineis fieri poſſe, non attento hoc fœminarum præjudicio, modo illæ fœminæ exiſtant paciſcentium heredes, tunc enim patrem ipſis præjudicare poſſe plané nobis perſuaſum habemus,

cum heres contra factum defuncti venire non possit nec debeat, *l. 14. & ibi Dd. Cod. de rei vindicat.* Quamvis enim fœminæ habent jus quoddam quæsitum in præstitura, habent tamen illud mediante persona patris, ideó, quod ex persona patris habent, idipsum in persona patris ipso invito impugnari non possunt, Vultej. *in tract. feud. lib. 1. cap. 21. pag. 762.* Fœminas autem non obstante tali confraternitatis pacto parentibus suis existere heredes, nemo est qui dubitat: Etsi enim non succedunt quoad totam hereditatem, succedunt tamen in aliquibus, accipiendo nimirum certam pecuniæ summam ipsis in pacto destinatam, quæ hoc in casu vicem legitimæ repræsentare videtur, licet non attingat quantitatem de jure communi requisitam: Statuto enim legitima minui potest, Gail. 1. *observ.* 111. Schneidew. *ad* §. *jus autem civile*, *Inst. de jure N. G. & C. num.* 22. cur non à summo Principe: Legitima enim debetur quidem in genere à natura, *l. 8. §. quoniam, ff. de inoffic. test.* ejus verò quantitas, & quòd triens esse debeat, hoc habet ex jure civili, Vultej. *ad* §. *igitur quartam, Inst. de inoffic. test.* Uti igitur quantitas illa augeri potuit, ita etiam ex causa ab Imp. diminui. Tutius tamen & æquitati magis consentaneum erit, si etiam ad investituræ hujus mutationem fœminarum quoque tempore initæ conventionis extantium, consensus requiratur, cum de earum agatur præjudicio, *arg. c. quod omnes, de R. I. in 6. l. fin. C. de auctorit. præstand. l. 11 ff. de Servit. prad. rusticor.*

c) Et hanc viam optimam atque tutissimam dicit Nic. Betsius *in alleg. tract. c. 5. fol.* 124. ne testandi facultas omnino auferatur, quæ certè non infima fuit ratio, cujus intuitu pacta successoria privatis fuere interdicta & prohibita. Hujus rei præclarum exemplar nobis exhibet, sæpè jam allegatum, & in omnibus ferè thesibus exempli loco positum, tanquam hodierno tempore magis celebre atq; notorium, serenissimæ Sax. & Hassiacæ domus confraternitatis pactum, ubi similiter familiis utriusque partis ad summam 30000. *Florenorum* testandi est concessa potestas, hac tamen adjecta clausula, ut nõ de bonis immobilibus, civitatibus, territoriis, &c. sed mobilibus tantùm sine ulla circumventione illa fiat testamentaria dispositio. Uti *hac formula Anno* 1555. *Naumburgi de super erecta in verbis*: **doch soll dasselbe Testament vber 30000. flor. nicht seyn/ vnd auch mit keinen Schlössern/ Stätten noch Dörffern/ sondern auffahrender Haab gemacht/ vnd gesetzt seyn/ ohn alles gefehrd/** luculenter ostenditur.

6. **Forma horum pactorum successoriorum est expressa de mutua succession pactio, quam pro varietate conventionis, etiam varios assumere modos, nemo est qui ambigat. Maximè verò ad formam horũ pactorum Imperatoriam, approbationem & confirmationem esse referendam existimamus.**

a) Deficiente enim approbatione hac, pacta hæc successoria subsistere & effectum sortiri non posse supra monstravimus. Non enim tám propter ipsorum pacisentium conventionem, quám propter Imperatoriam hanc confirmationem & authoritatem valore censentur. Musculus *in sapè cit. de pact. success. d. th.* 27. Cum enim hisce in pactis non solùm de allodialibus, verùm etiam maximè de Imperii fœdis, quæ absque consensu domini alienari aut transferri nequeunt, *per jura vulgata*,

gata, fiat dispositio. Imperatoris quoque eó magis consensum & confirmationem tanquam superioris feudi domini necessariam esse putamus, ut causa cognita persciem fiat, an talia pacta Romano Imperio sint futura nocumento nec ne, Gail. 2. obs. 127. n. 6. Hinc etiam fit, quod hisce confraternitatis pactis salutaris illa inseratur clausula, *Salvo jure Imperii & cuiuscunq;* dem H. Reich vnnd menniglich vnnachtheylig/ Gail. *d obs. nu.* 7. Imperator enim suis privilegiis jura Imperii intervertere aut immutare nequit, *Bodin.* 1. *de republ.* 8. Summi insuper Principis authoritatem & approbationem propter maximum robur summamque exinde hæc in confraternitatis pacta promanantem vim atq; efficaciam, necessariam esse arbitramur. Cæsirea enim authoritate & absoluta potestate suffulta hæc pacta omnium malorum motum reprehensione carent, & affectatæ mortis votum tollitur, *inquit* Gail. *d obs.* 5. maximé si confirmationi huic salutaris illa inseritur clausula; *Ex certâ scientiâ & legitima causa*, quæ causa quoties á Principe aliquid statuitur, semper præsumitur justa omnemq; repellit suspitionem, Mynsing. 4. *observ.* 8. *nu.* 3. Schönborn 2 *polit.* 15.

An verò hodiernis moribus & jure moderno adhuc Imperatori integrum sit talia pacta de novo inita absq; consensu Electorum, non tantùm approbare, confirmare, sed etiam de illa paciscentes investire, quæstio est non exigui ponderis. Decisio autem illius dependet ex decissone hujus: *An nimirum imperator hodierno tempore possit de feudo imperio apertis alios reinfeudare? Dn.* Bocerus *in tr. de Regal. c.* 2. *n.* 61. *& c.* 4. *n.* 15. Bornit. *de fund. Stat. Reip. c.* 27. Rosenth. *de feud. c.* 5. *concl.* 12. *nu.* 4. sibiipsi contrarius *concl.* 11. *c.* 10. *n.* 10. communi & veteri insistentes regulæ: Quod quilibet Dominus feudi rem sibi adapertam, denuó alii concedere possit, decidunt etiam Imperatorem adhuc hanc potestatem habere, cum ipsa in hoc nondum sit restricta, non obstante Capitulatione Caroli V. *apud* Sleidan. *lib.* 7. quæ tantùm de bonis vacantibus & caducis loquatur. Quocirca stante hac opinione concludendum foret ratihabitionem vel confirmationem Imp. & investituram omninó adhuc procedere posse, requisitis Electoribus: cum hæc investitura incidat in investituram de feudo expectativo. Ast ut huic opinioni calculum adjiciamus capitulationes Imperatoriæ habitus cum Electoribus initæ, non permittunt. In iis etenim expressissimis & propriis verbis constituitur, de feudis Imperio aperiendis & apertis, scilicet, quod nulla de iis investitura citra adsensum Electorum fieri & peragi possit, *uti ex* Ferdinandi *capitulatione quam in hoc puncto exhibet*, Gerlac. Buxdorff. *ad Aur. Bull. concl.* 87. *lit. I.* Goldast. Politische Reichshändel/ *part.* 5. *sect.* 1. Rudolphi II. *quam refert* Dom. Arumæus *in aur. bull. disc.* 4. *th.* 16. Divi Matthiæ *art.* 26. was auch die Lehenius verbu. Was auch die Lehen dem Reich vñ vns bey Zeit vnserer Regierung offen vnd ledig heimfallen wird/ als Fürstenthumber/ Grafschafften/ Herrschafften/ Städt/ vnd dergleichen/ die sollen vñ wollen wir ferner niemands leyhen/ sondern zur Vnterhaltung deß Reichs/ vnser vñ vnserer nachkommen/ dem König od Keyser behalten/ einziehen/ vnnd incorporiren, biß so lang dasselbe Reich wider zu wesen vnd vfnehmen kompt. Qua igitur ratione eludi vel elidi possint videre non licet. Et sic sentiunt Thom. Mich. *de jurisd. concl.* 13. *lit. B.* Tob. Paurmeist. *de jurisd. lib* 2. *c.* 4. *nu.* 7. Buxdorff. *ad aur. bull. concl* 87. *lit. I.* Dn. Aurum. *d. loc.* Et non inepté Buxdorffius Bocerum compendiosam versionem Sleidani decepisse conjecturatur. Hisce ita firmatis necessariò sequitur, quod Imperator non adhibitio Electorum

con-

consensu talia pacta de novo inita nec confirmare, nec investituram de illis facere valeat.

7. **Finis horum pactorũ est vel Ultimus vel Subordinatus. Ultimus est pax & tranquillitas publica, *a* Subordinatus est utilitas & favor tum ipsorum paciscentium, *b* tum eorum subditorum *c* á salute dominorum dependens.**

a) Quemadmodum enim omnes humanæ actiones eó debent esse directæ, ut salus bonumque publicum inde promoveatur. Salus enim publica suprema lex est, *inquit Cicero*, utilitatique privatæ longé debet anteferri, *l.* 4. *C. de primipol.* & bonum gentis melius est, quám bonum unius *inquit Philosophus* 1. *Ethic.* Ita quoque hæc nostra confraternitatis pacta ad publicam utilitatem, quæ *in pace & tranquillitate* maxima ex parte consistit, tendunt, eamq; respiciunt. Primó etenim universæ Reipubl. interest, ut certi sint regnorum & Principatuum successores, ne decedente sine herede Principe, principatus in partes distrahatur, in aliamq; reipubl. formam, unde exitiales discordiæ, variique tragici tumultus, & intestina bella, ex quibus omnis generis mala, tanquam ex uberrima scaturigine, in totam Rempubl. copiosissimé promanant, transmutetur, quod certé non solùm cum extremo ipsorum principatuum exitio, verùm etiam cum maximo totius Reipubl. detrimento foret conjunctum. Ad præcavenda autem tanta incommoda multum conferre hæc nostra confraternitatis pacta, quippe per quæ fit certi successoris designatio, nemo sanæ mentis inficias ire poterit. Bonum deinde publicum exposcit, ut pax & concordia inter Imperii Proceres & membra vigeat & floreat, à Statuum enim prosperitate, totius Imperii salus atq; incolumitas dependet, & membris benè constitutis, totum quoq; corpus firmum & validum esse censetur. Sicut enim ordinum discordiæ reipublicæ venenum, præcursoresq; ruinæ. Petr. Gregor. *13. de republ.* 3. 13. quæ veluti scintilla flammas, excitant, quæ postmodum totam rempubl. pervadunt, Bodin. 4. *de rep.* 2. *n.* 386. Ita quoque concordiæ eorum, nutrices tranquillitatis, segetes atq; seminaria omnium bonorum esse dicuntur. Per prædicta autem confraternitatis pacta, quin talis pax & concordia inter paciscentes, qui virtute eorum fratrum loco sibi invicem constituuntur, & in unum quasi corpus coëunt, *teste* Zas. *cons.* 1. *n.* 7. conservetur, extra omnem dubitationem positum esse existimamus. Hinc etiam communiter verba hęc causam finalem horum pactorum exprimentia, **nach dem in vorzeiten vnsere vor Eltern vnd vorfahren/ sich vmb nutzes vnd friedes willen/ jhrer aller Land/ Leut/ vnd Underthanen/ mit jhren Landen vnd Fürstenthumben/ durch Röm. Keys. Verwilligung** &c. **zusammen verbrudert** confraternitatum formalis inserta videmus.

b) Ut nimirum ex mutua & stabili illa successione, defensione, fide atq; concordia fraterna, familiarũ senescentium splendor atq; dignitas conservetur. Schönborn 2. *pol.* 13. Ut certos etiam suorum principatuum habeant successores, ut sciant illorum bona, ditiones atq; subditos, quib. tandem aliquando amplius præesse nequeunt, non ad ignotos, sed notos & amicos probatos, non ad exteros, sed fratres, non ad crudeles, sed mites & concordes esse perventuros dominos: Per quam enim lugubre pertimescere & nosse antiqua majorum prædia & castra ad manus externas tandem esse perventura, *l.* 6. *C. de bon qualib. l.* 22. *C. de admin. tut.* Gail. 2. *obs.* 117. *n.* 2.

c) Maximé

c) Maximé ſiquidem intereſt ſubditis certos eſſe principatuum ſucceſſores, uſciant in cujus tandem aliquando ſint transituri poteſtatem, ne alienis & peregrinis ſubjiciantur dominis, *arg. l. invitus, 34. ff. de fideicomm. libert. l. 43. ff. de action. empt. & vend. Conf. in tr. de Stat. illuſtr. fam. c. 5. p. 121.* Ex commixtione enim diverſarum gentium corruptio quoque morum & mutatio oritur legum, Petr. Greg. *4. de republ. 4. n. 14.* quod non cum exiguo ſubditorum videtur conjunctum periculo, Petr. Greg. *10. de rep. b. 5.* Ex hac igitur ratione ipſorum quoq; ſubditorũ conſenſum in ineundis hisce confraternitatis pactis, non eſſe omittendum cenſemus. Et quamvis ex communi Dd. opinione Princeps univerſas ſuas ditiones & in conſequentiam unâ etiam ſubditos, abſq; eorum cõſenſu de jure alienare poſſit, eó quod multa per univerſitatem in conſequẽtiam tranſeant, quæ per ſe & principaliter alienationem reſpuunt, *l. 62 ff. de adqu. rer. dom.* Gail. *2. de pace publica, 15 n. 15. Ampliſſ. atq; Clariſſ. Dn. Præſes in conſil. Treutl. diſp. 2. qu. 15.* Vult. *defend. lib. 1 c. 10. n. 71.* Nihilominus tamẽ hoc noſtro in caſu etſi requiſitio conſenſus ſubditorum non extremæ neceſſitatis, non minimẽ tamen utilitatis eſſe cenſetur, præſertim ſi de potenti aliqua provincia cujus ſubditi & incolæ armis ſe adverſus ignotum & ipſis invitis obtruſum dominum tueri poſſent, agatur: hoc enim modo multorum tumultuum & ſeditionum occaſiones, providentia & humanitate Principum præcaveri & amoveri poſſunt. Betſius *in d. n. 5. fol.* 125. Beſold. *lib. 1. diſp. nomicopol. 13. n. 4.*

8. Effectus harum confraternitatum ſunt varii, & illi vel Primarii vel Secundarii.

Primarius eſt mutua Succeſſio. *a*

Secũdarii rurſus vel ſunt proprii vel ſunt communes. Proprii ſunt fraternæ amicitiæ cõciliatio. *b* Conſtituti poſſeſſorii acquiſitio, *c* & quaſi inde ex parte dependens alienationis prohibitio. *d*

Communes tum in ipſorum paciſcentium *e* tum etiam eorum heredum & ſucceſſorum obligatione, *f* & deniq; in reciproca defenſione conſiſtunt. *g*

a) Præcipuum horum pactorum ſucceſſoriorum effectũ mutuam eſſe ſucceſſionem, *de qua & theſ. præcedenti in explicatione cauſa finalis nonnulla dicta*, extra omne dubium poſitum eſſe arbitramur. Paciſcentes enim vi & efficacia reciprocé hujus & irrevocabilis non ſolúm jurejurando, ſed etiam Imperatoria authoritate corroborati pacti gentilitii, ſibi invicem in omnib. bonis tám mobilibus quám immobilibus tám allodialibus quám feudalibus, non ſecus ac naturales fratres una agnatione & familia producti ſibi invicem ſuccedunt, plenumq; dominium adquirunt. Idquod variis exemplis probatu eſſe facilimum, niſi brevitatis ratio eſſet habenda. Sufficiant igitur nobis jam duo illa hodierno tempore valdé notoria horum pactorum exempla, quorum unum exhibet nobis *comitatus Katzenelnbogenſis*, quẽ virture hujus ſucceſſorii pacti ad illuſtriſſimos Haſſię Landgravios translatum eſſe. *refert* Molin. *conſ.* 17. Alterum extat in *comitatu Hennebergico*, quem itidem per talem confraternitatem *Anno* 1583. ad Sereniſſimos Saxoniæ Duces devolutum eſſe, *ipſa quotidiana teſtatur experientia.*

b) Intereffectus quoq; horum pactorum propriòs fraternæ amicitiæ conciliationem referimus. Quamvis enim effectus ille quodammodo cum fœderibus communis videatur, eó quod etiam confœderati virtute confœderationis non levi quodam, sed arctissimo necessitudinis ligantur vinculo: Amicitiam tamen hanc per confraternitatis hæc pacta contractam, illa longè arctiorem & firmiorem esse, eamq; multis modis exsuperare judicamus. Illa enim saltem ad mutuam defensionem, hæc verò non solùm ad defensionem sed etiam ad mutuam successionem habet respectum, inque omnibus, quibus naturales fratres gaudent, juribus consistit. Illa ita animos conjungit ut tamen quoad sanguinem verè maneant disiuncti, nec fictione juris pro sanguine junctis habeantur: hæc verò ita animos paciscentium nectit, ut etiam veris & naturalibus assimulentur fratribus. Quamvis enim per naturam impossibile sit, ut extraneus alterius extranei vi pacti aut statuti dicatur, frater aut consanguineus cum jura sanguinis sint immobilia, *l. jura sanguinis, de R. I.* juris tamen fictione & summi principis absoluta potestate & privilegio, cujus voluntas legis vigorem habere dicitur, in *§. sed & quod Principi, 6. de jure N. G. & C.* efficitur, ut taliter paciscentes pro veris, naturalibus, & ab uno sanguine productis habeantur fratribus. Tantum autē operatur fictio, quantum veritas in casu vero, *arg. l. 1. ff. de adopt. §. 5. Inst. quib. mod. patr. potest. solv.* Gail. 2 *obs.* 127 *nn.* 6. & parū interest insit qualitas naturæ an verò speciali privilegio, Zas. *cons.* 1. *lib.* 2. *n.* 9. Hinc pulchrè admodùm Angelus *cons.* 376. *de istiusmodi confraternitatu pactu disserens, referente* Zas. *d. l. nu.* 7. inquit, per hujusmodi confraternitates illud efficitur, ut pluta corpora & familiæ in unam quasi eoëant essentiam, adeó ut non possit nō adesse fraterna, ubi tām jucundi & utiles animorum nexus interveniunt, & duo corpora uno quasi jungantur spiritu. Hinc fit, quod sæpissimè hæc successoria pacta, *tām in formulis quàm in Cæsaris earundem confirmationibus.* **Ein verein vñ Bruderschafft.** *Item* **ein Miterbschafft/ Gemeinschafft/ Sammunge vñ ewige Brüderschafft.** Ipsi verò paciscentes, **rechte mitgeerben gemeine vnd vngesonderte Brüder** appellētur.

c) Quod virtute harum confraternitatum cuilibet confratri in bonis alterius jus quæsitum & radicatum constituatur, & inde constituram possessionem adquirat, satis superq; constare putamus, *ex deductione Illustrissimæ Darmstadinæ lineæ, in causâ Marpurgensi, in articulis ad causæ principalis deductionem pertinentibus, art.* 86. 87. 88. *item art.* 61. *& multis seqq.* Id quod etiam innuere videtur confirmatio pacti successorii, *Sax. & Hass.* Caroli IV. *in verbis:* **ewiglichen gleiche/ rechte vnd erbliche mitgeerben/ vnd gemeiner Lehen vñ rechten gewehr jhrer Fürstenthümber/ Grafschafften/ Herrschafften**/ quæ verba nihil aliud q̄ constituram possessionē denotare videntur. *Unde etiam* Sereniss. Sax. Elector *Ann.* 1552. **in den Außschreiben warumb er zur Kriegsrüstung gedrungen/ §. zugeschweigen/ v. zu dem** protestabatur **zudem daß auch wir vnnd das Hauß zu Sachsen vermöge einer Erbverbrüderung an den Fürstenthumben Hessen/ in Fall es ohn mannliche Erben zukünfftig seyn solte/ ein mercklichs** interesse **haben/** *referente* Besold. 1. *disp. nomicop.* 13.

d) Sive illa fiat inter vivos, sive per quamlibet ultimam voluntatem, utroq; enim modo alienatio absq; consensu paciscētium & domini feudi interdicta & prohibita. Cum enim ut modò dictum, quilibet in bonis alterius jus quoddam radicatum vi pacti hujus sit consecutus, illud sine suo facto diminui aut auferri non posset, *arg. l. 11. ff. de R. I.* Et hoc minus dubii habere videtur in alienatione per ultimam

mam voluntatem, siquidem ut sæpé jam dictum, plerunq; in hisce pactis successoriis certæ pecuniæ summæ reservatio, ultra quam omnis testamentaria dispositio, inquam contra expressam conventionis prohibitionem facta, inefficax est & inanis. Quoties enim lege vel generali vel speciali, non tantùm ad certam summam restringitur testamentaria dispositio, sed etiam ultra eam quicquam testamento relinqui prohibetur, toties quicquid ultra prædictam summam est dispositum, tanquam conventioni é diametro contrarium corruit, & pro invalido habetur, *id quod Legis Falcidiæ exemplum reddit perspicuum.* Et hæc omnia non magnæ difficultatis esse putamus, si expressé clausula de non alienando in conventionis formula sit adjecta, juris enim est indubitati, quod quicquid inter partes convenerit, sanctè sit observandum. *Quid autem sit statuendum si talis de non alienando clausula conservatoria minus merita disquiritur.* Et nobis omnino dicendum videtur, non tàm tacitè quàm expressé pactis hujusmodi alienationem esse inhibitum; non tantùm enim illud inest & expressum legibus, quod ipsis verbis, sed etiam quod sententia continetur, *l. 1. §. 1. ff. de V. S.* Jam verò hoc in casu, quia hanc confraternitatem & quæ illa comprehendit paciscentes in feudum recognoscunt ab Imperatore, & de eâ simultanè investiti sunt, necessaria consequentia alienatio est prohibita. De eo enim constat quod vasallus rem feudalem citra consensum sui convasalli alienare non possit nec debeat, *quod de natura feudi Doctores esse tradunt*, quomodo igitur posset alienatio nostro in casu locum invenire, non videmus. Accedit secundo constitutum possessorium, quod habet alter in bonis alterius ut modò ostensum, possessio verò alteri in vitio aufferri nequit *per jura vulgata.* Addit Nicol. Bertius *in tract. cap 5. pag. 225.* Besold. *1. disp. nomicopol. 13 num. 8. etiam hoc.* Quod cum finis horum pactorum sit ut bona in familiis conserventur, quo altera alteri succedere possit, omnis alienatio excluſa censeatur. Semper enim secundum causam finalem leges & pacta intelligenda, explicanda & restringenda esse, Alciatus *in tract. de verb. signif. lib. 1. nu. 10. & seqq.* Nicol. Everhard. *in Topicis in loco à cessat. causa tenentur.*

4) Ad observantiam horum pactorum successoriorum quin obligentur ipsi paciscentes nemo est qui dubitet. Nihil enim tàm congruum fidei humanæ, quàm ea, quæ inter eos placuerunt servare, *inquit JCtus l. 1. ff. de pact.* nihilq; quicquam divinius, quàm promissorum conventionumq; constantia, adeo ut fides rerum promissarum etsi toto mundo exulet, apud principes tamen consistere debeat. Petr. Greg. *8. de rep. 8. sect. 10.* maximè si promissio etiam jure jurando confirmata, quo nullum vinculum ad fidem adstringendam arctiùs Cicer. *3. offic.*

5) De Successoribus verò quæstio magis est dubia, *Annè & illi ex hisce prædecessorum suorum conventionibus obligentur.* Id quod prima fronte negandum videbatur, siquidem vulgata est juris regula, quod pactum alterius alteri præjudicare non possit, *l. 25. §. 4 ff. de pact.* & quod nec juramenta personas egrediantur, sed ut personalia cum ipsis quasi moriantur. Sed ratione hac non obstante, etiam successores per hæc antecessorum pacta successoria obligari existimamus. Ejusdem enim voluntatis & affectionis cum prædecessoribus esse censentur, *l. 29 ff. de oper. libert.* nec mutantur obligationes ex personis heredum, sed in eos transeunt activè & passivè, *l. 2. §. ex hu. ff. de V. O. Novell. 48. in prin.* Et si gravare potest parens filium heredem in testamento vel alio modo, ut quid det, faciat, patiaturvé, cur non obligare illum

potest ad alia minus onerosa; contravenire enim facto defuncti nullus heredum potest, *l. cum á matre*, 14. *& ibi Dd. C. de rei vendic. l.* 24. *C. de donat. l.* 10. *C. de solution. l.* 3 *&* 5. *C. de reb. alien. non alienand. l.* 31. *ff. & l.* 7. *C. de liberal. caus. l.* 73. *ff. & l.* 14. *C. de evict. l.* 22. *ff. de pignorib. cap. unic.* § 2. *lib.* 2. *feud.* 58. *vide* Pinellum *in l.* 1. *C. de bonis maternis, part.* 3. *numer.* 79. Et hoc eò magis procedere arbitramur, si illa antecessorum conventio non in præjudicium successorum, sed potius eorum utilitatem & favorem, qualis est illa de qua nobis hîc sermo, est inducta inque ea expressa successorum mentio facta, summique Principis authoritate & absoluta potestate corroborata. Id quod semper in hisce pactis illustribus successoriis evenire videmus illis in verbis: **wir bekennen vnnd thun kundt vor alle vnsere Erben / *Item*, vnnd daß diese vorgeschriebene Bruderschafft / auff vnnd Vbergebung / vnd alle Stück vnnd articul dieses Brieffs / von vns allen vnd allen vnsern Erben / stät / gantz / vnd vnverbrüchlich sollen gehalten werden / *Item in Cæsareis eorundē confirmationibus*, ihren beyden Partheyen / jhren Erben / Erbens Erben vñ nachkommen / &c.** *prout in hoc ipsum ex formula tàm conventionis quàm Cæsarea confirmat: pacti successorii Ducum Sax. & Hass. evadit manifestissimum.* In majorē tamen securitatem & ut removeatur omnis circumvētionis metus & suspitio pacta illa successoria, frequenter á paciscentibus illorumq; heredibus, si qui sunt, qui per ætatem consentire possunt, renovanda esse judicamus. Id quod bene *in allegato jam Sax. & Hass. pacto* observatum legimus, ubi quilibet de familia Princeps post completum decimumquartum ætatis annum in hæc pacta consentire seq; ad observantiam eorum corporali juramento obstringere tenetur atq; compellitur.

g) Ultimus deniq; harum confraternitatum effectus est Defensio. Cùmenim per illas *ut modò dictum*, talis contrahatur amicitia, ut paciscentes in unâ quasi coëant essentiam, Zas. *d. consil.* 1. *num.* 7. & ex pluribus familiis una constituatur, Schönborn 2. *polit.* 13. Juri & æquitati maximé est consentaneum, *ut omni vi* cunctisq; adhibitis animi & corporis viribus ab omni injuria se invicem defendant: Injuria enim una de familia illata ad omnes ejusdem familiæ conjunctos spectare videtur, *l.* 1. *& l.* 2. *ff. de liberali causa.* Imó propter certam illam & infallibilem casu eveniente succedendi spem, constitutumq; possessorium, non alienam sed propriam causam id defendendis confratribus, ipsorumq; rebus & bonis agere videntur. Nō igitur immeritó tantam quilibet tenetur navare operam in defendendo confratre ejusq; bonis, quantam in defendenda sua bonisq;, propriis naturâ adhibere compellitur. Hinc etiam plerunq; talia verba hisce confraternitatum formulis inserta legimus, **so sollen vnd wollen wir vnser jeglicher dem andern getrewlich mit Land vnd Leuten / wider allermenniglichen niemands außgeschlossen beholffen seyn / vnser jeglicher deß andern Land vnd Leut / jhr Gut vnnd Haab / gleich seinen eigenen Landen vnd Leuten helffen / Wehren / Schützen / Schirmen vñ verthädigen / waß vnd wie dick das jmmer Noth geschicht / ohn gefehrde /** *prout hoc ipsum sæpè cit. Sax. & Hass. pactum verbis testatur expressissimis.* Cum autem aliquando etiam inter ipsos cōfratres discordiæ oriri soleant, non inconvenienter quæritur, *cui sit succurrendum, si duo confratres inter se bella gerant*, Albericus Gentilis *lib.* 3. *de jure belli, cap* 18. dicit, confratrem hoc in casu non sine casu non sine ratione ambobus confratribus bellum inter se gerentibus auxilium denegare posse: eo quod nemo teneatur suos opprimere socios. Addit tamen idem Albert. Gent. Si inter duo hæc, unum sit eligendum,

dum, proximiori potius confratri auxilio eſſe ſubveniendum, Fraternitas enim, quæ proximiori nititur jure, ſemper fortior & ſecunda ſine præjudicio primæ facta eſſe cenſetur, *arg. c. unic. § fin. de prohib feud. alienat.* cui adſtipulatur Schönborn. 2. *politic.* 13. Adjungit tertio Barth. Muſcul. *in diſp. de pact. ſucceſſ. th.* 50. Quandoque parendum eſſe & loco, ſeu confœderato proximiori, tum propter periculum, quod eſt à remoto loco metuendum tum propter facilitatem ſubveniendi. Noſtra opinio eſt ſemper illi ſuccurrendum eſſe, qui juſtam fovet belli cauſam, licet ſit poſterior. Nam obligatio illa, quæ obſtringit ad ſuccurrendum ſua natura fundatur injuſta cauſſa, impoſſibilium ſiquidem nulla obligatio. *l. impoſſibilium, de reg. juriſd.* impoſſibilis autem hic facta eſſet, *l.* 15. *ff. de condit. inſt.* Ergo ubicunque deficit in uno juſta cauſa, in altero verò adeſt, illic deficit obligatio, hic vires acquirit, adeoque auxilium contra injuſtam cauſſam habentem expoſcit. Maximé cum nullum bellum dici poſſit, niſi ubi juſta cauſſa, ne homicidium cum admittunt ſinguli, crimen ſit; virtus verò vocetur, cum publicé ab omnibus geritur, & impunitatem ſceleribus acquirat non innocentiæ ratio, ſed ſævitiæ magnitudo, *ut ille dicebat.* Quando igitur arma ſumit citra cauſſam non belligeratur, ſed grſſatur. Ideoque quia in bello ſe adfuturum promiſit, hic autem nullum bellum, (*niſi vocetur, quo reſpectu teſtamentum injuſtum teſtamenti nomine venit*) promiſſioni locus non datur, niſi alterius peccati ſeſe participem reddere deſideret.

Cum verò in præſtandis illis auxiliis bellicis non exigui inſumantur ſumptus, queri ſolet: *Quinam ferre debeat ſumptus illos bellicos auxiliantſne an verò ille, qui principaliter bellum gerit.* Nos in quæſtione hac decidenda ſemper quid inter partes conventum ſit, inſpiciendum eſſe ſtatuimus. Si verò nihil de hoc caſu in conventione expreſſum diſtinguimus, aut enim bellum geritur ob perſonam, aut verò ob rem. Illo caſu omnes circumſtantias perpendendas eſſe judicaremus; hoc verò in caſu ſimpliciter auxiliatorem ad ſumptus ſubminiſtrandos teneri crederemus: nam hîc bellum non tàm de re tertii quàm propria fieret, ut non ſine ratione defenſio quoq; ad illum ſpectaret ad quem res pertinet, ſecundum naturam enim eſt, ut incommoda ſequantur eum, quem ſequuntur commoda, *l.* 10. *ff. de reg jur.* Ad removendam tamen omnem hac de re diſceptationem tutius eſſe arbitramur, ſi in ipſa conventione caſus ille quo modo & ratione & cujus ſumptibus auxilium fieri debeat, expreſsè decidatur.

9. Adjuncta horum pactorum poſſunt eſſe varia. Intra illa autem quæ magis præcipua, primo loco ipſorum paciſcentium juramentum, *a* deinde ſummi Principis inveſtituram, *b* deniq; ſubditorum homagium conſtituimus. *c*

a) Quemadmodum juramentum aliis contractibus adjectum, non pars eſſentialis ſed acceſſorium potiùs æſtimatur, quippe quod non ad rei conſtitutionem, ſed jam dum conſtitutæ confirmationem facit: ita quoque hoc noſtro in caſu illud inter adjuncta referre non erubeſcimus. Et quamvis ſint, qui illud formæ potius adjungendum eſſe putent, rationem tamen hujus aſſertionis ſufficientem hactenus percipere non potuimus. *An autem juramentum quod ad confirmanda hæc pacta ſucceſſoria à paciſcentibus interponitur debeat eſſe corporale, nondum ſatis inter Do-*

ctores videtur expeditum. Notum enim est, quod ex communi Dd. opinione promissio sub fide facta, bey guten glauben/trewen vnd waaren Worten/ corporali juramento, quoad obligationem æquiparetur, *c. ad aures, extr. quod metus caus. c. pervenit de fide juss. c. pervenit de jurej.* Wesenb. *cons.* 23. *n.* 56. maximè in viris illustribus ubi verba hæc: bey meinen Fürstlichen Gräfflichen Ehren/trewen vnd guten glauben tantùm valere dicuntur quantùm ipsum juramẽtum, Mynsing. *cent.* 1. *obs.* 17. Treutl. 1 *disp.* 21. *thes.* 1. *lit. a.* idq; propter bonæ fidei exuberantiam, quæ in Principibus lumine clariori quàm in aliis debet præfulgere hominibus, *l.* 8. C. *de Sum. Trinit.* Et ita practicatum & in Camera observatum fuisse *testatur* Mynsing. *d. loc.* Gail. 2. *obs.* 59. *n.* 7. Sed ut maximè promissio hęc sub fide facta, de hodiernâ consuetudine juramento corporali assimuletur, de jure tamen nostro civili verùm & propriè dictum juramentum dici nullo modo poterit, Wesenb. *in parat ff. de jurej. nu.* 6 ideoque ubi verum juramentum ad actum aliquem requiritur, hanc promissionem sub fide factam sufficientem non putamus, Wesenb. *cons.* 23 *n.* 56. formale enim per æquipollens adimpleri nequit, *l.* 33. *& ibi Dd ff. de jurejur.* Ad decidendam igitur quæstionẽ hanc nostram primum omnium quid inter partes de hoc casu conventum inspiciendum esse judicamus. Et quamvis inficias ire non possumus, illa pacta etiam sine corporali juramento, nuda fidei interpositione, firmari & subsistere posse. Consultius tamen & longè tutius erit, si etiam corporale juramentum in hoc insigni & maximi prejudicii negotio á paciscentibus interponatur. Tanta enim juramenti est vis ut actum omni meliori facto valere modo, *c. quanta de jurej. n.* 13. *Et hoc ita vndeobservatum fuisse in pacto confr. Sax. & Hass. verba hæc,* als haben wir vnser einer dem andern Hand in Hand in trewen zu Gott gelobt vnd geschworen/geloben vñ schweren auch diß gegenwertiglich/ &c. *perspicuè testantur.*

b) Cum enim primatius horum pactorum effectus sit successio, illa autem in bonis feudalibus absque domini investitura locum habere non possit, Vultej. *de feud. in lib.* 1. *cap.* 7. *num* 4. ideoque ut hæc pacta successoria effectum suum sortiri possint, Imperatoriam quoque investituram necessariam esse judicamus.

c) Homagium quuq; præstare tenentur subditi unius alteri cõfratris, quod tamen non ejus efficaciæ est, ut statim subjectionem inferat, sed usq; ad eam contingentiæ illam suspendit, Schrad. *de feud part.* 10. *sect.* 7. *nu.* 27. Idque vi homagii: nam uti homagium purum absq; ulla mora subjectionem causatur, ita & modificatum hoc est, per modum attemperatum, non prius subjectionem importat nisi modo & conditioni satisfactum. Videmus enim hoc nostro in casu homagium non ejusdem esse naturæ, sed diversimodè inter confratres concipi quoad confratres, quoad illos qui jamjam summæ rerum præesse debent, puré, quoad eandem totam familiam, si modó quidam ex ea supersunt, & alteram confraternitate junctam, sub modo & conditione, vel ad diem concipitur, jhr werdet schweren vnd geloben/ daß jhr durch den Durchleuchtigsten Hochgebornen Fürsten vnnd Herrn Herrn N. N. vnnd jhrer Fürstlichen Gnaden Herrn Herrn Brüdern/allen vnsern Gnädigsten Herrn Herrn vnderthänig/Trew/Holdt/vnd Gehorsamb/ &c. Vnd nach Absterben deroselben/ welches doch Gott gnädiglich verhüten wolle/vnd deren männlichen Leibs-Erben/dem gantzen Hauß N. vnd da auch daßelbe nach sonderbaren vnerforschlichen Raht vnd Willen Gottes gentzlichen mit Todt abgehen solte/

ſolte welches doch GOtt gnädiglichen abwenden wolle/ alsdann dem Fürſtlichen Hauſſe N. &c.

10. Affinia noſtrorum pactorum, vel ſunt ex jure communi vel ex jure feudali. Illo modo teſtamenta & lex hereditatis ab inteſtato deferentia, a hoc modo inveſtitura. b

a) Omnes ſucceſſiones de jure civili eſſe, vel ex Teſtamento vel ab inteſtato, juris eſt indubitati, *§. fin. Inſt. per quas perſon. nob. adquir.* Omnis enim ſucceſſio ex jure eſt, *l. 30. de V. S.* Jus autem illud ſuccedendi poteſtatem interdum tribuit ſolùm & immediatè, *unde etiam ſucceſſio legitima vocatur*; interdum verò mediatè per hominis voluntatem *dicituráq; Teſtamentaria*, Vultej. *Juriſpr. Roman. c. 73. n. 2.* Ad naturam autem illarum quam proximè accedere videtur ſucceſſio hæc, quæ ex pacto & conventione defertur, de qua nobis hic ſermo eſt. Sicut enim per ultimam voluntatem, aut per ſucceſſionem ab inteſtato, heredes ſuccedunt in omne jus, quod defunctus habuit, *l. hereditas. de R. I.* in eoſq; omnia jura tám activè quám paſſivè tranſeunt, *l. fin. C. de jur. deliber.* Sic quoque hoc noſtro in caſu confratres ex pacto & conventione Imperatoria authoritate corroborata, non minus ac illi per teſtamentum aut ab inteſtato in omnia bona tám mobilia quám immobilia, univerſa inſuper etiam jura tám ipſis defunctis confratribus quám in ipſos competentia ſibi invicem ſuccedunt, plenumque dominium adquirunt. Etſi autem hæc affinitas tanta ſit, ut eſtum quoad effectum planè nulla videatur ſupereſſe differentia, proprié tamen loquendo, ad neutram harum ſpeciem ſucceſſio hæc noſtra ex pacto & conventione deducta referri poterit. Non ad teſtamentariam: Ea enim eſt natura ultimarum voluntatum, ut ad extremum uſque vitæ ſpiritum ſint mutabiles & ambulatoriæ *§. l. 4. ff. de adimend. legat.* Hæc verò noſtra confraternitatis pacta ita ſunt comparata, ut altera invita, altera pars ab illis recedere non poſſit, *juxta l ſicut, 5. C de oblig. & act.* Mieſcul. *in tract. de ſucceſſ. convention. memb. 1. claſſ. 1. concluſ. 1. lit final.* Non etiam ad ſucceſſionem ab inteſtato: Ab inteſtato enim decedere proprié dicitur is, qui cum poſſet quidem teſtamentum condere, teſtatus tamen non eſt, vel condidit quidem, quod tamen ruptum vel irritum factum aut ex eo hereditas non eſt adita, *pr. Inſt. de ſucceſſ. quæ ab inteſt. defer. l. 1. in pr. ff. de ſuis & Legit. hered.* Ille verò, qui non poteſt facere teſtamentum, inteſtabilis eſt non proprié inteſtatus deceſſiſſe dicitur, *d. l. 1.* privatio enim præſupponit habitum. Schneid. *pr. Inſt. de ſucceſſ. quæ ab inteſt. n. 14.* Confraternitates autem iſtos vi & efficacia pacti hujus ſucceſſorii teſtamenta condere non poſſe, *ſupra probatè fuit traditum.* Tertiam igitur & ab his diverſam pacta hæc gentilitia conſtituunt ſucceſſionis ſpeciem, vocaturq; *Conventionalis, Irregularis, ſive Anomala*, Hottom. *conſ. 73.* Dauth. *de teſtam. mutand poteſt. n. 86.* Hubert. Gyphan. *in tract. feud. c. 12. nu. 58.*

b) Quatenus per illam ſucceſſio & modus ſuccedendi inducitur. Nam quod jure communi teſtamentum & lex conſtituit, hoc ipſum operatur quoad hoc inveſtitura in feudis. Maxima verò adfinitas conſpicitur in inveſtitura de feudo expectativo *vulgò* Expectantz **Lehen oder Anwartung**/ non tám quoad ſucceſſionem & modum circà eam, quám conſtitutionem. Nam ſicut pacta noſtra fiunt de rebus adhuc viventis familiæ, ita & inveſtitura hujuſmodi fit de feudo nondum exſtinctæ aut defunctæ familiæ, Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 7. num. 48.* Imò non falsò, dicere

ceremus si hanc successionem anomalam nõ tám vi pacti quám investituræ pactum illud insequentis fieri adsereremus, *ut ita non malè diceretur*, daß solche Erbverbrüderte eine mutuam expectantz an der andern Fürstenthumben/Grafschafften vnd Herrschafften hetten.

11. Contrariantur pactis hisce successoriis potissimũ duo, quorum primum constituendas quodammodo impedit, alterum verò jamdum constitutas dissolvit, illud religionis diversitatem *a* hoc mutuum paciscentium dissensum ponimus. *b*

a) Non parum pactis hisce Successoriis constituendis adversari Religionis diversitatem, propter plurima inde profluentia incommoda existimamus. Cùm enim per hæc confraternitatis pacta talis inter paciscentes debeat *conciliari amicitia*, qualis inter genuinos intercedit fratres. Zas. *cons.* 1. *n.* 7. religionis certé diversitas utpote amicitiæ huic valde contraria summo studio erit fugienda: Nulla enim fida societas inter eos, qui sunt diversæ fidei, quomodo enim potest congruere charitas, ubi discrepat fides *inquit D. Ambrosius*. Imó saluti subditorum, quorum quoq; gratia hæc pacta ineuntur, é diametro contrariari videtur, si talia pacta cum Principibus diversæ religioni addictis interponãtur, facilé enim evenire posset, ut defuncto jam sine masculo herede domino, & successione ad alterum diversæ religionis confratrem devoluta, ipsa quoq; religio mutaretur, quod certé cum maximo subditorum detrimento foret conjunctum. Non igitur facilé à Principibus quib. subditorum salus non minus ac propria cordi esse debet, cum diversæ religioni addictis pacta hæc successoria ineunda esse arbitramur.

b) Quemadmodum enim omnes obligationes consensuales mutuo partium dissensu dissolvuntur, § *fin. Inst quib. mod. oblig. tollit*: ita quoque hæc nostra confraternitatis pacta mutuo paciscentium dissensu tolluntur. Nihil enim tám naturale est quám eo genere quidvé dissolvere, quo erat colligatum, *Inihil, tam naturale de R. i.* Et hæc de illustribus hisce confraternitatum pactis, non quidem pro materiæ gravitate & dignitate, sed ingenioli nostri tenuitate tractatis sufficiant.

§(*)§

DE

XX.

DISSERTATIO DE COMITIIS IMPERII ROMANO-GERMANICI,

D. BERNHARDI BERTRAMI.

I.

QUAM utile & necessarium feré sit, in arduis Reipublicæ negotiis consilio uti, vel semipoliticus facilé intelligit. Qui non intelligit, cum *Salustio* experientiæ saltem fidem tribuat. *Postquam*, inquit ille, *mihi ætas ingeniumq; adolevit; haud fermè armis atq; equis corpus exercui; sed animum in literis: quod naturâ firmius erat, in laboribus habui: atq; ego in eâ vitâ multa audiendo & legendo ita comperi, omnia regna, civitates, nationes, usq; eò prosperum imperium habuisse, dum apud eos vera consilia valuerunt. Ubicunq; gratia, timor, voluptas ea corrupêre, pòst paulò imminutæ opes, deinde ademtum imperium, postremò servitus imposita est.* Adeó verum arbitror, quod *Aristoteles in Rhetor. ad Alexandr. c. 1. & ante eum Plato in Theage* consilium eorum, quæ inter homines divinissimum adserit. Quippe teste eodem *Platone in Alcibiade* 1. hominis ars & scientia gubernandi, nulla alia dicitur, quám εὐβουλία bonum consilium. Nec, quæ sine eô viguerit, ullam reperire licet Rempublicam, uti rectè censet *Petrus Gregorius*.

II. Romulus, Reipubl. formam & leges populo daturus, cives, omnes in consilium convocavit, referente *Livio & Halicarnasseo*. Et ut Imperium Romanum felicissimô hôc auspicio cœpit, ita unicô illô præsidiô miré crevit, floruit, duravit. In quem enim finem sua Romani comitia coëgerunt, nisi ut de rebus publicam salutem concernentibus consilia capesserent? Et quando, inquit *Lipsius*, convenerunt, ubi eventus consilio non faustiter responderit? Romanus sedendô vincit, in diverbiô erat apud veteres: quid ita veró? Σοφὸν γὰρ ἐν βούλευμα τὰς πολλὰς χερὰς νικᾷ, dicebat *Euripides*. Circumspice in hoc orbe Christiano; intuere imperia, regna, politias & quicquid est mediocris Reipub. nullaq; sine hôc fulcrô stetisse & adhuc stare deprehendes. Oculos converte in statum Imperii Germanici, nonné is consiliis, quæ Cæsar cum Proceribus in Comitiis inire consuevit, ceu columnæ unicé innititur? Malum imminet Reipublicæ? Ecce salutari hôc remediô maturé obviam itur. Consultandum de magni momenti causis? convocantur quiq; sapientissimi. Labascenti imperio suppetiæ ferendæ? statim succurritur.

III. Hoc ego mecum ruminans, altius rem meditari cœpi; serió ratus cum *Pericle* apud *Thucydidem*, nefas esse civi, ut curis obstrictus rei privatæ, publicam negligat. Et quis vitio potiús, quám laudi mihi vertet, si nimias illas ac miseras, uti Lucius Titius apud Scævolam vocat, subtilitates otiosis relinquam, & in amœna Juris publici vireta liberiús evagatus, de Comitiis Imperii aliquid disseram? Sunt

ea, in quibus de rebus gravissimis inter Imperatorem & Ordines mutuò consulitur. Sunt ea fundamentum Reipubl. *Arnisæus lib. 2. de jur. Majest. c. 4. nu. 17.* Sunt etiam penes quæ omnes ferè Imperii administrandi vis ac potestas est, *Paurm. lib. 2. de jurisd. c. 2. nu. 48.* Digna itaq; quæ prolixiori stylò persequar, & pro ingenii viribus attingam plenius.

IV. Sanè inepté dixit, quicunq; dixit, leges civiles haud aliter ac Orationes Ciceronis legendas esse Politico. Quinimò Juris privati cognitionem etiam illi, qui Juri publico operatur, necessariam esse *Cabotius 2. disp. 1. & 2.* benè observavit. Non ideò tamen econtrà probanda eorum opinio, qui doctrinam Juris publici é scholis planè eliminant, existimantes, privata convenire homini privato, publica publico. Quasi verò non antea sciendum quid, nisi cum ad usum deber transferri. Præpostera mehercle discendi ratio! Si pueris tenenda, quæ usui eis futura sunt, quando viri evaserint, monente *Plutarcho*, quantò magis homini scholastico, quæ ad officium publicum aliquando evecto utilia? Rectiùs quis cum *Waremund. de Erenberg. de fœd. p. 1. c. 1. nu. 48.* deplorabit civilis prudentiæ vicem; quod maxima doctiorq; JCtorum pars circa nummos colligendos occupata, viles juris privati materies tractet & tradat; neglectis iis, quæ ad statum Reipubl. ejusque commodum pertinent.

V. Usu vocis cognitò sæpé in perceptionem ipsius rei provehimur, inquit *Scaliger. exercitat. 1. sect. 1.* & rectè. Verba enim, *Philosopho* auctore *de interpret. cap. 1.* quæ animò concipiuntur, sunt notæ; ac nominum etymologiæ proprietatem rei ostendunt, *Waremund. de Erenberg. lib. 1. de fœder. cap. 3. num. 2.* Unde non Grammatici solùm & Philosophi, *Hering. de fide jussf. cap. 3. num. 5.* ubi post *Goropium Becanum de Platone*, quod vocum originationibus totum librum consecrârit, testatur: Sed & JCti in investigandis verborum ductibus fuerunt curiosi, *Joan. Bellon. de arg. leg. c. 1.* Inter quos familiam ducit Herennius Modestinus; qui verborum ad jus civile pertinentium discrimina & notationes novè libris accuratissimè explicavit, *Auson. Popmæ de differ. verb. in præf.* Et quidni? cum teste *Quinctil. lib. 12. Inst.* omne jus ferè in verborum interpretatione, aut in æqui praviq; differentiâ positum sit. Ut non injuriâ *P. Fabrum 2. semestr. 2.* imperitorum hominum misereat, qui operam in verborum juris explicatione ab eruditioribus consumtam planissimè damnant. Tantùm abest, ut cum superstitiosis quibusdam faciam, qui omnem criticam á legum agris exulare volunt. Quinimò eam, modò juris sensum mentemq; non evertat, non tolerandam modò, sed & summò studiò sectandam esse seriò censeo, *vid. Melch. Gold. Replic. pro Imper. c. 5.*

VI. Nec igitur & me pigeat, in nominis rationem indagare: certè oblegem methodi aliter non possum. Comitia igitur á coëundò, vel potiùs, ut Veteres dicebant, á comeundò dicta sunt, quod populus coire his, & in unum locum convenire soleret, *Nicol. Gruch. de comit. Roman. in præfat.* non tamen quivis populi conventus comitiorum nomine apud Romanos intelligebatur; sed is, qui indictus fuit ad ferendam de aliquâ re per suffragia sententiam, *Joan. Rosin. libr. 6. antiquit. Rom. cap. 1.* Nam & ludorum & census causâ, sæpiculè universum populum convenisse, *Cicero* innuit *lib. 2. in Verr.* Non committam, inquiens, ut tùm res judicetur, cùm hæc frequentia totius Italiæ Româ discesserit: quæ convenit unò tempore undique comitiorum, ludorum censendiq; causâ. Et idem, cum lustrum conderet Roma-

Romani, factum testatur *Livius lib.* 1. In concionibus item quibusdam, præsertim nundinarum diebus frequentiores fuisse congressus, quàm ipsis comitiis, scribit *Gruchius d. loc. circ. fin.* Hæ verò conventiones proprié comitia appellari non potuerunt. Sed & cum plebs tantùm à magistratu convocaretur, concilia, non comitia indigetabantur, *A. Gellius lib.* 15. *c.* 27. Quanquam nomine comitiorum & Concilii promiscué utatur *Livius lib.* 3. *Decad.* 1. ac passim, & *Cicero* 3. *de Leg.* Ab hoc Comitiorum nomine, elegantem veteres traxerunt metaphoricam locutionē; ut, cum de famâ & salute alicujus ageretur, de ejus capite comitia esse dicerent, *Plaut. Aulular. Act.* 4. *Sc.* 5. Comitialis quoq; morbus, (quem aliàs epilepticum dicimus) inde vocari cœpit, quod si quispiam eō corruisset, comitia solverentur, *M. Donat. in Sueton. c.* 31. Hinc *Serenus*:

Est subiti morbi species, cui nomen ab illo,
Quod fieri nobis suffragia justa recusant.

VII. Pro diversitate gentium, diversæ quoq; sunt comitiorum notiones. Sua habuerunt Athenienses, sua Spartani, sua itidem Romani. Et hodie Hispanis, Gallis, Anglis, Polonis aliisque populis proprii cuique sunt conventus. Tàm certum est, quod ab initio dixi, nullum unquam extitisse regnum vel imperium, in quo ad consilia Reipubl. causâ ineunda publicorum congressuum usus non fuerit summè necessarius. Verùm de his, quæ jam recensui, comitiis agere supersedeo. Cui enim usui hoc foret, cui bono? *Nemo*, inquit *Plinius lib.* 8. *epist.* 14. *tàm patiens est, ut velit addiscere, quod in usu nō sit habiturus.* Quis etiam citra periculum veri rem tantam suis committere viribus auderet? Multi multa scribunt de exteris regnis, remotissimisq; rebuspublicis; sed, dum aliorum fidem sequi coguntur, turpiter quandoque impingunt. Cujus rei Bodinus insigne de se nobis præbet exemplum; nisi quod non tàm errore, quàm extremâ malitiâ de Germanorum Imperio falsa quamplurima effutiat. Alii itaq; de suæ quisq; gentis comitiis agant, differant: mihi de unicis Imperii Romano-Germanici aliquid dicere sufficiat.

VIII. Et in genere commodé ea describi sic posse autumo: ut sint conventus totius corporis Imperii aut partis ad aliquid sciscendum decernendumvé Reipubl. causâ. Quæ definitio aptior perfectiorque videtur eâ, quam tradunt alii; qui dum, comitia Cæsaris & ordinum conventum Reipub. causâ esse volunt, nimis angustam illorum descriptionem nobis exhibere videntur. Certé Electorum conventum, utpote cui Cæsar non interest, minimé convenit. Imò nullis particularium comitiorum rectè quit accommodari. Etenim de ordinibus indefinitè concepta est: Particularia verò quatenus particularia non omnibus; sed certâ ordinum parte constituuntur. Et quodcunque de genere dicitur, de omnibus ejusdem speciebus verum esse logicorum habet regula. Liquet verò inde, de jure comitiorum multum participare ordines Imperii: idque eo ferè modo, quo illud divisum olim fuisse inter Cæsarem & populum scribit *Suetonius*. Imperium Romanorum ex lege Regiâ planè fuit Monarchicum & regium, *Barclai. 2. cont. Monarch p.* 294. Et antiquitùs Francos & Saxones Impp. Monarchicè imperitasse certum est, *Bodin. 2. de republ. cap. 6 num.* 223. adeoq; verisimile, quod Imperii proceres ad jus comitiorum vix admiserint: Quamquam eorum consiliis usi quandoq; fuerint, *Hincmar. Rhem. Epist. 3. cap.* 29 *& seq.* apud *Goldast. tom. 3. constitut. Imp. in prolegom.* Dubitari igitur posset, quomodo quib. auctoribus & quo tempore Monarchia temperari, ac

statibus Comitiorum majestas communicari cœperit? Ad tempora Henrici IV. & Friderici I. rejicere illud videtur *D. Engelbr. de jurisd. Imp. th. 69.* At in obscurô id esse ait *Bortius in præcognitis jurisd. publicæ German. th. 5.* Conjicit tamen, túm temporis maximè hoc contigisse, cúm ex imperiô successoriô meré electitium factum fuit. Cum quô ob causas non leves ego transeo.

IX. Definitionem recté sequitur distributio, quam modus & forma congregationis suppeditat: Aut enim Cæsar & omnes status conveniunt, unde generalia comitia: aut pars tantúm, unde particularia. Generalia nonnullis sunt, quibus universi Principes & optimates imperii conveniunt: sed paulò incommodiús: Omittitur quippe Cæsar, qui Comitiorum caput est & præses. Nisi tamen Principum nomine Imperatorem venire dixeris: quemadmodum & appellatione *militum* dux, *l. 1. §. 1. de testam. mil.* & populi nomine Senatus comprehenditur, *§. lex, 4. Inst. de jur. nat. gent. & civ.* Atqui nec eâ ratione difficultas tollitur. Nam cum universa Germanorum Respubl. constet ex capite & membris, *Thuan. lib. 2. hist. in pr.* illud cum istis non debebat confundi. Et sumunt illi hîc Principes vel absoluté & ratione dignitatis: aut certo respectu, quatenus membra & status sunt Imperii: aut absoluté & relativé simul. Si absoluté, Cæsarem quidem nomine Principum contineri non abnuerem, *Prosper. Carav. ritu 46. n. 11. & seqq.* Verúm sic & alii nonnulli Principes, qui tamen comitiis non intersunt, ingrederentur definitionem; adeoq; ea definitô esset latior. Si certo respectu, quatenús sunt membra & status Imperii; patet Cæsarem, qui non membrum sed caput est, non recté omitti. Si veró tám absoluté quám relativé, quomodo definio ab æquivocatione salvari possit equidem non video. Fortasse rectiús sic definitio; quod sint conventus ordinum Imperii, á Cæsare cum adsensu Electorum indictus in civitate aliqua Imperiali, hôc fine primarió, ut, Cæsare vel ejus commissariô præsente, deliberationes habeantur, & decreta fiant de rebus ad Reipub. dignitatem, salutem & tranquillitatem pertinentibus. Ubi, quod ad essentiam comitiorum spectet, prætermissum nihil video.

X. Particularia comitia alii coitione partis ordinum definiunt; quô ipsô itidem Cæsarem á conventu deputatorum & Visitatorum Cameræ excludere videntur. Non bené: repugnat enim *Recess. Deputat. Anno* 1571. § vnd folgends was sie sich vber/ ꝛc. *Recess. August.* 1559. § Nach dem sich darneben/ *ibi:* Die Sachen neben vnser Commissarien notwendig zu gemeiner Wolfahrt zu befördern vnd zu berathschlagen. Ex quibus recess. constat, Cæsaris Commissarios cum Statibus deputatis concludere, atq; adeó etiam cum Deputatis de proposiris rebus consultare. Ego, per congregationem certæ ex corpore Reip. partis ea descripserim. Quod, ut puto, cuivis conventui particulari ita congruit, ut Cæsar vel ejus Commissarii nec inclusi semper, nec præteriti tamen videantur.

XI. Amplius Comitia particularia sunt, cum vel Electores tantúm conveniunt; vel uná cum Electoribus, Cæsar maximé, & certi Status. Prioris generis sunt Churfürstentäge in specie & Wahltäge. Nam non modó pro eligendô Rege vel Imperatore Rom. Comitia Electores indicere, habereq́ue possunt: sed alios etiam pro salute & incolumitate Imperii cõgressus celebrare ipsis indultum est, *Aur. Bull. tit. 12.* quod jugiter hactenus servatum, fraterna Electorum unione conservatum, *Goldast.* in Politischen Reichshändeln / *part. 8. cap. 3.* ac stipulatione solemni inter Ferdinandum Imp. & Electores Anno 1558. contracta his verbis confirmatum est:

Wir

Wir lassen auch zu/daß die gedachten sechs Churfürsten/je zu zeiten nach Vermöge der güldenen Bulla vnd jhrer Gerechtigkeit deß Heiligen Reichs zu jhrer Notturfft auch so sie beschwerlich Obliegen haben/zusammen kommen mögen/dasselbe zu bedencken vnd zu berathschlagen/daß wir auch nicht verhindern noch jrren/vnd derhalben kein Vngnad oder Widerwill gegen jhnen sämptlich noch sonderlich schöpffen vnnd entpfahen/sondern vns in dem vnd andern der güldenen Bulla gemäß gnädiglich vnd vnvorweißlich halten wollen. In hoc autem Electorum conventu ardua & gravissimâ quæq; Imperii negotia de alienationibus & oppignorationibus bonorum Dominialium Imperii, de pace & bellô, de vectigalibus, de tuendâ collegii hujus auctoritate, de defendendis ditionibus, Regalibus & Juribus Electorum contra omnem vim, de amoliendis seditionibus, conspirationibus, ligis, contra supremum Christiani orbis caput, de Cæsaris honore sublimi propugnandô, de impediendâ Imperii diminutione summâ. de causis ad decus, honorem, commodum & incrementum Imperii spectantibus tractari, ex adductâ fraterna unione Electorum intelligitur. Quid, quod & de submotione Imperatoris ab Imperio, re meherclé non glandis legendæ, in hoc conventu fuerit deliberatum, ex historiis verisimile sit. Nec reliqui Imperii Principes de sublimi hoc jure quicquam participant, *Bocer. de jurisd. c. 8. num. 76. Peucer lib. 5. Chron pag. 3.* quamquam alii aliud sentiant, *Joan. de Cir. de primogen. lib. 3. quæst. 17. num. 10. Surg. de Præf. Prat. c. 17. num. 42.* Nam Adolphum Nassovienſ. ac Wenceslaum ab Electoribus solis de solió Imperii fuisse deturbatos, *Aventin. lib. 7.* & sententia exauctorationis á *Goldasto* inter *Constitutiones Imperiales tom. 1. pag. 139. & sequentib.* relata, indicant. Etsi tô major in eô elucet Electorum prærogativa & dignitas; quantó minùs reliquis Imperii statibus regulariter ullam congregationem celebrare licet, *l. 15. C. de Epiſc. l. 5. C. de his, qui ad Eccl. l. 1. & 2. de colleg. illic Arnold. Clapm. libr. 3. arcan. rerumpub. cap. 13. in fin. Ant. Sola ad Conſtit. antiq. tit. de proceſſ inquiſit. gloſſ. 1. num. 9. & ſeqq. fol. 352. Trentacinq. lib. 2. var. reſolut fol. 245 & ſeqq.* exceptô tamen præter alios conventû illô Naumburgicô, in quô fœdus hæreditarium, quod est inter domum Saxonicam, Brandeburg. & Hassiacam, renovari solet, Ubi quidem, ne finistra inde aliqua nascatur suspicio, de causis congregationis Cæsarem certiorem reddunt, *Sleidan. lib. 26. Anno 55.* At speciali veniæ impetratione opus non habent convenæ. Deinde Collegii Hanseatici confœderationes, conventionesque rectê quoque excipiuntur. Nititur id præscriptione & privilegiô; vid. der vereinigten Teutschen Hanseſtädte kurtze nothwendige Verantwortung/ ꝛc. præsidiis profectó forté fortissimis; quibus si in subsidium potentia accedat, contrá injurias aliorum facilé se tuebitur.

XII. Quando verô Cæsarei Commissarii, Electores & certi status conveniunt, appellatur Conventus deputatorum aut visitatorum Cameræ. Quorum ille *decreto Augustano Anno 1555.* primùm institutus est, & constat ex sequenti ordinum numerô: Maynтz/Trier/Cöln/Pfaltz/Sachsen/Brandenburgk/allen Churfürsten: Osterreich/Würtzburg vnd Münster/beyden Bischoffen/Bayern/Abt zu Weingarten vnnd Ochsenhaussen/Graffen zu Fürstenbergk/Cöln vnd Nürnbergk/*dict. Receſſ. 1555. §.* So sich dann abermals. Ubi notandum pro- bé est, hoc deputationis munus ab initiô fuisse personale, nec transiisse ad successores. Posteá autem, ne morte quorundam numerus deputatorum minueretur,

convenisse inter Ferdinandum Cæsarem & status, ut non amplius personis inhæreret, si fieret hæreditarium, *Recess. August. Anno 1559. §.* **Nach dem sich darneben/** *& § seq.* additis insuper Duce Juliacensi & Landgravio Hassiæ. Verùm cum animadversum esset magna negotia magnis indigere adjutoribus, *Vellej. lib. 3.* acintegrum esse & absolutum consilium, quod plurimorum concordibus sententiis suffulciretur, *Cacheran. in præfat. decis. Pedemont. num. 7.* præter duos istos, adhuc alios, Episcopum nempe Constantiensem, Regimen circuli Burgundici, Duces Brunsvicensem & Pomeraniæ adjici placuit, *Recess. Spir. 1570. §.* **Vnnd damit solche wichtige Ding.** Inque eo auctario numerus deputatorum sine ulteriori adjectione hactenus substitit; & in Conventu deputat. Spiræ Anno 1600. ad unguem fuit servatus. Equidem ad conventum deputatorum Anno 1571. Francofurti habitum plures convolasse status, ex ejusdem Recessu cognoscimus. At extrà ordinem id factum intelligi debet; nempé ob causas, de quibus tùm actum, peculiares. Aliás propter motus Imperii ac intestinos tumultus, quibus compescendis, unius, trium vel quinque circulorum vires non sufficiunt, deputati regulariter conveniunt, *d. §.* **So sich dann abermals** / & passim. Ad hunc deputatorum Conventum convocandi jus habet Elector Moguntinus; quo tamen non proprio, sed Cæsaris nomine utitur. Capto de Comitiis his indicendis consilio locus & dies Cæsari status significandus est, ut & ipse suos Commissarios eó ablegare tempestivé possit, *d. §.* **So sich dann abermals.** Modus in suffragiis dandis abeo, quem Universalis consessus usurpat, pauló secior est, *Nobiliss. Dn. Paurmeist. lib. 2 de jurisdict. c. 2. num. 57.* Quod verò á deputatis consultatur & transigitur, eundem, cum communibus totius Imperii decretis, obtinet valorem, **Wirdt vor einen gemeinen Reichs-Beschluß gehalten** / *Recess. Ratisb. Anno 94 d. §.* **Was vnnd so viel aber nach diesem** / ibi: **Vnd an statt allgemeiner Stände deß Reichs beschließlich zu erörtern.** Locus, quod unicum addere juvat, horum Comitiorum ordinarius est Francofurtum, *d. §.* **So sich dann abermals.** Ac licet deputatorum conventum Anno 1600. Spiram indictum meminerimus; quia tamen in Comitiis Ratisbon. Anno 1594. inter Cæsarem & status de eo speciatim convenerat, *§.* **Als wir dann für den vierdten Artickul** / generali sanctioni per id nihil derogatum existimo; ubi præsertim causa satis prægnans fuit, ob quam á communi placito Cæsar & status tùm temporis nonnihil exorbitarint, *d. Recess. Anno 1594. §.* **Was vnnd so viel aber nach diesem** / ibi: **Daman Kammerrichter** / Præsidenten **vnnd Beysitzer an der Hand haben kan.**

XIII. Visitationi Cameræ, propter quam particulares quoque fieri congressus anteá dixi, præter Cæsaris Commissarios interfunt duo Electores; Moguntinus & quem ex reliquis hic vocaverit; uterq; consiliario uno stipatus. Duo itidem Imperii Principes, alter Ecclesiasticus, alter secularis: quibus quidem alterutris vicibus legatum mittere, integrum est; ita tamen, ut ex illis unus aut ejus nomine alius personaliter adsit. Quo non facto pœna 5000. aureorum commissa est. *Recess. Spir. Anno 1570. §.* **Auß besondern ansehnlichen Vrsachen.** Prælatorum porrò, Comitum & civitatum singularum singuli legati. Hæc comitia annua sunt & edicuntur á Moguntino, ad cujus citationem status jam nominati comparere tenentur. Quibus convenis factis jus potestasque est, visitandi, corrigendi, reformandi Gameram; ejus abusus tollendi, supplendi defectus; in adsessores sui officii

non

non usquequaque memores advertendi, removendi indignos, inertes, refractarios; faciendi denique pro arbitrio quodvis ad judicii Cameralis restaurationem, æqualem justitiæ distributionem, citiorem causarum expeditionem ac Imperii saluti spectare visum. *Ord. Camer. part. 1. cap. 50. Recess. August. Anno 66. §.* **Erstlich dieweil in der Ordnung** */ Recess. Ratisb. Anno 1576. §.* **Wie vnd welcher Massen** */ & seqq.* Atque hi visitatores iidem quoq; sunt revisores, *Ordin. Cam. p. 3 cap. 53.* Anno tamen 1594. ab hac ordinatione fuit recessum: nam deputatos ibi revisorum munus obiisse, ex *Recess. Ratisb.* ejusdem anni, *§.* **Was vnd so viel aber nach diesem** / deprehendimus. Sed, uti ex eodem §. constat, ea revisio extraordinaria fuit, ac plané singularis.

XIV. Præterea ad comitia particularia pertinent quoq; circulorum conventus, vulgó **die Kreißtäge.** Et sciendum est Maximilianum I. Anno 500. Imperium distribuisse in sex circulos, Francicum, Bavaricum, Suevicum, Rhenanum, Westphalico-Belgicum, usque ad Mosam, & Saxonicum. Quibus posteá necessitate publicâ urgente diviso Saxonico & Rhenano quatuor additi, Austriacus, Burgundicus, Electoricus Rhenanus, & superior Saxonicus, *Recess. Colon. 1512. §.* **Darauff haben wir sampt den Ständen** / qua circulorum distributione repetitâ Carolus V. in *declarat. pacis publ. Anno 1522.* qui status, cui circulo sint attributi, ordine recenset. Et primum quidem constituit Austria cum Comitatu Tiroli: secundum Burgundia cum suis provinciis: Tertium quatuor Electores Rheni, Moguntinus, Trevirensis, Colonensis, & Palatinus: Quartum Elector Saxonicus & Brandenburgensis; Episcopi item Misnensis, Mersburgensis, Naumburgensis, Brandenburgensis, Havelburgensis, Libusiensis, Principes Saxoniæ & Pomeraniæ, &c. Quintum Franci: Sextum Bavari: Septimum Suevi: Octavum Episcopi Wormatiensis, Spirensis, Argentinensis, Basilienſis, Abbas Fuldensis, Duces Bipontini & Simerenses, Dux Lotharingiæ, Landgravii Hassiæ, Comites Austrasiæ & Wedderaviæ, unâ cum cæteris Prælatis, Comitibus, Baronibus, Civitatibus liberis circumcirca ibi habitantibus sitisque: Nonum Episcopi Paderbornensis, Leodiensis, Trajectensis, Monasteriensis, Osnaburgensis, Duces, Juliacensis, Clevensis, Bergensis, Geldriensis, Comites Nassovienses, Seinenses, Viernbergenses, Isenburgenses inferiores & cæteræ regiones, usque ad Mosellam: Decimum Magdeburgensis & Bremensis Archiepiscopi, Duces Brunswicenses & Lüneburgenses, & alii status nominatim superiori circulo Saxonico non inclusi. Sed observandum est, quod notanter circa hanc rem admonet *Ruland. de Commissar. p. 1 lib. 5. cap. 4. num. 54* illos decem circulos, quando in Comitiis circulariter quid deliberandum, in sex tantùm convenire. Quod ipsum & in præsentatione Adsessorum Cameræ accidit, *Ord. Cam. part. 1. tit. 2.*

XV. Hæ circulorum congregationes duplices sunt, Universales & particulares. Illæ, cum omnes circuli; hæ, cum quidam, vel unius saltem circuli status, conveniunt. Cui distinctioni non adversatur, quod omnes circulorum conventus supra ad comitia particularia retuli; illud enim intuitu universalium comitia comitiorum factum. Hic verò quatenus ad se invicem respiciunt, distribuere volui. At finge, inquies, omnium circulorum conventum; finge quoque eidem interesse Cæsarem, quemadmodum certé interfuit Erphordiæ *Recess. Erphord. Anno 1567.*

& di-

& dicas, quid interſit inter comitia & generales circulorum conventus? Reſpondeo, in circulorum conventû non requiri omnium & ſingulorum Imperii Statuum præſentiam, ut quidem in comitiis generalibus requiri ſcimus: Sed ſufficere, ſi cujusvis circuli ſummus Præfectus ſeu Capitaneus cum adjunctis, aliique Status præcipui cum Conſiliariis militaribus compareant, ceu ex *princ. Receſſ. Erphordiani*, ibi: **Durch aller deß Heiligen Reichs Kreyß-Oberſten vnnd Zugeordneten/oder an dero ſtatt jhre Fürtreffliche Räthe zu halten/ vergliechen vnnd entſchloſſen/** & ex ſubſcriptione ejuſdem patet ad oculum. Unde hoſce conventus á generalibus comitiis multúm diſtare intelligitur. Cauſæ habendorum Comitiorum circularium ſunt ordinariæ & extraordinariæ. Ad ordinarias pertinet negotium de contributionibus, monetis probandis vel reprobandis, præſentatione Adſeſſorum Cameræ, executionibus contra contumaces faciendis, ac pace publicâ conſervandâ, *Matth. Steph. de jurisdict. lib. 2. p. 1. cap. 4. num. 48. P. Denaiſ. jur. Cam. tit. 21. verb. pacis publ. conſervatio & 3. ſeqq. & in verbo commercia, §. 7. & fin. verbo moderat. cauſæ, §. 1. verbo monetarum edictum, §. 13. 31. & 33.* Extraordinaria eſt, cum ob ſubitariæ neceſſitatis interventum circulis ab Imperio expediendum, quidinjungitur, *Dn. Tob. Paurm. d. loc. num. 66.* vel contributionem ſummô periculô immigrante Cæſar extra ordinem exigit; quô caſu ipſe circularis conventus indictionem non modô ſolicitat, ſed & ſuos eó ablegat Commiſſarios, qui cauſas peculiaris illius exactionis ſtatibus plenius exponant, uti literæ Imperatoris ſub dato 15. Januar. Anno 1605. ad ſereniſſ. quendam imperii Electorem perſcriptæ diſerté teſtantur. Verba ipſa adſcribam: **Hierumb ſo dringet vns wider vnſern Willen die Augenſcheinlich Noth deß Heiligen Reichs Kreyß/ jeden abſonderlich/ vmb ein fertnere eylende Hülff anzuſprechen/ vnnd ob wir wol eyngedenck ſeyn/ was wider dieſen** Modum **(da nemblich ein vnnd der ander Reichs-Kreyß abſonderlich vmb Hülff erſucht wirdt) vor dieſem vor Beſchwer eingewendt worden/ Jedoch weil wir ſo bald zu einer allgemeinen Reichs-Verſamblung auff deren das jenige/ was hier von nöhten mitt aller Ständ Rath vnnd Gutachten erwogen vnd beſchloſſen werden möchte/ nicht gelangen können/ ſo müſſen wir in gegenwertigen euſſerſten Nohtfall/ ehe der Türck mit ſeinem Anhang gar herein breche/ vnnd vnſer gliebtes Vatterland in eine ſolche Angſt vnnd Schaden gerahte/ deren mann ſich hernach mit viel Blut vñ Gut nicht freyen könte/ diß Mittel abermals vor die Hand nemen vnnd geſinnen demnach an D. L. gantz freund-vnnd gnädiglich/ Sie wollen (wie wir an andere Kreyß außſchreibende Fürſten gleichfals gelangen laſſen) mit eheſt enzimmer müglich/ einen gemeinen Kreyßtag deß Orts/ neben Eröffnung dieſes vnſers vnvermeidentlichen Begeren anſetzen vnnd außſchreiben/ auch die Stände ſampt vnnd ſonders ermahnen/ daß ſie entweder/ wie es hoch von nöhten were/ in der Perſon auff ſolchen Kreyßtag erſcheinen/ oder da es auß Ehehafften Verhinderungen nicht beſchehen mag/ jhre zu Erhebung dieſes gemeinen nützigen Wercks wol affectionirte Geſandte/ mit vngemeſſenem gnugſamen Gewalt dahin abfertigen/ daſelbſt vnſerer Keyſerlichen Commiſſarien Vortrag vnnd Werbung zu hören/ vnd ſich darüber mit guter gebührlicher Erklärung zu entſchlieſſen. Jedoch wollen vns D. L. den beſtimpten Tag vnd Nahlſtadt noch vorher jebälder je beſſer zu wiſſen machen/ damit wir ehegedachte vnſere Keyſerliche Commiſſarien Zeitlich dahin abordnen mögen.** Et hæ, ut quivis intelligit, cauſæ graviſſimæ ſunt,

sunt, & momenti magni. An verò in iis tractandis circulorum aliqua est jurisdictio? *Thuanus lib. 2. histor.* nullam veré jurisdictionem; sed deliberationem duntaxat illis competere de executionis modo, ordinandâ re bellicâ, & auxiliis manu armatâ expediendis adfirmat. A quo ego dissentio; omninó existimans, in quibusdam & non ordinariæ saltem delegatæ jurisdictionis exercitationem habere circulos: quod probare haud difficilis esset operæ. De aliis ad hanc circularium conventuum materiam pertinentibus videri possunt, *Recess. August. Anno* 1555. §. **Vnnd damit abgesetzte Ordnung** / *pag. mihi* 404. *cum multis seqq. Dn. Paurmeist. d. loc. num. 63 & seqq.* Omnia huc referre, ratio instituti non patitur. Idcirco ad generalia comitia, quæ explicare cumprimis animus est, nunc redeo. Totam autem rem sequentibus membris includam, despecturus. I. Quis comitia indicat & quomodo. II. Quo loco & tempore indicantur. III. Quinam illi sint, qui hodié ad comitia vocantur. IV. An & quatenús status vocati comparere teneantur, ubi etiam quædam de emanentium contumaciâ, & legatis. V. Qui modus procedendi in Comitiis, ibiq; de sessione & votorum majoritate. VI. Quibus de caussis in iisdem potissimum agatur, seu de illorum objecto: Ubi per occasionem quoque tractabitur, num Imperator in causis feudorum majorum solus cognoscere possit? ibique quædam **vom Fürstenrecht** / quod plerique hodié non sine maximo Cæsaris contemtu prætexunt. VII. An & quatenus causa religionis in deliberationibus universalium Comitiorum tractanda; ac in specie de pace religionis. VIII. Quomodo finiantur comitia, & ibi de Imperialium Recessuum subscriptione & signatione, ut & de valore eorundem quædam; ac an & quatenus abrogati iterum possint.

MEMBRVM I.

XVI. Imperium nostrum constare ex capite & membris, suprá ex *Thuano* audiemus. Caput hoc est Imperator, *Aur. Bull. tit. 2.* ubi Electores inter alia ita jurant; **erwehlen ein Weltlich Haupt dem Christlichen Volck / das ist / einen Römischen König zu einem Keyser zu erheben** / *Recess Ratisb. Anno* 1566. §. **Wir wollen auch**; ibi, **Wie wir dann als Römischer Keyser / vnnd das Oberhäupt im Heiligen Reich** / qui & **Oberstes Haupt der Christenheit** / vocatur, in *Recess. Anno* 1518 *in pr. Anno* 1529. §. **Vnnd anfänglich** / *Anno* 1530. § **nach dem aber** / & omnes quotquot in universo terrarum orbe sunt, reges meritó antestat: quod non solùm ex Rom. Imperii antiquitate, vid. *Arnisæ. de jur. Majest. lib. 1. cap. 4. num. 1.* majestate & potentiâ; Sed & tacito omnium regum consensu evincitur. In quam rem non possumus non referre Alphonsi Regis, ut modestissimum, ita justissimum responsum, quod ab Aulicis adsentatoribus admonitus, ne dimissiús, quám par esset, erga Fridericum Cæsarem se gereret, dedisse fertur: *Vestrum non est, de Regibus judicare; Nos reges omnes debemus reverentiam Imperatori, Dauth.* **im Bericht vnnd Erklärung an Raht zu Braunschweig** / *fol.* 25. Imó Turca ipse hanc Imperatori eminentiam non invidet, cum ad eum sic scribit: *in fide Jesu Nazareni, inter cæteros Principes Christianorum summo.* Ac ejus legatos contra aliorum Regum ad se missos oratores hunc sibi honorem vindicare non illubenter patitur, *Leunclav. in supplemens. Annal. Otton.* Hinc etiam cum Imperatoris Legatus longo & diuturno usu

ad parem si non ad majorem legantis dignitatem ostendendam sedendo apud Turcam perorare soleat, Venetorum orator idem imitari volens á barbaris interpellatus & prohibitus fuit, *Kirchner. de leg. 2. cap. 5.* Sed quid multis? Annon ille Regiam superat dignitatem, qui aliis illam confert? inquit *auctor. de jur. principat. conclus. 5. lit. D. in fin.* Fridericus I. Petro Duci Daniæ, *Trithem. cap. 17.* Fridericus Barbarossa Duci Bohemiæ, *Sleid. lib. 3. de quat. Monarch.* Otto III. Boleslao Duci Poloniæ regii honoris titulum contulit, *Mechov. in Chron. Polon. Cromer. lib. 3 hist. Polon.* quod ab aliis præterquam Imperatoribus factitatum, nec historiarum monumentis, nec aliunde mihi probabitur. Ex quibus conjicere licet, quàm acerbum & planè vipereum odium *Bodini* esse oporteat in Germanos, qui non honesto quodam mendacio, ut ipse *c. 4. Method. hist.* loquitur; Sed impudentissima calumnia, contra conscientiam, contra etiam propriam Legatorum Caroli Regis Galliæ confessionem, quâ in Concilio Trident. Anno 1563. Cæsaris Oratori primas deberi, ultrò largiti sunt, *Goldast. constit. Imper. tom. 3. pag. 572.* decus illud & splendorem dignitatis maximum Imperatori nostro eripere, suoq; Regi, quamvis invito, adserere summo conamine adlaborat. Idem equidem de Rege Hispaniarum adseverat, *Vasquius p. 2. illustr. controv. in præfat. num. 18. usq; ad fin.* Sed quàm rectè, scitè ostendit *Bernard. Zieritz. comment. de princ. inter ipsos dignitatis prærogat.* E contra verò, dum Imperium vigebit virebitq;, sua constabit veritas ei, quod Landgravius Granvellano olim objecit; *Carolo V. per Imperium auctoritatem super omnes reges conciliari, Sleid. lib. 17.*

XVII. Imperatori igitur, cum caput sit, jus indicendi comitia rectè competit. Quod á primis temporibus hucusque sartum tectumque Cæsares sibi conservarunt. Utcunque enim quædam non infimæ notæ jura statibus communicata dicas; utcunque etiam Imperatoris potestatem restringas; cogendi tamen comitia facultatem, ceu infallibilem majestatis sequelam, *Arnisæ. lib. 2. de jur. Majest. cap. 4. nu. 16.* sali sibi reservarunt Cæsares. Sed tamen sciendum hîc est, ad comitia indicenda Imperatori opus esse Electorum approbatione & consensu, *Dn. Paurmeist. lib. 2. cap. 2. num. 19. Auctor* Nußführlichen Berichts wie es yff Reichstägen pflegt gehalten zu werden/ *cap. 1.* quod totidem verbis expressum est in capitul. Caroli V. & Ferdinandi, §. Dergleichen/ & vel ex ipsis literis comitialibus ac quibusdam Recess. Imper. uti *Ratisb. Anno 1576.* §. Haben wir eine gemeine Reichs-Versamblung nach vorgehabtem Rath vnnd Gutachten/ vnser vnnd deß Heiligen Reichs Churfürsten/ *August. Anno 1582.* §. Haben auff Gutachten und Raht vnser vnd deß H. Reichs Versamblung außschreiben lassen. *Ratisb. Anno 1598.* §. als aber darzwischen/ ibi: derhalben wir dann diesen Reichstag/ mit Vorwissen vnd Bewilligung gedachter Churfürsten anhero außschreiben vnd ankündigen lassen. perspicuè apparet. Quo autem tempore Electores eo jure uti cœperint, ex historiis cognoscere hactenus mihi non fuit integrum. Sanè quemadmodum Electores maximam jurium ac privilegiorum suorum partem consuetudini debent; ita & illud antiquitus tacito quodam Imperatorum & statuum adsensu inductum fuisse credo, ut comitia non nisi prævio eorum scitu ac consilio indicerentur. Idq; ex magna ratione receptum existimandum est. Nam jus immotam nobis regulam suppeditat, rem sine ejus consensu, cujus maximè interest, nec posse nec debere perfici, *Schrader. de feud. p. 8. cap. 2. num. 28.* Jam quid status Imperii attineat, comitia haberi vel non haberi, cuiquam obscurum esse nequit. In comitiis, sive ad evertendam sive conser-

van-

vandim Rempublicam plurimum momenti esse situm, scribit *Arnisæus lib. 2. de jur. Maj. c. 4. n. 17.* Igitur, quid æquius, quid salutarius Reip quàm ut membra ejus potionem cogendis consentiant? Nec est, quod quispiam mihi objiciat, cum penes status nō minima in comitiis auctoritas sit, fieri, ut Imperatori, quamquā is ea pro auctoritate indicat, illis tamē refragantibus statuere quicquam non liceat. Pro me enim *Livium* respondet satscitē: *Refert quandoq; non parum*, inquiens, *ut de rebus quibusdam magni, non modò nihil decernatur certi; sed ne consilia etiam de iis ineantur à Senatu.*

XVIII. Quemadmodum verò Electores cum causas ad comitia cogenda sufficientes cognoscunt, suum Imperatori consensum haut difficulter accommodant; imò Cæsari ad comitia cogenda necessitatibus urgentibus quandoque ipsi auctores existunt, *Recess. August. 55.* vnnd so abermals die versamblet ein Churfürsten. Itu si aliud visum fuerit, eundem rectē denegant. Quæritur hinc, an is adeò necessarius sit, ut si Imperator eo non requisito vel recusato comitia indicat, actus ipsojure nullus? Modò ex jure privato Doctorumque scriptis quæstionem tam sublimem decidere fas sit, in partem adfirmantem magis propendeo. Quotiescunque inquiunt nostri Interpp. alicujus consensus ad negotium gerendum requiritur, eo non interveniente sine nullitatis vitio res explicari nequit. Idque tum maximè verum est, cùm consensus formæ & solemnitatis vicem obtinet, *Trentacinq. libr. 1. var. resol. tit. de leg. resol. 1. num. 4. vers. si primo.* eo quippe casu locus aperitur communi illi JCtorum placito, quo forma non attenta nihil agere dicimur, *Surd. dec. 268. num. 8. & seqq. Gamma dec. 126. num. 2. & seqq.* Quin verò Electorum adsensus comitiorum indictioni formæ instar sit necessarius, nullus ambigo. Nam pro forma inductum aliquid intelligitur, ubi certis agendi modus præscriptus, *Cavalcan. dec. 10. num. 9. Virg. Boccat. in Constitut. March. gloss. 6. num. 117.* vel præceptionis verbum, *debere*, adjectum est, *Rimin. jun. cons. 8. num. 217. vol. 1. Hier. Carpan. Statut. Mediol. p. 1. in prælud. num. 165.* uti certè in capitul. Caroli V. & Ferdinandi adjectum constat. De eo adhuc dubitari posset, num etiam in translatione comitiorum ab uno loco ad alium, prærogatione eorundem ac reassumtione novo Electorum consensu opus sit? Quod vix videtur. Certum enim est, consensum ad quem vi appendicem rei, cui datus est, executionem mē jure porrigi, *Joan. Petr. Surd. dec. 110. num. 48. & 55.* Verum & hic Cæsarem, quicquid statuit cum consilio Electorum statuere oportere existimo: quemadmodum patet ex responso Cæsaris Rudolphi II. ad Principum Septemvirorum Noribergæ congregatorum Legatos sub dato Pragæ 25. Novemb. ann. 611. inter alia his verbis concepto: zu solchem Ende were es auch denen nach Nürnberg verordneten Keys. Commissarien Befehl zu geben im Werck gewesen/ daß bey dieser der Churfürsten Collegial-Versamblung die occasion nicht versäumbt/ sondern entweder zu Außschreibung eines newen Reichstags der Consens den Herkommen nach erlangt/ oder da sie die Churfürstē es für gut ansehen würdē/ der jüngst verschobene wider reassumiret werdē möchte.

XIX. Cum multum intersit, à pluribus ut singulis an ut universis quid fiat, *Aristot. lib. 3 polit. 3* Suboritur hic alia quæstio, num Electores ὡς ἕκαστοι, an ὡς σύμπαντες. hoc est, pro Collegio consentiant? Cujus rei differentia in eo vertitur, quod si illud, singulorum consensum præstati oporteat; si hoc, majoris partis scitum concors sufficiat; *Surd. cons. 65. num. 17. Bodin. 3. de Republ. cap. 7. pag. 524.* Deinde, quod hoc casu Electorum consensum in ipso collegio fieri conveniat; illo scor-

sim præstari satis sit, *Bodin. d. loc. p. 525. Dauth. de testament. num. 300. pag. 247. & seq.* Quid igitur dicendum ad quæstionem? Electores vice & auctoritate omnium statuum consentire videntur comitiorum indictioni; habenda itaque eorum ad probatio est, ac si statuum omnium ea esset, *Lupold. de Babenb. de jur. Imper. Rom. cap. 6.* Jam sicut id, quod á Statibus sit, non ut á singulis, sed ut universis fieri dicitur, *Idem ibidem.* Ita Electorum consensus eodem modo præstari videtur. Insuper; pari ratione Consules Civitatum, *Dec. in c. prudentiam. in prine. num. 7. extr. de offic. deleg. Dd. in l. 10. de pact.* mercatorum primores, *Alex. in l. Pomponius, 36 de re judic. Strach. de mercator. tit. quomod. in caus. merc. proced. p. 2. num. 2.* Pares Curiæ *Schrad. de feud. p. 10. sect. 10. num. 87.* & omnes illi, quibus jurisdictio collectim tributa est, ut universi, non ut singuli jus dicunt, *Vant. de nullit. ex defect. jurisdict. ord. num. 175.* Imó jus eligendi ad Electores uti collegium quoque spectare, nemo itinficias, *Lupold de Babenb. dict. loc. Joan. le Cirier. de primogen. libr. 2. quæst. 12. num. 13. Petr. de Andlo, de Roman Imper. libr. 2. cap. 3. & ibi Freherus in notis, Dn. Paurmeist. lib. 2. cap. 1. num. 39.* Huc pertinet locus, **in der sechs Churfürsten Brüderlichen Einung** / *Anno* 1521. **Ob es antreffe Bestättigung oder Bewilligung zu einigen Sachen zu geben / &c. Darinnen sollen wir oder vnser einiger nicht endlich Antwort geben / noch einigerley Beschliessung thun / wir thun es dann alle sämptlich mit einander oder mehrer Theil.** Sed his non obstantibus puto consensum seorsim accommodari, idque publicæ utilitatis caussa; ne videlicet Electores collegialiter convenire ac de comitiis indicendis comitia cogere necesse habeant: Et ita usus observat.

XX. Consensu Electorum impetrato, reliquum est, ut edicta Cæsarea, **Außschreiben zum Reichstag** / ad eos, quos convocare fas est, emanent. In quo sanè nostri mores edicendi comitia á vetustis valdé discrepât. Olim enim apud Romanos populus per edictum publicé propositum ad comitia centuriata convocabatur, *Gruch. lib. 1. cap. 4. in princ.* ad alia verò, quæ regis sacrorum inaugurandi causa habenda essent, per cornicines, *Aul. Gellius lib. 15. cap. 27.* Sed hodie ubi longé alia rerum facies, Cæsar edicto quidem status conscribit; At singulo singulis insinuato; non uno aliquo generali. Nec ut aliter fiat, præsens Reipubl. status patitur. Observandum autem circa has literas est, quod præter locum & diem etiam causæ habendorum Comitiorum iisdem exprimi debeant, *Althus. in politic. cap. 33. num. 48.* eo scilicet fine, ut vocatus velut in antecessum maturé de illis deliberare, ac legatos suos, si quos missurus est, eó plenius cautiusque instruere queat. Et aliás regulare est, ac de cujusvis citationis naturâ, ut præter nomen citantis & citati, diem & locum, causæ quoque in ea fiat mentio, *Gail. 1. observ. 51. Sigismund. Scaccio lib. 1. de judic. cap. 32. num. 10.* Quanquam etiam Imperator non rogandi, sed cogendi in modum literas eas ad status emittat; quia tamen magna juris Comitiorum pars ad eos quoque pertinet, æquum & libertati Germanicæ congruum est, ut verbis compellentur non adeó imperiosis. Hinc ab antiqua vocandi forma, quæ quandàm jussionis duritiem præ se ferre videbatur, posteriori tempore rectè fuit recessuum; Et cum Cæsares vetustiores verbo, **gebieten / heyssen / befehlen** / ut in *reformat. Frider. III. Anno* 1442. & **im Außschreiben auff den Reichstag zu Augspurg** / *Anno* 1530. Carolus V. uterentur; noviores suam ad comitia citandi auctoritatem non sine maxima insignis clementiæ laude blandiori allo-

quio-

quio nunc temperant. Sed res ea meri arbitrii est, nec, quod sciam, certis verborum formulis circumscripta. Idcircó magis existimaverim, nec Imperatori quicquam de suâ Majestate decedere, si ita status ad comitia vocet, ut non tám citare quám rogare videatur; nec statuum jura, privilegia aut libertatem imminui, si venire jubeantur pro Imperio. Quin potiús cum Legato Regis Hispan. utrinque persuasum sibi habeant, non admodum firmo stabilique munimento, suam fundatam fore dignitatem, decus & existimationem, si non suis viribus starent; Sed penderent á tortuosis verborum interpretamentis; quæ tám rigido examine perscrutari magis ad causidicorum anxiam deligentiam, quám ad Principum virorum gravitatem pertinet, *D. Baudius de Induc. Bell. belg. lib. 1. pag. 19.* Illud, quasi in transcursu monere placet, solemne esse Cæsari, ut in literis ad Electores Ecclesiasticos datis nepotem nomine eos salutet. Qui mos unde primúm tractus non usquequaque expeditum est. Nam si ad veterioris temporis acta recurramus, reperimus, Imperatores non nepotum; sed parentum nomine vocasse eos, quos inter consiliarium præcipuos haberent, *l. ult. C. de consul. l. 4. C. locati.* Pontifices equidem Reges & Principes filios suos nominare hactenus soliti sunt, verùm meritó astû & fastû: Et ô beati illi, qui potestati ejus patriæ rectiús edocti sese exemerunt! Quo nomine meritissimé laudandus est Augustus Elector Saxoniæ, qui, cum Naumburgi literæ á Pontifice exaratæ ei traderentur, illas, quod fucarum filii titulum præ se ferrent, acceptare recusavit. Et qualis ille pater sit, luculentissimé expresserunt Caroli Galliarum Regis Legati in protestatione adversus Papæ iniquos & impios processus & nullitatem Concilii Tridentini Anno 1563. publicé exhibita; *Pius Quartus*, ajentes, *pater est, qui pro pane lapidem, pro pisce serpentem, pro ovo scorpium suo dat filio.* Primus veró, quod sciam, *Heigius lib. 2. quæst. 4. num. 62.* rationem illius appellationis indagavit; ad æmulationem ejus, quod Electores Politici **Oheimb**/ vel simili agnationis, cognationisvé nomine ab Imperatoribus salutarentur, inductum ratus, ut Ecclesiastici. qui de naturalis cognationis & necessitudinis prærogativa gloriari nequirent, civilis quasi ἠοθεσίας beneficio suis coëlectoribus pares fierent. Sané dicit aliquid Heigius, sed rem acu nondum tetigit. Cur enim nepotum potiús, quám filiorum, similivé nomine indigitentur, non explicat; uti nec *Andr. Knich.* qui in *comment. jur. Sax. verb. Electorum c 1. n. 321.* id singulari adfectione attribuit. Et verosimile est, Fridericum III. *in Refor. Francofurt. An. 1442.* id primúm fecisse non sine causa. Quam veró nec ab aliis expiscari, nec propriô Marte excogitare me potuisse, ingenué fateor.

MEMBRVM II.

XXI. Apud Romanos Centuriatis Comitiis destinatus erat Campus Martius, *Gruch. lib. 1. de Comit. Rom. cap. 5. Pollet. lib 1. histor. for. Roman. cap 2.* sic dictus, quod Marti esset consecratus, teste *Livio.* Intra pomærium autem comitia illa haberi non poterant, quia ad id opus erat exercitu, veluti præsidio; quem extra urbem Imperari oporteat, intra urbem imperari jus non sit, ut loquitur *Gellius lib. 15. cap 27.* quo de latiús *Joan. Rosinus lib. 6. antiquit. Rom. cap. 11.* & ibi *Thomas Dempsterus in paralipom.* Et sub posteris quoque Cæsaribus in campo habita fuisse

Comitia verosimile fit ex decretis, *Childeberti cap.* 4. apud *Goldast. tom.* 3. *constitut. Imp pag.* 115. Sic & Bojemos, ubi liberius absque plebe promiscuâ remotisque arbitris de principe dicendo tractarent, extra urbem Pragæ sub dio convenisse aliquando refert *Dubravius histor. Bojem. lib.* 2. quod idem quoque de Polonis scribit *Solom. Neugebauer. lib.* 1. *rer. polon.* Et verò, Germanis non quidem campestris, certus tamen ac ordinarius conveniendi olim fuit locus. Cum enim Constantinus III. Comitia annua urbe Arelatensi perpetuò habenda constituisset, *Goldast. tom.* 3. *Constit. Imp pag.* 1. ad formam illius pragmaticæ sanctionis conventus iste à Carolo M. Moguntiam: Moguntia deinde à Friderico II. Francofurtum translatus est, sanit id innuente Q. *Æmiliano*, qui de Comitiis Anno 1486. Francofurti habitis sic canit:

Maximus hic Cæsar SOLITO DE MORE vocavit
Concilium, magnu quoties de rebus habetur,
Qua gens turritam Francfordia possidet urbem.

Qua comitiorum occasione nundinas illas solemnes cœpisse consticibidem *Goldastus*, ac sequitur *Dn. præceptor Arum. Comment. in Aur. Bull. c.* 1. *q.* 22.

XXII. Sed id quondam obtinuit. Nam temporis successu postea Cæsaris arbitrio relinqui cœpit, quo loco comitia celebrare vellet. Et eo modo ac jure adhuc utimur. Equidem Maximilianus I. in conventu Colon. Anno 1512. deliberationem de loco necessariam judicans eam ad Comitia Wormatiensia rejecit, dasselbst durch jhre Mayt. vnd die Stände ferner der künfftigen Reichstage halber solte berahtschlaget vnd beschlossen werden/ wo die hinfürter durch jhre Mayt. vnd die Stände gehalten werden sollen. Verùm in Recessibus subsequutis nihil certi ea de re constitutum legimus. Et hoc de illis quoq; comitiis, quæ Cæsar recens inauguratus primùm cogit, accipiendum est. Etsi enim in Aureâ Bullâ Caroli IV. cautum sit, ut prima quæq; Cæsar comitia Noribergæ habeat, *Althus. cap.* 33. *nu.* 49. id tamen strictè observari, fieriq; desuevit. Illud constat, quod proximo ab hinc seculo Comitia non nisi in Civitate aliqua Imperiali celebrari hactenus solita sint: veluti Augustæ, Annis 1500. 1518. 1530. 1548. 1551. 1555. 1559. 1566. 1582. Coloniæ, 1512 Constantiæ 1507. Eslingæ 1526. Francofurti 1442. Friburgi Brisgoiæ 1497. Noribergæ 1336. 1522. 1524. 1542. Ratisbonæ 1507. 1527. 1537. 1541. 1546. 1557. 1567. 1576. 1594. 1598. 1603. 1613. Spiræ 1526. 1529. 1542. 1544. 1557. 1570. Treviris 1512. Wormatiæ 1495. 1521. 1545. Dico autem proximo seculo: nam anteriori tempore etiam in municipiis coacta fuisse comitia, passim testantur historici. Sic Otto Tertius Quedelburgi Anno 985. conventum habuit, auctore *Andr. Wittich. p.* 1. *Genealog Duc. Saxon. cap.* 15. *ac Chron. Quedlinburgico* MS. fuffragante. Sic etiam Frid. IV. Oppenheimii, *Crantz. in Metrop. lib* 4. *c.* 26. & Moguntiæ, *Idem lib.* 7. *c.* 10. Henric. II. Tremoniæ & Noviomagi, *lib.* 4. *c.* 4. Frider. I. Barbarossa Wirtzburgi, *lib.* 6. *c.* 35. ac Otto II. Magdeburgi Comitia imperialia habuit, *Heig. l.* 9. 8. *n.* 41. Illi autem conventus, qui in alia præterquam Imperiali civitate, ut Luneburgi Anno 1518. *Ubb. Emmius lib.* 52. *Rer. Frisicar. fol.* 230. & Hannoveræ an. 1528. *Goldast. tom.* 2. *constit. Imp. fol.* 235. recentius celebrati sunt, particulares fuerunt, adeoq; non mirum, quod ab observantia per immemoriale tempus hactenus continuata in iisdem exorbitatum sit.

XXIII. Porrò, cùm Cæsar, antequam rerum potiatur, ex præscripto Electorum inter alia etiam hoc jurato promittere cogatur, quòd extra fines Imperii Germa-

Germanici conventus non aget, §. 12. *capitul. Imp.* gravissima hinc oritur quæstio, quousque Germaniæ fines porrigantur, quæque loca & provinciæ pro Germanicis habendæ? Sané Teutonia olim adeó laté patebat, ut præter illos, qui veré nunc germani sunt, etiam Scythas, Pannones, Sarmatas & Gallos comprehenderet, *Goldast. præfat. tom. 3. Constitut. Imper.* Verúm id ita accipi velim, ut hi non tám origine & sanguine, quám fœdere, unione ac pactis Germanis annumerati existimentur. Non possum proinde facere cum eodem Goldasto statuente, Richardo Anglo ideó, quod Germanus esset, delatas fuisse fasces Imperii. Nam quis tám stupidus est, qui Germaniam & Angliam separatas esse nationes non intelligat? Et quamvis Anglos originem duxisse á Germanis, nonnullis concedam; dubium tamen non est, quin ortus sui obliti & succo sanquinéque Anglico imbuti naturam Germanorum prorsus exfuerint, quemadmodum de Gallis scité scribit *Petr. Heigius lib. 2. quæst. 5. num. 27.* Quod veró de Richardo ad Imperii Regimen erecto objicit, non est, quod valdé me moveat. Quippe is, non ut Germanus Imperator est factus; sed quia rebus Imperii vacillantibus ac disturbatis succurri aliter non potuit, exterum eligendo Rempubl. conservare, quám indigenam præferendo congraviare penitus maluerunt Germani. Deinde abs se satis absurdum est, Anglos, Polonos, Russos, Lithvanos, Danos, Norwegos, Hungaros, &c. ideó Germanis accenseri, quod iis fœdere contra hostes communes fuerint juncti; quoniam non adfertur illa amicitiæ conjunctio: sed origo, mores, ingenium, lingua faciunt Germanos, uti graviter censuit Trevirensis apud *Sleid. lib. 1.* Germani autem proprié sic dicti, secundum veteres Geographos illi habiti fuerunt, qui in districtu á mari Balthico versus Septentrionem, Rheno versus occasum, Danubio versus meridiem & Vistula versus ortum circumscripto habitarent. Sed hi Germaniæ termini jamdudũ sunt moti, & verissimum est, quod *Æn. Piccol. de Europ. statu sub Frider. III. c. 23.* ait, sicut imperia, ita provinciarum limites temporis successu variari. Hodie igitur cum nationes non ampliùs fluviis montium q; situ; Sed lingua ac jurisdictione á se invicẽ discriminentur, juxta *Münst. lib. 3. c. 7. in fin.* ea loca veras Germaniæ partes esse reor, qui & lingua Germanica colitur & Imperii jurisdictio agnoscitur; Quo si Imperator comitia indicat, capitulationi, in quam juravit, satisfeciisse videbitur.

XXIV. Quid veró si Pragã Cæsar ad comitia status evocet? Bohemiam partem esse Germaniæ, *Æn. Sylv. c. 1. Bojem. Marqu. Freh. in not. ad Pet. de Andlo lib. 2. c. 2. pag. 167.* & alii existimant. Quibus, si id de Germania, quatenus quaq; ratione hodié ab aliis regnis ac provinciis discernitur, intelligant, accedere nullo modo possum. Non enim lingua Germanica utuntur, nec legibus aut institutis Germanorum reguntur Bohemi. Unde Legislator Saxo Regem Bohemiæ á natione diserté excludit *lib. 3. art. 57* Landrecht/ *& lib. 1.* Lehnr. *c. 29. §. 1.* Et Electores, Principes q; Imperii Bohemiam pro Germaniæ provincia nec olim agnoverunt, vid. *Goldast. part. 2.* Reichssatzung/ *fol. 63. §. anno 1370. & pag 67. §. anno 1383.* nec etiamnum agnoscunt; imó ipse Imp. Rudolphus II. cum inter ipsum & quasdam Imperii ordines ante annos aliquot mutuis scriptionibus ea de re disceptaretur, Bohemiam á Germania separatam esse infiteri non potuit. Carolum etiam IV. status numquam in Bohemiam, ut judicium ibi, ceu in loco extra Germaniã sit, acciperent, evocasse, testis est *Anõ. in MS.* kürtzlicher Außführung/ daß Chur- vñ Fürsten nit schuldig in allen vñ jeden Sachen am Keyserlichen Hoff zu recht zu stehen. Quibus testimoniis tutiùs credere, quám alios Germaniam ad vetustiores limites revocantes sequi videor.

XXV. Et hactenus de loco. Nunc de tempore; quod & ipsum antiquitus fuit certum & ordinarium, *Dn. Paurmeist. d. cap. 2. num. 31.* Nam annua fuisse Comitia, Constitutio Constantini III. & Caroli Magni observantia, qua de *Goldast. ad d. constit. Tom. 3. rescriptor. Imperial. pag. 3.* fidem nobis faciunt. Sic & per Recess. Colon. Anno 1512. inter Cæsarem & status convênit, ut durante illâ ordinatione (durare autem debuit ad sexennium) singulis annis Francofurti vel Wormatiæ comitia haberentur. Etsi verò ea conventuum frequentia Reipubl. minus videatur fuisse utilis, uti *Ludovicus junior, Imper. in capitul. de disciplina Ecclesiast. cap.* 15. prudenter censuit; & perspexit quoque *Georg. Fabric. annal. Saxon. lib. 7.* nulla *fuerant hominum memoria*, inquiens, *frequentiora & magis celebria comitia: Sed nihil operæ pretium ac salutare inde consequebatur. Sunt autem post illud tempus Comitia ex comitiis seminata, quæ non parùm delibitarunt & opes & potentiam Germaniæ.* In eo tamen, quod certum statumque veteres comitiis præfixerunt tempus, benè consultum fuit Imperio. Duplici enim malo hoc modo occurri potuit. Fit quandoque ut is, qui comitia pro arbitratu cogit, vel facilis ea in re nimis sit, vel cardior remissiorque quàm necessitas efflagitat. Quæ incommoda, lege certi temporis præscripta, suapte sponte cessant. Et hæc sine dubio causa est, quod in Angliâ, Hispaniâ & Poloniâ ordinario temporis articulo comitia habeantur, vel certè ex veteri instituto haberi debeant, *Bodin. libr. 3. de republ. cap. 7. Januse. vius libr. 1. Statut. Polon. part. 3. tit. 6. Salom. Neugebaver. libr. 1. rer. Polon.* Quicquid vetò sit, nostris moribus id ampliùs non obtinet. Etenim in Imperio hodiè non antè habentur Cæsaris & ordinum conventus, quàm si extremum penè fatum immineat; Quod uti à certo tempore non pendet; ita nec comitiis certum terminum statui convenit.

MEMBRUM III.

XXVI. Latus hic nobis aperitur dicendi campus. Sed omnia persequi, pagellæ, quas paucas esse volui, non ferunt. Præcipua tamen attingam. Vocantur igitur ad comitia omnes Imperii status & proceres. Ubi in genere sciendum, status propriè illos dici, qui cum Imperatore, **alß ein Christlich** corpus **vnnd Versamblung** occupantur circa τὸ βουλευόμενον περὶ τῶν κοινῶν, ut loquitur *Arist. libr. 4. Polit. cap. 14. in princip.* vel jus sessuræ ac dicendæ sententiæ habent in comitiis vel conventibus Imperii, *Dn. Paurmeist. lib. 1. de jurisdict. cap. 6. num. 3.* Cum autem status dico, subditos Imperii simul intelligo. Fieri enim non potest, ut status quis sit reipublicæ, nisi ejusdem quoque sit civis ac subditus. Quare illi, quos inter & Imperatorem nuda amicitia, fœdus & societas intercedit, sicuti Imperii subditi non sunt, *Aristot. 3. pol. cap. 6.* ita nec status nec juris comitiorum participes. Et si non ignorem, etiam exteros Reges olim ad Germanorum comitia fuisse vocatos, teste *Goldasto in præfat. tom. 3. rescript. Imp.* Idque tùm maximè, cùm de propulsando hoste, aliavè causa communi deliberandum fuit. Sic Attilam potentissimum illum Teutonicæ Imperatorem & Carolum Magnum socios & amicos liberos æquè, ac subditos ad jus Comitiorũ reiq; publicæ deliberationem adsciviisse legimus. Quod ut & nostro sæculo fieret, valdè quidem exoptat *Goldastus*; miréque putans conducturum

turum saluti publicæ. Verúm alias forté hoc non fuaderet. Res enim minùs tuta est, peregrinos arcanis interesse deliberationibus Imperii; Quin etiam eo ipso, cum Imperator & ordines illorum consiliis minimé carere posse viderentur, Majestatico comitiorum splendori non parúm decederet.

XXVII. Porró & ea regna, quæ separatim Imperator administrat, á statuum ordine meritó sequestrantur. Nam nec ideó, quod eidem domino parent, subjecta videri debent Imperio. Quó procul dubio respexit ille Helvetius apud *Goldastum in post.* **Reichshandlung / &c.** qui gentiles suos ad contributionem pro Hungaria contra Turcam defendenda eam ob causam teneri negavit, quod Rex Hungariæ status Imperii non esset; e contra non detrectaturos affirmans, si ille inter ordines referretur. Equidem ut ad exemplum regni Navarrici cæterarumque nationum, quas Henricus IV. Galliis ita agglutinavit, ut in posterum divelli nequeant, *Botereu lib. 14 pag. 468.* & Russiæ ac Podoliæ; quas Rex Ladislaus; Lithvaniæ, quam Sigismundus Augustus; & Livoniæ, quam Stephanus Poloniæ univit, *Joan. Boterus in hist. princip. tit.* **Rex Poloniæ.** regna illa imperio conjuncta in statuum numerum adsciscerentur, utile valde foret rei Germanicæ: sed obtentu difficilimum. Quemadmodum nec Philippus II. ab Arragonibus & Lusitanis; nec Carolus V. á Belgis, ut unionem illam admitterent, impetrare potuit, *Em. Meteran. libr. 2. hist. Belg. pag. 70.*

XXVIII. Status autem, qui ad comitia vocantur in tres classes potissimũ distinguntur: Electores scilicet, Principes & liberas civitates. Electores illi sunt, Imperatorem caput populi Christiani eligunt. Horum quanta sit dignitas, tùm ex elogiis, quibus Carolus IV. in *Aurea Bulla c. 2. §. & quia, c. 3. in pr. c. 12. c. 24. & cap. ult.* ipsos exornat; tùm verò maximé ex decreto illo Cæsareo de dato 27. Julii Anno 1590. apparet: cujus verba allegante *Heinrico Bruningo de var. univers. specieb. concl. 10.* notatu dignissima hæc sunt: **Daß der Churfürsten Hoheit vnd Authoritet mit eines Römischen Keysers Gewalt vnnd Hoheit / daher sie auch fleußt / dermassen verbunden / daß eine ohne die andere nicht geschmälert werden / auch ohne die andere nicht bestehen kan / Ja / daß die höchste Würde der Churfürsten / damit sie vor andern Königen vnd Potentaten gezieret / eben diese ist / daß sie einen Römischen Keyser / dessen Hoheit / Authoritãt / vnnd Gewalt alle andere vbertrifft / vnder auch alle andere herfleußt / zu wehlen haben.** Ut Electores Regibus non immeritó comparasse videatur *P. Geigius p. 1. q. 4. num 51.* post *Schardium de Elect. origin. in proœm.* Certé quod de Lydorum Rege Crœso Justinus ait, eum si non regiam; regiæ tamen dignitati proximam egisse vitam, in illos appositè quadrare existimo. Eos quippe præreliquis Principibus multis maximisque prærogativis condecoravit Carolus IV. in Aurea Bulla. Cæsareæ Majestatis non constituendæ modò arbitri sunt; sed tuendæ quoque auctores, *Apolog. pro Francisc. Reg. Gall. apud Pithœum lib. 3. rer. German. pag. 350.* Libertatis Germanicæ sunt tuitores: ad eosdem pro oppressorum sublevatione frequenter recurritur. Agere omnia possunt, quæ ad Imperii majestatem tutandam faciunt. Penes illos jus potestasque deponendi Cæsarem. Privilegium iis competit appellationis nescium. In omnibus denique Imperii comitiis, deliberationibus ac conventibus primæ auctoritatis vota habent. Et hanc Electorum præeminentiam non parúm auget, quod ex eorum collegio duo Palatinus videlicet & Saxo legibus Imperii sint constituti, qui tempore interregni

vel absente Cęsare curam Imperii gerant, ac in omnibus ferè parem cum Imperatore potestatem obtineant.

XXIX. Augustissimus hic Electorum ordo, quo tempore & quasi occasione cœperit, miré inter Politicos controvertitur. Ansam huic disputationi præbuit veterum Scriptorũ vel invidia vel segnities; qui meritó ob id accusandi, quod actis quibusvis leviculis consignatis, rem tanti momenti silentio involverunt. Pugnent veró alii conjecturis, ac Collegii hujus initium vel Carolo M. ut *Jordan. & Spangenberg.* vel Henrico II. ut *Cusanus*; vel Henrico I. ut *Peucerus*; vel Conrado II. ut *Theodorus de Niem*; vel Carolo IV; vel deniq; Ottoni III; ut pleriq; omnes, adscribant. Mihi hæc, quam & alibi defendi, stat sententia; Occultis initiis & non injuria publici boni intuitu annuentibus cęteris Principibus aliquot annorum interjectu, intra sanctius & strictius consilium Electores jus suum revocasse, præeuntib. *Dressero, Heigio, Paurmeistero & aliis.* Rationes, quibus persuadeor, habeo prægnantes: Sed hic omissas alio loco latiús exponam.

XXX. Hi Electores vocantur quoque Septemviri, á numero scilicet, quo collegium eorum absolvitur. Sunt enim septem; Ecclesiastici tres, quatuor Politici: Illi sunt Archiepiscopi Moguntinus, Coloniensis, & Trevirensis. Hi, Rex Bohemiæ, Palatinus, Saxo, & Brandeburgicus. At cur non plures vel pauciores? An quia sic placuit? uti de numero testium testamentis adhibendorum respondet *Valtejus in §. possunt, 5 Instit. de testam. num. 27.* An hoc exemplum est juris publici constituti, cujus ratio hæc, ut ratio ejus nec investigari debeat, nec reddi possit? uti *Anton. Faber. in rationalib. ad l. 20. de LL.* An jubente *Heringio de fidejuss. cap. 5. num. 143. & seq.* prius expediendum, cur Pythagoras auditoribus suis, non septennii aut decennii; sed quinquennale silentium indixerit? Sané postquam reliqui status ab electione excluderentur, certum eligendi numerum oportuit constitui. Non igitur temeré aut fortuitó factum credendum est, ut in septenario acquiesceretur. Hinc probabilior videtur eorum opinio, qui in constituendo Electorum numero ad perfectionem septenarii respectum fuisse suspicantur, *Anton. Coler. de jur. Imper. German. sect. 44. Corat. de commun. opin. libr. 1. tit. 3.* Illius enim numeri tanta existimatur esse majestas, tantaque divinitas, ut veteres σεβασμιὸν καὶ σεμνὸν, id est, sacrum & venerandum, eum appellarint. Et *Philo Judæus lib. de mundi opific.* hanc septenario prærogativam tribuit, quod solus neque gignere neque gigni natus est: Hinc ejus divinitas & perfectio, inquit, ex mente Philonis, *Andr. Laur. lib. 8. histor. anatom. q. 31. pag. 709.* Inde etiam indubié est, quod magnæ res eo numero plerumque absolvantur; quod ex sacris, naturalibus & humanis ostendit *Joan. Mar. Corat. d. tit. 3. & Osiand. in notis ad Micha. cap. 5. lit. f.* Verúm nec hi mihi satisfacium, nam numeris quidquam velle efficaciæ tribuere, ad superstitionem quám proximé accedit. Et cur septenarius aliis perfectior sit, causam non video, præsertim tum & alii novenario, alii ternario eandem perfectionem tribuant; imó quivis numerus sui laudandi materiam ingenioso præbeat, *Ammon. apud Plutarch.* Magis ad rem loquitur *Onuph. Panvin. de comit. Imp. cap. 9.* ubi numerum hunc electioni accommodatum esse ait, quod tribus Electoribus á reliquis tribus dissidentibus quartus alterutri parti accedens discordiam componere possit. Sed & ea ratio, tanquam ad quemvis numerum imparem pertinens, nimis generalis est. Ego in medium hoc relinquere, quám temeré de eo quidquam statuere satiús duco. Cur tres Antistites

in

in hoc collegium adsciti, minùs dubium est. Nempe cum Antistes & præsules Ludovici pii ævo Imperii principes effecti essent, & sic duplici ordine Roman. Imperium decoratum conspiceretur, haud immeritò quoque ad Electorium ἀξίωμα tam clerici, quàm profani designati sunt, *Andr. Knichen. Comment. ad jus Saxon. verb. Elector. cap. 1. num. 319.* Et crediderunt veteres sine sacerdotum interventu nihil felici omine posse expediri, *P. Heig. p. 2. q. 4. nu. 61.* ac ita demùm in portu consistere putarunt imperium, *Si ex togatâ & armatâ militiâ Senatus secretior constaret. M. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 5. nu. 18.* Pauló specialior est ratio, quam dat *Julius Pflug. de ordin. rep. Germ.* quia nempé ad imperatoriam dignitatem, quod Ecclesiastici esse vehi non possent; nec causam tamen haberent, cur Imperat. diadema ambirent, factum, ut in Electorum numerum cooptarentur. Illi autem quos dixi Archiepiscopi reliquis fuerunt antelati, quod cæteris essent longé antiquiores nobiliores q; *Panvinius d. l.*

XXXI. De Rege Bohemiæ, num Elector sit, dubitatum non semel fuit. Ego inter Electores intrepidé eum collocavi: & miror esse quosdam juris publici adeó ignaros, qui eligendi jus ipsi negare non erubescunt. Et magis miror fœdum hunc errorem, qui exteris parùm rectè de republ. nostrâ sentientibus cõdonari possit, à Germanis quoque Scriptoribus errari, inter quos primi sunt, *Petr. de Andlo de Imper. Rom. lib. 2. cap. 2. Crantz. libr. 8. Saxon. cap. 5. Joan. Dubrav. histor. Bohem. libr. 6. Abb. Studens. ad ann. 1240.* accedit Schönbörner *lib. 5. politic. cap. 35.* Quod subodoratus *Thuanus* homo Gallus in hæc scribit verba: *nec minùs pleriq; subjectum est, quod vulgò itidem jactatur, Regis Bohemiæ partes esse, ut paribus suffragiis interveniat, cum ei tertium in dicenda sententia locum nominatim Aurea Caroli IV. Bulla attribuat. libr. 2. histor. pag. mihi 26.* Et rectè; nec enim jus eligendi in aureâ bullâ ei concessum modó est, sed & constitutione Ruperti vicarii & Rudolphi I. disertè confirmatum, *Freher. tom. 1. Bohem. pag. 116. & 117.* Imó & ante Auream Bullam semper rum votum habuit, teste *Reibdorff. Anno 1314.* Quocirca cum in Electione Maximiliani I. Rex Ladislaus præteritus esset, adeó non dissimulanter tulit, ut pecuniam aureæ bullæ acerrimè postularet, non cessaret & arma minaretur, donec eandem pacto Reges imposterum neq uaquam prætereundi sub pœna 500. marcar. auri interposito, ea res decideretur, nec alio obtentu, nisi quod negotiis de cautione subitariam illam electionem convolassent, reliqui Electores usi sunt; *Hartm. Maur. in coron. Caroli V.* Pacti illius tenorem videre licet apud *Gold. tom. 2.* Reichs-Satzung *pag. 178.* Quid? quod Electoratus & munera, quib. funguntur Electores, nervi junguntur adamantino, nec altera ab alteris separari queunt, *Knichen. comm. in Saxon. verbo Elector. cap. 1. num. 216.* Itaque Regi Bohemiæ, qui insigni Imperii officio præditus est, jus quoque eligendi haud dubiè competet. Ne dicam, veluti Cùelectoribus cæteris specialiter concessæ sunt arces & civitates, quas electorio nomine obtinent; ita etiam Lusatiam inferiorem ad Regem Bohemiæ pertinuisse, ceu Electoris possessionem, *Fabr. Orig. Sax. lib. 5. fol. 542.* Cæterùm ad comitia & cõventus Imperii ordinatios Rex Bohemiæ non vocatur, nec circulo alicui addictus, *Freh. in notis ad P. de Andlo d. loc.* nec contributionibus aliisq; oneribus, *Harm. Maur. de coron. Caroli V. Recess. Imp. de Anno 1500. rubr.* Wie man mit den Königen. Imó nec constitutionibus Imperii obnoxius est, *Recess. Augusti. de Anno 1551. §. 53. 54.* At non ideó statim Imperio exemtus videri debet: Nam regnum Bohemiæ

nobile Imperii membrum ipse vocat *Carolus IV. in constitut. de jur. Elect. Regi Bohem. compet.* Et Imperatores á Bohemis semper pro superioribus sunt agniti, *Freher. d. loc.* Privilegia illis concesserunt innumera; judicia in eos exercuerunt; citarunt, contumacesque declararunt, *Cuspin in Rudolph. I.* Ad quam rem notatu velim sententiam Cameræ, quam ex *Barthio Gerlac. Buxdorffius ad aur. bull. thes. 88. lit. C. in fin.* refert, hisce verbis conceptam: **In Sachen N. contra N. ist erkandt/daß Appellaten vnverhindert jhrer Eynrede vff der Appellanten einbrachte Klage litem contestiren/vnd antworten sollen: vñ wollen sie die Appellaten gegen den Regenten in Böheimb auff die angezogene Peen procediren/ sollen sie denselben Regente darzu/wie Recht/citiren lassen** Ex qua, Regem Bohemiæ in Camera cõveniri posse, adeoq; Imperium subjectum esse, liquidó evincitur.

XXXII. Prætereá ne splendori hujus Collegii quidquam desit, prærerjus eligendi singuli Electores peculiari quoque officio in coronatione & curia Imperatoris obeundo jure superbiunt. Et Ecclesiasticorum quidem singuli singulos Archicancellariorum habent titulos. Quorum institutionem circa Ottonis M. ævum ortam ex ipsorum Impp. privilegiis seu diplomatibus publicis se observasse scribit *Panvinus de comit. Imperat. cap. 6. num. 29.* cum quo sentit *Freher. in origin. Palatin. cap. 15.* vid. tamen *Kirchner, de offic. & dignit. Cancellar. lib. 1. cap. 3. num. 9 & multis seqq.* Hoc autem munere fungebatur Colonienſis, si Imperator in Italiam concederet; Trevirensis si in Galliam; Moguntinus, si in Germaniam. Hinc illeper Italiam, sive trans alpes; (quemadmodum in quodam diplomate de anno 1275. legitur: **Wir Sywert Ertzbischoff von Cöln/deß Reichs von Oberberge Ertzcantzler/** teste *Frehero in notis ad P. de Andlo lib. 1. cap. 1.*) Iste per Galliam; non quidem omnem sed eam saltem partem, quæ regno Arelatensi contineretur, solaq; Imperium recognosceret. *Freher. d. loc.* Hic per Germaniam Archicancellarius dictus. Verùm postquam Aquila Imperii totimodis deplumari cœpit, Moguntino excepto, cæteris præter nomen nihil remansit, *Panvinus d. l. in fin.* Belle verò errat *P. Gregor. lib. 6. de republ. cap. 13. num. 25.* cum Moguntinum Archipræsulem Germaniæ, Trevirensem Galliæ, Colonienſem Italiæ nomine eligere autumat: nam non tam electionis quám muneris intuitu, diversa regnorum nota eos signati ex modo dictis liquescit. Ac foret alioquin, ut Palatinus Palatinatus, Saxo Saoniæ, Marchio Marchionatus nomine eligere dicerentur; quod quám absurdum sit, abs se patet. Obiter hic moneo, Archicancellarii nomen hodie in propriæ & hæreditariæ dignitatis appellationem titulumque abiisse, haut secus ac Archiducis nomen & Archiepiscopi; ut præter quatuor illos de quibus jam dictum nemini adsigneturin Imperio, sive Regis, sive Electoris, magnivé Ducis Cancellarius sit, qui vicem alterius sub se habeat, *Kirchn. de offic. & dignit. Cancell. lib 1. cap. 3. num. 70.* Scholasticé itaque ac oratoriè magis quám civiliter scripsisse videtur, *Franc. Hilduheim.* qui Lambert. Distelmejerum Electoralem olim in Brandeburgensi Marchia Cancellarium Archicancellarium in funebri oratione proclamavit. Cæterum de Archicancellarii nomine & officio pluribus agit *H. Kirchner. d. tract. cap. 3. num. 1. & seqq.* unde petere, cui libet, licet. Omnia hic referre, paginarum angustia prohibeor. Porrò ex Electoribus politicis Rex Bohemiæ pincernæ, Palatinus Dapiferi; Saxo Marschalli; Marchio Brandeburgicus Camerarii officium administrat. Quorum de munerum initio & auctore aliaque multa scitu non indigna, hic adspergere possem, si

vellem,

vellem; vellem autem si temporis ac instituti ratio permitteret. Interim quin hoc addam committere non possum; Primitus ea munera fuisse temporaria & meré ad Imperatoris nutum. Posteá verò, quo augustior Electoria excelsitas conspiceretur, sanctum, ut officia Imperialia insolubili nexu ipsi jungerentur, *Knichen. d loc. num.* 89. Quapropter neminem turbet, quod cum Otto Tertius Quedelburgi Solemnia Paschatos instructo regio convivio celebraret, Dux Bavariæ Dapiferi, Dux Sueviæ & Franciæ Camerarii, Palatinus Pincernæ, Saxo Marschalli munus obiisse legantur, apud *Ditmar. lib. 4 fol. 36. Fabric. Orig. Saxon. lib. 2 fol. 213.* Sed nec hoc prætereundum Heinrici II. constitutione effectum, ut Electores profani Episcopum Bambergensem recens initiatum, non secus ac ipsum Cæsarem suis quisque officiis ac ministeriis præstolari debeant; quod insigne Episcopatus illius ornamentum sericeum Divæ Cunigundis filum nominari scribit, *Bursius in catal. Episcop. Germ. pag. 236.* Idque ne ex rejectaneis Stoicorum vel ex antiquatis Maronii unum existimes, ea ipsa officia cum annexis commodis suis Electores in hanc diem ab Episcopatu in feudum recognoscere & per vicarios suos, quibus deinceps in subfeudum eadem concedunt, gerere adfirmat *Freherus ad Petr. de Andlo lib 2 cap. 15. pag. 201.* Falsus verò est *Burschius*, & qui eum sequitur *Peucerus libr. 4. Chron. Car.* cum scribunt, Heinricum II. Imperatorem constituisse, ut seculares quatuor Electores feuda, Electoratus ab Antistite Bambergensi petere & accipere necesse habeant; siquidem Electores Politicos munia & feuda Electoralia immediatè ab Imperatore recognoscere, notius est, quá ut verbis egeat. Addo & illud, quod hodiè Electores suos habeãt Vicarios & Subofficiarios; ut Rex Bohemiæ **den Erbschencken** de Limpurg; Palatinus **den Erbtruchsses** de Walpurg; Saxo **den Erbmarschalln** de Pappenheim; Brandeburgicus **den Erbkämmerer** / Comitem ab **Hohenzollern**: Qui & ipsi quandóque in solemnibus curiis, in coronatione Regis vel Imperatoris, Comitiis & aliis hujusmodi Panegyricis conventibus vice Electorum suo quisque adsignato officio defunguntur. Sed quid, si aliquem Electorum abesse contingat, quisnam ejus administrabit munus? Legatus an verò Vicarius? In Coronatione Caroli V. cum ea res in controversiam vocaretur, pro Vicario Regis Bohemiæ pronunciatum ait *Hartman. Maur. in ejus Historia.* Et ita quoque nupertimé in Coronatione Matthiæ Imperatoris Augustissimi Comitem de **Hohenzollern** / non verò Electoris Brandeburgici Legatum Sub Camerarii munere defunctum attestatur *Jessenius de coronat. invictissimi Reg. Rom. Matthiæ.*

XXXIII. Præterea dignitas Electuræ secularium Electorum terræ ipsi destinatæ non modó inhæret, *Aur. Bull cap. 20. Orat. Heydelb. 2. pag 44. & 46.* Sed & primogenito tantùm, veluti præcipua, jure Aureæ Bullæ tributa est, *cap. 7. in princ. cap. 20. cap. 24.* Qui si 18. ætatis annum complerit, tám in conventibus Imperialibus, **Reichstägen** quám comitiis Imperatoriis **Wahltägen** pleno sessionis suffragiique jure fruitur. Quod in re Aurea Bulla divortium facitá jure civili. Eo namque minores 25. annis nec ad decurionatum, *l. 6. §. 1. l. 11. de decur.* nec ad alios honores actusvé publicos admittuntur, *l 8. de muner. & honor.* Illa verò ætatis periodo nondum exacta; sed impubere adhuc existente primogenito, ut reliqua omnia: ita præcipué, quæ ad officium Electoris in comitiis pertinent, tutor ejus nomine expedit, *Orat. Heydelb d. pag. 46.* quemadmodum exemplum nupertimi tempo-

tempore in Friderico Wilhelmo Duce Saxoniæ Illustrissimo, pientiss.m. observare licuit. Et hæc tutela ultra 18. annum non porrigitur, idque, ut dixi, singulari jure constitutum est. Sed quæstionis est non circumforaneæ, num Elector annos Carolinæ legis egressus non solùm ad jus Electionis; verùm etiam totius territorii gubernationem admittendus sit? quod sané in *Aur. Bulla* diserté expressum non est; ideoque juri communi standum videtur, quo cautum, ut rerum administratio Regibus, Principibus, &c. non antea permittatur, quám si ad annum 25. pervenerint, *l. 8. de muner. & hon. cap. grandi, 2. de suppl. negl præl. in 6. Castald. de Imp. qu. 73. num. 25. Schrad. de feud. p. 10. sect. 19. nu. 209. Nic. Intrigl. de feud. q. 45. nu. 107. & seq.* Cui etiam non parùm suffragari videtur textus *Recess. Imp. de anno 1544. in reform. tit.* von den Pupillen. Quid? quod Sigismundi Imper. constitutio de anno 1438. 8. Mart. his verbis omne dubium resecat: quoad casum eligendi Rom. Regem debitam ætatem censeri volumus 18. annos completos. In Principatibus autem & Ducatibus gubernandis ætatem observandam decernimus, prout á Divis Rom. Impp. & Regibus prædecessoribus nostris sancitum est. Atque his potissimum argumentis pro Richardo, cum ea quæstio inter ipsum & Fridericum IV. ann. 92. ventilaretur, fuit pugnatum. Sed contraria sententia, Friderico ab Imperatore Rudolpho II. in comitiis Ratisbon. Anno 1594. plenarié investito, obtinuit. Quod & non ita pridem in Illustrissima domo Saxonica, cum Serenissimus Christianus II. 18. annos complesset, servatum meminimus, vid. *Marq. Freher. in orat. de propugn. Frideric. IV.* Kurtzer Bericht vnnd Bedencken / ob dem D. H. F. V. H. Herrn Friedrichen Pfaltzgraffen bey Rhein / Ihre Churfürstl. Gn. anererbte Land-Regierung nach dero Alters 18. Jahren gebühre: oder aber dern Administration biß nach des Churfürsten 25. Jahre dem D. H. F. V. H. Herrn Reicharden Pfaltzgraffen bey Rhein / vnter dem Schein vnnd Namen *legitimæ curatelæ* vberlassen werden solle / *Ant. Coler. de jur. Imp. Rom. sect. 55.* qui posteriorem hanc opinionem masculé defendunt.

XXXIV. De tutela Electoris impuberis magna hactenus contentione disputatum est, num ea ad proximum agnatum seniorem præcisé adeó spectet, ut testamento illi aufferri nequeat? Ac neminem esse opinor, quem, quid ea de re in *Aurea Bulla* dispositum sit, lateat. Quæ Imperii lex fundamentalis, nova, publica, an ex Romani, veteris, privati juris regulis explicanda, subsisto. Ita certé Magni in Germania viri sentiunt, si nimia sanctiones Imperiales pro suo cujusvis cerebro, interpretandi licentia maturé non compescatur, fore, ut leges omnes, quæ unicum Reipubl. nostræ fundamentum, brevi sint ruituræ. Amplius nihil dico, memor illius, quod in simili controversia monet, *Warem de Erenb. de regn. subsid. c. 11. nu. 40.* Hanc litem, inquiens, ne faciat privatus suam, suadeo. Videri interim possunt scripta, quæ in causâ tutelam Electoris Palatini concernenti nuper hinc inde divulgata sunt; ex quorum collatione lector, cui mens adfectuum puta est, verùm á falsó distinguere facilé poterit; Etsi in possessorio Joan. Bipontinum veluti testamentarium tutorem obtinuisse scimus, decreto ea de re á Cæsare Rudolpho II Mense Julio. Anno 1611. lato des Innhalts; daß der jetzige Administrator zu Heydelberg in ruhiger Possession biß zu ordentlichen vnnd völligen Außtrag & salvo jure tertii verbleiben / vnd der Gestalt confirmirt seyn soll / daß J. F. G. zu allen Actibus vnd Conventibus Electorum beruffen vnd gezogen werden soll vnd möge: quomadmodum

dum enim paulò post in conventu Electorum Ann. 1611. Mense Octobri Noribergæ celebrato deliberatione præhabita, juramentoq; prius apud Moguntinum præstito in collegium Electorale salvo tamen jure Neoburgici admissus fuit. Illud ferè omittam, quod de proximo Electoris Impuberis agnato in Aureâ Bullâ sancitum est, ut is in comitiis nomine pupilli comparere omniaq; ad officium tutoris pertinentia agere possit; in casu non procedere ubi Rex Bohem. annorum defectu laborat: nam tum non proximum agnatum sed proceres regni ad Electionem admitti, Ann. 1519. in electione Caroli V. præjudicio firmatum est, vid. *Gold.* Politische Reichs-händel *part. 1 pag* 29.

XXXV. Electorem classem sequitur altera, quę Principum est. Qui itidem vel Ecclesiastici sunt vel seculares. Illi iterum in certos distribuuntur ordines; Archiepiscopos, Episcopos, Abbates & Prælatos, quorum catalogum recensет *Dn. Paurmeist. lib. 2. de jurisd. c. 1. n.* 17. Scitu dignum hic est, quod sanctissimum Imperii nostri corpus ex quibusdam quoq; Ecclesiastici ordinis fœminis conflatum sit; quæ non minorem, quàm alii Principes viri, in comitiis auctoritatem obtinent. Inter has Præcipua & reliquis eminentior est Reverendissima & Illustrissima Princeps Abbatissa Quedelburgensis, Domina mea clementissima; quam in debitæ subjectionis cultusq; humillimi argumentum nominare volui. Planè constitueram de primaevis Cœnobii institutione felicissimaq; celebriorum Abbatissarum gubernatione, quædam hoc loco disserere. Sed quia ad alia ratione instituti nostri pergendum mihi esse video, nunc temporis id intermittere, invitus licet, cogor. Ideó autem inter principes referuntur Ecclesiastici, quia á Ludovico pio olim in numerum eorum sunt cooptati, *Hermold. lib. 1. c.* 4. Unde fit, ut quamprimùm collegii cujusdam Ecclesiastici, eines Geistlichen hohen Stiffts/ præses quis factus est, splendida Principum Politicorum tituli ei comperant; etsi id dignitati Ecclesiastici tribuant. *M. Steph. de jurisd. lib. 3. p. 1. c* 14. *nu.* 4. Hi igitur cum ad comitia vocantur, non solùm ut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates vel Prælati; sed multó magis ut principes considerantur Imperii. Cui consectarium est, quod in comitiis votum ac sessionem rectè obtineant, quamvis á Pontifice nondum sint confirmati vel infulati, per ea, quæ bené tradit, *Buxd ad Aur. Bull. th.* 18. *lit. B.* Quid verò est, quod in pactis, quæ Frider. III. cum Nicolao V. Pontifice iniit, & concordata Germaniæ vulgó dicuntur, cautum reperitur, ne Ecclesiasticis regalia ab Impp. aliter quàm confirmatis á Papa concedi possint? Concordatis illis successores non obligari, ostendit non insciè *Dn. Arnold. Engelbr. de jurisd. Imp. th* 67. Ac valida ea esse, ipse nego & pernego, quatenus regio Cæsaris juri adversantur. Quin etiam jurisdictione Pontificis per pacificationem religionis suspensa eorundem valor simul exspirasse dicendus est; maximè cùm nunc longé alia tempora, alii mores; & omnis conventio rebus ita stantibus intelligenda sit. Tunc (inquit Seneca) fidem quis fallit, tunc inconstantiæ crimen audit, si cùm omnia eadem sint, quæ erant promittente se, non præstiterit promissum. Alioquin quicquid mutatur, libertatem facit de integro consulendi & promittentis fidem liberat.

XXXVI. Num idem de Antistib. reformatæ religionis dicendũ, valdé dubia & anceps est quæstio? Gravissimé realcitrat articulus pacificationi religiosæ, § Und nach dem bey Vergleichung/ insertus, qui der Geistliche Vorbehalt/ amat vocari. Eo n. dispositum Pontificii esse contendunt, ut si quis dignitate aliqua in Ecclesia

pra-

præditus á religione veteri deſciſcat, is continuó jure omni excidere, dignitateque exui debeat. Quo ſtante haud obſcurum cuiquam eſſe poteſt, quid ſtatibus Eccleſiaſticis, qui miſſis ſuperſtitionis Pontificiæ quiſquiliis, verâ Evangelii doctrinâ animos imbuunt, de jure Comitiorum reliquum ſit. Sed quantumcunque textum illum Catholici urgeant, nos toti potiùs conſtitutioni religioſæ ac cauſæ ejus finali inſiſtimus; quæ utique tàm Eccleſiaſticos quàm Politicos ſtatus reſpicit. Nec probari unquam ab adverſariis poterit, Proteſtantes iniquiſſimum illud Pontificiorum poſtulatum **den Geiſtlichen Vorbehalt** / ſuo ratum habuiſſe conſenſu; Quin imó voce & ſcriptis ſemper contradixiſſe, exactis, quæ *Auctor Autonomia* ſedulitate non contemnenda collegit, plus ſatis apparet, ac ipſe textus id docet abundé. Quomodo veró in religionis controverſia pro communi ſtatuum decreto quid habebitur, cui omnium conſenſus non acceſſit? Siquidem in tali cauſa votorum majoritati locum non eſſe, *Tranſactio Paſſavienſis*, § 17. *ibi*, **Damit in Religion-Sachen kein Theil ſich deß Oberſtimmens zu befahren** / manifeſtè innuit. Sanè Cæſarem illum exceptionem **den Vorbehalt** / propria auctoritate confirmaſſe conſtat: num autem licuerit, aliorum eſto judicium. Quidquid ſit, ſive cum P. *Fridero lib. 3. de proceſſ. cap. 19. num. 6. & Georg.* **Schönborn** *lib. 4. Polit. cap. 6. pag. 319.* contraria conſuetudine aliud eſſe inductum; ſive cum *Dn. Arnold. Engelbrecht. de juriſd. Imp. theſ. 135.* ſæpé allegatum textum ad eum caſum, ubi Epiſcopus vel alius Eccleſiaſticâ dignitate præditus conſenſu eorum, ad quos dignitatis conferendæ jus pertinet, Auguſtanam confeſſionem amplexus eſt, non extendendum eſſe quis dicat, nihil improbabile dicet.

XXXVII. De eo etiam haut levis poſſet moveri quæſtio, an Capitulum ſede vacante ad comitia vocari debeat? Quod affirmandum haud dubié eſt: Capitulum enim juxta *Fel. n. in cap. 1 num. 19. de jurejur.* & qui hunc ſequitur, *Gailium 1. obſ. 30. num. 12.* non eſt inferius Epiſcopo; ſed ei mortuo in jus omne quodam accretionis modo ſuccedit, *Dn. Paurmeiſt. lib. 2. cap. 7.* A quo certé comitiorum jus nullibi excluſum reperio. In qua etiam opinione exempla in receſſibus Imperii obvia non parùm me confirmant. Nam **Dechand vnd Capitul zu Münden** / Anno 55. Item **Probſt** / **Dechand vnd Capitul des Thumſtiffts Freiſingen** / Anno 1559. Item **Dechand vnd Capitul des Stiffts Halberſtadt** / An. 76. ſede vacante comitiis interfuiſſe ex eorundem ſubſcriptione patefit. At, inquies, Capitulum non ſuccedit Epiſcopo in facultate eligendi Imperatorem? *Joan. Franc. Pavin. in tr. de offic. & pot. Cap. ſede vac. q. 2. p. 2 pr. num. 17. & ſeq. Jacob. Sbroz. de vicar. Epiſc. lib. 2. q. 30. n. 3. Buxd. ad Aur. Bull. th. 15. lit. C* Ergo nec in jure ſuffragandi in comitiis. Niſi ex *c. 2. ne ſede vac.* reſponderi poſſit, ſubſiſto & lectori cogitandum relinquo.

XXXVIII. Principum ſecularium in Germaniâ non ita definitum eſſe numerum ſcribit *Thuan. lib. 2. hiſtor.* quod ſuo modo concedere facilé poſſum. Sed omnino tamen certæ ſunt familiæ, ex quibus certi itidem comitiis interſunt. Numerantur autem hodie ſecundum *Dn. Paurmeiſt. lib. 2. cap. 1 pag. 317.* duodevigin-ti. I. Archiducum Auſtriæ, quorum duæ ſunt lineæ: una, quæ á Ferdinando, altera, quæ á Carolo V. Imperat. originem traxit & Burgundica vocatur; Unde fit, ut hodie Rex Hiſpan. ratione Burgundiæ ſit ſtatus imperii & ad comitia vocetur, *Gail. de Arreſt. cap. 6. num 15.* II. Ducum Bavariæ in duas itidem lineas diſtincta, quarum una Bavarica, altera Palatina dicitur. III. Ducum Saxoniæ, Marchio-

chionum Misniæ & Landgraviorum Thuringiæ. IV. Marchionum Brandenburgensium. V. Ducum Brunsivcensium & Luneburgensium. VI. Ducum Juliacensium, Bergensium & Clivensium, quorum stirps nuper extincta est. VII. Ducum Pomeraniæ. VIII. Ducum Megapolitan. IX. Ducum Wirtenbergensium. X. Landgraviorum Hassiæ. XI. Marchionum Badens. XII. Ducum Saxoniæ inferioris, sive Lawenburgens. XV. Ducum Sabaudiæ. XVI. Principum Anhaldinorum. XVII. Ducum Lotharingiæ. XVIII. Comium Arnbergicorum, qui á Divo Maximiliano II. inter Imperii Principes susceptí sant. Ubi Duces Burgundiæ & Lotharingiæ recté adscripsisse videor; nam utrumq; harum membrumq; Imperii esse ex bina transactione, quarum altera Anno 1542. altera anno 1548. cum Cæsare & Statibus inita est, evidenter liquescit. Non gravabor utriusq; subnectere tenorem. Prior sic se habet: **Also daß obgenannter vnser Schwager/Hertzog Antonius vnd seine Erben/Hertzogen zu Lottringen/nicht allein mit Particularstücken/so von dem H. Reich zu Lehen oder Afterlehen rühren vnd gehen/sondern auch mit dem Hertzogthumb Lottringen/vnd was demselben als einem Hertzogthumb zugehörig ist/als nemblich Blanckenburg/Pontamonsa/vnd dergleichen nun hinfüro vnd zu ewigen Zeiten in der Römischen Keyser/König/vnd des H. Reichs Schutz vnd Schirm seyn/vnd wie andere Fürstenthumb vnnd Stände des H. Reichs/geschützet vnnd geschirmet werden sollen/ꝛc. Dargegen sollen vnd wollen gedachter Hertzog Anton vnnd seine Erben/alle vnd jede Anschläge vnnd Auffiagen die jederzeit von gemeinen Ständen in dem H. Reich fürgenommen vnd gemacht werden/tragen/vñ nemblich in jeden Anschlag zwey Theil/daß ein Drittheil weniger oder minder ist/des Anschlags oder Auffiage so einem Churfürsten auffer legt wird/geben vnd entrichten.** Altera ita sonat: **Daß wir als rechter Erb- vnd Oberherr gemelter vnser Niedern-Erbland für vns vnd vnsere Erben vnd Nachkommen/sampt denselben nachbenandten vnsern Niederlanden/nemblich die Hertzogthumb Lottricht/Braband/Symburg/Lützenburgt/Geldrn/die Grafschafften Flandern/Artheiß/Burgund/Heingeno/Holand/Seeland/Namur/Zutphen/die Maggrafschafft des H. Reichs/die Herschafft Frießland/Vtricht/Ober Isel/Groningen/Falckenberg/Dalheim/Salin/Mecheln vnd Mastricht/mit allen deren mediatè & immediatè zugehörigen vnd eingeleibten Geistl. vnd Welt. Fürstenthumben/Prælaten/Dignitæten/Grafschafften/Frey- vnnd Herschafften/vnnd derselbigen zugehörigen Saalen/Vnderthanen vnd Verwandten/hinfüro zu ewigen Zeiten/in der Röm. Keys. vnd Könige vnd des H. Reichs Schutz/Schirm/Verthädigung/vnd Hülff seyn/auch dieselben Freyheiten/Rechten vnd Gerechtigkeiten freyen vnnd gebrauchen/vnd vorgemelten Röm. Keys. vnd Kön. vnd des H. R. Ständen/jederzeit wie andere Fürsten/Ständ vnd Glieder desselben H. Reichs/geschützt/geschirmt/verthädigt vnd gewehrlich geholffen/vnd dann auch zu allen Reichstägen vnd Versamblungen beschrieben/vnnd erfordert werden sollen/ob sie wollen dieselben neben andern Ständen zu besuchen vnd zu beschicken haben/auch jhnen vnser Erben vnnd Nachkommen vnsern vnd derselben Session vnd Stimmen/von wegen obberührter vnserer Land/als ein Ertz-Hertzog zu Osterreich zugelassen werden sollen/Dargegen wir vns von oberzehlter vnserer Land vnd Leut vñ dero Nachkommen wegen bewilligt/daß alle solche vnsere Land in vorstehender Noht/zu Handhabung vnd**

Wolfart des H. Reichs auch Unterhandlung Friedens und Rechtens / und allen andern des H. Reichs Anschlägen / so durch gemeine Stände jederzeit bewilligt und beschlossen worden / so viel als zween Churfürsten sich erstrecken / leisten und contribuiren / &c. Ex qua postrema, quod obiter monere placet, transactione Sole ipso clarius apparet, quod provinciæ Belgicæ, quotquot sunt, membra sint Imperii. Id quod & ipsi Belgæ in *libello supplici Imp. Majestati cæteriq; Imperii Statibus in comitiis Spirensibus Anno 1570. exhibito*, hisce verbis disertissimé confessi sunt: *Ipsum demiq; Carolum Imperatorem non ita pridem universam illam ditionem inter sacri Imperii ordines ac limites Augustæ publicis comitiis Germaniæ Principibus assentientibus retuliſſe, ut essent in Imperii tutela, contra omnem vim atq; injuriam: eoq; nomine ad omnia Imperii comitia Legatos ex provincia Belgica missos fuisse, tributumq; ad Turcæ vim repellendam imperatum præsentasse, ac etiamnum hodiè litem inter Brabantiæ Ducem ac Episcopum Magdeburgensem, uter eorum in comitiis digniori loco sedere debeat, in judicio esse. Ita ut indubiè inferioris Germaniæ provincia ab Imperio aliena existimari non possint.* Viderint itaque, quo jure alienos se nunc reddant, libertatemque adfectent plusquam Majestaticam. Plané jugo Hispanico soluti ad Imperium redire jure postliminii debuissent. Et Rudolphus II. in litteris anno 1607. ad Ordines præscriptis Provincias Belgicas sibi ac Imperio rectissimé adservit, Vid. *D. Baud. de induc. belli Belg. lib. 1. pag. 40. Meteran. lib. 27. histor. Belg. pag. 417.* Nec obtentus desertionis momenti alicujus est; quippe bello inter Hispanos & Ordines fœderatos implicare se Principes Imperii justis de causis detrectarunt, vide *Waremund. de Erenb. lib. 1. de fœder. c. 2. nu. 144.*

39. Ad hanc Principum classem referuntur quoque Comites & Barones; non quod dignitate ab iisdem non sint distincti: sed quod unum eundemque cum illis Senatum in comitiis constituant, *Dn. Paurm. lib. 2. c. 2. nu. 22.* Non tamen omnes Comites sunt status, nec eorum comitatus **Reichs Lehen** / sed quidam sunt **Eygenthumb** / cujusmodi est comitatus **Moers** / *Auctor. decis. Cam. in verb. Comitatus.* Hinc qui tales possident, ad comitia non vocantur. Sed & alii quoq; sunt comites, qui in matriculam non sunt relati, nec Imperio immediatè subjecti, sed Principes, quibus subsunt, superiores in totum recognoscunt, ut Comites de Hardeck / qui Austriacis; & Comites de **Newgarten** / qui Ducibus Pomeraniæ & Episcopo Caminensi parent; adeoq; Statum jure minimé gaudent, *Ruland. de commiss. p. 1. lib. 5. c. 3. num. 27. & seqq.* Nobilium autem Imperio immediatè subjectorum in comitiis nulla habetur ratio: non enim sunt status; nec reperiuntur in matricula. Idque moribus nostris in dubium est. Olim sanè comitiis quoq; illos interfuisse, planum sit ex *Bulla Sigismundi § 2. & § 4. à Goldasto tom. 1. Constit. Imper. pag. 143. & seq. relata*, & iis, quæ tradit *Buxd. ad Aur. Bull. th. 5. lit. C.* Tacita verò consuetudine, cum de jure scripto non constet, eis insignem illam prærogativam ademtam suspicor. Nescio igitur an dandum sit *Bruningo*, quod *de var. univers. spec. th. 18.* adserit, non invitis, sed maximè volentibus nobilibus factum, ut ad comitia vocari desierint. Præcipuus certè honor est esse statum Imperii, inquit *Auctor des gründtlichen Berichts von des H. Reichsstatt Friedberg Stand Regalien / &c. cap. 2. nu. 15.* Quis itaq; credat, nobiles dignitatem illam in comitiorum Statuumq; jure consistentem adeò temerè fuisse jactaturos? præsertim cum ab onere contributionum non magis immunes facti sint, quàm alii juris comitiorum adhuc dum participes; Id quod ex

ex Ruff. Auguſt. anno 1500. ſatis liquidò evincitur: Ibi enim Maximilianus I. decrevit, **Daß mit der freyen Ritterſchafft ernſtlich gehandelt vnnd geredt werden ſolte/zu Beſchirmung des H. Reichs/ darvon ſie vnd jhre Vorfahren jhre Ehr vnd Würde auch den mehrern Theil jhres Guts haben/ jhre getrewe Hülffe/ wie jhnen als Chriſtglaubigen Rittern vnd Knechten des H. Reichs wol anſtehet/ zu thun.** Etenamnum receptum eſt, ut comitiis exactis de auxiliis ſolicitentur; idque Receſſibus Imperii ſolet inſeri. De eo dubitatum memini, an Comes, qui integrum Comitatum, omnesque eó pertinentes ditiones Principi cuidam obtulit, ac viciſſim ab eo in feudum recognovit, Statibus Imperii adhuc ſit accenſendus? Et præterilla, quæ pro dilucidatione hujus quæſtionis accumulatim congeſſit *Joan. Borcholt. part. 2. conſil. 11.* advertendum hic eſt, non eſſe in Comitis aliusvé arbitrio, é numero Statuum ſeſe eximere, ac alteriùs ſubmittere poteſtati, *Gail. 1. obſ 21. nu. 1. Matth. Steph. de juriſd. lib. 2. p. 1. cap. 4. num. 49. & ſeqq.* Cum enim communi Cæſaris Procerumque adſenſu in ordinem Statuum ſit adſcitus, plurimumque Imperii interſit, ut Status integré conſerventur, *Gail. d. loco d. Auct.* **des gründtlichen Berichts/ ꝛc. cap. 1. num. 90.** ſubmiſſio illa Imperio præjudicio eſſe nequit. Et aliás certum eſt, ei juri, quod & publicum commodum ſimul ſpectat, (quale etiam eſt, de quo nobis jam ſermo, *d. auctor* **des gründtlichen Berichts/ ꝛc. c. 1. nu. 96.**) non poſſe efficaciter renunciari, *A. Hering. de fidejuſſ. c. 6. n. 182.* Quo ſtante, quid in hac quæſtione ſtatuendum, cuivis obvium eſt. Hoc ſaltem addo, Comites de **Schwartzburg**/ aliosque Sereniſſimo Electori Saxoniæ adeó eſſe ſubjectos, ut ob quamlibet cauſam, etiam feuda, quæ ab eo recognoſcunt, non concernentem in ſuprema Curia Lipſienſi conveniri queant, *Ulric. queſt. Saxon. 11. & 12* propterea tamen eos Status Imperii amplius non eſſe nemo dixerit.

40. Electores & Principes ratione principatuum quos poſſident, ſtatibus accenſeri, adque comitia vocari, in propatulo eſt. Quæritur hinc, An Elector vel alio Principe durantibus comitiis ſatis concedente ſucceſſor ante petitam & impetratam á Cæſare inveſtituram poſſit rettó acta in comitiis ratihabere, & ligatis habere, & legatis mandare, ut ſuo nomine ſeſſionem & jus ſuffragii continuent? Hunc ſtatus controverſiam in comitiis Ratisb. Anno 1608. á Ferdinando Cæſaris tum temporis Commiſſario ac quibuſdem aliis Catholicis Joan. Friderico Duci Wittenberg. fuiſſe motam, prætenſumq; quod nulla ipſi in comitiis vox vel ſeſſio etiam apprehenſa Ducatus poſſeſſione intra annum ad inveſtituræ petitionem indultum competeret, priuſquam á Cæſarea Majeſtate vel inveſtitus vel indulto habilitatus eſſet, refert *Gerlac. Buxd. ad Aur. Bull. th 85. lit. H.* Quod Statuum Pontificiorum placitum an in decretum abierit, neſcio. Illud ex juris ratione ſcio, quod in uno introductum eſt, bona id occaſione ad aliud extendi, *l. 12. l. 13. de Lt.* In Eligendo verò jure introductum, hoc eſt, ut ad hæredem primogenitum tranſeat, inveſtitura enam non impetrata, *Aur. Bull. c. 6. c. 20. Buxd. d. loc.* Hocitaq; ad jus ſeſſionis & ſuffragii in comitiis vi extenſionis rectè accommodabitur. Porró cum feuda principatuum & Ducatuum, ſint ex pacto & providentia; ac ſucceſſores per inveſtituras majorum jam habeant jus quæſitum, novâ illâ inveſtiturâ non tâm acquirunt feudum, quàm quod habent, conſervant. Adde, quod vocem dare in comitiis ſit fructus feudi, argument. eorum, quæ tradunt *Felin. in cap. cum olim de major. & obed. Decian. reſp. 8. num. 228.* Omnes autem fructus ad vaſallum

spectare ante petitionem investituræ, tám certum est quám quod certissimum. Et ita in terminis decidit *Carx. Mastrill. decis. consist. Sicil.* 18. ubi *num.* 8. post alios addit, etiamsi sententia contra possidentem lata sit; voces tamen datas in Parlamento non retractari. Sed & observantia Imperii in promtu est. Nam ann. 1567. Philippi Landgravii filios, Wilhelmum, Ludovicum, Philippum junior, & Georgium; ann. 98. Joachimum Frid. Marchionem Brandeburg. & Fridericum IV. Electorem Palatinum ratione Simmern; Anno 1603. Carolum Ducem Magapolitanum, quamvis nondum investitos, comitiis interfuisse, ac tám sedendi quám suffragandi jus exercuisse, ex subscriptionibus Recess. Imp. ac historiarum monumentis cognoscimus. Quæ exempla quoq; *Gerlac. Buxdorff. d. loc.* observavit; quamvis in eo, quod de Friderico Duce Wirtenberg. adducit, fassus & contra veritatem historicam. Sic etiam cum ann. 1586. Wormatiæ conventus deputatorum haberetur, eóq; durante é vivis excederet Elector Augustus Dux Saxoniæ, omissæ dicuntur fuisse consultationes, utpote exstincto mandato, tamdiu, donec Christianus I. in Electoratu successor Heros fortissimus injungeret Legatis, ut progrederentur in consultando juxta literas mandati & instructionem á patre Electore acceptam. Et ad exemplum Joachimi Friderici Brandeburgici Electoris accedit, quod cum parens Elector Ann. 1598. obiisset, quidam Imperii Princeps virtutis & sapientiæ laude per totum Imperium maximé conspicuus Filium Successorem rogarit, ut mandaret Legatis, in deliberationibus ut pergerent, & paterna mandata studiosé exsequerentur: quæ utique exhortatio procul dubio intermissa fuisset, nisi optimo Principi & Consiliariis, quos habuit, rerum Imperialium scientissimis constitisset, jus sessionis ac suffragii etiam ante impetratam investituram principi Imperii competere. Sed & idem, Ecclesiastico aliquo Principe stantibus comitiis exstincto, & alio per capitulum electo, rectè dixerim. Etsi id forté non admiserit, *Andr. Knib. comment. in jus Saxon. verbo, ducum, cap. 2. num.* 12. Nam Ecclesiasticis tantum tribuit Electio, quantum secularibus pactum & providentia. Nec exemplis destituor. Joanne enim Archiepiscopo Trevirensi 9. Febr. anno 1567. mortuo, in ejus locum Jacobus ex veteri familiâ ab Els. concordibus sententiis ac votis ad Archiepiscopatum adsumtus in Comitiis eodem anno habitis, ad quæ non ipse, sed ejus prædecessor vocatus erat, antequam investituram á Cæsare impetrasset, sessionem & suffragium nemine contradicente continuavit. Ita quoque Daniel Archiepiscopus Moguntinus in locum Sebastiani, qui 18. Martii Anno 1555. obierat, electus Comitiis Augustæ eo tempore habitis per Legatos interfuit, *Nicol. Serar. libr. 5. Rer. Moguntiac. fol. 919.* Et cum sub tempore Comitiorum ann. 1562. ad Maximilianum in Regem Romanorum eligendum ab Electoribus institutorum Colonienſis fatis concessisset, tamdiu comperendinata fuit electio, donec á Capitulo Fridericus Archiepiscopus proclamaretur; qui postea, non exspectata Cæsaris investitura, in Senatum Electorum haut difficulter receptus est: dicitur autem Cæsar Ferdinandus mandasse Capitulo, ut maturarent electionem, quó numerus Electorũ compleretur. Quæ cum ita sint, cordatioribus Politicis & JCtis dijudicandum relinquo, quám benè vel malè senserint illi, quibus religio non fuit scribere, quod priusquam Principes Regalium suorum investituram impetrarint, in Imperii conventibus ad sessionem & votum non admittantur, sive successionem nacti fuerint ex jure sanguinis, sive ex jure electionis. In qua sententia fuit *Christoph. Wintzler. in observationibus suis de Collect. cap. 2.*

ta. pro qua tamen ipse nec leges adducit, nec rationes, nec auctoritatem, &, quòd, pejus est, sic usu observari scribit.

41. Porrò, si Princeps decedat relictis pupillis aut minoribus, Tutores ipsorum aut Curatores ad comitia vocantur. Id quod in Electoribus quoque usu venit; quamquam hi septennio secundum jus civile, & triennio secundum jus Saxonicum citiùs pubertatem accipiant, ut supra dictum suo loco est. Exemplum habemus in domo Saxonica utriusque lineæ; Pomeranica item & Lotharingica, Anno 1603. in domo etiam Badensi anno 1582. in domo Brandeburgica anno 1551. & sæpiùs aliàs. Idem est in Comitibus Imperii. Nam & horum tutores ad comitia vocari ex subscriptionibus Recess. Anno 1594. & Anno 1603. patescit. Majorennes autem facti sessioni in Comitiis occupandæ ferendisque suffragiis ipsi idonei sunt. Quid verò si plures sint, & minorennem ætatem egressi Ducatus vel Marchionatus feudum inter se dividant; Cæsare divisionem approbante, & unumquemque de portione sua investiente, singuli ad Comitia vocandi sunt, singuli quoque sessionem & votum habebunt, quippe interest Reipubl. **Daß das Reich an seinen Gliedern vnd Stimmen gestercket werde**/ argumento eorum, quæ traduntur in *Decreto Spirensi Anno* 1570. §. **Nach dem auch noch etliche Reichs Stände.** Exemplum nobis suppeditat domus Saxonica lineæ vinariensis & Coburgicæ; quarum illa á Joanne Wilhelmo; hæc á Joanne Friderico ortum ducit. Item domus Brandeburgica in successoribus Georgii Friderici Marchionis, Christiano videlicet & Joachimo Ernesto Marchionibus Brandeburgicis: quorum ille Culmbaci; hic Onolsbaci residet. Diversum est, si in familia Principis alicujus inter fratres jus primogenituræ ex consuetudine privilegio vel testamento introductum sit: tùm enim primogenitus, qui Ducatum solus administrat pleno jure, solus quoque vocatur, exclusis fratribus reliquis: quemadmodum fieri videmus in domo Bavarica, Brunsvicensi Wolffenbüttelicæ & Luneburgensis lineæ, Wirtenbergica, Hassiaca lineæ Darmstadensis, &c. Quod jus πρωτοτοκίας uti respectu fratrum durum fortè ac rigidum nimis est, *Vasq. lib. 2. de success. resolut. §. 13. num. 7. & 8.* in splendoris familiæ conservandi intuitu æquissimum, *Nicol. Sudor. lib. 2. disput. civil. §. 137. Fachin. lib. 1. consil. 26 post. num. 23. & seqq. Ludov. de Molin. eruditè lib. 2. de primog. cap. 1. Gail. nervosè & eleganter 2. obs.* 153. de quo prolixè disserere non est hujus loci, nec fortè ad cujusvis stomachum. Quid autem è contrario, si nec divisio facta sit, nec juri primogenituræ locus? an & eo casu singulis sessionis suffragiique jus competet? ita existimare videtur *Auctor tract.* **Wie ein Fürstlich Hauß zu erhalten** *cap. fin.* sic inquiens: **In Reichs Rähten/ Visitations tägen/ Kreißtägen soll ein jeder/ der Verheyraht ist/ oder 24. Jahr erreicht/ bevor stehen/ sein votum zugeben.** Quod nondum concoquere ego possum. Cum enim fraties Principes antequam dividunt unam patris personam, adeoq; unum solummodò statum repræsentent, plura uno voto habere vix poterunt. Et hoc usu quoque servari verosimile est.

42. In Imperio etiam insolens non est, ut Principes plures habeant ditiones, quæ ipsis jure successionis vel simili quopiam titulo obvenerunt. Hos igitur ad comitia ita vocari convenit, ut omnium, quos possident, Ducatuum nomine adesse jubeantur. Hinc Elector Palatinus comitiis interest, ut Elector; deinde ut comes Palatinus, ratione **Pfaltz Simmern/ vnd Pfaltz Lautern.** Et nomine qui-

dem, quo Elector est in Electorum; quatenus v. Comes Palatinus, in Principũ Senatu sessionẽ obtinet. Eodem modo Duces etiam Saxoniæ duplici nomine ad comitia vocantur, primó, ut tales; deinde, ut condomini **der Fürstlichen Grafschafft Henneberg**. Et Philippus Ludovicus Comes Palatinus ad comitia fuit vocatus, **als Innhaber der Herrschafft Ehrnfelß**/ *Recess. Ratisb. an.* 1603. Non in omnibus tamen & semper id fuit observatum. Nam Illustrissimum Henricum Julium Ducem Brunsvicensem & Luneburgensem ratione ditionis morte Erici Ducis Brunsvic. ad Patrem illius Julium devolutæ in comitiis peculiarem unquam sessionẽ habuisse aut jus suffragii exercuisse ex Recessibus non apparet. Ejusq; rei plura exempla, si opus foret, adduci possent. Sed optandum esset, occasiones augendi numerum sententiarum licitis honestis & legibus Imperii non prohibitis modis in Senatu Principũ oblatas incuriosé haut fuisse neglectas.

45. Evenisse non semel novimus, ut Principes fœminas ignobiles & plebejas in uxores duxerint. Dubitatur hinc, an natus ex Principe & plebeja ad comitia vocari, ac jure dicendæ sententiæ frui debeat? Quod vix admitti existimo. Nam in *Ordinatione Regimenti* **zu Wormbs** *anno* 1521. **auffgerichtet**/ dispositum est, **do Churfürsten vnd Fürsten solchen Reichsraht zu besitzen nicht annemen wolten oder köndten**/ **alsdann soll Statthalter eine andere redliche vnnd tapffere Person an derselben statt jhres Genossen oder Gleichen erwehlen vnd nehmen.** Qua sanctione Imperii refragante ejusmodi ex vilioris conditionis matre prognatus in consilium Imperii vix fuisset. Idem ergo de comitiis esto judicium. Præterea tralatitium est, in Ecclesiastica collegia **der hohen Stiffte**/ neminẽ recipi, nisi quá pluribus generationibus ex utroq; parente nobilis sit, *Bon. de Curtil. tr. de nob. p. 4. n.* 28. *Boer. de Regal. c. 2. num.* 11. Quod idem quoque in ludis equestribus servari testatur *Reinhardus Comes* **in Solms**/ &c. *in libell* **von des Adels Vrsprung**/ allegatus á *Petro Fritz. de nobil. civil. concl.* 20. Cur ergo deterioris conditionis essent Principes Imperii in sublimiori dignitatis gradu constituti? Maximé verò cum & alias moribus Germanorum conveniat, ut nobilitatis non á patre modó; sed & matre profluentis habeatur ratio: etsi secus sit de jure civili, *l. cum legitim. de stat. hom. Paleott de Noth. & Spur. c.* 61. *nu.* 2. Verúm hæc ut á disputante non definiente dicta intelligi cupio.

44. Tertiam eorum, qui ad comitia vocantur, classem constituunt civitates; eæ scilicet, quæ Imperio immediatè parent. Pro cujus rei accuratiori intellectu differentia inter civitates in orbe Imperii sitas cumprimis notanda est. Quædam enim liberæ sunt, quædam municipales, quædam mixtum statum obtinent, *Mynsing. Respons.* 13. *num.* 10. Nulla autem civitas in Imperio est αὐτόφαλος, *Knich. in Epops. num.* 205. Liberas hic appello, quæ nullum inferiorem Principem vel alium Imperii statum superiorem agnoscunt; sed soli Imperatori ac Imperio immediatè subsunt. Eæq; partim **Freystätte**, partim **Reichsstätte** vernaculé audiunt; in quarum discrimine constituendo valdé varii sunt auctores. Alii enim **Freystätte** illas dictas volunt, quæ semper & ab ævo nullum alium superiorem præter Cæsarem Roman. agnoverunt: **Reichsstätte** verò, quæ aliis quidem subjectæ, postea exemtæ & Imperio immediatè subjectæ fuerunt, *P. Wehner. in observ. pract. verbo*, **freye Reichsstätte**. Quidam hanc differentiæ rationem plané invertunt; & quas illi **Freystätte**/ hi **Reichsstätte** nominant, & vice versa, *Matth. Steph. de jurisdict. lib.* 2. p. 2.

p.1.t.1.nu.82.& seq. Nonnulli liberas ideo vocari existimant, quod præ cæteris peculiaribus privilegiis & immunitatibus gaudeant, *Münster. lib. 3 Cosmogr. cap.24. Ruland.de commissar.p.2.lib.5.cap.4 nu.41.* Alii aliter sentiunt, ut videre est apud *Authent.decis.Camera, verbo Civitas.* Quicquid verè tandem differentiæ inter eas sit, utræque hodie pari censentur jure ac statu; omnesque immediatè Cæsari & Imperio subditæ sunt. Quo sensu copulativè **Freye: vnd Reichsstatte** ponuntur in Recessibus, *Wehner.d.loc.* Gailius quoq; *de Arrest.Imp.c.9.nu.1.& 2.* promiscuè eas appellat. Ac hæ propriè sunt, quæ inter status referuntur Imperii; quæque catalogo, quem matriculam vocant, inscriptæ in Senatu Imperiali Civitatum **der Stätte Räht**/sessionem & votum sibi vendicant, *Wehner. in observationib.pract.d. loc. pag.* 144. Municipales autem illæ dicuntur, quæ Principibus & Ordinibus simpliciter sunt subjectæ, vulgò **Land- oder Fürstenstätte**/vocatæ. Tertii generis sunt, quæ ex parte Imperatorem, ex parte inferiores Principes Dominos agnoscunt, *Gail 2.obs. 45.n.10. Ruland.d.loc.n.47.* Et hæ vicissim sunt vel pactitiæ, vel exemtitiæ, vel privilegiatæ, de quibus omnibus & singulis videri possunt, *Dauth.* **im Bericht vnd Erklärung an Raht zu Braunschweig**/*pag.33.& seqq.& in Hypothypos.sect.6.Bruning. de var.univers.specieb.th.14.& 15.* hic attigisse sufficiat. Illud saltem addo Hamburgum, cum ad tertium hoc genus propriè pertineat, inter status malè referri, *Gylm. Tom.1.Symph.p.1.tit.3.vot.3.in pr.* De Erphordiæ quoq; exemtione & juribus apud eundem, *tom.1.tit.2.vot.1.* prolixè disquiritur. Nec ignota est doctis pariter ac indoctis controversia de Brunsvico. Sed neutram immediatè sub Imperio esse, verissimum est, *Meichsn.dec.201.lib.4.*

43. Civitates hæ Imperiales etsi inferiorem inter status locum obtineant, dubium tamen non est, quin æquè ac reliqui status eminentiores fulcra & columnæ sint Imperii, *Auct.* **gründtlichen Berichts des H. Reichsstatt Friedberg Standt/**&c. *c.15.nu.11.* Quod sentiens Carolus IV. in extollendis & augendis civitatibus, quarum opes & robur didicerat esse opes & robur Imperii, admodum sedulus fuit, verba sunt *Peuceri lib.5.Chron in vita Caroli IV.pag.*179. Imperator quoque Sigismundus quantum illis tribuat, ex *politica* ejusdem *reformatione, cap.*10. cognoscere est. **Do wurden**/inquit, **die H. Reichsstätte geordnet vnd gefreyet**/**darumb stehen sie geschrieben Heilig**/ **wenn jhnen ward entpfohlen alle gerechte vnnd göttliche Seligkeit**/ **vnd ward die Christenheit durch sie gestercket.** Digniori certè nomine, quàm **Heilig**/ nominari non potuissent. Sed & præterea nobilia Imperii membra à Cæsaribus hinc inde vocantur, *Sixtin.de Regal lib.1.c.4.n.*80. quo ipso dignitas earundem illustris abundè ostenditur. Uti ergo eorum, qui invidia erga Principes utrispumant, & econtrà, **gut Städtisch seyn**/*Clapmar.lib.2.de Arcan.Rerumpr. c.19.* temeritatem minimè probo: ita aliorum institutum erga civitates satis injurium existimo, qui illarum libertatem jura ac privilegia quavis arrepta occasione, quantum possunt, imminutum vel prorsus abolitum eunt. Quinimò æquum est, ut sua civitatibus libertas sarta tectaq; maneat, ac omnes & singuli Imperii status sese invicem comiter observent, *Joan-Georg.Becht.de secur.& salv.cond.th.*61. ita tamen, ne infimi exæquentur supremis; sed Electorum cumprimis auctoritas in reliquis debitam excitet reverentiam.

46. Civitates non modò ad comitia citari; sed & insuper votum habere ac sessionem, supra dictum est. Non desunt tamen, qui consilium civitatum in

dubium

dubium vocarunt, consultandi in comitiis potestatem ipsis quidem concedendo, jus verò suffragii eis competere negando aperté; veluti *Peucerus in complem. Chron. lib. 1. Orator. Reipubl. Venet. de Aula & Regno Imper. Rom. apud Philipp. Honor. pag. 55. Munstr. 3. Cosmogr. c. 21.* & alii. De quo videndum nunc est. Certé pro Civitatibus rationes pugnant fortissimæ. Etenim constat ex constitutionibus Imperii, collectas imponi per modum contractus. Eas autem exsolvunt quoque civitates. Ergò, ne conventio cum uno inita alteri noceat, contra *l. 27 §. 4. in fin. de pact. Surd. dec. 297. nu. 7.* ut & ipsæ Interposito consensu contrahant necessum est. Necessitas verò consensus non nudum consilium, sed suffragium supponit. Deinde civitates sub eadem formula ad comitia vocantur, qua status reliqui: **mit vnd neben andern Ständen helffen handeln rathschlagen vnd schliessen.** Aut proinde jus suffragii illis tribuendum, aut illusoria hæc erit ad comitia invitatio. Adde, quod in plurimis decretis Imperii hæc vel similia in calce addi soleant: **Vnd wir Churfürsten/Fürsten/Prælaten/Graffen vnd Herrn/auch der Churfürsten/Fürsten/Prælaten/Graffen vnd Herrn/ vnd deß H. Reichs Frey: vnd Reichsstätte/ Bottschafft vnd Gewalthabere hernach benandt/ bekennen offentlich mit diesem Abschied/ daß alle vnnd jede Puncten vnnd Articul mit vnserm guten Wissen/ Willen vnnd Raht fürgenommen vnd beschlossen sind.** Quod si decreta civitatum quoq; consensu fabricantur; cur voti jure eas privabimus? maximé, cum ipsa experientia earundem causam defendat, cui utique tanquam testi omni exceptione majori rectè creditur. Accedit præterea ipsorum Imperatorum testimonium; uti Friderici III. *in Reformat. Francofurd. anno 1442. in princ. ibi:* **Vnd darumb durch Anbringen auch mit Beywesen vnd Raht vnserer vnd deß H. Reichs Churfürsten/ vnd Fürsten/ Geistlicher vnd Weltlicher/ &c. vnd Stätte/ die wir dann durch sie selbst oder jhre mächtige Sendbotten darumb insonderheit her zu vns zukommen/ gefordert vnd geheissen:** & Maximiliani I. *in Constitutioni* **vom Königlichen Landfrieden/** *anno 1495. in fine princ. ibi* **Darumb mit einmütigen zeitgen raht.** Plurium q; quos consulto hic prætereo. Neque silentio involvendum, civitates habuisse sessionem & votum in consilio Imperiali **Reichs Regiment/** à Maximil. I. cum Procerum consensu anno 1500. Augustæ instituto, *tit.* **Wiezwantzig Personen in das Regiment genommen/** *in verbu.* Item, **sollen auch alle viertel Jahr/** quæ igitur est ratio, ob quam in comitiis deterioris conditionis esse debeant? His ita stantibus, qui de sessionis voto; jure civitatibus competente amplius dubitat, de sole eum dubitare necesse est, verbis utor Wehneri *d. loc. pag.* 145. Observandum tamen benè est, inter jus suffragii, quod Electoribus & Principibus competit, ac civitatum vota quandam esse differentiam: illorum enim, præcipué Electorum, suffragia liberrima sunt, & auctoritatis magnæ; harum non æqué: quoniam cum Electores & Principes sententiam prius dicant, evenit, ut dicente *Tacito 4. Annal.* ob auctoritatem, qua pollent, reliquis adsentiendi necessitatem faciant. Quod & haud obscurè subindicat, *Auctor* **des Außführlichen Berichts/ wie es vff Reichstägen pflegt gehalten zu werden/** *in verbis* huius rei testis; dum *c. 11* in hæc verba scribit: **Doch ist im Reich wenig erhört/ daß die Stätt ein ander Bedencken haben/ oder der zweyen andern Räthe Bedencken disputiren, sondern lassens gemeiniglich darbey bleyben.** A quo non alienus est *Althusius in Politic. cap. 33. num. 76.* ubi ita infit: *Unde liquet, collegium hoc tertium non tàm ferre hic juffragia, quàm alterius collegii ex duobus prioribus sententiam adprobare,*

ut

ut videatur id potius jus adprobandi, quàm sententiæ dicendæ habere. Etsi in eorum partem, qui suffragii jus civitatibus competere planè negant, proclivior sit. Imó si superiorum collegiorum votis accedere civitatum legati renuant; Imperator pro auctoritate jubere potest, ut reliquorum sententiæ calculum suum adjiciant, quemadmodum in comitiis Ratisb. anno 1471. id factum constat ex actis, quæ *scripto cuidam sub titulo*, kurtze Abfertigung / Protestation Verantwortung / Entschuldigung / Oblation vnnd Erbieten des Rahts zu Braunschweig / &c. inserta sunt, *pag. 363.* Verùm hæc auctoritatis prærogativa jus civitatum non lædit; & consequentia ex commemoratis statuum classibus consilia resultant; Unum Electorum; alterum Principum; & civitatum Imperialium tertium, *Obrecht. de jurisdict. c. 6. nu. 74. & 79.*

47. Dividuntur autem civitates Imperiales in duo scamna, Rhenanum & Svevicum, vulgó die Rheinische vnd Schwäbische Banck / *Dn. Paurmeist. lib. 2. cap. ult. num. 15.* Et certus in utroque scamno est numerus, qui ex Recessibus cognosci absque negotio potest. Olim verò plures fuisse civitates Imperiales civitates, quàm nunc sunt, Imperii matricula comprobat. Quædam enim ab Imperio vel in totum avulsæ sunt, ut Elbinga, Dantiscum, Metis & aliæ; quædam á Principibus exemtæ, eorumq; jurisdictioni subjectæ, veluti Susatum, Brackela, Lemgovia, &c. *Dn. Paurmeist. lib. 2. c. 1. num. 17. in fin.* Avulsio sanè illa quo jure á Polonis & Gallis facta sit, nemo ignorat, vide *decretum Cæsaris in comitiis Augustanis an. 1548. Legato Regis Polonarum, apud Geldast. tom. 2. Constit. imper. pag. 241. §. 4.* Verùm de exemtione, num licita sit, adhuc valdè controvertitur. Equidem, si in fraudem Imperii fiat, aut in diminutionem contributionum der Reichs Anlagen vergat, contra actionem Fiscalis interesse Imperii prætendentis nullo modo poterit defendi, *Gail. 1. observ. 21.* Sed, si exemtioni civitas ipsa consentiat, & eximens pro ea collectas solvat, an Fiscalis adhuc possit experiri? dubium est. Et licet verissimum sit, interesse Imperii non in contributionibus modó, sed & statuum multitudine præcipuè verti, *Recess. ann 1570. §.* Nach dem auch noch etliche Reichsstände / *pag. mihi 623.* vid. *Franc. Burkh de Autonom. p. 3. cap. 17 pag. 315.* lex tamen in contrarium scripta est, *Recess. Imp. ann. 1548. §.* Vnd als durch die Kreiß: ibi, ist in Berahtschlagung dieses Puncten befunden / daß gleichwol etliche Stände außgezogen / aber durch die Außziehenden werden des Reichs Anschläge der Außgezogenen erlegt / dieweil dann derowegen kein Streit noch Irrung ist / auch dem H. Reich deßhalben an seinen Anlagen vnd Gerechtigkeiten nichts abgehet / so lassen wir vnnd gemeine Stände auch der abwesenden Bottschafften vnd Gesandten solches alles bleiben vnd beruhen / bevorab so die außgezogene Stände solches Außziehens vnnd Vortretens zu frieden sind: cui utiq; acquiescere debemus.

48. Pro coronide hujus membri quæstionem, á proposito licet paulò alienam, subjungere lubet; an civitates Imperiales jura territorii vel superioritatis, & Regalia habeant? Quod dextrè intellectum adfirmare nihil hæsito: si videlicet jura illa á Principum persona abstrahas, ac in propriam simplicemque eorundem inueaeris essentiam. Quippe, quod civitates Regalia, quatenus ea Principi, ut Principi, competunt, vulgó die Landsfürstliche Obrigkeit / minimè habeant, abs se certum est, *Joan. Dauth.* im Bericht vnnd Erklärung an Raht zu Braunschweig / &c. *pag. 12.* Cum verò jura Regalia etiam sine titulo subsistere queant, *Brun ng. de var*

univers. spec. th. 19. post *Barbat. consil.* 71. *nu.* 3. *vol.* 3. & civitates Imperii status indebié fuit; cur territorii jura **die Lands Ober: vnd Herrlichkeit**/ illis negemus, causam nullam video. Et hanc opinionem propugnant non infimi subsellii JCti: uti *Gail. 2. obs.* 57. *nu.* 7. *& lib.* 2. *de pac. publ. c.* 6. *nu.* 11. *& de Arrest. Imp. c.* 9. *num.* 1. ac alii quamplurimi. Nihil officit, quod quidam nescio an satis juridicé objectant, civitates, quia privatorum loco sint, *l. eum qui vectigal. de V. S.* regalium ipso jure esse incapaces. Nam præterquam quod in civitatibus mediaté Imperio subjectis id locum duntaxat habet, *Gail. d. obs.* 57. *in fin. & de Arrest. d. c.* 9. quis non intelligit, á municipiis veterum Romanorum, de quibus d. lex & similes aliæ accipiendæ, ad civitates Imperiales non nisi ineptissimé inferri? Deus bone! præsens reipublicæ facies, quám aliena, quám discrepans ab illâ antiquâ? Verbis hoc satis apertis exprimit *Auctor* **Donawertischer** Information *p.* 1. *pag.* 121. sic scribens: **Daß** ipsa Reipubl. Germanicæ forma **nicht auß den Lateinischen Rechten/ oder** Bartolo **vnnd** Baldo; **sondern viel mehr auß des Reichs löblichen Herkommen vnnd dahero rührenden alten Verfassungen/ auß der Gülden Bull/ Keyser vnd Königlichen Capitulationen, des Reichs Abschieden vnd** Constitutionibus **zu nehmen.** Quod rei præsenti aptissimé accommodari, facilé mecum adseret, qui sublimia civitatum nostrarum jura expensiús scrutabitur: quomodo & ipse *Waremundus de Ehrenberg. libr.* 2. *de fœder. cap.* 1. *num.* 39. in hanc sententiam, invitus licet, descendere cogitur: *dicamus ergo necesse est*, inquiens; *multas civitates habere rem, sed non nomen. Appellaveris itaque pro lubitu; quod tenent, tàm est tamen simile juri Principatus, ac ovum ovo.*

49. Atque hæc de statibus ad comitia vocari solitis dicta sufficiant. Italia, Gallia, Hispania, Anglia, Dania, Mediolanum, & alia regna exemtionis vel præscriptionis titulum prætendentia si tám possessione quám jure quidem subessent Imperio; causam haberem justissimam, ut de eorundem Regibus & Principibus hoc loco pro ratione instituti quædam dicerem. Sed quia jugum Romanum adeó excusserunt, ut nullus recuperandi modus superstes, *Alb. Gentil. de veter. caus. non resuscit.* Omnisq; actio prorsus inanis existat, equidem an iis aliquis in comitiis locus sit, frustraneum est disquirere. Dolendum verò est & deplorandum cum gemitu, comitia Imperii Germanici, ad quæ tota feré Europa olim confluxit, cecidisse est ex catalogo *Collect. Constit. Imp. tom. un. Goldasti* præfixo, nunc á pauciss. mis, qui supersunt, Statibus peragi. Cæterúm fieri potest, ut & alii, præterquam qui jus sessuræ ac dicendæ sententiæ habent, comitiis adesse jubeantur. Quemadmodum Imperatorem Adsessores Cameræ ad comitia Ratisb. ann. 1608. eo fine citasse refert *Auctor* **Nohtwendiger Erjnnerung/** &c. *Informat.* **Donawert/** *opposita part.* 1. *pag.* 270. ut rationes sententiarum **in den vier Kloster sachen/** ipsi ac Statib exponerent. Ad quod tamen, si fides habenda, *Auctori* **Donawertischer Information/** *p.* 1. *pag.* 197. cum causam evocationis percontati essent, teneri se diserté negarunt Cameriales. An rectè, alii judicent. Ego certé, quomodo honestè id declinare potuerint, non video, adi *Auctorem d.* **Nothwendiger Erjnnerung/** *pag.* 271. Nec exemplo nova fuit ea Cameralium evocatio; nam idem Anno 1541. quoq; factum tradit *d. Auctor. pag.* 270. *in fin.*

MEMBRUM

MEMBRUM IV.

50. Literis denunciatoriis acceptis necessitas comparendi statibus præcisé imposita est. Jus enim cogendi, quod Imperatori tribuitur, in statibus requirit obsequium: ne scilicet hoc negato, illud frustaneum sit. Et hactenus concedere possumus, *Arnisæ. lib. 2. de jur. Majest. c. 4. num. 16.* jus comitiorum pertinere ad jurisdictionis classem. Simpliciter certé & in totum non possumus. Planè ex eo constare arbitror, aliud esse cogere, aliud rogare ad conventus: illud namque uti fortasse honorem: ita nullum infert imperium; ac inter eos solàm locum habet, qui nullo magistratus subjectionisque vinculo, sed nudo fœdere vel amicitia sibi sunt juncti. Quomodo Servium Regem Roman. ex singulis Latinorum civitatibus optimates ad annam consilium convocasse scribit *Dion. Halicarn libr. 4.* Helvetii quoque jure mutui fœderis ad publicas consultationes coëunt, *Franc. Guilliman. de reb. Helvetic. lib. 3. c. 14. Simler. lib. 1. de repub. Helvet.* Sed citra omnem cogendi potestatem: quæ quo magis in Imperatore se exerit, eó pressius in statu hoc Reipubl. mixto Monarchiæ prædominium arguit. Qui verò, inquies, cogit? quonam adversus refractarios remedio utitur? Apud Romanos olim, qui ad Senatus consiliumvé collegii vocatus non comparuisset, hunc magistratus pignoribus, interdum etiam ruina domus coëgit: Quomodo M. Antonius Consul Ciceroni, nisi in Senatum vocatus veniret, domum ejus eversurum se comminatus est, *Bodin. lib. 3. de republ. cap. 7. pag. mihi 526.* Ac in Polonia Senatori ad comitia non venienti mulctam irrogari refert *Salom. Neugebauer, lib. 1. rer. Polon pag. 37.* verùm Imperatores tale quippiam in contumaces statuisse, hactenus inauditum est. Nec tamen impunè hoc ferunt: sed pœnam sustinent, cui ad conventum universitatis vocati, si emaneant, fiunt obnoxii, quæ in eo consistit, ut quod major pars decreverit, non minùs absentes quàm præsentes teneat, *l. nominationem, C. de decur. cap. cum à nobis, de Elect. Al. Trentacinq. lib. 2. variar. resolut. tit. quod cujusq; universit. nom. recel. 1. num. 3. vers. & cum hac Althus. cap. 33. polit. num. 14.* Qua de re peculiaris exstat Constitutio *in Recess. Anno* 1570. §. Nach dem auch etliche / ubi dicitur: Sollen dieselbe gen Nürnberg für unser Regiment erfordert vnnd beschrieben / vnnd jhnen daselbst die Beschluß vnnd Ordnung gegenwertiges Reichstages eröffnet / vnnd sie zu Annehmung vnnd Vollnziehung derselben ermahnet / Im Fall aber jhrer Vorwegerung / soll Rathschlaget werden / wie solche wiederwertige vnnd vngehorsame Stände zu Gehorsamb vnnd Vollnziehung des Reichs-Ordnung zu bringen. Et Imp. literis comitialibus clausulam hanc comminatoriam addere consuevit? D. L. erscheinen alsdann / oder nicht / soll doch nicht desto weniger mit den andern gehorsamen Ständen zum Beschluß gehandelt werden / vnd D. L. verbunden seyn / was also beschlossen / so wol als sie zugegen weren gewesen / zu vollnziehen vnd zu leisten. Nec adversus Principes modò alios q; status, sed & ipsos Electores eam clausulam usurpatam fuisse, adfirmat *Auctor* des ausführlichen Berichts / wie es vff Reichstägen pflegt gehalten zu werden / *c.* 1. Quod tamen an dignitati & præeminentiæ Electorũ conveniat, subsisto. Certé in comitiis ann. 1559. ad hanc clausulam difficiles se præbuisse Electores, idem *Auctor* commemorat; nec forté sine causa: non quod pœna emansionis ad ipsos non pertineret: Sed quod res Electorali auctoritate indigna videretur, eos ad comitia, quæ sine ipsorum consensu instituì non poterant, adeó nimis pro Imperio vocari,

51. Equidem verò evocationes Imperatoris ad comitia á quibuſdam Statibus floccipendi, ſuperiori tempore compertum eſt; adeó ut ob paucitatem comparentium conventus re infecta non ſemel fuerint diſſipati: prout contigit Wormatiæ anno 1545. & Ratisbonæ anno 1546. Sed quanto cum Reipubliæ malo, experientia docuit. Juſtiſſima profectó eſt lamentatio Regum Theutonicorum apud *Goldaſtum in præfat tom. 3. reſcript. Imper.* Sic conquerentium: *Nos bina generatim comitia indiximus; in queis certatim Reges atq; Principes de ſacris profanisq; rebus in commune conſulturi convolavimus: Veſtrum quo ſe quisq; alieniorem ab Imperii comitiis oſtentare ſolet; eo ſe majorem eſſe falſa perſuaſione ducitur.* Si etiam comitia unicum malorum omnium & calamitatum publicarum ſunt remedium, ut graviter cenſent Belgæ in libello ſupplici Imperatori & Ordinibus in comitiis Spirenſibus exhibito; Quis non videt, iis culpa quorundam recalcitrantium intermiſſis, imperium ingenti exponi periculo? Optandum itaque eſſet, ut Germania noſtra hoc agnoſceret, ac illi, qui privatis adfectibus indulgentes publicum commodum negligunt, ſapere tandem diſcerent, & ſalutem patriæ pro ſuis quiſque viribus juvarent. Pro re nata quæritur, ſi major ſtatuum pars non compareat, an nihilominus ad deliberationem progredi Imperator poſſit? Si *Bartolus* & *Decius* arbitri hic eſſent conſtituendi, in negativam iretur abſq; dubio: Illi enim, alter ad *l. omnes populi, ſub nu. 16. verſ. nec ſufficit vocatos eſſe, de juſt. & jur.* alter ad *c. omnes, ext. de Conſtitut.* exiſtimant, ad actum ab univerſitate expediendum requiri, ut duæ partes ad minimum conveniant. Cujus ſententiæ patrocinium quærunt, *in l. 3. quod cujuſq; univerſit. nom.* ubi Ulpianus nulli permittendum ſcribit nomine civitatis experiri, niſi cui ordo dedit, cum duæ partes adeſſent, aut amplius quám duæ. A quo etiam non alienus eſt *Scævola in l. 19. ad municip.* quod major, inquiens, pars curiæ effecit, pro eo habetur, ac ſi omnes egerint. Verùm hi juris loci exactiori judicio perpenſi *Bartoli* opinionem parùm roborant. Ideoq; tentari poſſet cum *Baldo, Aretino, Felino, Natta, &c.* qui hos allegat, *Trentacinquio d. loc.* adverſam partem cauſam fovere juſtiorem; in tantum, ut ſi reliquis omnibus emanentibus ſolus Imperator quicquam decernat in comitiis, id vim legis habere videatur efficaciſſimam: ratio; quia univerſitate ad unum redeunte is nomine univerſitatis quæque rectè expedit, *l. 7. §. 2. quod cujuſq; univerſ.* Ordinibus verò legitimè citatis nec comparentibus, univerſitatem ad Imperatorem eumq; unicum redire, indubium eſt, *c. cum á nobis, de elect.* 22. §. 1. *de fide: com. libert. gl. in clem. quod circa, de elect.* Cui opinioni facilè adſtipulaturi ſunt, qui trutinabunt, emanentium contumaciam comitiis indictis nec poſſe nec debere eſſe præjudicio aut fraudi. Sed obſtat *Receſſ. Wormat. anno* 1545. ubi diſertè ipſe Imperator in §. **vnd ſennd auff ſolchen Reichstag**, teſtatur, communia totius Imperii negotia ſic comparata eſſe, ut propter comparentium paucitatem & mandatorum inſufficientiam in deliberationem deduci non potuerint; ſed plurium Statuum præſentiam deſiderarint. Atque ob id Imperator comitia Ratisbonam tranſtulit, prorogando ea uſque ad Feſtum trium Regum ſequentis ann. 1546. Idem luculentiùs probat *Receſſ. Ratisb. anno* 1546. Etſi enim cum paucisſimis Statibus qui adfuerunt (ex Electoribus autem unus tantùm præſtó fuit) Cæſar initium facere cauſarum agendarum voluit: in ipſo tamen limine animadvertit, **Daß jhr Mayt. auß Mangel der abweſenden Churfürſten/ Fürſten vnd Ständen in des Reichs hohen Obliegen vnd Sachen mit Nutz vnd Frucht ferner nicht fortfahren vnnd handeln mögen:**

gen. simulque, quod observatu dignissimum est, fatetur; **Daß des heiligen Reichs Obligen vnnd gemeine Sachen in Gegenwart weniger Stände nicht erlediget können werden; Sondern daß sie zu bestendiger jhrer Vergleichung viel eine mehrere persöhnliche Gegenwertigkeit der Reichsstände erfordern.** Cui quid solidè responderi possit, nondum video. Certè ex eo constat, temporis successu multa de juribus suis remisisse Imperatores, quæ recuperare nunc nulla ratione possunt.

51. Quæritur porrò, an præcisè necessum sit, ut status semetipsos in comitiis sistant? Ac cum gravissima maximeque ardua negotia etiam per alios possint expediri, plerumq; fit, ut Legatos suos ad locum comitiis destinatum mittant. Quod ujure communi licitum est: ita quoque ut plurimùm in literis evocatoriis specialim permittitur. Et alias citatio quævis ita concipienda, ut citatus vel per se vel per procuratorem compareat, *Sigism. Scaccia lib. 1 de judic. c. 33. nu. 3* Sed an Imperator ad personaliter in comitiis comparendum vocare ordines possit? jure hic ambigitur. Quod vix concesserim: quæ enim hæc esset iniquitas, ut inviti adesse cogerentur, quorum nuncii rebus expediendis sufficerent? Dura mehercle sic foret statuum conditio, & cujusvis ad judicium citati conditione deterior. Ac iste vocandi rigor septa libertatis Germanicæ non parùm fortè transiliret. Nec, quod nostri volunt ex causa quandoque quempiam **in der Person zu erscheinen**/posse juberi, *Dn. Præceptor Arum. lib. 1 dec. 7. num. 15. & seqq. Scaccia d. loc. num. 4.* ad status Imperii, qui, ut sæpiùs inculcavi, de jure comitiorum magnam sibi partem vendicant, rectè quis porrigeret. Quamquam etiam haud negaverim, sæpè tùm Cæsaris tùm ipsorum statuum præsentiam rei feliciter gerendæ magnum adferre adjumentum: id quod haud obscurè insinuat Maximilianus II. Imp. cum in epistola quadam, quam ad Lazarum Schwendi propria manu exaravit, ita infit: *tàm regni quàm mea necessitatu nostram requirit præsentiam.* Ad eundem quoque sensum Carolus V. Imp. ad Proceres Imperii, cum eos ad comitia August. anno 1530. vocaret, scripsit: **daß wir in eigner Person solchen Reichstag mit vnsern grossen Vnstatten / aber dem H. Reich zu Nutz vnnd guten ersuchen.** Idem liquet *ex Recess. Wormat. anno* 1545. ubi censuit Imperator, causarum magnitudinem & totius Christiani populi salutem ita postulare, ut status ipsi majori numero, quàm antea quidem factum sit, veniant. Quod ipsum reperitur in *Recess. Ratisb. ann.* 1546. Et ex historia notum est, quàm diligenter & enixè Ferdinandus Rex anno 1555. Principes Imperii cùm per literas, tùm missis internunciis hortatus fuerit, ut quia de gravissimis Imperii negotiis consultandum esset, venirent ipsi, non rem per Legatos agerent. Imprimis autem solicitavit Augustum Saxoniæ Ducem & Electorem excelsi ingenii & summæ sapientiæ Principem, ipse ut ad comitia accederet, *Sleidan. lib. 25. & 16.* Si tamen ampliori mandato instruantur legati, non minùs bono consultationum eventu comitiis hi intererunt. Quàm non suadenda etiam res sit Magnati hominique Principi, extra provinciam ad remotiorem abire locum, ac abjectâ subditorum curâ longiusculè ibi commorari, illi norunt, qui artem benè gubernandi penitiùs callent. Ne dicam, parciores sumptus legatis impendi, quàm si ipsi Principes ad comitia se conferant; Ut vel ex hac causa Legatorum missio statibus videatur consultior; præeunte scilicet Antonino pio, qui ob id à Julio Capitolino laudatur, quod immensis sumtibus parcens nullas peregrinationes obierit, *P. Gregor. 2. de republ. 2. num. 13.*

53. Industriè autem leganti dispiciendum est, quibus legatio demandari possit & debeat. Quàm difficile enim hoc munus sit, á Cyro discimus, qui inter primos Legatum sibi educandum, instruendumque proposuit. Nobiles igitur aliivé officio publico honorificé defungentes cumprimis eligendi, *Tiraq. de Nobil cap.* 20. *num.* 43. *Le Vay lib.* 1. *de legat. c.* 3. non plebeji & de vulgi fece homines; ne cum Ludovico XI. Galliarum Rege cujusvis risui Princeps se exponat, qui Olivarium tonsorem splendidissimo legationis muneri in Burgundica domo obeundo adhibuerat, *Comin. lib.* 8. Sed ad alia quoque natura fortunæque bona hic respiciendum est. Ubi ingenii dexteritatem, judicii acrimoniam, ac memoriæ excellentiam in legatis ante omnia desidero, vide *Alber. Gentil.* 3. *de legat.* 5. *Bartol. Philipp. tract. de consil. discurs.* 6. Historiarum præterea cognitionem exactum habeant. Est enim historia dux actionum, consiliorum inventrix, comes itineris, & pronuba instituti salutaris; quam quó magis variam quis legerit, & legendo rebus & temporibus adaptaverit, eó & plures legationes objisse videbitur, *Christoph. Vasovic. de legat. pag.* 148. In jure publico etiam apprimé sint versati: *Illius quippe scientiam tàm necessariam esse Legato, quàm Solem mundo*, quidam non ineleganter dicebat. At econtrà qualis suasor in consiliis publicis esse poterit, tot rerum, quibus præcipué Respublica continetur, ignarus? *Quintil. libr.* 12. *Instit.* Insuper & eloquentia in Legatis requiritur, *Weremund. ab Erenberg.* 1. *de fœder. cap.* 1. *num.* 167. Nam uti in aliis rebus: ita in legationibus præsertim sine eloquentiâ parùm prodesse prudentiam testis est *Canonherius ad Tacit. pag.* 241. Deinde corporis viribus quoque valeant, & pulcritudinis decore sit præditi, *Le Vay. cap.* 2. non quidem ejus, quam venustatem muliebrem rectiùs dixeris; sed quæ in justâ omnium membrorum proportione & totius corporis dignitate ponitur, *Christoph. Varsevic. d. legat. d. loc.* Claudi membrisvé aliquibus distorti magis commovent cachinnum, quàm aliquam tám sibi quàm Principi vel minimam conciliaverint auctoritatem, vide *Rutg. Rul. de Commissar. p.* 1. *cap.* 11. *libr.* 1. *Alber. Gentil.* 3. *de leg.* 3. *Fur. Cariolan. de Consiliar. cap.* 2. Sic Alexander Magnus despectui habitus á Regina Amazonum traditur, quod non perinde pulcer, quàm rerum gestarum famâ celeber ei videretur. Et Cato Stoicus in Legatos populi Romani, quorum unus lapide in caput percussus fœdas cicatrices præferebat, alter pedibus laborabat, ita jocatus fuisse legitur: Mittit populus Romanus Legationem, quæ nec caput nec pedes habet, *Canonher. d. loc. pag.* 242. Cæterorum, quæ ad Principis personam rité repræsentandam in legatis requiruntur, recensione vacare, quàm præscribere cuiquam quid malim. Hoc saltem cum *Varsevicio* moneo, ut non tam illi, qui ipsos se ultró & curiosé ingerunt, quam qui refugiunt, eligantur: quemadmodum enim illorum spontanea ingestio suspicione non caret, *Petr. Gregor.* 4. *de Republic.* 6. *numer.* 4. Ita econtrá horum modestia maximoperé commendanda est, *Conrad. Brun. de legat. cap.* 4.

54. Legatio sine mandato nulla est. Ideoque ut de eo legatis ante omnia prospiciatur, necessum. Dandi verò mandati ratio duplex est: Libera una, altera certis cancellis circumscripta. Illa antiquitus obtinuit, & etiamnum á statibus Imperii plurimis observatur. Imó Cæsar ipse in libellis citatoriis seriò monere ordines solet, ut legatos & mandatarios ablegent **mit vollkommenem Gewalt/ohn hinter sich bringen.** Athenienses libertatem agendi absolutam legatis hac formulâ conce-

debant: *Legati præterea, quicquid boni possunt, agunto.* Quod mandati genus præ altero illo legationi feliciter obeundæ magis videtur accommodum, imó feré etiam necessarium. Nam multa nec opinantibus eveniunt, de quibus nihil præstitui in mandato potest, *Varsevic. de legat. pag.* 288. Et quid si oblongiorem loci distantiam legati de re præter opinionem incidente suos dominos maturé consulere nequeant? nonné illis accidet, quod *Tacitus libr.* 19. scribit: *ex distantibus terrarum spatiis consilia post res afferebantur.* Sciendum tamen, legatos, quibus plenissima potestas data est, recté facturos, si á quibusdam consultó abstineant, & si fieri possit, Principes suos requirant: quo-ipso fidem suam & observantiam in illos probabunt abundé, *Alber. Gentil.* 3. *de Legat.* 17. Laudandi itaque eo nomine sunt statuum legati, quibus solemne in comitiis est, ut de gestis gerendisvé suos dominos per cursores hinc inde dispositos, vff der Post / certiores reddant, quidque sibi in causis præsertim nemine cogitante subortis sibi faciundum, resciscant.

55. Quia etiam legatos agere alioquin, quod videbitur, jussos expedit de nonnullis speciatim admoneri, *Varsevic. de legat. pag.* 289. non abs re erit, si literis, quas Commonitoria á priscis dictas nos instructiones vocamus, datis ablegentur? ita tamen ut separatæ illæ sint ab ipso mandato, ne videlicet, cum ad locum comitiorum venerint, nomen suum apud Moguntinum professi arcana cum mandato, quod exhibendum ei est, propalare necessum habeant. Legatorum instructionibus disquirendis multi solent esse curiosissimi, *Varsevic. pag.* 295. Tantó igitur secretiores eæ habendæ, quantó magis proditoria earundem cognitio Legantibus periculum creare posset. Harum veró instructionum capita ad singulos literarum comitialium articulos dirigi commodé possunt, & solent etiam, *Auctor* des Außführlichen Berichts / wie es vff Reichstägen / ꝛc. *cap.* 2. *circa fin.* Quo facto habebunt, quod in deliberando suffragiisque ferendis tutó sequantur & exequantur Legati. Præterea mandata substituendi clausulâ muniri, é re & usu Legantium quandoque est; ne, si Legatus ex quavis causa comitiis abesse contingat, legatio reddatur inanis & frustratoria. Quomodo Legatum JOAN-GEORGII Palatini anno 1566. in comitiis Augustanis, & Anhaltinum anno 1567. vi istius clausulæ alios substituisse refert, *d. Auctor* des Außführlichen Berichts / *cap.* 2. quamvis alias Legatorum substitutos non facilé, nec nisi magnâ de causâ admitti, *ibidem* adserat. Postremó sunt, qui putant, civitatum Legatos nullo opus habere mandato in scripturam redacto; sed simplici ipsorum adsertioni credi: quod longo usu receptum esse, ait *d. Auctor cap.* 2. In quo an fides ei habenda, subdubito. Universim enim verum est, Legatorum nemini, imó ne Imperatoris quidem nuncio sine literis credi, *l. un. ubi, Castr. C. de mandat. princ. Sichard. in l.* 8. *num.* 9. *C. quom. & quand. judex*, nisi Cardinales á Pontifice ablegatos, quis excipiat cum *Joan. Andr. in cap. cum literis, de restit. in integr. Canonist. in cap. cum in jure peritus, de offic. deleg. Laudens. de Legat. princ. quæst.* 34. Deinde juris est non ambigui, in causis ordinariis & summariis requiri legitimationem personarum, *Marant. part.* 4. *numer.* 38. Quantó autem magis id in civitatum Legatis desiderabitur, qui cum reliquis Statibus de maximi momenti rebus consultaturi in consilium admitti satagunt? Contrarium potió ex *Recess. Worm. an.* 1545. §. Dem allen nach / & *Recess. Ratisb. an.* 1546.

§. Die-

§. Dieweil wir aber/utrinque ibi: **Darzu auch des H. Reichs Frey: vnnd Reichsstätte jhre vollmächtige Räht vnnd Botschafften mit vollkommener Gewalt &c.** manifesté evincitur. Certum insuper est, civitatum Procuratores & Nuncios, quam primùm ad comitia veniunt, non secus ac superiorum Ordinum Legatos in Moguntinensi Cancellaria nomen suum profiteri, **Geben sich bey der Mäyntzischen Cantzley an.** Quod sine literarum mandati exhibitione perabsurdum est. A conventibus denique deputatorum ad comitia universalia argumentari mihi licet. In illis verò civitatum Legati mandatum exhibere tenentur, *Recess. August. anno* 1582. §. **Folgen nun obgemelte mit A. vnd B. signirte Formen des sonderbaren Eydes vnd Gewalts** /*sub lit. B.* Ergó & in istis. Atque omninó censeo. Quod si vetvó contraria consuetudine in Imperii conventibus aliud receptum est, ei per hoc nil derogatum cupio. Membrum hoc claudat illa quæstio, an Status, qui nec ipsi comparent, nec Legatos mittunt, vota sua per literas transmittere possint, ita ut eorum non minor habeatur ratio, quám quæ á præsentibus dicta sunt? In Electione Richardi & Ludovici Bavari Impp. id factum ex *Aventino lib. 7. Annal. Bojor. fol. 559. Cuspiniano sub rub de divis. Imp. tempore Friderici & Ludov. pag. 368. & Peucero lib. 5. Chron. in Lud. Bavar.* refert *Buxd. ad Aur. Bull. th. 44.* quod tamen uti juri communi contrarium, *c. si quis justo, 46. §. absens, de elect. in 6. P. Greg. lib. 17. syntagm. c. 12. n. 14. Ant. Fab. in Cod. lib. 1. tit. 3. definit. 40.* ita nec *Aurea Bulla* forté convenit, *c. 4. §. caeterum*, ibi: *qua interesse.*

MEMBRVM V.

56. De modo habendorum comitiorum dicturo ea, quæ ante Cæsaream propositionem & consultationem fieri soleant debeantvé, breviter persequi, mihi est animus. Ubi si scopum, in quem unicé collimavi, id est, veritatem, attigero; habebo, quod gratias agam Illustri & Generoso Baroni Domino Wolffgango Friderico, Sacri Rom. Imperii Mareschallo hereditario, Domino á Pappenheimb: &c. cujus beneficio quædam de officio præsertim & jurisdictione Mareschalli haut tralatitia benignè mecum communicata, ante omnia fateor, & recognosco. Sin facti errore seductus á tramite recti paulùm aberravero, tuum erit ignoscere, ô lector. Antecedentia autem docendi causâ vocare illa collubet; & vel ad officium potissimum Mareschalli hereditarii pertinent; vel ad Status ipsos, eorumvé Legatos. Prioris generis sunt. 1. Diversoriorum pro Statibus ac eorum, Regum itidem exterorum, Principum & Magnatum Legatis & Nunciis commoda designatio & adscriptio. 2. Legum certarum super æquabili rerum promercalium pretio promulgatio. Et 3. excubiarum & locorum publicis celebrandis actibus servientium lustratio & inspectio.

57. Nemo autem opinor ignorat, in more positum esse Principibus viris, ut peregré profecturi negotium dent ministris (qui ob id metatores vocantur, *l. 1. & t. t. C. de metat. & epidemet.*) maturé præcurrendi, inque loco, ubi commorari tagunt, præparandi hospitium. Quæ res cum ad autoritatem illorum & splendorem non minimum pertineat, tantó dignius est, id ante Statuum accessum in comitiis quoque fieri; quantó numerosior ac illustrior ibi Principum aliorumque maxime

ximo honore præfulgentium solet esse confluxus. Hinc nempe factum, ut ea cura Mareschallo Imperii hereditario suscipienda committeretur; Qui illo officio nomine & vice Serenissimi Electoris Saxon. defungitur. Hic itaque postquam maturius ad locum comitiorum venit, hospitia in certas classes distributa ordinibus & Legatis adsignat, foribusque nomina inscribit. Ex quo non exigua pars competentis Mareschallo potestatis resultat; quæ eó major existit, quó minus vel ipsis Sembus Mareschallo non requisito hospitium occupare, vel Senatui urbis de eo prospicere integrum est, quemadmodum constat ex literis transactionis inter Mareschallum hereditarium & Civitates Imperiales Augustæ 26. Octobr. Anno 1614. initæ, §. **Vnnd erstlich/** ibi: **so viel das obbemelten Partheyen bißhero strittig gewesene einfurieren / dern bey jeden Reichs-Versamblungen in den Freyen-vnnd Reichsstätten erschienenden Reichsständen oder deroselben / wie auch frembder ausser Reichs gesessenen Potentaten Botteschafften vnnd Gesanten belangen thut / ist verabschiedet / daß solches recht einzuführen / gleichwol dem Reichs Marschalln / als dessen Ampt es anhengig / allein verbleiben.** Et cum Statuum quorundam Legatis serió aliquando expostulatum accepi, quod pro diversorio procurando Mareschallum sub ingressum suum non compellassent. Ex quo intelligitur, nullum Imperii Principem aliumvé Statum ab adscriptione **Anschreibung** exemtum esse; etiamsi in loco, ubi comitia habentur, Princeps aliquis Imperii proprium palatium habeat. Præter Status veró ac exterorum Regum & Principum Legatos, ut cæteris quoque peregrinis, quorum infinitus sæpé est numerus, maximé Principum subditis, de hospitio prospiciat, nec muneris sui est, nec officii, quod administrat, dignitati congruum: id quod ex *rescripto Cæsareo ad Alexandrum Dn. de* Pappenheim *Mareschallum hereditarium sub dato Pragæ ult. d. Octobr. ann.* 1607. *apud Goldast. p.* 2. **Reichssatzung** / *pag.* 349. ibi: **Daß du der Statt Braunschweig abgeordnete fast wider andere erforderte Reichsstätte anschreiben lassen / dessen sich ihr Landsfürst Hertzog Heinrich Julius zu Braunschweig / ꝛc. höchlich beschwert / darüber auch viel unterschiedliche Schrifften gewechselt worden** / perspicuè colligitur. Adscriptione hac peracta cives, quorum ædes hospitibus recipiendis sunt deputatæ, ab hoc munere, cum patrimonii fit non sit personæ, *l.* 3. §. 14. *de muner. & hon.* excusare se nulla ratione poterunt, *l.* 11. *de vacat. & excus. mun.* nisi principali beneficio communiti sunt; uti Archiatri, Magistri literarum, *l.* 8. *C. de med.* Professores, Grammatici, Oratores, Medici, & Philosophi, *l. ult.* §. *ult. de mun.* l. 10. §. 1. *de vacat. mun. l.* 9. C. *de professor.* quibus an etiam Poëtæ accensendi? non; per l. 3. *C. eod* non, quod non mereantur divini Spiritus: sed quia lex deficit, ait *Cujac. in l.* 6. §. 1. *de excus. tut.* & sequitur *Scip. Gentil.* 2 *pareg.* 1. verúm evanidum hoc est, & contra mentem Imperatoris Philippi; qui se dignos judicasset, veluti lex animata, deficere non debuisset, Plané Poëticæ Professores vacationem ab hâc hospitandi molestiâ habere, cum *Alber. Gentil. ad d l.* 3. censeo. Sed hæc fortè dicuntur superflué. Nam Germanis, qui ab hospitalitate apud exteros etiam celebres sunt, legem hic ponere foret non necessarium. Et mirum, nisi in hospitiis præbendis faciliores sint, quàm ille Hispanos, qui Fridericum II. Electorem Palatinum, cum jussu & voluntate Caroli V. Imp. apud eum divertisset, his verbis indignabundus excepit; *ædes ad me non Imperatorem pertinent*; recensente *Georg. Friderico Barone Limpurgo in Oratione contra Hispaniam.* Cæterúm me metatis nimiúm graventur cives, certus

cum iisdem agendi modus præscriptus est, in *l.2. C. de metat.* ubi ita rescribunt Imperatores: *omnium tàm metatorum quàm etiam hospitum iniquitate submota duas dominus propria domus, tertia hospiti deputata, eatenus intrepidus ac securus possideat portiones, ut in tres domo divisa partes primam eligendi dominus habeat facultatem, secundam hospes, quam voluerit, exequatur: tertia domino relinquenda.* Quæ tamen constitutio an adhuc in usu viridiq; sit observantia, in medium relinquo. Illud etiam in *l.1. C. eod.* sancitum est, ut qui metatorum manum, qua postibus hospitaturi nomen adscribunt; deleverit, falsi reus peragi debeat. Quod hoc in loco minimè prætereundum duxi.

58. Multitudinem sæpenumerò non autoritate sed sagina teneri, auctor est *pro Flacco Tullius.* Et annonæ inopiam seditionum causas præbere, ex eodem observavit *Joan. Boch. in histor. narrat. profect. & inaugur. Alberti & Isabell. pag. 298.* Hinc Catonis consilium probatur á *Plutarcho in præcept. polit.* qui cum tempore conjurationis Catilinariæ populum animadverteret á Cæsare solicitari, atque ad res novandas præcipitem esse, persuasit senatui, ut inopi plebi frumenti congiarium daret, quo munere civilis tumultus conquievit, & compressa est secessio. Quod cum sentirent Romani tantæ annonam tantæ curæ sibi esse passi sunt, ut certos ei Magistratus præficerent, *l.2. §. deinde Cornel. Sylla. de orig. jur.* vid. *Thom. Dempster. in Paralipom. ad Joan. Rosin. lib. 7. antiquit. cap. 38.* Quorum exemplo in comitiis etiam laudabiliter institutum, ut curam rei annonariæ Mareschallus suscipiceret: quod ut fieret, ob maximam hominum adventantium copiam utilissimum imò necessarium fuit. Hujus itaq; officium præter alia postulat, ut ordinationi conserbêdæ quámprimùm operam det, qua tanta populi multitudo non modò in ordinem cogatur, sed & annonæ pro ratione temporis & loci utiliter consulatur, fraudibusque circa rerum promercalium pretia, pondera & mensuras committi solitis obviam eatur. Moris autem est recepti, ut de ordinatione illâ rogandâ Legati Electores Saxonici, quorum præcipua est ea in re auctoritas, Mareschallus & civitatis, in qua comitia habentur, deputati consultent; & postquam de articulis inter ipsos convenit, Cæsari aut ejus Commissario, sub alterutrius nomine promulgãdas exhibeant. Cujus legis annonariæ, quæ potiora esse capita soleant, videre licet ex edicto Matthiæ Imperatoris nostri invictiss. Anno 1612. Francofurti proposito. Dubium autem non est, quin victualium vendendorum certum, *l.1. §. 11. de offic. præf. urb. l. 1. C. de episc. aud. l. 18 §. Hirenarcha 7. de mun. P. Aug. Morla in Empor. jur part. 1. tit 9 q. 1. n. 4.* Imò quandoq; etiam justo valore vilius precium in ea statuere liceat, *Bart. in d.l. 1. §. 11. de offic. prat. urb.*

59. Præterea, cum metus noctis sit filius, *Aucl. Genealog. deor. Gentil. lib. 1. c. 19.* & nocturno potissimum tempore custodiarum subsidio opus, *Pol. Ripa de nocl. temp. c. 50. n. 4.* maximé eo in loco, ubi comitia habentur, ac frequentissima est hominum congregatio; muneris quoq; Mareschalli est, industriè indagare, quomodo nocturnæ vigilum excubiæ constitutæ sint, quæ pacto etiam circa portam, muros, ac oportunis in locis, unde in periculum metui queat, senatus familiam publicam dispositam habeat; ne scilicet urbs per incendium detrimenti quid capiat, aut irruptiones fiant, tumultusvé excitentur & seditiones. Etsi verò ad Magistratus urbis officium id rectiùs spectaret: maluit tamen Imperator ad exemplum D. Augusti, de quo *in l. 1. de offic. præfect. vigil.* per se Serenissimumque Imperii Archimareschallũ &

Electo-

Electorem, & hic vicissim per Mareschallum hereditarium huic rei consuli; Nam ut eleganter in terminis scribit JCtus *Paulus in l. 3. eod.* salutem reipub. tueri, nulli magis credidit convenire, nec alium sufficere ei rei, quàm Cæsarem. Hinc Carolum V. nocte ingruente de excubiis seduló agendis admodum solicitum in comitiis, ac his, qui noctu in plateis tumultuari & tragœdias excitare non erubescerent; pœnam gravissimam proposuisse legimus, *Cœlestin. in historia comitiorum anno 1530. pag. 102. in 2.* Quæ proculdubio quoq; causa fuit, ut curiam in qua publici actus celebrantur, sustrandi, ac ut omnia ad splendorem comitiorum pertinuntia rité rectéq; ordinentur, providendi provincia eidem demandaretur.

60. Oportuné hic quæritur, quis adversus, quos durantibus comitiis jurisdictionem exerceat? Civitates liberas & Imperiales territorii jura habere supra dixi, cui sanè consequens est, quod & merum mixtumque Imperium ceu jus territorio inhærens, *Bl. in l. à procuratore, in princ. C. mand. Camill. Borrell. consil. 70 num. 34.* in omnes quomodocunque delinquentes habeant, *l. si cui crimen, 7. §. idem Imperator. l. ult. de accusat. l. 1. ubi Sichard. & Vultej. C. ubi de crim. ag. oport. l. ult. de jurisdict. omn. jud. l. 3. de re milit. l. 1. C. ubi senat. vel Clariss.* Quo stante senatui Civitatis, ubi comitia aguntur, jurisdicto competere videbitur. Sed alio jure utimur. Ita enim jurisdictio veteri quodam instituto in comitiis divisa est, ut Aulæ Cæsareæ Mareschallus in illos, qui eidem aulæ sunt addicti; Hereditarius Mareschallus ex mandato Serenissimi Domini Archimareschalli in Legatos & Legatorum familiam, advenasque omnes; senatus denique urbicus in suos cives eandem exerceat. Sed cur tám varié? Totum hoc, si quid mei judicii est, ex eo dependere existimo, quod Cæsar in Imperio, ubicunque fuerit, fundatam habet intentionem quoad jurisdictionis exercitium, *Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 11. num. 4. Schwanman. observat. Camer. 1. num. 6.* Civitates igitur Imperiales quantumvis privilegiis amplissimis insignitæ, jure etiam territorii plané regio donatæ sint; non ita tamen ex concessu Impp. jurisdictio ad eas transiit, quin Cæsari cognitio cumulativé relicta sit, *Dn. Pommeister. libr. 2. de jurisdict. cap. 1. num 38. Leipold. de concurr. jurisdict. quæst. 3.* imó superiore ingredientre districtum minoris jurisdictionem hujus quiescere, communiter creditum est, *Zobel. diff. jur. Civil. & Saxon. 1. p. 1.* Id quod Civitatum magistratus reipsa concedunt, cum imperatorem urbi appropinquantem clavibus portarum & archivis oblatis pro more excipiunt. Hæc, inquam, vera causa videtur, quod civitas comitialis jurisdictionem non integram, nec sola, sed cum Mareschallo hereditario & Aulico divisam habeat. Rationem verò hujus divisionis aliam dare non possum, nisi quod indigna res fuerit visa, potestatem in Aulam Imperatoris ab alio, quam ejusdem Mareschallo usurpari; maximé cum & alias usu receptum sit, ut Aulici á jurisdictione senatus oppidani sint exemti, *Petr. Heig. p. 2. quæst 25. num. 13. Matth. Steph. de jurisdict. lib. 2. p. 2. c. 2. num. 81. & seqq.* Quomodo etiam de Adsessoribus Parlamentorum, Principumque Consiliariis traditur, quod nullius præter ipsius Parlamenti vel Collegii jurisdictionem agnoscant, *Guido Papæ decis. 423. Chassana. in consuetud. Burteg. Rubr. 1. verb. Et duicts dicelle, num. 110. Bernhard. Autumn. in notis ad Jan. Langla. lib. 2. semestr. cap. 4. pag. 115.* Deinde cum rationi non esset consentaneum, ut par in parem vel inferior in superiorem haberet Imperium, *c. cum inferior, ubi Panormit. & Felin. extra de major. & obed. l. ille à quo, 13. §. tempestivum est, ff. ad SC. Trebell.* nec in ordines Imperii civitatibus

permitti debuit jurisdictio. Econtra æquum fuit, ut in comitiis, quæ non solius Imperatoris, sed totius Imperii sunt, ei quoque demandaretur cognitio in Status, qui non solius Imperatoris; sed Imperii Officiarius esset. Qui idem etiam aliis forensibus ideó rectè jus dicit, quod comitiorum intuitu eó advenisse videantur. Et deniquè ne habeant, quod conquerantur Magistratus civitatũ, nevè negotiorum cumulis nimiùm oneretur Mareschallus, ipsis in cives suos Imperium relinqui, satius fuit existimatum. Quod de Statibus dixi, in illorum illatis Legatis quoque obtinere extra controversiam est, *arg. l. 1. in fin. l. cum qui*, 18. §. 1. *de injur.* Imò etiam ad familiam Statuum ac Legatorum jure porrigitur, *Ruland. de Commissar. libr. 3. c. 15. n. 33. p. 1.* Nam & privilegium concessum Universitati & Professoribus, itemque Studiosis in illorum quoq; ministris locum habet, *Rebuff. de priv. schol priv. 166. n. 1. & 4. Uran. cons. 7. n. 4.* Et Clericorum Episcoporumq; famuli eorum privilegiis gaudent, *l. 1. C. de Episc. & cler. Gratian. dec. 132. Scacc. de jud. lib. 1. c. 11. n. 22. Trentac. lib. 2. var. resol. pag 64. n. 1.*

61. Hæc jurisdictionis distinctio varias inter Mareschallum & Civitatet Imperiales peperit controversias; quæ cum diu in Tribunali Imperii agitatæ essent, tandem interventu Ducis Bavarici & Wirtenbergici Legatorum per transactionem eâ lege, si Cæsarea Majestas & Serenissimus Saxoniæ Elector eam ratihaberent, hunc in modum sopitæ sunt: **Was zum dritten die biß anhero entzwischen obgemelten Partheyen bestrittene** Jurisdiction in civilibus, **vber der Reichsständt oder deren Gesandten / wie auch der frembden vnnd ausser Reichsgesessenen Potentaten oder jhrer Bottschafften Diener vnd Gesind / Sie hetten gleich vnter vnd wider einander selbsten oder andere / so der Statt** Jurisdiction **vnterworffen / wider sie zu klagen / anreichet / soll dieselbe Wolgedachter Herr Erb-Marschalch gantz vnd allein haben vnd behalten / jedoch einige Streittigkeiten / welche von der Tax-Ordnung herkommen / außgenommen: Derentwegen der Erb: Frey: vnd Reichsstätt Verordnete zu Erkändtnuß vnd Entscheidung alten Herkommen nach / mit nidergesetzet werden sollen. Was aber** criminalem jurisdictionem **belangen thut / ist es folgender massen mit solcher zu halten / daß der Reichs Erb Marschall dieselbe vber der Ständt vnd deren Gesandten / wie auch der frembden Bottschafften Diener vnd Gesind / doch mit folgender massen / haben vnd zu** exerciren **berechtiget seyn soll. Wann nemblich ein** delictum **allein zwischen gedachter Ständt oder Bottschafften Gesind sich begebe / dasselbe von dem Reichs Erb Marschallu allein abgestraffet / auch zur** execution **der Leib vnnd Lebens Straffen derselben Statt Diener / do die Reichs Versamblung ist / vff sein Reichs Erb Marschallu kosten gebrauchet: Do sich aber ein Fall zwischen ermelten der Ständt gesandten oder Bottschafften Gesind vnnd einem Bürger derselben Statt / oder einem sich daselbst befundenen frembden vnnd viel obgedachten Reichsständt Gesandte vnnd Bottschafften nicht Angewandten / zutrügen / vnd wider Reichsständt oder deren Gesandten / wie auch frembden Bottschafften Gesind / derohalben zu klagen / auch die Bürger oder bemelte Frembde / als** principales **Ohrheber oder anfänger bey der Sachen nicht interessirt sind / der Reichs Marschall / ꝛc. ermelter Ständt Gesanten Bottschafften Gesind allein zu straffen haben: Wo ferne nechst erwehnte Bürger vnnd Frembde aber mit der Sachen als** principales **verhafft / alsdann folgender Maß Vnterschied gehalten werden: Daß nemblich dann zumal / wann**

eines

eines Reichsstands Gesandten oder Bottschafften Gesind mit einer Gelt-Buß abzustraffen / solches gedachten Reichs Erb Marschalln zu büssen allein gebühre: Wann aber solcher Delinquent mit der Relegation oder einer corporis afflictiva poena anzusehen / wie auch sonsten / wan der Reus der Statt Obrigkeit vnterworffen derselben vnd dessen Abstraffung der Statt zustehen: Vnd zwar diß in notorischen Fällen ohn einträglich also gehalten werden solle. Wann es aber / ob der Fall civil oder criminal, auch mit was Straffen der Verbrecher zu belegen sey / noch zweiffelich / vnd das Mißthätig von der Reichs Gesandten oder Bottschafften Gesind ist / soll als der Reichs Marschall die cognitionem deßhalben allein haben / jedoch förderst hierinnen nach denen jedes Orts / da die Reichs Versamblung ist / Statuten vnnd Gewonheiten / oder in derer Ermanglung den gemeinen beschriebenen Käys. Rechten erkennen vnnd verhandeln: Vnter dessen aber vnnd biß solche cognition erfolget / der Verbrecher oha verlengt in des Reichs Erb-Marschalln Haffrung geliffert vnnd vffgehalten werden: Die Captur oder Beyfahung der Verbrecher aber / in allen vnd jeden criminal Fällen / ohne Vnterschied der Personen / entzwischen dem Reichs Erb Marschalln vnd deroselben Statt gemein seyn: Vnnd die prævention doch also statt haben / daß wann einer in flagranti crimine von eines Theils hierzu verordneten Dienern ergriffen vnd beygefangen / derselbe alsbald dem jenigen Theil dem er zu berechten vnnd abzustraffen notorié gebühret / gelieffert werde. Wann aber obgemelter der Reichsstände Gesandten oder Bottschafften Gesind einer gefänglich angenommen worden: Vnnd es den Vmbständen nach oder sonsten zweiffelhafftig / ob die Mißhandlung civil oder criminal, vnd auch ob sie eine pecuniariam oder corporis afflictivam pœnam vff sich habe / derselbe / wie nechst obvermeldt / dem Reichs Erb-Marschalln gelieffert / von jhme die obgesatzte Erkäntnuß förderlich gethan / vnd alsdann ferner / wie ob laut / verfahren werden solle. Was aber die civilem vnd criminalem jurisdictionem vber diesich zur Zeit wehrender Reichs Versamblungen in derselben Stätten vffhaltende / zu- oder abreysende: Vnnd die Ständt vnd Reichs / wie auch dero oder frembder Potentaten Gesandten vnd Bottschafften / nicht berührende Personen / so wol in denen zwischen sich selbst vntereinander / als auch mit einem Bürger sich begebende Handlungen / auch alles was solcher jurisdiction anhengig vnnd die daher fliessende emolumenta vnnd fructus benandtlich die Eynziehung / als auch bey der Jüden Garküchen gefallenden Vngelts oder dessen Befreyhung Anrichtung der Glückhaffien / Garküchen / Eln / Maß / vnd Gewicht / Schutz / vnnd Politgelt von den frembden Krämern / Fechtern / Spielern / Spielleuten vnnd vnzüchtigen Weibern / Erforderung alles Zolls oder andern angemasten Rechtens von den Victualien vnnd dergleichen wie das Namen haben mag / so von den Reichs Erb-Marschalln bißhero gesucht / angerichtet / zugelassen / oder eingezogen werden wollen / belangen thut / soll solches alles hinfüro von Erb Marschalln vnterlassen / vnd er sich dessen ferner nit anzumassen haben jedoch von gedachten Frey- vnd Reichsstätten jhme Reichs Erb Marschalln nach Einkunfft der Keys. Mayt. oder dero Commissarii vnd also völligen Angang deß Reichstages / in recompensam dessen allen vnnd zu gütlicher Hinlegung derer dieser Puncten halben bißhero gehabten Strittigkeiten / Tausent Gülden zu 60. Creutzern gemeiner Reichs Wehrung / wie die an jedem Ort gängk vnd gebe ist / erstattet werden.

62. Posterioris generis sunt antecedentium sunt ea, quæ Statibus ipsis eorumvé Legatis peragenda incumbunt. Quorum primum est, ut, postquam ad comitia venerint, Moguntinum & Mareschallum de adventu suo certiores faciant: illum quidem; ut sciat, qui Status præsentes sint, quique ad consilium vocandi: hunc; ut, quod ad ejus officium pertinere dixi, commodum illis adsignet hospitium, *Auctor* Außführlichen Berichts/wie es vff Reichstägen/&c. *cap.* 2. Deinde Legati nomina sua apud Moguntinum professi pro habilitandis suis personis mandati sui documentum eidem exhibere tenentur, *Dn. Paurmeist. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 31. *vers. Accedentes.* Tertium est, ut Status & absentium Legati primarii Cæsareæ Majestati extra urbem obviam procedant, eamque cum debitâ reverentiâ & honore condigno excipant. Ubi notandum est, de ceremoniis & reliquis solennibus circa Cæsaris ingressum observandis Augustæ anno 1530. in senatu Electorum diu multumq; fuisse deliberatum; quemadmodum apparet ex literis Electorum ad Cæsarem, & Cæsareâ instructione ad eosdem apud *Cœlestinum in historia Comitiorum illorum, pag.* 58 *col.* 2. Cui deliberationi etiam reliquos Principes & Ordines interfuisse, idem testatur *Cœlestinus pag.* 71. Quâ verò pompâ quoq; apparatu Carolus V. Imp. in Comitiis istis ab ordinibus exceptus inque urbem ingressus sit, *ex d. Cœlestini historia, pag.* 71. *& seqq.* constat; quo Lectorem remitto. Denique Legatis etiam incumbit, ut dominorum suorum absentiam apud Cæsarem, si opus est, excusent quàm civilissimè; eidemque literis, si quas habent, traditis, studium suæ Majestati inserviendi tàm à se quàm Legantibus nullis non verbis exquisitissimis deprædicent atque offerant, *d. Auctor* Außführlichen Berichts/&c. *cap.* 1. *in pr.* Ac ne officio suo vel in tantillo desint, seduló scisciteutur, qui ex omni ordine Statuum advolverint, de eo, ut & aliis, dominos suos quamprimùm certiores reddituri, *d. Auctor ibidem.* Quod quó commodius citiusque fieri possit, Principes cursum, qui postea nobis dicitur, instituí curabunt. At, objicies, jus Cursuum publicorum ad solum Imperatorem pertinet, *l.* 9. *l.* 11. *c. de curs. publ.* eoque non ita pridem Electoribus Germaniæ, qui cursus publicos in Belgium & Italiam disposuerat, ferè invidiosum, *Arnold. Clapmar. lib.* 1. *de arcan. rerumpubl. cap.* 21. verùm alia & diversa hîc est ratio. Nec qui in privatum usum instituuntur cursus, eodem jure censendi sunt quo illi, qui in publicum.

63. Quæ de Cæsare dixi, eadem penè in Cæsareæ Majestatis Commissario servatis gradibus observanda sunt. Ubi non inoportunè ex Recessibus Imperii repeto, non semper tempus, locum & alias rerum circumstantias ferre, ut ipse Cæsar comitiis præsit. Idcircó Commissarios plerumque mittit; nonnunquam plures, interdum unum. Sic Carolus V. Imperator comitiis Wormatiensibus Anno 1521. & 1545. Noribergensibus Anno 1522. Augustanis Anno 1530. 1548. 1551. Ratisbonensibus Anno 1532. 1541. 1546 & Spirensibus Anno 1544. ipse interfuit. Interfuerunt quis, Noribergensibus scilicet Anno 1524. & 1542. Augustanis Anno 1525. & 1551. Spirensibus Anno 1526. 1529. 1542. & Ratisbonensibus Anno 1557. Fratris Ferdinandi Hispaniæ Infantis & Principis, postea Regis Romanorum operâ potissimum fuit usus; cui anno 1524. unum, Johannem videlicet Haunart Burggravium Limbeccensem; in subsequutis verò comitiis plures, nunc quinque, nunc ex. nunc quatuor, nunc duos tanquam Commissarios adjunxit, ferè omnes Principes Imperii: nisi quod Comitem Montefortensem, Furstenbergium, & Johannem de Nas-

ver

ves tite Cancellarium Spiræ Anno 1542. & Noribergæ Anno 1542. adhibitos quoq; legimus. Dixi potissimùm: Nam Eslingensia comitia Anno 1526. per Philippum Marchionem Badensem Cæsareum Locumtenẽtem & consiliarios Regiminis Imperialis; Ratisbonensia anno 1527. per Wolffgangum Comitem Montiforti & Consiliarios eosdem suo nomine celebrari voluit. Post mortem Caroli V. Ferdinandus semeltantùm conventum Imperialem indixit Augustam anno 1559. cui ipse interfuit. Sicut & eo mortuo Maximilianus II. Filius ad comitia Augustæ anno 1566. Spiræ anno 1570. & Ratisbonæ anno 1576. ipse venit; quem secutus Rudolphus II. Imperator Augustana comitia anno 1582. & Ratisbonensia anno 1594. ipse quoq; dixit, in sequentibus operâ Fratris Matthiæ moderni Imperatoris invictissimi & gloriosissimi felicissimo successu usus.

64. Et hæc de antecedentibus. Quamquam omnia, quæ actionis publicæ initium procedere solent, attigisse me affirmare non ausim. Etenim ante propositionis publicationem alia quoque quam plurima peragi, indubium est. Quó referri possunt Statuum conjunctorum mutuæ salutationes & oblationes, consultationes item præparatoriæ, quæ & ipsæ non sunt uniusmodi, & communicationes. Quippe neminem in publicis negotiis mediocriter versatum ignorare autumo, ére & usu comitiorum magno esse, ut fida inter Status animorum sit conjunctio. Ea namque unica est, quæ gravissimis Imperii negotiis expediendis calcar addit & adjumentum maximum. Ea denique est, quæ subsidentis Reipublicæ fundamenta unicé refulcit ac reparat. Sed ubi Germanorum fides? postquam veré doctrinæ Evangelicæ confessores adversariis odio esse cœperunt, amicitiæ simultas; mutuæ comitati inimicitia; animorum conjunctioni summa distractio á parte horundem surrogari quoque cœpit. Hinc variæ ordinum secessiones; hinc apertæ illorum diffidia; hinc verborum acerbitates & comminationes. Quo pertinet, quod *Auctor* **Donawertischer Information** /*p.* 1. *pag.* 200. quemdam in comitiis Anno 1607. palam dixisse scribit: **Es habe** libertas religionum **jeder Zeit** zugesser **Unruh Ursach geben: es müsse** in uno regno una religio seyn/ **vnnd darumb auch ein andere keines Weges zuzulassen**/ Quid igitur factu opus est? quâ ratione enitendum, ut salutaria in comitiis consilia ineantur, præcavendamque, ne in summâ illâ Statuum discordiâ conventus Imperii non sine difficultate coacti fine exoptato frustrentur? Respondent nonnulli, rectè facere Status, si antequam Consultatio ipsa suscipiatur in senatu, alteri alterorum sententias invicem exquirant, consilia secum communicentac in id præcipué intendant, quomodo per omnia inter ipsos convenire possit, *Auctor* **Außführlichen Berichts/** *&c cap.* 2. *in fin.* eamque protestantium conjunctionem Pontificios tantó minus ægré ferre debere, quantó magis ipsi quoque omnes in id nervos explicant, ut in quibusvis feré consultationibus unanimis suarum sententiarum existat paritas. Verùm si pressiùs rem considéremus, conjunctiones illæ publicis consultationibus non tám adjumento quám nocumento sæpé sunt maximo, ac, ne comitia optato potiantur fine, sæpissimé efficiunt. Qui ambigit, experientiam consulat; rem ipsam oculis intueatur incorruptis; Comitia nostri temporis cum superiorum annorum conventibus conferat, & dixisse me, quod res est, fatebitur. Neque tamen propterea conjunctiones in universum improbo: sed sit modus

dus in rebus sint certi denique fines. Verissimum est, quamlibet actionem suâ naturâ mediam & indifferentem á causis efficientibus & finalibus qualitatem laudis & vituperii mutuari, vid. *Eberhard. in loc. à virtute finis.* Si itaque status congregationum illarum hunc sibi propositum habeant finem, ut Cæsareæ Majestatis auctoritas & potestas summa inconcussa maneat; ut pax & tranquillitas publica vigeat; ut justitia citra προσωπολημψίαν religionisq; Pontificiæ & Evangelicæ respectum in Imperio administretur; ut summi cum infimis, & medii cum utrisque pari jure teneantur; ut Leges & Constitutiones Imperii sancté observentur; ut Ordines sese mutuis officiis & studiis prosequantur; ut quisque intra septa & cancellos suæ jurisdictionis se contineat; ut rationes honestæ & salutares ineantur, eximendi è Statuum animis suppliciones, odia & exacerbationes; ut vera non simulata animorum sanciatur conjunctio, & tandem ut Reipublicæ salus & incolumitas sit in tuto; non est, quod jure in illis culpari queat. Sin veró alio fine privati congressus inter Status fiant, quomodo utiles & salutares Reipubl. esse possint, ipsi viderint. Meminisse potius debent illius, Quod Fridericus Imper. prudentissimé dicere solitus est: *Optimè Rempubl. administrari, si Consiliarii atq; Senatores ante curiam odium, invidiam, simulationem, dissimulationemq; deponant*, referente *Middendorpio quæst.* 52. Aristides scil. exemplum secuti, qui cum Themistocle sibi infensissimo in legationem missus, cum ad portam venisset, dixisse fertur: Visné, ô Themistocles, inimicitias pauliper hic deponamus, recepturi eas, cum redibimus? vid. *Melch. Jun. p. 1 polit. quæst. cap.* 25.

65. His explicatis, ad ea nunc deveniendum est, in quibus ipsa comitiorum forma consistere videtur; propositionem nempé aliaq́ue circa eam peragi sueta ejusq́ue tractationem. Illa est negotii sive rei tractandæ consultandæ & decernendæ in conventu & consessu omnium Ordinum die & hora á Mareschallo Imperii indicatis, á Cæsare ejusvé Commissario facto expositio, *Althus. in polit. cap.* 35. *num.* 54. Dico á Cæsare ejusvé Commissario: Nam solus Imperator proponendi jus habet, nec cum reliquis Statibus idipsum communicat, *Christoph. Lehman in Chron. Spirens. lib.* 2. *cap.* 37 *p.* 144 *Auctor* Nothwendiger Erjnnerung/ ꝛc. *Chronicæ* Donawertische Information/ *part.* 1. *pag* 160. Quod iterum prædominantis Monarchiæ in Imperio argumentum immotum est; & ex eo fortiús evadit, quod in illis Rebuspubl. uti Aristocratia regnat, non consultandi modó; sed & proponendi potestas penes Ordines sit, ceu de comitiis Polonicis refert, *Johan. Boterus in theatro princip. tit. Rex poloniæ. & Salom. Neugebaur. lib.* 1. *Rer. Polonic.* Ad propositionem autem non antea progredi solet Imperator, nisi Collegium Electorale fuerit integrum, quemadmodum colligere licet ex *Cœlestino in historia Comitiorum anno* 1532. *pag.* 102. *vers. deinde & apud Duces, in fine, & Auctore* Außführlichen Berichts/ wie es vff Reichstägen/ ꝛc. *cap.* 4. *in pr.* Quo completo Cæsar diem propositioni publicandæ idoneum denominat, omnibus Statibus & absentium Legatis statuto tempore in ejus Palatio præsto adesse per Mareschallum hereditarium jussis. Et cum pium ac Christianum sit, in omnium maximé veró arduorum negotiorum limine Spiritus S. gratiam implorare, *Paul. ad Coloss. cap.* 3. *vers* 17. receptum est, ut subjectium comitiorum Cæsar & Status omnes, quicunque præsentes sunt, una cum absentium Legatis in templo conveniant, ibiq́ue pro felici consiliorum augurio preces ad Deum fundant. Id quod & á gentibus Romanis more suo servatum legimus.

Nic.

Nic. Gruch. de Comit. Rom. lib. 1. cap. 4. pag. 56. inter alia autem sacra peragi tum solita missa quoque á Flamine quodam Pontificio celebrari consuevit; quam quidem Cæsar & cæteri Catholici devoté audiunt; at protestantes á sacris illis superstitiosis abstemii in proximum conclave abeunt, tám diu illic commorantes, donec missa ad coronidem deducta sit; quomodo in Maximiliani II. anno 1562. VIII. Kalend. Decembr. & Matthiæ moderni Imperatoris invictissimi electione, *Thuanus lib. 31. fol. mihi 643. col. 2. lit. D. Jessenius in historia inaugurat, Matth. Imperat. pag. mihi 180.* factum commemorant. An autem Status Protestantes, si velint, Missæ salvâ conscientiâ interesse possint? non immeritó dubitatur. Quod negandum est. Nam *D. Paulus* electum illud Dei organum in 1. *ad Corinth.* 10. *v.* 14. diserté jubet, ab Idolorum ut fugiamus cultura. Ubi *D. Chysostomus Hom.* 24. emphasin notat, quod S. Paulus non dixerit, ἀπόστητε ἁπλῶς, ἀλλὰ φεύγετε, non tantúm propter scandalum proximi; sed quia idolorum cultura ipsa per se in spectatore sit ἱκανὴ μεγάλην ἐνεγκεῖν λύμην. Et 8. *Ambros.* ibidem hortatur, inquit, ut abstineant se ab omni societate idololatriæ. Missam veró Pontificiam esse quemdam cultum idolorum, in quo & panis & sancti defuncti adorentur, Protestantium Theologi nos docuerunt, vid. *Gesner. in explicat. cap.* 12. *Daniel. th.* 92. Sed tamen in Electoribus aliisque munus publicum sustinentibus aliud forté obtinet. Hi siquidem nõ ad missam audiendam; sed ut Cæsarem præstolentur, sacris interesse intelligendi sunt. Quó respicientes Theologi, quos Elector Saxoniæ in comitiis An. 1530. eâ de re consuluit, ideó, quod ad suum officium non ad missam esset evocatus, eidem adesse licere, enunciarunt; auctore *Cœlestino in historia illorum comitiorum pag.* 103. *& Sleid. lib.* 7. quorum consilium sequutus Serenissimus Elector Cęsari missam adeunti gladium prætulit Georgio Brandeburgico comitatus; cum protestatione tamen, **daß sie die Messe nichts angehe/wolten auch der keine Reverentz thun**/quemadmodum habeant verba *Lutheri in eiusdem tomo* 5. *Jenensi pag.* 28. *col.* 2.

66. Finitis sacris Cæsar magnâ cum pompâ, splendore & apparatu ad Curiam pergit, omnibus Electoribus, Principibus & Ordinibus comitatus; quæ processio, quo modo & ordine fieri soleat, é *Cœlestino* cognoscere est. In curiam cum ventum est, Cæsar in solium suum consedit, & Electores suam quisque sessionem occupant. Ubi quidem Cæsar vel Commissarius loco sedet eminentiori: Electores veró pauló depressiori circumsident. Moguntinus nempé, Rex Bohemiæ, & Palatinus Elector á dextris, Trevirensi Cæsari, é regione opposito; Coloniensis, Saxo, & Brandeburgicus á sinistris, *Mameran. Lucemburg. in histor. investitur. Mauritii Elector. Saxon. pag. mihi* 261. *& seq.* Scitu tamen hic opus est, Regem Romanorum, si quem in Imperio esse contingat, in eo, in quo Trevirensem sessionem habere dixi, subsellio collocari, *Cœlestin. in d. historia pag.* 115. *col.* 2. Inferius ad dextrum sedent Archidux Austriæ, Archiepiscopi, Magister Ordinis Teutonici, Episcopi, Abbates partim dignitate principali Illustres, partim Prælati tantúm, & Abbatissarum Legati, quarum similiter, aliæ sunt Imperii Principes, aliæ minus. A sinistris reliqui Principes politici eorundemque Legati, quibus posteá Comites, Barones, & Civitates ordine feré confuso & promiscuo stantes se adjungunt, vid. *Mameran. Lucemburg. d loc. pag.* 267. *& seqq.* Notandum autem est, cum natura sine ordine stare non possit, *Scalig. exercit.* 2. *pag.* 7. nec in Republica societas absque eo subsistere valeat, *Petr. Gregor. lib.* 4. *de Republi. a cap.* 10. *in princ.* rectè & per-

quam prudenter feciſſe Carolum IV. quod certum inter Electores ordinem in *Aurea Bulla cap. 3. & 4.* ſtatuerit: & ita quidem, ut Eccleſiaſtici præferantur Politicis. Quam præeminentiam Electores ſeculares Archiepiſcopis libenter ceſſiſſe religionis & Eccleſiæ reverentiâ, ait *Marq Freher. de orig. Palatin. cap.* 15. Deinde ut Moguntinus in ſua diœceſi, totaque Germaniâ locum digniorem occupet; Colonienſi tamen provinciâ exceptâ; in quâ ut in Galliâ ac Italiâ Archipræſul Aprippinus honorem hunc ſibi vendicat, *Aur. Bull. d. c.* 3. *Crantz. in Saxon. lib.* 9. *c.* 29. Trevirenſis verò ſemper ex adverſo à fronte Imperatoris ſedeat. Dubium hinc oritur, an Colonienſi non modò in Archiepiſcopatu ſed & Epiſcopatibus, quibus præſidet, ea prærogativa competat? Sanè utrobique eadem videtur eſſe ratio. Sed à textu Aureæ Bullæ, quæ ad ſolum Archiepiſcopatum id reſtringit, abire vix licet, *Dn. Præceptor. Arumæ comment. ad Aur. Bull. cap.* 3. Inter Politicos poſt illum, quem ex Archiepiſcopis Moguntino & Colonienſi in dextro vel ſiniſtro Imperatoris latere aſſidere contigit, in dextro Rex Bohemiæ primum, Elector Palatinus ſecundum; in ſiniſtro Dux Saxoniæ primum, & poſt eum Marchio Brandeburgicus alterum locum obtinet, *Aur. Bull. cap.* 4. Olim quidem Rex Bohemiæ cum adhuc Dux eſſet, noviſſimo loco conſedit, teſte *Krantzio in Saxon. lib.* 4. *cap.* 28. Sed cum Rex dignior ſit Palatino, Duce vel Marchione, *d. loc. cap.* 4 *§. primò quidem.* id poſteà, cum in Regem creatur, rectè fuit mutatum. Illud *Beutero* cõcedere nullo modo poſſum, quod in *anim. adverſ. hiſt. c.* 13. *n.* 37. *& ſeq.* aſſerit, Carolum IV. claſſes Electorum mutaſſe ac conſtituiſſe, ut Palatinus inter Electores Politicos anteà ultimus, nunc primus; Brandeburgicus verò, qui primus fuit, ultimus eſſet. Nam nullâ id probabili ratione confirmat; & ex *Speculo Sax.* (utpotè quod Aureâ Bullâ longè antiquius eſt, *Georg. Fabr. lib.* 1. *anno* 811. *lib.* 3. *art.* 57. apertè refellitur.

67. Et ita inter Electores certa ſedendi ratio à Carolo IV. adinventa eſt. Secus ſe res habet in reliquis Ordinibus Imperii. Nam concertationes variæ de ſeſſionum ordine & prærogativâ à multis ſeculis hactenus inter ipſos agitatæ nondum compoſitæ ſunt; Sed ſingulis ferè comitiis novarum litium clamoribus aulæ & ſubſellia perſonant. Unde ſcomma Joannis Zamoiſcii Magni Poloniæ Cancellarii, dicere ſoliti: *Germanos in ſuis comitiis ferè nihil agere, quàm ut de ſeſſionibus altercentur, gladientur, Kirchner. 2. de Legat. 5. num.* 78. Nobile illius de ἀγῶσι ἐν ἀγῶσι controverſiæ exemplum ſuggerit nobis Abbas Fuldenſis Auguſtæ Cancellarius. Is enim plurimis ab hinc retrò annis cum omnibus non modò Epiſcopis, ſed & Archiepiſcopis acerrimè contendit, à Moguntini Pontificis ſellâ ſibi in conventu publico ſecundam & proximam ſedem conſuetudine pervetuſtâ deberi. Hinc factum, ut anno 1663. in æde ſacrâ Goslarienſium inter ipſum & Antiſtitem Hildesheimenſem pugna cruenta excitaretur, *Spangenb. in Chron. Mansfeld. cap.* 232. *Nicol. Serar. lib.* 1. *Rer. Moguntiac. pag.* 742. quam contentionis infeliciſſimæ ſerram idem Abbas cum Archiepiſcopo Ubiorum aliquot poſt annis in comitiis Moguntinis reciprocaſſe legitur, *Crantz. lib.* 6. *Saxon. cap.* 46. Unde verò aſſerta illa conſuetudo, & quæ ratio tam ſublimis olim conceſſi Abbati ſeſſus, nullibi ferè exprimitur. Ad officium Cancellariatus id referre videtur *Kirchner. de offic. Cancell. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 62. cui jus ſuſpicio forte non eſt improbabilis. Hodiè ſanè Statuum aliqui reſtando jus ſuum conſervant; quidam per vices digniorem ſedem occupant; nonnulli meo præjudicii actibus publicis intereſſe planè recuſant. Verùm tantùm abeſt, aliquem

quem contentionum finem indesperari; ut etiam altercantes se invicem quandoque insectentur acerbius. Satius igitur foret, ut novâ quâdam constitutione cum Electorum & Principum Imperii consilio & adsensu huic rei salubre adferretur remedium. At ex quo capite dignitatum præeminentia petenda sit, multi dubitant. Quidam familiæ antiquitati; alii potentiæ ac divitiarum amplitudini; plures titulorum multitudini; nonnulli denique nobilioribus insignibus primas concedunt, vid. *Knichen. comment. ad jus Saxon. verb. Ducum, cap. 2 num. 36. & seqq.* & omnino *Simon. Majol. tom. 4. dier. canicular. cap. ult.* Ego veró ex veteri observantiâ possessionisque actibus & usu id rectiús definiri censerem, quó & saniores JCti ac politici communiter decurrunt, *Elbert. Leon. consil. 1. num. 20. Gamma decis. 1. num. 49. Menoch. consil. 287. num. 37. & seqq. Fab. de Anna cons. 40. num 2. & seqq. Knichen. d. loc. num. 236. & seqq Bernhard. Zieriz. commentat. de princip inter ipsos dignitat. prærogat. in fin. Anton. Coler. de jur. Imper. German. sect. 67. Perez. de Lara de univers. & Capellan. lib. 1. cap. 24. num 19. & seqq.* aliique complures. Et ipse Ferdinandus Imper. litem Ducis Florentini & Ferrariensis ex eo fundamento diremit, *Modest. Pistor. consil. 51. Marzar. consil 26. num. 25. vers. huic autem*, idque juri maximé consentaneum est. Nam pro possessore in dubio præsumitur, *l. 76. de Rei vendic.* onusque probandi is justé declinat, *l. 14. l. 20. de probat. Menoch. 2. arbitr. jud. quæst. 48. num. 12. & 34.* Imó nec in possessorio modo; sed & petitorio pro eo, qui per decennium jus præcedendi quasi possedit, recté pronunciari scribit *Fab. d. Anna d. cons. 40. n. 8.* Quid autem si neuter litigantium quasi possessionis commodo præ altero gaudeat? Ad Imperatorem recurri, cujusque decisioni rem committi æquum est. Etenim omnium judicio non melior est privilegiorum Interpres, quàm qui indulget, *Rauchbar. lib. 2. quæst. 11. num. 141. Georg. Acac. Enenkel. libr. 2. de privileg. cap. 3. num. 57.* Atqui dignitates ab Imperatore privilegiorum instar decerni, quis dubitat? Nemo igitur ipso accuratiús gradus honorum discriminare poterit. Hinc in comitiis Augustanis anno 1530. Status omnes Imperatoris arbitrio circa sessionum controversias acquievisse, his verbis testatum facit *Cœlestinus: Principes, quibus de sessione multa erat contentio inter se reconciliat, quod anteà in multis Imperii comitiis tentatum quidem sæpissimè fuit, sed obtineri & perfici numquam potuit. Tunc verò temporis Electores & Principes omnes unanimi consensu dixerunt, se quæcunque C. M. in hac re faceret & constitueret, rata & firma habituros. Cum igitur Cardinalis Salisburgensis cum Austriacis eadem de re contenderet, C. M. postulavit, ut Salisburgensis postridie eundo in curiam locum superiorem Cardinali Tridentino Austriacorum Statuum Legato concederet, eumq; ad dextram equitare pateretur. Salisburgensem quoq; cum Archiepiscopo Moguntino reconciliavit, inter quos etiam nonnullæ non quidem de Electoratu, sed de primatis Magdeburgensis & Archiepiscopi Salisburgensis sessione erant contentiones. Petiit etiam C. M. ut eo 1530. anno Georgius Saxoniæ Dux Guilielmo Bavariæ Duci stando & sedendo Primas concederet: Se enim intrà annum quid in ea reservari deberet, pronunciaturum. Deinde & apud Duces Pomeranicos C. M. obtinuit, ut Philippus Hassorum Princeps eos præcederet, inter quos paulò ante eadem de re multa & acris fuerat disceptatio, ita ut penè à verbis ad verbera ventum esset.* Hactenus Cœlestinus. Quæritur porró, an Legatis idem, qui ipsis Legantibus proprius est, locus aperiri debeat? quod eo casu, ubi alii Principes Imperii αὐτοπροσώπως ad-

sunt, cum *Anton. Coler. de jur. Imper. German. sect.* 68. adfirmare vix audeo. Ecs aliás certum sit, Legatos & nuncios ex eorum persona, quorum vices gerunt, æstimari, *l.* 1. *C. de offic. Vicar. cap. præcipimus, distinct.* 93. ac honore & existimatione eâdem reputari, *Schrader. de feud. part.* 10. *sect.* 4. *num.* 21. Contrarium tamen Carolus IV. in *Aurea Bulla tit.* 25. §. **Wenn aber ein Thurfürst/** diserté constituit. Quæ sanctio non inter Electores modó; Sed & cæteros ordines custoditè postmodum servata, & peculiari transactione Anno 1566. confirmata est, *Auctor* **Außführlichen Berichts/ wie es vff Reichstägen/ &c.** *cap.* 5. Et adeó hoc verum est, ut in comitiis Noriberg. Anno 1542. ipsius etiam Cæsaris Caroli V. Legati Ferdinando fratri postpositi fuerint, ceu ex scripto quodam Johannis Friderici Electoris Saxon. & Philippi Landgravii Hass. ostendit *Colerus* Ann. quoq; 1520 XXI. Octob. in inauguratione Caroli V. Legatis Elect. Sax. Cum Duce Joanni Clivensi tantam de præcedentia fuisse contentionem scribit *Sleidan. lib.* 4. *in fin.* ut pompam illam non interpellarit. Quicquid autem Clivensis obtenderit, ex Decretis Imperii, eorumque subscriptionibus constat, Electorum Legatos in generali curiâ, communique βυλευτηρίῳ, adeoque in actuum publicorum celebratione, præcedere Principes; comparatos autem cum Electoribus, qui in propriâ personâ adsunt, sedere infrà illos; maximé, cum publici actus in curiâ Imperiali celebrantur. In coronatione Regis Romanorum illud speciale est, ut licet Legatus, quem Elector ad comitia Imperatoria mittit, personam mittentis sustinere debeat; ad Mensam tamen pro absente Electore apparatam, non admittatur, quantacunque dignitate præfulgeat. Idque in Coronatione Augustissimi & victoriosissimi Imperatoris nostri anno 1612. in Legato Brandeburgico Domino Adamo Gansio, &c. ex Chrysobullæ præscripto observatum fuit. Sic & in Coronatione Caroli V. apud Aquisgranum mensa tertia pro Duce Saxoniæ vacua remansit, attestante *Hartmanno Mauro in ejusdem historia.*

68. Sessionibus occupatis Cæsar alicui Imperii Principi negotium dat, ut sermonis initium faciat, *Auctor* **Außführlichen Berichts/ wie es vff Reichstägen/ &c.** *cap.* 3. Commissarius verò Cæsareus operâ Comitis, Baronis, vel præpui cujusdam consiliarii hanc ad rem plurimum utitur. Initio facto gratisque pro obsequio præstito ordinibus actis capita ad deliberandum proposita statim præleguntur; id quod modó per eundem, qui orationem exorsus est, ut in Comitiis anno 1530. per Fridericum Palatinum; modó per alium, cui à Cæsare id speciatim injungitur, fieri consuevit, *Auctor* **auß führlichen Berichts/ &c.** *d. c.* 3. Finita propositionis lectione omnes Electores & Principes surgunt, ac paululùm colloquuti brevibus respondent; gratias primùm agendo Cæsareæ Majest. pro curâ & adfectione paternâ ergâ Imperium, ac offerendo se, quod de capitibus propositis deliberaturi omnesque, id quod ad salutem & dignitatem Imperii spectare videbitur, facturi sint, *Dn. Paurmeist. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 31. *pag.* 346. *Cœlestin. in sapius allegata historia pag.* 111. *Col.* 1. Quam respondendi provinciam modó huic modó illi demandatam legimus. In comitiis enim anno 1530. Joachimum Electorem Brandeburg. id muneris subiisse, narrat *Cœlest.* & per modum responsionis negotium aliàs expediri, adserit *Dn. Paurmeisterus d. loc.* Quod verò per Cancellarium ejusdem bodie ut plurimum fieri inaudio. Prætereà copiam quoque recitatæ propositionis simul petere solent Ordines. Quâ impetratâ denunciatur illis, ut de propositionis capi-

tibus

tibus consultaturi in suis quisque conclavibus certâ die conveniant. Denunciatio autem illa, **die Ansage**/ ita peragitur. In Cancellariâ Moguntini Archipræsulis concipitur schedula denunciatoria, quâ jubetur hæreditarius Mareschallus præsentibus ordinibus & absentium Legatis significare, ut ad diem N. hora N. in curia conveniant. Hanc schedulam é Cancellaria Moguntinensi acceptam Mareschallus primùm ostendit & exhibet Electoralibus Saxonicis Legatis, & tum communicatione factâ denunciationem exequitur. Diversum servatur, quando Elector Saxoniæ Serenissimus ipsemet præstó est. Tunc enim Schedulam in Cancellariâ Reverendissimi Dn. Electoris Moguntinensis conscriptam ex Cancellaria Electorali Saxonicâ, quó prius mittitur, accipit immediaté, munusq; suum exequitur, *Auctor* **Außführlichen Berichts/ &c.** *c.4. circa fin.*

69. Quemadmodum verò tres potissimum Ordinum sunt Classes: ita tria quoque eorundem reperiuntur collegia seu curiæ, in quibus singuli sessionem habent & suffragium; Primum collegium est Electorum, quod auctoritate, præeminentiâ, & potestate reliqua duo longé superat, dicente *Althusio in Politic. cap.* 33. *num.*56. in quo ubi conventum est, Moguntinus sedet in medio; á dextris Trevirensis & Palatinus; á sinistris Colonienſis, Saxo, & Brandeburgicus. Posteá ad ipsam consultationem procedunt, quæ singulis ordine sententiam dicentibus perficitur. Ajo singulis; certum enim est in Electorum collegio viritim suffragia ferri', *Dn. Paurmeist. d. cap.* 2. *num.*24. Cæterùm ordinem dicendi sententiam Carolus IV. in Aurea Bulla *cap.*4. certum constituit; quem & nostro adhuc tempore observari existimo. Et prima quidem vox Trevirensi competit; Secunda Colonienſi; tertia Palatino; quarta Saxoni; quinta Brandeburgico; Sexta eaque directrix & concludens Moguntino: Est namque jus scrutandi sive colligendi jus suffragia Moguntino proprium, qui votis reliquorum auditis ipse, ut sententiam suam exponat, quoque requiritur: id quod hodiernis moribus non ad collegarum omnium; sed solius Saxonis officium pertinet, vid. *Buxdorff. ad Aur. Bull. th.* 50. *lit. D. & E. Auctor* **Außführlichen Berichts/ wie es vff Reichstägen pflegt gehalten zu werden** / *c.6.* Etsi verò Moguntino hodié primum in Electione Imperatoris Rom. votum deberi, *Goldast in Replic. pro Imp. c.*13. *pag.*173. adserat, *& Sleidan. libr.*1. ac *Thuan. lib.*32. *pag.*643. *in fine*, id confirmentur: in comitiis tamen universalibus ab ordine in Aureâ Bullâ præscriptò nullatenus recedi; Sed ultimam vocem Moguntino reservari, cum *Althusio d. c.*33. *n.*58. statuo. Idq; usu servatur. Quicquid ex rationib. leviculis, quod scil. Decanus Collegii Electoralis sit, quodq; vota scrutetur & collegat, in contrarium argui possit, cum *Franc. Marc. dec.*1200. *& dec.*1365. *n.*12. *p.*1.

70. Alterum collegium constat ex illis Statibus, quos ad secundam classem *supra n.*35. *&* 39. retuli; Uti sunt Principes Ecclesiastici & seculares, Prælati, Abbates, &c. Comites, & Barones. In eo Primæ sedendi partes Ecclesiasticis, Secundæ Politicis seu secularib. Principibus debentur: illi dextrũ; hi sinistrum latus occupant. Proponendi & dirigendi prærogativam in secundo hoc senatu Dux Austriæ & Archiepiscopus Salisburgensis alternatim sibi vendicant, *Althus. d. c.*33. *num.*61. Ferendi autem suffragii inter ipsos diversa est ratio. Nam Principes tám Ecclesiastici quám Politici, Magistri item Ordinis Teutonici, ac Abbates & Abbatissæ Principali dignitate eminentes viritim sententias dicunt. At Prælati omnes duo tantùm vota habent, unum Svevici, alterum Rhenani, *Althus. d. loc. num.*62. sicut

Comitibus & Baronibus in tribus distinctis non plura duobus suffragia competunt, *Dn. Paurmeist. d. cap. 2. num. 25.* quæ licet per Syndicos & Commissarios ut plurimùm præstari soleant; non ideò tamen ad consilium Principum zum Fürsten Raht/accedere ac deliberationibus interesse, ipsis prohibitum est. *Wehner. in præt. observat. verbo* Grafschafft/*pag.* 200. *Auctor* Außführlichen Berichts/wie es bey Reichstägen/ꝛc. *cap* 7. In hoc Principum collegio cum Senatus quandoque nimis amplus sit, non rarò accidit, ut pro ratione temporis ac comitiorum promotione certus quidam ex iis constituatur delectus, qui rebus diligenter ponderatis vota sua literis consignet, ac cæteris perpendenda exhibeat, annotante *Lundorpio lib. 1. continuat. Sleid. pag. 7.*

71. Ultimum collegium seu Curia Civitatum Imperialium est, jusq; duplicis habet voti; quamvis inter se singulæ sententiam dicant, quo pertinent, quæ *supra num. 46.* prolixiùs á me disputata sunt. Potestas rogandi vota competit communi ipsarum Syndico, qui ab illa civitate, in quâ comitia celebrantur, constituitur, *Althus. dict. cap. 33. num. 64.* In genere sciendum hic est, antequam capita proposita sub incudem deliberationis á singulis istis collegiis revocentur, opus esse dispectu, quem Ordinem & Processum in consultando teneri magis expediat. Et sanè licet Status ab ordine propositionis non facilè recedant, nec temerè recedere etiam fas sit, *argum. Recess. anno 1576. §.* Daraufft dann den ersten/ꝛc. *Recess. anno 1582. §.* Da nun solche wichtige Sachen. Interdum causas allegent graves ac prægnantes, cur non eo ordine modoq; quem Cæsar in proponendo servavit; sed alio ac diverso consultationes instituí debeant; audiendos esse putarem. Hinc in comitiis August. anno 1530. Joannes Elector Saxonicum reliquis Protestantibus efflagitasse legitur, ut causa religionis ceu gravior & ponderosior alterâ, quæ erat de durabili & perpetuo adparatu contra Turcam, primò definienda susciperetur; non attento, quod Imperator in propositione ordinem servasset inversum. Cui æquissimo postulato Cæsar tandem non invitus annuit. *Cæstin. in d. histor. pag. 122. & seqq.* Et quæso si placito Imperatoris quoad ordinem consultandi adeò præcisè standum, cur in consiliis Statuum eâ de re serio deliberari consuevit? imò jus προβουλεύματα statuendi ad solum collegium Electorale spectare asserit, *Althus. d. cap. 33. num. 68. & seq.* et cæteri quoque ordinem id hactenus sibi adrogaverint. Cæterùm rebus magis necessariis postpositis de modo procedendi pervicacius, quàm par est, disceptare, res uti comitiis perniciosissima; ita summè vitanda est. Quæ enim alia causa fuit disjecti conventus Ratisbonæ anno 1607. coacti, quàm obstinata de ordine consultandi contentio? *Auctor* Dongwerischen Information/*part. 1. pag. 197. Auctor* Nohtwendiger Erinnerung/ꝛc. *contra eundem Informat. part. 1. pag. 274.* Tutiùs igitur in tanto consiliorum conflictu foret mediam inire viam, ac cepita controversa ita conjungere, ut unis deliberationibus simul decideretur: Ad quam viam eligendam ipse Cæsar in dict. comitiis anno 1607. Statibus auctor & suasor extitit, teste *dict. Auctore* Nothwendiger Erinnerung/ꝛc. *pag. 274.* Nec probandum videtur Statuum quorundam postulatum, quo, antequam de capitibus á Cæsare propositis deliberetur, de suis gravaminibus, ut vocant, cognoscendum esse contendunt: quemadmodum in aliquibus comitiis id factum meminimus: ubi frequentissima fuit Statuum illorum vox: ehe vnnd zuvor jhre gravamina erledigt/ köndten vnnd wolten sie sich in keine andere hand-

Handlung einlassen / &c. Nam quis non intelligit, negotia publica præferenda esse privatis? quis non videt rem fore planè præposteram, si Cæsaris postulata postponerentur Statuum causis? Ne dicam, in libellis citatoriis diserté ut plurimùm caveri, daß ohne Nebenhändel/ &c. cui Imperatoris voluntati æquum certé est ut acquiescant ordines: maximè si Cæsar promittat, si gravioribus negotiis expeditis Statuum quoq; gravaminibus velle remederi; quemadmodum certé in comitiis anno 1613. facturum se pluries promisit, *Decret. Cæsar. sub dato* Regenspurg den 7. *Septembris anno* 1613.

72. Et hæc de propositione aliisque ab ea dependentibus dicta sint. Sequitur nunc causæ tractatio: constat hæc 1. disceptatione, 2. consensu in idem placitum, 3. relatione ad Cæsarem, 4. confirmatione ejusdem, ac promulgatione *Althus. d. c. 33. num. 67.* Postquam igitur Electores in uno vel altero articulo concluserunt, conveniunt in Buleutorio communi, ac alteri collegio, quod principum est, sententiam suam aperiunt; quam si approbant secundæ curiæ ordines, benè est; si minus, in conclave suum se recipiunt, de tota re ulterius consultaturi. In quo, causæ præsertim gravitate exigente, ipsis mos geritur. Ita tamen ne Electorali collegio id cedat in præjudicium. Habitâ deliberatione iterum convenitur in curia, & principes denuò sententiam suam exponunt. Quâ cognitâ Electores, an cedendum necne, inter se consilia ineunt; indicantes posteà Principibus, in quibus sibi cum ipsis conveniat, & in quibus vicissim priorem sententiam retineant; ea spe freti, fore, ut Principes nunc in idem sint consensuri: Qui si nihilominus ab Electoribus dissideant, referuntur discordes sententiæ utriusque collegii Imperatori vel Commissario. Posteà quoque advocantur civitatum Legati, quibus indicat Moguntinus, Electores & principes in certam coiisse sententiam, quæ publicè recitari debeat: Audire se nunc paratos, an in suffragium ire cupiant. Lectâ resolutione civitatum Legati sententiam suam & ipsi proponunt, & paucis inter se collocuti in discrepantibus se Electorum & Principum sententiæ accedere significant. Atque ita ex illa relatione correlatione ac discrepatione emergit tandem in idem Placitum consensus. Cum verò Statuum unanimis sententia vim legis vel decreti non habeat, nisi Cæsaris quoque accedat confirmatio, *Dn. Paurmeist. d. cap. 3. num. 31. pag. 347.* Trium collegiorum Placita per deputatos, den Außschuß / (duos scil. ex consiliariis Moguntinis & Palatinis; ex consiliariis Salisburgensis vel Austriacis unum; ex numero Comitum alternis vicibus, ex Wetteravicis vel Francicis itidem unum; e civitatum tandem Legatis duos) Imperatori offeruntur. Qui si consentiat, res confecta est; si secus, replicãdo cum statibus tamdiu disceptat, donec inter ipsos conveniat. Et ita tradunt *Dn. Paurmeist. d. n. 31 Althus. d. c. 33. nu. 67. & seqq. Autor* Außführlichen Berichts/ wie es vff Reichstägen/ &c. *c. 3. & seqq.* Ex quibus concinnare ea paucis placuit.

73. Non inconvenienter hic subjicitur quæstio, An in comitiis Imperii majoribus votis sit standum? Et sanè in causa religionis & fidei Christianæ majora non prævalere apud protestantes Principes eorumque Theologos minus haber dubii, *Waremund. de Ehrenberg. de regn. Hebsid. cap. 2 num. 19. & cap. 6. num. 53.* In politicis verò negotiis contrarium simpliciter statuendum est. Qui enim obsecro salutaria consilia fine potitura sunt bono, nisi in opinionum dissidio in plurium tandem eatur sententiam? Universi ut consentiant, difficile imò penè impossibile est,

est, *l.* 1. §. *ult. de acquir. poss.* nonné igitur propter naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem res sine exitu futura est, ajente *Ulpiano in l.* 17. §. 6. *de recept. qui arbitr.* si omnium unanime expectetur suffragium? Quod cum sapientissimi celebrium Rerumpubl. Gubernatores adverterent, lege inviolabili apud se invalescere passi sunt, ut in publicis consiliis plurium votorum potior esset auctoritas. Nam apud Athenienses, quod senatorum pars major sciviſſet, pro rato fuisse habitum scribit, *Sigon. de Repub. Athen. lib.* 2. *cap.* 3 *vers. decreto verò, & lib.* 3. *cap.* 4. Et Lacedæmoniorum hoc fuisse laudabile institutum, interea dum aliquid decernebatur omnes pro animi sui sententia consulere: Ubi quid decretum esset idem laudare omnes, atque eos quoque adjutores esse, qui ab initio refragari erant, *ex Plinio Nepote* refert *Petr. Ærodius de Orig. & auctor. rer. judicat. libr.* 1. *tit. de justit. & jur. cap.* 11. quod idem de Romanis quoque testantur, *Nicol. Gruchius de comitiis Roman. libr.* 1. *c.* 4 *p.* 133. *& Sigon. de Antiq. jur. Civ. Rom. c.* 14. quorum exempla imitari insignem duco prudentiam. Sed & inter confœderatos in causis fœderum à majori parte concludi, ait *Laudens. in tract. de confœder. Princip. conclus.* 44. & satis clarè innuit, *Waremund. de Erenberg. libr.* 2. *de fœder. pag.* 154. *pag.* 162. *& pag.* 326 Quid quod ipsi juris nostri auctores, ubi à pluribus decernendum quid est, majoris partis scitum approbant, *l.* 3. *ff. quod cujusq; univers. nom. l. quod major,* 19. *ff. ad Municip. Leo ex tribus,* 39. *ff. de re judic. l. nominationum, C. de decur. l. si quod,* ibi: *atq; id, quod majoris partis probaverit adsensus. solemnis firmet auctoritas, C. de legat.* Et approbandum omnino est. Nec, si hoc repudietur, remedium ullum video, quo in consultationibus publicis res ad causæ definitionem perduci possit. Et dicas mihi, si majoribus standum non sit, an pauciorum placita prævalere debeant? Atqui omni ratione adversum hoc est. An sanioribus votis palma tribuenda? Sed quis quæ suum asseret sanius, nec ullus erit litium finis, add. *Jacobat. de concil. lib.* 6. *art.* 3. *num.* 49. *Facian. de probat. lib.* 2. *cap.* 43. *num.* 72. *&* 73. *Macagn. Azzoguid. de commun. opin. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 29. An verò digniorum calculis insistendum? At nec ita maxima de dignitate contentio evitabitur, *Imola in l. Pomponius, de rejudicat. & ibid. Zas. num.* 15. & *Duaren. circa fin.* Juri præterea canonico innitimur; quod & ipsum in conciliis Ecclesiis, electionibus, aliisque congressibus. Plurium suffragia attendenda esse statuit, *t. t. extr. de his quæ fiunt à majore parte, & ibi Panormit. cap. inter,* 21. §. *discretioni vestræ, cap. cum in jure,* 33. *cap. venerabilem,* 34. §. *objectionibus, cap. cram,* 35. *de Elect.* Provocamus etiam ad inclytum Electorum Collegium, in quo qui plurium calculo Imperator Roman. eligitur, pro Imperatore habetur certissimo, *Aur. Bull. cap.* 2. JCtorum porró communis & quasi per manus tradita opinio nobis subvenit. *Auctor* grundtlichen Berichts / des H. Reichsstatt Friedberg Standt Regalien / ꝛc. *cap.* 11. *num.* 7 *Buxdorff. ad Aur. Bull cap.* 2. *th.* 34. *lit.* 34. *lit. D. & seqq.* ubi plures enumerantur. Qui, quod magis est, in tantum hoc verum existimant, ut diversum consuetudine vel lege induci non posse scripserint, *gloss. & Dd. in l. aliud est,* 16. §. 1. *de R. I. Dec. ad cap. cum omnes, de constit. Abb. in cap.* 1. *de his, quæ fiunt à major. part. Azzoguid. d. lib.* 3. *cap.* 10 *num.* 16. *& seqq.* Sed quid argumenta longius accersio? vel mores in Imperio hactenus recepti rem digerunt, teste allegato *Auctore* grundtlichen Berichts / ꝛc. *d. cap.* 11. *num.* 23. ubi sic ait: Ebenmässiger Weise wirdt in Reichs: Kreiß: Städt: vnd andern Versamblungen vnnd *collegiis per totum Imperium Romanum* jeder Zeit in Sachen / so vor dieselbe Rähte gehörig / *ad majoris*

vota

vngegangen / vnd was also *per majora* beschlossen / *pro decretis* gehalten / wie alle Reichs: Kreiß: vnnd andere Abschiede / *Statuta* vnnd Ordnung außweissen / auch menniglichen bekandt / quod confirmat *Marq. Freherus in comment. ad constit. Adolphpag.* 14. cum, quod in comitiis majori parti placuisset, á Cæsare pronunciatum promulgatumq; adserit. Imó ipsæ Imperii Constitutiones dubium omne tollunt, *Recess. Trevir. anno* 1512. §. Es sollen auch die Churfürsten / Regiments-Ordnung zu Wormbs / *anno* 1521. §. würde sich auch begeben / *Recess. Spir. anno* 1542. §. vnd diesen ersten Hänptman / *Recess. Spir. anno* 1570. §. vnd damit solche wichtige / *Recess. Ratisbon. anno* 1576. §. da dann die Sache nach angehörter vnser Käyserl. proposition. *Recess. ann.* 1594. §. da dann die Sache nach angehörter / &c. Ex quibus dijudicandum aliis relinquo, quám salutaris & utilis Imperio futura sit sententia illorum, qui in graviorib. causis ex majori votorum numero nihil decernendum adstruunt. Causæ autem in quibus majora admitti non debeant, potissimum hæ sunt. 1. Gewissens vnd Religions Sachen. 2. Contribution Sachen. 3. Cammergerichts Sachen. 4. Freyheiten / Privilegien vnd dergleichen Immuniteten. 5. Religion Frieden sampt dessen Zu: vnd Angehörungen. 6. Profan Frieden vnd ander Sachen des gemeinen Vatterlandts Ruhe vnd Fried betreffend. 7. Diejenigen Sachen darinnen die Römischen Catholischen Partheyen seynd / vnd mit den Evangelischen streitig. 8. Sachen / so wider die Billigkeit vnd die regul, quod quis juris in alium statuit, eodem ut ipse utatur, necesse est, lauffen. 9. Außträge. 10. Fälle so die Executions Ordnung / Reichs Constitutiones, Gülden Bull / vnd dergleichen anlangen. 11. Erbeinigungen / Verträge Compactaten / &c. 12. Sachen / da sanior vota vorhanden. 13. Fälle / da omnium consensus von nöten ist. Quæ causæ etsi numero paucæ sint: si tamen penitiús introspiciantur, apparebit, omnes alias, quę umquam in deliberationem in comitiis instituendam cadere possunt, sub iisdem comprehendi. Admisså igitur novâ isthâc sententiâ, quó res tandem sit delapsura, quivis facilé perspicit. Certé ex scriptis eâ de re editis didici, in nuperis comitiis Cæsari & Ständ. aliis summæ curæ fuisse, ne in Remp. talis consuetudo introduceretur. Urserunt quoq; & acriter institerunt Ordines reliqui, Ihr Käys. Mayt. wolten bey solcher resolution vnnd gegebenen rechtmässigen Bescheid aller gnedigst bestehen / dieselbe nochmals widerholen / vnd daß sie aller fernerer Einrede vnverhindert / sich dem alten löblichen Brauch auch der Schuldigkeit nach / lenger von den consultationibus nit absondern / sondern deme durch den mehrern Theil allbereit gemachten Schluß der Billigkeit nach accommodiren, vñ den deliberationibus förderst beywohnen wolten / mit gehörigen vnnd hierzu nohtwendigen Käys. Ernst vnd Eyfer anweisen / &c quemadmodum habent verba: Bedenckens des Churfürstl. Collegii vff der Käys. Mayt. Decret &c. *sub dato* 23. *Augusti ann.* 1613.

74. Si ergo decretum majoribus votis confirmandũ est, ulterius quæritur, quænam & quanta potestas statuendi ipsi Cæsari in comitiis competat? Equidé absolutam Cæsarum Germanicorum posteriorum nemo sibi adrogavit, nec etiamnũ adrogat. Obstant n. constitutiones; Obstant leges fundamentales; Obstant capitulationes, in quas omnes Imperator, antequam inauguratur, jurat; nec contra quicquam moliri ipsi fas est. De restricta igitur nobis est sermo; quę quo usq; se extendat, nõ satis expeditum est: *Bodinus* nihil feré Cæsari, ut soler, relinquit; sed omnem potestatem sanciendi & confirmandi decreta Imperii statibus tribuit, *lib.* 2. *de rep. c.* 6.

pag. 346. quam opinionem non refutatione sed publicâ coërcitatione dignam judico. Alii á *Bodino* nimiúm discrepantes in Ordines Imperii reliquos non parum sunt injurii. Si enim sacra Cæsarea Majestas in comitiis decernit sola, quid Statibus de comitiorum jure superesse existimas? Si de negotiis Imperii universis soli Imperatori absq; discrimine cognitionem tributam volunt, quid illud est, quod in causis commune patriæ bonum spectantibus sine consensu Procerum nihil se constituturam, Majestas Imperatoria jurat? Si etiam in conventibus publicis ipsa sola pro arbitrio statuit, quomodo Carolus V. in Germaniâ se Regibus imperare, & Maximilianus I. se Regem Regum dicere potuit? Quocirca generatim verum esse puto, quod Imperator in comitiis absque scitu Statuum absolutâ auctoritate regulariter nihil sanciat, vid. *Goldast. in Replic. pro Imperio contra Gretserum c.* 11. *pag* 105. Sed, si quid statuatur, id non nisi in vim contractus inter Imperatorem & Ordines initi valeat, evidentissimé hoc comprobante formulâ illâ solemni: **Haben wir vns mit den Ständen/ vnd sie sich hinwiederumb mit vns verglichen.** Hinc ita infero: Quale in conventionibus alterutrius contrahentium arbitrium est, talis quoque & non alia est Imperatoris in comitiis potestas. At contrahentium in contractibus ineundis arbitrium hoc est, ut alter alterum invitum obligare non possit; sed utriusq; requiratur consensus. Ergó &c. Unde liquet, Imperatori nec majorem nec minorem, sed parem & æqualem cum Statibus conjunctim consideratis in decernendo competere auctoritatem. Quod ipsum etiam velle videtur *Dn. Paurm. d. c.* 2. *n* 20. dum summam Imperii potestatem in duos semisses distribuit, unumq; Cæsari, alterum Statibus adjudicat. Quid verò si inter Status convenire nulla ratione possit, an diremtio erit penes Cæsarem? ita existimat *Auctor* **Notwendiger Erjnnerung/ &c.** *contra* **Donawertische Information/** *part.* 1. *pag.* 237. nec ipsi Status diffessi sunt in comitiis Ratisb. ann. 1576. Cæsari inter alia hunc in modum supplicantes: **Derhalben vnsers allervnterthänigsten Erachtens gantz vnvonnöhten/ hierinn vff des einen oder andern Theils Bewilligung zu sehen/ oder zu warten/ Sondern Ewer Käys. Mayst. als das Oberhäupt vnd Handhaber aller Ordnung vnd Gesetz/ auch Beschützer vnd Beschirmer der Bedrängten/ haben dißfals vollkommene Macht vñ Gewalt zu Verhütung grössers Vnrahts vnd besorgter Weiterung im H. Reich Ihr Käyserlich Ampt zu interponiren, &c.** Item: **Damit sie in streitigen Sachen/ daran des gantzen Reichs gemeiner Nutz vnd Wolfart gelegen ist/** *pro auctoritate fastigii & munere Imperatorii* **selbst darein zugreiffen/ vnd alles das zur Billigkeit zu richten haben/ was sonsten der Partheyen widerwertiger Gedancken halber im Streit verbleiben möchte/ &c.** quæ opinio non parum juvatur per *text. in Recess. Spir. de anno* 1544. §. **Als wir aber in der Handlung befinden.** Verúm nihil ego in re tám arduâ ac perdifficili definio, nihil hac meâ dissertatione Supremæ Majestati, nihil Principum Imperii auctoritati & libertati derogatum volo.

(*)

DE

XXI.

DE SESSIONIS PRÆROGATIVA, D. DOMINICI ARUMÆI.

ANtiqui conventus hosce, in quibus supremi honorum tituli conferri solent, Comitia appellare consuevetunt, Magnifici D. Rector, & D. Designate Rector, Viri Reverendi, juris Consultissimi, Expetientissimi, & Acutissimi, Domini & Collegæ honorandi, Vosque Doctores honoratissimi, hospites optatissimi, Tuque Nobilium & Florentissimorum juvenum lectissima Corona, ratione ut opinor, inde tractâ, quod in comitiis status & ordines non solùm consultandi, sed & testificandi eorum gratiâ, quæ potior majorque pars concludit, evocari adhiberique solent, ita & ad hosce conventus Academicos, omnium ordinum & facultatum Professores, Doctores, summos infimosque, tanquam sublimium titulorum comprobatores testesque invitari vocarique receptum more videmus; qui tamen hac in parte publicis Imperii dictis, liceat enim mihi, Auditores, pace vestrâ magnis componere parva, felicioresunt, quod non solum quem locum, ut in illis, sibi supremum Reipubl. nostræ caput, Rector, sed & propiora remotioraque ejusdem membra, citra ullum excandescentis animi signum, quietissimé vindicare possunt, omnium incurrant aspectus; qua quidem si Imperii comitia felicitatis parte fruerentur, æquabilius & constantius sese res nostræ haberent; Verum ab antiquo observatum, nullam in iis majore animorum contentione controversiam, quam eam, quæ est de sessionis prærogativa, agitatam fuisse, hæc enim honoris thronum circumvolitat, & nihil aliud quám indicium bonæ existimationis magno molimine quærit, indicia autem inter alia, cum & sessionis prærogativa, maximé autem generosorum & sublimium animorum ductu, reputetur, difficile est, eam decisionis certo constringere nodo; cujus rei quidem cum non aliunde melius consilia petantur, quæ in futurum prosunt, quám ex præteritarum rerum exemplis, recolite mecum, Auditores, tempus illud, quo Moguntiæ comitia Heinricus III. indixit, & periculi plena sese exeret contentio; inter ministros quippe Archiepiscopi Moguntini & Abbatis Fuldensis, tám acris de loco exorta fuit, ut á verbis ad verbera procedentes, jura é vagina derivantes templum humano sanguine fœdarint, Nauclerus *volum.* 2. *Generat.* 36. Cumque itidem Heinricus V I. Friderici I. filius, Rex Romanorum Moguntiæ designaretur, ipso die processionis maximé in sacratissima Pentecostes festivitate, cum in Ecclesia sederet Imperator, cum utriusque ordinis Principibus, á dextris habens Archiepiscopum Moguntinum, & á sinistris Colonienscm, idem Abbas turbavit cœtum tám celebrem locum sibi deposcens ex sinistro Imperatoris latere, quem Colonienſis occu-

parat, qui Abbati cedere inglorium duxit, Imperator interpellatus respondit, veteres approbamus, ut tenemur, imperii nostri consuetudines, quocirca major an minor æquo vobis discrimine est: surrexit Archiepiscopus, quando, inquiens, sereniſſima Majestas ita se voluntas vestra præbet, cedo Abbati Archiepiscopus, Monacho Princeps Elector, sed bona venia vestra cætum hunc dimitto, & hæc dicens abscessit, secutus est illum Comes Palatinus Rheni, frater Imperatoris, & Comes de Nassau, dicentes, Sereniſſime Imperator, permissa venia Dominum sequimur exeuntem, cujus beneficia recognoscimus; Comiti de Nassau, quod ille & ab Abbate beneficium teneret, dixit Ludovicus Thuringiæ Landgravius, pulcré hodie respondes beneficio, & sublimiter promereris, qui diserto vero Domino, alium sectaris; cui ille, Beneficium, quod teneo, justis suo loco promerebor obsequiis, hodie sequor, quem in hunc cætum inter alios deduxi, æqué Dominum feudi, quod teneo: idem fecit Dux Brabantiæ, tot vacuatis sedibus turbatur Rex Henricus etiam in collum appendens Archiepiscopi, quam sancté rogans, ne festum diem á mœrore auspicetur, nevé turbationem excitet in tanto Principum conventu, maneat in consessu, nec committat; ut diem coronationis suæ tantis iræ tenebris obnubilet; Tùm & Imperator ipse, quandoquidem, ait, unum te adeo verbum conturbat, vellem me temperasse sermone, quamvis nihil præter Imperii dignitatem elocutum agnoscam: sed vide ne doloris minimi curatione ingens corpori vulnus infligas: quid enim sit scindere tantum cætum pro tua prudentia non ignoras; Tunc excandescens Archiepiscopus: pulchré, inquit, hodie remunerabat Cæsarea Majestas diuturna hujus capitis obsequia, quæ sequutus implevi, pro qua in castris incanui, Italiam fatigavi, Lombardiam oppugnavi, Brunsaico sudorem cum sanguine fudi:

Hæc magna merces mea, ut in conventu Principum confundar propter Abbatem, qui nisi occultam Cæsarei culminis intelligentiam foveret, ab hac injuria meritó temperaret, quod si & Cæsar & Rex manere me vultis, ecce pareo, reponantur nostræ sedes ut fuere: si nostram Abbas turbaverit, ascendat in cœlum, ponat suam in Aquilonem, & similis sit altissimo, *Crantz. lib. 6. c. 46. in Saxon. Quærat mecum hic aliquis, quo discretionis cursu Abbas in tàm sublimium Principum & Electorum locum ruere magis quàm ire præsumpserit?* Et quidem, si *Crantzius* talis sit, cui fides habenda, ab Antiquo Fuldensem iis prælatum illo ipso in locum meminerant multi, ait, forsan, quia perpetuus Imperatricis Cancellarius audit, qui á dignitate suæ Dominæ si æstimetur, ut Electore quovis major digniorem sibi locum jure vindicasse existimari posset, quicquid sit, exemplorum horum recitatione commonemur, magnatibus veteres dignitatis terminos intervertere, periculosum esse, illis quippe quasi congenitum est circa honoris sui prærogativam certissimé versari, nec ullius rei jacturam gravius, quám ejusdem imminutionem sustinent, quod Dux, nescio quis, á Carolo VII. Galliarum Rege interrogatus, quarum ratione á fidelitate tot experimentis hactenus sibi perspecta adduci posset? ostendere hac responsione voluit, si vel semel contumeliosé aliquid in me dixeris, vel feceris, & exemplo suo Andreas Dorias, maris præfectus, demonstravit, qui á Francisco I. Rege Galliæ, quod verbo parúm honorifico ipsum excepetat, ad Carolum V. Imp. transivit, *Caspar. Ens lib. 1. Epidorp.* Carolus quoque Borbonius ob demandatam primæ aciei curam Aleaconio, quam sibi deberi dicebat, ad eundem Imp. defec-

defecit, *Jovius lib. 22. historiar.* ut mitiùs quàm ab exteris fiat, de Principum Germaniæ sessionum controversiis sentiendum sit. Nam cum Europæorum Principum Nobilissimi sint, & non ambitu sed ratione justa, &, ut cuíque dignitas familiæ suæ salva sit, in campum eam compellantur, injurii in se, in posteritatem suam fuerint, si sepositâ dignitatis curâ minus digno assurgerent, Rectè & ad passum nostrum appositè Consultissimus *Menoch. consil. 51. num. 3. vers. 1.* qui non ambitu & superbiâ de ordinis observatione contendunt, ait, laudem merentur, Nam ii nihil aliud mihi videntur, quam ut á Deo ordinata & rectè constabilita teneantur, ita pariter ii defendunt naturam humanam, quæ uti auctor est Justinian. *in cap. ordinato; Novell. de Monach.* neque omnes per ordinem inter summos, neque rursus omnes inter novissimos constituit, quanquam nihil ab eorum dignitate alienum faciant, si ut sæpe fit, vel civilitate, vel etiam ita Reipub. necessitate exigente, sessionis quæstionem suspenso pede transeant, bonum quippe publicum privatis contentionibus discordiaque locali impediri non debet. Rectè *Carolus IV. in sua Bulla Aurea cap. 3.* decor & gloria sacrosancti Romani Imperii, ait, & honor Cæsareus, & Reipubl. grata compendia Illustrium Principum voluntate concordi foventur, nec insuperabilem Remp. arma, non pecunia, sed publici consensus clarum decus facit, pensitandumque in alia sumtibus id, quod prudenter *Hieronymus Arconat.* ad ordines in comitiis Imperii Ratisbonæ Anno 1594. congregatos scripsit,

O proceres proceres, dum qua quàm sede sedere
Debeat, inter vox rixa miscentur & ira,
Ne vestras sedes, & ne charissima quaque
Eripiat vobis crudelis Turca cavete;
Illum etenim semper discordia vestra potentem
Fecit, & illius victricia reddidit arma.
Ponite jam, quid cessatis? rogo ponite vanos
Invidiæ morsus, odia, & mala jurgia, tempus
Iuq; aliud magis appositum differte querelas,
Publica ne pereant privatos propter honores
Commoda, quam Turca rabioso milite, tristi
Pannoniæ incumbant, animis perpendite justis,
Et tempestivum votis communibus uno
Ac studio auxilium miseræ decernite, pulsæ
Ferte moræ constanter opem, cum proxima flammis
Est correpta domus, paries vicinior ignes
Difficilè effugiet, cito ni restinxeris illos.

Optandum quidem foret, pragmatica aliqua ad instar Bullæ Aureæ, dissidentium animos in concordiæ formulam constringi, & fieri forsan posset, si definitio farinariæ rei aulicorum subserviret, nec enim defero quicquam relationi Oratoris Reipubl. Venetæ, qui de Rudolpho Secundo, laudatissimæ memoriæ, Imperatore agens, nec ægrè fert, inquit, eas, quæ inter ipsos Principes sunt, de dignitatis prærogativa contentiones & æmulationes, ut necessitate postulante subsidia á singulis accipiat, quemadmodum nuper pro expeditione Maximiliani fratris in regnum Poloniæ, cujus Rex electus fuerat, ingentem pecuniæ summam.

mam exegit, edoctus enim sum á Syracide, cujus monitum repetiit *Guntherus in Ligurino lib.* 4.

Principibus fili tacitus maledicere noli,
Portat avis cœli maledicta latentia Regi.

& optimum Imperatorem non minus ad rem salutarem, si non alia ipsum tardassent, anhelasse, quám Carolum IV. credimus, qui cum animadverteret, eo usque ambitionem illorum etiam Principum, qui se Electores vocant, exarsisse, verbis loquor *Dubravii* scriptoris rerum Bohemicarum *lib.* 22. ut primum sibi quisque locum, præcipuamque autoritatem in eligendo, assidendoque vendicaret; nedum ut alius alium in honore deferendo præveniret; unde simultates inter illos & aliquoties cœdes ex domestico illo dissidio suscitabantur. Exemplum *Witikindus lib.* 3. *gestor. Saxon.* suppeditat, cum Otto Magnus in Cæsarem designatus esset, quæstio orta Pontificum, ait, in consecrando Rege, Trevirensis videlicet & Coloniæ Agrippinæ, illius, quia antiquior sedes esset, & tanquam á B. Petro Apostolo fundata, istius veró, quia ejus ad diœcesin pertineret locus, & ob id sibi convenire arbitrati sunt hujus consecrationis honorem: Et cum Heinricus IV. puer quinque annorum in Regem Aquisgrani coronandus esset, inter Coloniensem Archiepiscopum Hermannum, & Lupoldum Primatem Moguntium conflictus fuit. Nam hic sibi eam vindicabat dignitatem, quia negotia regni sibi commissa essent, ille veró, quia intra diœcesin suam locus coronationis situs esset, *Zvving. libr.* 2. *vol.* 1. *theat.* ideó approbante Senatu Principum frequentissimo, subjecit *Dubravius d. lib.* 22. decretum Carolus promulgat, quo gradus potestatesque Principum & aliorum ordinum ita discrevit, ut nullus de suo jure, tanquam imminuto, queri potuerit, sed contra potius, ut tenuiores cum potentioribus se quodammodó æquari gavisi fuerint, nec inventus scriptorum nobilitatus encomio ante Philippum Ducem Burgundiæ, qui per legatos suos locum primum in concilio Basiliensi Electoribus præripere conatus fuit, & Patrum decreto teste *Chassaneo p.* 5. *consil.* 45. *in catal. glor. mund.* obtinuit: In Concilio autem Tridentino post legatos Pontificios præcipuum dignitatis locum obtinuerunt, inquit *Thuanus lib.* 8. *histor.* & Tridentinorum Patrum justior haud dubié decisio fuit, quia in honorum ordine collocando non tám personæ atque familiæ ipsius, quám officii & dignitatis seu administrationis, quam quisque gerit, ratio habenda est, *Modestin. Pistor consil.* 51. *num.* 41. *vol.* 1. Electorum autem major dignitas officii intuitu, quám Burgundi erat, digni enim illi censentur, quorum numeris Imperii Romani celsitudo committatur, quorumque ex germine quasi, cum Imperator in fata concedit, Aquila, quæ umbra alarum suarum Occidentem tegat, producatur; recté ergo juxta Tridentinorum Patrum decretum omnibus aliis prælati fuere, sed Carolus Philippi filius, ut paternarum ditionum, ita & superbiæ non ignavus heres, Basiliensis decreti dictum admonitus in Comitiis Ratisbonensibus Anno 1471. primum quoque locum Electoribus per suos Legatos sibi vindicare voluit, cum enim post Legatos Electorum collocati atque ita despecti priore consessu viderentur, redire in subsellia recusarunt, Electores absentibus Collegis, qui aderant, quanquam summa cum modestia dignitatem communem tuebantur, Burgundi potentiam sui Principis, & in Germaniis ac Galliis maximam, sexies enim Dux, quindecies Comes erat, Electores parem nobilitatem & vetustum morem objiciebant, seq. é corpore

pore Cæsaris cum essent, ne Regibus quidem, si adessent, cedere oportere monebant, quæ contentio cum tres prope horas consumsisset, non antea est sublata, quam Burgundi alternis subselliis ad frontem Cæsaris inter oratores Regios locarentur, tunc demum & ipsi auxisse sui Principis dignitatem, quod in ordine absentium Regum sederent, & Electores servasse existimationem suam putabant, quod exclusi á primis subselliis Burgundi essent, *teste Campan. tomo 2. script. Germ. Freher.* qui etsi argumentum illud á potentia Burgundi unicum prolatum reuer, credibile tamen est, Legatos ejusdem & illa, quibus Basilienses patres motos esse, *Chassan*, Burgundus refert addisse, nam & primus inter pares Regis Franciæ, & de familia Regum Francorum erat, ait ille, Rectè *Chassanee*, & quia Electores inter pares imperii primi erant, imperium verò dignius Regno Franciæ sit, sicuti Landgravii Hassiæ ad Granvellanum responso clarescit, cum enim hic Imperatorem ex Imperio ne tantillum quidem habere emolumenti diceret, respondit, etiamsi fortè non ita multum ad Cæsarem ex Imperio redit, tamen quod in Turcam, Galliæ Regem, in alios dantur auxilia, *quod Imperii dignitas hæc auctoritatem ei summam ad cæteros Reges conciliat, quanti id esse putabitur? Sleidan. lib. 17. de stat. relig.*

Quod quidem Caroli V. symbolum exprimendo innuere voluit.

Vu ultra? Asi ultra non est, quo progrediaris
Nil ultra est Aquilas imperiiq; decus.

Electores ergo meritò Burgundo præferri debuerunt, ad id *Chassaneus*, quod Burgundus plura pro Ecclesia Romana fecerat, sit sanè, attamen consideratio meritorum in præjudicium tertii institui non debet. Deinde certum est, quod postquam Electores cœperint, eorum prudentiâ atque consilio effectum sit, ut & gravissimæ dissensiones, quæ antea de Electione Imperatoris recurrebant, conquieverint, pax & tranquillitas qualiscunque in Imperio conservata fuerit, insidiosæ & clandestinæ conspirationes exterorum majestati Imperii inhiantium repressæ fuerint, ut & sic dignitate meritis & illi Burgundum longé post se reliquerint: Addit denique *Chassaneus*, quod Electores solùm nomen officii, Dux verò Burgundus nomen dignitatis habeat, quo quid collimet, equidem nondum liquidò satis perspicio, si enim nomen officii citra dignitatis vel etiam longé patentium ditionum conjunctionem intelligat fallitur equidem, Dominoque Burgundo Burgundus scriptor blanditus est, nec enim solùm officium Electores, hucusque inuitu summam dignitatem, sed & amplissimas ditiones teneat, quarumque respectu ipsi Regibus assimilari solent possuntque. Atque hanc Electorum præeminentiam probé perpendentes Nuncius Apostolicus & Regis Angliæ Legatus in coronatione Caroli V. Imperatoris Aquisgrani adesse non sustinuerunt, ne ordinarentur, inquit *Hartmannus Maurus de Coronatione Carol.* post Principes Electores, rati per hoc Principum suorum dignitati derogari. Nam quanquam Nuncius Apostolicus & Legatus Anglicus Principum suorum dignitatem rectius quàm Burgundus tueri potuissent, quia Electores etsi Regibus adsimilentur, Reges tamen non sunt, Regiisque ideo destituuntur insignibus, prudenter tamen illi vetustum morem turbare noluerunt, non ignorantes, quod ratione temporis & loci, is, qui in minori dignitate constitutus est, non injustè majori præferri soleat, *cap. collationes, de appellat. in 61.* quod exemplo Regis Bohemiæ domestico clarescit,

qui

qui quamvis potentia, trium quippe dierum itinerum diametrum Regni expedito patet, ait *Æneas Sylvius c. 1. histor. Bohem.* vel etiam antiquitate cum Regibus Galliæ aut Hispaniæ certare non posſit, cum tamen in actu coronationis Imperialis ut Elector & unctus Rex consideretur, eos antecedit, extra quem tantùm abest, ut in aliis Principum congressibus Bohemum respiciant, ut Gallus aliquando non erubuerit cum Carolo V. Electo Romanorum Rege in certamen de loco digniore venire: quod factum cum Anno 1521. Caleti eorum Legati convenissent, *Auton. de prato Ictus* celebris & Cancellarius Regis Galliæ *Mercurino* & Caroli V. Cancellario ideo præcedentiæ quæstionem movere sustinuit, quod licet Carolus in Romanorum Regem Electus esset, tamen quia nondum á Pontifice unctionem accepisset, Gallo, ut uncto Regi, eum cedere debere, contendebat, *Chassan. p. 5. consil. 19. catal. glor mund.* quæ Galliæ Cancellarii ratio si firmitatis robur aliquod obtineret, Reges Galliæ Imperatores post Carolum V, omnes antecederent, quia á Pontifice non Ferdinandus, non Maximilianus II. non Rudolphus II. non nunc feliciter imperii clavum tractans invictissimus Matthias unctionem accipere voluerunt, in eam voluntatem prudentissimi Maximiliani I. Imperatoris ratione ducti, qui cum ad Imperii ordines orationem haberet, coronam imperialem á Romano Pontifice accipere, minimé necessarium sibi videri dixit, cum imperii dignitas ab Electoribus conferatur, *Bodin. 2. de repub. 6.* ut vanum hucusq; augurium eorum non fuisse apparet, qui cum in coronatione pontificia Caroli V. Imperatoris Bononiæ celebrata pons ingens, super quem ingrediebantur, corrueret, rem in omen verterent et confracto ponte nullum deinceps alium Imperatorem á Pontifice coronatum iri vaticinari ausi fuerunt, ut refert *Cornel. Agrippa de coronatione Augustal. Caroli V.* quod ut faxit, qui omnia potest, Deus, animitus rogo.

§(*)§

XXII.

DE SECURITATE ET SALVO CONDUCTU, D. JOHANNIS BECHTII.

DEo auctore meum gubernante institutum, confusissimam diffusissimamq; SECURITATIS & SALVI CONDUCTUS materiam, non tam tractaturus, quâ par erat, amplitudine & accuratione, quàm certâ methodo arq; ordine digesturus; Initio, præmissâ Nominis consideratione, Definitionem toti, quantulacunq; erit, structuræ fundamenti loco substernam: Deinde Originem Securitatis ex jure repetam divino & humano: Tum verò ejus Divisione in suas Differentias atq; Species institutâ, harum singularum naturam, causas, potestatem & effectus, quantum modò, per ingenii temporisq; angustiam, & rerum forensium cognitionem atq; experientiam, quam litium circa subjectum hocce multitudo, varietas, periculositas, diuturno usu confirmatam & exactissimam omninò flagitat, in me nimis exilem, valuero, persequar: Idq; omne, quicquid erit, sublevandi fastidii causâ distinctis quibusdam catenatim invicem cohærentibus capitibus expeditum dabo.

CAPUT I.

De Securitatis Nomine & Definitione.

I.

QUONIAM usu vocis cognito sæpè in perceptionem ipsius rei provehimur, *ut ex Platone & Aristotele monuit acutissimus Scaliger exercit. 1 princ.* idcircò evolvendâ mihi ante omnia Securitatis appellatio: quæ, præterquàm, quòd sermone prolatione supinam omnis metus, curæ, solicitudinis, diligentiæq; vacuitatem, laxámve peccandi licentiam notat, *facit l. 3. §. 1. D. de jur. & fact. ign. & talia. 1. ibi: rapina securitas. 8. q. 3.* varias quoq; in usu juris habet significationes.

2. Nam I. Securitatem P.R. pro inviolabili status publici tranquillitate & quiete enunciat, *l. 1. D. ad l. Iul. Maj.* uti rectè *contrà Dd. comm.* eum textum *post Br. ibid.* declarat *Guil. Budæus in not. Duaren. lib. 2. disp. anniv. c. 22. Borch. c. unic. quæ sint reg. n 88. Menoch. cons. 99. n. 26. & seq. Bursat. cons. 216. facit l. 2. §. 4. ibi: in securitate & pace provinciæ. C. de off. PP. Afr. 14. C. de off. Mag. milit.*

3. II. Securitas pro indemnitate ponitur *in l. mater. 6. C. ad SC. Vell. 1. l. 1. C. de tut. & cur. qui satis non ded. l. uls. C. de usur. pupill.*

4. III. Vox τῆς ἀσφαλείας Securitatis usurpata legitur pro cautione, quâ alicujus indemnitati, aut cuicunque juri prospicitur, *arg. l. 1. §. 4. D. de Prætor. stipul. text. in l. sancimus 3. C. de V. S. & in Nov. 22. c. 41. quò spectat t. 1. D. qui satisd. cog. & tt.*

21. de fide juss. de pignorib. &c. & in specie æquipollet sæpenumero Cautionis vocabulo, pro sponsione seu obligatione in scripturam redactâ. sumto, *ut in l. minor. 40. D. de minorib. & passim. quò pertinet Benevenuti Stracchæ tractatus de assecurationibus, & Petri Santernæ Lusitani tr. de assecur. & sponsionibus mercatorum: vide Matthiam Castritium in cõmonefactione super Massuerii pract. t. 12. de assecuramento.* Atq; ad tertiam istam significationem reduci potest, quod arrestationem pro Securitate nostra fieri dixit Peck. *de jure sist. c. 1. n. 4. Gail. de pignor. obs. 1. n. 6.*

5. IV. Prædicatur de validitate cujuscunq; actus vel juris ab impugnatione immunis; veluti de robore testamenti, *l. Papinianus. 8. §. si quis. 6 in verb. secundò testari. D. de inoff. test.* similiter de firmitate status redintegrati, *l. 6. C. de postlim. reversi.* exceptionis à munere personali per sententiam superioris confirmatæ, *l. unic. C. de sumt. recup. lib. 10.* juris quæsiti per actiones aut accusationes inexpugnabilis, *l. 2. C. de reb. al. non alien. l. ult. in f. C. de edict. D. Hadr. toll. l. 10 in fin. C. de his, quib. ut indig. l. 7. C. de præscr. long. temp. l. 4. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* liberationis denique ab obligatione, *l. sancimus. 25 pr. C. de administr. tut. l. sancimus. 7. pr. C. ad SC. Trebell. l. 2. §. 1. in fin. C. de quadr. præscript.*

6. V. Ipsam hujusmodi liberationis apocham, sive, ut vulgò loquimur, quietantiam denotat, *l. si quando. 35. §. 2. C. de inoff. test. l. ult. C. si cert. pet. l. testium. 18. C. de testib. l. in contractib. 14. §. 1. & 2. C. de non num. pec. d l. 2. §. 1. in med. C. de quadr. præscr. l. 1. & part. t. C. de apoch. pub. lib 10 l. 2. & ult. C. de discussorib. eod. lib. 10. l. ult. 4. C. de fund. patrim. lib. 11. Nov. 128. c. 3.* quæ etiam Græcis ἀσφάλεια, *Goth. d. l. 18. C. de testib.* & ἀμεριμνία est, *Idem Goth. l. 3. verb. trium. C. d. t. de apoch. pub. lib. 10.*

7. Omnes autem enumeratæ significationes, cum eâ, quam propositi mei convenientiorem statim adducam, hic redire videntur, ut ad effectum inexpugnabilem, digitum intendant, immunitatemq; designent à metu periculi de jure vel adquirendo vel adquisito, talémve de re dispositionem aut in facto aliquo provisionem, ut nihil de jure objici possit, nec ulla sentiatur læsio, *ut ex Bl. in l. 1. inf. C. si adversus solut. & cons. 472. vol. 3. Ant. de Butr. & Abb. in c. quoties. 2. de pact. docet Benevenutus Stracchæ d. tr. de assecurat. in præfat. n. 60.*

8. Cæterùm, Securitatis nomen eâ significatione præsentis relationis subjectum constituit, quæ Doctoribus nostris in lecturis, consiliis ac decisionibus maximè familiaris, nec, ut multi perperàm opinantur, barbarè illi afficta est. *Hanc namq; significatu poni in l. 1. §. 2. D. de his qui dejec. censet Stracchæ d loc. n. 61. circa fin. similiter in l. capitalium. 28. §. ad statuas. 7. D. de pœn. & in auth. habita. C. ne fil. pro pat. Pet. Premus in tr. de securit. promiss. in pr. Addo tex. in l. D. Marcus. 14. D. de off. Præsid. l. nullus. 14. C. de Iuda. & tex. clariorem de jure in l. 3. C. de navicular. lib. 11. & in edicto Justiniani 2. & c. fin. de treuga & pace. facit c. 1. §. cùm igitur. in fin. de homicid. in 6.*

9. Eodem ferè sensu λόγος & πίστις, fides publica dicitur, cum apud auctores classicos, tum *in d. Edict. 2. & Edict. 10. c. 1. & Edict. 13. c 10. Borch. in §. in summa. C. de his qui sui vel al. jur.* nisi quòd ista hæc appellatio non omnem omninò, sed tantùm, quæ à legis ministro datur, securitatem exprimit: sicuti nec Fidantiæ vocabulum, *quo utitur Bl. in auth. agricultores. C. quæ res pig. oblig. poss. tac. de Belvis. in §. nec quæ a. homicid. col. 1. in auth. de mand. Princip. relat. à Magalott. tr. hic. in pr. n. 3.* de securamenti, *quo utitur Massuer. d. t. 12.* æquè generale est.

10. At Salvi Conductus nomen, quo Dd. communissimè utuntur, idem cum

cum Securitate sonare putant, & promiscuè utrumq; efferunt, *Magalott. d. tr. hic. in Bal. & pr. & passim per tot. Premus d. loc. & ubiq; Dd. in hac materia loquentes.* Et sanè, quamvis illarina isthæc sit appellatio, rem tamen, quæ hîc spectanda potiùs, *Alb. Gentil. lib. 3. de jure bell. c. 15.* significantissimè exprimit, eò quòd Salvi conductus, impetrantes servant, & salvos plerumq; deducunt atq; reducunt, *ut ait Petrinus Bellus in his militar. p. 9. pr. & conducunt tradita à Decian resp. 44. n. 147. & 2. seqq. vol. 4.* quæ de causa & exoticâ linguâ *sauf. conduict.* & nostrâ vernaculâ **Sicher Geleit**/ partim eodem propemodùm vocis sono, partim eâdem emphasi indigitari jam olim placuit. Dictamq; Salvi conductus appellationem tanquam è re ipsa petitam, ad nobilissimum illud Securitatis genus, quod peregrinantibus salvum per vias publicas iter præstat, dudum κατ' ἐξοχὴν accommodatum est: Qui tamen salvus conductus, eò quòd nonnunquam non tam securitatis, quàm honoris ergò, præstari solet, ut in magnatibus conducendis usuvenit, nostrâ lingua simpliciter **das Geleit**/ Latinè *Conductus* vel *Ducatus*, Gallicè *Guidage* & *Convoy* nuncupari consuevit. *Sic n. Balbus Catholico: Ducatus, conductus vel guida: wenceslaus Brack. in terminis Iuristarum.* Gleitt/ *conducit, Ducatus fit*q; **Geleite**: *Refert Marq. Freher. ad Const. Adolphi Rom. Regis in Curia Norimb. An. 1293. promulgatam, de insulis Rheni &c in verb. conductum.*

11. Deniq; Securitatis & Salvi conductus appellationibus etiam Salvæguardiæ nomen æquipollens facit Premus *d. loc.* Accuratiùs tamen distinguentes, Salvam guardiam ajunt esse protectionem & securitatem, quæ minùs potentibus contra potentiores à superiori potestate *Coras. in l. illicitas. 6. ne potentiores. 2. D. de off. Præsid.* vel etiam absolutè ad suam ac bonorum suorum tutelam petentibus amicis aut alioquin charis præstatur, & materna lingua nobis **Schutz vnd Schirm** (quæ voce eam quoq; protectionem, quæ in clientelam susceptis jure Advocatiæ à vindicibus libertatis exhiberi solet, designamus, *Gail 2. obs. 54.*) dicitur: Salvum conductum verò (quatenus videlicet assecuramento & fidantiæ seu fidei publicæ æquivalet) præcipuè de Securitate, vel hostibus vel delinquentibus & bannitis aliisve, qui communi legum securitate, *de qua c. 3. & 4. agetur*, carent, aut non satis tuti sunt, concessa, quam nos, uti paulò antè dictum, **Sicher Geleit** vocamus, exaudiunt. Ita tamen, ut, quoad Securitatis effectum, Salva guardia & Salvus conductus parùm differant, *monente Iac. Menoch. lib. 2. A. I. Q. cas. 338. n. 1. & 2.* Quo fit, ut Doctores de alterutro loquentes ad terminos alterius a nostris passim allegentur: quemadmodum & tradita Doctorum de Salvo conductu, qui Fidantia dicitur, ad suprà dictum peregrinantium conductum per vias publicas à plerisq; accommodari videmus: id quod necessariò præmonendum duxi. Istarum autem & omninò quatumvis Securitatis specierum distincta consideratio infrà suis locis fiet.

12. Explicationem Nominis sequitur ipsius rei definitio, *l. 1. ff. de just. & jur. l. 1. ff. de pact. l. 5. §. 3. & 4 ff. de pecul. l. 1. ff. de furt.* quæ ad propositũ non una à Dd. adducitur.

13. Guil. à Cuneo *in pr. tr. de securit.* & post eum Br. *in l. illicitas. 6. §. ne potentiores, 2. n. 2. D. de off. Præs. Bolog. in auth. habita. C. ne fil. pro pat. Coler p. 4. c. 1. n. 203.* Securitatẽ definiunt legitimum præsidium, quod per officium præsidentis justè timenti datur. Quæ definitio angustior est, quàm ut omnia propediem explicanda Securitatis genera cõtineat, ut animadvertit Premus *d. tr. hic. pr. n. 4. & seqq.* probat ex eo, quòd quædam Securitates à lege dentur, fine ministerio hominis, *de quibus agam infrà c. 5. & seqq.*

14. Nimis tamen forte an adducta Guil. & Br. definitio coangustatur, si eam restringas ad præstitam à legis ministro Securitatem de non offendendo, quam solam Guil. definire voluisse censet Magalott. *d. pr. n. 7. quæ etiam ex Herculano intr. de caut. de non off. illo modo definitur apud Thylm. de Benignis in apospasmate Syndromi in obs. de modo supplicandi, cent. 2. obs. 1. n. 4. Adde Octav. Velpellum tr. de pace, toduciis & promissionib. de non off. q. 73. n. 3.* Quidni enim & Securitas de non inquietando seu molestando, quæ debitoribus contra creditores nonnullis ex causis à ministro legis indulgetur, *ut infrà suo loco tractabitur*, definitione illa comprehensa dicatur? *vide ipsummet Magalottum d. tr. hic p. 1. n. 45. & multis seqq. & p. 4. n. 10.* Quidni & Securitas de non damnificando, ut loquuntur, in rebus, dictæ definitioni includatur, *sicut eam includit post Guil. Br. d. loc. ubi Securitatem, quæ à persona rei præstatur, inter species enumerat. vide infrà c. pen.* quò pertinet Salvus conductus pro rebus de loco in locum tutò transvehendis impetratus, *de quo Bl. cons. 408. vol. 5. Alex cons. 34. n. 2. p. 5. Decian sup. d. resp. 44. n. 148. & seq. vol. 4.*

15. Nec Magalottus, dum *d. pr. n. 7. & 15.* definito adæquaram sepsit definitionem proponere; quòd videlicet Securitas seu Salvus conductus sit præsidium quoddam, quod à lege vel ab ejus ministro justè timentibus datur, adhuc satis amplè definivisse arguitur ex eo, quòd persæpè nec immediatè à lege, nec à judice ejus ministro, sed ipsarum partium conventione Securitas gignitur, ac molestatio vel offensio præcavetur, ut patet in pace & induciis, *Velpell. d. tr. & Nic. Moron. de fid. treug. & pace.* in fœderibus, *Iohan. Lupus, Mart. Laud. & alii in tr. de fœderib.* in cautionibus de non molestando seu non turbando, item de non offendendo, quarum tamen plerumq; officio judicis parti injungi non inficior.

16. Ut ergo Securitatis omnes omninò species definitione eâdem generali concludantur, definiri illa potest *justum immunitatis ab offensione damno vel inquietatione præsidium.*

17. Dico PRÆSIDIUM, *per l. denunciamus. 5. C. de his, qui ad Eccles. confug.* sive Munimen & Auxilium, *Nov. 80. c. 9. & Nov. 117. c. ult. §. 1.* idq; JUSTUM, cum, quia est legitimum, *d. l. 5.* quo pertinet, quòd Securitatem seu fidem publicam contra jus dari non debere constitutum est, *Nov. 17. c. 5. 6. & 7. Edict. 2. & Edict. 13. c. 10. & cumprimis* in der P. H. O. *art. 76. & in Recessu Imperii de An. 1570. §. Wir wollen p. 856.* tum quia debet esse perfectum: sicut alibi justa libertas pro perfecta legitur. *l. generaliter. 29. pr. D. qui & à quibus man. Vip. in fragm. t. 1. §. 23.*

18. Securitas namq; quæsita non dicitur, quæ non est perfectè quæsita: nec securus prædicari potest, qui habet securitatem imperfectam, sive directò, sive per indirectum expugnabilem, *arg. l. quotiens. 6. D. qui satisd. cog. l. succurritur. 9. & l. in eadem. 10. ubi gl. D. ex quib. caus. maj. l. 2. D. de lib. hom. exhib. l. 1. §. 4. D. de Prætor. stip. cum simil. Bl. l. 1. in fin. C. si adv. solut. Ang. l. Papinianus. 8. §. si quis mortis. 6. D. de inoff. test. Sfort. Oddus de rest. in int. p. 1. q. 48. n. 76. Ægid. Bellamera consil. 34. §. ad septimum. latè & eleganter Zas. inter V. C. Germ. tom. 1. cons. 9. n. 26. & cons. 10. n. 11. & 12.*

19. Dico: IMMUNITATIS AB OFFENSIONE, DAMNO VEL INQUIETATIONE, quia securitatem habens non est ullo modo inquietandus vel molestandus *facit l. sancimus. 25. pr. C. de admin. tut. l. 2. §. 1. C. de quadr. præscr. l. 6. C. de post. l. rev. Nov. 138. post Dd. à se cumulatos Prosper Farinac. prax. crim. p. 1. t. 4. q. 29. n. 1. & seqq. Adde dicta th. præced.* nec ullam debet experiri injuriam, nullam incurrere

Iæsionem,

lationem, damnum aut periculum, *l.6.§.2. D.de off. Præs. l.28.§.7. D. de pœnit. auth. habita C. ne fil. propat. Novell.5.c.2.§.1. Novell.17.c.6. arg. l.1.§. quotiens.17. de ventr. in poss. gl. in l. si mandatu Titii.59. §. ult. D. mand. Ang. in l.1. D. qui satisd. cog. Anton. de Butr. & Imol. in c. quoties 2. de pact. quos in hanc rem allegat Straccha suprà d. præfat. de securat. n.60. & Ant. Corsetus in singul. suis, in verb. Securus. Zas. d. cons. 9. n.26. & cons. 10. n.13. V. C. tom.1.* quia securus dici non potest, qui periculis, contumeliis, ludibriis est obnoxius, *ut ex Plin. lib.3. epist. refert Premus d. tr. hic. in pr.*

CAPUT II.

De Origine Securitatis & Salvi conductus.

20. Considerato nomine & definitione Securitatis, Origo ejusdem indaganda venit, *arg. l.1. D. de O. I.* quæ secundùm diversos respectus variasq; species *ex jure naturali, gentium, civili,* quin & *divino* reperi potest.

21. NATURALI. Securitas namq; in principio generationis humanæ cum ipso homine nata est, *ut eleganter docet Magalott tr. hic p.1. n.1.* quia jus naturale, ut homines perpetuâ securitate gauderent, omnes liberos esse voluit, *§.2. I. de I. N. G. & C. pr. l. de libertin. l. manumissiones.4. D de I. & I. l. si quod.64. D. de condict. indeb. ejus naturale.7. dist.1.* & cognationem quandam inter homines natura constituit, *l.3. D. de I. & I. c. charitas 5. §. proximos. de pœnit. dist.2.* cui consequenter nefas est, hominem hominii insidiari, *d. l.3.* aut nocere, etiamsi posset, *l.1.§. pen. D. de peric. & commod. rei vend.* & sibi prodesset. *l.1.§.11. D. de aqua & aq. pl. arc. Iohan. Superior. in l. quotiens 15. n.1. D. de servit.* aut omninò quicquam facere, quod sibi fieri nollet, *Matth.7. & in pr. dist.1. c. dilecti.13. vers. cùm igitur. ubi gl. de majorit. & obed. gl. in c.1. verb. ordinationis. m. de summa Trinit. & fid. Cathol. Marant. in specul. p.3. n.60. Molinæ. consuet. Paris. §.2. gl.4. n.10. Borch. de feud. c.10. n.39. Pruckman. §. soluta potestas. c.3. n.45.*

22. Unde Alex. Severus Imp. cùm fustibus subjiciebantur milites, qui socios injuriâ afficerant, præconem jussit clamare: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, *referente Melanchth. lib.3. Chron. Carion. in vita ejus:* idq; dictum omnibus parietibus inscribi eum Imperatorem voluisse testatur Lampridius *in vita ejusdem, allegante Henningo Arnisæo in tr. de exemtione Clericorum, c.4. n.8. p.90.*

23. Sic econtrà naturali æquitate dictante interest hominis hominem beneficio afficere, *l.7. in fin. D. de serv. exp. fac. l.2.§.5. D. de aqu & aq. pluv arc.* & periculum, siquidem commodè potest, ab eo avertere. *l. scientiam.45. pr. D. ad l. A. l.24.§.6. D. de dam. inf. l.50. & l.109. de R. I. c. non in inferenda.23. q.3. d. c.5. §. proximos. & §§. seqq. de pœnit. dist.2. c.6. de sentent. excomm. in 6. Zoanet. in l.3. p.1. n.99. de I. & I. Vasqu. lib.1. ill. contr. c.19. n.5. & 6. Obrecht. tr. de defens. necess. c.7. n.42.*

24. Imò Securitatis naturalis vestigia in brutis quoq; animantibus conspiciuntur, cùm laxitate suâ naturali gaudeant, *l.44. & 55. D. de A. R. D.* & vel ferissimæ in illis, maximæq; noxiæ bestiæ, ejusdem præsertim speciei haud facilè se invicem lædunt, *videtamen l.1.§.10. & 11. D. si quadr. paup. fec. dic.* Sic leonum feritas inter se non dimicat: serpentum morsus non petunt serpentes, *ut ex Plinio post Connan. lib.1. comm. jur. civ. c.4. n.8. notat Obr. d. tr. c.4. n.8.* & juxta tritum di verbium, extremè algidam oportet esse hyemem, quâ lupus lupum devoret.

25. GENTIUM jure Securitatis majoris causâ ædificia collocata & colla-

ta, munitionesq; factæ, *l.5.D.de I.& I.c.9.dist.1.vide l.2.§.4.14.& 15.C.de off.PP. Afr. Laudens.de castellanis & castris, q.9 Gail.2.obs.69.n.18.& 32.& quæ dicemus c.seq.*

26. Eodem jure bellis ortis, captivitatibusq; securis, capti æquitate suadente servati, ut servirent, sicque ab occisione securi essent, §.3. *I.de jur.pers.l.4.§.3.D.de stat.hom.* Unde hostem non rebellem ex intervallo occidere non licere, *post Ang Aret. in d.§.3.I. de jur.pers.* notat Boss. *in pract.t.de captura n.78.* quod tamen de jure gentium dubio non caret: *per §.1.I.de his qui sui vel al.jur.sunt.l 1.§.1.D.eod.* jure verò civili ex const.D.Antonini ea securitas robur accepit, *§.2.I.d.t.d.l.1.§.2, eod facit l.23.§.9.D.ad l.Aq.l.1.§ 2.D.ad l.Corn.de sicar. Nec resistit l.8.§.2 de pœn.quam de hostibus rebellibus accipio, arg.l.11.§.3.D. de his qui not.infam. l.ult.D. ad l. Iul.maj. & per not. Bossii d.l.n.77.80.& seq.vide aliter Cujac4.obs.9.6.O.26 15.O.4.*

27. Sanè ipso etiam jure gentium Manumissionibus post captivitates & servitutes introductis, *d.l.4.D.de I.& I.* ut & Postliminiis, *l.4.ibi: antiquitùs ff.de capt.* ad antiquiorem naturalis libertatis securitatem vicissim adspirare concessum fuit, *dd.ll.& d.c.9.dist.t.& de securitate postliminio reversis servanda tex.elegans in l 19.§.3. in fin.D.de capt.& postlim.revers.l.11.C.de Episc.aud.& in l.ult.C.de postl rev.*

28. Eodem jure gentium securitatem pariunt Fœdera, *l.7.D.de capt.d.c.9. & c.seq.dist.1.* Paces, *l.5.D.de pact.l.12.pr D de capt.d.c.9.dist.1* Induciæ, *l.19.§.1.D.de capt.d.c.9.dist.1.* Legatorum non violandorum religio, *l.8.§.1.D.de rer divis.l.f.D.de legat.d.c.9.dist.1.de quibus infrà suis locis sigillatim & explicatiùs agam.*

29. E CIVILI jure pleriq; omnes alii securitatis modi fluunt, sive lex ipsa præstet securitatem, velut iis, quos in jus vocati vetat, *l.2.& seqq.D.de in jus voc.* item in domo sua existentibus, ad asyla confugientibus, studiorum causa peregrinantibus, euntibus ad nundinas, agriculturam exercentibus, vocatis ex quacunque causa ad judicium venientibus &c. Sive minister legis illam impertiat, aut promittendo voce literisve: aut compellendo eum, à quo offensionem quis timet, cavere de non offendendo, aut directè interdicendo offensionem: aut publicam personam, custodésve seu duces & conductores adjungendo: aut signum securitatis appendendo vel apponendo &c. *quos modos ex jure civili profectus paulò aliter digessit Alb. de Ros.in suprà d.l.6 §. ne potentiores.col.3.de off.Præsid. & post eum Magalott.d.tr.his.p.1. n.3.& aliquot seqq.& nos distinctè propediem elucidabimus.*

30. DIVINO denq; in jure & sacris oraculis variorum securitatis generum conspicua admodùm exstant vestigia. In Genesi namque Deus Caino fratricidæ signum impressisse legitur, ne à quoquam, cui obviaret, interficeretur, *Gen.4.* quod signum de tremore horribili, omnium membrorum, & torvo, truculento ac sanguinario, qualis ferè in homicidis conspici solet, faciei vultu intelligi, quo dignotus ille ab omnibus, fratrem suum innocentem occidisse, sicq; omnibus abominabilis fuerit redditus, ut nec quisquam conversationem ejus, minùs sanguinem sitiret: idq; in diuturniorem Caini ipsius punitionem, aliorum verò correctionem factum esse, ex communi vetustiorum Theologorum sententia refert Nicolaus de Lyra *in gl.d.c.4.* cui recentiores pleriq; consentiunt.

31. De Salvo conductu divino & angelico pios tuente, *vide Genes.19.& 32. Exod.13.in fin.& 14.Deuter.1.& 31.4.Reg.6.Psalm.90.aliàs 91.Matth.18.Actor.12.* Petiti securi seu innoxii commeatus exempla exhibentur *Num.20.& 21.* De securitate asylorum habetur *Exod.21.Numer.35.Deut.4.& 19.Ios.20.3.Reg.1.& 2.* Conventæ denique

deniq; & promissæ securitatis sacris quoq; in literis exempla occurrunt, ut Gibeonitarum, *Iosu. 9. iunct. 2. Reg. 21.* Semei, *2. Reg. 19. iunct. 3. Reg. 2.* &c.

Caput III.

De Divisione Securitatis: & primùm de Securitate Vniversali.

32. Portò, ut amplissima hæc Securitatis materia distinctiùs consideretur, ipsius ipsa differentias atq; species dividenda est, *arg. §. 1. & 2. l. de obligationibus. & §. 1. de act. cum similibus.* Omnium autem Securitatum summa divisio in duo genera deducitur: quia *Securitas* aut *Vniversalis est*, aut *Particularis.* De Universali, quæ & Communis dici potest, primùm videamus,

33. *Vniversalis* seu *communis securitas* est Legis & Imperii præsidium pro omnibus innocentibus militans, *arg. Nov 17. c. 13. in f. c. 1. §. si quis hominem, de pac. ten. 1. F. 17. Coler. de process executiv part. 4. c. 1. edit. nov. n. 204. Symphor. tom. 1. p. 1. tit. 2. n. 113. mihi 98. col. 2.*

34. Legis. Nam leges securitatem omnibus hominibus æqualiter tribuunt, *tex. elegans in l. 28. §. 7. D. de pœn. l. unic. C de sent. PP. Alberic. p. 4. statut. q. 89. ante fin. Premus d. tr. hîs. pr. vers. Et quidem. & q. 3. post pr. tex. optimus in Recessu Imperii de Anno 1548. in pr. Denayf. t. 211. §. 3.*

35. Cùm enim ad præscriptum juris legumq́ue, utpotè vel à natura naturaliter cordibus inscriptarum, *Rom. 1. Arist. 5. Eth. 7. Cic. 1. de LL.* & *pro Milon. pr.* & *§. 1.* & *pen. I. de I. N. G.* & *C. l. 1. §. 3. l. 9.* & *pen. D. de I.* & *I. cum similib.* vel communi Reipub. sponsione ac consensu sancitarum, *l. 1. 2.* & *32. D. de LL. l. 20. §. 6. D. de petit. hered. Coras. d. l. 1. n. 16. D. de LL. Vasq 1. ill. contr. 45. n. 3. vers. Est & quarta.* & *passim in Recessibus Imperii, ponderando verba:* **So haben wir uns mit den Ständen/** &c. **und Sie sich mit uns verglichen/** &c. *Pruckm. §. soluta potestas. c. 3. n. 64.* omnes vitam suam instituere debeant, omnesq́; adeò ad præstandam legibus obedientiam, *tex. elegans in l. unic. ibi: quibus similiter omne hominum genus tenetur. C. de conductor. prædior. fiscalium, lib. 1.* & contraveniendo ad pœnam obligentur, *d. l. 1.* & *2. D. de LL. l. Divus. 7. D. de jur patron l. 34. D. de jur. fisc. l. 10. C. de LL. Nov. 161. pr. c. quisquis, 14. q. 1. c. 2. de major. & obed. Arist. lib. 3. Polit. c. 6. Dom. à Soto lib. 1. de I.* & *I q. 6. art. 4.* & *5. Covarr.* & *alii allegati Rub. de matrim p. 2. c. 7. §. 7. n. 13 pag. mihi 212.* & *in c. peccatum. p. 1. n. 7. de R. I. in 6. pag. 493. Vasqu. 1. illustr. contr. c. 29. n. 12.* & *passim in seqq.* & *1. contr. usufr. c. 10 n. 20.* fit, ut boni legibusq́; obsequentes harum regimine defendantur, mali contra & immorgeri pœnarum, quas illæ minantur, frenis ac veluti circumis (*verbo l. unic. C. ut nulli lic. in frenis,* &c. *lib. 11.*) cohibeantur ac coërceantur, sicq́; omnium advicem Securitas legitimarum sanctionum vinculis contineatur, ac custodiatur, *d. l. 1. D. de LL. ubi Coras. n. 27. Cicer. 3. de LL passim Politici.*

36. Atq; huc omninò collineant & redeunt ttia illa generalissima juris præcepta *in §. 3. I. et l. 10. §. 1. D. de I. et I.* Si enim honestè viveretur, nemo uspiam unquam a quoquam læderetur, & suum cuique semper & ubique ab omnibus tribueretur, tranquilla, secura, pacata essent omnia: &, qui summus legislatoriæ finis est, civilis incet homines societas, æquo justarum communicationum ac distributionum regimine secundùm proportionem Arithmeticam & Geometricam instituto, atque ad concordiam harmonicam reducto, firmissimè stabiliretur & tranquillissimè

lissimè conservaretur, *Arist. 5. Ethic. & initio lib. 1. Politic. Wes. parat. de l. & l. per diversum. Bodin. lib. 6. de Rep. c. ult.*

17. Hinc est, quòd pax publica, rerum humanarum omnium exoptatissima, *cujus encomium illustre ex Erasmo repetit Gail. 1. PP 1. & post eum Borcholt. cons. 3. p. 113. col 2. volum. 1. Adde de pace & ejus laudibus Chassan. glor. mund p. 5. consid. 16. &* privilegiis fermè innumeris superbiens, *de quibus remissivè Velpellus tract. de jure q. 2. ubi allegat. Alciat. lib. 1. de V. S. ex bono quoq; f. 29. Corset. 34. recensentem in tr. de privil. pac. & pleno cornu enumerantem Barbar. consil. 1. col. pen. volum. 3. Adde gl. in l. talia scriptura 30. de leg. 1. Bl. in c. innotuit. de judic. & consil. 313. volum. 3. Calcan. cons. 52. n. 17. Cravett. consil. 264. allegat. à Nic. Moron. de fid. treug. & pac. q. 101. n. 22. ad fin & n. 23. quò pertinet quod propter pacem publ. permittitur, quod alioquin prohibitum est, c. in quæ. 11. de major. & obed. c. 2. de arbitr. c. 1. §. nos Romanorum. circa fin. de jur. Constant. Dd allegat. à Schrad. cons. 18. p. 127. col. 2. inter consil. Borcholt. p. 2.* cùm veteribus tum novis sanctionibus adeò severè firmetur ac defendatur, *l. 1. D. ad l. Iul. mayest. Constit. Frid. de pac. ten. & ejus viol. 2. F. 27. & Constit. Frid. de pac. ten. inter subditos & jur. prim. 2. F. 53. Premus d. tr. hîc. q. 3. circa princip.* præcipuè Constitutione Religionis de A. 1555. *de qua Gail. 1. obs. 2. Denayss. in jur. Cam. t. 216. & t. 181. P. Frid. Mindan. lib. 1 proc. à c. 27, usq; ad 33. inclusivè. Schwartzmeier in miscellan. c. 20. Bidenbach nobilit. q. 3. & latè in Symphor. Suppl. & vot tom. 1. p. 1. t. 3.* & Constitutione Pacis Publicæ *de Anno 1495. & Anno 1548. alibiq; passim in Recess. Imperii. Gail. 1. obs. 3. & libris duobus d. P. P. Denayss. t. 211. & 4. seqq. Nic. Vigel. in Const. Carol. publ. jud. c. 6. sect. 3. à pag. 189. n. 5. ad 224. Symphor. d. tom. 1. p. 1. tit. 1. text elegans in Recess. de Anno 1566. §. Wiewol sich p. 603. ubi de pace publica ad communem omnium & singulorum securitatem sartam tectam custodienda.* quin & Constitutione pignotationis, *Ord. p. 2 t. 22. in pr. Gail. 1. obs. 11. in pr. & de pignor obs. 1.* litigiosæ possessionis, *Ord p. 2 t. 21 Gail. 1. obs 5 n. 2.* legis Diffamare reformatæ, *Ord. p. 2. t. 25. ibi:* **in Friedbrüchigen** *&c. Gail. 1. obs. 9. princ.*

18. Sicut autem explicato modo Universalis Securitas præsidium legis est, ita & *Imperii* Hunc enim ipsum in finem Deus & Lex Imperatori universalem totius terrarum Orbis dominatum, jurisdictionem, inspectionem ac protectionem *Mant. 22. & Luc. 2. vulg. l. 9. pr. D. ad l. Rhod. de jact l. 6 § 2. D. de excusat. in pr. Constit. de Inst. Cod. confirm. l. 31. princ. C. de Episc. & Cler. l. 14. pr. C. de judic. l. 29. C. de testam. l. 2. circa fin. ibi: pro toto orbe terrarum. C. de quadr. præscr. Novell. 9. vers. quod igitur. Nov. 23. c. 2. Nov. 30 princ Nov. 69. c. 1. Nov. 105. c. 2. in fin. § 1. vers. omnes verò populi in procem. Inst. c. 41. in apibus. 7. q. 1. c. 15. futuram. 12. q. 1 c. 21. convenior. 23 q. 8. Symmach. lib. 3. epist. 55. Const. Frid. de pac. ten. in pr. & in Extravag. ad reprim. Br. & Imol. in l. 1. § per hanc. 2. D. de rei vind. Cyn. & Iason. communem dicens in l. 1. C. de summ. Trinit. Castal. eam opin. Bulgari omnibus summâ ratione probari scribens in l. item si verberatum. 15. D. de R. V. Rest. Castald. de Imperatore, q. 25. Zoanett. de Rom. Imp. n. 149. & n. 251. & seqq. Borch. de feud. c. 4. n. 23. & c. 5. n. 23. Gail. l. 1. P. P. 11. n. 4. & 5. & alii pro hac communi opin. alleg. à Covarr. c. peccatum. p. 2. §. 9. n. 7. circa fin. Peregrin. lib. 1. de jur. fisc. t. 1. n. 40. & 41. Thomas Michael de jurisd. concl. 9. Ludov. Myler. de Advocatia th. 10. lit. 2. & nauseam relati ab Arnisæo lib. 1. de jur. majest. c. 2. Diss. non solùm exteri, Covarr. d. § 9. n. 5. & seqq. & ab eo citati d. n. 7. vers. penult. Vasq. 1. ill. contr. 22. n. 11. & seqq. usq; ad fin. Oldrad. cons. 69. Goth. in d l. 9. ff. ad l. Rhod. de jact. & in d. l. 1. C. de sum. Tr. sed & in nostris, Dauth. tr. method. de testam. n. 248. p. 306. post med. Pruckm. §. soluta potestas. n. 12.*

117. & speciosè Arnisæus d.c.2.à n.3.usq; ad 8. maximè verò orbis Romani, l. 17. D. de stat. hom. l.26, D. ad Trebell. l.1. in pr. (si verba textus restrictivè capias) C. de sum. Trinit. l.ult: in Romanum locum, C. de haret. l.1. & 2. C. de Eunuchis, cum similib. in cujus tranquillitate totius orbis regularitas requiescit, Henricus VII. Imp. in d. Extravag. ad primendam, imò & ipsius met Ecclesiæ Advocatiam defensionem q; legitimam tribuit ac defert, facit d.l.1.3.9.10. & t.t. C. de summ. Trinit. & tt. seqq. Novell. 9. Const. Frid. de pac ten. & ejus viol. in pr. tex. in d.c. convenior. 21. §. pen. 23. q. 8. c. venerabilem, 3. de Elect. Clem. 1. in pr. de jurejur. Decius in c. recepimus n. 17. de privil. Ordinat. Imp. Spirs An. 1529. contra Anabapt. in verbis: Oberster Vogt vnd Beschirmher des H. Christlichen Glaubens/ &c. & Recess. Imp. de An. 1548. §. Damit dann ibi: als Advocat der Heiligen Kirchen/ vnd Beschirmer der Concilien. Ioh. de Lignano tr. de bello. c. 15. Menoch. cas. 338. n. 7 (ubi ad alios quoq; Principes hoc extendit, per c. Principes. c. Regum. c. administratores. 23. q. 5.) quo referenda est imploratio brachii secularis seu Cæsarei, de qua Gail. 2. P. P. 17. n. 33. & 34. ubi rationem in coadjuvatione jurisdictionum ponit, (vid. Ord. p. 3. t. 48. §. 9. ubi vicissim de invocatione brachii Ecclesiastici.) Symphor. tom. 1. p. 2. t. 5. Diss. impudenter hanc protectionem Imperatori detrahens Roch. de Curte de jure patron. verb. dotavit. n. 9 hoc nomine notatus à Lud. Myler. d. th. 10. in fin.

39. Hunc (inquam) in finem, quò tum pacem Ecclesiæ in religionis Christianæ unitate custodiat, l. 8. in pr. vers. nam pax Ecclesiæ. & §. 4. & 5. C. de sum. Trinit. l. 4. & passim eod. t. & seqq. c. fin. dist. 96. in pr. & c. 1. & 2. dist. 97. c. qui contra. 32. caus. 24. q. 3. Const. Frid. de statut. & consuet. contra libert. Eccles. & passim in Recessib. Imperii. Lips. 4. polit. 2. tum securitatem publicam, præsertim in provinciis sibi subditis, Imperiiq; limitibus per Constitutiones & Officia sua civilia & militaria jugiter tueatur, l. nam salutem, 3. pr. D. de off. Præs. vigil. junct. l. 3. in fin. & l. 13. pr. D. de off. Præs. l. 2. C. de off. PP. Afric. l. 4. de off. Mag. mil. l. un. ibi: ut modis omnib. quæ pro universar. provinciar. salute sancimus, sortiantur effectum, C. ut omnes jud. tam civiles quàm milit. & c. Paul. Grillandus de relax. carcerat. specie 2. q. 1. n. 2. Nov. 17. c. 2. R. de An. 1555. §. Nach dem. p. 433. & seqq. quò pertinent, quæ de prudentia Principis cùm togatâ tum militari, tractant Aristot. & cumprimis Io. de Arze Hispanus in proœm. Inst. & Lipsius in Politicis, & attento, quòd salus populi Principatus finis sit, N. 149. c. 3. ubi Goth. Guicciard. hypomnesi polit. 64. omnes bona facientes protegat, auth. habita. C. ne fil. pro patr. & illæsos conservet, Nov. 85. pr. Unde eam obrationem multa hodiè regna Imperatori non subesse, quòd propter distantiam vel aliam causam spem omnis Imperatoriæ defensionis præsiam sibi videntes dominum mutare aliiq; se subjicere coacti fuerint, ex Bl. refert Alb. Brunus cons. 86. omnipotentis. n. 2. Lud. Myler. d. disp. de Advocatia th. 4. inf. & civitatem Imperii auxilium Imperatoris implorantem, si non defendatur, alii se submittere posse, tenuit & Felin. c. cùm non liceat. n. 12. vers. 8. de præscr. ac notum est, quid superiore seculo de Borussia contigerit, ex Sleidan. lib. 5. comment. in fin.

40. Hinc anteriorum Imperatorum temporibus ipsorum jussu Irenarchæ (disciplinæ publicæ & corrigendis moribus præfecti, l. ult. §. 7. D. de mun. & honor.) per singulas provincias creabantur, qui ad earum tutelam, quietis ac pacis per singula territoria facerent state concordiam, l. 9. D. de custod. reor. l. 9. C. de jure fisci & paciput l. unic. C. de Irenarchis, lib. 10. Coler. de process. execut. d. p. 4. c. 1. n. 204.

41. Imò omnes Magistratus potestatésve publicæ & in his Præfect. urbi & Præsides prov. in id unicè incumbere tenebantur, ut subditorum quietem tuerentur,

eosque, constitutis etiam militibus stationariis & facinorosorum denunciatoribus, à violentiæ formidine præstarent immunes, *l.6.§.2.D.de off.Præsid.& l.ult.pr.D.quod met.caus.* atq; ita curare, ut pacatæ atq; quietæ essent provinciæ, quas regebant, purgando eas à malis hominibus, quos conquirere, &, prout quisq; deliquerit, in eos animadvertere, receptoresq; eorum, sine quibus diutiùs latere non possunt, coercere jubebantur, *l.3.in f.l.13.pr.D.de off.Præs.l.4.§.2.D.ad l.Iul.pecul.*

42. Non minùs & hodiè potestatum Imperatore inferiorum, puta Ducum & Principum, (qui pleriq; omnes successerunt præsidibus provinciarum, *Bl. loquens in Episcopo habente merum & mixtum imperium, quod Præses sit sui territorii, in l. fine pars, in f.C.de dilat.per tex.in l.6.§.6.D.de off.Præs.relat.in voto Revis.statim allegando, n.78.wes.cons.43.n.45.Scip.Gentil.lib.3.de jurisd.c.23.*) item Comitum (qui itidem ab Imperialibus regionum præfectis originem traxerunt, *Scip Gentil.d.loc.*) & judicum in Civitatibus merum & mixtum Imperium habentium, (quia & Civitates seu tales in iis judices præsidibus prov. æqui parantur, *Fich.vol.2.cons.63.n.8.in f.V.tom.3.cons.31.n.6.* imò Officialium quorumcunq; (ordinariorum sc. non delegatorum) merum & mixtum Imperium habentium, (qui omnes appellatione Præsidis continentur, *Paris de Puteo de Syndic.p.2.verb.Officialis,n.14.f.213.b.*) hoc officium est: I. Ut virtute protectionis jure ordinario sibi competentis subditos territorii sui tueantur, *Votum in causa Revis.N.cont.B.(quod habetur Symphor.tom.1.p.3.vot.23.& apud Thylm. de Ben.Syntag.2.decad.4.vot.3 n.56.§.* Ad hunc quoq; punctum des Gleits/ &c. & videntes aliquem suę jurisdictioni subjectum in periculo constitutum, ei omninò succurrere teneantur, quantum possunt: quia idcircò Magistratus officio suo fungitur, ut subditorum saluti prospiciat, *l.2.pr.§.originem,13.D.de O I.d.l.1.§.12.D.de off.præs. urb.d.l.3.& d.l.6.§.2. D. de off. Præsid. d. l.ult.pr.D. quod met.caus.* quapropter non solùm instructus est satellitibus & apparitoribus, sed etiam Imperio, ut mandare aliis possit, quò tali subveniant, & auxilium præstent, *ut præclarè docuit Obrecht.tr.de defens.c.7.n.40.Adde Gail.de Arrestis c.8.n.12.* II. Ut territoria suâ à malis purgent hominibus, *d.l.3.& 13.D.de off.Præsid.d.l.4.§.2.D.ad l.Iul pecul.R.de An.1559.§.* Vnd haben vns *p.558.Boss.t.de captura n.76.Borch.c.un.quæ sint regalia.n.27.Myns.5.obs.70.Gail.2.obs.64.n.2.Denays.t.213.§.8.* quia prædictæ protectioni ordinariæ conaret jus indagandi, conquirendi, persequendi istius farinæ homines provinciæ pacem & quietē turbātes, vulgò das Recht des streiffens/ *Fich.d.cons.63.n.8.in f.vol.2. & patet ex d.voto Revis.in causa N.contra B. apud Thylm. de Benign.d.loc.n.77.& 78.*

43. Neq; etiam suis hodiè Irenarchis Imperii Romano Germanici provinciæ destituuntur. Quemadmodum enim in Gallia Præpositi Marescallorum, quos vocant, eorum instar sunt, imò potestate majore, quàm illi, in pacanda provincia utuntur, cùm citra remissionis necessitatem grassatores aliosq; turbatores pacis publicæ pœnâ capitali absq; provocatione afficiant, *ut notat Goth.ad all.l.6.D.de custod. reor.* Ita in Imperii Circulis seu regionibus (quarum *in R.A.1500.p 40.* sex constitutæ, *Adde R.A.1507.p.77.& Ord.Cam.p 2.t.2.* at in R.A.1512.*p.91.*& A.1522.*p.149.& seq.* pro commodiori tuitione pacis publicæ, & contra hujus turbatores ac violatores exsecutione, quaternis auctæ sunt, *Denays t.72.*) Ducum in iis per Imperatorem electorum munus est, pacatas eas conservare, & earum tranquillitatem seditiosè, grassatoriè aut prædonio more violantes conquirere, persequi, & ad pœnas legitimas cum consilio Adjunctorum seu Adsessorum deposcere ac condemnare, *dd. Recessib.Denays.t.212.§.2.& seqq.junct.t.213.n.2.& 3.*

44. Non

44. Non desunt, qui Procuratores Regios seu fiscales, quibus quorumvis persecutio criminum incumbit, *Ord. Cam. p. 1. t. 16. & p. 2. t. 20. (qui præcipuè in causis pro publ. loquitur) Steph. Forcatul. ad Rub. C. de accusat. n. 23.* in locum denunciatorum sive stationariorum successisse putent, *ut innuit Duar. 1. disp. anniv. c. 38. ubi ex neglecta inscriptionis necessitatem eis remittendam censet. cum quo transit Denayss. in addit. jurisd. Cam. p. 21.*

45. Et hactenus quidem declarato modo Imperator & inferiores potestates communem securitatem intrinsecus, & in ipso Imperii solo ab internis hostibus vi protectionis ordinariæ defendunt. Ut verò etiam de foris sufficienter tuta illa reddatur, contra hostes videlicet externos: alia duo protectionis membra accedant oportet; *custodia* videlicet *limitum*, seu *finium & munimenta*.

46. Custodiam finium quod attinet, dubitandi nulla est ratio, quin ita conveniat fieri, ut Superior potestas, sicut jure superioritatis custodes ponere potest, *D. in l. si ita testamento. 15. §. mulier villa. ult. D. de instr. leg. Ang. in l. ne quid. 7. pr. D. de incend. ruin. naufr. arg. l. si ita legatus. 16. §. dominus. 1. D. de usu & habit. Alex. cons. 88. col. pen. vol. 5. Hier. de Monte fin reg. c. 52. n. 5. & 6.* sic ipso semper actu fines provinciæ per custodias server, atq; ita ab omni hostium incursione subjectos tueatur ill æsos, *text. optimus in l. 2. C. de off. P. P. Afr.* Istiusmodi custodes finium sunt milites limitanei die auff den Frontieren vnd Grentzhäusern in der Besatzung ligen/ *de quibus vide wes. cons. 17. p. 1. & Obrecht. disp. 2. de bello, th. 822. & seqq.*

47. Circa munimenta seu munitiones, quæ & burga, *d. l. 2. §. 4. C. de off. P. P. Afr.* arces, castra, fortalitia, præsidia, propugnacula dicuntur, *not. Marq. Freher. ad alleg. Const. Adolphi in verb. munitionem.* aliquot delibabo quæstiones. Prima est: Licetne Principi ædes, fundum, agrumve subditi destruere vel occupare, si fortè exstruenda illic sint propugnacula, fossæ dilatandæ, aggeres aut vallum attollendum, publicæ contra hostes securitatis propugnandæ gratiâ? Et, cùm Princeps ex causa publicæ necessitatis vel utilitatis privato alicui rem suam auferre possit, *l. 15. §. 2. ff. de R. V. Covarr. lib. 3. V. R. c. 6. n. 6. Vasq. 1. contr. ill. c. 5. n. 9.* precium tamen refusurus, *Zas. cons. 10. n. 6. & seqq. quod etiam in Ecclesia tenuit Rol. à Valle cons. 1. n. 121. & 122. vol. 2.* sine dubio sub eadem conditione refusionis precii quæstio proposita adfirmativè decidenda erit, *l. 9. & 15. C. de operib. pub. Gail. 2. obs. 55. Diss. Pruckm. §. soluta potestas. c. 4. assert. 5. n. 15. & seqq.*

48. Deinde quæritur: Num cuiq; in suo solo proprio castrum ædificare, & dirutum reædificare licitum sit? *de qua q. vid. Legistas in l. 1. §. opus novum. & passim. D. de N. O. N. & Canonistas in c. ult. de rest. spol.* Solutio huc redire videtur, ut ad æmulationem, invidiam, periculum aut detrimentum vicini Status id facere prohibitum sit, *arg. l. in fundo. 38. ibi: nec malitiis indulgendum est. D. de rei vind. l. 9. ibi: cùm aquè commodè per alteram partem facere possit. D. de servit. l. 5. D. de extraord. crimin. l. 28. §. 7. D. de pœn. l. un. C. de his. qui ad stat. conf. M. Freher. ad d. Const. Adolph. in verb. munitionem, Gail. 2. obs. 69. n. 18. ubi n. 23. subjicit: Principem vicinum propè Civitatem Imperii fortalitium exstruere vetari, præsertim ubi ea contra hujusmodi molitionem specialiter esset privilegiata. n. 24.* aliàs verò regulariter quilibet in suo territorio utiliter & bonâ fide castrum suscitare possit, *arg. l. 8. §. 5. vers. in suo enim. D. si servit. vind. cum similib. Laudens. de castellan. & castris, q. 9. Freher. d. l.* maximè ad sui defensionem, *Gail. d. l. num. 31.*

49. In mari quoq; aut littore quin idem concessum sit, nullus dubito, *per l.1.§.18.D.de N.O.N.* at non in via publica aliòve loco publico citra auctoritatem Principis, (quà impetratâ licentiâ, nihilominùs sine cujusquam injuria incommodoq; illic ædificandum est, *l.2.§.10.& 16.cum seq.D.ne quid in loc.*) ut nec in superiotate alterius, Comitis putà aut Pàincipis, nisi ejus concessione vel patientiâ, *arg.d.l.2. D.ne quid in loc.pub.text.in alleg.Const. Adolphi.§.nulli licitum*, sive, ut est in speculo veteri Suevico, **ohne des Landrichters Vrlaub. Schawspiegel** *c.* 234. **von Vesten bawen.** *&c.seq.Freher.d.loc.*

50. Tertiò quæritur: Utrùm castrorum reparationis, itemq; custodiæ (v.c. cùm hæ aguntur more solito per milites præsidiarios, **so auff sondern Vestungen in der Besatzung ligen**/*de quibus Obrecht.d.disp.2.de bello,th.826.& seqq.*) & similia alia dispendia publicam utilitatem respicientia, à Principibus suomet sumtu, an verò ab universitatibus seu communitatibus fieri debeant? Posterius juris esse puto, *per l. ad portus.7.& præcipuè l.omnes.12.C.de operib.pub.Laudens.d.tr.de castell.q.8.Petra de potest.Principis.c.18.n.18.& 19.Pacian.cons.101 n.30.Dissentire videtur Angel.in l.turres.18.C.d.t.existimans, civitates & castra per ipsum Principem reparari & defendi debere impensis ejusdem tam tempore belli, quàm pacis: quem tamen de fortalitiis privatis & ad privatum ipsius Principis usum destinatis*, **von Fürstlichen Schlösseren vnnd Hoffstätten**/*interpretari conatur Boër.decis.212 in pr.(ubi vide per totum de custodiis civitatum & castrorum nocturnis: conjunge eundem de variis custodum generibus docentem in tr.de custodia clavium, portarum, Civitatium, castrorum vel aliorum fortalitiorum, adde l.officium.12.§.officium.2.ubi Dd.D.de re milit.Meichsner.tom.4.decis.22.n. 54.) Natta cons.185.pr. Surd. cons.83.n.7.*

51. Quid, si Superior expensas in castri fortificationem contra incursiones hostiles fecerit, num eas ab illius castri domino proximo & immediato, cui finito bello castrum restituendum est, repetere poterit? Et refundi eas oportere negaverim, quia, quoties in sui utilitatem principaliter quis impendit, etsi alii in cõsequentiam prosit, non repetit, *arg.à contr.sensu ex l.si absente.48.pr.D.de usufr.text.in l.ult. D.de impens.in res dot.fact.facit l.2.§.idem Labeo.28.vers.cùm enim. D.ne quid in loc. pub.* inspicitur namque, quod principaliter, non quod in consequentiam fit, *l.1.D.de auct.tutor.cum similib Laudens.d.tr.q.6.*

52. Deniq; quæritur, Anne subditi ad refectionem castri & excubias in castro cogi possint? quod per text.*th.55.* necessitate tamen imminente, adfirmandum crediderim, *cum Guid.Pap.q.731.col.6.quem refert Symph.tom.3.verb.Subditi,p.327.*

53. Habuimus, quemadmodum legis & Imperii beneficio communis securitas paretur: imò & pleraq́ue hactenus deducta, conservandæ ac defendendæ ejusdem nervos oculis subjiciunt, quæ defensio vel togata est, quæ legitimis sit judiciis, quibus, ubi res moram fert, ante omnia experiundum est, *arg.l.non est singulis.176.D.de R.I.* vel armata, quæ armis, *pr.proœm.Inst.& pr.const.de Iust.Cod.confirm.l.advocati. 14.C,de advoc.diu jud.Nov.85.pr.Goth.l.5.de I.& I.* nec justa tantùm, quando publica est, & bello peragitur: sed &, cùm est privata: quoniam silent leges inter arma, nec se expectari jubent, & imò lex ipsa in casu necessariæ defensionis contra injustas offensiones singulis arma in manus porrigit, *Cic.pro Milon. Florentinus in l.3.de I.& I. ubi omnes Dd.& per tot.mater.defensionis: eleganter Oldend.post d.l.3.in q.de bello pub. & priv.Tilem.p.1.disp.1.th.14.& 18. adde de defensionis auctoritate gravissima Guicciard.lib.10.hist.pr.*

54. Vi-

54. Videndum porrò, in quibus consistat universalis illa omnium securitas? Generatim quidem cernitur in immunitate à personali offensione, injuriis, eorumq; damnis, & omninò in aurea pace publica, *per suprà latè deducta*. In specie verò in libero tutoq; omnibus usu commerciorum, §. 2 *in fin I. de I.N.G. & C. d. l.* 5. *Dd. & l.l.* 1 *D. de contr. emt. & al. jur. relat. à Tholos. lib.* 21. *syntagm. c.* 1. *n.* 3. *& propiùs aliis minos Rosenthal in synops. feud. c.* 5. *concl.* 21. *lit. c. tex. in R. A.* 1555. §. Setzen demnach/ *&c. p.* 427. *(qui pressus fuit in causa A. contra D. I. & aliis similib.) Denays. t.* 216. §. 3.

55. Deinde, in libero tutoq; omnibus usu viarum publicarum, *l. fluminum.* 11. *in pr. D. de damn. inf. l.* 2. §. *viam pub.* 21. *in f. D. ne quid in loc. pub. Dd. in l.* 1. *D. de via pub. Affl. c un. verb. via. n* 1. *quæ sint reg. Peregr. lib.* 1. *de jur. fisc. t.* 1. *n.* 22. *Gail. lib.* 2. *P. P. c.* 13. *Sixtin. de regal. edit.* 1. *c.* 4. *n.* 23. *& seqq.* quia publicè utile est, sine metu & periculo per itinera commeari: semperq; debent ea loca, per quæ vulgò iter fit, eandem securitatem habere, *l.* 1. §. 1. *& 2. D. de his, qui dejecer. vel effud. Stracchain præf. de assecurationib. n.* 61. *circa fin.* & Constitutiones Imperii volunt, ut Magistratus locorum omnia sub se itinera suo sumtu tuta atq; secura præstent, vim, prædas, injurias illic prohibeant, grassatores per subditos & officiales ubiq; locorum persequantur, mutua vicini auxilia huic fini conferant: Circuli deniq; pro se quisque, quoties erit usus, explorandis pacandisq; viis custodes suos & latrunculatores paratos habeant, *R. de A.* 1548 § ferner *p.* 345. Landfrieden *eod. A. circa f. pr. p.* 380. *R An.* 1555. §. Nach dem aber. *p.* 438. *R. An.* 1566. §. *in vers.* Nach dem aber *p.* 598. *Denays. t.* 211 §. 3. *t.* 212. §. 28. *& seq. t.* 213. §. 7.

56. Liber tamen iste tam commerciorum, quàm viarum publicarum usus non parum coarctatur per vectigalia, quæ de mercibus transvehundis (*quanquam Salic. in l.* 2. *C. nov. vectig. inst. non posse, ea non solùm de rebus, quæ de loco in locum transvehuntur, sed etiam de his, quæ sunt intra civitatem vel oppidum, exigi censeat, relatus à Chass. Rub. t.* §, 4. *verb. indire & imposer. n.* 2. *p* 118. *in consuetud. Burg. quod quia etymo repugnat, ideò posterius istud exactionis genus, quod domi solvitur, vulgò* Stewer oder Beed/ *tributum dicitur, & à vectigali* Zoll *distinguitur, Chass. d. l. n* 17. *sive de rebus immobilibus Principi vel Reipub. solvatur, ibid. n.* 14. *sive de mobilibus, & in his de vino, cervisia, &c. quorum onus vulgò accisia seu assisia,* Ungelt/ *item impositum,* Auffschlag *dicitur R. A.* 1576. §. Weiters seind *p.* 719. *Hensch. de privil th.* 53. *vide vota in caus.* M. *cont.* E. *con. & reconvent. Symph. tom.* 1. *p.* 1. *t.* 2.) *exiguntur, t. t. D. de publ. & vectigal. & commiss. t. t. C. de vectig. & commiss. ut robiq; Legistæ, c. un. ubi Feudist. quæ sint reg. ubi & telonia dicuntur, ex Græco* τελώνιον, *Bl. & alii ibid. Chass. d. l. n.* 4. *d. cons. Adolphi, ubi Freh. vitiosè thelonia efferunt, vulgò pedagia (cui consonat Gallicum* peage/ *à pede sic dicta, ut voluit gl. & Cc. in c. super quibusdam,* 26. *de V. S. Chass. d. l. n.* 6. *vid. infrà th.* 68. *rat.* 5. *aut à Germanico* Bedagen/ *quod est constituere, ordinare, deputare, eò quòd nemo aliter, nisi cui & quantum constitutum determinatúmve sit, exigere vel exigi possit, Henscher. d. th.* 53. *Vocantur & gabellæ, à Germanico* Gabe/ *Hensch. ibid. Adde Spigel. in lexic. ubi gabellam, daciam, taliam, passagium, pontivegium, guidagium & similes voces, quæ apud Italos sint, species certi tributi & exactionis, ab Interpp. è trivio sermonis Italici collectas esse, neminem ignorare inquit.*

57. Nam ob non factam professionem (fieri autem de rebus quibuscunque, etiam vectigal non pendentibus debet, *l. f.* §. 3. *& 9. D. d. t. de public. l.* 203. *ubi Forn de V. S. Cujac.* 14. *obs.* 3. *Bocer. de regal, c.* 2. *n.* 207. veluti de vino pro scholaribus emto, *Dd.*

in d.§ 9. nisi talis esset res, pro qua notoriè gabella non deberetur, ut sunt libri scholarium, *Affl d.c.un.verb.vectigalia n.159. Peregr.lib.6.de jur.fisc.t.5.n 31.*) wann einer nicht anzeigt/was er führe/ & sic dilatam solutionem vectigalium (nec imputari debet publicano, quòd non instruxerit transgredientem, sed illud custodiendum, ne decipiat profiteri volentes, *d.l,ult.§ 6 D.de publican.* unde si professus quidem esset, at non solvisset, publicanum teneri verius est, *d l ult.§ 12. Diss.post Salic.Sich.isto casu transeunti vectigal duplicari putans, ad rub. C. de vectigalib. n.11.*) atque omninò ob quamvis fraudationem, scientet tamen & de industria factam, Da einer die Wahren betrüglich verläugnet/oder sonst dem Zoll wissentlich entfähret/ *Consult.Sax.tom. 2.p.4.q.56.f.170.* (si per imprudentiam aut errorem facta sit, omnimoda quidem excusatio non patet, pœna tamen mitior est, duplatio sc. vectigalis, *d.l ult.§.5.junct.§. 10.D.de publ.Consult. Sax.tom.1.p. 4.q.42 f.96.*) res, quales-quales fuerint, perduntur, & in commissum cadunt, *l.8.& 14.D.d.t.ubi Dd.Sich.d.n.11.* adeò ut non solventi pedagium mercium, pro quibus solvi solitum est, etiam confiscentur aliæ, quas portabat, pro quibus non debebat, *post G.Pap.q.572.Boer.d.178.n.26.*

58. Incidunt autem res in commissum præsupposito jure colligendi pedagia, *Bl.cons.340.in f.vol.5.* nimirùm si dominus territorii, qui ea exigit, tale jus ex privilegio Principis vel præscriptione, (quæ in jure istiusmodi jam formato adquirendo 40. annorum, *l.4 C.de præscr. 30.vel 40.ann.* ad idem verò demum formandum immemorialis requiritur, *d.c.26.de V.S.Myns.1.obs.30.4.obs.24.5.obs.29.n.8.& seqq.Vide latè Bocer d.tr.de regal.c.2 n.189.& aliquot seqq. qui inter habentem titulum & non habentem, bonâ tamen fide in possessione exigendi vel q. constitutum distinguit.*) quæsitum habeat, *Dd.latè ad d t.C.nov.vectig. inst.non poss.& in d.c.un. quæ sint reg. Cc.in d.c.super quibusdam.Host.in summa.de censib.§.ex quib.caus col.3.Chass.d.l.n.30.* sicut Electores *ex Aur. Bull.t.9.* & hodiè pleriq; ferè Principes & Status Imperii ex privilegio aut præscriptione quæsitum habent, *Vid. Sixtin.tr.de regal c.de vectigal. Obrecht.disp.de regal.th 260 & seqq & th.417.& seqq.vid.inf.th.75.*

59. Cui consequens est: eum, qui citra concessionem Imperatoris, *Diss.quodammodò post Bl.l.fin.C.de vectigal.Sich.ad d.Rub.n.7 magnas Civitates instruens, ut octavæ jure civili pro vectigali constitutæ, l.7.C.d.t.tertiam, quæ civitatibus relinquebatur (cæteris duab tertiis in fiscum Cæsareum illatis) l.fin.C.d.t.etiam sine Imperatoris auctoritate exigere possint.* (præter cujus auctoritatem hodiè etiam Principum Electorum consensus, *Bocer.d loc.n. 184.* itemq; justa causa ad novorum vectigalium institutionem desideratur, *ibid. n.187.& 188.Chass.d. n. 10.*) nova vectigalia quocunq; prætextu instituit, aut vetera auget, *contra l.10.pr.D.de publ.l.2.C.nov.vectigal.&c.d.R.A.1576.§.* Weiters seind *p.719.Chass.d.loc.n.29.* (*ubi singulariter ait, vetera vectigalia sive ultra solitum augeantur sive minuantur, nova dici, tex.in l.10.pr.D. de publican.*) *Myns.d.obs.29.n.2.Bocer.d.l.n.183.* non modo hæc, utpote illicita, ad effectum commissi fraudata dicere non posse, *Peregr d.lib.6.t.5.n.35.& alii alleg.à Bocer.n.185.* sed &, si quid hoc nomine exegerit, restituere (*& quidem jure communi cum altero tanto, l.1.in pr.l.5.§.fin.imò per vim extortum cum pœna tripli, l.9.§.5.D.de publ. Myns.d.obs.29 n.5.*) cogatur, *l.3.C.nov.vectig.Bocer.d.n.185.* quin & ob vigorem disciplinæ publicæ extra ordinem insuper plectatur, *d.l.9.§.5.D.de publ,v.l.4.C.nov.vectig.instit.non poss.Host.d.col.3.Chass.d.n.10.* atque in pœnam l.Jul.de vi publica, *l.ult. D.ad l.Iul.de vi publ.* de ambitu, *l.unic.§.3.D.ad l.Iul.de amb.* vel etiam læsæ Majestatis,

tis, *pr. l. 3. in fin. D. ad l. Iul. Majestat. Mindan. lib. 2. de process. c. 42. princ.* incidisse putetur, *Bocer. d. l. n. 186.* In Camera Imperiali contra istiusmodi vectigalium illicitorum exactores, de iis non exigendis mandata inhibitoria, *Mind. d. l. n. 1. 4. & 5. Bocer. d. n. 186.* pro jam exactis vero restitutoria impetrari solent, *Symphor. tom. 1. p. 2. t. 6. p. 36. & 37. & tom. 3. in verb. vectigal. p. 350.* Imò, etiamsi vetera vectigalia, non quidem aucta, denuo tamen, eoq; consueto loco in alium, cùm præjudicio eorum, qui vectigal pendere coguntur, quibus fortè prolixiore viâ jam sit utendum, aliáve aliqua difficultas major exinde injiciatur, translata dicantur, *contra quam translationem facit arg. l. si cui. 9. vers. verùm constitit. D. de servit. & arg. l. 6. circa fin. D. quemadm. servit. amitt. arg. l. 4. §. ult. & l. 10. pr. D. d. t. de public. & arg. d. Recess. Imp. junct. l. illud 32. D. ad l. Aquil. Henscher. de privileg. d. th. 53. in fin. faciunt tradita à Chass. d. l. n. 8.* mandata sine clausula decerni præjudicio firmatum est, *in causa C. C. contra A. E. C. 9. Decemb. Anno 1586. Mind. d. c. 42. n. 4. & 5. Bocer. n. 195.*

60. Licitorum itaq; solùm vectigalium fraudatio merces in commissum cadere facit: quæ plerunq; contingit, cùm mercatores & aurigæ cum mercibus, quas vehunt, à reg. a solitaque via deflectendo, & aliâ transeundo telonia declinant: ubi indubitati juris est, quin ii, qui taliter merces suas per viam transvectam vehunt aut vehi curant, ne passagium transeant, amissione rerum suarum puniantur, *facit l. 4. §. 5. D. de offic. proconsl. l. cùm proponas. 3. ubi Bl. Castrens. & Salic. C. de naut. fœn. l. qui fiscales. 7. ubi Br. C. de navicular. lib. 11. l. præsidibus. 2. ubi idem Bart. C. de curs. pub. lib. 12. Bertachin. de gabell. 9. p. princ. de fraud. gabell. n. 18. & 19. Franc. Lucan. in tract. de fisco & ejus privileg. in 4. part. de vectigalib. n. 14. Assl. per plurimas authoritates in c. unic. verb. vectigalia, n. 52. qua sint regal. (ubi amplius putat, ultra pœnam commissi nihilominus vectigal esse solvendum, quod tamen textus non probare dextrè animadvertit Coler. p. 1. cap. 3. n. 79. quem omninò vide. & n. seqq. ubi n. 80. ex Archid. in c. si quis Romipetas. 24. q. 3. eos, qui declinando fraudant legitima vectigalia, non minùs in foro conscientiæ, quàm justitiæ peccare: & ex Bart. Bald. & Assl. locis all. eos Deo delinquere, & mundo, facit Rom. 13.) Fachs. post consil. Pistor. cons. 11. n. 58. & 61. Consult. Saxon. tom. 2. p. 4. q. 56. f. 170. n. 2. (ubi id procedere dicitur, si mercator aut ejus famulus fraudem commisisset: at, si solus auriga fraudulenter egisset, currum & equos ipsius confiscari posse, n. 3. Sin equi sint alieni, tenebitur iste, alienis instrumentis usus, domino vectigalis ad æstimationem rei alienæ, ita post gloss. fin. Sichard. in l. 1. n. 9. C. ut nemo privatus, &c.)* nisi fortè transiens per viam in usitatam hoc faceret ex justa aliqua & legitima causa, putâ, quia communis strata ab aquis fuit inundata, *l. 2. §. 8. D. si quis caut.* vel à latrunculis occupata, *Bertachin. d. p. 9. n. 18. Fr. Personalis tract. de gabellis. n. 94. Rosenth. de feud. cap. 5. concl. 39. n. 2.* Cùm dolus tunc absit, qui in hoc edicto punitur, *l. Cæsar. 15. & l. ult. §. 8. D. de public. d. l. C. de naut. fœn. argum. l. 14. & 16. D. de liber. caus. Coler. d. l. n. 83.* Cæterùm, aliàs vectores nūquam debent egredi viam rectam absq; bulleta, *Bertach. d. n. 18. Col. d. n. 83. Fachs. d. n. 61.* Et solent domini terrarum, quib. jus vectigaliū competit, constitutos habere speculatores & stationarios (quales & olim Octavariis ad telonia præsto esse solebāt, *facit l. 34. §. 1. D. ex quib. caus. maj. l. 5. C. de vect. & utrob. Gothof. qui add. l. 5. all. Dion. lib. 54.*) ex omnibus partibus ad hoc intendentes, ne aurigæ aut vectores merces per insolitas vias deflectendo defraudent vectigalia dominorum, ac, si quem in viis inusitatis ad evadendum passagium deprehendunt, illum detinent, & puniunt

niunt amissione rerum suarum quas portat, *Coler. prad. n. 79. qui & paulò plùs n. 81. adversùs aurigam, qui extra viam publicam reperitur, malam generari suspicionem dorat, quòd voluerit fraudare vectigalia: unde n. 82. reprehendit Bald. in l. 3. C. de naut. foen. sicentem: ad hoc, ut possit puniri in amissione mercium, expectandum esse, donec exeat locum territorii. quia aliàs semper possit redire in viam rectam & pœnitere.*

61. Committuntur autem merces ex causa fraudati vectigalis ipso jure, ita ut statim desinant ejus esse, qui crimen contraxit, dominumq; rei vectigali adquirit, ita tamen, ut ob contradictionem partis sententia requiratur declaratoria, per quam possessori possessio auferatur: eapropter commissi persecutio, h. e. rei vindicatio, adversus heredem & quemlibet alium possessorem competit, *d. l. 8. & 14. per D. de publicis. junct. l. defensionis facultas. 7. C. de jur. fisc. lib. 10. l. f. C. de bon. vac. ead. lib. 10. Berlach. d. p. 9. de gabell. n. 3. & seq. Borch. c. unic. n. 49. quæ sint reg. Coler. d. p. 1. c. 3. n. 79. & 84. (Boër. ad firmarium seu assensatorem, qui pedagia conduxit, & in jurisdictione publicanus dicitur, eò quòd hic sit loco fisci, l. creditor. 18. D. de A. E. & per l. ult. §. 10. D. de publican. l. si quis. 11. ubi Dd. C. de vectigal. emendas pedagiorum violatorum spectare docent, decis. 180. ad idem Peregrin. lib. 6. de jur. fisc. t. 5. n. 32.) Cacheran. decis. 86. Mynsh. obs. 29. n. 7. Gail. 2. obs. 51. n. 5. & 2. P. P. 3. n. 11. (& in arg. 1. obs. 20. n. 8.) Rosenth. c. 5. concl. 40. Fachs. cons. 11. n. 62. Wesenbec. cons. 12. n. 37. p. 1. Rol. à Valle cons. 42. per tot. p. 3. per quinquennium verò omissa perit, l. 2. C. de vectigal. & commiss. Sich. ad Rub. ead. n. 11. in fin.* quod Bart. *in d. l. 2.* regulare esse tradit in omnibus publicationibus, idq; magnoperè tenendum putat, quia possit gloriam párere, *cum quo transit Sich. d. loc. n. 12.*

62. Summâ quoq; ratione istius in fraudatores vectigalium pœnæ constitutio nititur, ut nemini iniqua videri possit aut debeat, cùm ad dominos cujuscunq; territorii vel civitatis pertineat refectio viarum (quo sensu gabellas rationes solvi publici solvi *per l. 1. D. de publis. & c. 26. de V. S. dixit Chass. Rub. 10. des retraict. §. 1. verson heritage. n. 11.*) & pontium, *Capoll. de serv. rust. c. 3. de servit. via. col. 15. item præstationes annuæ ad communes necessitates pro Rebus pub. scholis, Ecclesiis, theatris, muris & similibus, l. 5. 6. & præsertim l. 10. & ult. C. de vectigal. Coler. d. p. 1. c. 3. n. 77. & seq. arg. l. 10. D. de R. I. l. 12. C. de A. E. c. qui sentit. 55. de R. I. in 6.* & cum ii, qui pedagia solvunt, sint sub tutela dominorum territorii, qui eâ lege illa exigunt, ut teneant loca & stratas tutas, innoxiumq; ac indemnem præstent transitum, *Fr. & Aug. in l. ne quid. 7. D. de incend. ruin. naufr. Bl. c. unic. § Marchio n. 5. f. 8. b. de his qui feud. dar. poss. & c. 1. n. 1. quæ sint reg. & c. 1. §. conventicula. n. 7. de pac. jur. fr. Archid. c. si quis Romipetas & peregrinos. 24. q. 3. Cagnola in l. culpa caret. n. 11. D. de R. I. Affl. d. c. 1. vers. vectigalia. n. 9. & 108. quæ sint regal. Fr. Personal. d. tr. de gabell. n. 48. & seqq. Boer. tr. de custodia clavium, n. 78. Alex. cons. 88. col. ult. vers. præterea ille actus custoliendi, vel. Guid. Pap. decis. 413.* & salvent solventes in persona & rebus, *Chass. supra d. l. n. 11. 12.* ut, si quid damni eis in via publ. contingat, putà, si deprædentur, illi, nisi malefactorem exhibeant, ad præstationem seu refusionem ejus teneantur, *text. opt. in Nov. 134. c. 4. ubi gl. Bl. dd. loc. Ant. de Butr. & Panorm. c. licet. n. 8. de rest. spol. Bertachin. all. tr. de gabell. q. 4. n. 14. Laudens. de Principe, q. 163. Affl. in comm. super jure protimiss. in gl. tua hac lex. col. 3. G. Pap. d. decis. 413. Boer. d. tr. n. 79. Chass. in Rub. 1. ubi sup. n. 12. & in Rub. 10. ubi supra n. 13. wes. ad t. de public. n. 4. Beust. ad Rubr. de jurej. n. 183. Coler. p. 1. c. 2. n. 336. Borch. c. unic. quæ sint reg. n. 27. & seqq. Schrad. in miscell. c. 22. Moller. 3. semest. 16. Zas. lib. 1. cons. 14. (inter V. C. tom. 1. cons. 9.) n. 8. & seqq. Mynsh. 5. obs. 70. & 71. Gail. 1. O.*

64. alii

64. ubi *Graveta, Rhoding. 1. Pandect. Camer. t. 12. n. 26.* quod quatenus non modò in terris Saxonicis, *vigore* **Sachſenſpiegels** *ſive* **Landrechts** *lib. 2. art. 27.* ſed & in univerſo Imperio, *per text in Receſſ. de Anno 1559.* § **Damit dann** *p. 560. Denayſ. t. 276. §. 4* procedat, poſtremo capite tractabitur.

63. Quoniam verò pœna commiſſi, *de qua ſuprà th. 57. 60. & 61.* valdè gravis, & Principes territoriorum, **die Landsfürſten** aurigis & mercatoribus derobatis damna, prout juris, non ſemper rependunt, ideò non deſunt, qui, conſiderato præſemm, qui frequentiſſimè occurrit, iſtius pœnæ abuſu iniquiſſimo, meliùs fortè pœnam ſubſtituì pecuniariam cenſerent, uti jure Saxonico pœnam quadrupli ejus vectigalis, quod debetur, niſi fraudator aliter cũ domino territorii accorder, in eum ſtatui cenſet Coler. *d. p. 1. c. 3. n. 74 per text. d. lib. 2.* **Landrecht** *art. 27. qui etſi aliter explicetur tom. 2. Conſult. Sax. p. 4. q 56. f. 170. n. 1. & 2. tamen pro pœna pecuniaria in terris Saxonicis ſuperioribus annis pronunciatum fuiſſe ſubditur ibid. n. 4.*

64. Illud ferè apud omnes indubitatum eſt, quòd non ſolventes vectigalia, ab iis, qui citra controverſiam jus exigendi habent, pignorari vel arreſtari, atq; ſic in perſona & rebus ſiſti ac detineri poſſint, *Odofr. in auth. habita, Bl. in c. 1. quæ ſint regal. quos allegat & ſequitur Fachſ. d. conſ. 11. n. 63. Chaſſ. d. Rub. 10. ubi ſup. n. 12. Coler. d. p. 1 c. 3. n 74.* idq; omni dubio caret, ſi de crimine fraudationis auriga convictus vel confeſſus ſit; ſin autem neget delictum, ad hoc, ut relaxationem mereatur, ſatisdare debet judicio ſiſti, *arg. l. 7. §. f. D. qui ſatisd. cog. & notat Ferrar. in forma ſaxamenti. verb. ſapiens. n. 5. quem refert & ſequitur Coler d. p. 1. c. 3. n. 76. quod jus pignorationis in eadem fundatur æquitate, de qua ſuprà th. 62 Quanquam Br. in l. defenſionis facultas. 7. C. de jur. fiſc. ne quidem in caſu commiſſi vectigalis ſequeſtrationi locum eſſe tenuerit: quod merito diſplicet Coler. d. l. n. 84. cùm tales auriga ut plurimùm ſint extranei, quorum ſequeſtratio facilius permittitur, ut dominus accipiat ſuæ injuriæ ultionem, & quia in mora periculum eſt: ſicut & aliàs, ubi de fuga ſuſpectus eſt debitor, ſequeſtrari ac impediri in perſona poteſt, ne ſe loco moveat, Coler. d. p. 1. c. 2. n. 101.*

65. Hinc Conſtitutione Imperii cautum eſt, ne pro Arreſtis ex cauſa vectigalii impoſitis relaxandis mandata, ſuper Conſtitutione Arreſtorum, *de Anno 1570. publicanda*, in Camera Imperiali decernerentur, *Rec. Anno 1594. §.* **Und ſo viel die ungleiche Meynungen** *p. 747. Mind lib. 1. de proceſſ. c. 40. ſ. 5. n. 6. Denayſ. t. 184. §. 5.* Imò, quod magis mireris, jure vectigalis exigendi in aliquo loco inter binos Imperii Status controverſo, ſi propter litem non amplius, quàm ea cauſa deberi dicatur, citra perſonæ ipſius injuriam ademptum ſit, pro pignoratione habendum id minimè eſſe, adeoq; ſuper Conſtitutione pignorationis, *qua habetur Ord. p. 2. t. 22.* mandata decerni non debere placuit. *Deput. Anno 1600. §.* **Wann zwiſchen zweyen Partheyen.** *f. 7 ſac. 1. Denayſ. t. 183. §. 25.*

66. Illud quæſtionem habet non inelegantem, nec minùs utilem: Num, qui vinum aut cereviſiam per loca vectigalia tranſvehunt, ipſa aperire dolia & partem vini aut cereviſiæ ex iis præſtare cogi poſſint? Et quamvis vinarii aut cereviſiarii mercatores & aurigæ ad hanc neceſſitatem paſſim adſtringantur, injuſtè tamen id fieri certum eſt: cùm dolia viciſſim per vectores, impuris plerumq; vaſis, aut fœtidis etiam pileis ſuis adhibitis, aquâ oppleri ſoleant, ipſis doliis pro parte evacuatis, vinum aut cereviſia facilè aceſcat, aliàsve degeneret, itemq; inibi titubet & vehementem ad latera concuſſionem patiatur: unde vel deteriorationem omnimodámve

corruptionem, vel etiam rupto dolio effusionem vini aut cerevisiæ contingere oportet, quæ in convenientia per prohibitionem pravi illius antecedentis, ex quo ipsa consequuntur meritò eliminanda sunt, *arg. Nov. 8. in proœm. Schneid. ad §. capiteter-tio, n. 3. I. ad l. Aquil. Gœden. conf. 7. & 8. & hos allegans Bocer. d. tr. de regalib. c. 2. n. 15.* Atque hujusmodi in casibus prælegatum Deputationis Recessum non ita pridem notabili decreto, & præjudicio in causa quadam limitatum fuisse accepi.

67. Et ista quidem, quæ à thesi 56. usque huc disserui, ad vectigalium è mercibus seu rebus ad negotiationem comparatis solvendorum necessitatem pertinent. Quid, si auriga nullas vehat merces, pons tamen, in quo vectigal constitutum, ipsi cum rheda aut vehiculo transeundus sit, an pro sola etiam rheda seu vehiculo pontenagium seu pontivegium, uti vulgò Dd. nominant, solvere de jure cogi potrit? quod affirmo, *per tex. singularem & unicum in l. antepen. §. vehiculum, 8. D. locat. & in pontibus quædam pro transitu dari inquit etiam Seneca loc. alleg. à Goth. ibid. & ad l. 6. C. de vectigal. idq; ratione juvatur ex th. 62. suprà per Capol. & Coler. locis ibi allegatis.* Iterum tamen præsuppositò, quòd jus exigendi legitimè illic quæsitum fuerit, *per deducta suprà th. 58. & 59.* alioquin enim illicitè hoc prætextu aliquid exigetur, *per tex. in terminis terminantibus in suprà all. R. de Anno 1576. §.* Weiters seind. ibi: **Bruckengelts.** *&* **§. Derhalben** *ibi:* **vnter was Schein dasselbig auch bedeckt werden wolte.** *p. 719.* Hoc amplius, licèt quis jus istiusmodi legitimè quæsitum habeat, quia tamen hujusmodi exactio est jurisdictio quædam circumscripta loco, *Chass. rub. 1. §. 4. verb. indire. n. 7. p. 118.* consequens est, ponte destructo sine spe refectionis non posse exigi vectigal à transeuntibus per aquam ibi, ubi erat pons, nec in novo ponte infrà vel suprà facto, cùm pons, in quo quæsitum jus illud erat, in rerum natura esse desierit, neque exactio illa alio loco fieri possit, *per deducta suprà th. 59. ad finem, quibus adde tex. eleg. in l. 13. §. 1. D. de S. P. R.* cùm regulariter omnia loca transeuntibus sint libera, *l. si locus, 14. § fin. D. quemadm. servit. amitt.* Si tamen pons in loco veteri reficiatur, tunc jus vectigalis ipso jure revocatur, seu in integrum restituitur, *d. l. 14. pr. D. quem. servit. amitt. ita post Bl. in l. si plures col. 4. C. de cond. insert. Chass. d. loc. n. 8.*

68. Nùm & pro solo transitu per vias publicas territorium domini aliquid exigere possint, controverti quàm maximè constat? Et sanè primâ facie ita statuendum quis dixerit: I. *per tex. in l. si quis pro uxore sua vectigal, quod in itinere præstari solet, solvisset. D. de don. int. vir. & uxor.* II. quia Principes hodie *pereà, quæ deducemus infrà c. ult.* domini sunt viarum publicarum in suis territoriis: possunt ergo *arg. l. 8. §. 5. inf. D. si servit. vind. & l. 21. C. mandat.* subditis & forensibus prohibere, ne aliter, quàm ipse velit, sua loca ingrediantur, *l. Divus. 16. D. de S. P. R. l. 3. §. 1. D. de A. R. D. l. f. §. 3. D. quod vi aut clàm.* licèt postquàm ingressi sunt, eos expellere non debeant. *Bl. c. 1. de forma fidelit. qui subdit, postquàm forenses venerunt in territorium alicujus, sunt, sicut reliquus populus: refert & sequitur Capol. de servitut. rust. c. 3. de serv. via. & post eum Fachs. consil. 11. n. 60.* III. quia sæpè sunt prohibiti viatores & transeuntes à Principibus per eorum exactores & stationarios, ne aliter, nisi soluto itinerum vectigali transirent, cui prohibitioni per longissimum tempus acquiescendo jus Principibus est quæsitum, ut in posterum illos cogere possint, *arg. l. hac autem, 6. D. de S. P. V. junct. gl. & Dd. in l. qui luminibus, 11. eod. t. & arg. l. si quis diuturno. 10. ubi completâ præscriptione & contra omnes alios, qui servitute uti impediunt, agi potest. D. à ser-*

servit. vind. l. 3. ibi: si priores possessores aquam duci per prædia jure prohibere non potuerint, &c. C. de servit. & aq. facit Ias. in l. quò minùs. 2. col. 6. D. de fluminib. & Panormit. in. Abbati. 25. de V. S. & ita in terminis negotiatorum transeuntium, quòd pedagia, & gabellas solvere teneantur, nec impunè fraudare possint, ratiocinatur Fachs. d. cons. 11. n. 3.

IV. juvat ratio refectionis viarum, *de qua suprà th. 62.* V. conducit, quòd à necessitate solvendorum pedagiorum eximuntur Clerici seu Ecclesiastici, *in c. quanquam. 4. de censib. in 6. & Clem ult. eod. t. ubi pedagia non dici pro vectigalibus in specie ita dictis, quæ de mercibus penduntur, (uti vulgò illæ voces promiscuè usurpantur, ut videre est apud Chassan. suprà alleg. Rub. 1. §. 4. in verb. indire. n. 2. 6. & passim. Thoming. consil. 18. n. 53. ubi ait: propriè loquendo pedagium & vectigal idem significare. faciunt dicta suprà th. 56.) ex verbis: non negociandi causâ, patet: sed dicuntur ea, quæ dantur à transeuntibus in locis constitutis à Principe, (ut declarat gl. in c. super quibusdam, 16 in verb. pedagium, de V. S. ita distinguens à guidagiis, quæ dantur pro ducatu per territoria alicujus, ut securus vadat, post gl. Abb. ibid. & in c. innovamus, n. 3. de censib. Egu. Baro ad t. quis dic. Dux. vers. nam illi. 2. F. 10. Bocer. de regal. d. c. 2. n. 194. in fin. Chass. d. loc. n. 13. sive, ut Thomingius loquitur, quæ securitatis fidei q; publicæ nomine solvi solent, Thoming. d. n 53. pro quibus pedagiorum appellationem usurpasse Baldum in c. 1. n. 1. qui sint reg. putat idem n. 52.) quæ & passagia vocantur, vulgò* **Weggelt**. Cæteri ergo non exemti remanent sub illâ necessitate, *arg. traditorum ab Everh. in loc. ab exceptione ad regulam, & propiùs ad terminos per text. in l. universi. 5. ibi: ea verò, quæ extra prædictas causas & l. omnium. 6. in pr. junct. fin. ibi: exceptis. C. de vectigal. & commiss. qui textus etiam directè affirmativam propositæ quæstionis stabilire videtur, in verbis: rerum & personarum, & in verbis: vectigalia vel cætera hujusmodi, quæ inferri fisco meriti est.*

69. Pro negativa tamen non pauca quoque nec levis armaturæ argumenta militant. Primùm enim pro ea pugnat libertimus ille jure gentium omnibus patens viarum publicarum usus, *de quo suprà thesi 55.* Deinde, quòd naturaliter omnia loca debeant esse libera transeuntibus, *suprà th. 67. circa fin.* Tertiò, quòd longè major sit æquitas vectigalium exactionis, quàm istiusmodi pedagiorum: Partim quia vectigal onus est mercium, quæ transferuntur, *l. ult. §. 7. D. de publican. l. 5. C. de vectigal suprà th. 56. & seqq.* mercium, inquam, onus est, non mercatorum, *ait eleganter Goth. in d. l. 5. C. de vectigal. & eum non allegans Denays. in adsert. jurisd. Cam. p. 6. in pr. (Diss. videtur Br. in l. 1. §. hic titulus. D. de publicanis, vectigalia seu gabellas munera personalia esse dicens, quæ imponantur personæ pro rebus, cum quo transit Chass. d. loc. n. 28.)* at passagium seu pedagium, quo de hic controvertitur, est onus personæ, ejus libertatem in transeundo restringens, *facit quòd jus colligendi pedagia servitutem quandam esse (quæ scilicet à transeuntibus territorio debeatur) non dubitârit dicere Bl. in c. 1. pr. n. 2. de fratr. de nov. benef. in vest. alleg. à Thoming. d. consil. 18. n. 54.* cujusmodi restrictio libertatis personarum extremè est odiosa, *l. succurritur, 9. D. ex quib. caus. maj. l. quid sit fugitivus. 17. §. idem rectè, 10. D. de adil. ed. l. 1. §. 1. & l. 2. D. de lib. hom. exhib. l. qui neque, 48. D. de V. S. præsertim l. 1. §. 5. D. quar. rer. act. non det. &* in uno tantùm atque altero casu difficulter recepta, *l. Titio, 71. §. Titio, 2. D. de cond. & dem. l. Mævia, 44. D. de manum. testam. ubi persona ei servit, secundùm gloss. & Dd. in pr. Instit & ad Rub. & l. 1. D. servit. de quò tamen vide Donell. de obligationibus faciendi personalibus textus illos explicantem*

lib.9.comm.c.21.quæ tamen & ipsæ, si præcisè obligent ad faciendum, servitutis quandam speciem referunt, per l.fundi.38.D.de usu usufr.& red.leg.l.qui testamento.20.§.potestatis.1.D.qui testam.fac.poss.d.l.2.ubi eleganter Goth.D.de lib.hom.exhib.Dd.comm.in l.13.§.1.D.de re jud.Coras.2.miscell.23.in fin.Donell.& post eum Giph.in l.72.n.28.D.de V.O.Gœd.de contr.stip.c.9.concl.4.& eam rationem decidendi ad l.si quis.56.pr.D.de fidejuss.post Coras.in l.admonendi,n.12.& seqq.D.de jurej.indicat Val.Guil.Forst.in tr.de pact.c.8.membr.1.p.219.in fin.& seq.& p.224. Partim quia simplex transitus vias non ita deteriorat, uti vectura mercium, unde harum vectores meritò ad solvendum vectigal pro refectione adstringuntur, *arg.l.2.§.30.& seqq.D.ne quid in loc.pub.& t.1.D.de via pub.& itin pub.refic.* Quartò, quòd actus commeandi per vias publicas sit facultatis publicæ, & præscriptionem omnem excludentis, *l.2.D.ne quid in loc.pub.& vulg.l.viam publicam, 2.D.de via pub.quæ ubiq; ad hoc allegatur, quòd actibus meræ facultatis præscribi non possit.* Quintò, *per text.in l.11 C.de servit.& aq.ubi per alienum quidem agrum qui servitutem non debet, ire vel agere non licet: uti autem via publica nemo rectè prohibetur.* Sextò, si transeuntes per alicujus Principis territorium pro ipso transitu debent pedagia, hoc vel est ex jurisdictione, vel ex obligatione, vel ex servitute. Non ex jurisdictione: quia, licèt pedagium jurisdictionem loco limitatam indigitet, *per Chass suprad. Rub.1.§.4.verb indire, &c.n.7.* id tamen, ut ut de vectigali concedi posset, *arg. dd. suprà th.59.* ut & de pontenagio, *suprà th.67.* de pedagio tamen specialiter ità nominato, quo de hîc, universè concedi nequit, ut, cui jurisdictio in via publica competit, etiam jus exactionis istiusmodi tribuendum sit, cùm pro exorbitante ejusmodi & valdè singulari atq; odioso jure adquirendo de modo adquirendi specialiter doceri debeat, *per tradita Dd.in l.1.D.de off.ejus &c.& in l.more.5.D de jurisd.& Cc.ad Rub.de off.jud.delegat.& in materia istiusmodi exactionum inculcant Feudistæ in sæpè all.c.un.quæ sint reg.text.in c.innovamus.10.de consib.& in c.super quibusdam.26.de V.S.* Non ex obligatione, quod potest demonstrari per remotionem omnium obligandi modorum, qui plenè recensentur *in l.obligamur,25.D.de O.& A.* Nec deniq; ex servitute, partim quia (*ut argumentatur IC.in l.Gajus,12.D.de annuis leg.*) neq; in rem, neq; in personam servitus constituta videtur: (*quæ sufficiens est specierum enumeratio, l.1.D de servit.à quarum remotione sequitur remotio ipsius generis Logici.& Everhard.in loc.ab enumerat.part.*) non in rem, quia in proposito territorium quidem exigentis pro prædio dominante haberi posset; at nullum apparet prædium serviens, cùm tamen in servitutibus realibus subjectum & dominans & serviens prædium esse debeat, *§.3.I.de servit.præd.cum similib.sicut in aliis terminis argumentabar in disp mea de servit.personal. Anno 1607. Argentinæ habitâ, th.116.* non in personam, quia Principes non concedunt, istud jus exigendi cum persona sua extingui, sed territorio cohærere volunt, *Thoming.suprà alleg.consil.18.n.54.* servitutes verò personales cum persona, cui debentur, perimuntur, *l.8.§.3.D de liber.leg.ut itidem in al.term.ratiocinabar d.disp.de servit.personal.th.113.* partim quia prætensum illud jus exigendi pedagia viatores ad ea solvendum cogit, & verò servitutium non est natura, ut aliquid faciat quis, sed ut aliquid patiatur, aut non faciat, *l.quotiens,15.§.1.D.de servit.* Ut ita pedagium servitutem esse colligenti debitam rectè negârit Chass. *suprà alleg.n.7.Diss.Bl.loco suprà sub rat.3.allegato: quem etsi Thoming.de servitute causali, hoc est, commoditate & proventu regionis explicet d.cons.18.n.101.tamen nescio, an apud Dd.uspiam servitus causalis legatur. Nam usumfructum quidem cum, qui ex*

causa

causa proprietatis, cui conjunctus est, oritur, rectè causalem vocant, per l. 57. D. sol. matr. & l. 18 §. pen. D. de except. rei judic. ut distinguatur ab eo, qui formam à proprietate separatam habet, & ideò formalis nuncupatur, arg. §. 1. I. de usufr. & l. 5. D. si usufr. pet. Wes. in pand. D. de usufr. n. 4. Castill. tr. usufr. c. 1. per tot. & defendi in disp. de servit. personal. th. 11. priorem illum neq; dixerunt servitutem, neq; dicere potuerunt, cùm dominus re sua utatur, fruatur jure dominii: non servitutis l. 4. & d. l. 5. D. si usufr. pet. l. 66. §. 6. & l. 76. §. 2. ff. de leg. 2. l. 26. ff. usufr. leg. l. 58. & l. 126. §. 1. ff. de V. O. l. 70. §. 2. ff. de fidejuss. Donell. lib. 12. comm. c. 2. Istum verò solum leges servitutem esse adstruunt, l. 32. ff. de usufr. l. 15. ibi: non dominii pars, sed servitutis sit. ff. de V. S. Castill. d. c. 1. n. 4. & c. 28. n. 2. & seqq. ut habui in d. disp. th. 3. & d. th. 12. Septimò negans opinio pro se habet textum egregium & notabilem in jure Saxonico lib. 2. art. 27. ibi: **Ein jeglich Mann soll auch zollen/wer fahre/reute oder gehe wo er Schiffs** (nam tùm portorium vulgò **Fährich** gelt solvere tenetur, l. 5. pr. D. naut. caup. stab. vid. infr. th. 71. à qua necessitate solvendi liberatur, ubi flumen exiguæ profunditatis vado transire datur, ut pontonibus opus non sit, l. ult. ff. de S. P. R. l. 17. §. 2. & 3. ff. de aq. pluv. arc.) **oder Brucken** (quia tùm solvit pontenatium, **Bruckengelt**/ supra th. 67.) **nicht bedarff/ne.** Octavò facit, quòd Principes, quibus jus exigendorum de mercibus vectigalium ab Imperatoria Majestate communicatum est, concessionis hujus legem excedere, ultra eam quicquam exigendo, non debeant, per tex. in l. 1. in fin. ff. de loc. pub. fru. & passim sub t. ff. de publican. l. 5. & passim, C. de vectigal. Deniq; in dubio pro libertate, l. antepen. ff. de manumiss. l. 38. pr. ff. de rejud. l. 20. ff. de R. I. & pro liberatione potiùs, quàm obligatione pronunciandum est, ut res ad liberam sui naturam redeat, vulg. l. Arrianus. 47. ff. de O. & A. c. 1. §. ad hæc. t. hic finitur lex. 2. F. 28. Utra verò expositarum duarum opinionum verior sit, & quomodo alterius argumentis satisfieri possit, in ipso disputationis conflictu sciscitanti aperiam. Confinem alteram quæstionem de Guidagii solvendi necessitate, quæ præter superiora etiam aliis argumentis disceptari potest, ad cap. ult. quo propiùs pertinet, differo.

70. Illud sicco pede prætereundum non est, quòd jure communi scripto de mercibus quidem transvehundis, *ut sæpiùs suprà dictum est*, non tamen de rebus, quas quis non habet venales, sed proprii usus causâ transfert, vectigalia, sive, ut Pontifices loquuntur, pedagia licitè exigantur, l. 4. §. 1. l. ult. §. 3. & 9. ff. de public. l. 103. in pr. ff. de V. S. l. 5. C. de vectigal. Clem. quamquam, 4. de censib. in 6. Clem. ult. cod. t. gl. in c. super quibusdam in verb. pedagia. in fin. ff. de V. S. Oldend. ad auth. habita in verb. securè. C. ne fil. pro patr. Pacius ad eandem auth. c. 5. n. 4. Peregrin. lib. 6. de jur. fisc. t. 5. n. 23. Bocer. d. tr. de regalib. c. 2. n. 202. Consuetudine tamen (quæ in vectigalium exactione spectanda est, l. 4 §. ult. ff. de public.) inductum esse, ut solvantur tam pro persona, quàm pro rebus, licèt non venalibus, ait Pacius *d. loc.* Quæ, an consuetudo appellanda sit, multi dubitant. Primùm, quia videtur carere ratione, quâ omnem consuetudinem, ut valeat, conceptam esse oportet, *ut post Alberic. docet Obr. disp. de princip. juris, th.* 117. Irrationabilis enim consuetudo servanda non est, *l. quod non ratione*, 39. ff. de ll. l. 2. C. quæ sit long. consuet. c. 1. & 4. dist. 11. & c. ult. in fin. de consuetud. cùm malè adinventa malæque consuetudines neq; ex longo tempore, neq; ex longâ consuetudine confirmentur, *quâ ratione Iustinianus Imp. sacratissimus contra potestates inferiores, ne ad subditum Imperii angariis, aut epidemeticis, aut* alio quolibet dispendio *gravandos con-*

suetudines nominent aut quarant, quas fortè aliqui præfectorum in proprium lucrum injustè adinvenerint, utitur in Nov. 134. c. 1. Deinde, quia uniformiter prætensa illa consuetudo observata non sit. Ex actibus verò difformibus non inducatur consuetudo, *arg. l. 38. ibi: perpetuò similiter. D. de ll. Meichsner. tom. 4. decis. 51.* Tertiò, quia bonâ fide aut ab initio caruisse, aut perpetuâ omnium viatorum gravatè istud onus ferentium contradictione, refragatione, ac protestatione, destitutu, sicque aut nunquam ortum habuisse publica illa præscriptio aut legitimè interrupta videatur, *per doctrinam Legistarum in auth. malef. C. de præscript. long. temp. & in l. 2. C. de annal. except. Cc. in c. ult. de præsc. latè Covarr. in c. possessor. de R. I. in 6. Myns. 4. O. 6. Gail. 2. O. 18.* Quartò, quia aliquibus quidem locis usurpetur, vi tamen magis, quam jure, defendatur, adeoq; jure improbetur, *l. 3. §. ult. l. fin. §. ult. D. quod met. caus. l. pen. C. eod.* passim verò æquitatis veneratione non exerceatur, unde adminimum generalitas seu universalitas illius consuetudinis labascat, *per tradita in l. de quib. 32. D. de LL. Goth. in d. l. 2. C. quæ sit long. consuet. Roch. Curt. in c. fin. de consuetud. &c.* Denique, *per tex. in l. 9. §. 6. D. de publican. ubi earum rerum vectigal, quarum nunquam præstitum est, præstari non potest.* Istam verò litem nos nostram non facimus, in mentem solùm revocantes publicam Imperii Constitutionem, quâ sancitur: Cùm vectigalium novorum exactio, veterúmve auctio sine Cæsaris & Electorum consensu, conquisitis prætextibus **des Vngelts/ Auffschlags/ Brückengelts/ Weggelts/** &c. passim instituta, flagellandæ annonæ perturbandæq; quieti publicæ fomenta sint, & ad Cæsareæ eminentiæ dignitatesque Electoralis injuriam spectent, ideò Circulorum eam rem accuratè inquirere, comperta ad Moguntinum deferre à Cæsareis Commissariis & Electorum Consiliariis dispicienda, debere, *suprà alleg. Rec. de Anno 1576.* **§. Weiters seind** *& seqq. p. 719. Denays. t. 221.* Et Cameram Imperialem casu ita obveniente mandata cùm inhibitoria tùm restitutoria decernere, *dictum suprà thes. 59.* Atque hæc etiam de libero tutoque omnibus viarum publicarum usu dicta sufficiant.

71. Tertiò, Communis omnium Securitas consistit in libero tutoque usu fluminum publicorum, & riparum, *§. 2. & 4. I. de rer. devis. l. 4. §. 1. & l. 5. pr. D. eod. l. fluminum, 24. pr. D. de damn. inf. t. t. D. de fluminib. & t. t. D. ut in flum. pub. naveg. lib. 1. t. D. de rip. mun. Chass. ad consuetud. Burg. rub. 13. §. 2. per tot. Obr. disp. de regalib. th. 293. & seq. Sixtin. tr. de regal. edit. 1. c. 5. n. 26. Fichard. consil. Latin. 22. Myns. consil. 19. n. 3. & seqq.* qui tamen non parùm coarctatur per ripatica, hoc est, portoria, quæ solvuntur a ripam transeuntibus, *c. unic. ubi Goth. in verb. ripatica, quæ sint reg.* vulgò **Fürichgelt/** & vectigalia fluviatica, vulgò **Wasserzoll/** quæ is demum jure exigere potest, qui jus teloniorum in flumine, ab Imperatore, tanquam fluminum domino, *de quo infrà c. ult.* per expressam vel tacitam conventionem, hoc est, per privilegium aut præscriptionem quæsitum habent, *sicut Electoribus teloniorum in præterito statutorum & indictorum perceptio confirmatur, Aur. Bull. tit. 9. & speciatim de teloniis in flumine, Comitibus competentibus, tangitur in suprà alleg. Const. Adolph. ad Reinaldum Comitem Geldriæ,* quia sive de vectigalibus in terra, sive de teloniis in flumine, a transeuntibus quæ exiguntur, sermo sit, generaliter verum est, quòd nemini, nec in proprio quidem territorio, ea liceat instituere sine auctoritate summi Principis vel præscriptione temporis immemorialis, *Feudistæ omnes in c. unic. quæ sint reg. & per alleg. suprà th. 58. quibus adde Iacobin. de S. Georg. in verb. cum mero & mixto Imperio, n.*

13. & seqq. Bl. cons. 340. n. 3. (ubi n. 4. notabiliter subjicit: jus pedagii in terra quæsitum habentibus propterea in aqua habere non intelligi & vicissim, nisi specialiter adquisierit. Videtur infr. th. 75.) vol. 5. Symph. tom. 1. p. 3. voto 23. in voto Revis. N. contra B. n. 54. & text. notab. in Aurea Bulla t. 17. in fin. ubi universa & singula indebita & inconsueta crimina sub pœnis legibus constitutis prohibentur & damnantur, & textus in Spec. Suev. lib. 1. c. 12. §. 3. Wir verbieten allen denen / die in vnserm Reich seind / daß sie keinen Zollnehmen ohn vnser Vrlaub / vnd wer es darüber thut / der hat vnser Huld nicht: Wir sprechen / daß alle Zöll vnd alle Müntzen / die im Römischen Reich seind / die seind eines Römischen Königs / vnd wer sie wil haben / er sey Pfaff oder Ley / der muß sie haben von dem Röm. Reich / vnd von dem Römischen König / vnd wer das nicht enthut / der frevelt an dem Römischen Reich. Adde textum jam sapius alleg. in R. Anno 1576. §. Weiters seind p. 719. cujus vigore, cùm Comes S. ab Y. novum vectigal auff Freyem Rheinstrom vnter dem Nahmen der Licenten vnd Vngelts instituisset, duodecim deputatis Imperii Civitatibus contra ipsum Comitè vnd jhrer Gnaden Licentmeister / 7. Nov. An. 1588. mand. pœnale sine clausula decretum fuit, vmb solche Newerung / Licent vnd Vngelt / auch alles / was dem anhängig / also bald abzuschaffen: So dann / Was dem Kauff: Schiff: Fuhr: Handels: vnd Wandelsmann vnter dem Schein vermeynter Licenten vnd Vngelts abgenötiget worden / zu restituiren; cui mandato cùm Comes non pareret, Anno 1590. in pœnam condemnatus fuit. Symph. tom. 1. p. 2. t. 6. suppl. 2. pag. 36. & 37. Alia duo præjudicia habentur Symph. tom. 3. in verb. Vectig p. 350.

72. Et memorabile valdè circa hanc vectigalium fluviaticorum materiam est, quòd cùm Anno 1351. Imp. Carolus IV. ad complacendum Principibus Rhenum accolentibus, quorum auxilio ad Imperium fuerat sublimatus, multa nova telonia in diversis Rheni locis posuisset: non modò mercatores per hoc nimiùm gravati commeatum Rheni devitarint, sed & Argentinenses Rhenum circa Argentinam catenis & lignis ita clauserint, ut naves per biennium neq; ascendere neq; descendere potuerint. Videntes itaq; Principes, se tam novi, quàm veteris telonii proventibus spoliari, concordiam cum Argentinensibus inierint, & veteribus contentinovis renunciarint, referente Trithemio in Chron. Spanheim. An. 1351. p. 324. & in Chron. Hirsaug. eodem A. p. 246. Adde quoque istbuic materiæ elegantem admonitionem ad Principes Electores de relaxandis Imperatori (quò nervi suæ Majestati ad Imperium restaurandum suppetant) teloniis Imperii sibi (ab eodem Carolo IV. pro centenis millibus aureorum nummum in singulos Electores pro suffragiis electionis filii sui Wenceslai promissis, cum maximo Imperii detrimento, ut loquitur Dubravius lib. 22. hist. Bojem. p. 215. circa An. 1376. verius alienatis, quàm) suppositis, apud Mich. Coccinum de bellis Italicis Maximiliani I. qua habetur tom. 2. hist. à M. Freher. edit. p. 288. n. 52.

73. Deinceps liber fluminum usus limitatur quoque in locis, quibus plena libertas navigandi mercesque prætervehendi coarctatur privilegio illis quæsito de exponendis mercibus, quod vulgò jus Stapulæ, das Recht der Niderlag oder Staffelgerechtigkeit nuncupatur, Sixtin. d. tr. de reg. edit. 1. c. 5. n. 29. Nic. Everh jun. consil. 9. lib. 1. Mynsing. cons. 19. n. 3. Elbert. Leon. cons. 67. cujusmodi privilegio Imperatoris de certis exponendis mercibus (quod ad alias merces trahendum non sit) Colonienses Mogunt. & Spirenses (qui & inter alia nominatim ex suo privilegio der dritten vnd letzten Staffel am Rhein intentionem suam fundarunt in impetratione mand.

mand.pœn.contra C.P. die Speyrische Schiff vnd Meßgüter zu O. H. angehalten betreffendt. 6. *Aug. Ann.* 1575. *Symph. tom.* 1. *p.* 2. *t.* 18. *post supplic.* 16.) uti, adnotavit Obrecht. *disp. de regalib. th.* 295. *& seq.*

74. Quartò, Communis omnium Securitas consistit in libro tutoq; usu Maris, §. 1. *& 5. I. de rer. divis. l.* 2. §. 1. *& l* 4. *pr. ff. eod. l.* 9. *ibi: lex autem maris*, D. *ad l. Rhod. de jact. l.* 3. §. 1. D. *ne quid in loc. publ. l. injuriarũ* 13. §. *ult.* D *de injur. Nov.* 134. *c.* 13. *vers. eos verò, vide omninò Stracch. tract. de navigat. & libell. non ita pridem in Batavia impressum, cui titulus: Mare Liberum, Mynsing. decad.* II. *resp.* 1. *n.* 160. *& seqq. ubi tamen limitat ex privilegio vel præscript.*

75. Et præsertim restringitur illa securitas per vectigalia seu gabellas maritimas, Meer-oder Seezoll / de quo summatim hæc nostrorum doctrina est: Cum Princeps, qui dominium habet & jurisdictionem in terra, habeat & in mari terræ adjacenti, *l. unic. C. de classicis, lib.* 11. *Capoll. t de mari, n.* 12. *&* 13. *aliiq. Dd. tum Cagnola communem dicente allegati à Cocheran. decis.* 154. *n.* 2. eaq; jurisdictio in mare protenditur à littore usq; ad centum milliaria *per. Dd. all. ab Hier. de Monte tr. fin. reg. c.* 7. *n.* 13. *& seq. quem refert & sequitur Cacher. d. l. n* 3. ideò Principem posse imponere gabellas in mari & eas exigere à vehentibus merces per mare suæ terræ adjacens, tàm intra centesimum milliare, *per Bald. in Rubr.* D. *de rer. divis. col.* 2. *vers. sed numquid. (ubi dicit, totum mundum hoc jure uti.) & in l. cùm proponas,* 3. *col. fin.* C. *de naut. fœn. ubi notat ex eo textu, pedagia ita solvi in mari, sicut in terra: quem refert & sequitur Afflict. ad c. un. verb. vectigalia. n.* 101. *quæ sint reg. Bertach. tr. de gabell. p.* 1 *col.* 4. *vers. extò quaro. & p.* 6. *col fin. vers. extò quaro*, quod tantò fortius procedere stantibus privilegiis Imperialibus *à summis Pontificibus confirmatis*, quibus omnia jura regalia & Imperialia, & nominatim jus imponendi ang. parang. & alia quæcunq; vectigalia, Principi territorium mari contiguum habenti concessa essent, pro Ducatu Sabaudiæ, in casu navis ex Hispania Neapolim navigantis per mare Nicenum intra 50. milliaria à Ducatu Sabaudiæ ob non solutam gabellam captæ, Senatum constitisse testatur Cacher. *d. decis.* 154. *n.* 4. *in f. n.*

78. Cæterùm sicut ipsum mare omnibus est liberum, ita & littora maris & portus ejusdem §. 1. *& seq. I. de rer. divis. l.* 2 §. 1. *l.* 3. *&* 4. *l.* 5. §. 1. *& l.* 6. *in pr. D. de rer. divis. l.* 3. *&* 4. D. *ne quid in loco pub. Feudista in c. un. in verb portui, quæ sint reg. Sixt. tr. de regal. edit.* 1 *c.* 6. *Obr. disp. de regal. th.* 299. *& seqq.* licèt usus littorum olim imperio P. R. *d. l.* 3. *in princ.* D. *ne quid in loc. pub.* postea Principis, *arg. l.* 1. D. *de const. Princ. cum similib. l. unic. C de litor. & itiner. custod. lib.* 12. coërcitus fuerit, & etiamnum coërcetur: nec minùs portuum usus per portoria (aliàs portorium, à portando sic dictum, etiam pro vectigali, quod in terra pro mercibus importandis & exportandis, eterumq; vehiculo, in itinere, transituq; pontis exigitur, positum legas *in l. antepen.* §. 1. D. *locat l.* 3 *C. de vectig. & commiss. Bocer. d. tr. de reg. c.* 2. *n.* 194.) coarcetur, *l. in lege* 203. D. *de V. S. d. c. un. ubi Feud. quæ sint reg. Obr. d. disp. de regal. th.* 455. (*ubi portorium definit vectigal, quod pro his rebus, quæ in portum vel è portu trahuntur, penditur.*) Ubinè, si navis vi tempestatis seu fortunæ, uti vocant, in portum compulsa aut relata fuisset, nullum deberi portorium verius est, *l. Cæsar,* 15. *& l. ult.* §. 8 D. *de publican. l. cum proponas,* 3. *C. de naut fœn. Fr. Personalis in tr. de gabell. n.* 94. *Obr. d. disp. de regal. th.* 456.

77. Generaliter, ad deducta ex *th.* 55. hucusque, tenendum est: quandoque quis extra aliquem enumeratarum & jure constitutarum limitationum mo-

dum

dum, etiam ab eo, qui dominium, jurisdictionem ac protectionem viæ publicæ, fluminis, riparum, maris, litoris, portus, sibi asserit, (*qui autem asserere sibi possint, infrà c. ult. disseram:*) in usu viæ regiæ, navigationéve fluminum publicorum & maris &c. impeditur, supplicanti in Cam. Imp. mandatum sine clausula, vigore Ord. *p. 2. t. 23.* uti super facto omni jure prohibito, decerni, *per text. egreg. in l. 1 §. 1. D. ut in flum. publ. navig. lic.* (*juncto d. Zas. in l. 1. D. de jurisdict. & Old. in class. t. de off. jud. quòd mandata interdictorum instar sint, imò nihil aliud, quàm interdicta & inhibitiones solennes.*) *confer Affl. in c. 1. vers. viæ. & vers. flumma, quæ sint regal. Peregr. lib. 1. de jur. fisc. t. 1. nu. 22. Sixtin. d. c. 4. n. 26. & d. c. 5. n. 27. & præ cæteris Mind. lib. 2. c. 36. Symphor. locis suprà th. 59. th. 71. in fin. & th. 74. in fin. alleg.*

78. Denique, Communis omnium Securitas domi in habitatione, foris in hospitatione tuta, insuper in tuto quoq; judiciorum accessu, statu atq; recessu consistere videtur: de quibus commodior *infrà c. 6.* ubi de Securitate domestica, & hospitiorum, itemq; de tuto judicii loco tractabitur, disserendi locus erit: eôdemq; etiam conducent aliqua de Securitate ratione causæ, ob quam quis in judicium vocatus est, dicenda *infrà c. 8.* Omninoq; judiciorum Securitatis defectus supplebitur per ea, quæ de Salvo conductu, **von vnd zum Rechten**/ disquiram *infrà c. pen.* Atq; hæc de *causis*, à quibus dependet, *modis* per quos custoditur, *& rebus*, in quibus præcipuè consistit Universalis omnium Securitas, inpræsentiarum (*ut loquitur Vlp. in l. 2. §. 31. ff. ne quid in loc. pub.*) dicta sufficiant, quę omnia hûc collineant, ut omnes cùm togati cùm armati, prout oportet, gubernentur, minimeq; læsionem aliquam seu dispendium perpetiantur, &, ut, quicquid emerserit, quod pro communi securitate curandum est, hoc protinùs competens possit mereri remedium, *ut insit Imp. Anastas. in l. ult. pr. C. de re milit. lib. 12.*

CAPUT IV.

Quibus Vniversalis Securitas minùs vel non accommodetur?

79. Dispiciendum restat, annon, ut plæræq; omnes aliæ juris definitiones seu regulæ suis non carent exceptionibus, *l. 1. ubi Regulistæ. & l. 202. D. de R. I.* ita etiam, quod *circa pr. super cap. & passim per tot.* deduxi, omnes ex æquo communi securitate frui: in nonnullis suum, aut minùs exsequatur, aut planè perdat officium.

80. Ubi *prima* sese de Peregrinis offert *Quæstio*, Communíne cum Civibus Romanis securitate gaudeant? Quod, quatenus ejusdem nobiscum juris sunt participes, adfirmandum erit. Unde ex æquitate juris naturæ & gentium, quod cum Civibus Romanis commune habent, *l. 9. D. de I. & I.* (quamvis legum Romanarum communionem non habeant, *§ 2. vers. sic enim & jus. I. de I. N. G. & C. junct. d. l. 9. vers. nam quod quisque. D. de I. & I. & speciatim exsequitur Goth. ad l. 1. C. de hered. inst. vid. Bodin. lib. 1. de Rep. c. 5. n. 47.*) in orbe Romano tum commeatus (quia viarum regiarum itinera, & navigationes fluminum publicorum ac marium juris gent. sunt, *per deducta c. præced. Rosenth. c. 5. concl. 21. n. 3. & lit. c.*) & hospitii, *auth. omnes peregrini. C. comm. de success.* (quod tamen hospitii jus olim iis tantùm peregrinis, qui ex populo erant amico sive socio, aut fœderato, *vid. infr. c. 9.* aut speciali hospitii necessita-

te contracta ad idem vicissim devincto, fuisse colligitur *ex l.5.§.2. ubi post Bud. Gork. in verb. hospitium. D. de capt.*) tùm bonorum (olim tamen peregrinorum etiam nomine hostium, modò cum illis amicitia aut hospitium, aut fœdus amicitiæ causa non esset, ex bonis aut dominio ad nos quod pervenisset, nostrum erat, *d.l.5.§.2.D.de capt.*) securitate gaudent.

81. Quam initiò cernere est in commerciis, cùm hæc juris gent. sint, *per al. leg. supra c.3.th 54. facit optimè l. deportatus*, 15. *D. de interd. & releg. Rosenth. d. lit c. ad de c.1. de emt. & vend. & de eo text. eruditè Covarr. lib.3. V.R.c.14.p.261.§.hujus tandem tom.2* & ad juvandum mercatores peregrinos propensi esse debeamus, *Alex. cons. 130. ante fin. lib.7. cit. à Peck. de jur. sist c.5.n.2.* Usurarios tamen peregrinos expellendos, nec domum eis locandam vult text. *in c.1.§. & quia. de usur. in 6.* Imò apud Romanos jus commercii peregrinis nominatim datum fuisse indicat Ulpian. *fragm. t. 19.§.4.* nec cum quibusvis peregrinis jure Justinianeo commercia exercere licuisse, ostendit prohibitio *l.4. & ult. C. de commerc. & mercator. Decian. lib.3. prax. crim. c. 17.n.20.* Ac ne cæteri quidem, quibus cum jus commercii sum est, licèt regulariter molestandi non sint, *d. auth. omnes. Peck. d. tr, c.7.n.5.* libertate, merces coëmtas exportandi, uti possunt, cùm venditores eorum mox discessurorum fidem non secuti, aut fugæ subest periculum, *l. heres absens. 19. §. perinde, 2. vers. numquid. D. de judic. Peck. d. tr. c.4.n.5. & d. c.7.n.5* Hoc amplius, si in Camera adversùs exteræ nationis civem locúmve executio decreta sit, Imperii subditis ejus frequentatione commercioque interdicitur, *Ord. p.3. t.48.§. ult. Denayf. t.50.§.8.*

82. Deinde, in naufragiis Peregrinorum quoq; bona secura esse debent, *auth. navigia. C. de furtis, l. Pomponius. 44. vers. idem ait, D. de A. R. D. l.1. in f. D. ad l. Iul. de vi priv. l 3.§.4. D. ad l. Corn. de sic. l.7. & passim sub t. D de incend. ruin. naufr. & t. t. C. de naufrag. lib.11. P. H. D. art. pen. Gail. lib.1. obs. 18. Pruckm. § sol. post c.3. n. 12. Arnisæ. lib.3. de jur. majest. c.6.n.19.*

83. Tertiò, in ipsâ etiam morte bona Peregrinorum tuta esse oportet, *d. auth. omnes peregrini. C. communia. de succes.* Quamvis enim successio dicatur esse juris civilis, *§. fin. I. de us. & habit. junct. §. fin. I. per quas pers. cuique adquiritur. l.1. & 3. D. de hered. pet.* sive ex testamento deferatur, *d. l.1. D de her. pet. Bart. in l ex hoc jure. 1. D. de I. & I. Vasq. lib.1. de succ. creat. §.1.n.1. & lib.3. ill contr. c.100. n.3. Gædd. in l.2 §.1. n.17. in med. D. de V.S. & in tr. de contrah. & committ. stipul. c.2. concl.1. n.12.* cujus factio regulariter neq; activa peregrinis est, *l.1 in pr. ibi: qui Cives R. & ibi: quicumq; Civis R. D. ad l. Falc. Vlp. fragm. t.20.§.14.* neq; passiva. *l.1.§.2. D. de leg.3. d l.3. C. de her inst. Vlp. t.22.§.2.* sive ab intestato obveniat, *§.1. I. de hered. quæ ab intest. & in pr. I. de legit. agn. succes.* quæ & inde, quòd lege, h.e. jure civili immediatè defertur, legitima dicitur, *l. 8. D. de hered. pet l.17.§.1. & l.77. D. de adq. hered. l.2.§.2. & seqq. D. ad Tertull. l.14. C. de legit. her. Gædd. in l.130. n.2. D. de V.S.* Sciendum tamen est: Peregrinis quidem testamenti factionem non esse, ut Civibus Romanis, esse verò ut Peregrinis, *Vlp. d.t. 20.§.14.* & intestatorum hereditatem jure naturæ ad liberos eorum & proximos agnatos devolvi, *l. scripto, 7.§.1. D. si tab. test. nul. ext. unde lib. l. ult C. quor bon* Juritagi congruum, quòd Peregrinorum bona, & ultimâ voluntate, quibus illi voluerint, *vid. l.2.§.3. C. de Ep. & Cler.* & ab intestato heredibus deferantur, *d. auth omnes peregrini. C. comm. de succ. ubi hospites ea sibi capientes in triplum condemnantur, qui libet. autem dictæ Constitutioni contravenientes, intestabiles esse jubentur.* Non obstante

pre-

prædictis ullo statuto, consuetudine cujusq; loci, aut privilegio, *d. authent. omnes, desumta ex Constit. Frider. Imp. de stat. & consuet.* §. 10. de cujus clausulæ derogatoriæ, cassatoriæ seu irritantis effectu consulendi Dd. *relati per Gail. d. lib. 1. obs. 18. n. 2.*

84. Quibus ita stantibus, consequitur primò, ne quidem Peregrinos pro alienis (pro propriis quin arrestari possint, in dubium, *per d. sup. th. 81. vers. ac ne cæteri.*) debitis vel delictis jure clarigationis seu repressaliarum quod vocant, nisi fortè in casu denegatæ justitiæ, pignorari posse, *l. 3. C. de O. & A. l. 3. in f. C. ne ux. pro mar. l. un. C. ut null. ex vic. lib. 11. l. 12. & fin. C. de omni agro deserto. eod. lib. 11. l. 4. C. de exec. & exact. Nov. 52. c. 1. Nov. 134. c. 4. & 7. facit Const. pignorat. Ord. p. 2. t. 22. Vid. omninò Br. Ioh. Iac. à Canib. & Laudens. de repressal. Ioh. de Lignan. de bello c. 132. & seqq. ad f. Ioh. Lup. de bello & bellatorib. §. si sumus. n. 2. & §. si benè, n. 7. Claud. Cotereus lib. 3. de jur. & privil. mil. c. 22. Moron. de fid. treug. & pac. q. 52. n. 3. & 4. & q. 154. n. 3. Bod. 1. de Repub. c. 6. n. 64. & c. 10. n. 172. Gol. p. 1. c. 2. n. 303. & seqq. & c. 3. n. 198. (ubi ex Br. notat* jus repressaliarum peregrinis non concedi.) *Heig. lib. 1. q. 12. per tot. Ruland. de commiss. p. 1. lib. 8. c. 9. Mindan. lib. 1. c. 48. & 49. G. Pap. decis. 32. Mynsf. cent. 6. obs. 1. Gail. de pign. obs. 2. Cothman cons. 33. n. 158. lib. 1.*

85. Consequitur secundò, jus albinagii in Gallia introductum, quod suâ linguâ *le droict d'aubaine* vocant, quo Peregrinorum illic decedentium bona fisco Regio cedunt, *Rebuff. Guil. Bened. Boer. locis alleg. à Covarr. c. peccatum. p. 3. relect. §. 1. n. 4. in fin. & præter illos Papon. Chassan. Choppin. locis cit. ab Arnisæo lib. 3. de jur. majest. c. 6. n. 10. plenè Bod. lib. 1. de Rep. c. 6. n. 62. & seqq. alleg. à Dauth. tract. method. de testam. n. 69.* non immeritò iniquum judicari: quo fit, ut iidem id restringant, ut locum non habeat in bonis confœderatorum & sociorum, *Goth. l. 7. verb. dominium, D. de capt.* scholasticorum, *post Rebuff. & Papon. idem Goth. in auth. omnes peregrin.* aut literas naturalitatis consecutorum, *ex Papon. idem Goth. in l. 11. C. de Episc. & Cler. & in l. un. C. non licere habitatoribus metrocom. loca sua ad extran. transfer. lib. 11.* aut alterutro parente Gallo natorum, *ex Papon. idem Goth. ad Vlp. fragment. t. 5. §. 8.* Nec cum totali ista, quæ jure albinagii fit, bonorum confiscatione Bodinus rectè confert decimas illas, quas per multis Germaniæ locis in alieno territorio succedentes, & hereditatem indeeò, ubi alioquin domicilium fixerunt, rerumq; suarum constitutionem fecerunt, transferentes fisco loci, ubi hereditas delata est, relinquere coguntur: sicut & transmigrantes de una Civitate territorióve in aliam aliúdve de suis bonis, quæ transferunt, pariter decussem detrahi patiuntur: quod jus, vulgò **Abzug oder Nachstewr**/utiq; longè æquius est, *argum. t. C. quand. & quib. quart. pars debet, lib. 10. Gail. lib. 2. observ. 36. n. 10. Rauchbar. p. 1. q. 15. & 2. seqq. Dauth. d. tr. method. n. 69.* (ubi tamen vectigal illud hereditarium peregrinis delatarum alicubi nimis auctum, & ab iis etiam, qui sub uno Principe, diversis tamen Curiis degunt, **die in sondern Gerichten wohnen**/ iniquè exactum meritò conqueritur.) *Mind. lib. 1. cap. 40. s. 5. nu. 6. ubi notat*, Constitutionem Arrestorum locum non habere, si bona ex causa **der Nachstewer** sistantur, *per text. in R. de Anno 1594. §.* **Vnd so viel die** /rc. *p. 774.* cum Magistratus loci ea jure tacitæ hypothecæ, dum decimæ prædictæ fisco inferantur, detineat, *d. R. §.* **Also auch** *p. 775. Denays. t. 184. §. 5. & 6.* Quamvis alioquin regulariter peregrinans neque in persona, neque in bonis sisti, sed ordinario suo foro relinqui debeat, quo nomine immediatis, suâ vel subditorum suorum causâ supplicantibus, contra alios itidem immediatos ita arrestantes

quotidiè in Camera mandata de relaxando, ſub debita cautione judicio ſiſti & judicatum ſolvi decernuntur *ex R. de A. 1570. §. Wann auch die Arreſta, &c. p. 657. inf. & p. ſeq. in pr. Gail. de Arreſt. per tot.* licèt per alienam provinciam iter facienti petente tertio à loci Magiſtratu arreſtatus dicatur, *in quo obrogatur Receſſui de A. 1594. §. Ob wol auch p. 774. in fin. per Deput. 1600. §. Wann ſich begebe. f. 8. Denayſ. d. t. 148. §. 6. & 11.*

86. Quæ de Peregrinis hactenus dixi, de non hoſtibus intellecta volo. De Hoſtibus autem quid habendum ſit, *ſecundo* nunc *loco* quæritur: Ubi prænoſcendum eſt, ut Hoſtes dici poſſint, requiri I. ut ſint peregrini, quia cum non peregrinis non eſt bellum juſtum, ſed civiles diſſenſiones atq; factiones, *l. 21. §. 1. D. de capt. l. 1. pr. C. de caduc. toll. l. 4. C. de ingen. man. vid. inf. th.* 113. II. juſtam flagitati cauſam, ob quam bellum juſtum decerni poſſit *per Dd. in l. 5. ubi Br. n. 3. Bl. n. 17. Ias. n. 38. & ſeq. D. de I. & I. Covarr. in c. peccatum, p. 2. §. 9. n. 1. & ſeq. Menoch. 6. præſumt. 96. Gail. 1. P. P. 4. n. 40. Bod. 5. Rep. 5. n. 563. Tilem. p. 1. diſp. 1 th. 15. Lipſ. 5. polit. 3. & 4. Innoc. Gentil. p. 5. adv. Machiavell. c. 1. contra Machiavell. de Principe, c. 25.* III. ut bellum ipſius ab Imperatore ſeu Rege Romano (olim à P. R.) aut viceversâ publicè decretum & indictum ſit, *l. hoſtes, 24. D. de capt. l. 118. de V. S. (ubi hoſtes per hoc ſeparantur à latronibus & prædonibus, de quibus infrà th 126.) P. H. D. art. 129. Nic. Vigel in Conſt. Carol. pub. tit. c. 6. ſect. 2. §. tertia ſpecies. p. 187. & 188. Caſtald. de Imp. q. 108. Zoanett. de Rom. Imp. n. 90. Gail. 1. P. P. 4. nu. 41. Mynſ. decad. 11. reſp. 1 n. 26. Dauth. de teſtam. n. 201. remiſſive Boër. deciſ. 178. n. 34. Vide omninò Io. Lup. Laudenſ. Franc. Ariam. Petrinum Bellum. Iob. de Lignan. Alb. Gentil. Bocer. & alios, integris tr. de bello & jure belli. Old. p. II l. 5. D. de I. & I. ſub q. de bello pub. & priv. Covarr. d. §. 9. Obr. in ſuis 2. diſp. de bello, &c.*

87. Sic itaq; deſcriptis Hoſtibus jus cùm gentium, utpotè, quo bella inter ducta ſunt, §. 2 *verſ. jus autem gent. I. de I. N. G. & C. l. ex hoc jure, 5. ubi Cors. D. del. & I. c. jus gent. 9. diſt. 1.* (quod cauſativè ſeu occaſionaliter, non diſpoſitivè, acceptum ab Exea *p. 3. de pact. n. 265.* ſed rectiùs bella etiam diſpoſitivè ad jus gent. referuntur. *Vid. Oroſ. d. l. 5. n. 19. D. de I. & I. Aquilin. ad Rub. d. V. O. n. 115. Oldend. d. loc. Vaſq. de teſt. pot. §. 1. n. 43. & ſeqq. Ferret. de fer. & judic. milit. n 205. Bocer. 1. de jur. bell. 3. Tilem. p. 1. diſp. 1. th. 14.*) cùm civile, quo modus belli indicendi apud alios populos alius atq; alius, *per Dd. alleg. th. præced. requiſito 3.* ſicut & gerendi ratio non ſemel immutata. Fr. *Guicciard. hypomneſi politica 86.* uſq; adeò ſecuritatem commeatus (veniæ incurſionis, *l. 2. §. 4. C. de off. PP. Afr.*) non tribuit, *Roſenth. de feud. c. 5. concl. 21. n. 2. ubi: hoſtes ſint.* (ſicut & viciſſim loca hoſtilia adire ſubditis non modò prohiberi poteſt, ut per *Bl. conſ. 483. n. 5. vol. 1.* ſed nec alias citra Principis auctoritatem liberum eſt eò commeare, nunciúmve aut literas mittere, etiam juſta de cauſa, cùm ſitres valdè ſuſpecta & de genere prohibitorum, *l. 1. & 2. D. ad l. Iul. majeſt. Iſern. in c. 1. §. porrò, & ibid. Afflict. n. 25. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. Petr. Bell. d. tr. de bello, p. 4. t. 6.* ut nec commerciorum, *l. 1. & 2. C. quæ res export. non deb. l. 2 C. de commerc. l. unic. C. de litter. & itin. cuſtod. lib. 12.* (capiendo in iſtis textibus Barbaros pro hoſtibus, *ut in l. 3. C. de ſerv. fugit. l. pen. & ult. C. de poſtl. rev.*) *c. 6. 11. 12. & 17 de Iuda. Extravag. comm. ult. and. 2. Boer. d. deciſ. 178. n. 11. & 17. Vide Clar. lib. 5. ſent. §. f. q. 68. n. 18. & q. 77. n. 25.* ut poſſit non aperto tantùm Marte eos pro defenſione Reipub. impetere, ſeu armorum arrogantia vexare, *d. l. 2. §. ſicut, 11. C. de off. PP. Afr. l. 31. & ult. C. de locat.* ſed dolo etiam atq; inſidiis fallere liceat, *l. 1. §. 3. D. de dol. mal. l. 26. D. de captiv. d. l. 2. C. de commerc. a. dominat.*

dominus, 23. q. 2. *Amm. Marcellin. lib.* 17. *Duar. ad t. de dol. c.* 1. *Cagn in l. ea est natura, n.* 15 *& seqq D. de R. I. Ioh de Lignano d. tr. de bello, t.* 14. (ubi tamen laudatissimo Fabritii exemplo motus à stratagematis justis venenum rectè separat, quo in hostes uti nolicere docuit etiam Cater. *in prax. crim. §. homicid.* 1. *n.* 20. *citat. à Giacch. ad Clar. §. homicid. n.* 52. *lit.* q. *Adde Ioh. Dubrav. lib.* 18. *hist. Boem. p.* 175. unde patet, quo loco numeroque habenda sit subornatio illa Italorum quorundam veneficorum seu torcatorum, A. 1547. à quibus suos evulgatis literis præmonuit Joh. Guil. Saxo, *referente alsine quondam meo b. m. Ioh. Wolphio tom.* 2. *rer. memorab. p.* 515.) *Decian lib.* 1. *prax. crimin. c.* 4 *n.* 13 *Farinac. p.* 1. *t.* 4. *q.* 29. *n.* 8. *Menoch. cons.* 100. *n.* 187. *&* 222. *Lips. lib.* 3 *polit. c.* 17. *plures allegat. Pruckman. §. soluta potestas. c.* 4. *membr.* 2. *effect* 5. *n.* 15.

88. Quod in tantum procedit, ut Securitatem ipsorum tàm in Persona putà, cædendo eos, *c. ult.* 14. *q.* 4. *c. si non licet* 9. *vers. & ideò, c. si homicidium.* 41. *vers. nam & miles hostem*, 23. *q.* 5. *vide tamen supra c.* 2. *th.* 26. aut capiendo, servitutiq; mancipando, *§. servi autem*, 3. *I. de jur. person. §. item ea*, 17. *I. de rer. divis. & c. l. libertas*, 4. *§.* 2. *D. de stat. hom. l.* 1. *l.* 12. *§.* 1. *D. de capt. l. pupillus*, 239. *§.* 1. *D. de V. S.* quæ mancipatio apud Christianos (præterquàm in bellis contra Turcas seu Saracenos, altóve Barbaros & Infideles, *Ang. d. §. item ea & § f. I. quib. non est permiss. fac. testam. Ale. in d. l. hostes, de V. S.* Jobsoleta prorsus est, ejusq; in locum λύτρον seu talea, *vulgò* rançon oder Lösegelt/ successit, *Br. in l. hostes. in f. D. de capt. Petr. Bell. d. p.* 2. *t.* 18. *n.* 12. *& d. p.* 4. *t.* 1. *n.* 2. *Covarr. d. c. peccatum, p.* 2. *§.* 11. *n* 6. *Boss. t. d. capt. n.* 58 *&* 74. *Dauth de test. nu.* 201. *Fachs. cons.* 4. *n.* 7. *inter cons. Pist. vol.* 2. Quam in Rebus, rapiendo ea aut subtili ingenio auferendo, *d. §.* 17. *I. de rer. divis. l.* 5. *in f. & l.* 51. *§.* 1. *D. de A. R. D. d l.* 2. *C. de comm. aut navigia, ibi: nobis sive Christiano nomini inimica. C. de furt. facit. c. ult.* 14. *q.* 4. intervertere ac evertere liceat. In bello tamen injusto aut publicâ auctoritate non indicto sive violenter, sive quâcunq; arte occupata bona non fieri capientium, *per dicta th.* 86. *& per text. express. in c. sicut*, 29. *de jurej.* patet, *& per alia jura tenet Mynsi. cons.* 21. *n* 22. *vid. tamen Vasq. d. l.* 1. *de test. pot. §.* 1. *n.* 45. *& seq.* adeò, ut nec tertio vi belli ea deinceps recuperanti adquirantur, *arg. §.* 3. *&* 8. *I. de usuc. cum similib.* uti graviter contra Philippum Macedonem peroravit Demosthenes *in orat. pro Haloneso.*

89. Ratio autem, cur Hostes communi securitate gaudere non debeant, evidentissima est, quia videlicet ipsi securitatem publicam turbant, &, quantum in ipsis est, evertunt, cui conservandæ, civibusq; illæsis tuendis, necessariò in illos arma stringenda, technæ struendæ sunt, *d. l.* 2. *§.* 4. *D. de offic. PP. Afr. t. t. D. & C. de re milit. Nov.* 85. *pr. & per jura alleg. à Boer. d. decis.* 178. *in f.* Et, sicut cum bello pax, utpote è diametro illi contraria, stare non potest, *d. l.* 12 *pr. D. de capt. l. un. pr. C. de cad. toll. l.* 12. *C. de adif. priv.* ita nec cum hostilitate securitas, *l.* 19. *§.* 3. *in verbis: ibi primùm nomine publico tutus esse incipiat. D. de capt.* cùm pax & securitas individuæ sint comites, *d. l.* 2. *§.* 4. *ibi: in securitate & pace provincia. C. de off. PP. Afr.* & altera alterius auxilio pulcerrimè increscat, *ut arg. proœmii Inst. dixit Zas. V. C. tom.* 1. *cons.* 9. *n.* 68 *quò accommodari potest doctrina Pr. in l.* 1. *n.* 6. *D. ad l. Iul. maj. securitatem de pace explicantis, vide supra cap.* 1. *th.* 2. *quam cavillatoriè reprehendit Velpellus tr. de pace, induciis & promiss. de non off. q* 51. *n* 3. *dicens. Securitatem à Pace distare, quòd illa temporalis sit, absque ullâ dimissione; hac verò perpetua cum rancoris extinctione, arg. l.* 19. *§.* 1. *D. de capt. quod non de securitate legali publica, (quâ de hîc) sed de arbitrariè concessa criminosis & similibus, (de qua infrà suo loco) verum est, per ea, que habet Magalott. tr. hîc p.* 1. *n.* 69. *vers.*

Quoniam istud. Quidni ergo omnis ratio, quæ à metu hostis tui securum te reddat, probaretur? fides ab ipso data, *de qua infrà c. 9.* amici seu socii, *de quib. eod. cap. 9. vbi de fœderib.* auxilia ab his promissa, aliiq; securitatis modi: Nulla tamen, ob hominum improbitatem, ac casus temporum certior firmiorque est eâ, quâ res tuas ita componis, ut omnem læsionis viam ei præcludas, *ait formaliter Guicciard. hypomn. Polit. 8. & 9. subjicit:* Nihil felicius esse, quàm eo superiorem evadere: & victoriâ recte utendum monet. *Ad idem Lipsi. 5. Polit. 18.* ut videlicet stabilis habeatur Pax, cujus gratia bella suscipiuntur, *Gail. 1. PP. 4. n. 19. & seqq.*

90. Succedit *tertia Quæstio* de Ethnicis seu Infidelibus, sive, ut jus nostrum vocat, Paganis & Barbaris, num communi securitate frui debeant? Et sanè, licèt Judæis olim in V. T. præceptum à Domino datum fuerit, ne Infideles secum habitare paterentur, ne ab eis seducerentur: ex jure tamen Romano post abolitam pridem politiam Mosaicam constituto liquidò constat: quòd Pagani olim inter Christianos tolerati, habitationis, commerciorum &c. securitatem habuerint; isque inter Christianos quietè degentibus, nec quicquam tentantibus turbulentum, legibusq; contrarium. Christiani, religionis auctoritate abusi, manus inferre non ausi; sed imò, si contra securos fuissent violenti; vel eorum bona diripuissent, duplum restituere compulsi: Magistratus quoque & eorum Officiales talia non vindicantes, sed facientibus populatibus connivентes, eadem lege puniti fuerint, *l. 6. C. de pagan.* quanquam exercitium superstitionis ipsorum Ethnicæ illis permissum non fuerit, *t. t. C. de pagan. sacrif. & templ.* & econtrà laudabiliter facere judicati sint, qui ipsa concionarétur, *c. 10. de Inda. & Saracen.* de cætero familiarior cum ipsis conversatio etiam jure divino prohibita, *Matth. 18 ibi: sit tibi velut Ethnicus. 2. Cor. 6. vid. rursus 1. Cor. 10 c. ad mensam 24. 11. q. 3.* cui simi Saracenos, qui & Pontificio jure inter Christianos habitare possunt, *c. 5. d. t. de Inda.* vestitum à Christianis diversum habere debere constitutum est, *c. 15. eod. t.* Cæteris itaq; paribus Infideles inter Christianos habitantes, ob hoc solum, quòd infideles sunt, regulariter sine peccato à rectatum dominis expelli non posse, nec Papam Principibus persuadere aut præcipere debere, ut eos expellant, bonáve ipsis auferant, *rectè concludit Mart. Laudens. de Princ. q. 101.*

91. Unde quadam tenus etiam, quid de exteris Infidelibus sive Barbaris statuendum sit, innotescit. Quam vis enim jure Romano commerciorum & commeatus securitate in terris Christianorum carere videantur *per text. allegat. th. 87. post verb. ut nec commerciorum &c. capiendo inibi Barbaros simpliciter pro exteris infidelibus, etiam non hostibus,* nisi hæc pacto fœdere ipsis pateant. *per deducta supra th. 80. ad fin. & th. 81. vers. imò apud Romanos.* sicut in Tartaris cum Hispanis commercia vigore pacis cum Rege Philippo I. conventæ exercentibus exemplum superioris seculi annales suppeditant: similiterq; Gallos & Venetos cum Turcis ex fœdere commercari notorium est: *vide Alex. indefinitè Infideles commerciorum cum Christianis communione dignantem cons. 130. per tot. lib. 7.* Illud tamen firmiter statuendum est: Infideles ex sola infidelitatis causa propriis ipsorum in terris securitate publica destitui, bello implicari, hostiliter invadi, vita bonisq; privari, salva & illæsa conscientia non posse. *arg. à min. ad majus à toleratione in propriis Christianorum terris (de qua th. præced. fin.) arg. à contr sensu ex c. dispar. 11. caus. 23. q. 5. ubi in Saracenos justè pugnatur, qui Christianos persequuntur, & ex urbibus & propriis sedibus pellunt (facit auth. navigia. ibi: Christiano nomini inimica, C. de furt.) non ergo absolutè Host. & Panorm. in c. quod super.*

sup. n. 4. de voto. Tilem. p. 1. disp. 1. th. 16. Vide Dom. à Soto 4. dist. 5. n. 10. Ferret. de just. & injusto bello, n. 68. & seq. Covarr. in c. peccatum. p. 2. §. 10. ubi n. 2. eleganter docet: Infidelium non privare quem jure naturali & divino, dominio ve rerum aut provinciarum & in seqq. ad propositum nostrum 4. casus distinguit. Vide etiam Moron. de fid. tr. & jur. q. 5. n. 4. & seqq. & q. 120. n. 114. & 116, Menoch. 6. præsumt. 96. n. 6. & Dd. passim in sum. de bello. Lipf. 5. pol. 4. circa fin.

92. Infidelibus inter Christianæ fidei hostes proximi sunt Judæi, de quibus *proquarto* contro vertitur, an communi legum & Imperii securitate uti-frui permittendi sint? Et sanè, quin sub prioribus Impp. ea gavisi fuerint, indubium est, cum, eos cæteroquin innocentes solo Judaicæ superstitionis intuitu neque in persona neque in bonis offendi debere, sit texrus apertus *in l. nullus*, 14. *C. de Iude.* & *d. l. 6. C. de pag.* & jura communia velle, quòd nulla injuria violantiá ve inferatur Judæis, tenet etiam Vasq. *lib. 1. ill. controv. c. 8. n. 12.* quò facit, quòd eorum ceremoniæ permissæ, nec secta unquam prohibita fuerit, *l. spadonem*, 15. §. *jam autem*, 6. *inf. D. de excusat. l. circumcidere*, 11. *D.* ad *l. Corn. de sic. l. 3. §. f. D. de decur. N. 146. t. t. C. de Jude. ubi Cujac. in parat.* & *ex eo Vult. t. I. R. c. 11. n. 40. vide tamen Nov. Leonis* 55. & quòd communibus legum beneficiis in commerciis, *l. nemo*, 9. *C. d. t.* & aliis plerisq; minimè caruerint, *ut sigillatim edocet Wes. in parat. C. de Iudæis n. 2.*

93. Hodiè verò *juxta vaticinium Psal. 59. v. 12. ibi: disperge eos in virtute tua.* & *Psal. 109.* nusquam tutam libertatem aut fixam sedem habent; & tantùm ex gratia terras Christianorum habitant, *c. etsi*, 13. *de Iude. wesenb. d. loc. n. 3. inf. Ceph. cons. 549. n. 63. lib. 4.* nec, præterquàm ab iis qui Regalia ab Imperatore aut speciale eorundem recipiendorum privilegium habent, in ditione sua recipi possunt, *Aur. Bulla t. 9 inf. Ord. Polit. de Anno 1548.* §. **Item nach dem** *p. 399.* & *Ord. Polit. de Anno 1577. t. 20 p. 734. Haig. p. 1. q. 4. n. 30. Denays. t. 150. §. 7. Michael. de jurisd. concl. 48. lit. b.* atq; ita in Baronibus & inferioribus à Principe, quòd licentiam fœnerandi Judæis concedere nequeant, respondit Alex. de Nevo *cons. 100 cum quo transit Petra de pot. Princ. c. 13. n. 27.*

94. Unde alibi, quàm ubi ita ex concessione sive privilegio Cæsareo recepti sunt, tutela securoque commeatu destituuntur, *text. express. in alleg. Ord. Polit. de Anno 1577. t. 20. Denays. d. t. 150. §. 8.* Suntque & multæ & prægnantes causæ, cur, ubi recepti non sunt, nec recipi nec tolerari debeant: eæque partim magis Theologicæ, puta, quòd nil nisi meras blasphemias, exsecrationes, & mendacia horribilia in Christum & Christianos in synagogis, templis & habitationibus suis evomant, ac de genere suo vanissimè gloriantes, susque-deque Christianos præse habeant, & extremè contemnant, *vid. D. Luther. in lib. de Iudæis operum Germ. tom. 8.* & *Clariss. Vir, Dn. Johan. Buxtorfium in inclyta hac Basil. Acad. Hebræa lingua Professorem, hospitem meum honorandum in Synag Jud.* partim Πολιτικώτερα, *quas præter priores illas tangit etiam Selneccer. in pædagogia, in expositione 7. præcepti, fol. 212 in 8.* è quibus duas solum huc adnotasse sufficiat, quæ satis demonstrabunt, quàm veri sint versiculi:

Vt damo absque caper nunquam retinetur in horto:
Sic nec Judæus sine damno in plebe fovetur.

95. Prior est, summa illorum pravitas, qua Christianorum facultates (alterum hominis sanguinem nostri vocant, *gl. in l. advocati. 14. in verb. vitam. C. de advocat. div. jud. ubi & Bl. Ripa in c. 1. n. 18. de judic. Aff. decis. 24. n. 4. Menoch. cas. 110. n. 6.*

Obrechts.

Obrecht. tr. de defens. c. 8. n. 5.) exsugunt, *c. post miserabilem, 12. & c. quāto, 18. de usur. C. ex parte. eod. t. n. 6.* (*cujus Clementini rescripti occasione Iudæos Anno 1339. sub Lud. IV. usuras acceptas reddere & sortem sine usuris recipere coactos refert Sebast. Francus Chron. Germ. f. 204. in fin.*) *Ord. Polit. de Anno 1530. t.* Von Juden vnd jhrem Wucher. *p. 136. & de An. 1548. eod. t. p. 399. & præcipuè in R. de Anno 1576. §.* Neben berahtschlagung. *& seqq. p. 718. & suprà d. Ord. Pol. de An. 1577. t. 20. §. pen p. 735. ubi eorum usura adjudicata commune revocantur: eruditè Amad. de Ponte in consil. adnexo Tessauri decisuum 57. Speckhan in diatagm. Iud. th. 13. Vide tamen latè pro fœnoris Iudaici tolerantia post Tessaur. d. decis. 57. subnexum consilium Tessauri filii, Tolerantiamq; Pontificiam Sixti Quinti Carolo Emanueli Sabaudiæ Duci indultam, ad rationem 15. vel etiam 18. aureorum in singula centum: cui tamen meritò obgeritur, Iudæis fœnerantibus nihil prodesse auctoritatem Papæ. Molina. consuet. Paris. p. 1. t. 1. gl 9. n. 19. Schurff. cons. 17. n. 14. cent. 1. Turzan. comm. op. 1006.*

96. Posterior est, Nequitia ipsorum in emendis, pignori capiendis, occultandisve rebus furtivis aut raptis, *dd. textib. Ord. Pol. 1530. 1548. & 1577. t. 20. §.* Daß sie auch *p. 734. Decian. lib. 5. prax. crim. c. 12. n. 19.* quas domino vindicanti oder alle entgeltnuß restituere coguntur, *d. Ord. Polit. de A. 1548. & 1577.* quod & aliàs generaliter contra possessores rerum furtivarum & bonorum raptorum jure constitutum est, ut domini eas ab illis, non refuso precio, vindicare possint, *l. 3 & l. si mancipium, 23. C. de R. V. l. 2. ubi omnes Dd. C. de furt. Nov. 5. c. 2. circa f. Socin. regul. 439. Marsil. jungul. 13. volo tibi. Mascard. concl. 831. n. 18. vol. 2. Bonif. tr. de furt. §. contrectatio. n. 82. Hargrecht. §. ult. n. 10. I. de obl. quæ ex del. tex.* in der P. H. O. *art. 213. & 214.* nullâ obstante consuetudine locali aut præscriptione, P. H. O. *art. 207. & 209.* expressóve locistatuto, *Host. in summa t. de pœnit. §. quapœnitentia. vers. quid de prædam ementibus.* Unde Statuta Civitatium Nobilium ve, vel etiam Privilegia, quæ ipsi dant Judæis subditis suis, ne cogantur res furtivas veris dominis restituere, nisi recepto precio, omnia esse invalida, rectè docet Sich. *ad d. l. 2. n. 1. C. de furt.* ubi tamen *n 4. post Capell. tautel 10.* (cum quo etiam sentiunt Dd. relati per Covarr. *in c. peccatum p. 3. relect. n 5.* ubi ipse *pro ea sententia adducit c. rapinam. 14 q. 5.*) malè limitat *d. l. 2.* in protestante tempore contractus, se emere pro vero domino, cui reddendi precium sit restituturus: quam cautelam reprobant Goth. *in d. l. 2.* Alciat. *cons. 3. præsumpt. 29.* Clar. *§. furtum. n. 26.* Menoch. *5. præs. 29. n. 13. & seqq.* (ubi tamen distinguit.) Natta *cons. 416.* Jos. Lud. *decis. 42.* ubi post Alc. *cons. 57. vol. 2.* ad hoc, ut emtor rei furtivæ securus reddatur, tempore contractus publ. cum proclama requirit.

97. Planè, ubi recipiuntur Judæi, eâ conditione recipi debent, uti communi jure Romano, Constitutionibusq; Principum Christianorum æquè, ut alii obligentur, *l. 7. & 8. C. de Iudæ. ex Decian. Michael. d. th. 84. lit. b. Schneid. ad rub. de fuct. ab int. n 9 & seqq. post* Alex. *cons. 13. n. 1. vol. 7. Speckhan. dd. diatagmat. th. 12. 16 & 18.* aliisq; certis vivendi legibus adstringantur, de quibus accuratè Everhardus Speckhan *in dd. diatagmatibus Iudæorum*, ob der Juden Ordnung: in quibus est hæc, ut diserto vestitu utantur, *arg. l. 15. §. 27. & l. 39. D. de injur. l. mima. 4. ubi Bl. Castr. & Dd. C. de Episc. aud. text. in c. in nonnullis. 15. de Iudæ. & arg. traditorum à Mascard. concl. 264. n 6. vol. 1* & signa aperta portent, per quæ à Christianis dignoscantur, *Schneid. d. loc. n. 12. Decian. d. lib. 5. prax. crim c. 12. n. 16. Speckhan. th. 19.* & in specie quidem clavo seu annulo flavo ab aliis discriminentur, *Ord. Polit. de An. 1530. t.* von der Juden

Klei-

Rüdung p.234. Denays.d.t.150.§.1. Justin. Fobler. in Latin. Ordin. Polit. Caroli V. c.20. f.94. ubi ex Bapt. Guarino ad Cacilianum tres causas sublepidè 4. distichis comprehensas, cur s. Iudæi ferant literam O. adducit.

98. Istud non ratò in controversiam vocatur; an, ubi recepti sunt, ad Christianismum cogi possint? quod negandum putaverim, cùm nihil magis sit voluntarium, quàm Religio, ideoq; imperari non possit, *ut ex Lactantio lib.5 c.14. repetit Lips.4. polit. c.4. & Goth. in l. ult. in fin. C. de Judæis.* Nihilominùs jure Justinianeo ad legendas Sacri Canonis interpretationes adiguntur, *Novell.146. Speckhan in diatagm. Judæ. th.8.* & ad Sacros libros utriusque Testamenti legendos, interpretationesq; à Christianis concionatoribus audiendas cogi possunt, *secundùm Luther. in d. libro de Judæ.* Ac, quòd ad audiendam Sancti Evangelii prædicationem certis temporibus compelli possint, quidam etiam è nostris docuerunt, *Graven. lib.2. concl. pract. ad observationes Gailii concl.5 in coronide, n.9. & ante eum Cavalcan. decis.21. n.14. & seqq. p.2 ubi n.18. subjicit: fuisse conclusum, quòd possint compelli ad audiendam prædicationem, & ita Papiæ & alibi observari. De simili quoq; observantia in urbe Roma testantur, qui inde redeunt.*

99 De cætero apud me indubitatum est, quòd Judæi, ubi recepti sunt, sine judicio terrenæ potestatis nec in persona neq; in bonis licitè offendantur, *per jura alleg. th.92. & text. in c. sicut. 9. §. nullus, de Judæ.* etsi ab oneribus immunes esse non debeant, *l.15. §.6. D, de excusat. l.3. §.3. D. de decurion. l. jussio.5. C. de Judæ. Novell.45. Speckhan th.15.* (honorum interim & dignitatum, omniumq; officiorum pub. vel quasi per quæ eis occasio Christianis pœnam, damnum vel præjudicium ullum inferendi detur, omninò incapaces, *l. f. pr. C de Jud. c.16. & pen. eod. t. Nov.45. Speckhan. th.14.* adeoq; tributa ab ipsis exigi, nihil impediat, *l Judæorum. 17. C de Judæ.* imò non vectigalia modò, pedagia & guidagia majora passim ab ipsis, quàm Christianis, sed & annive saria tributa auctiora exigantur: cujusmodi tamen exactiones si in immensum excrescant, spongiæ Vespasiani Imperatoris instar Judæi esse solent, utpotè è quibus, quod dolosè & fœneratoriè è Christianorum sanguine (*ut suprà th. 95. dictum*) altero imbiberint, vicissim exprimatur, *cujusmodi horribilis Iudæorum emunctionis exemplum habet Matthias Paris in hist. Anglica sub Anno 1253. cujus verba referuntur à Ioh. Wolphio b. m ad fine meo, tom 1. rer. memorab. centenar. 14 p.715.*

100. Jugum itaq; tolerabile eis imponendum est, sub quo innoxiè degentes, patienter atq; humaniter ferendi sunt, *arg. Matth 13. junct. suprà allegato Ps.59. v.12. Sophon. c 3. v.7. & 8. Hose. c.3. v.4. Luc.22. v.24. Rom 11. v.25. & 26. & per text. d. th. 92. alleg & c. consuluit, 7. & c. etsi Iudæos, 13. & passim, de Iudæ. ubi Host. in summa. Ripa in l. si insulam, n.20. & 21. D. de V. O. Iacob. de S. Georg in verb. Carolus Dux Sabaudiæ. §. ultimò quæro. Condissalv. de Villadiego in tr. de hæret. q.9. n.9. Oldrad. cons.87. & 264. Alex. cons.99 n 14. vol.6. & cons.13. n 23. vol. 7. Socin. senior cons.62. col.4. vers. primò dico. Rol. à Vall. cons.25 n.9. vol.3. Natta cons.620. n.23. & post Paris. Bonacoss. inter comm. opin in verb. Iudæos de civitatibus. Amadeus de Ponte suprà d. consil. post pr. Menoch. recup. 9. n.288. Michaël. de jurisd. concl.49. in f. Speckhan. d. diatagm. Iudæ. th 2. ubi (post August. lib. 4. & 18. de Civit. Dei. & in d. Psal. 59. ibiq; Selneccer. & Sohn. ac P. Martyr. in locis commun. tom.1. col.388. cum tribus seqq. & col. 748.) Theologicas rationes aliquot non contemnendas adducit: & lit. c. notabiliter monet: in jure nostro & Constitutionibus Imperii Iudæos, sub certis tamen legibus inter Christianos in Imp. Rom. su-*

ſtineri ac tolerari, non neceſſitate juris, ſed humanitatis & commiſerationis intuitu: ſicut in V.T. conniventia quâdam permiſſa fuerint divortia & repudia, item & polygamiæ & ſicuti jure civili concubinatus & uſuræ: atq; in maritimis quibuſdam civitatibus lupanaria tolerentur, non tamen approbentur. Unde, quòd regulariter à Principibus ſine peccato expelli non poſſint Judæi, nec Papa Principibus præcipere aut perſuadere debeat, ut eos expellant, aut bona eis auferant, *poſt Alb. in Rub. C. de Iud. & Archidiac. in c. fraternitatis. diſt. 54.* tradit Mart. Laud. *tr. de Princip. q. 101.*

101. Imò, quemadmodum tempore priorum Impp. Collegia Judæorum licita & permiſſa habebantur, *per Conſtitutionem Caji Cæſaris relatam à Ioſepho lib. 13. antiquit. Cujac. lib. 7. obſ. c. 30. & Speckhan d. th. 2. lit. d. & faciunt jura alleg. th. 92.* ita nec hodiè ea eſſe illicita iis in locis, ubi per Conſtitutiones Imperii vivere ipſis licet, adſerere non hæſito, *arg. vulg. l. ſancimus, 27. C. de teſtam. & l. præcipimus. 32. C. de appel.* adeò ut nec ſocietatem cum eis & participationem ſimpliciter reprobatam & interdictam putem, *per l. Iudæi. 3. & l. quicunq;, 10. C. de Iuda. poſt Br. & Bl. in l. ſubnotem. 15. §. jam autem. 6. D. de excuſ. Felin. in c. ſedes Apoſtolica col. 7. de reſcript. & in c. 2. Nic. col. 5 pr. verſ. item infert. de jurej. Barbat. conſ. 63. col. 1. & 4. vol. 4. Boër. deciſ. 179. n. 6. Farinac. p. 1. t. 4. q. 29. n. 48.* licèt nimiam familiaritatem & ſtrictam converſationem cum illis prohibitam eſſe non diffitear, *per c. ſæpè, 12. & c. nullus, 13. cauſ. 28. q. 1. Farinac. d. n. 48.* Quare Chriſtianos cum eis ſub eodem tecto habitare, ac cum illis convivari non debere, ut & cætera ab arctiore eorum conſortio abſtinere oporteat verius eſt, *l. ne quis, 6. & arg. d. l. 8. C. de Iuda. c. Iudæi. 10. & ſeqq. uſq; ad fin. d. cauſ. 28 q. 1. (v. Speckhan th. 11.) & præcipuè d. c nullus. 13. ead. cauſ. & q.* ubi nec manducandum, nec habitandum, nec lavandum cum eis, nec medicamentum ab ipſis accipiendum decernitur, & talia facientes Clerici deponuntur, Laici excommunicantur, quod tamen in eo, qui Chriſtianum Medicum invenire nequiens Judæum adhibuit, falſum docet Peck. *in c. nemo poteſt. 6. n. 7. de R. I. in 6.) c. Iudæi. 5. ubi gl. de Iuda. & Hoſt. in ſumma ad illum t. Franc. Squilacenſ. in tr. de fid. Cathol. c. 48. n. 1. relat. ab Amad. à Ponte d. loc. Luther. in d. lib. de Iuda.* Et exempla Medicinæ Judæorum Chriſtianis etiam Impp. & Regibus funeſtæ hiſtoriographi ſuppeditant: Ita Carolos Calvus Imp. à Sedechia Judæo Medico ſuo veneno exſtinctus legitur *apud Phil. Mel. Seb. Franc. & alios in vita Caroli Calvi:* ſic Joannem Boëmiæ Regem, Caroli IV. Imp. patrem, à Judæo quodam ophthalmiæ curandæ peritiam jactitante, ex cæcutiente cæcum effectum narrat Joh. Dubravius *lib. 21. hiſt. Boem. circa fin. p. 204.*

102. Planè omnibus hucuſque dictis nihil obſtantibus, ſi à blaſphemiis in Chriſtianam religionem ſibi parcere, ut & aliàs Chriſtianorum Principum & Magiſtratuum legibus politicis (nam Eccleſiaſticis, cùm de Eccleſia non ſint, eos non ligari reſpondit Alex. *d. conſ. 13. n. 21 vol. 7.*) vivere nolint, ſi Chriſtianos ad ſuam ſuperſtitionem traducere præſumant, *(v. Speckhan th. 6.)* ſi cum hoſtibus Chriſtiani nominis, uti quandoq; factum hiſtoria loquitur, proditoriè colludere animadvertantur, & omninò ex cauſa imminentis periculi vel ad amovendum ſcandalum, non graviter modò coërceri, & durioribus conditionibus ſubjici, ac quaſi ſervituti colonariæ ſeu adſcriptitiæ mancipari, ſed & omninò expelli, ac bonis quoq; deſpoliari poſſunt, *l. 11. in fin. & l. 14. in fin. l. 16. & 18. C. de Iuda. Nov. 146. Iaſ. in l. apud Iulianum. (aliàs eſt l. cùm ſervus. 39.) §. conſtat, n. 29. D. de leg. 1. Cc. in c. ſicut. 9. & in d. c. in nonnul-*

D. 11. *eod. t. Innoc. Host. & Iohan. Andr. in c. quod super his, 8. de voto, & voti redemt. Iacobin de S. Georg. supra d. q. ult. in fin. Olarad. d. consil. 87. & 264. Schneid. ad d. Rub. de fur. ab int. n. 13. wes. ad d. t. C. de Iud. n. 3. Mart. Laudens. d. tr. de Principib. q. 9. Speckhan th. 20.* Atq; in istis terminis accipiendus est Lutherus *d. lib de Iudæis*, ubi Synagogæ eorum vult destrui, (*vid. d. l. 14. & l. ult. §. 1. C. de Iud. c. consuluit. 7. eod. t. Cujac. 16. obs. 3. Speckhan th. 4.*) libros Thalmudisticos comburi, (*vid. Panorm. c. Iudæi. n. 24. detestib. & atteſt. latè Porc. cons. 4. per tot. Burſat. consil. 90. per tot. &, quando Synagoga Iudæorum librum Thalmud. componere inceperit, vid. Ioh. Marium Belgam lib. de schismat & concil c. 5. inf.*) blasphemias & alia in contemtum Christianæ religionis dicta factáve graviter puniri, (*vid. d. l. 11. C. de Iud. cum aliis jurib. supra alleg Speckhan. th. 5.*) ipsos à docendi munere dejici, (*facit d. l. 18. C. de Iudæ.*) ad libros Vet. & N. T. legendos interpretationesq; à Christianis concionatoribus audiendas cogi, (*per dd. supra th. 98.*) splendidis ædificiis & vestibus destitui, à contractibus, ubi fœnus suum judaicum gignere possint, arceri, (*vid. supra th. 92. in fin. junct. th. 95.*) in casas & q. stabula, erronum more, compingi, pecuniis privati, ad opificia manuaria asperiora vel rus colendum, adigi atq; adscribi, talibus deniq; legibus vivere nobiscum detrectantes expelli atq; exterminari. Quibus similia scripsere & alii Theologi relati à Johan. Wolphio *tomo 2. rer. memorab. p.* 415. Sub Imperio Caroli IV. An 1348. Judæos, eò quòd ex fontibus per ipsos veneno infectis, pestis universalis orta diceretur, per totam fermè Europam flammis aliisq; supplitiis absumtos, ex Nauclero recenset Seb. Franc. *Chron. German. f.* 198. *b. &* 199. *b & præcipuè* 205. *a. b.*

103. De hostibus Ecclesiæ, qui extra Ecclesiam sunt, putà Infidelibus & Judæis, præcedd. qq. 3. & 4. fuerunt. *Quintò* nunc inquirendum est de Hæreticis, qui per Baptismum & quatenùs largè veniunt nomine Christianorum, ad discrimen à Paganis & Judæis, largo & vulgari modo in Ecclesiæ (saltem visibilis) gremio constituti dicuntur, *Ambros. in 2. Tim 2. Alphons. de Castro lib. 2. de justa hæreticorum punitione, c. 24. Bellarmin tom. 2. oper. controv. 1. generali lib. 3. c. 4. post med.* & nihilominus Ecclesiæ (hoc est, congregationis fidelium, *c. 1. §. una pr. de summa Trinit.*) hostes sunt, *l. 6. in pr. C. de sum. Trinit. c. alienus, 19. caus. 24. quæst. 1. facit l. 4. §. 1. C. de hæret. ubi quod in religionem divinam committitur, in omnium vergit injuriam;* An communi securitate frui permittendi sint? Et sanè, cùm Ecclesiæ pacem & unitatem perturbent, *l. inter claras, 8. §. 5. & 6. C. de sum. Trinit. Novell. 103. c. 2. & passim sub t. C. & in jure Can. præsertim c. 13. & c pen. ult. de hæret.* adeoque sese odio dignos, *Novell. 45. pr.* illius verò beneficiis indignos reddant, *l. 4. & 19. C. de hæret. d. Nov. 45. pr. & Nov. 109. c. 1.* quinimò, velut æternam offendentes majestatem, graviùs peccare dicantur, quàm qui temporalem offendunt, (de quibus, quòd securitate communi non gaudeant, tractabitur *infrà thes. 113. & seqq. auth. Gazaros. C. de hæret. c. vergentu. 10. eod. c. 2. de præscript. in 6.* (*vid. tamen Dauth. tract. method. de testam. n. 242. in marg. & n. 244. in marg. ubi hæresin errorem, at crimen læsæ Majest. dolum pro substantia requirere notat.*) Communi Securitate æquè, ac γνησίως Christiani vallati non videntur: à qua tamen nec absolutè & indistinctè extorres dicendi sunt, prout distinctiùs jam considerabo.

104. Est verò pro præcognitione subjecti quæstionis sciendum; Hæreticos propriè esse personas in Ecclesiæ gremio constitutas, *ut distinguantur à Iudæis*

& Infidelibus per dicta th. præced.) quæ doctrinam falsam (*ut secernantur ab impiis, qui non doctrina, sed vitâ & moribus Christianismum maculant*) fundamento fidei contrariam (*ut discriminentur à Schismaticis, qui non in fide, seu principali aliquo fidei articulo, sed in circumstantia fidei errant, c. schisma. 34. caus. 24 q. 1. c. inter hæresin & schisma. d. caus. 24. q. 3. & t. t. ext. de Schismaticis.*) perversè & magno Ecclesiæ (cujus unitatem, quantum in ipsis est, scindunt) scandalo pertinaciter tuentur, *confer l. 2. in fin. & l. 12. C. de hæret. l. 12. in fin. C. de Iudæ. & Nov. 109. c. loquitur, 18. & 2. seqq. c. advocavit. 23. c. quoniam, 25. c. dicimus, 31. caus. 24. q. 1 c. hæresis. 27. c. hæreticus. 28. c. qui in Ecclesia. 31. & 2. seqq. & c. ult. d. caus. 24 q. 3. c. ad abolendam. 9. in pr. de hæret. & Dd. plenè congestos per Dauth. d. tr. method. de testam n. 243. & seqq. ubi ipse rectè notat,* dignoscèdos illos esse ex sola sacra Scriptura, utpotè quæ est fidei mensura, errorum censura, ad cœlos cynosura, *Iesai. 8. v. 20. Ezech. 20. v. 19. Matth. 22. v. 29. Gal. 1. v. 9. & c. 6. v. 16. 1. Tim. 3. v. 14. 1. Ioh. 3. v. 4. & 2. Ioh. v. 10 c. 3 5. & 9. dist. 9. cum similibus antiquiorib. canonib. Iraneus lib. 1. c. 1. & lib. 3. c. 1. Augustin. lib. 2. de Bapt. contra Donatist. & lib. 2. contra Crescent. Grammatic. c. 31. Basil. lib. 1. contra Eunom. & Epist. 80. ad Eustach. Medic. aliiq; Sancti Patres passim. Vide aliter d. c. 9. pr. de hæret. & Arnold. Albertin. de agnoscendis assertionib. Cathol. & hæret. Bernh. Comens. in lucerna inquisitorum hæreticæ pravit. &c.* Ac, ne hæreticorum farragini quisquam innocens accensearur, non levem aliquam suspicionem aut indicium (*vid. tamen d. l. 2. in fin. C. de hæret. auth. Gazaren. §. 1. eod. t. c. 13. §. qui autem, ibi: solâ suspicione notabiles, eod. t.*) sufficere, sed de hæresi certò & liquidè constare debere, *probat l. 5 in fin. C. de sum. Trinit. & contra Clarum rectè tenet Wes. in parat. C. de hæret. n. 6. ubi de modo procedendi contra hæreticos egregiè tract.*

105. De Hæreticis itaq; isthoc modo descriptis, legitimèq; agnitis ac condemnatis, Initio juris est minimè dubii, quòd libero falsæ atq; erroneæ suæ religionis exercitio gaudere minimè debeant, *l. 2 3. & passim. C. de hæret. l. cœlicolarum 21. C. de Iudæ. & cœlic. & faciunt quæ de pace Ecclesiæ in religionis unitate custodiendâ dixi supràth. 39. pr.* quod Dd. usq; adeò verum esse contendunt, ut ne quidem pacifici cuiquam eis licere existiment, ut liberè in damnata sua secta vivant, *Conradus Brunn. lib. 3. de hæret. c. 14. & eum referens Menoch. consil. 100. n. 220. quem rectè allegat. Wes. parat. C. de Iudæ. n. 4. citans Exod. 23. in fin.* Quamvis Pacificantes olim cum hæreticis ejusmodi concordiam iniri posse putaverint, *teste Evagrio lib. 3. c. 14. & 30.* & Apelles quidam docuerit; non esse discutiendam rationem fidei, sed esse satis, credere in crucifixum, *Euseb. lib. 5. hist. Eccl. c. 13.* quorum opinioni Bellarminus *tom. 6. oper. controvers. generali 2. lib. 3. c. 19.* aggregat opinionem moderatissimi Theologi Pontificii Georgii Cassandri *in libro de officio pii viri*, docentis: Principes rationem pacis inter tot hodie maximè conspicuarum religionum assecias invenire, interim verò, dum non inveniant, unicuiq; suam fidem permittere debere, modò omnes recipiant Scripturam & Symbolum Apostolicum: eò quòd sic omnes sint vera Ecclesiæ membra, licèt in particularibus dogmatibus dissentiant. Utut verò ista sese habeant non minùs tamen juris quoq; est, quòd, si in eos, qui diversæ sunt religionis, absolutum imperium non sit, liberum ipsis religionis suæ exercitium relinqui nihil impediat, *text. express. in l. Manichæi, 12 in fin. pr.* (*ubi Gothos, qui tamen Arriani erant plerisq; fœderatos fieri, & aliter, prout Imperatori visum fuerit, honorari, asseritur.*) *C. de hæret.* Id quod ad Electores, aliosq; Principes, Status, atq; Ordines Imperii nunc Romano-Germanici (qui ne quidem de hæresi adhuc dum legitimè convicti ac condemnati sunt)

secun-

secundùm hodiernam faciem non ineptè applicabitur, cùm ab aliquot jam seculis jus superioritatis, die Landtsherrligkeit/ cum omni Imperio & jurisdictione à Cæsarea Majestate sibi communicata, firmissimeq; & inconcussè custodita, (quibus libertas religionis Catholicæ vel Augustanæ confessionis mutatio hodiè accensetur) citra ullum suæ Majestatis impedimentum, ohn jhrer Majest. Eintrag/ non minùs potuerit, atque exteri Reges, Principes & potestates, in suis territoriis (salvâ tamen semper suæ Majestatis jurisdictione suprema & universali, Superioritate q; Imperii) fuerint, *Vide Th. Michael. de jurisd. th. 45. & seqq. junct. th. 49.* Quò accessit, quòd publicæ pacis atq; utilitatis favore (ob quem alioquin & ea, quæ aliàs fieri vetantur, admitti probatum *suprà th.* 37.) An. 1555. Pacificatio Religionis publica, Imperatoris omniumq; Imperii Statuum conventione, totiusq; adeò Senatus Imperii consulto & placito religiosissimè ac severissimè sancita, *per deducta d. th.* 37. inibiq; inter alia capitula, Protestantium in territoriis jurisdictio Ecclesiastica (quam olim Carolus Magnus Ecclesiastico Ordini à se constituto omnigenam demandârat, Otto verò Magnus plenè communicârat, *ut ex Reineccio refert Knich. de Sax. non prov. jur. in verb. Duc. Sax. c. 4. f.* 118. *& tr. de sublimi & regio territ. jure, c.* 1. *n.* 13. *& seq.*) suspensa, Saxonibus cùm veteris, quam vocant, religionis, tùm Protestantibus, ex æquo, ne alteri alteris, eorúmve subditis, causâ religionis, quicquam molestiæ, periculi, damni, incommodi crearent, serio inhibitum, atq; ut amicabili planè comiq; concordiâ secum invicem, virtute sacri istius fœderis, reverenterentur ac tolerarent, præfulgente sanctâ Imperatoriæ Regiæq; Majestatis promissione & auctoritate consensum, & ultrò citróq; plenissimè confirmatum fuit, *Rec. de An* 1555. *per tot. Dd. citat. præalleg. th.* 37. *Michael d. concl.* 49. *Iust. Spring. de pace relig. c.* 6. *f.* 65. *war. ab Ehrenberg verisimil. Theolog. Iurid. & Polit c.* 2. *n.* 17. *cum seqq. Ant. Benbellona de Gaudentiis in tempestivo suscitabulo p.* 2. *c.* 15. *Knich. in encyclop. c.* 13. quâ sanctione Pacem Religioni & Reipub. felicissimo eventu restitutam ait Heig *p.* 1. *q.* 11. *n.* 6. Eam itaq; vel ut precariò indultam (quod historia redarguit) vel tanquam An. 1552. vi metúve extortam (quod partim *arg. l.* 12. *§. fin. & l.* 21. *pr. D. quod metus causâ*, partim ex purgatione A. 1555. subsecuta diluitur, *l.* 2. 3. *& 4. C. de his, quæ vi metúsve causâ.*) Vel ullo alio prætextu (citra utriusq; partis à publica isthac conventione vicissim discedere volentium consensum, *§. f. I. quib. mod. toll. oblig. l.* 35. *& l.* 153. *de R. I.*) revocari, retractari, subverti, inviolabilis conventionum fides, publicarum Imperii sanctionum auctoritas, Imperatoriarum Capitulationum religio, pacis denique publicæ favor summus neutiquam patitur, *quicquid contrarium tentarint Franciscus Burchhardus in autonomia, Iod. Lorich. Professor Theolog. Colon. lib.* vom Religionsfrieden, *Guil. ab Assonleville in Atheomastyge, & alia id genus suscitabula.*

106. Deinde quoq; secundùm jus commune scriptum dubitationem non habet, quòd Hæretici legitimè agniti & condemnati non modò ab honoribus officiisq; publicis arceantur, *l.* 12. *& 18. C. de haret. N.* 109. *pr. c. excommunicamus*, 13. *§. credentes, de haret. & Const. Frid. de stat. & consuet.* §. 8. sed & aliâs impunes non abeant. Præterquàm enim, quòd pœnam incurrunt Ecclesiasticam, putà Excommunicationem, (*de qua infrà th.* 110 *& seq.*) 1. *Tim.* 1. *Tit.* 3. *c. sicut*, 8. *c. ad abolendam.* 9. *c. excommunicamus*, 13. *& c. pen. de haret.* (quam pœnam post alios spiritualem dicit Covarr. *in c. alma mater. p.* 1. §. 8. *n* 5 *de sent. excomm. in* 6. quæ licèt ipso Canone in hæresin prolabentibus infligatur, sententiam tamen requirit declaratoriam, *Mynsi.* 2. *obs.* 43. In-

ſuper Politicam quoq; merentur pœnam pro qualitate facinoris arbitratiè infligendam, *l.1.inf.C.de ſum.Trinit.c.9.in fin.pr.de hæret.Coraſ.lib.3.miſc.c.8.n.3.* puta pecuniariam, exilii aut deportationis perpetuæ, perpetuive carceris, bonorum publicationis & confiſcationis, ac perpetuæ etiam poſt mortem infamiæ, *l.2.in f.C.de ſum. Trinit.l.4.5.6.8.17.& ſeqq.cum aut.Gazaros.C.de hæret.l.ult. C.ne ſanct.bapt.iter.d. Conſt.Frid.§.5.& ſequ.c.vergentis.10.d.c.13.c pen.§.f.de hæret.& c.pen.eod.in 6.vel.d.t. C.de hæret.n.6.* (ubi tamen rectè ſubdit: jus ſepulturæ eos habere, *ex l.9.C. illatis* quanquam cum Catholicis ſepeliri eos vetuerit Pont. *in c.8.eod.t.*) Ratiſſimè veró leges noſtræ ex cauſa hæreſeos pœnam ad ultimum uſque ſupplicium & naturalis vitæ ademptionem extendunt, *l.5.ibi: & ultimo ſupplicio tradendu, l.8.in fin.l.11.& 12.C.de hæret.l.2.C.ne ſanct bapt iter.*

107. Dixi: *Hæreticis pœnam pro qualitate facinoris arbitrariò infligi.* In pœnis namq; ex cauſa hæreſeos imponendis diſtinguendi. I. à corrigibilibus & reſipiſcentibus [quibus Eccleſia gremium ſuum non claudit, ſed delicti veniam dat, *l.ult.circa fin.C.de ſum.Trinit.l.4.§.6.C.de hæret.Novell.109.c.1.& c.2.in f.extr.de ſum.Trinit. Zaſ.lib.1.conſ.23.n.4. Menoch. A.I.Q.caſ.372. ubi de abjuratione, (cujus exemplum c. 42.diſt.2 de conſecrat.) de qua & Burſat.conſ.7.vide tamen de relapſis in hæreſ.l.3.C. de Apoſt.c.ſuper eo.4.& c accuſatus,8 de hæret.in 6 Menoch.caſ.374.& de pœnitentibus etiam non relapſis duram opinionem Clari §. hæreſis,n.8.notatam à Goth.in l.5.in f.C.de ſum. Trin. rigidúmq; morem Hiſpaniæ apud Covarr. lib.2.V.R.c.10.ad fin.*] in errore perſeverantes, pertinaces, impœnitentes, refractarios & quandoq; αὐτοκαταγνώστους, *c.dixit.29.c.quia.31.& ſeqq.24.q.3.c.9.pr.de hæret.& per plures textus divini & humani juris.weſ parat.C.eod.t.n.1.Menoch.lib.5.præſ.7.Dauth.tr.method.de teſtam.n.244. & 247.Zaſ.d.conſ.23.n.5.& 6.* II. docentes à diſcentibus, *l.2.& l.8.§.ult.C.de hæret.* ſive, quod eodem recidit, ſeductores, *facit.l.18.& ult.in f.C.de Iud.* ab iis, qui ſimplicitate ſeu ruſticitate, *Nov.144 c.2.* errore, ignorantiâ, veſaniâ, deceptione perſonæ ducuntur, *weſ.d.loc.n 6.verſ.Deinde,& verſ. Quare dicamus.* ſeu hæreticos ab iis, qui hæreticis credunt, *aut credentes C.de hæret.& d Conſt Frid §.8.& c.13.§. credentes de hæretic.* ſive turbones ab erronibus, *ut loquitur Lipſ.4 polit.c.3.* III. à ſedatis & quietis (pro quibus tolerandis & pœnis legum ſolvendis ſanctiſſimos quandoque Eccleſiarum Epiſcopos apud Impp. Chriſtianos interceſſiſſe patet ex *Novell.129.c.1.ubi notat Goth.* quibus & doctore magis, quàm tortore, opus eſſe ſubtimidè ait Lipſ.*d.lib.4.polit.c.4.*) diſputaces, veritati contradicentes & errorem palàm mordicùs defendentes, *l.4.C.de ſum.Trinit.d.l.8.§.5.C.de hæret.c.qui aliorum.33. caus.24.q 3.Dauth d.loc.Bodin.lib.1.de Rep c.7.n.48.(poſt med.& n.ſeq.* IV. ab his, qui leviori aliquo argumento à judicio Catholicæ religionis deviare noſcuntur, *d.l.in f.C.de hæret.* ii, qui pernicioſiores & deteſtabiliores errores defendunt, *l.4.5.6.12.18. & 21.C.d.t.* ſcilicet cum fundamento fidei è diametro pugnantes, *vide Dauth d.n. 244.& ſeqq.* V. & denique ab hæreticis ſimplicibus hæreticâ aliò inſuper crimine levioribus coërcendo affectis; veluti ſi aperta concurrat blaſphemia, *de qua vid.Num.4. Lev.24.Iſa.52.Matth.12.Rom.2.Epheſ.4.1.Tim.1.Nov.45.c.1.§.2.Nov.77.ubi Gothof. in Rub.in verb.blaſphementur.& c.1.§.2.in verb.ultimis.R.de An.1512.p.94.& de Anno 1548.p.391.Covarr.in c.quamvis.p.1.§.7 n.9.Clar § blaſphemia.Damhoud prax crim. c 61.n.10.& multis ſeqq Decian.lib.6 prax crim.c.6.Velpellus.de pace.q 26.Menoch.cas. 375.P.Greg.Tholi.lib.33.ſyntagm.c.12.* qualis fuit Serveti, Trinitatem Ceiberum Tri-

cipiem appellantis, *Amicus meus D. Balth. Meisn. Ph. sob. sect. 2. c. 3. q. pract. 4. p. 625. in fin. vid. Sleidan. lib. 25. p. 812.* vel etiam seditio, *Novell. 103. c. 2.* cujus evitandæ causâ coercticula hæreticis in jure prohibentur, *l. 2. pr. vers. sciant omnes. & §. 2. C. de sum. Trin. l. 5. & d. l. 8. §. 3. & l. 20. C. de hæret.* ut superiore seculo in Anabaptistis, *de quorum seditiosa colluvie & conatu Bodin. lib. 3. de Repub. c. 7. n. 343 lit. c. & de eorundem insania lib. 4. c. 1. n. 370. plenissimè Sleidan. lib. 3. comm. adde de Anabapt. R. An. 1529. §. Nachdem auch p. 196. & constitutionem contra eosdem promulgatam, d. An. 1529. & R. An. 1551. §. Nachdem auch. & seqq. p. 417. & seq. Denays. t. 23.*

108. Istis tamen distinctionibus maximâ ex parte posthabitis Doctores pleriq; in hæreticis ob hoc ipsum, quòd tales essent, pœnam capitalem, quæ legibus nostris, *ut in fin. tb. 106. notavi*, rarissimè locum habuit, regularem fecerunt, *per text. Deut. 13. Zach. 13. & arg. 2. Tim. 2. vers. 17. & per ll. alleg. d. tb. 106. inf. & per c. legi. 13. caus. 23. q. 8. (per quem textum excusare quidam ausi sunt fratricidium Alfonsi Diazii memoriæ proditum à Sleidano lib. 17.) & c. resecanda. 24. q. 3. Zas. d. cons. 23. lib. 1. & cons. 14. inter V. C. Germ. tom. 1.* pœnam gladii sufficere putans contra Dd. comm. qui ad ignis usque cruciatus hæreticorum supplicium extendunt, quos allegat *wesenb. in parat. d. t. C. de hæret. n. 6. vers. caterùm glossatores.* quos ipse *ibi* refutat ex eo, quòd vivi comburium nunquam decerni debeat, nisi cum lege disertè est expressum, *per tex. ibi alleg. quib. addo l. 6. D. ad l. Iul. pec. l. 3. C. de Iudæ. l. 9. C. ubi causa fiscal. l. 3. C. de malef. & l. 3. C. de re milit. lib. 12.* Sunt qui pro dura ista opin. allegare audent locum Jesai. 50. *in fin. uti Iacob. de Belvis. 2. pract. 13. n. 10. notatus à Goth. in l. ult. post med. in verb. ambulate. C. de sum. Trin. & fid. Cathol.* Nec felicibus ab aliis, *inter quos est & Damhoud. d. c. 61. n. 58.* eò detorquetur tex. Joh. 15. *ut ex Chrysost. Theophyl. & aliis S. lit. Interpp. rectè monuit. Coras. d. lib. 3. miscell. c. 8. n. 4.* cùm de pœna æterni ignis loquatur, ut *ex Henrico Boich. in d. c. ad abolend col. 9. de hæret. Alphons. à Castro d. lib. 2. de justa hæret. punit. c. 13. Gondiss. de Villad. de hæresi. q. 15.* docet Covarr. *d. lib. 2. V. R. c. 10. n. 10.* ubi tamen ipse exemplo Josiæ regis Judæ, qui ossa sacerdotum Baal exhumari & super altare comburi fecit, *4. Reg. 23.* aliisq; argumentis & exemplis utitur. At consuetudinem hic observandam putat Coras. *d. l. n. 5.* sicut consuetudine potiùs, quàm jure eam pœnam receptam post Gondiss. & Simancam statuit Menoch. *cas. 374. n. 2. Adde omninò Decian. lib. 5. prax. crim. c. 40. per tot.* Liberos sanè hæreticorum comburendos esse certo jure constitutum est, *l. 3. §. 1. & 3. C. de sum. Trinit. l. 6. §. 1. l. 8. in f. & l. 16. inf. C. de hæret. Covarr. d. n. 10. Decian. d. lib. 5. c. 46.*

109. Cæterùm, veritatem & æquitatem qui amant, contra capitalem illam in personas hæreticorum simplicium sententiam ita statuunt: Juri divino Novi Testamenti, cujus Ecclesiam Evangelii doctrinam sine cæde & sanguine propagaturam vaticinatus est Jesai. *c. 11. n. 6. & 9.* spiritum sive igne, sive alio modo perdere animas hominum à veritate Evangelica deviantium quærentem non convenire, *Luc. c. 9. v. 54. & seqq.* ad eam, cùm Deus populum voluntarium flagitet, *Psal. 110. v. 3.* neminem cogendum, *per dd. sup. tb. 98. pr.* Nunquam religionem impugnaveris, nève ea, quæ immediatè à Deo dependere videntur: magnam enim vim in animis hominum religionis causa habet, *sunt gravissima verba Guicciard. hypomnesi polit. 130. Adde tex. Rec. Anno 1555. §.* **Wo aber unsere** *p. 429.* ubi beneficium emigrandi conceditur, *Denays. t. 216. §. 19.* quod posteà ad necessitatem per eos, quibus Religionis causa subditos suos premere lubitum, valdè absona interpretatione, trahi

cœpit,

cœpit, *contra d. §. Wo aber. in verb.* Wölten. *& in verb.* Zugelaſſen vnd bewilligt. *junct. l.* 40. *in pr. D. de judic. l. invito*, 69. *& l. invitus*, 156. *D. de R. I. Mind. loc. alleg. ſup. th.* 37. *Michael. th* 49 *lit. d. &* e. facit arg. ab Infidelib. & Judæis, quos *per ſuprà hæc eod. cap. deducta*, pacificè viventes expelli jura prohibent, licèt ab Eccleſia Chriſti planè alieni, & infenſiſſimi Chriſtiani nominis hoſtes ſint, (quamvis differentiam monſtrare conetur Porcius *conſ.* 4. *n.* 83. & alii aliter.) facit; quòd ipſemet Chriſtus Salvator zizania non eradicari, ſed relinqui (h. e. hæreticos non exterminari aut perimi, ſed tolerari, ut ſc. ſpacium pœnitentiæ, ad tempus vitæ haberent,) voluit *Matth.* 13. *c. circumcelliones. 1. cauſ.* 23 *q.* 5. & Apoſt. Paulus non de vita tollendos, ſed devitandos monet, *Tit. 3. v.* 10. (h. e. familiari communione non dignandos, *Johan. epiſt.* 2. *verſ.* 10. *&* 11. *Vid. eleganter Meiſn. d. ſect. 2. Ph. ſob. c. 3. q. un. p.* 521. *& multa ſeqq. ubi amicitiam naturalem, conjugalem, itemq; politicam ſeu civilem, at non moralem, multò minùs ſpiritualem, inter fideles & hæreticos conſiſtere poſſe & debere prolixè & eruditè docet.* Accedit, quòd nec Divi Patres iſtam in hæreticos ſævitiam probent: Nullis, inquit Auguſtinus, placet hoc in Catholica Eccleſia, ſi uſq; ad mortem in quemquam, licèt hæreticum, ſæviatur, *lib. 3. contra Creſcent. Grammatic. c.* 50. *allegà weſ. ad d. t. C. de Iuda. n.* 6 *alia dicta habet Meiſn. d. ſ. 2. c.* 4. *q.* 4. *p.* 618. Deniq; evidens etiam occurrit ratio, quòd videlicet hæreſis ſit crimen mere Eccleſiaſticum, *Alc. c. t. n.* 73. *de offic. ord. Clar. §. hæreſis. n.* 4. *Rol. à Vall conſ.* 20. *n.* 10. *lib.* 3. & pœna qualitati delicti correſpondere debeat, *§ item l. Iulia*, 8, *l. de pub. jud. l. ſancimus*, 22. *C. de pœn.* nec Clerici, qui cognitionem & dijudicationem iſtius criminis ſibi ſolis aſſerunt, *d. c. 9. de hæret. c.* 11. 12. 17. *&* 18. *eod. in* 6. *Clem.* 1. *eod. Alc. Clar. Rol. à Vall. dd. locis.* (vid. tamen *weſ. d. n.* 6.) judicium ſanguinis dictare debeant. *c.* 5 *&* 9. *ne Clerici vel Monachi ſecul. negſe immiſc.* Nec Inquiſitores hæreticorum, quos vocant, (à Juſtiniano Imp. quod quaſi obitet inſpergere placet, tanquam ſeditionum fomites, conſtitui eorum prohibiti, *Nov.* 17. *c.* 11. *& Edict. Juſtin.* 2. *c.* 1. *ubi vid. Goth.*) hic excuſabit cautela illa ſimulationis pleniſſima, quâ pro hæreticis à ſe condemnatis & judici ſeculari traditis intercedunt, ne morte aut membri mutilatione eos afficiat, quam *ex c. nonnulli, 27. de V. S. & Hiſp reg. l.* 60. *t.* 6 *p.* 1. probat Covarr. *in Clem. ſi furioſus, p.* 2. *§* 5. *n.* 6. *de homicid.* ubi ipſe alium *ex Henrico Boich. in d. c. ad abolendam. de hæret. & hunc ſequente Ioh. Igneo in l.* 1. *§ cùm domus. n.* 17. *D. ad Syllan.* ſubdit: ut Inquiſitores coram ipſomet judice ſeculari hæreticos condemnent, ſicq; à juriſdictione propria dimittant, quos ita judex ſecularis in ſuam juriſd. recidentes morti & igni illicò ſit traditurus. quam cautelam *probare videtur tex. in c.* 13 *§. Damnati verò, de hæret.* & Covarr. magis tutam dicit: magis ſanguinariam dicere debuiſſet. Clerici namque licèt excuſentur ab irregularitatis pœna, ſi ipſi interſint conſilio Principis, ubi lex vel conſtitutio ferretur, ex qua multi poſtea afficiuntur ultimo ſupplicio: irregularitatem tamen incurrunt, ſi poſtea immediatè & re ſic nata ipſi condemnarent, aut ſaltem intereſſent conſilio, in quo quis condemnatur, ait formaliter Sichard. *ad auth. habita, n.* 6. *C. ne fil. pro patre. Vide omninò de hactenus excuſſa quæſtione eleganter & piè diſſerentem Matthæum Celſum Senenſem in libello, cui titulus: In hæreticis coercendis, quatenus progredi liceat. Meiſn. d. c.* 4 *q.* 4. *& aliqua apud Bodin. lib.* 4 *de Rep. c.* 7. *n.* 483. *& ſeqq. Lipſ. lib.* 4 *polit. c.* 4. *& Dauth. loc. ſuprà alleg.*

110. Hæreticorum occaſione *Sexta* de quibuſvis Excommunicatis exſurgit *quæſtio*, num Securitatis communis ſint participes? Quæ diſtinguendo diſſolvitur. Sani-

Sanè enim excommunicati, modò excommunicatione majori (*quæ quomodo differat à minori, vid. c. pen. de sent. excomm. Covarr. in c. alma mater. p. 1. in pr. n. 4. & 5. de sent. excomm. in 6. qui & eadem p. 1. c. 1. §. 8. n. 6. ab excommunicatione majori anathema fere nihil differre docet.*) & legitimè quidem excommunicati sint, *Matth. 18. Ioh. Zang. edita sua orat. de excommunicatione,* (Illegitima enim, putà, innocentium excommunicatio ab iniquo vel impio excommunicantis judicio aut furore profecta cuiquam non est, & in caput ipsiusmet excommunicantis redundat, *Ioh. 16. princ. Nov. 123. c. 11. Adde caus. 24. per tot. & t. t. de sent. excomm. in decretal. Sexto. Clem. & Extravag. Covarr. d. p. 1. §. 7. n. 5. & §. 9. per tot. Zang. d. orat.*) ab omni fidelium communione, *d. Matth. 18. 1. Cor. 5. & 2. Thess. 3. Tit. 3. Iohan. epist. 2. c. 1 c. excommunicatos. 17. & c. ad mensam. 24. & passim, 11 q. 3. c. 2. de except. c. pervenit. 13. de appell. & c. 2. de sent. excom. latissimè Covarr. d. p. 1. §. 1 & 2. qui tamen d. §. 1. n. ult. rectè probat, communicationem cum illis salutis eorum causâ susceptam non prohiberi; sed Christiana charitati convenire, tex. in c. responso. 43. de sent. excomm.* (sicut Interdicti ab externa solùm, *Covar. in d. c. alma mater. p. 2. relect. §. 1. per tot. ubi in fine de similitudine & differentiis Interdicti & Excommunicationis ad alios Dd. remittit.*) extorres habentur, & tanquam in banno Ecclesiastico, quam pœnam deportationi seù banno in Imperio ac politia civili correspondere Dd. volunt, *arg. l. placet, 5. ubi gl. fin. C. de SS. Eccl. junct. c. non minus. 4. & c. adversus, 7. de immunit. Eccles. gl. in §. minor. in verb. interdictum. l. de cap. dim. Bl. in l. 1. C. de hered. inst. Sich. in auth. habita. n. 14. C. ne fil. pro patr. & in d. l. 1. n. 12. C. de hered. inst. wes. in parat. C. de hæret. n. 6. vers. Et hæc pœna. & præcipuè Gail. lib. 2. P. P. c. 1. n. 26. & c. 12. n. 22. facit tex. Ord. p. 3. t. 48. §. 9. in fin.* vel saltem exilio sive relegationi, *gl. fin. in c. pastoralis, 53. de appell. Sylv. Aldobr. ad d. gl. in §. minor. l. de cap. dim. allegans tas. in l. fin. C. qui admitt. quod probat & Dauth. tr. meth. de testam. n. 256. vers. tum quod verius.* universalis fidelium securitatis expertes sunt, *per jura prædicta allegata.*

III. Hæc tamen privatio Ecclesiastica communionis fidelium cùm internæ tùm externæ, omnimodam exterminationem politicam non operatur, secùm vehit; quia nec dominio rerum exuit, *d. gl. fin. in c. pastoralis. 53. de appell. quam sequitur Dauth. d. n. 256. ubi ex hoc & aliis fundamentis notat: Excommunicatos (exceptis propter hæresin excommunicatis, auth. credentes. C. de hæret. canonisata in c. 13. §. credentes. eod. t. c cùm secundùm eod. t. in 6. Idem Dauth. n. 242. ubi Dd. cumulat.*) testari posse; post Dd. ibidem sc. d. n. 256. *allegatos, quibus addo Covarr. in Rub. de testam. p. 2. n. 56. qui dissentientes allegat.* Nec contractus cum illis celebratos annihilat, *c. felicis, 5. §. verùm depen. in 6. Dd. quos allegat & sequitur Covarr. in d. c. alma mater. p. 1. §. 1. n. 10.* multò minùs justam in illorum vitas & bona grassandi causam præstat *arg. eorum, quæ suprà tit. 30. de Infidelib. diximus, quibus Excommunicati (cæteris tamen paribus, vid. d. c. ad mensam. 11. q. 3.) deterioris esse conditionis non debent, per tradita à Covarr. 2. V. R. c. 20. n. 11.* Historiæ tamen exemplis, etiam potentissimorum Principum, cum suis terris, mediante Excommunicationis fulmine, hostilibus omnium armis objectorum & expositorum, scatent: qua potestate Papam etiam in Imperatorem armat Joh. de Lignano *tr. de bello, c. 16.* & complures alii. *Confer Brutum fulmen, & gravissimum dictum Dominici Trivisani Veneti apud Guicciard. lib. 8. hist.*

112. De Hostibus externis communi securitate non dignandis, *suprà q. 2. hujus capitis,* deinceps verò de internis, magis tamen Ecclesiæ, quàm Politiæ hostibus, putà Infidelibus, *q. 3.* Judæis, *q. 4.* Hæreticis, *q. 5.* aliisq; Excommunicatis, *q. 6.*

quatenus scilicet generali illâ securitate dignandi vel dedignandi sint, plenâ hactenus manu disserui: *Septimò* nunc de iis Hostibus internis videndum, qui, ut externi illi foris, ita ipsi intùs publicam Politiæ Securitatem perturbare, violare aut planè evertere satagunt: à quibus, dictante unanimi Politicorum monito, historiâq; magistrâ, plus etiam metuendum est periculi, quàm ab illis externis: *sicuti belli civilis miseriam oculis sententiosè objicit Lips. 6. polit.* 1. imò bellum externum contra bella civilia salutare statuit Arist. *in Politicis, & exemplis firmat Bod. lib. 5. de Rep. c. 5. n. 563. & ex Tacito lib. 5. histor. tangit Lips. d. lib. 6. polit. c. ult. in med.* Et sanè in tempore iis obviandum, siquidem motus etiam exiguus in Repub. partibus infectâ periculosissimus est, *teste Guicciard. lib. 1. hist.* & Civiles discordiæ subditos non rarò ad defectionem à fide legitimæ potestati debitâ trahunt, *ut exemplo roborat Guicciard. lib. 7. hist. circa pr.* Sine ulla itaq; hæsitatione statuendum est: Hostes istiusmodi internos, non magis, atque externos, dum contra Securitatem per leges omnibus tributam committunt civilemq; vitam longè intutissimam reddunt, isthoc legum beneficio dignos judicari, *per l. auxilium, 37. in f. D. de minorib. l. filio, 48. §. 1. D. de rit. nupt. l. scimus. 22. § sin. verò. 12. C. de jur. delib. l. ult. §. ult. pr. C. de bon. quæ lib. c. quia frustrà, 14. de usur. & c. in audientia, 25. de sent. excomm.*

113. Tripliciter autem bellum civile contingere docent Politici: PRIMUM, quando in eadem Repub. diversæ factiones inter se dissident, quas qui concitant foventque, Factiosi dicuntur, *l. 4. C. de ingen. manum, l. pen. C. ad l. Iul. maj. Lips. d. lib. 6. polit. c. 3.* SECUNDÒ, quando Superior in inferiores tyrannico more veriùs sævit, quàm imperat, Tyrannus dictus; qui an Securitate Regum sacrosanctâ gaudeat, sequentis capitis classe I. th. 147. dispiciam. TERTIÒ, quando inferiores adversùs superiorem insurgunt, qui Seditiosi & Rebelles nuncupantur, *de quibus vide l. 3. pr. D. ad l. Iul. de vi publ. l. 3. §. 19 in f. & l. ult. in f. D. de re mil. l. 1. §. 1. & passim. D. & C. ad l. Iul. maj. l. ult. in f. C. de abolit. t. t. C. de seditiosis & de his, qui plebem contra Rempub. audent colligere. Nov. 17. c. ult. Extravag. ad reprim. ubi Br. & t. qui sint rebelles. Alb. Brunus t. tr. de sedition. Nic. Boer. t. tr. de seditiosis. Claud. Cotereus lib. 3. de jure & privil. milit. c. 5. Chass. rubr. 1. in verb. droict d' icelles. n. 50. Clar §. f. q. 68. n. 36. Lips. 6. polit. 4. Mynf. decad. 11. resp. 1. n. 6. & multis seqq. ubi n. 27. & seqq. & eâdem decad. 11. resp. 1. n. 5.* ad rem nostram appositè, adversùs tales justam belli suscipiendi causam esse docet. Et in his præcipuè detestandi sunt Perduelles, qui nefariè data opera adversùs Principem & Statum machinantur, eúmque, quantum in ipsis est, subversum eunt, *l. ult. & passim sub t. D. & C. ad l. Iul. maj. vid. Vult. lib. 1. I. R. c. 47.*

114. Intestinis quoque hostibus & bellorum civilium suscitabulis accensendi sunt, injussu Principis Diffidantes, **welche jemand ohn Keyserliche Erlaubnuß wider Recht vnd Billigkeit mutwillig bevehden** *l. 3. vers. eadem l. D. ad l. Iul. maj. l. un. C. ut armor. usus inscio Princ. interd. sit, lib. 11. Aur. Bull. t. 14.* PHO. *art. 129. & passim in Const. P. P. aliisq; Recessibus Imperii, Ioh. de Lignano tr. de bello, c. 14. Zoanett. de Rom. Imp. n. 109. Menoch. 6. præsumt. 96. n. 4. & 5. Gail. 1. P. P. c. 4. n. 4. & seq. Schurff. cons. ult. cent. 3. Mod. Pist. cons. 39. n. 15. vol. 1. vid. tamen Mynf. d. decad. 11. resp. 1. Adde dicta suprà th. 86. requisit. 3.*

115. Omninóque Pacis Publicæ violatores, **welche den gemeinen Frieden im Reich Teutscher Nation in Religion** (nam & Pax Religionis pœnis Constitutionis de P. P. sancita sanctaque esse jubetur, R. A. 1555. §. **Vnd damit solcher Fried. in fin. Denays. t. 216. §. 6.**) **vnd Prophan sachen brechen/ dem Religion oder Landfrieden**

zu wider handlen/oder zu handlen vnterstehen/ꝛc. *arg. l. 13. & passim. D. ad l. Iul. de vi pub. & præcipuè in Const. Frid. de pace ten. & Const. de P. P. aliisq; Imp. Recessib. Ord. p. 2. 13.* (ubi *in fin. pr. & §. 1. in fin.* vim contra P. P. illatam etiam ante sententiam proscriptionis, de qua paulò pòst, incontinenti, *arg. l. 3. §. 9. & l. 17. D. de vi & vi arm.* vel cum primùm sociorum & auxiliatorum copia erit, *arg. c. olim causam. 12. de restit. spol.* repellere & referre impunè licet, *Gail. 1. P. P. 16. n. 14.*) *& tt. seqq. Luc. de Penna in l. unic. col. 13. vers. de jure verò. C. pub. læt. & c. lib. 12. Affl. d. Const. de pace ten. in verb. capitalem. Velpellus tr. de pace. q. 51. Nic. Moron. de fid. treug. & pace, q. 10. n. 21. & 22.* (in quibus allegatis textib. & Dd. de variis pœnis pecuniariis, corporalibus & aliis, pacis publicæ violatorum:) *rectà in terminis nostris specificis Nic. Vigel. in Const. Carol. pub. jud. c. 6 sect 3. p. 189. & multis seqq. Denays. in jure Cam. t. 211. & seqq. Mynsing. 5. obs. 78. Gail. 1. obs. 3. & lib. 1. de P. P. per tot. Schurff. cons. 12. cent. 2. Mod. Pistor. cons. 39. per tot. & cons. 59. n. 15 16. & 18. vol. 1. Fachs. cons. 4 n. 16. Fichard. cons. 1. German. vol. 2. & c.*

116. Quinimò prædicti per Præscriptionem seu Bannum Imperii, *de quo videomninò Br. Nell. & aliorum tr. de Bannitis eleganter Sichard. in l. 1. à n. 11. usque ad finem* (ubi *in fine de Banno Camera Imperialis, Curiæ Rotwilensis, & judiciorum Westphalicorum aliquid tangit.*) *præcipuè Gail. lib. 2. de P. P.* (in cujus pœnam notorii violatores P. P. & rebelles ipso jure & facto incidunt, *t. qui sint rebelles. Ord. d. p. 2. t. 9. §. 1.* per sententiam nihilominus incidisse declarandi, *Moron. de fid. tr. & pac. q. 33. text. in Const. P. P. de Anno 1548. §.* Vnd ob jemandts *p. 381. Ord. d. p. 2. t. 9. §. 1. Gail. 1. obs. 3. n. 8. Denays. t. 211. §. 7.* atque ita in Camera semper observatum ait Gail. 2. P. P. 3. *num. 8. wurmbser. t. 50. obs. 3. quod putavit immutatum Mynsing. 2. obs. 43. per Recess. de An. 1559. in §* Damit dann hinfüro. *p. 560. qui tantùm de violatione P. P. actu permanente seu continuata, putà in palantium militum, erronum & prædonum concursu loquitur, Gail. d. c. 3 n. 18. Alius casus specialis habetur in Aurea Bulla Caroli IV. t. 1. de quo dicam c. 7. & item alius, primo tamen simili, in R. A. 1566. §.* Daß sie auch. *p. 604.*) in peregrinitatem rediguntur, *l. sed si hæc. 10. §. sed si quis. 6. D. de in jus voc. l. 1. §. 2. D. de leg. 3. l. 1. C. de hered. inst. An & quatenus Banniti deportatis æquiparentur, vid. Dd. fluctuantes apud Clar. §. f. q. 71. n. 12. ubi ipse propriam, à deportatione & relegatione distinctam speciem facit, ex Dd. & usu judicandam.* & communes omnium hostes declarantur, *l. amissionis. 3. §. 1. vers. sed & hîc. D. de cap. min. Sich. in d. l. 1. n. 12. C. de hered. inst. Clar. § homicidium. n. 57. Corn. cons. 104. col. 1. vers. hic tamen lib. 1. Mynsing. cons. 21. n. 58. Vnde* Echter *à Græco* ἐχθὸς, *quod apud Homerum publicum hostem significat, dictum quidam putant. Thylm. de Benign. in Apesp. prodromo, obs. pract 21. & liquet ex ipsa declaratoriæ Banni formula:* Setzen jhn auß dem frieden in vnfrieden/ꝛc. *Gail. 2. obs. 6. n. 10. & seqq. quâ à protectione Imperii eximuntur, & in hostilitatem reponuntur. Thylm. de Ben. d. loc.*

117. Cui consequenter Securitatem viæ publicæ, commerciorum & commeandi amittunt, *Gail. 2. P. P. 1. n. 13.* impunè à nemine recipi, neq; ipsi neq; bona eorum, Erklärung des Landfriedens *de Anno 1522. §.* Ob aber *p. 153. & passim in seq. R. An 1548. §.* Es soll auch *p. 305. Ord. Cam. d. p. 2. t. 10. 12. & seq. ex Affl. Moron q. 102. n. 22. latissimè Gail. 2. P. P. 10 Denays. t. 256.* at liberè à quibuscunque offendi possunt, *Ord. d. p. 2. t. 9. §. 1. vers.* So bald auch. *Gail. d. lib. 2. P. P. 1. n. 20. Denays. t. 49. §. 1. Vide* omninò *Schurff. cons. 10. n. 14. & multis seqq. cent. 3.* quod non ita fuit ex dispositione juris cõmunis, *si credimus Br. in l. ut vim, 3. & ib. Claud. de Seysel. D. de just. & jur.* quos *refert & sequitur Clar. §. homicid. n. 52.* (sicut nec hodiè adhuc moribus Galliæ Banniti

offendi possunt, nec hostes reputantur, nisi in casu læsæ Majest. divinæ (putà, hæreticos) vel humanæ, ubi ipso jure diffidati censentur *per auth. Gazaros. C. de hæret. Chass. Rub. 2. des confiscationu. verb. qui confisque le corps. n. 10.)* Quòd verò istiusmodi statutum de Bannitis impunè offendendis valeat, communis est opinio, *Clar. d. §. homicidium. n. 53.* cujus tamen vis l. extra territorium sese non extendit. *Magalett. tr. hic. p. 2. n. 37. Clar. §. f. q. 71. n. 11. plures allegat Moron q. 107. n. 22.* ne quidem ad Civitates fœderatas, *Capoll. cons. crim. 8. per tot. relat. à Giacch. ad Clar. d. §. homicid. n. 52. lit. p.* Et in specie de banno Rotwilensi & judiciorum Westphalicorum, quòd non extendatur ultra limites jurisdictionis illorum, docet Sich. *d. l. 1. n. ult. C. de hered. inst.* Bannum verò Imperii ab Imperatore, vel, quæ vicem ejus obtinet, Camera Imperiali Spirensi inflictum universale esse, & per totum orbem terrarum vires suas extendere docet Gail. *1. P. P. 6. n. 12. & 14. (quod tamen fortè inter observationes suas referre nequivisset,) quò faciunt arg. in jura all. sup. c. 3. th. 38.* II. Iste effectus Banni, videlicet libera Bannitos offendendi licentia, ne quidem in casu Banni universalis, ad flagitia producitur, *Ripa in l. si flagitii, 123. (aliàs est l. si plagii) D. de V. O.* Unde mulierem Bannitam adulterare impunè propterea non licere ex communi contra Nellum recte tenet Clarus *d. §. homicidium. n. 56. faciunt not. Gail. 1. obs. 1. n. 36.* Cæteroquin usque adeò licita est Banniti offensio, ut huic se defendere non liceat, *Moron. q. 108.* quia ubi offensio permissa, ibi defensio est prohibita, *arg. l. 3. D. ne vis fiat ei. qui in poss. &c. l. si servus. 4. C. de his, qui ad Eccl confug. Dd. omnes in l. 3. D. de just. & jur. late Hippol. de Marsil. pr. crim. §. aggredior. n. 75. & seqq. usq; ad 82. Farinac. p. 1. q. 32. n. 86. Obr. tr. de defens. c. 6. n. 12. plures allegat Harprecht. in §. hac actio. 12. n. 153. I. de injur.*

118. Offendi autem impunè possunt Banniti Primùm in persona, *per d. Ord. p. 2. t. 9. §. 1. in verbu:* **Sollen des oder derselben Leibs** &c. *allermenglich erlaubt seyn. & patet ex suprà tacta declaratoria sententia forma apud Gail. 2. P. P. c. 6. n. 10. & seq. Thylman. de Benign. d. obs. pract. 21. ubi ex eo colligit, à deportatione, quæ mortem tantùm civilem inducit, Bannum, quod mortem quoq; naturalem secum trahat, discriminari.* Unde occidens Bannitum ab homicidii pœna prorsus liber & immunis est, *quam sententiam frequentiori Interpretum calculo receptam ex Placa lib. 9. epit. delict. c. 36. n. 1. refert Clar. d. §. homicid. n. 52. in fin. & n. 54. taliter occidentem etiam in foro poli seu conscientiæ excusari ex communi docet:* prædictaq; sententia de impunitate internecionis Bannitorum procedit, etiamsi statutum simpliciter de impunè offendendo conceptum esset, *Clar. d. loc. n. 55.* nec fallit, etiamsi per assassinos vel aliàs proditoriè occidantur, *si credimus Claro d. loc. n. 61.* quod tamen alii non, nisi in Bannito pro crimine læsæ Maj. admittunt, *Giacchar. ibid. lit. q. (ubi post Carer. isthoc casu etiam veneno locum relinquit) & generaliùs lit. x.* Nec quicquam, quoad dictum effectum, discriminis est inter Bannum delicti & contumaciæ in Camera Imperiali, *(licèt aliàs statutum Bannitum impunè offendi permittens, non habeat locum in Banno contumacia, Gail. 2. P. P. 5. n. 16.)* cùm eadem utrobiq; sit declarandi & denunciandi ratio, *Gail. d. l. n. 12.* quod haud dubiè (*utut rigorosum videri possit*) odio obstinati contemtus Cæsareæ Maj. ita constitutum est, *Gail. 1. P. P. 1. n. 40. & d. lib. 2. c. 5. n. 13. & seq.* in super justum, leges contra eum insurgere, qui jus, judicem & partem cludit, *c. 1. in fin. de appell. in 6. Gail. d. lib. 2. c. 5. n. 2.*

119. Istam verò sententiam Primò negant procedere, si Bannitus de innocentia sua docere vellet, quem, donec de crimine liqueat, ob pendentiam termini, in quem

in quem pœna differtur, non esse offendendum, *post Felin. in c. qua in Ecclesiarum. col. 2. de constit. Moron. q. 105. n. 1. & 2. n. 3. subiicit Innocentiam potiùs cùm gaudio exponendã, quàm injuriam prosequendam esse. per l. absentem 5. D. de pœn. & Luc. de Penna lib. ult. col. 2. D. pub. lat. & c. lib. 12. facit Ord. p. 2. t. 10. ubi tamen de speciali salvo conductu isto casu dando movetur, Gail. 2. P. P. c. 7. Gilman. Symph. tom. 3. verb. Salvus conductus. in fin.* sicut & aliàs de aliquo crimine diffamato (citra exceptionem ejus, qui ex tali diffamatione Bannitus est) pro facienda sui exculpatione non debet defensio denegari, *l. 7. & 8. C. ad lib. Corn. de falsis. c significasti. 16. de homicid.* Eodem quoque pertinet, quòd Bannitus de proximo rebanniendus (*h. e. banno vicissim eximendus,*) occidi impunè non possit, *Moron. d. q. 105. n. 17.* Secundò, limitant in eo, qui pro non Bannito fuisset reputatus, *ut ex Ang. in libr. si duo 38. D. de adquir. herd. Marsil. in l. 1. n. 11. D. ad l. Cornel. de sicar. & in § aggredior. n. 34. notat. Moron. d. tr. de sid. treug. & pac. q. 105. n. 17. per rationes ibid. deductas. n. 19. & seqq.* Tertiò, cessare tradentis Bannito, cui Salvus conductus datus fuisset expressè vel tacitè, *de quo infrà c. 11. Moron. d. loc. n. 12. & seqq.* Quartò, si Bannitus esset in manibus curiæ, putà, si per familiam judicis aut Officialis ad carceres vel ad supplicium duceretur, quoniam offendens Bannitum, dum per familiam judicis ad carceres trahitur vel ad supplicium ducitur, punitur, ac si non Bannitum offendisset, *Br. in l. in laqueum, 55. D. de A. R. D. & in l. cujusq; 4. D. ad l. Iul. maj. & in l. lege Iul. 4. D. ad l. Iul. de vi priv. & in l. 38 transfugas, D. ad l. Corn. de sicar. Bl. in l. libertas, 4. D. de stat. hom. & in l. addictos supplicio, 6. C. de Episc. aud. Felin. in c. cum juramento. 4. de homicid. Alberic. p. 3. stat. q. 36 Marsil. in § aggredior. n. 24. & seqq. & n. 40. Magalotz. tr. hîc. p. 1. n. 5. Moron. q. 104. n. 10. Clarus d. § homicidium. n. 65. Menoch. A. I. Q. lib. 1. q. 90. n. 53. & 54.* Quintò & denique limitant, si Bannitus appellâsset, ad eoq; lis super Banno penderet, *arg. l. 6. § 1. D. de his qui not. infam. l. 1. § f. D. ad SC. Turpil. l. unic. ubi bonus tex. in § f. D. nihil novi appell. interpos. l. penult. in f. C. de fid. instr. l. 32. § 3. C. de appell. post. Br. & Ias. in l. possideri, 1. § si servus, D. de A. R. Bl. in auth. qua supplicatio. C. de prec. Imp. offer. & l. 1. col. fin. de appell. Plac. d. lib. 1. epit. del. c. 36. n. 15. Menoch. d. lib. 1. A. I. Q. q. 90. n. 58. Moron. d. q. 105. n. 18. Adde Ancharan. in c. non solùm. 7. de appell. in 6. prout allegatur Symphor. tom. 3. verb. Bann. in pr.* communem dicit Clarus § *homicid. n. 64.* (ubi tamen *in fine* additin provincia Mediol. secus dicendum fore: quia ibi in causis criminalibus appellatio subblata sit.) Et ex identitate rationis, *per c. suscitata. 6. de restit. in int. cum similib.* etiam pendente in integrum restitutione locum habere *post Nellum à se cit.* tenet Mynsi. *cons. 21. n. 64.*

110. Ubi non inutiliter quæri potest: Num & Revisio contra sententiam Banni declaratoriam in Camera latam petita ac legitimo tempore interposita effectum ejus suspendat, ita ut Bannitus pendente Revisione offendi non possit? Quod prima fronte negandum videbatur, ob ratones sequentes: I. quia, ubi ratione qualitatis causæ appellatio non habet locum, ibi nec supplicatio seu Revisio, *Castr. in l. si quis 5. C. de precib. Imper. offer. Oldend. de sent. & re jud. t. de remed. adv. iniq. sent. remed. 3. diff. 5. vers. Ex his ergo. Rosbach. prax. civil. t. 76. de supplicatione, nu 11. & 12. facit l. pen. in f. C. de fid. instrum. & lib. f. § pen. C. de temp. & reparat. appell.* ubi appellatio & tertactatio à pari procedunt. Atqui à sententia Banni declaratoria, sicut in provincia Mediol. *ut præcedenti th. ex Claro notavi,* ita in nostro quoque Germania ob qualitatem criminalem appellatio prohibita est, *per tex. in R. A. 1530. §.* Item als

jetzt etliche zeit. *p.* 218. *in fin. Ord. Cam. p. 2. t.* 28. §. 5. *Mynſ.* 4. *obſ.* 41. & *decad.* 1. *reſp.* 1. n. 12. *Gail.* 1. *obſ.* 1. *n.* 27. & 28. & 1. *de P. P. c. ult. in f. Fich. tom.* 2. *conſ.* 123. *n.* 3. *f.* 229. *facit* P. H. O. *art.* 12. *ubi ne quidem in puncto expenſarum cauſa criminalis appellari poteſt. Dauth. tr. method. de teſtam. n.* 208. II. *per text. in R. de Anno* 1532. §. Vnd damit vnſer. *verſ.* Doch daß nichts deſto weniger. *p.* 250 *junct. Ord. Cam. p.* 3. *t.* 53. §. Jm fall aber. *ibi:* mit Execution ſolcher erſtgeſprochener Vrtheil an dem K. Kammergericht ſtehe gefahren/ ꝛc. *ubi prior ille text. corrigitur, ſecundum Gail.* 1. *obſ.* 164. *n.* 3. & *de Arreſt. c.* 12. *n.* 4. & *ſeq.* unde ita quis ratiocinari poſſet: In quibus cauſis olim Reviſione petitâ, exſecutio ſententiæ (& quidem vigore juris communis præſtita per victorem cautione de reſtituendo, ſi in Reviſorio vinceretur, *auth. qua ſupplicatio. C. de precib. Imp. off. Nov.* 119. *c.* 5.) nihilominùs procedebat, & eo, qui Reviſionem interpoſuerat, in Reviſorio poſtea vincente reſtitutio fieri poterat: in iis, non aliis, hodiè exſecutio ſententiæ per Reviſionem ſuſpenditur: ne lex correctoria, ultra caſus legis correctæ, corrigendo evagetur, *l.* 27. *C de teſtam. l.* 32. *C. de appellat.* Atqui, ubi ſententia Banni declaratoria lata executioniſque mandata erat, attento, quòd mortem naturalem ea pœna ſecum trahat, *ut d. ſup. th.* 119. *ibi:* dato, non conceſſo, Reviſionem admiſſam fuiſſe, per cautionem victoris de Reſtitutione in caſum victoriæ in Reviſorio ſatis proſpectum Bannito non fuiſſet, imò ridicula exſtitiſſet ejuſmodi cautio: cùm vita naturalis ſemel amiſſa reſtitui nequeat. *Nov.* 13. *c.* 2. *inf.* In aliis verò cauſis non capitalibus utiliter cavebatur de reſtituendo. In his itaque *ex Reformata Ord. Cam. de Anno* 1555. cautioni victoris olim necdum impeditâ exſecutione uſitatæ, ſuccedit ſuſpenſio ſententiæ, præſtitâ cautione à victo, *Ord. Cam. d. p.* 3. *t.* 53. §. Vnd damit. In illis verò Banni declaratoriæ caſibus exſecutionem ſententiæ planè, ut olim, remorari non licebit. III. quia neque Bannum delicti petitâ Reviſione ſuſpendit notorietas, ut loquuntur, delicti, ex quo bannum iſtud infligitur, evincit, *Ord. Cam. p.* 2. *t.* 9 *ibi:* Rundtlich vnd offenbar ſeyn würde. cùm remedia contra ſententiam, etiam quæ alioquin ſuſpenſiva ſunt, notoriè injuſtam cauſam foventi, ad remorationem exſecutionis, non proſint, *tex. expreſſ. in c. ſuſcitata, 6. de reſt. in integ.* neque etiam Banni contumaciæ exſecutionem dormire permittat evidens juris ratio, quòd verus contumax ſuſpenſivis remediis uti non poſſit, *tex. expreſſ. in l.* 13. §. 4. *C. de jud.* Ordinationem autem, ubi de banno contumaciæ loquitur, de vera contumacia loqui certum eſt, *vid. Ord. p.* 3. *t.* 42. 43. *Mynſ.* 4. *obſ.* 65. *n.* 1. Taceo quòd in tali caſu Reviſio tenderet ad perſeverantiam in obſtinato contemtu S. C. Majeſtatis, *vid. ſup. th.* 119. *inf.* & ad eluſionem totius poteſtatis judiciariæ, *contra l. f. inf. D. de off. ejus &c. junct. l.* 75. *D. de judic. cum ſimilib.* & in ſpecie der heylſamen Execution Ordnung/ *quæ habetur Ord. p.* 3. *t.* 48. Vide pro iſthac ſententia votum Dominorum Revendorum *in cauſa* Weſthoven *contra* Weſthoven/ (*qui ex cauſa fractæ pacis citatus in contumaciam declaratus in bannum anteà fuerat*) 23. *Junii Anno* 1564. *Symphor. tom.* 2. *p.* 2. *vot.* 32. *f.* 121. & *ſeq.*

221. His tamen non obſtantibus contraria ſententia obtinuit: pro qua pugnat I. ratio permiſſarum Reviſionum, ne videlicet cuiquam in Camera Imp. injuria fiat, *Ord. d. p.* 3. *t.* 53. *pr.* quæ, ſi Domini Camerales nullam Actorum recognitionem metuere haberent, æquè in declaratione Banni, atque aliis ſententiis contingere poſſet: ubi autem eadem ratio, ibi idem jus, *vulg. l. illud,* 32. *D. ad l. Aquil.* & ratio ſuſpendendæ exſecutionis, quam Gailius adducit, devitatio videlicet turbæ-

rorum in Imperio, non minùs isthîc militat. II. Tantò magis exsecutioni Banni pendente Revisione parcendum est, quòd majus hîc, quàm in aliis causis, versemur animæ videlicet periculum; *per Nov. 8. circa fin. proœm.* providendum namque ejusmodi reis, ne animam perdant hominis nati quidem semel, recipere autem eam, dum perdiderit, non valentis, *graviter monet Justin. suprà alleg. Nov. 13. c. 2. in fin.* III. Quotidianus Cameræ stylus arguit: Dominis Cameralibus cognitionem de justitia vel injustitia Revisionis interpositæ non competere; sed tantùm, an ritè, quia legitimo tempore interposita ac denunciata, debiteque cautum & de calumnia petente Adversario juratum sit. IV. In Recessu Dep. *de Anno 1600.* §. **Belangend** *s. 21. fac. 2. Denayst. 271. §. 17.* disertè duo tantùm casus, videlicet causa relaxandorum captivorum, & causa alimentorum, *(contra quam tamen alteram privilegiatam exceptionem, ut hoc obiter inspergam, nuperrimè in causa quadam fiscali,* **die Cammergerichts Vnderhaltung belangend** */ ubi lis fuerat circa valvationem moneta ad Camera sustentationem solvenda. Vid. Denayst. 56. §. 11. junct. t. 192. §. 8. 10. & seq. Revisio à debitore fisci condemnato interposita fuit.)* exprimuntur, in quibus Revisio interposita effectum suspensivum non operetur: omnes ergo reliquæ causæ Revisionem cum effectu suspensivo cæteris paribus recipiunt: *per reg. vulg. quòd exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, l. 20. §. 6. D. qui teste fac. poss. cum similib.* Denique, allegari potest præjudicium *in d. causa* **Westhoven** *contra* **Westhoven** */* ubi à sententia in puncto executionis *contra* **N. Westhoven den** *in contumaciam* **erklärten Echter** */* latâ 19. *Martii Anno* 1563. ipse Bannitus interposuit Revisionem, cujus occasione sententia à qua quadamtenus reformata fuit 2. *Octob. Anno* 1564. Postea tamen Reum, partim intuitu causæ principalis, (fratrem enim in via publica sclopeto exanimaverat) partim ob contumaciam etiam ulteriorem, ad mulctam 20000. fl. condemnatum in Camera ferunt, 3. *Sept. Anno* 1572. Concludo verbis Gailii: Sententiam Banni condemnatoriam demùm non peritâ legitimo tempore Revisione transire in rem judicatam. *lib. 2. de P. P. c. 5. n. 5.*

112. Secundò, Banniti, & quidem à fortiori, impunè etiam in rebus offendi possunt: quia bona ipsorum omnibus prædæ sunt, *Ord. d p. 2. t. 9. §. 1. in verb.* **Gut/ allermeaniglich erlaubt/ &c.** *Denayss. d. t. 49. §. 1.* quod tamen cum mica salis accipiendum est, quandoquidem læsi pro damnorum sibi datorum refectione potiores in eorum occupatione habentur: aliisque, quod ipsorum est aut legitimè interest, ipsisve debetur, repetendi jus non intervertendum, *ut prolixè habetur in suprà alleg.* **Erclärung des Landtfriedens** *de An. 1522.* Quò spectat, quod feuda non occupantibus, sed dominis committuntur, *Rec. An. 1548. §.* **Vnd ob jemandts** *p. 380. Gail. 2. P. P. 13. & seq. Denayst. 49. §. 2.* adeò ut ne quidem ad Executores, qui bello Bannitum prosecuti ea occupaverunt, citra specialem Domini notionem & de illis investituram devolvantur, *Fachs. suprà alleg. cons. 4. post cons. Pistor. vol. 2.* Neque illud hîc reticendum: quòd, etiamsi jura superioritatis & merum mixtumque Imperium habentes possint in suis provinciis delinquentes bannire, proscribere, deportare; tales tamen Bannitos non perdere bona extra territorium sita, sed tantùm ea, quæ intra territorium sunt: sicut & jura tantùm statuaria illius Civitatis seu provinciæ, non jus commune perdunt: quæ omnia secùs se habent in Bannitis ab Imperatore, qui sunt hostes in universo mundo. Ita eleganter, *Gail. de lib. 2. cap. 5. n. 14. & seqq. & per dicta suprà th. 118. limit. 2.*

123. Ad extremum, circa hanc Bannitorum materiam & illud attendendum est, jura & Dd. nostros statuere: Bannitum in persona & bonis offendi impunè posse, posse, inquam, offendi; non debere. Nam lex non imponit necessitatem, sed dat facultatem, *quod exemplo adulteri illustrat Moronus suprà alleg.q* 105. *n.* 24. nisi quibus Executio in eos incumbit vel demandata est, *Vid. d. Recess. An.* 1522. *Ord. p.* 3. *t.* 48. *&* 49. *Denayst. t.* 50. §. 4. & *seqq. junctis.* 212. & *seq.*

124. Pacis publicæ vialatoribus, *de quibus suprà th.* 115. adeoq; communi Securitate, quam pessum datum eunt indignis, cumprimis etiam accensendi sunt Lanes seu Latrunculi. Circa quos anticipandum: apud veteres Latinos appellatione *Latronum* notatos fuisse τὺς σωματοφύλακας, qui ita dicti fuerunt, quasi *Laterones*, quòd lateri Regis aut Domini sui tutelæ gratiâ adsiderent, ferrum ad latera habentes, *ut ex Servio & Varrone post Brechaum in l. hostes. de V. S. refutit Schard. in verb. Latrones.* At posteà, haud dubiè ob pravam illorum stipatorum à dominis passim in alienam perniciem ad violentas deprædationes ac cædes conductum ministerium, *ut de Buccellariis, Isauris* (*de quibus confer. lib.* 10. *C. de feriis. jarmatis servis innuit. l. ult. C. ad l. Iul. de vi.* quin & sicariam persæpè ipsismet dominis abillis illatam manum, vox ista in abusum versa, & ad obsessores viarum, eò quòd hi latentes (*facit l.* 13. *pr. ibid. latère. D de off. Præs.*) itineribus publicis insidias viatoribus struerent, eosque à lateribus adorirentur, tracta est, *Bod. lib.* 1. *de Rep. c.* 6. *n.* 46. & *libr.* 5. *c.* 5. *n.* 562. & *lib.* 6. *c. ult. n.* 766. *Gœdd. in d. l. hostes. ubi & aliam notationem adducit.*

125. Item Prædones. Ubi similiter pernoscendum, veteribus Prædones dictos, qui prædam in prælio cepissent, *ut ex Cic. pro. l. Agr* & A. *Gellio l.* 13. *N. A. c.* 24. *colligit Garz. tract. de expens. c.* 2. *n.* 17. *ubi notat:* posteà id nominis ad quemcunque invasorem, & tandem etiam ad simplicem malæ-fidei possessorem tractum esse: *secut pro quovis m. f. possessore videtur capi in l. si à domino.* 36. §. *fin. ff. de petit. hered.* (*si conjungatur l. si servus servum.* 27. §. *si olivam* 27. D. *ad lib. Aquil.*) *text. clarior in l. nam solum.* 13. D. *de nox. act.* & *alii allegati per Schard. in verb prædones.* præcipuè tamen iis, qui precium non numerassent, *l. nec ullam* 13. §. *si quis scient.* 8. D. *de pet. hered. l. nemo.* 126. *pr.* D. *de R* Nec ullam possidendi causam haberent, *l. pro herede.* 11. §. 1. *cum* 2. *ll. seqq. l. sed etsi.* 22. §. 3. 5. & 6. *l. prædonis.* 46. D. *de pet. hered. l.* 1. §. 9. D *si quis omiss. caus. restam. l. qui hominem.* 34. §. *si prædo* 6. D. *de solut.* resque adeò alienas invasissent, *d. libr.* 25. §. 3. D. *de pet. hered. c.* 5. *de restit. spoliat.* etiam, qui res sibi debitas propriâ authoritate occupassent, *l.* 5. D. *de adq. poss.* Pro nostro verò instituto *Prædones* significatione in partem omnium pessimam dicuntur, qui viatoribus spoliandis invigilant, Gallis destrousseurs *dicti, nobis* **Strassenräuber vnd Strauchdiebe** / & plerunque latrones quoque sunt, & cum latronibus, *qui à Gallis* meutriers, *nobis* **Mörder** *nominantur*, ceu ejusdem familiæ & farinæ, copulantur, *in libr. hostes.* D. *de capt.* & *de V. S.*

126. Latrones itaque & Prædones, cùm in terra iter facientium hominum jugulum & bona (& quidem extra bellum justum, qua de causa ab hostibus perpetuò separantur, *d. l. hostes. aliisq; textib. allegat. à Brisson. & Schard. in verb. Latrones & latrunculi.*) petant, adeoque vitas & facultates hominum intutas reddant, (undè latrocinium incursus & aggressura damnum fatale dicitur, *l cum duobus.* 52. §. *damna.* 3. D. *pro soc.* vi majori comparatur, *l. si fundus* 33. *in fin. junct. l. seq.* D. *locat. l.* 1. *C. uti.*

& ca-

& casibus fortuitis accensetur, *l. quæ fortuitis, 6. C. de pig. act. l. 1. C. de pos. l. ult. C. de crim. insert.* & prædonum æquè, ac hostium incursus & naufragium, casus major dicitur, *in l. 1. §. 4. D. de O. & A.*) ob id meritissimè ab omni juris communione jamdiu penitùs excluſi *secundùm Bodin. lib. 1 de Rep. c. 1. in pr. & lib. 5. c. 6. n. 604. Alb. Gentil. lib. 2. de legation c. 9. & hos allegans Dauth. tract. method. de testam. n. 200.* universali à legibus concessâ Securitate gaudere ferendi non sunt, *arg. text. suprà th. 112. inf.* Unde præterquam quòd Magistratibus locorum incumbit illos conquirere, *supra th. 41. & 42. ex alleg. l. 13. D. de off. Præs. cum concordantibus, ad quam curam vel ingravissimum alioquin, neq; legum neq; judiciorum curam ullam habentem Imperatorem wenceslaum, velut è sopore excitatum narrat Dubrav. lib. 23. hist. Boëm. pr.* [Cui rei olim Irenarchæ constituti erant, *sup. th. 40.* & denunciatores, *l. 6. §. denunciatores, 3. Dad Turpill.* atque Stationarii, *l. 6. §. 2. D. de off. Præsid. l. 5. C. de vectigalib. Steph Forcatul in Rub. C. de accusat. n. 9. Denayss. adsert Jurisd. Cam. p. 211. vid. suprà th. 41.* imò specialiter quoq; λυσοδιῶκται, latrunculatores, *vid. l. 61. §. 1. ff. de jud.* & βιοκωλύται, violentiarum inhibitores, *à Iustiniano posteà, ut supervacui & nocivi, abrogati, Nov. 82. c. 11. in fin. & c. 13. & Novel. 128. c. 21.* Hodiè quoq;, præter ordinarios locorum Magistratus, Duces Circulorum, *de quibus suprà th. 43.* cum adjunctis suis, id genus facinorosorum pervestigandi, persequendi, capiendi, quin & arces ac receptacula istorum, vulgò **Raubschlösser vnd Raubhäuser** expugnandi, ac, sumtu Circulorum flammâ excidioque delendi curam gerunt, *R. A. 1559.* **§. Nach dem aber** *pag. 559. Denayss. 213 §. 3. & 11.* Denunciatorum autem vicem supplent fiscales, *suprà th. 44.* De Stationariis hodiernis conjunge *th. 60.* Quandoq;, ubi magna latronum est colluvies, integra aluntur agmina, quæ in eos excurrant, vulgò **Streiffende Rotten.** Nonnunquam & precia iis comprehendendis imponuntur, *Damhoud. prax. crim. c. 99. in fin.*] & cum suis receptatoribus (exceptis tamen propinquis, cauponibus &c. *Chass. Rub. 1. in verb. & droict d' icelles. n. 64. & seq p. 69*) atq; occultatoribus, *d. l. 13. pr. D. de off. Præsid. t. t. D. de receptatorib. t. t. C. de his, qui latrones occultav.* ob ultionem publicam legibus obnoxios punire, *l. capitalium, 28. § grassatores, 10. & §. famosos latron. 15. D. de pœn. l. si quis homicidii, 11. C. de accusat. Const. Frid. de pac. ten. §. publici latrones. 6 P. H. D. art. 126. & 137.* Præter publicam (inquam) ultionem istam Latrones & Prædones impunè etiam ab impetitis ob proprii corporis tutelam occiduntur, *§ injuria 2 I. ad l. Aquil. l. itaq; 4. D. eod. l. 1. C. quand. lic unicuiq; sine jud. l. 4. C. ad l. Cor. de sicar. c. 2. de homicid.* capti verò & servituti capientis largitione principali addicti, ad libertatem proclamare nunquam possunt, *l. 2. C. quibus ad libert proclam. non lic.*

127. Latronibus accenseo & conductitios illos sicarios, qui exotica lingua *Assassini, vulgò* **Meuchelmörder** dicuntur, ac communi securitate uti-frui non magis atq; publici latrones, permittuntur. Eos enim, velut à toto populo Christiano perpetuò diffidatos *per c. 1. in fin de homicid. in 6. (qui textus in mandantibus loquitur, ac fortiùs in ipsis mandatariis procedere debet)* impunè etiam per privatum occidi posse vult Everhardus *loc. 20. à correlativis, n. 11. vers. hinc etiam dixi. Vide omninò de Assassinis Boss. t. de mandato ad homicid. n. 14. & multis seqq. Damhoud. prax. crim. c. 83. Clar. §. Assassinium. Decian lib. 3. c. 9. n. 79. & seqq. & lib. 9. c. 30. Covarr. 2. V. R. c. 20 n. 9. Menoch. cas. 360. n. 42. ubi & alios allegat.* Nec tolerabiliores sunt malefici & incantatores, salutis quippe communis hostes exsecrandi, *l. ult. C. de maleficis.*

128. Quod Latrones Prædonesq́; in terra, id in mari sunt Piratæ, navigantium Securitatem turbantes, *l. & ita. 3. § ait Prætor. 1. vers. inde Labeo. D. naut. caup. stab. l. in rebus. 18. pr. D. commod. l. 19. §. 2. D. de capt.* (ἀπὸ τοῦ περᾶν, *à transeundo sic dicti, secundùm Schard. in Lexico: Galli* Coursaires *vocant, sicut & Nicetas* κουρσιαρίους *appellitat, notante Goth. in l. 10. C. de feriis.*) unde & Latinis latrunculi marini, *c. prætereà, 12. caus. 23. q. 8.* & prædones marini, *vulgò* See- oder Meerräuber nominantur. Quocircà non modò ipsorum navigia, Raubschiff (Livius naves prædatorias & piraticas vocat, *decad. 3. lib. 9. & decad. 4. lib. 4.*) licitè diripiuntur, *auth. navigia. C. de furt.* sed & ipsimet ab occurrentibus impunè læduntur, *c. si quis fortitudinem latronis aut piratæ. 23. q. 3. Bl. ad d. auth. navigia. Petrin. Bellus* (eos ipso jure & facto diffidatos esse & contra eos, ut hostes, insurgere omnibus licere dicens) *p. 2. de re milit. t. 11. pr. Adde Bodin. locis th. 126. alleg. ipsos cum latronibus ab omni juris communione excludentem.* Tantò magis, si capiantur, (cui fini naves exploratoriæ & excursoriæ, Außlagschiff/ꝛc. securitatem maris explorantes, tutantesq́; & mare à malis istiusmodi hominibus purgantes haberi solent) severissimis pœnis legalibus subdendi sunt, *auth. sed novo jure. C. de serv. fug. Nov. 134. c. 13. vers. eos verò. ubi Goth. in verb. in mari.* De sedibus ipsorum, quo sese recipiunt prædamq́; suam invehunt, quæ Plutarchus *in Pomp.* πειρατήρια vocat, *vid. Schard. in lex. verb. piraterium.* idem dicendum, quod de latronum prædonúmq; arcibus & receptaculis *suprà th. 126.*

129. Inter indignos universali Securitate locandi quoq; sunt hi, qui deficiunt, hoc est, ab his, quorum sub imperio sunt, desistunt, & in hostium numerum se conferunt, *ut loquitur* JC. *in l. amissione. 5. §. 1. D. de capit. minut.* (Unde eos, qui ab Imperio Romano deficiunt, hostes Imperii fieri, &, quæ juris civilis Romani sunt, perdere, tradit Zoanett. *de Rom. Imp. n. 83. & seqq.*) Quò pertinent pleræq; leges, quæ de Transfugis loquuntur, *l. item ei. 14. D. ex quib. caus. maj. l. 3. §. f. D. ad l. Cornel. de sicar. l. 8. §. 2. & l. 38. §. 1. D. de pœn. l. 19. §. 4. & seqq. D. de capt. l. 7. D. de re milit. Claud. Cotereus lib. 3. de jure & privileg. milit. c. 4. vid. th. seq. ad fin.* Dico: *pleræq;*: nam alio sensu dicuntur transfugæ *in l. si quis 15. D. de tutel. & in l. transfugam, 51. D. de A. R. D. Cujac. lib. 4. obs. 9. facit l. pen. C. de postlim. rev.*

130. Imò à communi Securitate omnes omninò (*vide tamen pro limitatione l. non omnes desertores, 5. D. de re milit.*) Desertores quodammodò vel prorsus exulant, quales generatim vocantur, quicunq; tempore belli ab exercitu & castris se subducunt, *l. 3. 6. 10 & pen. D. de re milit. facit l. 2. & 3. D. ad l. Iul. maj. Claud. Cotereus d. lib. 3. c. 3.* & vel privatis negotiis se accingunt, qui mox ad militiam sunt requirendi, *l. ult. C. de locat. Nov. 116. c. 1.* vel formidine flagitiosâ ve ignaviâ degeneres delitescunt, qui cum receptatoribus suis ad supplicium trahendi, *l. 1. C. de desertorib. lib. 12.* sin resistere ausi fuerint, tanquam rebelles, in ipsis temeritatis suæ conatibus opprimendi sunt, *l. 2. C. quando lic. unicuiq; l. 2. C. de desertorib. lib. 12.* vel ad latrocinia & deprædationes se convertunt, qui multò minùs severitatem judicis evadunt, *l. 3. C. d. t. de desertorib. Boss. in pract. t. de captura. n. 72. Peck. de jur. sist. edit. 1. c. 5. n. 4. in fin.* vel ad hostes transfugiunt, *ut id. th. præced.* quos tanquam hostes (ut & proximè priores illos, ceu latrones publicos) cuiq; citra periculum licet occidere, *d. l. 3. § ult. D. ad l. Cornel. de sicar.* redeuntes verò aut aliàs captos exquisito supplicio afficiendos esse ostendit *d. l. 8. §. 2. d. l. 38. §. 1. D. de pœn. l. 3. § is qui ad hostem, 10. D. de re milit. quod posterius abrogatum ivit Imperator Leo Nov. 67.*

131. Nec

131. Nec melioris sunt conditionis, qui sive milites sive alios & quandoque integrásve Civitates ad provincias ad defectionem solicitant: unde eum, qui eum ad defectionem solicitat, in crimen læsæ Majestatis incidere tenet Gail. l. 1. p. 14. n 13. Imò ne quidem toleratur istiusmodi solicitatio, quando non pro defectione ad hostes, sed amplianda solùm potentia alterius domini particularis eidem Principi universali, puta Imperatori, parentis suscipitur: siquidem solicitatio alienorum subditorum, sive ad refractariam resistentiam seditionémve, sive ad defectionem permoveat: sicut & receptio illorum in protectionem adversùs ipsorum dominum ordinarium, **da ein Standt dem andern seine Vnderthanen auffwiglet/ abpracticiret/ oder sie wider jhre Obrigkeit in Schutz vnd Schirm nimpt/** legibus Imperii severè prohibetur, *Aur. Bull. t. 16. R. A. 1529. §.* **Dergleichen daß keiner des andern Vnderthanen** *p. 196. & R. A. 1555. §.* **Es soll auch** *p. 429. facit l. 1. C. ne liceat potentiorib. patrocin. lib. 2. & l. 2. C. ut nemo ad suum patrocinium suscipiat rusticanos vel vicos eorum, lib. 11. wesemb. cons. 48. n. 8. & 22. Gail. de Arrest. c. 8. n. 15. Michael. disp. de jurisd. th. 138. in f. Lud. Myler disp. de Advocatia, th. 3 in fin.*

132. Tantò minùs Insidiatores, qui, custodias incautas fallendo, in caput Principis versutè attentant, *Lipsi. lib. 4. Polit. c.* 10. communi securitate frui permittendi sunt: Insidiatori enim & latroni quæ potest offerri injusta nex? *ait Cic. pro Mil. deo, qui hominis privati vitæ struit insidias, adeoq; in terminis imbecillioribus perorans.* ut nec Exploratores, qui secreta renunciant hostibus, *l. 38. §. 1. D. de pœn. l. 6. §. exploratores. 4 D de re milit. Mar. cons. 1. Moron. de fid. treug & pac. q. 16. in fin. & q. 110.* aliiq; Proditores, *dd. modò textib. & l. 7. D. de re milit. Chass. suprà d. Rub. 1. in verb. & droict d'icelles. n. 60. & 61. pag. 68. Claud. Cotereau d. lib. 3. c. 6. Guicciard. hyp. p. 7. & 25. Camerar lib. 1. horar. succisiv. c. 7.* quò pertinet, quòd ii, qui cum Turcis, aliísve Christianorum aut Imperii hostibus consilia nefanda miscuisse probantur, ob id ab Imperio proscriptionem, omniumq; bonorum suorum confiscationem experiuntur, *vigore Ord. p. 1. t. 20. §.* **Weiter.** *Denays. t. 143. §. 6.* Istud tamen rationem habet evidentem, quòd proditionis, quæ alioquin præcipuè circa munimenta contingere solet, *Lipsi. d. lib. 4 polit. c. 10.* crimen non incurrat præfectus castri, qui cum solicitatoribus, ad proditionem obtinendam, ab hoste missis, aut cum proditoribus astutè collocutus est, *ut adnotavit Gail. d lib. 1. de P. P. c. 14. n 15.*

133. Pacis quoq; publicæ violatores, ejusq; adeò beneficio indigni habentur illi colluvietenus sese colligentes, & circumforanei, vagi absq; certo duce grassantes, vicatim ac pagatim oberrantes milites, vulgò **Rottierer/ Gartierer/ Herrnlose Knecht vnd Landläuffer/** *facit l. ult. C. de locat. & l. 13. in f. C. de re mil. lib. 12. Const. P. P. de An. 1584. §.* **Wo sich auch** *p. 387. Ord. Pol ejusdem anni. §.* **Wo sich auch** *p. 393. Ord. Polit* **zu Franckfurt gebessert.** *A. 1577. t. 7. Ord. Cam. p. 2. t. 15. & t. 20. §. Item* **nach dem** *R. A. 1551. §.* **Nach dem auch** *p. 419. R. A. 1555. §.* **Setzen demnach** *& seqq. p. 430. & §* **Wo sich aber.** *cum seqq. p. 433. R. An. 1559. §.* **Vnd dieweil wir.** *p. 560. Gail. 1. de P. P. c. 4. n. 36. & 38. & c. 16. n. 25. Denays. t. 189. Adde aliquid ff th. 116. circa med. & ff th. 200.*

134. Planè non solùm commemorati hactenus, sed omnes omninò Criminosi (alii tamen magis, alii minùs) suâmet culpâ, communi securitate indigni sunt: cùm istud legis & Imperii præsidium pro innocentibus militet, *ut ex Coler. p. 4. c. 1. n. 204. dixi suprà circa princ. c. 3. th. 33.* Delinquentibus verò leges beneficia sua non tribuunt, *l. 26. §. 6. D. ex quib. caus. maj. l. 2. §. 3. D. ad SC. Tyell. Zoanett. de Rom. Imp. n. 86. &*

immunitatem à pœnis denegant, *l.*18.§.1.*vers.nam & Iuliano. D. de judic. l* 51. §. *ult. D. ad l. Aq. l.*31.*in fin. pr. D. depos. l.*9.§.5.*D. de publican. l.*70.§. *ult. de fide juss. l* 95.§.1.*D. de solut. l.*20.*D. de pœn. l.*6.*C. defens. civit. l.*14.*C. de pœn. Nov.*17.*c.*5.*&*7.*Nov.*15.*c.*2.§. 2.*Nov.*117.*c. ult. Nov.*143 *circa fin. c. ult. de immunit. Eccl. Guicciard. hypomnes. polit.* 14. utpotè ad quas ipsimet delinquendo se obligaverunt, *l. omnem.* 20. *D. de judic. l.* 34.*D. de jure fisc. supra th.*35. legitimis accusationibus, inquisitionibus, incarcerationibus, torturis, pœnis, suppliciis, se vitamq;, aut bona sua mulctis confiscationibus. ve propinantes. Quocirca nec Imperium, Magistratusq; ac judices locorum, protectione sua eos æquè ac innocentes dignantur, verùm conveniente potiùs animadversione subsequuntur, etiam jure divino, *Rom.*13.1.*Pet.*2.*v.*14. ut optimo jure custodiam & protectionem, quam domini terrarum cùm subditis suis, tùm transeuntibus extraneis ab injuriis & incursionibus latronum præstare tenentur, ad bonos homines restrinxerit Boërius: eò quòd malefactores & eorum bona protegere non debeant, sed eos puniri facere, vel remittere ad suos judices *post Bl. c.*1.*per illum tex. §. si judex. de pace ten. & ejus viol. Boer. tr. de custod. clav. n.*79.

135. Ii quoque, qui, ubi copia judicis datur, sibi nihilominùs ipsis jus dicunt, communi securitate minùs digni habentur: eò quòd, dum jus suum, non per judicem, sed propria auctoritate, reposcunt: vim faciant, *l.*13.*D. quod met. caus.* atque occasionem sæpè dent majoris tumultus, *l.*176.*D. de R. I.* & judiciorum vigor juris q; publici tutela ob hoc ipsum in medio sit constituta, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem. *sunt gravissima verba Impp. Honorii & Theodosii in l. nullus,*14.*C. de Iud. Adde §.*6.*I. de interd. l.*1.§.2.*D. quod legat. vulg. l. si quis in tantam. C. unde vi. Pro limitatione tamen vide t. C. quando lic. unicuiq; sine jud. se vindicare vel pub. devotionem. & ibi Dd.*

136. Deniq; nec alienarum rerum Detentatores, neq; Debitores, ab inquietatione, vigore communis securitatis, securi præstantur, donec legibus satisfaciant: priusquam scilicet illi, quibus oportet, restituant, *l.*68.*D. de R. V. l. b f* 31.*D. depos. l.*2. *ibi: inquietudine litis C. de præscript. long. temp. c peccatum* 4. *ubi Dyn. Peck Covarr. de R. I. in* 6. *Vid. tamen casum specialem in l.*2.*in fin. C. de Carbon. edict.* hi creditoribus solvant, aut legitimis modis aliis liberationem consequantur, *l.*13.*C. de locat. l* 2. *princ. C. de admin. tut. l.*2.§.1.*C. de quadr. præscr. & per totam materiam solutionum & liberationum.*

137. Securi (inquam) non sunt ab inquietatione, cùm extrajudiciali, quando pro re, quam suam non esse, & ad alium modis omnibus spectare sciunt vel scire debent, *l ult. C. unde vi* restituenda, aut debito exsolvendo interpellantur: cujusmodi denunciationem conventionémve charitativam, antequam in jus quis trahatur, etiamnum hodiè requiri civilius judico, *per tex. elegantem in c.*2.*de accus. Mynsi. in §. appellamus.*15.*n* 4.*I. de act. Coras.* 4. *misc.*7. *Rosbach. in prax. civil. t.*10.*de actore, n.*14. tum judiciali, quando restitutionem solutionémve negans aut differens elamosum audire viatorem cogitur, actioneq; pulsatur, §. *ult. I. de pœn. temerè litig. t. I. de action. tt. D. & C. de in jus voc. & de edend. Nov.*53.*c.*3. imò & quandoq; (regulariter secus est, *l un. C. de prohib. seq. pec. arg.*§ 4.*vers. commodum. I. de interd. l.*9.*C. unde vi. l.*7.*C. ad l. Iul. de vi priv. c.*1.*ut lit. pend. nihil innov. Gædd in c.*1.*n.*83.*& seqq. de sequestr. poss. Mynsi. cent.*5.*obs.*58.*Gail. de arrest. c.*1.*n.*7.) sequestrationem rei petitæ, hypothecatæ, aut alioquin in exsecutionem venturæ, pati compellatur, putà si dilapidator existat.

l.12.

l.22.§.8.in f.D.sol.matr.l.21.in f.D.de appell.c.2.ubi Gœdd.n.24. & c.3.de sequestr. poss. aut alioquin ad inopiam vergat, *Coler.p.1.c.2.n.130.& seq.* si cautiones jure debitas denegaverit, concurrente præsertim fugæ vel dilapidationis suspicione, *l.16.§.f.D.de ef.Præs.l.7.§.f.D.qui satisd.cog.l.11.§.1.vers.proinde. D.ad exhib. alios casus vide apud Gœdd.d.c.2.inter quos & is, qui habetur Ord.p.2.t.21.de quo Gœdd.in præfat.de sequestr. n.13.& d.c.2.n.62.G.Pap.decis.246.n.2.& seqq.Mynf.2.O.11.& 96.Gail.1.O.5.6.& 7. & 2.de P.P.18.n.8.& seqq.* nonnunquam, puta iterum, si fugitivus sit vel aliter vagabundus, etiam in persona sistatur corporaliterq; detineatur, & quidem in casu non habitæ judicis copiæ per ipsummet etiam creditorem quantumvis privatum, *l.10.§.16.D.quæ in fraud.cred.l.34.C.de decurionib.lib.10.Peck.de jure sist.edit.vet.c.4.nu.1. Coler.d.p.1.c.2.n.122.Mynf.2.obs.65.Gail.2.obs.44.* (modo hîc eum posteà præsentet judici *Coler.d.l.n.123.*) etiamsi in diem vel sub conditione debitor existat, *Coler.ibid. n.124.& eâdem p.1.c.3 n.111.faciunt not.Goth.in l.5.§.10.D.de N.O.N. ex Guid. Pap.q. 61.* Quid si vagetur aut latitet, an propterea securus erit? Minimè. Creditori namq; preces interponenti diploma publicum decernetur, (uti tali casu consuetum Impp. ait Gail.*de pignor.obs.1 n.6.* vigore cujus ubiq; locorum in Imperio eum prehendere, & cum rebus, quas secum portat vel occultat, juri sistere ac detinere liceat, *Coler.d.c. 2.n.110.* Hoc amplius, si Actori Reus detentator vel debitor condemnatus fuerit, à Detentatore quidem restituere etiamnum nolente possessio rei manu militari per judicem immissa aufertur, *suprà all.l.68.D.de R.V.* in Debitoris verò bonis exsecutio rei judicatæ procedit, *secundùm ordinem l.à D.Pio.15.D.de re jud.* Quid si non sit solvendo? Et quamvis jure communi Debitor privatus (fiscalem debitorem carcerari posse indubium est, *l.3.C.de exactorib.tributor.lib.10.Peck.d.tr.c.26.n.1.Coler.d.c.2.n. 165.*) obæratus, propterea carceri mancipari nequeat, *l.2.C.d.t.de exact.trib.* multò minùs creditori ad serviendum pro debito addici possit, *l.ob æs.12.C.de O.& A.* De consuetudine tamen Germaniæ carcerari judicis auctoritate potest, donec solvat aut idoneè caveat, *Gail.2.P.P.2.n.9.& 23.* Jure verò Saxonico ipsimet creditori ad compedes vel operas condemnatur, *Gail.d.n.23.Coler.d.p.1.c.3.n.160.& seq.* (nisi persona obligata sit fœmina, *Coler.ibid.n.163.*) pro cujusmodi statuto pugnat Rodericus, prout eum refert Peckius *d.tr.de jure sist.c.4.n.3.* ubi ipse Peckius putat, etiam jure communi debitorem solvendo non existentem carcerari, *arg.l.3.§.15.D.de suspect. tutor.* ac, nisi bonis cedat, ad operas creditori condemnari posse: ad alleg. verò *l.12.C. de O.& A.* respondet: eam non de debitore ipso, sed de liberis debitoris, (*in quibus eadem prohibitio reperitur, Nov.134.c.7.*) & quidem de serviture perpetua loqui. Sanè uno casu specialiter jure constitutum legimus, ut creditor debitorem, quem scil. ex captivitate redemit, pro precio redemtionis, pignoris instar, in servitute quasi retineat, dum precium illi refundatur, *l.20.§.1.D.qui test.fac.poss.l.15.D.de captiv.l.2.C. de postlim.rev.* Extra quem non putarem jure scripto personam liberam pro debito sive retineri, sive locari, sive pignorari posse, *d.N.134.c.7.in fin.* Atque hæc de *Vniversali Securitate*, & quibus illa minùs vel non accommodetur, dicta sufficiant.

* * *

Caput V.

De Securitate Particulari, ac primùm de Legali eâ, quæ ratione privilegiatæ qualitatis personarum competit.

132. Sequitur modò, ut de Particulari quoq; Securitate, quæ & Specialis dici potest, specialiter agam. Dividi verò ea doctrinæ causâ potest in eam, quæ à Lege ipsa seu jure speciali & Privilegiato citra ministerium hominis tribuitur, & in eam, quæ per Hominis factum, putà Conventionem, Promissionem aliámve Concessionem præstatur.

139. Illa non ineptè Legalis appellari poterit; & in quadruplici iterum est differentia; prout eam vel consideratio qualitatis Personarum, vel Loci, vel Temporis, vel Causæ peperit, quemadmodum hoc & seqq. 3. capp. distinctè & sigillatim manifestabitur.

140. De Securitate autem Legali, ex qualitate Personarum specialiter privilegiata, descendente, ipsamet personarum, præ commemoratis adjunctis, dignitas, præsertim (cùm personarum causâ omnis Securitas constituta sit) primùm dispicere jubet, *arg. §. f. I. de I. N. G. & C. l. 2. D. de stat. hom. l. 21. in f. C. de SS. Eccl. cum simil.* Et est ea Qualitas, Personarum Securitatem causans vel Publica, vel Privata Publica aut Potestas est, sive Principalis, ut in Imperatore, Regibus, Electoribus, Principibusq; & Statibus atq; Ordinibus Imperii aliis, & omninò in Magistratibus atq; Judicibus: sive Ministerialis, ut foris in Legatis, domi in Consiliariis, sive Adsessoribus, utrobiq; in Judicibus. Delegatis seu Commissariis, itemq; in Satellitibus, Apparitoribus, Nunciis, Notariis: aut est Dignitas potestatis expers, sive Sacra, ut in personis Ecclesiasticis; sive Profana, ut in Nobilibus Doctoribus, Scholaribus, Advocatis, Procuratoribus & Militibus. Privata qualitas vel est Ordo vitæ humanæ cumprimis necessarius & in publicum utilis, ut Mercatorum, Navicul ariorum & Agricolarum: vel est Personarum Miserabilitas, sicuti Pupillorum, Mulierum, præsertim Viduarum, item Senum: vel est Potestas Domestica, putà, Mariti in uxorem, Patris in filium, Domini in Servum, Abbatis in Monachum. De quorum omnium Securitate quò ordinatior minúsq; confusa habeatur doctrina, in sex classes eam distribuam: quarum I. de Securitate personarum potestate publ ca principali coruscantium. II. de Securitate personarum ministeriali potestate publicâ instructarum. III. de Securitate personarum dignitatem potestate publicâ expertem habentium. IV. de Securitate personarum in ordine ac vitæ genere ad conservationem vitæ humanæ civilisq; societatis maximè necessariò degentium. V. de Securitate personarum miserabilium. VI. & postrema de Securitate eorum, qui potestate domesticâ pollent, erit.

Classis I.

De Securitate Legali Personarum publicâ potestate principali coruscantium.

141. In prima classe *primò* sese offert Securitas Majestati Monarchicæ debita, utpotè quæ omnib. sacrosancta & inviolabilis esse debet. I. Quia summâ illâ potestate Politica Monarchæ à Deo ter Opt. Max. immediatè sunt muniti, *Prov. 8. Sapient. 6.*

Sciunt. 6. Rom. 13. Const. Deo auctore. in princ. de concept. Dig. qua est l. 1. C. de vet. jur. enucl. l. 2. in pr. C. de off. PP. Afr. Nov 6. in pr. Novell. 28. c. 4. in fin. Nov. 69. c. 4. Nov. 73. in præfat. §. 1. Novell. 105. c. 2. circa fin. c. cùm ad verum. 6 & c. duo sunt, 10 dist. 96. Ireneus lib. 5. adversùs hæres. Valent. Tertull. in apolog. Cunerus Episcopus Leeward de off. Princ. Christ. c. 5. Covarr. in c. peccatum p. 2. relect. §. 5. n. 3. de R. I. in 6. Chass. in consuet. Burg. in verb. par la grace de Dieu. & in verb. du S. Empire. n. 1. Cravet. cons 373. n. 15. & cons. 425. n. 22 & cons. 514. n. 11. Quod & in specie de Imperatoris Celsitudine allegati juris textus probant: de qua Card. Cusanus *lib. 3. concord. Cathol.* formaliter ait: quòd sit independens, quoad sui naturam, primò & supremè distincta à Spirituali (*de qua distinctione vid. d. N. 6. & d. c. 6. & 10. dist. 96. c. novit. 13. ubi Cc. de judic. & plura jura ac Dd. allegat. ab Arnisæ. tr. de subject. & exemt. Clericor. c. 1. pag. 3. & p. 6. cum segq.*) habens dependentiam immediatam à Deo. Hocque non semel ad Papas scripsisse Fridericum Barbarossam testatur Carolus Sigon. *lib. 9. hist. Ital.* & gravissimum, ab eodem Imperatore, Hadriani Quarti Papæ legatis in eam sententiam, responsum datum legitur apud Gunther. Poët. Ligurinum *de reb. gestis Frid. lib. 6.* Quinimò immediatam istam Imperii à Deo dependentiam non Electores modò Renis congregati 6. Julii Anno 1338. communi decreto adseruerunt: sed & Ludovicus Quartus cognomento Bavarus de unanimi Procerum Imperii consensu Francofurti, 6. Augusti pòst, constitutione publica confirmavit, referente Aventino *lib. 6. Boiorum ad Aufrer. de potestat. secul. super Ecclesiast. latè & eleganter Georg. Sigism. Selt. Imp. Ferd Vicecancell. in consil. suo hoc anno typis excus. artic. 2. Michael. de jurisd. concl. 2. Arnisæ. d. tr. c 1 p. 5. in f. Adde eundem c. 4. n. 2. p. 103. & c. 5 per tot. & c. 7. n. 11. Diss. Covarr. pract qq. c 1 n. 6. Vasq. lib. 1. ill. contr. c. 47. n. 4. Bellarm. de sum. Pontif. c. 7. & de translat. Imp. c. 9. & in resp. ad 8. propos. pro caus. Venet. §. 1. qui in suis argumentis ipsam potestatem Monarchicam, à Deo immediatè dependentem, cum modis eam adquirendi misèrè confundunt, ut ex Marsil. notat Arnisæ. d pag. 5.* II. Quia summam potestatem Politicam sua natura consequuntur eminentissima quæq; Privilegia, *l. Princeps 31. D de LL.* in quibus summam atque, ut ita loquar, privilegiatissimam Securitatem vel maximè computare oportet, ut hîc quoq; constet, quantum inter regale culmen & fortunam privatam medium sit, *l. 3 circa med C. de quadr. præscr.* III. Quia jura ipsa expresè Securitatem Principis non minori severitate sanciunt, quàm Reipublicæ. *Lult D. ad l. Iul. Maj.* Neq; id immeritò, quandoquidem maximam in Republ. auctoritatem tenet, cui resistere nefas & flagitiosum est: imò resistere Majestati est sanctam Dei imaginem contemnere & sacram Civitatis personam violare, *ut inquit Joh. Casus in sphæra Civit. lib 3. cap. 5.* & Principis persona nunquam concutitur, quin ejus ruina trahat secum perniciem totius Reipub. ut *ex Sfort. Oddo de rest. in int. p. 1. q. 3. art. 14. n. 90. & Dec. cons. 410. n. 20. lib. 2.* monet Arnisæus *in tr. de auctorit. Princ. in subditos semper inviolabili. c. 1. n. 1. post med. Adde, quæ de auctoritate Principum sententiosè congessit Lips. lib. 4. polit. c. 9. & quæ pro inviolabili illa summi Principis securitate adseruit Dn. Richardus Dieterus nunc Imp. Cam. Adsessor dignissimus fautor meus magnus, in disp. sua inaugurali de summa summi Imperii potestate, th. 112. & seqq.* Taceo, quòd apud plerasq; omnes gentes Regiæ coronæ & dignitatis apex divinus, sacrosanctus, atq; inviolabilis, contrà, qui adversùs eam quid attentarent, sacri ac detestabiles habiti fuerint, quod exemplo Hungarorum, qui, *teste Dubravio lib. 18. hist. Boem.* sacram Regum suorum coronam numinis loco habuerunt, & aliorum infinitorum inductione ostendi posset.

142. Di-

142. Dictam autem Principum summa potestate fulgentium Securitatem illæsam prorsus custodiendam puto: etiamsi illi degeneres sint atq; impii: idq; I. per textus & historias sacras, 1. *Reg.* 8. *&* 24. *& per totam historiam Regum Israel, Iudæ, &c Paul. d. c.* 13. *Rom. &* 1. *Tim.* 2. *Pet. tpist.* 1. *c.* 2. *qui textus partim generalitate sua, partim specificè illud probant. Arnisæ. d. tr de auctor. Princ. c.* 1. *n.* 3. II. Quia in Principe, qui Principatum sive successione sive electione aliòve quo modo legitimo quæsivit, etiam degenerante, manet potestas legitima, & subditorum obligatio: quia degeneratio isthæc aut consistit in abusu potestatis, qui non tollit ipsam potestatem ejusve auctoritatem, *arg. ab imbecillioribus ad fortiores terminos ducto ex l. pen. D. de I. & I. & l.* 65. *§ cùm Prætor,* 2. *D. ad Trebell.* aut deprehenditur in vita ad impietatem composita, quæ potestatem ipsam, cui ratione naturæ suæ nihil vel commune habet, vel contrarium, exanimare non potest; licèt aliàs diffitendum non sit, vitam honestam ac decentem, Majestate omninò dignam esse, & Principem legibus naturæ atque gentium æquè, atque alios homines ad honestè vivendum obstringi, *§. ult. I. quib mod. testam. infirm junct. l. digna vox.* 4. *C. de LL cum similib. Coras. ad l.* 31. *n* 3 *D de LL.* & 2. *Miscell.* 25. cui tamen obligationi si contraveniat, solum Deum, Naturæq; legem & Conscientiam, nec quemquam alium in hisce terris agnoscit judicem, *ut eruditè demonstravit Andreas Scheps. in explicatione quæstionis, an Princeps sit solutus legibus.* III. Hûc non ineptè applicari potest illud Justiniani *in Nov.* 12. *c.* 2. quamvis impius & legum contemtor sit, tamen pater est: namque, qui imperium habet, cõmunis omnium pater dicitur, *Nov.* 98 *in fin. cum gloss prout eum tex. accipit wes. in Oeconom lib.* 1. *Inst. t.* 20. sicut & Principem patri comparat Arnisæ. *lib.* 3. *de jure majest. c.* 1. *n.* 1. 4. & 5 & *d tr. de auctorit. Princ. c.* 2. *n.* 2. *junct. c.* 3. *n.* 5. Et prædictam conclusionem ita ampliatam tuetur Barclajus *contra Monarchomachos*, Alberic. Gentil. *lib. de vi in Principem semper injusta*, & Theologi, Politici ac JCti magno numero relati ab Arnisæo *d. tr de auctorit. Princip. in subditos semper inviolabili*: qui eam *per totum illum tr.* solidissimè propugnat.

143. Detestandi ergo, quorum vel doctrina vel conatus Μοναρχόμαχος Principibus summis infestus: seu qui adversus eos armis, vel apertis vel occultis captis insurgunt: quemadmodum Pharisæos quondam Regibus manifestè sese opponere non veritos narrat Josephus *lib.* 17. *Antiquit, c.* 3. & ante bina circiter secula exstiterunt non pauci, qui non licitum modò, sed & meritorium esse subditis affirmarunt, interficere Principem ipsos intolerabiliter opprimentem, (*quod sensit etiam Aquinas in* 2. *sent. dist.* 46. *q.* 2. *artic.* 2. *refutatus ab Augustino de Ancona in tr. de potest. Eccles. q.* 54. *art.* 3. *versic. Omnia autem ista*) quam adsertionem in Synodo Constantiensi, tanquam hæreticam, scandalosam, dolosam ac proditoriam fuisse damnatam refert Felin. *in c. cum nobis, col* 3 *de præscript. Brixiens. in repertor. in verb. Tyrannus. Thom. Grammat. in addit ad Afflict decis.* 265. *Vasq. d. lib.* 1 *ill contr. c.* 8. *n* 33. & *neminem ex his allegans* Arnisæus *d. tr. de auct. Pr c.* 2. *n* 1. ubi ex Gersone (in censura errorum adsertorum per Johannem Parvum circa præceptum: *Non occides:*) refert: quòd aperiretur via ad homicidia Regum aut Principum quorumcunque, & ad violationem fidei & juramenti, si liceret eos impunè auctoritate propria enecare, aut in eos fraudes moliri: daretur & occasio subditis rebellandi & contemnendi Principes, nemo enim ambitiosus, aut à Principe castigatus, non fingeret in eum ingentia crimina, ut eum populo exosum redderet, sicq; nulla foret imperandi *Securitas*. Et hæreticum

tiam esse; adserere, privatis legitimum Reip. Principem juris atq; rationis limites in modo regiminis excedentem licere occidere, ex Alphonso de Castro *in lib. de hæresi. in verb. Tyrannus. & Dom. à Soto lib. 5. de I. & I. art. 3.* refert Covarr. *in Rub. de matrim. p. 2. §. 4. n. 13. quod & sensit Castald. de Imperatore, q. 82.* & nefas illud esse latè disputat Zoanett. *de defens. p. 3. à n. 104 usq; ad fin.* Imò per supra deducta ne quidem Reipublicæ in Principem (liberum tamen, non ex pacto imperantem, *vid. infrà th. seq.*) ut potè in quem nullum sibi jus adserere potest, id licebit, in quo se torquet Vasq. *d. c. 8. nu. 33. circa fin.* sicut & circa revocationem potestatis à tali Principe *d. lib. 1. ill. contr. c. 47. n. 12. in fin.* in adfirmativa, ad quam proclinat, sibi metuit. Audaciùs in alia discedunt Cravett. *cons. 697. n. 9. vers. sed & Principi.* Brutus in *Vindiciis.* Peregrinus, Rossæus, Buchan. Hottom. Althus. Boucherius, Bellarm. &c. relati per Arnisæ. *d. tr. de auct. Princ. c. 1. n. 1.* E quibus Νεοφαρισαῖοι (qui è tribu Assur & indolem hauserunt, *Gen. 49. v. 20.* & nomen traxerunt, *Gen. 46. v. 17. Numer. 26. v. 44.*) cumprimis obtentu hæreseos (*ubi pro iis facere videtur c. nos sanctorum, 15. q. 6. c. maximus 23. q. 3. c. ult. de hæreticis.*) aut favoris erga hæreticos ex horum toleratione præsumti (*per auth. statuimus. C. de Episc. aud.*) subditos à fidelitate & obsequio debito absolvunt (*vid. c. si quis servum, 37. cum seq. caus. 17. q. 4. Ioh. de Plat. in l. unic. C. ut armor. usus &c. Moron. de fid. treug. & pac. q. 5. n. 2.*) eorumq; sicis, telis, venenis, aliisq; à sese suggestis machinationibus nefariis prostituunt: cujusmodi attentatorum partim, partim confectorum parricidiorum memoriâ recente etiamnum omnes boni perhorrescunt: quæ, sicut nostrorum temporum historia, & Monarchopromachorum scripta, atq; in his exquisita epistola Isaaci Casauboni ad Frontonem Ducæum in vulgus loquitur, ita argumentorum & exemplorum cùm sacrorum tùm profanorum consideratio ad Orcum damnat, *uti patet ex polito discursu Arnisæi d. tr. de auct. Princ. c. 2. à n. 4. usq; ad fin.* Imò quòd nec Papæ in Reges tale quid liceat, post Barclajum *contra Bellarm.* eruditè defendit idem Arnis. *tr. de exemt. Cleric. c. 5. præsertim n. 26. Adde quod tetigi suprà th. 111.*

144. At quid, si Princeps quempiam subditorum tyrannicè aggrediatur, trucidandi vel bona ejus rapiendi causâ, nonne tum isti vim vi repellere, atque sic illum occidere concessum erit? Quod & ipsum nego exemplo Davidis, (manum Sauli, tanquam uncto Domini, licèt Regi impio & sibi lethaliter infesto, inferre, piaculum ducentis,) item Eliæ, Naboth, Danielis ejusq; sociorum & firmiter statuo, si aliter vim declinare, aut periculum effugere subditus nequeat, ex charitate mortem perferre potiùs, quàm Principi suo inferre debere, cum Dominico à Soto *d. lib. 5. de I. & I. q. 1. art. 8. prout allegatur ab Obrecht. tr. de defens. c. 6. n. 1.* facit, quòd subditus Principis saluti propriam anteponere non debet, *arg. l. 1. §. juxta hoc. 28. D. ad SC. Syllan.* & homicidii etiam involuntarii, in sacrosancto Regum corpore patrati, ratione politicâ ex veneratione Majestatis supplicio vindicati, exemplum non unum historiarum monumentis proditum est. *Diss. post Thomam Aquinatem 2. sent. dist. 46. q. 2. art. 2. & opusculo 20. de regimine Princ. c. 6. & Dominicum à Soto d. q. 1. art. 3. Vasquinus lib. 1. ill. controv. c. 8. n. 33. Placa lib. 1. epit. delict. c. 28. post n. 7. vers. 3. quem allegat & sequitur Clarus §. homicidium. n. 30. Et videtur pro ipsis facere Clem. pastoralis. §. cæterùm de sent. & re judic.* per quem text. *post Riminald. Iun. in l. 3. n. 66. D. de I. & I. Alex. Carrerius in prax. crimin. §. circa. n. 87.* affirmativam etiam tenet Obrecht. *d. tr. de defens. c. 6. n. 6.*

145. Cæterùm, explicata ſupremorum Principum Securitas geminam patitur declinationem. Prior in Regnis exhibetur pactionatis, ubi poteſtas Regia, alioquin pleniſſimè libera & abſoluta futura, non obſtante, quòd à Deo ipſa immediatè oriatur & dependeat, certis quibuſdam legibus ſeu pactis publicis, Regni incolumitatem tuentibus, divinæ ordinationi nec quicquam adverſantibus, (nam & olim in conſtituendo Rege Judaico duplex cum ipſo fœdus inibatur, unum Pietatis inter Deum & Regem, alterum Juſtitiæ inter Regem & Populum, *Deut.17. circa fin. Brunus in vindiciis contra Tyrannos, q.3.p.126.*) quæ Compactata ſeu Capitulationes vocant, in delatione Regni, fide mediâ, quadamtenus coarctatur, & ceu frenis quibuſdam, cohibetur: id quod conſultum eſſe, nec ideò poteſtatem deſinere, eſſe ſummam & Monarchicam partim ex doctrina Ariſtotelis in Politicis (non omne Regnum παμβασιλείαν *eſſe, 3. Polit. c.10. & 11.* & Regi leges adjungi poſſe, imò debere, *d. lib.3. polit. c.7. & 12.* docentis: & inter Tyranni notas etiam hanc reponentis, quòd ſit ἄνομός τε καὶ ἀνυπεύθυνος καὶ κατὰ πάντα αὐτεξούσιος, non legibus ſubjectus, non rationibus reddendis ullatenus obnoxius, ſed omnia pro lubitu adminiſtrans, *lib.4. polit. c.10.*) partim ratione conſtat evidentiſſimâ; quòd videlicet (ut taceam, magis & minùs ſolutum eſſe legibus, juxta vulgare axioma Logicum: poteſtates ſpecie diverſas non inferre:) per iſtiuſmodi compacta non tam ipſa ſumma poteſtas frangi, quàm benè imperandi conditio, ad quam alioquin vocati ad Regnum per ipſam ſuſceptionem, velut tacitâ quâdam conventione, ſe obligant, palàm exprimi, pro qualitate Regni delati declarari, & firmiore vinculo comprehendi videatur. Arq; inde haud-dubiè in pleriſque omnibus Regnis legum fundamentalium, quibus Princeps non minùs fere è, ac naturæ gentium q; legibus, obſtringitur, *Bodin. lib. 4. de Rep. c.4. n.426. Obrecht. diſp. de Regal. th.560* origo exiſtit, *Paurmeiſt. lib.1. de juriſd. c.17. n.10.* de quibus in Regno Hiſpaniæ, *vid. G. Lopez. en las partidas Hiſpanicas tom.1. p.2.3. & ſeqq.* Galliæ, *Bodin. lib.1. de Rep. c.8. n.88. Serres in præfat. inuent. general. hiſt. Franc.* Angliæ & Scotiæ, *Cambdenus in deſcript. Magnæ Britanniæ lib.1. & Buchanan. lib. de jure regni apud Scotos.* Sueciæ, *Chytr. lib.2. Arnyſ. d.tr. de auctorit. Princ. c.1. n.4.* Poloniæ, *lib.1. ſtatut. Pol.2.* Hungariæ, *Bonfin. decad.4. l.9. & 10. Arniſ. d.n.4.* Daniæ. *Lauterbach. l.1. de Rep. c.15.* & in noſtro Imp. Romano-Germanico, *Aur. Bull. t.2. §. pen. & ult. Sleid. lib.1. Arniſ. d.n.4.* Maximè verò penes eos, quibus in manu eſt eligere, quem velint, jus eſt & poteſtas, electum, quibus velint, (*talibus tamen, cum quibus poteſtas Regia ſtare poſſit*) conſtringere legibus, *auctore Buchan. d. lib. de jure regni apud Scotos, p.53.* uti non modò in jam dicto Imp. noſtro, ſed etiam in Regno Poloniæ & ſimilibus contingit, *Ioh. Caſus in ſphæra Civit. ad lib.3. Polit. c.5.* Ut ita magnoperè curanda non ſint, quæ Cunerus *de off. P. Chriſtiani, c.5. & 17.* winzet *in velitatione contra Buchan.* (*allegati ab Arniſæ. d.n.4.*) & alii contra iſtiuſmodi Capitulationes movent: *veluti l.1. §.5. D quar. rer. act. non det. c. talia 1. verſ. quemtamen. & c. Artaldus. 2. cauſ.8. q.3. c.1. & c. ſignificaſti. 4. de elect. & c. ubi periculum. 3. §. cæterùm. eod. t. in 6. quibus aliisq; juribus & fundamentis in ſpecie contra iſtiuſmodi reordinationem Capitulorum quorundam ab Electoribus Imperatori Car. V. in electione ſcriptorũ, innititur Floren. à Venning. inter conſ. Claud. Cantiunc. conſ.16. n.197. & ſeqq.*

146. Princeps itaque, ſub conditionibus iſtiuſmodi ad Regnum vocatus, tantiſper privilegiatiſſima illa ſummam poteſtatem comitante Securitate munitus eſt, quoad fidem, qua ſe pactionibus iſtis publicis devinxerat, ſartam-tectam cuſto-

dit: sin enormiter eam violet, à pœna depositionis securus non est, ut locum sibi hîc vindicet vulgatum illud: Ad quem pertinet institutio, ad eundem & destitutio, N. 13. c. 1. in fin. gl. in c. cùm ex injuncto. 12. in fin. verb. tam institutio. de hæret. per c. 1. & 2. de capell. monach. & c. 3 §. in Ecclesiis. de privil. & excessib. privilegiator. Alex. Carrer. lib. 2. de pot. Pontif. c. 2. & quòd fides Domino non servanti impunè non servetur, Alc. resp. 167. vers. circa tertium dubium, n. 10. Arnisæ. lib. 1. de jure maj. c. 6. n. 12. & d. tr. de auctorit. Princ. c. 1. n. 4. quamvis aliàs, si Principem absolutè consideres, ipsi subditos fortiùs, quam his illi, obligari facilè largiar: eò quòd unio Principis & subditorum sit φιλία ἐν ὑπεροχῇ, & ille his superior dignitate, potentia & auctoritate, adeoq; venerabilior, & minùs adstrictus: ut ita æqualitatem inter eos secundùm proportionem, non Arithmeticam, sed Geometricam considerare oporteat, per sapientiss. doctrinam Aristotelis lib. 8. Ethic. c. 7.

147. Posterior Securitatis Regiæ declinatio in eo Principe evenit, qui delictis publicis insanabiliter laborat, Arnisæ. d. tract. de auctor. Princ. c. 6. n. 10. & seq. cujusmodi sunt neglectus officii publici, & destructio Reipub. putà, quando Princeps privati sui commodi causa & pro annimi libitu dedita opera (qualis animadversa fuit in voto Caligulæ omnibus unam cervicem optantis, ut omnes uno ictu pessumdare posset) Rempub. destructum it. Pruckman. §. sol. pot. c. 3. nu. 51. Arnisæ. d. num. 10. & seq. præsertim n. 15. subdens: istiusmodi Principem (cæteroquin Regnum legitimo titulo possidentem) consummato & notorio ejuscemodi delicto publico infamem, Tyrannum in exercitio à Br. & aliis appellari. Et talis Princeps itidem à pœna minimè securus est. Vasq. 1. ill. controv. c. 22. n. 6. sicut pœna dignum agnovit Imp. Trajanus, dum P. P. creato, more majorum cingulum cum gladio apponens: Accipe, ait, hunc ensem: si quid rectè atq; è repub. imperavero, pro me; sin secùs, in me utere. Johannes Casus tamen sapienter monet; si Princeps à Deo, à patre, à patria deficiat, non vertigine unius cerebri, sed Senatusconsulto pœnam constituendam esse, & ita constituendam, ut lenitate potiùs consilii, quam severitate supplicii ad sanam mentem revocetur, Casus in sphærâ Civit. lib. 3. c. 5. Sin prorsus sit incorrigibilis, de quo hac thesi loqui occœpi, similiter, ut in priore violatorum Compactatorum casu, ad depositionem deveniri poterit: sicut olim Netonem ob extremè tyrannicam in Repub. Rom. grassationem à Senatu R. Imperiali solio dejectum, &, quod gravius est, hostem declaratũ fuisse Suetonius in vita ejus & plures alii testantur: & ante bina circiter secula Wenceslao, quòd sibi soli viveret, leges, judicia & res Imperii nihil curaret, sicq; Imperio prorsus inutilis deprehenderetur, ab Electoribus Imperii cùm consilio reliquorum Procerum & Statuum, Imperium abrogatum esse constat ex Volaterrano lib. 23. Bapt. Egnat. & Ioh. Cuspin. in vitis Impp. quod & tangit Michael. de jurisd. th. 131. alios refert D. Gerlaeus Buxtorf. competitor meus, in disp. sua ad Aur. Bull. th. 11. ubi & circa nobilissimam illam controversiam: ad quem Imperatoris remotio pertineat, Dd. aliud atq; aliud sentientes citat.

148. Quid verò de Tyrannis in titulo, ut loquuntur, (hoc est, qui nullo jure principatum seu regnum sibi sumunt vel occupant, inibiq́ue potestatem nullis legibus obnoxiam in omnes, etiam æquales & meliores, eosq́ue invitos & nolentes, sibi arrogant, ac pro lubitu exercent, prædonio more grassantes, vid. Arist. lib. 4. pol. c. 10. ubi Commentatores, Br. in tr. de Tyrannis, l. decernimus. 16. C. de SS. Eccles. & l. ult. C. de incest. nupt.) statuendum? Hostium instar illos habendos esse, & à quibusvis etiã

privatis, quippe qui illis nullo fidelitatis vinculo tenentur obstricti, *Iohan. Saluber. in Policrat. lib. 8. c. 20.* & tanquam peregrini (quos crimen læsæ Majestatis non committere communiter placuit, *Clem. pastoralis, ubi gl. in verb. non substant. de sent. & re judic. Clar. in §. læsæ majestatis. vers. vidi quandoq;. Goth. in l. quisquis. 5. in verb. barbaris. C. ad l. Iul. majest. vide tamen libellum de Legatis, &c. ante paucos annos in Gallia impressum, p. 51. & in f. th. 148. ante fin.* in illis jus Majestatis lædere nequeunt, *Arnisæ. lib. 3. de jure majest. c. 6. n. 12. & in tr. de auct. Princ. c. 1. n. 2.* non armis tantùm, sed veneno etiam (*vid. l. 8. §. 1. D. de pœn. & suprà th. 87. & th. 118. vers. nec fallit.*) ultra Politicorum monita, *Bod lib. 2. de Rep. c. 4. & præcipuè c. 5. Lipsi. 5. polit. 5.* infinitis historiarum cùm sacrarum tùm profanarum exemplis roborata, ex nostris post Fabrum & Angelum *in §. jus gent. I. de I. N. G. & C.* tradit Covarr. *in Rub. de matr. p. 2. § 4. n. 13. & Vasq. lib. 1. ill. contr. c. 8. n. 35. & 41. vide omninò* Arnisæ. *d. tr. de auctor. Princ. c. 6. n. 12. & seqq. ubi Tyrannorum materiam accuratè & distinctè examinat.*

149. Quæ de Principis summi Securitate hucusq; dicta, & quibusdam impassibus incidenter solùm ad Imperatorem accommodata sunt, nunc directè accommodanda & in eo specialiùs atq; explicatiùs elucidanda veniunt: partim quòd magis ad nos attineat, Imperatoris nostri, quàm exterorum Regum atq; Principum, Securitatem æstimare & venerari: partim quòd ea etiam, comparativè loquendo, multò sit venerabilior. Cùm enim Majestas (*sic dicta, quasi major status & potestas*) nihil sit aliud, quàm amplitudo, decus, imperium, dignitas & securitas personæ eminentioris aut sanctioris, *per tradita Bodin. lib. 1. c. 8. Decian. tr. crim. lib. 7. c. 1. & 2. Harprecht. §. 3. n. 2. I. de pub. jud. Tileman. in tr. polit. axiomat. 7. ex Tullio 2. de Orat. & partit. Orator. Arnisæus lib. 1. de jure Majest. c. 1. per tot.* quis magis securus esse debeat, quàm Imperator Cæsar Romanus, nunc Romono-Germanicus? cujus Majestate (*dato etiam, non concesso, quòd totius mundi dominatum, jurisdictionem, inspectionem ac protectionem non contineat, de quo vid. suprà c. 3. th. 38.*) nihil in terris majus, nihil sanctius, *l. ult. C. d. LL. l. pen. in fin. C. de bon. quæ lib.* wes. *in parat. ad l. Iul. maj. n. 4.* qui præeminentia apud omnes gentes pollet, *pr. Const. de Inst. C. confirm. Nov. 30. in fr. Selita. 6. vers. quod autem de majorit. & obed. Arnisæ. lib. 1. de jure majest. c. 2. n. 9.* unde Imperatorem esse Principem mundi & corporalem mundi Deum, qui eminear super omnes, tanquam stella matutina in medio nebulæ meridionalis, *dixit Bl. in c. Imperialem, de prob. feud. alien. per Frid. relatus à Lud. Myler disp. de Advocatia, th. 10.* eumque non Populi modò, omniumq; Principum Christianorum, sed & Turcica in aula præcedentiam ante omnes Reges Principesque alios tueri, *ex Leunclajo in supplem. Annal. Othmanid refert & probat Thom. Lansius in discursu de lege Regia, th. 49. allegatus ab Harpprecht. §. 3. n. 24. I. de pub. jud.* quamvis eam præeminentiam Imperatoribus nostris non obscurè invideriit Chass. *in proœm. consuetud. Burg. verb. du S. Empire. n. 3. usq; ad fin. & Catal. glor. mund. p. 5. consid. 30. & 31.* & Vasq. *in præfat. ill. contr.* quorum utérq; suo Regi adulatum ivit.

150. Hinc *Primùm* Imperatoris nostri caput, corpus, vita eminentissimè omnium sub pœna læsæ Majestatis inviolabilis est, *l. 3. post med. C. de Episc. aud. & passim sub t. D. & C. ad l. Iul. maj.* Et, quamvis adversus alios quoq; Reges & Principes superiorem non recognoscentes crimen læsæ Maj. committatur, *arg. l. non dubito. 7. §. 1. ibi: alterius populi majestatem. D. de capt. Iohan. Redin. de majestate Principis, in pr. n. 24. Gomez. 3. V. R. c. 2. n. 6. & 10. Mynsi. 5. obs. 41. & resp. 44. n. 10. cum Dd. cumulatiuè*

tis à Decian. d. lib. 7. c. 4. n. 6. ubi allegat dissentientes, cum quibus etiam errat alios referens Harprecht. d. n. 24. vers. ex his ergo. cùm omnia Imperatori in signum Superioritatis tributa ipsis quoq; tribuantur, Rul. de Commiss. p. 2. lib. 5. c. 4. n. 16. pœnis tamen l. ult. D. & l. quisquis, 5. C. ad l. Iul. maj. & extravag. qui sint rebelles, non nisi læsæ Cæsareæ Maj. Reos subjici constat, Decianus plurimos allegans. d. c. 4 n. 7. Rol. à Vall. cons. 74. n. 5. in f. & seqq. vol. 1 quos etiam citat & sequitur Michael. de jurisd. concl. 7 in f. eleganter M. Ant. Peregr. lib. 4. de jur. fisc. t. 5. n. 27.

151. *Secundò*, Honor Imperatoris nostri, omnium honoratissimus, à maledictione securus omninò esse debet, *facit Exod. 22 junct. 1. Petr. 2. l. famosi, 7. §. hoc ita. D. ad l. Iul. maj. l. un. C. si quis Imp. maledix. c. 1. de maled. & distinctè explicat Menoch. A. I. Q. cas. 377. per tot. Moron. q. 164. n. 8.* Et maxima sanè est inquitas (veriùs stoliditas) detrahere superioribus, qui mordere possunt, *Ias. cons. 164. vol. 4. Crav. cons. 309. n. 3. Moron. d. q. 164. n. 19.*

152. *Tertiò*, Potestas Imperatoris nostri ab impugnatione immunis esse debet, *l. sacrilegii. 5. C. de divers. rescr. l. disputare. 2. (apud Goth. est l. 3.) ubi gl. & Salic. C. de crim. sacrileg. l. ult. C. de consulib. lib. 12. & habetur post c. 29 si quis suadente. 17. q. 4. Dd. in l. ult. C. si contra jus vel utilit. pub. Cc. in c. quæ in Ecclesiarum, de constit. Lancell. Conrad. in T. O. I. lib. 1. c. 1. de Imperatore, § 4. vers. Imperator habet. n. 4. f. 307. Castald. de Imp. q. 109. n. 7. Bonus de Curtili in tr. de nobilit. p. 3. n. 174. Bl. cons. 359. proponuntur. lib. 1. Alexander cons. 216. in pr. vol. 2. Iacob. Philip. Porc. cons. 1. n. 45. Cravett. cons. 241. n. 3. Claud. Cantiunc. cons. 1. n. 124. & cons. 17. n. 45. Menoch. cons. 103. n. 38. & alios citans Pruckman. §. sol. potestas. c. 3. n. 8. 19. & 32.* per quæ jura & Dd. liquet: de potestate Principis citra sacrilegium non disputari: scilicet in iis, quæ sunt juris positivi seu civilis, *quo is, ut Princeps, consideratur.* Nam in iis, quæ honestatem æquitatemq; naturalem concernunt, & juris sunt naturalis, aut gentium, *quo Princeps, ut animal vel homo consideratur, Coras. ad l. Princeps, 31. D. de LL. & lib. 2. miscell. c. ult.* de potestate ejus impunè disputatur, *Cravett. de antiquit. temp. p. 1. n. 38. & seq. & passim in consil. quem allegat & sequitur Menoch. d. cons. 103. n. 67. & seqq.* (modò hoc non ex audacia & contemti fiat, sed veritatis eruendæ studio, & ad tutelam seu conservationem juris tertii, aliámve causam necessariam, *Cravett. cons. 256. col. 6. in f. vers. venio nunc ad defectum potestatis. Petr. Ant. de Petra de pot. Princ. c. 11 n. 3. vers. Quartò. Pruckm. d. §. sol. potestas. c. 3. n. 133. & seq.*) *& patet per controversias Dd. de jure quæsito non tollendo & de rebus privatorum non auferendis à Principe, Castald q. 93. Gabr. lib. 3. comm. conclus. t. 10. Petra d. tr. qui etiam allegari solet, de jure quæsito per Princ. non toll. per tot. Myns. 5. observ. 97. Gail. 2. obser. 56. Pruckman. d. §. soluta potestas. membr. 2. eff. 5 & alii passim.* Tantò impuniùs abibit, si non tam de potentia, quàm voluntate & scientia Principis disputetur, *l. ex hoc facto, 43. pr. D. de vulg. l. & si legibus. 5. C. si contra jus vel utilit. pub.* ut in rescriptis contra jus vel utilitatem pub. elicitis, vel per sub: & obreptionem impetratis contingit, *per l. rescripta. 7. C. de precib. Imp. off. d. l. 5. & l. universa. 7. & t. t. C. si contra jus & c. l. 1. C. de petit. bonor. sublat. c. 5. & 15. de rescript. Everh. præses loc. 129. à plenitud. pot. n. 11. in f. & n. seq. & cons. 31. post pr. vers. Secundò præmitto. Gail. lib. 1. obs. c. 14. n. 6. & lib. 2. obs. 56. n. 8. & obs. 58. n. 7. & seqq. Thoming. cons. 32. nu. 1. & seqq. Pruckman. d. c. 3. n. 135. ubi errorem in jure vel facto Principi illibatâ majestate verbis modestis objici posse, ex Abb. Felin. & Iohan. Iac. de Leonardis monet. Adde Laudens. de Principibus. q. 2. qui non quidem in iis, quæ ad Principis jurisdictionem pertinent; at benè in iis, quæ ad eam non spectant, de potestate ejus disputare licere tradit.*

153.

153. *Quartò*, Bona quoq; Imperatoris tàm fiscalia, *vid. l. 3. §. quæ enim differentia. C. de quadr. præscr. Obrecht. disp. de præscr. th.* 110. quàm patrimonialia (Gallis domanium, *Choppin. de doman. Iuris nostri auctores* rem dominicam, Augustalem, privatam, patrimoniumq; Principis vocant, *vide lib.* 11. *C. t.* 61. *& seqq. usq; ad* 77. *Nov.* 69. *c.* 4. *§.* 1.) ab omni damno secura, ab omni onere immunia, adeoq; privilegiatissima esse debent, *d. l. 3. ibi: qui curatores, per quos res divinarum domorum augurur, aliquibus injuriis vel damnis afficere conantur. C. de quadr. præscr. & aliis ll. ut.*

154. *Deniq;*, sicut Imperatoris ossibus summa potestas ac jurisdictio (à qua omnis inferior fluit, *l. 1. in pr. ubi Legista. D. ad l. Iul. amb. c. 1. de feud. March. Duc. vel Com. & c. 1. quis dic. Dux, Comes vel Marchio, & utrobiq; Feudista, Io. Redin. de majest. Princ. in pr. n.* 52. *Vult. 1. Iurispr. R.* 11. *n.* 29. *& 1. de feud. c* 5. *n.* 7. *aliiq; Dd. allegati à Michael. de jurisd. concl. 1. lit. c.*) inseparabiliter inhærere dicitur, *per alleg. ab eod. Michael. concl.* 8 Ita idem Imperator (velut à quo publica omnium securitas dependet *per jura sup. th.* 39.) omnigenam Securitatem (quæ ceu portio quædam Majestatis esse videtur, *per d. sup. th.* 149. *vers. cùm enim.*) quaqua-versum individuam habeat comitem oportet, ut videlicet Majestatis suæ splendore omnes molestiarum, insidiarum, violentiarum, offensionum, damnorum nebulas discutiat atq; dispellat: qua etiam de causa sua Majestas, quacunq; transeat, salvum conductum (utpote quem jam antè omni exceptione tutiorem jure summo habet, & ubiq; secum trahit) à particularibus territoriorum dominis non requirit, ut vulgò rectè dicatur, **Keyserliche Majestey des Geleites nicht hoch benötigt / Sie bringe das Geleit mit sich.** Quamobrem Ludovicus M. B. apud historicos rebellis audit, quòd Carolo IV. Cæsari transitum per suas provincias in Italiam, comparatis ad hoc obsessoribus viarum, impedire conatus esset, *Dubrav. lib.* 22. *hist. Boem. p.* 208. & Cæsareæ Majestatis decori parùm convenisse existimatur, quòd idem Carolus IV. aliquando à Duce Bavariæ salvum conductum requisivit.

155. Et hæc de Securitate Imperatoris longè privilegiatissima: quæ an ad Augustam ejus conjugem producatur, non ineleganter quæri potest? Quod, cùm Princeps eadem illi privilegia tribuant, quæ ipsi habent, *l* 31. *D. de I. I.* (*vide tamen l.* 57. *de leg.* 2.) *l. 6. in f. D. de jur. fisc. l. pen. C. de don. int. vir & ux. d. l.* 3. *C. de quadr. præscr.* adfirmare non dubito: nam & al à uxor mariti radiis splendescit, privilegiisque gaudet, *l.* 8. *D. de Senatorib l.* 2. *§.* 4. *C. de Episc. & Cler. l.* 28. *C. de nupt. l.* 13. *C. de dignit. lib.* 12. *Nov* 105. *c.* 2. & salvus conductus marito concessus ad uxorem extenditur, *arg. l.* 4. *§.* 2. *D. de off. proconsl. l.* 4. *§.* 1. *D. de usu & habit. l.* 21. *D. de donat. int. vir. & ux. l.* III. *ubi Iason. D. de V. O. Ang. in l. quæ religiosis*, 43. *D. de rei vind. Bl. cons* 408. *vol.* 5. *Alc. cons.* 314. *n.* 1. *vol.* 5. *Iohan. Maurit. inter consilia V. J C. Germ. tom.* 2. *pag.* 155. *n.* 91. *Selvad. tr. feud. p.* 9. *c* 3. *n.* 5. *Magalott. tr. hic. p.* 3. *n.* 29. *Premus tr. hic. q.* 6. *Farinac. prax. crim. p.* 1. *t.* 4. *q.* 29. *n* 51. *Treutl. p.* 1. *disp.* 5 *th.* 6 *lit. d.*

156. Post Imperatoriæ Majestatis Securitatem in Imperio nostro Romano Germanico proxima habetur ratio Septemvirorum-Imperii seu Electorum, quorum Securitatem violans itidem in crimen læsæ Maj. incidit, *arg. l. qui quis. 5. C. ad l. Iul. majest. & c. felicis. 5. de pœn. in 6 text. expressius in Aurea Bulla Carol. IV. t.* 24. *Decian. d. lib.* 7. *c.* 5. *n.* 6. *Heig. p.* 1. *q.* 4. *n.* 2. *Diss. Mynsr resp.* 44. *n.* 8. *inf.* junct. *n.* 12. (à quo allegati *Dd. non de Electorib. sed aliis Principib. super. recogn. lequuntur*) subitamen *n.* 14. *id concedit in Vicario seu Præside Imprii, cujusmodi Vivo Imperatore, & extra Germaniam proficiscente, olim is erat, quem Imperator specialiter à se constitutum reliquerat.*

quemadmodum Fridericus I. cognomento Ænobardus primâ suâ in Italiam, coronæ & Pontificiæ gratiâ, susceptâ profectione, Ladislaum Boem. Regem Vicarium in Germania reliquisse legitur apud Dubrav. lib. 12. p. 109. at posteà vigore Imperialis privilegii (quod in Comite Palatino Electore super longæva consuetudine fundatum verbotenus retulit Goldast. tom. 2. Const. Imp. cui tit. Reichs satzungen p. 241.) Comes Palatin. & Saxo Electores ipso jure Vicariatum tali casu obiverunt, sicut tempore Maximil. I. A. 1507. Fridericum Saxonem Imperii Vicarium exstitisse non ita pridem ex inspectione numi eo tempore per ipsum cusi cognovi: & post electionem Caroli V. ante hujus in Germaniam adventum & susceptionem administrationis Imperii, Ludovicum Palatinum & eundem Frid. Saxonem Vicariatum Imperii, illicò à morte Maximiliani I. sibi delatum, continuâsse, apparet ex utriq; factâ interim gestorum ratificatione inter articulos Capitulationis Caroli V. Imp. & in specie ex ratificatione gestorum Palatini apud Goldast d. loc. p. 242. Mortuo verò Imperatore sicq; vacante Imperio iisdem binis Electoribus per adsignatas singulis regiones Vicariam Imperii administrationem competere notorium est, ex Aurea Bulla c. 5. Schrad. de feud p. 10. s. 3. n. 174. & seqq. Heig. p. 1. q. 4. n. 28. Michael. de jurisd. adsert. 29. lit. a. Quorum tamen casuum utroq; id non procedit, si Rex Romanus præsto esset, utpotè qui tum Cæsare Germaniam egrediente vice Cæsaris Imperium, ceu perpetuus Imperii Vicarius, administrat, Thom. Michael. de jurisd. d. concl. 29. sicuti tempore Caroli V. frater eius Ferdinandus, Sleidanus lib. 8. p. 215. & passim, tùm Imperatore mortuo ipso jure illicò est Imperator, ut in Maxim II. & Rud. II. Augustissima recordationis contigit.

157. Dicta tamen Electorum Securitas ab Imperatoriæ Maj. Securitate partim eo differt, quòd ista independenter & omnimodè proprio jure Imperatori competit, cùm nulli in hisce terris eam acceptam ferat, per dicta suprà th. 141. illa verò Electoribus in partem Cæsareæ solicitudinis (eò quòd ardua sine Procerum consilio expedire absonum, Vasq lib. 1. ill. controvers. 23 n. 1.) adhibitis, Heig. p. 1. q. 2. n. 12. vers. ad eandemq; modum. Michael de jurisd. th. 8. lit. c. non ita per prius competat, fac. not. Knich. de territ. c. 1. n. 20. & seq. sed ab Imperatore (licèt plenitudinem potestatis suæ & superioritatis omnem transferre in subditos non valente) cum aliquibus summæ potestatis, salvâ ipsi Imp. Clientelarum juribus, Heig. d. q. 2. n. 22. Michael. th. 25. communicata fuit, Heig. d. p. 1. q. 4. n. 25. perpetuò tamen & irrevocabiliter, per alleg. infrà th 158. partim quòd electores non æquè, ac Imperator, in toto orbe Romano planè absolutam salvi conductus & commeatus libertatem comitem habent, sed de consuetudine extra territorium suum à Dominis aliorum territoriorum, salvum conductum requirunt, sicut & cæteri Imperii Principes, latè Joh. Frider. Elect Sax. in scripto contra H. D. B. A. 1540. edito. Quod tamen eò interpretandum non est, ut Securitas, ipsorum extra requisitionem salvi conductus, per aliena territoria commeantium ultra communem, de qua suprà c. 3. nulla esse putetur. Etsi namq; potestas eorum proprii territorii limites non excedat, (quo sensu etiam Reges extra territorium suum instar privatorum esse dixit Chass. Rub. 9, des mains mortes. §. 16. verb. va demeurer. n. 14.) nihilominùs dignitas cum illis ambulat, per notata sparsim à Joh. de Arze in tr. suo de nobilit. Hispan. quæ, quò major in Electoribus, quàm in reliquis Principib. Aur. Bulla t. 6. eò illibatiore quoq; securitate munita est, Aur. Bulla sup. cit. t. 24. Et in specie, quòd Electores ad Comitia Electionis extra requisitionem salvi conductus per aliorum ditiones commeantes, privilegiatissimam tamen & severissimis sanctionibus munitam securitatem habeant, constat ex Aur. Bull. t. 1. sicut & ad Comita Imperii proficiscentes sub speciali Imperatoris salvo conductu ire noscuntur, Aur. Bull. t. 12. de qua Comitiorum securitate proprius agendi locus erit infrà c. 7.

158.

158. Istud extra controversiam est: Electores in propriis provinciis tàm liberrimâ, quàm inviolabili Securitate plenissimè vallatos esse: sicut & reliqui Principes ac Domini territoriorum eas suis in territoriis muniti sunt, ob eam, qua pollent, dignitatem, eminentiam ac potestatem, quam majorem Imperator in gentibus (nec utamur verbis *Justin. in Nov. 15. pr.*) fecit, *Scip. Gentilis lib. 3. de jurisd. c. 23.* ita ut id juris in suo habere territorio dicantur, quod Imperator in Imperio: Idq; (perpetuum, hereditarium & irrevocabile, *Schrad. cons. 18. inter cons. Borch. vol. 2. Denayss. in adsert. jurisdict. Cam. p. 253. & seq. Knich. de jure territ. c. 1. n. 21. & seq. Scip. Gentil. d. loc.*) quod pronunciatum (ut hoc obiter notem) Dd. à Principib. sup. non recogn. & Civitatibus seu Rebuspub. liberis, omnimoda jurisdictione non pro Imperatore, sed pro se & ad sui utilitatem in suo statu utentibus, ut in hoc tantum possint, quantum Imperator in suo Imperio (sicut de Regib. *Ant. Corset. de potest. Reg p. ult. n. 67. Castalii de Imp. q. 69. n. 15. & Iohan. Redin. de majest. Princ. n. 7. qui n. 9. auctorit. Bl. in proem. D. col. 2. etiam plus juris Regibus successivu tribuit:* De duce Mediolani *Br. in extravag. quoniam nup. t. qui sint rebelles. in gl. rebellando. col. 2. vers. sed ad hoc. & alii allegati per M. Ant. Peregr. 4. de jure fisci. 5. n. 24.* de Duce Venetorum *Gigas in tr. de crim. laesæ maj. lib. 1. rubr. 2. quotuplex sit majestas n. 15.* de civitate Florentiæ *Abbas cons. 92. col. 5. vol. 1. all. à Corset. de pot. reg. n. 68. considerata vid. ante modernos hosce Duces:* & aliis Rebuspublicis liberis Italiæ *Br. in l. infamem. 7. D. de pub. jud. allegatus à Scip. Gentil. d. lib. 3. c. 23.* & generatim *Decian. d. lib. 7. c. 4. n. 6. vers. verùm breviter.*) ad Principes & Status Imperatorem recognoscentes produxerunt, *per plurimas auctoritates Gail. lib. 1. de P. P. c. 6. n. 10. & 11. & lib. 2. obs. 57. n. 7. Cacher. decis. 88. n. 7. & decis. 139. n. 5. & decis. 154. n. 1. Dauth. de testam. n. 36. p. 68. Vultej. 1. I. R. c. 12. n. 23. Pruckman. §. soluta potestas, membr. 1. eff. 2. n. 42. & membr. 3. eff. 1. n. 22. Borch. in c. un. qua sint reg. n. 8. & in tr. feud. c. 5. n. 37. ubi post Iacobin. eam Dd. sententiam magno errore introductam, receptam & approbatam testatur, cum quo transit Michael. de jurisd. concl. 45. lit. c.* Et rectè Bartholus Socin. *cons. 275. n. 5. inf. v. sed posito:* aliud, ait esse Imperatorem, & aliud, habeti loco Imperatoris, *referente & probante Deciano d. lib. 7 c. 4. n. 8. vers. & pramissorum. Confer P. Ant. de Petra de fideicomm. q. 13. n. 433. cum seq Knich. de jure territ. c. 1. n. 20. & seq.* Nec dubium est, quin incomparabilis sit differentia, Primò, ob reservatam Cæsari Imperii superioritatem, cui omnes etiam Principes atq; Status subjectionem & clientelaria debent servitia, *Heig p. 1. q. 2. n. 22. Michael. concl. 25. lit. c. Andr. Scheps in supra d. dissert. de q. An Princeps sit sol. ll & tetigi suprà th. 157.* Secundò, ratione ambitus: unde Principes Imperii ab Imperatore, ceu scapham à navi differre post Bl. in *Rubr. qua sint reg. n. 1.* dixit Pruckman. *d. membr. 3. eff. 1. n. 23.* quia videl. Imperialis jurisdictio universalis est, *supr. th. 38.* istorum verò jurisdictiones particulares & suis territoriis limitatæ, *text. eleg. in l. unic pr. vers. sin autem. ibi: per diversas orbis nostri regiones. C. de rapt. virg.* quas illa, ut Oceanus fluminа de se fundit, & in se recipit, *per alleg. Michael. concl. 1. lit. c.* aut, si mavis, tanquam radios plenissimæ suæ imaginis spargit, *ut eleganter Dn. Richard. Dieter. Imp. Cam. Adsessor sup. alleg. disp. de summa summi Imp. pot. th. 81.* ac, quasi in minutis divisi speculi partibus, integras quidem, sed exiliores sui imagines repræsentat, *ut in simili scitè dixit Obrecht. in disp. de success. restam. th. 7.* Per istas differentias, ac præcipuè priorem, fit, ut inferiores Principes territoriumq; Domini æquè sancta, ac Imperator, securitate muniti non sint, nec in eos, utpotè ob superioris recognitionem Majestate carentes, crimen læsæ Majest. com-

committatur, *Oldrad. conſ. 4. Aeg. Bellam. conſ. 15. quos allegat & ſequitur Mynſ. reſp. 44. n. 12. ubi communem & veriorem dicit: quam tenet & Fachin. lib. 9. contr. jur. c. 32. Fulgard. conſ. Germ. 110 n. 4 p. 2. Diſſ. Card. Zabarell. Cl. paſtoralis, de ſent. & re jud. & plures allegati à Decian. d. lib. 7. c. 4. n. 8. ubi eos largè loqui, & ipſoſmet pœnam l. ult. D. & Leg. quiu C. ad l. Iul. maj. & extrav. qui ſint rebell. hinc removere notat.* Neque ab Electoribus, velut Proceribus Imperii Columnis, *Aur. Bull. t. 3.* longeq; majore dignitate fulgentib. *Aur. Bull. t. 6. & d. ſup. th. 157. ante f.* & principaliſſimis corporis Cæſarei partibus, *Aur. Bull. t. 24.* ad cæteros Principes atque Status (quamvis & ipſi Senatus Imperii, cujus Imperator caput eſt, partes ſint, *Obr. tr. de juriſd. c. 6. n. 73. & ſeq. Matth. Stephan. & Tob. Paurmeiſt. in ſuis tract. de juriſd. paſſim.* ſicq; cum totius ordinis jure & auctoritate ipſorum quoq; jus & auctoritatem ab omni injuria defendere neceſſe ſit, *tex. elegantiſſ. in l. jus Senatorum, 8. C. de dignit. lib. 12.*) diſpoſitio *d. t. 24 Aur. Bullæ* produci debet, *arg. l. factum, 155. §. in pœnalibus, 2. de R. I. c. odia, 15. de R. I. in 6.*

159. Planè, ut ipſi Electores, Principesq; & Status Imperii, ſervato cujusque dignitatis ordine ſancti ſunt atq; inviolabiles, ita quoque eorum Principatus, Dominia, Honores & jura debent illæſa ſervari: Electorum quidem eminenter, quia, ubi majus incumbit periculum, majus debet remedium adhiberi, ne columnis ruentibus, baſis totius ædificii collidatur: tamen & cæterorum, ut undequaq; corroboretur juſtitia, & ſubjecti fideles pace gaudeant, quieteq; vivant, *ut eſt tex. notabilis in d. Aur. Bull. t. 24. §. Si cæteros Principes &c.*

160. Et Principes quidem vigore potentiæ ſuæ in ea integritate faciliùs ſe tuentur: Comitum vero, præſertim minùs potentum, ac Baronum, & maximè Nobilitatis ſeu Ordinis Equeſtris, **der Ritterſchafft**, ut & quarundam Imperii Civitatum dignitati, libertati, fortunæ atq; terris, ſubinde à potentioribus pro re nata Landſaſſiatus; quem vocant, *de quo Gail. 2. obſ. 36. n. 10. Meichſner. tom. 3. lib. 1. deciſ. 8. n. 4. f. 798 Schwaneman. deciſ. 10. n. 32. Knich. in Encyclopæd. c. 3. p. 30. Confer Michael. th. 58. & Ruland. de commiſſ. p. 2. lib. 5. c. 4. n. 30.* ceu rete quoddam tenditur: cui averrendo ante annos non ita multos à Cæſ. Maj. literas ad Cameram Imp. de proceſſibus, tuendæ Nobilium libertati, contra gravamina ſub prætextu iſtius Landſaſſiatus à potentioribus illata aut formidata, haud gravatim decernendis, perſcriptas fuiſſe refertur *Symphor. tom. 3. verb.* **Landſaß**.

161. In ſpecie quoq; Civitatum Imperialium Securitas elucet ex Reformatione Imp. Sigiſmundi *de Anno 1436.* qui eas non ſolùm **die würdige Reichs-Stätte** nominat, & libertatem ſuam à Chriſtianitate habere inquit, **in der Geiſtlichen Reformation** *c. 3. v. 11.* verùm etiam expreſsè **Heilig** indigitat, **in der Weltlichen Reformation** *c. 10.* Sanctum autem, *auctore Martiano*, eſt, quod ab injuria hominum defenſum atq; munitum eſt, *l. 8. pr. D. de rer. diviſ. & qualit.* Quod parùm arteadunt ii, qui Civitatum libertatem, jura ac privilegia, quâvis arreptâ occaſione, quantum poſſunt, imminutum vel etiam prorſus abolitum cunt, earumq; Cives, tanquam ruſticos muro concluſos, alto ſupercilio deſpiciunt, ludibrio habent, iisq; injuriosè inſultant: cùm tamen nihil ſit æquius, quàm omnes & ſingulos Imperii Status atq; Ordines ſeſe invicem, ſecundùm cujuſq; gradum dignitatis & qualitatem pacis pub. conſervandæ gratiâ, comiter atq; officiosè obſervare, humaniterque ſuſtinere, *arg. l. 7. §. 1. D. de capt. & paſſim in Conſt. Imp.*

162. Succedit in prima hac classe Securitas omnium omninò Magistratuum, quibus lex cùm divina, tùm humana, ipsaq; naturalis ratio honorem & obsequium exhibendum dictans, in consequentiam eorum inviolabilitatem sancit, *Rom.13.1.Pet.2.v.14.l.semper.5.pr.D.de jur.immun.l.non videtur.167.§.1.& l.non potest.199.D.de R.I.c.apud.24.caus.23.q.5.Coras.p.2.de jur.art.c 6.Zoannet.tr.de defens. p.3.n.36.& seqq.Obr.in disp.de princip.juris,th.45.* cùm patris loco sint, *l.in defensoribus,4.C.de defensorib.civ.Nov.8.c.8.&10.c.1.caus.23.q.5.wes.in Oecon.lib.1.Inst.t.20. Obr.tr.de defens.c.6.n.31.* imò majoris auctoritatis, *ut per tex.in l.19.§.7.ff.de capt.voluit Bl.in l.senium,3.statim post pr.C.qui test.fac.poss.all.à Tiraq.de nobil.c.28.n.8.in fin.*

163. Unde apud Romanos in jus vocari, donec Magistratum gererent, non poterant: Papyrium namq; obtinuisse contra provocationem Fabii, quòd Dictatorem in jus vocare nefas sit: nec Mamertino diem priùs fuisse dictum, quàm Dictatura abiisset, *ex Livio repetit Arnisæ.tr.de auctor.Princ.c.3.n.3.vers.Dictatorem enim.* Idemq; de Consule, Prætore, Proconsule, cæterisq; Magistratibus imperium habentibus, quòd scil. quamdiu cum imperio sunt, in jus vocari eos non oporteat, *probat l.2.D.de in jus voc.l.26.§.2.D.ex quib.caus.maj.l.pars literarũ,48.D.de jud.l.si reus. 12.D.judic.solv.l.32.D.de injur.l.12.in fin pr.D.de accus.* Ob auctoritatẽ videlicet Imperii & splendorem dignitatis, *ut innuit.d.l.2.D.de in jus voc.Wes.in parat.eod.t.n.5.*

164. Et omninò corpora ipsorum sacrosancta habebantur, ut religionis metu ab injusta subditorum vi tutiora essent. Sic enim procurante Menenio Agrippa Magistratus plebis sacrosancti lege latâ facti sunt, *teste Aymaro Rivallio lib.2.hist. jur.civ.p.(mihi)18.* cujus legis verba hæc erant: Tribunum nemo invitum, ut unum è vulgo, quicquam facere cogito, nec verberato, nec alium verberare jubeto, nec occidito, nec occidere jubeto; si quis contrà fecerit, sacer esto. *Liv.lib.2.Halicar.lib.6. Cic.3.de LL.Val.Forst.lib.1.hist jur.civ.c.21.n.2.& ex his Arnisæ.d.n.2.vers.quinetiam.* quod & volunt concisa legis XII. Tab. verba: Sanctiq; sunto. *Forst.d.lib.1.c.22.n.22.* Idem de Decemviris, Ædilibus, judicibus cautum fuisse, *ex Liv.lib.3.notat Arnisæ.d. loc.* Hoc ampliùs æquè l.Jul.Maj. tenebatur, qui Magistratum P.R. ac qui ipsum P.R. impetiisset, aut in insidias deduxisset, *l.1.D.ad l.Iul.Maj.* De Magistratibus militaribus inviolabilitatem probant *l.6.§.1.& l.13.§ 4.D.de re milit.Arnis.d.l.*

165. Imò generaliter dicendum est: quòd injuria Magistratui illata atrocior æstimetur, graviusq; puniatur, quam illata alicui è vulgo, *§.atrox.7.I.de injur. l.Prætor.7.§.f.D.eod.l.16.§.3.D.de pœn.Tiraq.tr.de nobilit.c.28 n.6.Menoch.cas.263.n. 5.& seqq.ubi de hoc articulo egregiè tractat:* adeò ut Magistratum aut Principis Officialem alapâ cædens pœnâ mortis teneatur, *si credimus Ias.in l.qui jurisdictioni.10.col. 1.D.de jurisd.& in l.1.in 1.notab.C.de precib.Imp.offer.Marsil.l.unius,18.§.cogniturum. pen.D.de quæst.Rol.cons.48.vol.2.Moron.(postquam scientiam qualitatis, quòd, qui offenditur, Magistratus sit, requisivisset, q.107.n.15.) q.173.n.15.Tiraq.d.n.6.quin.7.ex Bl.& Ias.subdit:* etiam offendentem potestatem officio functam in memoriam pristinæ dignitatis ita puniri debere, ac si durante officio offendisset, *facit Nov.105.c.2. §.3.circa fin.ibi: post imperium & consulis jugem memoriam.* rectiùs tamen meo judicio Menoch.*d.cas.263.n.11.* pœnæ tantùm extraordinariæ arbitrio judicis statuendæ in Magistratu per syndicatum suspenso locum relinquit: arg. ducto à Judice, à quo appellatum est, cui illata injuria arbitrariè punitur, *l.jud.42.D.de inj.l.illud.8.D.de app.*

166. Deinde, Magistratus auctoritas in reddendo jure debet esse inviolabilis.

Bilis. Qgia namq; juri reddendo publica auctoritate creati sunt, *l. 2. §. 13. ubi Cujac. D de O. I.* utique, dum munere hoc suo perfunguntur, interturbari eos aut immorigerè contemni nefas est, *arg l. pen. D. de I. & I. l. 7. §. pen. C. de advoc. div. judicium:* quò pertinet alia Lex Sacrata Romanorum: Tribuno ad populum concionanti, ne quis contradicito néve eum interpellato &c. *quam ex Halicarn. lib. 7. retulit Forst. d. lib. 1. hist. jur. civ. c. 21. n. 2.* Ista tamen ad remedium appellationis partibus à Magistratu per sententiam judiciariam condemnatis præripiendum trahenda non sunt, *tex. in l. 20. (ubi non fit injuria judici, si appelletur) C. de appell. Adde Ord. Cam. p. 2. t. 28. §. 1.* quæ tamen citra contumeliam judicis interponenda est, sub pœna extraordinaria, *secundùm Castr. in d. l. illud. 8. C. de appell. Gravat. ad Vestrii praxin. lib. 7. c. 3. n. 31. quos allegat & sequitur Menoch. d. cas. 263. n. 8.*

167. Nec minùs eadem Magistratus auctoritas in exequendo jure est inviolabilis. Dum enim Magistratus jure potestatis & ad legitimam juris executionem quid facit, vim atque injuriam non infert, *l. 3. §. 1. D. quod met. caus. l. 29. § pen. vers. quid si tamen. D. ad l. Aqu. l. 13. §. 1. 2. & 6. l. 15. §. 38. & seq. & l. 33. D. de injur. Harpprecht. in §. non solùm. 11. n. 60. I. de injur. Obr. tr. de defens. c. 6. n. 31.* Unde resistere ei minimè licebit, *d. l. 29. §. pen. vers. si quid tamen. D. ad l. Aqu. (perreg. ubi offensio est licita, ibi defensio est illicita. sup. th. 118. vers. cateroquin.)* præsertim cùm minister Dei sit. *Rom. 13. c. non solùm. 27. & c. qui malos. 29. caus. 23. q. 5. Farin. prax. cr. p. 1. t. 4 q. 32. n. 89.*

168. Injustæ tamen vi à Magistratu seu judice illatæ jure resisti potest, *d. l. 29. §. pen. D. ad l. Aquil.* Dum enim injustè suâ potentiâ abutitur, *l pen. & ult. C. de his, qua vi metúsve caus.* vim atque injuriam infert, *l. 3. §. 1. D. quod met. caus. d. l. 15. §. 39. ff. de injur. wes. in parat. D. de injur. n. 5.* nec Dei, sed Diaboli ministrum se exhibet, *Mar. disp 1. n. 16. & 17. Farinac. d. n. 89.* atq; pro privato reputatur, *d. l. 32. D. de injur, Clem. 1. §. fubi Zabarell. de celebr. Miss. Dec. in reg. factum. 131. (aliàs est l. 170. D. de R. I. wes. in parat. D. quod met. caus. n. 3. vers. nam vis. Menoch. 2. præsumt. 67. n. 16. Farin. d. l. n. 90. Obr. de defens. c. 6. n. 33. Diss. alleg. à Farinac. n. 91.*

169. Quod tamen, si Magistratus judicialiter vim injustam inferat, h. e. de facto in judicio contra jus procedat, distinctionem admittit: utrum sc. damnum reparabile sit, an irreparabile. Priore casu, Magistratui resistere non licèt, sive de injustitia causæ non apertè constet Magistratui, quia tùm pro eo justitiæ præsumtio militat, *l. 2. in verb. quod non arbitramur. C. de off. civil. jud. l. f. C. ad l. Iul. repet. c. 16. in fin. de sent. & re jud. Alciat. de præsumt. reg. 3. præsumt. 9. Menoch. 2. præsumt. 67. & 68. & recup. 8. q. 1. n. 3. & seq. Gail. 1. obs. 13 n. 5. & obs. 17. n. 7. Mindan. 2. proces. 13. n. 3. Obr. d. c. 6. n. 37. Harpprecht. d §. 11. n. 63. & §. 12. n. 165. I. de injur.* sive de causæ injustitia notoriè liqueat, quia tùm pro qualitate causæ subdito variis juris remediis contra Magistratum consulitur, *d. l. 3. §. 1. D. quod met. caus. ubi Wes. d. n. 3. vers. sin verò indignè. d. l. 32. D. de injur. l. 6. D. de var. & extr. cogn. l. 1. & 4. C. ad l. Iul. repet. in pr. ubi Dd. I. de obl. que ex q. del. nasc. l. 5 §. 4 ubi Dd. D. de V. O. t. t. C. de pœn. judic. qui malè judic. t. t. D. & C. de appell. l. 1. C. ubi Senator. vel clariss junct. l. 12. C. de dignit. lib. 12. l. un. C. ut o. jud. & Novell. 8. cap. 9. junct. Ord. p. 1. t. 50. & p. 3. t. 53.* quocirca vim illatam patietur potius, quàm vi opposita repellet, *ex sententia Martini glossatoris. Obrecht. d. cap. 6. num. 36. & alii. quos allegat & sequitur Mynsi. 5. observ. 18. num. 2. vid. omninò Farinac d. q. 32. num. 118. & 2. seqq. (Diss. ab Obr. notatus Lud. Rom. in l. 1. D. de re jud. per l. 1. §. Ofilius. 2. D. ne quis eum, qui in jus vocab. vi exim.)* Quò facit prudens

admonitio Peckii *de jur. fisi. edit. vet. c. 24. n. 3.* quòd, se conjicere in illam disputationem, an injustitia fuerit notoria né ne, res particuli plena sit, à qua omnes meritò abhorrere debeant, *per Anchar. ad c. ea quæ fiunt, 26. col. 3. de R. I. in 6.*

170. Posteriore casu, quando sc. damnum est irreparabile, (veluti detrusio in carcerem squalidum, tenebricosum ac cum jactura sanitatis conjunctum, *l. 1. & 5. C. de custod. reor. l. 2. C. de exactor. trib. lib. 10.* P. H. D. *art. 218. vers.* So werden auch. *Gail. 1. obs. 178. n. 3.* tortura, *l. pen. D. & l. 16. C. de quæst.* P. H. D. *art 20. Hippol. l. 5. præterea n. 7. & 8. D. ad l. Corn. de sicar. & in pract. crim. §. diligenter. nu. 54. & 58.* mordeniq; ipsa, *l. 7. pr. D. ad l. Iul. de vi pub. l. 1. pr. & l. 4. pr. D. ad l. Corn. de sicar.* quâ insti ti per judicem vita restitui nequit, *Nov. 13. c. 2. in f.*) Magistratui tale damnum inferenti licitè resistitur, *arg. l. 1. C. quando unicuiq; lic. l. liceat. C. ad l. Corn. de sic.* & quod torturam, tex. expr. *in l. 33. C. de decur. lib. 10. Marant. disp. 1 n. 35. Zoanett. de def. p. 3. n. 20. Clar. §. f. q. 29. n. 2. Farinac. d. l. n. 93. & seqq. Mynsi. d. obs 18. n. 2. Obr. d. c. 6. n. 38.*

171. At, si Magistratus omisso juris ordine, & extra judicialiter vim inferat, resisti ei posse minus dubium habet *per text. expres. in l. 5. & 7. C. de jur. fisc. l. f. §. neque. C. de discussor. & l. 33. C. de decur. lib. 10. l. 5. C. qui milit. poss. l. 5. C. de metat. & l. 5. C. de executorib. & exact. lib. 12. Novell. 8. c. 10. Ias. Dec. & Io. Bolognet. in l. 3. D. de I. & I. Clar. d. q. 29. n. 2. Cravett. cons. 697. nu. 9.* (*qui & in officialibus Princ. loquuntur, facit, quòd Officiales possunt jurisdictionalia exercere, quatenus Principum mandata ei permittunt, & non ultrà, Dd. quos laudat & sequitur Peregrin. 1. de jur fisc. 1. n. 11.*) *Mindan. d. c. 13. n. 5. Harppr. d. §. 11. n. 65.* quia Magistratus omisso juris ordine & extra officium procedens injuriosè agere præsumitur, *Alciat. sup. d. præsumpt. 9. n. 23. & seqq. Menoch. d. præs. 67. n. 13. & 32. & d. recup. 8. n. 8. Farinac. d. q. 32. n. 97. & seqq. Mindan. d. c. 13. nu. 4. Harppr. d. l. n. 64. & adde d. th. 168.* Nec refert tum, reparabile sit gravamen, quod à Magistratu infertur, an irreparabile, *per jura sup. alleg.* in quo omnes Interpp. consentire nemine discrepante ait Mar. *d. disp. 1. n. 14. relatus à Mynsi. d. obs. 18. n. 1. & Obr. d. c. 6. n. 35.* Et prædicta usque-adeò vera sunt, ut Magistratui, qui, non ut judex, sed ut privatus, procedit, resistens, eumq; pro salutis propriæ defensione occidens, à pœna homicidii excusandus sit, *ut ex Claro notat Obrecht. d. c. 6. n. 7.*

172. Postremò & illud constat: Magistratus sive judicis Securitatem in obeundo officio suo ultra territorii sui fines non extendi, cùm extra jurisdictionem suam jus dicere & exsequi tutò non possit *l. f. ubi omnes. D. de jurisd. l. 239. §. territorium, 8. ibi: intra eos fines, ubi Goth. D. de V. S. c. 13. de jud. c. 2. de constit. in 6. Clem. quamvis unic. pr. de for. compet. Magalott. tr. hic. p. 1. n. 76. Fr. Marc. decis. 389. nu. 6. p. 1. Rol. à Vall. cons. 19. n. 10. & 22. vol. 2. Surd. cons. 56. n. 4. lib. 1. Fr. Bec. cons. 13. num. 2. & 19. lib. 1.* (*nisi jurisdictionem ibidem usuceperit seu præscripserit, qua præscriptio quomodo fiat & probetur, vid. apud Schneid. §. possidere. 5. n. 105. & seqq. I. de interd. Balb. de præscr. p. 2. 5. pr. q. 3. Castr. cons. 445. n. 2. Porc. cons. 4. n. 72.*) facit, quòd Magistratus extra suam provinciam pro privato habetur, *l. f. D. de off. præf. urb. l. 1. D. de off. procons. & l. 3. D. de off. Præf. Gail. 1. P. P. 16. n. 28.* & propterea jurisdictionem ibi exercendo variis actionibus, puta, de vi publica, de ambitu, & injuriarum tenetur, *G. Pab. q. 423 n. 2. Gail. d. l. n. 29. Adde Wes. in parat. D. de injur. n. 6. in fin. & D. de jurisd. n. 13.* ubi violatorem alienæ jurisdictionis pœnâ fractæ pacis teneri putat, *quem sequitur Michael. de jurisd. concl. ult. lit.* d. Atq; hæc de Securitate personarum pub. potestate principali præditarum.

CLA-

Classis II.

De Securitate Legali personarum ministeriali potestate publicâ fungentium.

173. In ministerialibus principiò Legatorum considerandavenit Securitas, quam necessarius eorum usus peperit? eò quòd inter diversa imperia, regna, Respublicas nulla alia, vel saltèm nulla æquè commoda de quibuslibet causis atq; negotiis, ad publicam alterutrorum vel utrorumq; utilitatem spectantibus, colloquendi, conferendi, commonefaciendi, & omninò tractandi ratio, quàm Legationum via, se offerret. Quod enim sermo singulis, *l. Labeo. 7. D. de supell. leg.* id Legatus imperiis, *l. 7. verb. Oratores, (ubi Goth. ex Varr. lib. 6. de ling. Lat.) D. ad l. Iul. de vi pub.* quod procuratio privatis absentibus, *l. 1. §. 2. & t. t. D. de procurat. t. t. mandat.* id vicaria Legatorum fides Principibus & Rebuspubl. *Cic. pro Rosc. Amer. facit l. 1. §. 1. in fin. & t. t. D. quod cujusq; univ. nom. t. t. D. & C. de legat.* Nam, licèt id, quicquid sit, per literas quoq; expediri posse videatur: tamen (ut taceam, privatis concessam facultatem, sive literis sive nunciis ad locum, à quo absunt, re ita exigente, ad negotiorum suorum expeditionem uti, *l. 1. §. 2. D. mand. cum similib.* non esse Principibus & Rebuspub. præcidendam, *arg § 4. in fin. l. quib. mod p. p. solv. l. un. D. de libertis universit. l. 15. f. & l. 12. D. de adq. poss. cum similib.*) certum est, recondita negotia literis ob interceptionis metum non ita tutò credi, quin tutiùs, & majore fide ac silentio, minoreque cum periculo per virum bonum, fidelem, atq; industrium Legati qualitate amandatum, peragantur: impedita etiam expeditiùs, implicata explicatiùs per Legatum expertum ac prudentem, quàm per literas: item q; in ipso tractatu emergentia, quæ prævideri non poterant, illicò, adeoque celeriùs, & citra periculosam cunctationem confieri: quinetiam de re tota secundùm omnes circumstantias accuratiùs referri: atq; ita, ut compendio dicam, Legatos, non linguam modò, sed & oculos & aures regnorum esse, *ut scitè eos prædicat Guicciard. lib. 15. hist.* Ac, quod præcipui est momenti, non pacis modò belliq; sunt denunciatores & interpretes Legati, verùm persæpè etiam partium vehementissimè dissidentium felicissimi conciliatores: *unde à Poëta quodam Legatus optimè describitur:*

——— Vox Regum, lingua salutis,
Fœderis orator, pacis via, terminus iræ,
Semen amicitiæ, belli fuga, litibus hostis:)

qui obvenientia dissidia per Legatos componendi modus præstat, quàm si res illicò ferro decernatur: cùm omnia priùs experiri sapientem deceat, quàm armis, *Terent. in Eunuch. eleganter auctor libelli ante paucos annos Parisiis excusi, de Legatis. Alb. Gentil. in princ. lib. de legation.*

174. Tàm necessariò itaq; Legatorum existente usu jus ipsorum cum hominum præsidio munitum, tum jure divino vallatum est, *auctore Tullio in orat. de Aruspic. resp.* Quocirca, sive ad amicos mittantur, sive ad exteros, *Pacian. 1. de probat. c. 33. n. 58. Alb. Gentil. lib. 2. de legat. c. 14. Ruland de commiss. p. 1. lib. 8. c. 8. n. 6.* & sive pacis sint, sive belli nuncii, *de quibus Liv. lib. 1. Dion. lib. 2. A. Gell. 16. N. A. 4. Plutarch. probl. 62. Serv. 9. Æneid. Luc. Fenestella in lib. de sacerdotiis Romanorum, c. 9. de fœciali sacerdote, & c. 10. de sacerdotio patriu patrati. Pomp. Latus de sacerdotiis Rom. c. de fœcialibus*

& patre patrato, ubi inter alia ait: Fœcialium sacra nefas violare erat. Gail. 1. P. p. 4. n. 42. Adde Cicer. Verr. 3. ubi inquit: legati nomen ejusmodi esse debere, quod non modò inter sociorum jura, sed etiam inter hostium tela incolume versetur: omn: jure sancti habentur, h. e. ab omni injuria defensi ac muniti esse debent, *l. sanctum. 8. D. de divis. rer. ubi Coras. n. 11. l. fin. ubi omnes. D. de legat.* Itaq; impunè nemo eos potest offendere, & contumeliis damnóve afficere, 2 *Reg. 10. l. 2. §. 5. in f. D. de judic.* offendens, contra jus gentium, quod legatorum non violandorum religionem præcipit, (cùm nulla fuerit natio tàm barbara, cui caducum non fuerit sanctum, quæve legatos præcipuo cultu non habuerit, teste Procopio *lib. 3. de bello Gothico* Legationis jure tutum se esse arbitrabatur, quod apud omnes gentes sanctum esse consuêsset, *sunt verba Probi in Pelopida*) feciſſe existimatur, *d. l. f. D. de legat. c. jus gent. 9. dist. 1 Br. in l. 1. n. 2. D. ad l. Iul. maj. Coras. d. l. sanctum. n. 12. Magalot. tr. hic. p. 1. n. 2. & 3. Premus tr. hic. post pr. & q. pen. circa fin. Ruland. d. loc. Nic. Reusner. disp. de reb. sanctis, th. 38. & 3. seqq. Exempla non congero, quia ubiq; in histor. & alibi obvia.*

175. Hinc jure civili Romano ii, qui legatos hostium offendissent, hostibus dedebantur, *d. l. f. D. de legat. Liv. lib. 38. Cic. lib. 1. de Orat. & lib. 3. Offic. Gel. 10. N. A. 20. Alb. de Ros. & Br. in l. illicitas. 6. §. ne pot. 2. n. 9. D de off. Pras. Coras. d. l. sanctum. n. 14. Mart. Laudensis de legatis Principum. q 12. Magalott. d. tr. hic. p. 4 n 26. vers. Sin autem offensio. Premus d. q. pen. circa f. Nic. Reusner. d. disp. th. 42.* ut sc. eos vel servorum numero haberent, *Laudens. d. loc.* vel pro animi sui libidine punirent: quâ ratione pleniùs hostibus satisfieri Romani, quàm si ipsi in tales legatorum violatores animadverterent, censebant, dum videlicet illis ultionis suæ arbitrium relinquerent, *arg. l. devotum. 5. C. de metatis. lib. 12 Auctor d. libell. de legat.*

176. Legatis verò seu Oratoribus Principum, eorumq; Comitibus injuriam inferentes lege Juliâ de vi publica coërcentur, *d. l. 7. ubi Br. n. 3. D. ad l. Iul. de vi pub. Mart. Laudens. d. tr. de legat. Princ. q. 5. Premus d. q. pen. circa fin.* Imò non desunt, qui Legatos hostium vel Oratores Principum offendentes putant incidere in pœnam sacrilegii, *Angel. in l. 2. §. legati. D. de judic. Laudens. d. tr. q. 38. arg. d. l. sanctum. 8. D. de divis. rer. quod etiam retulit Magalott. d. tr. p. 1. n. 8. & p 4. n. 26. vers. sin autem offensio.* Et eum, qui Legatum vel hostium vel amicorum impedierit, ultra dictas pœnas civiles, secundùm Canones excommunicari, *post gl. in d. c. jus gentium. 9. in verb. legatorum. dist. 1.* dixit Laudens. *d. tr. q. 12. quod probat c. 2. dist. 94. quem tamen textum summator & Cc. ibi: de eo, qui legatum sedis Apost. impedit. exaudiunt.* Et, cum injuria illata Nuncio Principis dicatur illata ipsi Principi, *gl. c. cùm olim Magister. 33. de off. deleg. Laudens. d. tr. q. 19.* siquidem repræsentat Principem, cujus statuas etiam inanimes alioquin violare non licet, *l. 4 § f. l. 5. 6. & 7. §. f. ubi exempla aliquot notat Goth. (quibus adde, quòd Philippus Romæ ob statuas suas ab Athenienſibus urinâ perfusas, urbem funditùs evertit, Dio App. in Mithrid.) D. ad l. Iul. Majest.* ideò eum, qui Legatum Principis summi violat, crimen læsæ Majestatis incurrere volunt, in eo tamen limitantes, qui non intuitu ipsius Principis, sed ex causa inimicitiæ (*vid. tamen infrà th. 189.*) Legatum Principis occidisset, *Gig. tr. de crim. læs. maj. rub. qualiter & à quib. &c. q. 16 n. 11. Gail. de pignorat. obs. 5. n. 7. Ruland. de commiss. d. p. 1. lib. 8. c. 8. n. 10. in fin. qui n. 12. notabiliter subdit:* Legato optionem dari, vel apud omnium superiorem, vel Magistratum violantis ordinarium, violantem conveniendi. Unde, si quispiam Legatos Imperatoris nostri, qui vulgò **Kays Commissarien** dicuntur, *Rul. d. p. 1. lib. 1. c. 1. n. 1.*

Denay-

Donayſ, adſert. juriſd. Cam. p. 271. violaverit, in Camera ad pœnam violati ſalvi conductus iſtius legalis agere Legatus, & Fiſcalis per ipſum interpellatus pro intereſſe Cæſ. Majeſtatis intervenire poterit, *per notata ejuſdem Rul. d. p.* 1. *lib.* 8. *c.* 8. *n.* 13.

177. Quid ſi Legati inferiorum Principum arreſtentur, aut aliàs injuria afficiantur, anne, tanquam in facto omni jure prohibito, ſtatim ſine clauſula auff die 4 Täll mandatum in Camera adversùs arreſtantem aut injuria afficientem petenti Legato ejúſve Principi decernetur? Dominis id diſplicuit, quadam cauſæ cognitione opus hîc eſſe cenſentibus: ideò tale mandatum in cauſa Bubenhofen/qui fuit Legatus Marchionis Badenſis ad Comitiſſam à Limpurg/& in Gülch arreſtatus, contra Limpurg & Gülch denegarunt *menſe Majo Anno* 91. Si tamen Princeps ratione Legati ſupplicaſſet ſuper Conſtit. Arreſtorum, proceſſus fuiſſent decreti, *ut eſt in Symph. tom.* 3. *in verb. Legatus.*

178. Ad idem, quòd Legati impediendi offendendiq; non ſint, pertinet, quòd non arcendi, ſed admittendi, audiendiq; ſunt; non admittere enim eos aut admiſſos non audire, vel auditos ſine reſponſo aut aliàs ignominioſè dimittere, contra jus gent. eſt, *Bodin.* 1. *de Rep.* 4. *n.* 26. *Auctor d. lib. de legat.* quòd conſtante legatione in jus vocari nequeunt, *l.* 2. *ibi: qui equo publico in cauſa publica tranſvehatur. D. de in jus voc.* cùm jus revocandi domum habeant, *l.* 2. §. 3. *D. de judic. Old. de jure ſingul. t. de jure revocandi dom. Peck. de jur. ſiſt. ed. vet. c.* 5. *n.* 7. *Schrad. de feud. p.* 10. *ſ.* 1. *n.* 16. *&* *ſ.* 5. *n.* 193. ſive conveniantur actione perſonali, ex contractibus ante legationem initis, *dd.* 2. §. 3. *&* §. 4. *verſ. cæterùm. & l.* 8 *de jud. l.* 3. *D. de legat. Old. d. loc.* aut ex delicto anteà commiſſo, *arg. à contrario ſenſu ex l.* 14. §. 1. *D. de judic. text. expreſſ. in l.* 12 *pr. D. de accuſation.* ſive actione reali ex præſenti poſſeſſione, *d. l.* 24. §. 2. *D. de judic.* ne ſcilicet ſubditis implicati ab officio ſuſcepto legationis avocentur, vel legatio impediatur, *d. l.* 24. §. 2. *& l.* 26. *D. de judic.* qua ſuſcepta, non niſi injuncto munere fungitur, *l. pen. in fin. D. de legat.* quæ ratio tantæ eſt efficaciæ, ut, etiam ſi ipſi alios ex cauſa injuriæ, damnive ſibi illati reos egerint, (quod facere poſſent, *l.* 8. *& l.* 9. *pr. D. de legat.* licèt aliàs regulariter in rem ſuam agere nihil queant, *d. l.* 9. *pr. de legat.* & de aliis ſuis negociis libellum ſine permiſſu Principis dare prohibiti ſint, *l.* 15. *D. de legat.*) ab iis tamen jure non reconveniantur: alioquin enim aut impunè contumeliis & damnis adficientur, aut eritin poteſtate cujuſq;, pulſando eos, ſubjicere ipſos juriſdictioni, dum ſe vindicant, *d. l.* 2. §. 5. *in fin. D. de judic.* Similiter ad non impediendos legatos ſpectat, quòd neq; in perſona neque in bonis poſſunt pignorari, aut jure repreſſaliarum capi vel retineri, *Old. d. loc. ampl.* 2. *Auctor d. lib. de legatis. v.* 19. *de Lign. de bell. c.* 145.

179. Ex quibus omnibus apparet: jura non ſolùm corpora Legatorum ſancta conſtituere, & injurias ac contumelias inde arcere: ſed bona quoq; eorum ſartatecta tueri: quò præterea etiam referendum eſt, quòd, ſi ante ſuſceptam legationem negocium illis moveatur, etiam abſentes defendi debeant, *l.* 2. *D. eum qui appellaverit, in prov. defendi junct. text. in d. l pen. D. de legat.* quòd pro rebus, quas ſui uſus (non mercimonii) cauſa deferunt, vectigal aut portorium ſolvere non teneantur, *l.* 8. *ubi gl. C. de vectig. Laudenſ. tr. de Legat. Princip. q.* 16. *Auctor d. lib. de legat.* quòd hoſpitia eis præbeantur, non condigna modò) *unde ſuper venientibus legatis Regis, vel alterius illuſtris Principis, hoſpitatum vilis conditionis de hoſpitio expelli poſſe, cùm legati commodè, niſi illo ejecto, hoſpitari nequeunt, arg. l, jubemus.* 10. *C. de SS. Eccl tenuit Laudenſ. de legat. P. q.* 2.) ſed in primis tuta, *arg. dicendorum inf. c.* 6. in quæ, quaſi in ſacraria non intran-

intrandum, nisi petitâ veniâ & reverenter, *Auctor d. lib. de legat.* quòd abiis, apud quos legatione perfunguntur, usq; adeò non damnis, ut potiùs donis adficiendi sint, *l. 6. circa fin. D. de bonis damnator*, (*ubi etiam barbaros legationis causâ ad se venientes muneransprases erogare jure Præsidum dicitur.*) *v. l. 1. D. repetund.* quòd Princeps vel Communitas, qui eos ad alium Principem vel Communitatem mittit, damnum rerum, quas usui suo & honori sui Principis secum portarunt, putà vestes vel argentaria, at sine suâ culpâ amiserunt, ipsis emendare cogatur, *Laudens. d. tr. q. 6. (ubi notat secus esse in iis, quas non legationis, sed mercimonii causâ secum portarunt.)* ut & procurare, ut ipsis à legatione redeuntibus quævis omninò damna & lucra per absentiam eorum data, ablata, intercepta resarciantur, & restituantur, *facit l. 8. D. ex quib. caus. maj. l. 1. C. eod. arg. l. absentia*, 140. *D. de R. I.* quòd deniq; legatione perfunctis biennii vacatio ab omnibus civilibus muneribus tribuitur, *l. 12. pr. D. de vacat. & excus. mun. junct. d. l. 8. D. de legation. Auctor. d. lib. de legat.*

180. Ut verò, secundùm deducta, Legati sancti & ab omni offensione damnoq; securi sint & evadant, requiritur I. ut Legatos eos esse notum sit, *arg. t. t. D. & C. de jur. & fact. ignor. tex. in l. 5. §. 1. D. de legation.* quia legationis qualitas non est originatia, cui ad contrarii usq; probationem standum sit, *ut per Br. in l. si prius quàm 15. n. 18. D. de nov. op. nunc. Castr. consil. 179. vol. 1. Meichsn. tom. 4. decis. 11. n. 4.* ideò ea se muniens ipsam adesse probare tenetur, *Guid. Pap. singul. 18. incip. imò quilibet. Rol. à Vall. cons. 92. magnifica n. 23. vol. 2. Menoch. 2. præs. 48. n. 2. Coler. p. 2. c. 2. n. 69. & 3. seqq. ubi n. 72. dicit id procedere: etiamsi quis se fundaret in qualitate à jure præsumta.* Ideò Græcorum Legati τὰ κηρύκεια in signum legationis, ne quis eos violaret, ferre solebant, Romani sagmina, id est, herbas quasdam è Capitolio sumtas, *d. l. sanctum ubi Coras. n. 4. & seqq. & n. 17. D. de divis. rer. Livius lib. 1. & 30. Fenestell. d. c. 9. Magalott. tr. hic. p. 1. n. 8.* vel caduceum pacis, aut hastam belli indicem vel etiam tesseras caduceï aut hastæ simulacrum incisum habentes, *l. 2. § fuit post eos*, 37. *ubi ex Liv. Polyb. Varr. & Gell. Coras. num. 19. in verb. missus legatus, & num. 20. 24. & 25. D. de O. I. & in d. l. sanctum. num. 18. D. de divis. rer.* Adde Guil. de Cun. *tract. hic. num. 31. ubi istiusmodi signum de novo, non nisi à Principe concedi posse notat, arg. l. cùm de novo. 11. C. de LL.* Hodiè *Heraldi*, quos vocant, cum insignibus Imperii aut Regni, cujus sunt fœciales, in certa tunica à Principe data (sicut & aliàs certæ vestis usum solus Princeps concedit, *l. sed si usum*, 32. *D. de jur. fisc. Cun. d. n. 31.*) ante-ponéq; depictis: & omninò Legati atq; Oratores non sine fide-dignis legationis documentis, & ut plurimùm cum literis credentiæ, ut appellant, commissionis ve, aut memorialibus, quibus de qualitate sua & negociis à se expediendis doceant, amandari consueverunt, *facit l. ult. C. de legation. lib. 10. Coler. p. 2. c. 3. n. 192.* Legato tamen à latere (*h. e. Cardinali ad reg. prov. misso, quem proconsuli, ut non Cardinalem præsidi æquiparat Io. Montaigny de auctorit. & præemin. magni Concilii & Parlamenti. n. 3.*) sine literis de legatione credi. vult Jo. Andr. *c. cum literis de rest. in integ. Laudens. d. tr. de legat. Princ. q. 34.* quia Cardinales, dum aliquid agunt nomine Pontificis, non habent necesse proferre literas, sed propter auctoritatem creditur ipsorum verbis, *Cc. communiter in c. cùm in jure peritus. de off. deleg.* cæteroquin nec Pontificis nec Imperatoris Nuncio sine literis credi certum est, *l. un. ubi Castr. C. de mand. Princ. Sich. in l. consentaneum, 8. n. 9. C. quom. & quand. judex.*

181. Requiritur II. ut ne sint instructi mandato rei turpis aut flagitiosæ, utpotè

utpotè quod ipso jure nullum est, §. 7. *l. l.* 6. § 3. *l.* 22. §. 6. *D. mand.* Quocirca si Legatus ejusmodi mandati vigore aliquid noxium molitus fuerit, prætextus ejus securum ipsum minimè præstabit: tùm quia mandato tali parére necesse non habuit, siquidem in flagitiis nullum superioris est imperium, adeoq; in inferioribus nulla parendi necessitas, aut contumaciæ culpa, aut sceleris ejus mandato commissi excusatio. *Act* 5. *l.* 21. §. 1. *D. de act. rer. amot. l.* 11. § 7. *D. quod vi aut clam. c. si dominus.* 93. *c. qui resistit.* 97. *& c. Imp.* 98. 11. *q* 3. præsertim cùm & ipsimet Principes non modò, si quid turpe aut contra bonos mores, sed &, si contra jus vel utilitatem publicam constituant aut imperent, parentiam vetent. *l.* 7. *C. de precib. Imp. off. l. f. & t. t. C. si contra jus. c.* 5. *de rescript.* & ne quidem juramentum sive subjectionis generale, (quod ad honesta tantùm referendum est, *c. ad nostram.* 21. *de jurejur.*) sive ad talem expeditionem speciale, *vide text. egreg. in Nov.* 51. *c* 1. §. 1. (quod non est jus jurandum, sed perjurium, & magis pejerat qui id impler, quàm qui negligit, *c. Quintavallis.* 23. *d t.*) isthûc obliget, cùm juramentum iniquitatis & sceleris vinculum non sit, *l.* 7. §. 16. *D. de pact. l.* 112. § *pen & ult. D. de leg.* 1. *l.* 5. *in fin. C. de LL. c. inter catera.* 22. *q.* 4. *c. etsi Christus.* 26. *de jurejur. c. non est obligatorium.* 58. *de R. I. in* 6. Tùm quia in maleficiis, tàm is qui dat, quàm qui suscipit mandatum, tenetur, *l.* 17. *in fin. D. de jurisd. l.* 1. §. 13. *D. de vi & vi arm l.* 11. §. 3. *D. de injur l.* 15. *D. ad l. Corn. de sicar. tex. eleg. in l.* 2. §. 5. *D. de jur. fisc. l.* 5. *C. de accus. & faciunt tradita suprà th.* 127. Mit ùs tamen agitur cum legato, qui ministerium alieno, quàm qui initium proprio dedit flagitio, *de quo infrà th.* 183. sicut & servis jussu domini quid committentibus, in iis, quæ atrocitatem sceleris non habeat, planè ignoscitur, *l.* 37. *D. ad l. Aq. l.* 2. §. 1. *D. de nox. act. d l.* 21. §. 1. *D. de act. rer. amot. d. l.* 11 § 7. *D. quod vi aut clàm l. ad ea.* 157. *D. de R. I.* in facinoribus non quidem ignoscitur cum dicto audientes esse non debuerint, *d. l.* 21. § 1. *D. de act. rer. amot.* remissior tamen pœna, quàm si proprio motu deliquissent, imponitur, *l.* 8. *C. ad l. Iul. de vi Auct d. lib. de legat.* Tantò magis excusandum putarem legatum, si instructio ipsius nihil sceleratum præ se ferret, Princeps autem ejus aliquid subdolæ machinationis sub ea occultasset, quod ipsummet quoq; legatum celavisset, ut ita per legatum primùm deceptum, quò rem magis seriò majoreq; confidentia ageret, Principem, ad quem eum ablegavit, felicius deciperet atq; irretiret, *juxta monitum Politicum Guicciard. hypomn polit.* 1. *& Lipsi.* 4. *pol.* 14. *in med. p. mihi.* 242.

181. Requiritur III. ut mandati sui (*secundùm jam dicta*, legitimi) fines diligenter custodiant, non excedant, *l.* 5. *pr. D. mandat.* §. 8. *l. eod. in term. Petr. Bell. de re milit. p.* 2. *t.* 9. *n.* 11. nec nisi injuncto munere fungantur, *l.* 16. *in f. D. de legat.* nec propriis nec alienis negotiis interim se immisceant, *l.* 8. § *f l.* 10. *&* 12. *D. d. t. vid. tamen l.* 26. *D. de judic. & l.* 11. *D. de legat.* litibúsve se implicent, *sup. th.* 178. atque sic ministerium suum strictè, *arg. l.* 99. *D. de V. O.* nec minùs candidè atq; syncerè exsequantur, *Auct. d. lib. de legat.* Quantumvis etiam mandatum generale cum libera habeant. id tamen non extendant ad ea, quæ jure mandari nequeunt, *l* 6. §. 2. *D. de condict. indeb.* puta ad illicita, *l* 34. §. 1. *D. mand. sup. th.* 181. cùm notam infamiæ subeat Legatus, qui tale mandatum Principis sui ad scelera producit, *l.* 2. *C. de LL.* neq; ad ea, de quibus verisimiliter cogitarum non est, *l.* 60. *&* 63. *D. de procurat. l.* 6. *D. de pign l.* 18. §. 1. *D. de damn. infect. Auctor d. lib. de legat.*

183. Prioribus consequenter requiritur IV. ne constante legatione contrahant, quia tùm ab actione ex contractu securi non erunt, *Confer d. l.* 2. §. 3. *&* 4. *l.* 8.

25. & 26. D. *de judic. d. l.* 12. D. *de legat.* multò verò minùs delinquant: quia de deliberatis tempore legationis perpetratis coguntur judicium pati, sive ipsi deliquerint, sive servi eorum, *l.* 24. §. 1. D. *de judic. l.* 12. *pr.* D. *de accusat. Old. sup. d. t. de jur. revoc. dom. sall.* 3. *Peck. de jur. sist. edit. vet. c.* 5. *n.* 7. cùm in delictis nulla sit fori præscriptio, sed unusquisque, ubi deliquit, vel reperitur, conveniatur, *l.* 1. C. *ubi de crim. agi op.* ratione pœnæ (quæ nihil est aliud, quàm æstimatio delicti, seu maleficii, *arg. l.* 31. *inf.* C. *de Episc. & Cler.*) ad quam sese delinquendo obligavit, *l.* 20. D. *de judic. l.* 34. D. *de jur. fisc.* quam Legatos, privilegii fori obtentu, Reipub. in qua deliquerunt, subducere ferendum non est, quandoquidem ne rem quidem privati alicujus, quam tempore legationis possidere cœperunt, citra controversiam judicii, quod ejus rei nomine pati coguntur, domum asportare possunt, *d. l.* 25. D. *de jud.* Nec ab accusatione immunes illos præstat Legationis dignitas, quam reatu excluserunt, *l.* 1. C. *ubi Senat. vel clariss. l.* 11. C. *de dignit. lib.* 12. nec pœnis eximit privilegium, quod merentur amittere, dum sibi concessâ abutuntur potestate, *c. ubi.* 7. *dist.* 74. *c. privilegium.* 63. 11. *q.* 3. ne sub prætextu concessi privilegii flagitiorum crescat auctoritas aut publica vacilleret utilitas, *l.* 2. C. *de privil. schol. lib.* 12. nec debent ex eo munere patrocinium captare, quod ipsi per proprium scelus despexerunt, *Nov.* 117. *c. ult.* §. 1. *vers. non enim.* Ac, licèt magna & inclyta sit legatorum auctoritas apud omnes mortales: hac tamen prærogativâ legationis tamdiu illi feruntur, quoad jus legationis honestatemq; servaverint, *ut ex Procop. lib.* 1. *bell. Goth. notatur in sapè alleg. lib. de legat.* ut officium istud, sicut ipsis damnosum esse non debet, ita nec aliis sit captiosum, *l.* 140. *ff. de R. I.* ne beneficium ipsis tributum incipiat esse iniquum, *l. ex facto.* 43. *pr.* D. *de vulg.* atq; in aliorum vergat injuriam, *l.* 12. D. *ad Trebell.* & honor ipsis habendus aliis damnorum fiat occasio, *l. ult.* C. *de stat. & imag.* Imò locum hîc invenire debere videtur, quòd aliàs de jure multò magis pœnâ digni sunt, quibus quamplurimum honoris delatum est, si in aliquo crimine inveniantur, *l.* 8. C. *de Episc. & Cler.* cùm altitudo dignitatis augeat magnitudinem delicti, *c. homo.* 5. *dist.* 40. majoreq; reatu delinquat, qui potiore honore fruitur, sublimitate peccantium graviora faciente vitia peccatorum, *c.* 4. *nulli.* 15. *q.* 1. Accedit, quòd sanctam Legatos servare mentem oporteat, si corpora sua sancta esse velint, *d. lib. de Legat.* & quòd, sicut jure gent. Legati sancti habentur, ita eodem jure gent. delinquentes ad pœnam obligentur, *arg. l. servi.* 14. D. *de O. & A. junct. l. quod attinet.* 32. D. *de R. I.* sicut enim illud, ita & hoc naturalis ratio & æquitas, (quæ, ut alterum lædere vetat, ita lædentes seu fontes punire jubet) necessitate ita cogente, ac societatis humanæ jure flagitante, inter omnes peræquè gentes constituit, §. 2. *l. de N. G. & C. l.* 5. *ubi Goth.* D. *de I. & I.* item quòd aliud sit legatum violare, (quod facti nomen est, innoxioq; illatam præsupponit injuriam: unde à fortiori sacrosancta templorum ἀσυλία in innocentibus tantùm violari dicitur, *Nov.* 17. *c.* 7. *last. infrà. c.* 6.) aliud punire, quod præcedens delictum indicat, estq; nomen juris, cujus executio non habet injuriam, *per tex. sup. th.* 167. à qua legati utique defensi atq; muniti esse debent, *d. l. sanctum. & d. l. f.* D. *de legat.* Ac, quod præcipuum circa hanc rem habet momentum, quemadmodum aliàs naturalis æquitas, & jus gentium naturæ matre & necessitate magistrâ ortum, reciprocum est, ac utrinq; recurrit, ne jus unius fiat injuria alterius, sed æquum utrinq; jus, æqualis omni ex parte honestatis, justitiæ, conventionum, fidei inviolabilitas servetur, *l.* 9. D. *sol. matrim. l.* 13. §. 5. D. *ad l. Jul. de adult. vulg. l. cùm proponas.* 21. C. *de pact. cum similib. &* 2. *F.* 6. *&* 26. §. *domino. &* 47.

ita

ju & hîc fœcialium sacra ultrò citróq; violare nefas sit, hoc est, jus gent. tam à legatis quàm in legatis violari dicatur, *ut exemplis historicis comprobant Coras. d. l. sanctum n.* 12. *& seqq. & post Cujac.* 11. *obs.* 5. *Goth. d. l. f. D. de legat. Petr. Bell. de re milit. p.* 2. *c.* 19. *Claud. Cotereus de jur. & privil. mil. c.* 23. *Alb. Gent. loc. alleg. à Dauth. de testam. n.* 202. *Auctor d. lib. de legat.* ita ut Legati privil. giata securitate fruantur hactenus, dum nihil admodùm committant, quo securitate illâ excidant, damit sie solche Sicherheit selbst verwürcken, *ut latè deducitur in scriptis Ph. L. H. contra H. jun. D. B. An.* 1539. *& 1540. publicatis:* ac, dum ipsimet fidem publicam, sub qua admittuntur, (est enim admissio legatorum tacita quædam securitatis publicæ conventio, sicut pacta vel capitula legatorum conventio publica expressa, *l. conventionum.* 5. *D. de pact. ubi Dd. Laudens. de legat. Princip. q.* 18.) non frangant, ob quod eadem vicissim ipsis frangi possit, *per dicenda infrà c.* 9. Præsertim verò contra Principem, Rempub. vel Statum, ad quem amandati sunt, neq; insidiosis explorationibus, *l.* 6. *§. explorat. res.* 4. *D. de re milit. l.* 4. *C. de commerc.* (*ubi alieni regni scrutari arcana non convenit, sicut & aliàs curiositas vitanda est, l.* 19. *inf. D. de novat.*) aliísve occultis atq; proditoriis machinationibus, putà, sollicitatione subditorum illius loci ad defectionem aut conspirationem, subornatione sicariorum, apparatione veneni, (*quo extinguere hominem plus est, quam occidere gladio, l.* 1. *C. de malef. & Math. ac ne quidem in hostem uti licet, suprà th.* 87. *circa f.*) neq; vi aperta quicquam moliantur hostile: cùm æquè sancta ipsis debeat esse persona Principis, ad quem missi sunt, ejusq; imperium, quàm huic persona ipsorum: minimè verò licita sit hoc casu, quasi hostis in hostem, machinatio: eò quod Legatus, licèt ab hoste missus, hostis tamen non sit, quandoquidem exuit hostem, ut primùm legationē suscipit: nā inter arma hostilia sola legatio pacis sequestra, *ait Herodes apud Hegesippum lib.* 14 *c.* 36. &, cùm fide publica nō unius, sed omniū gentiū Legati cōmeent, meritò nec falli nec fallere debēt, *inquit Auctor d. lib. de legat.*

184. Scio quidem, non deesse, qui delicta à Legatis quidem municipalibus, (quia à Civitatibus suis rerum magis propriè privatarum, quàm publicarum tractandarum gratia, *l.* 15. *& seq. D. de V. S.* ad Principem, adeóq; à subditis ad Dominum, *l.* 36. *pr. D. ad muncip. l. f. §.* 12. *D. de mun. & hon. l.* 8. *§.* 1. *& l.* 15. *D. de legation.* veluti hodiè à Principibus aut Civitatibus rerum litiúmve privatarum causa ad Imperatorem vel Cameram ablegantur, *Denayss. adsert. jurisdict. Camer. p.* 270. *&* 271.) constante legatione in loco, ad quem ablegati sunt, accusari, vindicari, puniri posse censeant, cùm Princeps, tanquam judex omnium supremus, præstò sit, adeoq; forum non sit incompetens: at in Legatis sive à superiore ad inferiores missis, sive à Principe populóve sui juris ad alium itidem sui juris, adeóq; parem, etiam hostem, amandatis id haudquaquàm admittant, *Denayss. d. p.* 271. His tamen, utut in Legatis Superioris, ob hujus reverentiam, & quia per relationem ad Principem effectus haberi potest, *per ea, quæ dicam inf. th.* 270. lubens adsentiar, in exterorum tamen, maximè hostium, à quibus justitiam consequi desperes, Legatis non accedo. Nam I. Si Legati quomodocunq; delinquentes, aut quidvis machinati perpetuò impunè recedere possent, eo ipso, quòd nihil pœnæ meruere haberent, *d. l.* 8. *C. de Episc. & Cler.* ad istiusmodi maleficia temerè prosilirent, *l.* 14. *C. de pœn.* quia impunitas delicti incentivum tribuit delinquendi, *c. est injusta.* 33. *caus.* 23. *q.* 4. Ut ergo exemplo alii terreantur, meritò pœna statuenda est, *l.* 16. *in fin. D. de pœn. d. l.* 14. *C. eod.* nec sinendum crimina impunita coalescere, sed omnia removenda

patrocinia, quæ favorem reis & auxilium scelerosis impartiendo maturari scelera fecerunt, *l.6.C.de defensor.civit.* II. Vigor disciplinæ publicæ hoc postulat, *l.9.§.ult. D.de public.* ne delicta maneant impunita, *vulg. jurib. sup. th.*134. III. Ut tuta sit legatorum admissio, pœna illis delicturis metuenda est, *arg. l.1. in pr. D. ad Syllan.* alioquin, si ipsis admissis omnia impunè licerent, impunè eos à finibus nostris arcerent ac planè non admittere liceret, cùm dolo non faciat, qui fraudem excludit. *l. cùm pater. 77.§. Titio.31. in fin. D. de leg.2.* (quæ causa, ut hoc obiter inspergam, fuisse videtur, cur Max. II. de consilio patris Legatos Galliæ non admiserit, *insiquè notatus à Bodin. 1. Rep.4.n.26.lit.c.*) sicq; dum jus gent. in Legatis admissis non violandis nimium extenditur, alia in eis planè non admittendis juris gent. violandi occasio subministratur, *suprà th.*178. IV. Exempla sunt apud Liv. *lib.* 5. ubi Galli Senonestres Fabios Rom. legatos ad se missos in acie Clusinorum conspectos jure gent. sibi dedi postularunt, quo denegato Clusinis relictis Romam cum exercitu properanter, urbem cœperunt ac fœdissimè spoliarunt, *quod & ex Livio refert Petr. Bell. d.p.2.t.9.n.* 11. Idem Liv. *lib.*13. commemorat: Legatos ob admissa in vincula conjectos & comites eorum sub hasta venditos, *& lib.*15. Phileam Tarentinum legarum Romæ, cùm obsides Tarentinos corruptis custodibus liberasset & cum illis profugisset, cum illis retractum & in comitium deductum virgis populo probante cæsum & de saxo dejectum narrat: *quæ & retulit Auct. d. lib. de legat. Plura exempla pete ex aliis.* V. Etsi quandoque religione & intuitu juris gent. benignùs cum legatis delinquentibus, quàm cum cæteris, actum, aut iis omninò parcitum sit, veluti quòd de Tarquinii, jam Regno pulsi, legatis Romam pro rebus ablatis repetendis missis, occulteq; cum nobilissimis adolescentibus de Rege reducendo tractantibus, re detectâ, quamvis visi essent commeriti, ut loco hostium haberentur, nihilominùs prævalente jure gent. dimissis *ex Livio lib.2. retulit Petr. Bell. d.p.2.t.9.n.*10. *& tetigit Denayf. d.p.271.* de Legatis Volscorum, *ex Dion. Halic. lib.6. Auct. d. lib. de legat.* de Volluce à parte Bocchi ad Syllam misso de proditione suspecto, *ex Salust. in Iugurth.* & de Augerii Busbequii legati Cæsarei famulis, *ex Busbeq. epist.3. & 4. Denayf. d. loc.* tamen id demùm observatum fuit, cùm aut suspicione tantùm criminis, leviori búsve indiciis urgerentur legati, *ut de Tarquinii legatis & d. Boccho conjicitur:* aut cùm non jure judicioq; causâ cognitâ, sed populi furore & impetu ad supplicia poscerentur, *ut Legatis Volscorum accidit:* quibus casibus ut id probandum est, ne hostibus ansa detur criminandi, legatos suos esse cæsos contra jus gent. honestaq; occasio belli eo modo offeratur: sic econtrà cùm ἐπ' αὐτῷ φώρῳ in flagranti crimine deprehenduntur, vel argumentis adeò manifestis convincuntur, ut evidentia sceleris non egeat clamore accusatoris, *c. evidentia 9. de accusat.* legum auctoritas in ipsos exercenda, & juris aculei premendi sunt, *ait leg. Auct. d. l. de legat.* ubi & hoc præmittit, exempla istiusmodi rara esse, adeoq; jus non facere. *l.3. & seq. D. de LL.* & esse admiranda magis, quàm imitanda. *arg. l.12. D. de off. Præs. l.13. C. de sent. & interl. om. jud.* inspecto favore publicæ utilitatis, delicta puniri flagitante, *vulg. l.51. D. ad l. Aquil. cum concordantib.* aliaq; nunc (sc. quàm in antiquioribus illis exemplis) secula, alios mores esse & exemplo Legatorum Tarquinii vix se putare tutos hodiè Legatos similia molientes, dixit Petr. Bell. *d.p.2.t.9.n.*11. VI. Quamvis dicere quis posset, talem à Legatis publicè illatam injuriam armis & collatis signis esse vindicandam, *c.10. dist.1.* longè tamen satius & consultius judicandum est, publica mala præsenti unius facinorosi pœnâ

pœnâ publicâ, quàm publicis cladibus & insontium sanguine, ancipitiq; Martis judicio expiari & emendari. An existimas, *ait Quintil. declam.* 12. hanc Legatis dari peccandi licentiam, ut, quæcunq; scelera in eo officio commiserint, cum omnibus hactenâ legg. decidant? ô nimiùm invidenda legationis conditio, si Legato & criminâ & legem remittit! *refert d. lib. de legat.* VII. & postremò, licèt justius alicui videriquear: Legatum delinquentem Principi suo cum elogio *l. 6. D. de custod. & exhib. reo.* remitti, quàm à Principe, ad quem missus est, & in cujus jurisdictione ac fortè adversùs ipsum deliquit, judicari & puniri: ne sibi suisq; jus dixisse, vel in sua causa judicâsse, adeoq; simul actor & judex exstitisse prædicetur, *l.* 10. *D. de jurisd. l.* 17. *D. de judic. l. un. C. ne quis in sua caus.* quod nominatim etiam illustribus non concedi probat *l. f. §. 1. in f. C. ubi Senator. vel clariss.* quin & honestius ac glorioſius, ne juris gent. violati & calumniæ legato impactæ suspicio, Principe, qui legatum misit, fortassis talem rumorem disseminante, apud exteros suboriatur: cujusmodi alienam à bono viro suspicionem quoq; evitare convenit, *l. 5, C. de furt. & serv. corrupt.* Vicissim tamen justum æquumque, atq; etiam consultius est: Legatum (modò circumspectè in tanti momenti agitur, nec manus in Legatum reum injiciatur, & legum auctoritas exerceatur, nisi cùm facinus notorium, & probationes adeò claræ, ne ulla justa de calumnia oppressione vel suspicio oboriri queat, ut fama talis apud exteros mendaciter sparsa nihil curanda sit,) retinere coërcendum, quàm adversùs eum dimissum ad pœnam agere, *arg. l. 3. D. de compensat* cùm possessoris in pari causâ melior sit conditio, *l.* 128. *D. de R. I. c.* 61. *eod. in* 6. & annales prisci noviq; loquantur: Principes, quorum fuit legatio, plerumq; neglexisse ultionem, *ut in exemplo Fabiorum supra hac th. rat.* 4. *adduct.* Nec ita perpetua est regula: Neminem in sua causa judicem esse posse: quin perdat officium suum non solùm in Principibus superiorem non recognoscentibus, *l. & Tiberius,* 41. *D. de her. inst.* præsertim si eorum majestas læsa sit, *Barth. Camerar. in c. Imperialem. vers.* 7. *conclusio. p.* 641. *de prohib. feud. all per Fril Par de Put. tr. de Syndicat. verb. de excess. Baron. erga subdit. c.* 1. *n.* 10. & 13. *Gigas t. quib. de crim. laes. maj. cogn Obr. disp. de regalib th.* 179. & *seqq. Vid tamen Bocer. cognitionem de crim. laes. maj. ordinario quoq; tribuentem tr. de regalib. c.* 2. *in f. per l.* 7. §. 3. D. & *l.* 4. *C. ad l. Iul. maj.* quàm & à Legatis peregrinis lædi non dubito, (*vide supra th.* 148.) si subditi alicujus perfidi ministerio aliquid contra illos moliantur, *arg. l.* 6. D. *ad l. Pomp. de parric. d. l.* 8. *C. de Episc. & Cl. c.* 24. *de sent. excom.* verùm in aliis quoq; Magistratibus, quatenus illi jurisdictionem suam tuentur, *l.* 7. D. *de jurisd. t. t.* D. *si quis jus dic. non obtemp. Wesp. rat. de jurisd. n.* 13. & *ad d. t. si quis jus dic.* aut injuriam sibi illatam vindicant, *Menoch cas.* 263. *Harppr. §.* 9 *n.* 12. *I. de injur.* Denique, Princeps peregrinus aut ratum habet sui Legati factum, & tùm par inconveniens enascitur, ut nempè idem sit Actor & Reus, nec remedium, si Legatus remitteretur, nisi belli publici, pro vindicta supererit; *vid. supra rat* 6. aut ratum non habet, & tùm eo ipso negat, eum, quoad istud delictum, Legatum egisse, adeoq; privatorum conditioni eum subjicit, cùm sine mandato deliquerit, *Auctor d. lib. de legat. qui istam quæstionem per totum ex professo tractavit.*

185. Requiritur V. ad plenam Legatorum Securitatem, ut eant per vias rectas, *Bertachin. in verb. Ambasiator. Vivius decis.* 190. *quos laudat Ruland. sup. d. p.* 1. *lib.* 8. *c.* 1. *n.* 24. unde, si per vias non rectas sine causâ vadant, non modò salarium pro eo tempore habere nõ debent, *ut post Bl. in l. qui fiscales.* 7. *C. de lustratis auri collat.* (*aliàs*

est 1. de navicul. lib. 11.) *Laudens. d. tr. de legat. Princ. q. 26.* sed nec, si damnum illic in rebus, quas secum, etiam legationis causâ, tulerunt, sensérint, (ut alias, *vid. sup. th.* 197.) id sibi à suo P. resarciri petere possunt, *per dicenda infrà c. ult.* quia tum ipsi sunt in culpa, ut ita damnum sentire non videantur, *l. quod quis, 203. D. & c. damnum 86. de R. I in 6.* quod idem dicendum: si commodè possunt ire per terram, & vadunt per aquam, *Iac. Butrig. in l. eum duobus. 52. §. quidam sagariam. 4. D. pro soc. Bl. (limitans Br. in l. si servus. 42. D. de furt.*) *in c. sicut. 29. de jure jur. quos laudat Laudens. d. tr. q. 6.* Addo: Legatos, quantum vis *per deducta supra th. 174. & seqq.* inviolabiles sint habiti, ad quos mittuntur, quia hi ipsis jure gent. & velut tacitâ quadam conventione ad præstandam pub. securitatem sunt obligati, *supra th. 183.* per territorium tamen territorum Principis sui hostium, securè non commeare, *uti probatur in sup. dd. scripta Ph. L. H. contra H. D. B.* ubi aliquot vetera exempla inducuntur: ultra quæ, novius occurrit de Cæsare Fregoso Genuate & Antonio Rincone legatis à R. G. ad Turcarum Imperatorem missis, at (cùm Padum navigarent, Venetias ituri) captis & trucidatis *sub Calendas Iulias Anno 1541 narrante Sleidano lib. 14 comment. quo nomine Cæsariano iniquè mordet Choppin. lib. 2. de doman. Franc. t. 7. n. 21. inf.*

186. Requiritur VI. ne legationem deserant: alioquin præter dignitatis jacturam extraordinaria pœna plectuntur, *l. 1 l. 2. §. 1. D. & l. 2. C. de legat. lib. 10.* & VII. ne legatione perfecta subsistant, alioquin privilegia suæ securitatis cum aliis perdunt, *l. 4. ubi gl. in § 1. D. ex quib. caus. maj. l. 2. §. 4. vers. plane. D. de judic. Laudens. d. tr. q. 11. Old. sup. d. t. de jure revec. dom. fallent. 1.*

187. Ad extremum notandum est: Omnia, quæ hactenus de Legatorum Securitate, & quatenus ea procedat, dicta sunt, ad eorum quoq; tùm comites præsertim necessarios, qui publica auctoritate ipsis adlecti, & quasi adjutores & observatores dati sunt, adeoq; ceu oneris & periculi socii, muneris vicarii, & morum testes, ut meritò honoris quoque & favoris debeant esse participes, *arg l. 10. D. de R. I. cum similib. De voluntariis judicandum erit ex q. An ad hosce S. C. interpretandum extendatur; de qua infrà c 11.*) tùm servos sive famulos attinent, *l. 16. D. de off. Præsid. l. 31. 32. D ex quib. caus. maj. l. 24. §. 1. D de jud.* (*quæ tacta sup. th. 183.*) *l. 41. § 2. D. de excus. l. 7. D. ad l. Iul. de vi pub.* (*cujus tenor deductus sup. th. 176.*) *l. 4. vers. excepto. C. de commerc.* (*ubi in comitibus in specie privilegiatam securitatem cessare indicatur, si vis commerciis inhiantes diutiùs alibi resideant, nec legati reditum ad propria comitentur. l. Ecclesiarum, 69* (*ubi dominorum privilegia ad servos porriguntur*) *12. q. 2.* Atq; hæc de Legatorum, foris pub. auctoritate ministeriali fungentium, securitate dicta sufficiat.

188. *Secundò*, nunc perpendenda est Securitas Consiliariorum atque Aulicorum, domi ministeriali (*vid. Lips. lib. 3. polit. c. 3.*) potestate publicâ fungentium. Ubi dubium minimè est: Consiliarios Principis, non solùm ab ipso Principe, cujus personæ, dignitatis, status q; curam gerunt, dum fidi rerum, hominumq; periti salutaria in pace & bello ei suggerunt consilia, (*Lips. d. lib. 3. c. 4. & 5.* (*præfracta in proposita perseverantia, affectata discordia, cæcu affectibus, pervertenti judicium avaritia, nimia fiducia, cupiditati ac celeritati haud indulgentes, Lips. d. lib. 3. c. 6. & 7. fac. Ord. p. 1. t. 13. &*) inter infinita commoda alia etiam hoc præstant, ut illi ita cum consilio suo quippiam statuenti fides indubitatior habeatur, *Isern. c. 1. qui success. ten. Laudens. de Consiliariis P. q. 21.* ob libertatem consulendi & aliàs, non lædi, injuriis damnóve affici, sal-

sed utilissimi esse, *Lipsd. lib. 3. c. 8. Frid. Furius Coriolanus & Hipp. à Collib. in Consiliar.* verum etiam, attento, quòd ipsum Principem decorare reputentur, ut decorat splendor firmamentum cœli, & radii solares Solem, *Schrad. p. 10. de feud. s. 2 n. 24. Mindan. lib. cap. 13. s. 19.* & quòd sint membra Senatus (quem humani generis partem meliorem, splendorem urbis & orbis prædicat *Aulic. polit. reg. 13.* in quo & ipse Princeps computatur, *l. 8. C. de dignitatib. lib. 12.*) & de familia Principis, sic, ut sine iis Princeps esse non possit, *Ang. in l. qua religionis. 43 D. de R. V. Moron de pace, q. 32. n. 3.* adeoq; pars corporis ipsius Principis, *l. 5. C. ad l. Iul. maj.* speciali quadam protectione ab omni injuria (quæ Senatori illata atrox perhibetur: §. 7. *I. de injur.*) defendi debent, *d. l. C. de dignit. lib. 12.* Unde Consiliarios officiando esse in protectione & Salvaguardia Regis dixit Boër. *decis. 207. n. 8. inf.* nec satis laudari potest factum Alexandri Severi Imperatoris laudatissimi, qui Ulpianum Consiliarium suum contra Prætorianos milites impetum in eum facturos purpura sua texit, istosq; repressit, *Philipp. Melanchthon in vita Alex. Sev.*

189. Et quoniam injuria Consiliariis facta ipsimet Principi facta censetur, *Dd. in margarit. in verb. liberos. Moron. d. n. 3.* ac per eorum latus ipse Princeps sauciari videtur, imò eos vel in minima corporis parte tangens vel offendens totum Principem infestare existimatur, *Io. Montaigny de auctorit. & præemin. magni Concil. & Parl. n. 2.* idcirco gravissima sanctione constitutum est, ut in illorum perniciem machinantes, illosq; violantes modò eos tales esse scivissent, *arg. l. 18. §. 4. D. de injur.* læsæ Majest. Rei judicarentur, *d. l. 5. C. ad l. Iul. maj. c. si quis. 22. 6. q. 1. Chass. Rubr 1. num. 6 droicts & icelles n. 44 p. 61. in fin.* etiamsi non directo intuitu Principis, sed & si, privato ducti odio, Consiliarios læsissent, *arg l. 1. §. pen. & l. 15. § 35. & d. l. 18. §. f. de injur & per rationem (quia caput dolorem persentiscit, quocunq; intuitu membra corporis lædantur) dispositionemq; generalem d. l. 5. C. ad l. Iul. maj. & ita rectè sentit Clar. §. læsa maj. n. 5. Damhoud. pract. crimin. c. 62. n. 7. Decian. l. 7. c. 5. n. 3. & 4. quos benè allegat & sequitur Harppr. § 3. n. 14. I. de pub. jud. Diss. relati à Rul d p. 1. lib. 8. c. 8. n. 10. Gigas tract. de crim. læs. majest. lib. 1. c. 14. Crav. cons. 6. n. 59. rectius 79. itemq; Menoch. cons. 99. n. 9. & Wesenb. cons. 57. nu. 6. notari ab Harppr. d. l.* pœnam tamen isto casu ex æquitate mitigari posse non negaverim, *vid. Arnisæ 1. de jur. maj. 1. n. 7. p. 14.*

190. Ad plenam Consiliariorum Securitatem & istud pertinet, quòd Consiliarii, aliiq; ad Imperii consilium deputati, **zum Reichs Raht gehörig**/ cum sua familia, rebusq; ad suam ac suorum sustentationem comparatis, ab omnibus tributis, vectigalibus, accisiis, aliisq; oneribus penitùs immunes sunt *per tex.* **in der Ordnung des Regiments zu Augspurg.** *Anno* 1500 **auffgericht. c. Alle/ so in des Reichs Regiment gehörig/ sollen aller Tax/ Zöll vnd Vngelts frey seyn. p. 42. & in der Ordn. des Regiments zu Wormbs/** *Anno* 1521. §. *Item* **sollen Churfürsten** *p. 118. Bocer. tr. de reg. 1. n. 201.* Itemq; propter præjudicium pub. nusquam sisti, arrestari aut convenire possunt, *Peck. de jur. sist. c. 5. n. 8.*

191. Sed & Cameræ Imperii (quæ, ita loquendo, est ipse Imperator seu Princeps, *per Bl. in Rub. n. 13. C. de jur. fisc. lib 10.* vices certè Imperatoris gerit, *ut in simili de Parlamento Reg. Coras. in l. benignius. 18. n. 4. D de LL. Connan. lib. 1. c. 11. n. 10. relatus à Denayss. in adsert. jurisd. Cam. p. 71. & 261.* quia vice sacra cognoscit, & judicationis Imperatoriæ reverentiam repræsentat, *l. 1. C. de off. vic. l. ult. C. ubi Senat. vel Clar. Denayss. in d. assert. p. 43. & seq. tex. in memor. jud. & Adsess. de A. 1570. relat. à Cisn. Ord p. 1.*

sub

sub t.8. & Denays. d. adsert. p.260. planè Imperatoriam Majestatem, dignitatem & auctoritatem in decernendo habet, *Blarer. ad l. diff. c.6. n.40.*) Senatus (*uti vocatur à Tessaur. in præf. decis. n.10. laudatus à Denays. d. adsert p.260. quem vide etiam p.37.*) h. e. judex (*specialiter ita dictus, cum aliàs & Adsessores Cameræ judices* Urtheiler *rectè dicantur in 1. Ord. Cam. semper, in reformata verò p.1. t.1. & t.49 pr. Denays. d. adsert. p. 259. vid etiam Ord. p.1. t.4. & 12. ubi quibusdam casib. judicis vices sustinent.*) & Adsessores (*quos Consiliarios & Adsessores non Principis sed judicis Cameræ esse opinantur Spirenses in apologia p.191. at rectè judices, Consiliarios, Adsessores Imperatoris & Imperii nuncupari tuetur Denays. d. adsert. p.259. & seqq.* pari ferè securitate frui debent, cùm in persona sua suorumque, tum rebus *Ord. Cam. de Anno 1495. t.* Wo das Cammergericht gehalten werden soll. *p.22. & Ord. Cam. de Anno 1555. d. p.1. t.49. facit quòd ad Legatos seu Commissarios Cæsareos quam proximè accedant, secundum Denays. d. adsert. p.271.* Ex quo, si Adsessori Cameræ injuria ratione sui status vel conditionis inferatur, ipso agente, pro interesse Imperii fiscalis quoque se intromittit, *uti factum in causa illa in qua sententiarum 12. Decemb. Anno 1555. apud Christ. Barth. tom.1. latiùs Sailer. t. fiscus & causæ fiscales. p.142. relat. Symph. tom.3. in verb. Adsessor.* sic Adsessores alicubi arrestum vel repressalias in persona aut rebus passos, ex Const. Imp. de Arrestis *de Anno 1570 per not. Thylm. de Benig. syntagm. 4. decis. 3. vot. 2. sub n.1.* & Constitutione pignorationis, *Ord. p.2. t.22.* pro obtinendis mandatis de relaxando, supplicare posse defendam: eò quòd Adsessores Cameræ immediatè Imperatori & Imperio jurant fidē & obsequium, ihrer Keys. Maj. vnd dem Reich getrew vnd gehorsam zu seyn/ꝛc. *Recess. visit. de Anno 1556 §.* Weiters ist auch/ꝛc. *relat. à Gisn. Ord. d. p.1. sub t.57.* unde, cùm immediata Imperii subjectio probetur, *Gail. de Arrest. c.7. nu.10.* immediatè & illi Imperio subesse noscuntur, *ut colligit Denays. d. adsert. p.276.* Ad eandem Securitatem pertinet quòd ab omni alia jurisdictione exempti illi sunt, daß sie aller anderer Gerichtezwäng frey seyen. *d. p.1 Ord. t.49.* quod non de civili solùm, sed & de criminali (quam & ipsam in eos solùm Camerale Collegium exercere possit, *Ord. d. p.1. t.50. § f.*) intelligendum eruditè propugnat Denays. *in disp. sua de jurisd. Cam. ejusq; contra Apolog. & Anticrisin Spirensem adsertione:* quæ inter Cameram & Civitatem Spirensem controversia ad proximè futurum conventum usque suspensa est *in R. Dep. 1600. §.* Betreffend den. *f. 21. qua de causa litem istam & ego in medio relinquo.* Pariter ad securitatem illam spectat, quòd iidem Adsessores officium suum posthabito omni metu, minis, potentiâ facere jubentur, *Ord. p.1. t.13. §.1. & est tex. notab. in R. Dep. de Anno 1557. §.* Daß dann *cujus verba hùc spectantia vid. apud Cisn. d. Ord. p.1. post t.49* Denique, Securitatis istius pars est immunitas Dominorum Cameralium ab omnibus accisiis, datiis, vectigalibus & aliis quibuscunq; oneribus, *d. Ord. de Anno 1595 & d. t.49 Ord. p.1. Denays. t.57. n.1. & latè in d. adsert. p.5. & seqq.* Omnis verò commemorata Dominorum Cameralium securitas speciali Salva guardiâ ac protectione Imperatoris & Imperii, adstrictionemq; omnium Electorum, Principum, Statuum & Civitatium, præsertim viciniorum, ad eandē sartam tectam tuendam, sanctè severéq; munitur, *Ord. p.1. d. t.49. §. f. Denays. d. t.57. §.5.*

192. De Principum judicumq; inferiorum Consiliariis & Adsessoribus (*de quibus t. t. D. ubi Eguin Baro in Rub. de adsessorib. t. t. C. eod. & utrobiq; Wesenbec. tex. elegans in Nov. 17. c.5. § 2. & Nov. 82. in præf. Chass. consuet. Burg. Schrad. de feud. p.10. s.13. Denays. d. adsert. p.258. & seqq.*) quatenus legali securitate privilegiata fruantur, excul-

extollatione superioris classis potestatum principalium securitatis, pro gradu dignitatis majoris minorisve, quæ & in Adsessoribus splendore diffuso repræsentatur, & propter adsociationem in his quoq; violari existimatur, servatâ proportione, statuendum est, *arg. l. quæ de tota. 76. D. de R. V. &c.*

193. Tertio nunc loco ad Commissariorum seu judicum delegatorum (nam à pari procedunt, *Rul. p. 1. de Commissar. lib. 1. c. 5 n. 1.*) qui modò domi, modò foris ministeriali potestate publicâ utuntur, & posterioribus hisce casibus Legatis non absimiles, quoad inviolabilitatem & alia, habentur, *Rul. p. 1. de Commissar. lib. 1. c. 5. n. 3. (ubi ex Ang. de Clavas. in summa sua verb. legat. n. 2. & Raphaël. Cyllen. tr. de legat. Pontific. notat: Legati nomen etiam continere Commissarium, & subdit: Recessus Imperii passim hæc vocabula confundere.) & idem Rul d. p. 1. lib. 8. c. 8. n. 4. 7. & passim. facit Denays. in adsert. p. 271.* Securitatem expendendam progrediamur: ubi generalis hæcce tenenda est regula: Injuriam delegato factam deleganti factam censeri, *Schrad. de feud. p. 10. s. 4. n. 22. Rul. p. 1. lib. 8. c. 2. n. 4. in f.* In specie verò Commissarii Cæsarei, (quales etiam sunt judices Ordinationis, seu privilegiati primæ Instantiæ, vulgò die Richter der Außträge, *Ordin. p. 2. t. 2. & seqq. Old. in Enchirid. except. t. exceptiones declinatoria. n. 26. Schrad. p. 10. s. 5. n. 46. & seqq. Gail. 1. obs. 1. Denays. t. 156. §. 3. & passim ut seqq. Rul. d. p. 1. lib. 1. cap. 5 n. 1. Treutl. p. 1. disp. 12. th. 7. lit. a.*) & Imperialis Cameræ salvo conductu Imperii utuntur, & si contra eum læduntur, contra violantem ad pœnam agere possunt: aliorum verò judicium Commissarii de damno ac injuria sibi suisq; rebus illata resarcienda aut vindicanda apud judicem competentem vel civiliter vel criminaliter agunt, *Rul. d. p. 1. lib. 1. c. 4. n. 14.*

194. De Commissariis Imperialis Cameræ res paulò planiùs proponenda, ut, cùm nihil frequentius aut magis vulgare sit inter homines Cyclopicos, quàm Commissarios malè & re & verbis tractare, *Rul. d. p. 1. lib. 8. c. 8. n. 1.* modus, eorum temeritatem, audaciam, petulantiam reprimendi, palàm constet. Fundatur autem Commissariorum Cameralium Securitas partim in lege, non tantùm generaliter, quatenus regulariter cuivis illa debetur, *sup. c. 3.* sed etiam specialiter, & privilegiotenus, quatenus, qui ad actum Commissariatus deputantur, de jurisdictione Cameræ, sicq; privilegiatæ Cameralium Securitatis, & Salvæ-guardiæ, *de qua d. t. 49. §. f. Ord. p. 1.* participes fiunt, *Rul. d. p. 1. lib. 8. c. 8. n. 1. & 5.* partim in tacita concessione, eò quòd per ipsam Commissionem Imperator, ejúsve loco Camera, omnia jura, quæ talibus personis specialiter competunt, concessisse videtur, *Rul d. n 5.* quapropter & Commissarius mandatum seu Commissionem suam ostendere iis monetur, apud quos Commissio expedienda est, *Rul d. p. 1. lib. 6. c 2.* sicq; allegare & docere de qualitate Commissarii, & jure Securitatis exindè proveniente, ne violatores ignorantiam prætendere possint, *Rul. d. p. 1. lib. 8. c. 8. n. 8. ubi n. 9. subjicit: Quamvis salvus conductus, secundum jam dicta, jure ipso Commissariis competat, quandoq; tamen eos ex justa causa, veluti si per insidiosa loca proficiscendum eis sit, aut alias ex certis indiciis insidias sibi structas deprehendant, uberioris cautelæ gratiâ, speciales expressi salvi conductus literas in Camera petere: sicut obtentæ fuerint in causa* Bentheim *contra* Münster: *quod ad materiam c. 11. infrà referendum est.*

195. Etsi verò lædentes Commissarium, sicq; explicatum ejus salvum conductum violantes ob gravitatem delicti variis sese pœnis obnoxios faciant: veluti quòd primò tenentur ad omnia damna & interesse ratione violatæ securitatis illata.

Secundò, actione injuriarum, alióve quo pœnali, etiam criminali judicio, pro qualitate delicti, ad pœnam, judicis, apud quem agitur, arbitrio statuendam, conveniri possint. Et *tertiò*, etiam ordinariè læsæ Maj. Rei agi queunt, eò quòd violatio istius securitatis principaliter in committentem seu delegantem, quem Commissarius repræsentat, *Villalob. comm. opin. lit. B. n. 26. cum 2. seqq. Schrad. p. 10. s. 12. n. 85. & d. sup. th.* 193. redundet, *Rul. d. c. 8. n. 9* (*ubi n.* 10 *limitat ex aliis, si Commissarius ex causa privata inimicitia ladatur, vel etiam occidatur, sed vid. sup. th.* 189.) Quæ remedia Commissarii, prout ipsis, quippè electionem habentibus, jubuerit, coram ordinario violantis judice, *arg. d. t. 49. §. f. Ord. p. 1.* vel directò apud committentem, ceu omnium superiorem, Cæs. Maj. seu, quæ ejus vice est, Cameram proponere possunt, *Rul. d. c. 8. n. 11. & 12.* Stylo tamen Cameræ, præsertim in casu factæ excessivæ violationis ipsorum, omnium maximè convenire videtur, siquidem illic Commissarii agere elegerint, citationem ad vid. se incidisse in pœnam violati salvi conductus, dess Gelitbruchs extrahere, ac deinceps Fiscalem interpellare, ut pro interesse fisci se ipsis agentibus conjungat, quod facturus est haud dubiè, sicut in omnibus pœnalibus, **in allen Peenfällen**/ ubi pars pœnæ fisco applicanda venit, pro interesse Cæs. Maj. intervenire solet, *Ord. p. 1. t. 16. & p. 2. t. 20. Rul. d. c. 8. n. 13. apud quem numeris seqq. reliqua hûc spectantia vide.*

196. *Quartò*, Satellitum, qui Græcis σωματοφύλακες, Latinis veruste ribus Latrones, *vide supr. th.* 124. posteà à stipatione stipatores dicti sunt, vulgò **Guardy oder Trabanten**/ (quorum mediocri præsidio, sine suspicione Tyrannidis, sicut Consiliariis, citra suspicionem Oligarchiæ, Principem munire se posse, *tradit. Arist. & ibi Io. Casus lib. 3. Polit. c. 11.*) specialis succedit securitas, justissimâ quoq; ratione nitens. Cùm enim saluti Dominorum suorum etiam cum vitæ suæ periculo protegendæ conducantur, *arg. l. 1 §. 28. D. ad Syll. & l. f. C. de his, qua ut indig. &c.* o custodienda eorum persona, ceu fortes milites, excubent, *l. qui excubias. 10. D. de re milit. Luc. de Penn. ad Rub. C. de domest. & protector. lib. 12. Boer. tr. de custod. clav. n. 7. in f.* meritò & ipsi ab offensione immunes esse debent, *l. 5. ibi: cujuslibet, qui nobu militat. C. ad l. Iul. Maj. junct. l. 1. & t. t. C. de domestic. & protect.* (circa quem titulum notandum: eos hactenus domesticos seu familiares Principis dici, quatenus excubias ejus non deserunt, *d. l. 10. D. de re milit.* sed custodiæ demandatæ deserviunt, *arg. l. de feudo guardia. 2. F. 2.* Principémve comitantur, *l. 13. §. 3. ibi: in sacro comitatu, ubi Goth. D. de re milit.* non item, quando in propria causa ab aula absunt, *Luc. de Penna ad d. Rub. & alii relati à Menoch. cas. 552. n. 12.*) facit, quòd injuria servo facta redundet in dominum, *§. 3. I. de injur. aliúd, notiss. jurib.* & aliàs quoq; nemo ex officio suo damnum iniquè pati debeat, *l. 29. D. ex quib. caus. maj. l. 61. § 5. D de furt. l. 19. vers. sed cùm minimè. C. de testib. Dec. & alii in l. absentia. 140. D. de R. I. Gail. 1. obs. 99 n. 8.*

197. *Quintò*, discutienda est securitas Apparitorum in universum, quales dicuntur omnes Magistratuum sive judicum ministri, qui ipsis apparent, eorumq; jussu varia conficere, expedire & exsequi solent, ut sunt actuarii, tabelliones, scribæ, hostiarii, viatores, lictores, &c. *ut colligitur ex l. 1. 2. & 3. C. de sportulis &c. & exercrib. litium. & lib. 12. C. t. 53. de apparitorib. P. P. cum aliquot seqq. & t. 61. de exsecutorib. eod. lib. 12. Rosbach. prax. civil. t. 9. de viatorib. apparitorib. &c. n. 8. Boer. ad consuetud. Bituric. t. de jur. omn. jud. §. 6. gl. 1 circa fin. ubi varias appellationes collectas vide, ut & apud Chass. consuet. Burg. Rub. 1. des justices. §. 6. in verb. Messieurs. & sergens. n. 1.* Qui-

bus

bus jussum munus obeuntibus illata vis & injuria ipsismet Magistratibus & judicibus facta censetur, *arg. l. 1. §. 3. D. de injur. Br. in l. injuriarum. 13. §. 1. D. eod. Alexand. in l. quamvis. 11. D. de in jus voc. Panorm. in c. cùm sit generale. 1. de for. compet. Iacobin. in cle. Roydis. n. 12. Par. de Put. de Syndic. verb. Familiaris. c. 3. n. 11. G. Pap. q. 557. Chass. d. Rub. 1. §. 7. verb. de simple. n. 40. quos laudant wesenb. in parat. de injur. n. 6. vers. quin & Magistratui Peck. de jur. sist. c. 25. n. 2.* & in specie de hostiariis Parlamenti Regii, quòd similiter, ac Consiliarii, sint in protectione & salva guardia Regis, *post Aufr. & Massuer.* tenet Boër. *decis. 207. n. 8. inf.* id quod ex identitate rationis, ad quosvis Apparitores Principis produci potest.

198. Cui consequens est: nemini licere vi eximere Reos ab illis reali citatione in jus vocatos, *l. 1. D. ne quis eum, qui in jus voc. fu. vi exim. l. 4. pr. D. ad l. Iul. de vi priv. Wes. in parat. d. t. ne quis eum & c. n. 5. vid. omninò Socin. de citat. art. 34.* aut ductos ad carcetes, *tex. optimus in l. 3. C. de exact. tribut. Boss. t. de captur. n. 7. 15. & 19. & t. de carcere. n. 17. Farinac. t. de carcerib. & carcerat. q. 30. n. 2. & seqq. & pro all. l. 3. extensione eleganter post Dd. à se allegatos Peck. tr. de jur. sist. c. 26. n. 1. contra Gomez in §. pœnal. n. 49. I. de act.* (Indebitè tamen detentum impunè eximi volunt, *per d. l. 1. §. 2. D. ne quis eum Iason in l. 3. §. quod Prator. col. pen. D. eod. t. Boss. d. t. de captura. n. 5. & 7. & t. de carcere. n. 15. Clar. §. fin. q. 29. n. 4. vid. tamen Peck. c. 24. n. 4. vers. tum verò.*) aut ductos ad supplicium, cui se & ipsi implicant, qui confessos damnatósve eximunt, *l. 4. versatem qui. D ad l. Iul maj.* (ex quo tex. notant: eum, qui eximit de manibus justitiæ confessum, convictum, damnatúmve ad mortem, crimen læsæ Maj. committere, sc. si eximatur ab exsecutorib. Principis, secùs si ab inferiorum, *Chass. rub. 1. verb. hybrid. n. 68.*) *l. 4. C. de cust. reor. Wes. d. t. ne quis eum. n. 5. & t. de custod. reor. nu. 5. vers. hanc reor. Boss. d. t. de captur. n. 16. & t. de crim. læsa maj. n. 61. Clar. d. q. 29. n. 3. & q. 68. n. 11. Menoch. cas. 583. n. 1. Farinac. d. t. q. 32. n. 2. & 3.* (quò etiam referenda sanctio de Securitate Executoris seu Carnificis, **vom Nachrichter Frieden/P. H. O.** *art. 97. Nicol. Vigel. ad Const. Crim. Carol. V. c. 5. reg. 2.* quæ passim à scriba actorum criminalium in loco supplicii ante exsecutionem publicè ad omnium notitiam & uberiorem pro carnifice cautelam prælegi solet, **Es pflegt jhn der Blutschreiber auff dem Rabenstein oder Henckbühel zu verlesen**/ut Argentinæ & alibi.) Quòd verò Clarus *d. q. 29. n. 5. inf.* refert, de uxore quapiam, quæ maritum capitaliter damnatum exemerat è manibus satellitum, definitivam ferre sententiam Senatum distulisse: fortè quia cõjugalis affectus eam quadamtenus excusare putabatur, cùm & aliàs alia facti causa certam delicti speciem removeat, *l. 39. D. de injur.* Quam autem aliquibus in locis apud esse consuetudinem, quâ mulieri vel puellæ, etiam meretrici, ad nuptias postulanti eum, qui ad supplicium ducitur, eximere concessum sit, *Dd. relati à Claro d. §. f. q. 81. n. 6.* eam justitiæ parùm congruere puto, utpotè quæ delicta impunita esse non jubet *sup. th. 134. all. c. 37. cum similib. 23. q. 5. c. 2. ubi gl. in verb. coercere. de privil. Thom. Grammat. decis. 94. n. 5.* Ut meritò ea impugnetur *à Schneid. ad Rub. I. de oblig. quæ ex del. n. 3. Belvis. prax. crim. lib. 1. c. 9. n. 34. Massuer. t. de pœn. per tex. in l. 27. C. ad l. Iul. de vi* vbi refert Harppr. *in §. 5. n. 66. I. de oblig. quæ ex del. nasc. Diss Neviz. lib. 1. sylv. nupt. n. 62. Eman. Suarez in thesaur. recept. sent. verb. meretricis. n. 135.*

199. Pariter consequitur: nec ipsis, qui ducendi sunt, Apparitoribus, vel Exsecutoribus, resistere licere, *per jura alleg. suprà th. 167.* Unde in eum, qui resistendo

vim Apparitori infert, arbitraria pœna statuenda *secundùm Br. in l. si quis 6. § si quis 1. D. de pœn. Dd. in l. 1. C. ne quis in sua caus. jud. Farinac. d. q. 32. n. 24. & seqq. Peck. d. tr. c. 25. n. 3. (ubi præallegat Guid. Pap d. decis. c. 557.* id facinus amputatione ejus manus, quâ admissum istud fuit, vel etiam pœnâ capitis in Gallia puniri *referentem, subdit verò idem Peck. n. 4.* Apparitori se percussum dicenti non credi, *per ibi alleg. eleganter Farinac. d. q. 32. n. 81. & seqq. facit quod post Br. dixit Sich. in l. persecutione. 24. n. 1. C. de pig.* quòd Officiali publico vel Apparitori credatur in iis, quæ officium vel juramentum ejus concernunt, nisi grave præjudicium inde inferatur, *Adde in arg. Gail. l. obs. 54. n. 5.* Sanè si non percussus aut vulneratus solùm, sed & occisus esset Apparitor à Sonte resistente, nullum esset dubium, quin gravi in eum supplicio animadvertendum foret, quia priori delicto novum crimen accumulat, *Obrecht. tr. de defens. c. 6. num. 46.*

200. Declaro I. prædicta procedere, modò de Apparitorum officio constiterit: putà ex literis sive mandato, quod habebant & monstrabant, decapiendos: quo non apparente, non tenentur iis, quos ducere volunt, ipsis credere, sed licitè aufugiunt, hîsve resistunt, *per l. 5. C. de jur. fisc. lib. 10. l. 5. C. de executorib. lib. 12. Nov. 118. c. 10. Boer. decis. 70. n. 2. in f. Clar. d. q. 29. n. 1. in f. Farin. d. q. 32. n. 32. vid. tamen excipt. infrà th. 202. circa fin.* vel saltèm ex eo, quòd sæpè id muneris exsequi solerent, & publicè pro talibus habebantur, *Peck. de jur. sist. c. 20. sub n. 2. & 3.* sicut intra provinc. suam noti esse præsumuntur, *Boer. d. q. 170. n. 3.* vel denique ex signo satellitii, *Clar. d. loc. & d. c. 20.* putà vestitu aut pileo peculiari, quo passim ex instituto internoscuntur, vel etiam virgâ seu baculo lictorio, *Boer. d. loc. n. 5.* Et sanè in multis mundi regionibus adeò timetur justitia, ut solus lictor conducat homines cujusvis ordinis & qualitatis ad carceres, solo signo baculi, *ait Boss. t. de captura, n. 19. circa fin.*

201. Declaro II. prædicta procedere, modò captura & ductio justa sit. Apparitori enim injustè capiendi, sive modum & formam mandati in capiendo ducendóve excedenti, quin jure optimo, etiam armis, resistatur, non dubito, *per jura alleg. sup. th. 171. Dd. alleg. à Peck. d. tr. c. 24. n. 3. vers. & propterea Farinac. d. q. 32. n. 29. & seqq. & n. 108.* Imò injustè capturum se defendere posse ad internecionem usque satellitum *ante Boer. d. q. 170. nu. 1. & 2.* voluerunt *Hippol. Luc. de Pen. & Nevizz. cit. à Peck. d. n. 3. inf.* ubi tamen ipse, hoc periculo non carere, nec in causa civili attentatorum habere existimat: sicut nec eorum opinio probanda, qui indebitè carceratos, non solùm cautè effugere, *Boss. t. de captura. n. 6. & alii relati à Peck. d. c. 24. n. 4.* vel carcerem effringere, *Hipp. de Marsil. § attingam. n. 38.* sed &, si aliter evadere non possint, commentarienses seu custodes carceris occidere posse arbitrantur, *Covarr. lib. 1. V. R. c. 2. n. 13. Grammat. cons. 51. n. 1. 2. 3. & 6. notati ab Obr. d. c. 6. n. 39.* ubi hoc justitiæ parùm convenire scribit: & contrarium probat tex. inevitabilis *in l. in eos. 13. D. de custod. reor. ubi Wes. in parat. n. 4. Ias. in l. admonendi. n. 172. D. de jurej. Boss. d. t. de captura. n. 6. & t. de effractorib. per tot.* qui tamen, quoad impunem carceris effracturam, casu, quo innocens, sine legitimis indiciis, carceratus esset, in priorem opinionem concedit, *post Br. in l. vis ejus. 5. C. de probat.* quæ &, quoad occisionem custodum non planè improbanda est, si quis pro causa capitali injustè carceratus supplicium imminens aliter effugere non posset *arg. l. 1. D. de bon. eorum qui ante sent. & ita intelligo Hipp. de Marsil. in § diligenter. n. 56. § attingam. n. 40. & utrobiq; alleg.*

202. Hisce suppositis, usq; adeò Apparitoribus resistere veritum, ut resisten-

tes

res ab eisdem non solùm vi coërceri, ac vincti ad carceres, pœnámve rapi possint, qui Magistratus sui jussa exsequuntur, quæ juris exsecutio non habet injuriam, *Ley 51. D. de injur. cum concord. alleg. supr. th. 167. Obr. d. c. 6. n. 43.* sed etiam, si aliter prehendi nequeant, si videlicet se defendant, *Br. l. 1. D. de his quæ ut indig. Moron. q. 108. n. 5. & q. 123. n. 5.* impunè vulnerari, vel etiam occidi, *arg. l. si servus. 4. ubi Br. Bl. Salic. & alii C. de his qui ad Eccles. confug. Ioh. de Plat. in l. si desertores. 2. C. de desertorib. lib. 12. all. à Moron. q. 33. n. 3. Hipp. de Marsil. in pract. crim. d. §. diligenter. n. 55. & §. aggredi. n. 78. Boss. t. de capt. n. 12. Clar. d. q. 29. n. 1. Menoch. cas. 578. n. 1. Peck. c. 25. nu. 5. Fach. contr. 73. Obr. d. c. 6. n. 44.* Hoc tamen PRIMÒ fieri debet cum moderamine inculpatæ tutelæ, *arg. l. 3. D. de l. & l. l. 1. C. unde vi l. 2. C. ad l. Corn. de sicar.* in ipsa videlicet pugna & concertatione. *d. l. 4. C. de his, qui ad Eccl. conf. ita post Imol. Boer. Damhud. & Farinac. sentit Fachin. d. contr. 73. in fin. Obr. d. c. 6. n. 45. Diss. Amadeus in tr. de Syndicatu n. 100. quem laudat Boss. d. n. 12.* Ex quo sequitur I. Fugientem à vigilibus, lictoribus & apparitoribus impunè vulnerari aut interfici non posse, *Farinac. q. 32. nu. 44. rectè laudatus à Fachin. d. lib. 9. c. 74. ubi allegat dissentientes, quibus addo Menoch. d. cas. 578. n. 2.* nisi Apparitor, ut sontem vel vivum vel mortuum caperet, in mandatis haberet, *Farinac. & Fach. in. dd. loc.* qualia tamen mandata effreni isthuic hominum generi non nisi gravissimis de causis danda sunt, *c. facit. miles. 13. & c. seq. caus. 23. q. 5. Peck. d. c. 25. n. 5. Obr. d. c. 6. n. 49. in fin.* II. Apparitores eum, qui nec resistit, nec fugit, datâ operâ persecutientes, vulnerantes vel etiam occidentes, uti non rarò ab isthoc ex tribu levi descendente hominum genere *(vide Peck. c. 18. n. 3. vers. sednt apparitorum.)* fieri adsolet, dignas nequitiâ & scelere suo pœnas sentire debere, *ex. in d. c. miles 13. & c seq. 23. q. 5. Grammatic. decis. 41. in fin. Clar. d. q. 29. n. 1. vers. Debent etiam Peck. d. c. 25. n. 5.* (qui duo *post Amadeum*, seditionem, contra potestatem & satellitium, ex nimia ista licentia, quandoq; oriri notant, *accedit Farinac. d. l. n. 37. & seq. Menoch. d. cas. 578. n. 6. Obr. d. c. 6. n. 47.* III. Illos nec jam captum impune interficere, *facit c. 1. de homicid. Felin. c. quæ in Eccl. 7. col. 2. de constit. & in c. cum juramento. 4. de homicid. & ad eum remittens Boss. d. t. de capt. n. 14.* sicut nec aliis quempiam in manu eorum constitutum, quamvis Bannitus antea esset, occidere licet, *ut dictum sup. th. 119.* DEINDE, quod *initio hujus th.* dixi, non procedit sine justa causa: qualis est, si reus in flagranti crimine deprehendatur, quem non solùm sine jussu judicis prehendere, *Gail. l. obs. 54. n. 3. quo limitatur th. 200. circa pr. sup* sed & se defendentem, ne capiatur, impunè occidi constat, *Ioh. de Platea in l. 2. & Luc. de Penna in l. 1. & d. l. 2. col. fin. C. de desertorib. lib. 12. & in l. un. C. pub. latit. vers. cùm verò. col. 24. Torret. cons. 31. n. 12. & seq. Corn. cons. 312. col. pen. lib. 1.* ubi resistentes pro hostibus habet, *Moron. q. 33. n. 2. & 3. & q. 108. n. 25. & q. 123. n. 5.*) Quem enim injustè prehendi Apparitores sciunt, si is se defendat, quod leges permittunt, *per all. sup. th. 171. & th. 101.* impunè vulnerare vel occidere non possunt, *Amad. d. tr. de Syndicatu. nu. 101. Grammat. d. dec. 41. n. 2. & alii alleg. à Farinac. d. q. 32. n. 46. quibus addo Menoch. d. cas. 578. n. 4.* modò injustitia illa in culpa & facto ipsorum satellitum (putà sine mandato, *sup. th. 200.* in casu jure non permisso capientium, *Farinac. d. l. n. 35.* vel saltèm modum mandati excedentium, *sup. th 201. Farinac. d. l. n. 101.*) resideat: nam de injusto judicis mandato ipsorum non est cognoscere, ideoq; id ex officii necessitate exsequentes excusandi sunt, *ut post Clar. d. q. 29. & q. 60. nu. 16. vers. ex hoc. rectè docet Farinac. d. q. 32. n. 47.*

203. Pro principali verò limitatione eorum, quæ de Securitate Apparitorum huc-usque dixi, pro indubitato habendum est: quòd, sicuti Magistratibus extra territorium suum jus dicere & exsequi tutò non licet, *sup. th.* 172. ita nec apparitorum in exsequendo officio suo Securitas extra Magistratuum, quibus serviunt, territorium protendi, (quia culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti, *l.* 36. *D. de R. I. c.* 19. *eod. in* 6.) *facit l* 4. *C. de numerariis & actuar. & l.* 2. *C. de executorib. & exact. lib.* 12. *in terminis Peck. d. tr. de jur sist. c.* 17. *in pr. ubi n.* 1. *notat:* ejusmodi Nuncium seu Appatitorem vinculis mancipari & carcerem conjici posse, *arg. auth. causa qua. ubi Bl. in fin. C. de Episc. & Cler. ex Nov.* 79. *c.* 3. *ubi gl. in c.* 1. *& præcipuè Lud. Rom. in molle adire. 4. n.* 3. *vers. quin imò nedum. D. de A. H.* quod & Nuncio Cameræ in Brabantia aliquando contigisse refert *Gail. l. obs.* 56. *n.* 7.

204. Ex quo fit, ut in alieno territorio vix citationem verbalem sine periculo exequi possint, *vide tamen Bl. in l omnes*, 33. *§. executorib.* 5. *vers. verum si apparitor. C. de Episc & Cler. & post eum wurmbser. t.* 6. *obs.* 9. *& adde l.* 2. *ubi Goth. C. de off. pref. urb. & remissivè Michael. cons.* 144. *in fin.* Quocirca tutius fuerit hujusmodi in casibus vel literis uti requisitoriis, **Compaßbrieffe**/ quarum usus esse solet non in testib. solùm alterius provinciæ evocandis, *l.* 3. *in fin. D. de testib. Mynsi.* 3. *obs.* 40. *Ruland p. 2. lib. 1. c. 2. inf. & c.* 9. *n.* 7. *Farinac. q.* 77. eorúmve depositionis transmissione petenda, *l.* 7. *D. quemadm. testam. aper. & apertiùs in N.* 90. *c.* 50. *Goth. in l.* 15. *§.* 1. *D. de jud.* verùm etiam in evocandis reis, *l.* 12. *§. fin. D. de accusat. l.* 7. *D. de cust reor. l.* 1. *§.* 2. *in fi. D. de requir. reis. Nov.* 17. *c.* 14. *& Nov.* 134. *c.* 5. *& inde desumta auth. si verò. C. ad l. Iul. de adult. Goth. d. loc. Thyerry de fuga. n.* 15. ubi tamen hanc requisitionem de jure non necessariam putat, quia reus in loco delicti forum sortiatur ratione criminis, *auth. in qua prov. C. ubi de crim. agi op.* at de facto contrarium servari dicit.) *Gail. d. obs.* 56. *n.* 5. (Cæterùm Remissio sontium, *in l.* 6 *& d. l.* 7. *D de custod. reor. aliisq; alleg. textib. fundata*, ab usu recessit, *wesenb. parat. de requir. vel absentib. dam. n.* 5. *& præcipuè Gail. l. P. P.* 16. *n.* 30. *ubi plures allegat. vid. tamen th. seq.* & in sententia contra eos lata exsequenda, *Goth. in l. f D. de jurisd. & d. l.* 15. *§.* 1 *D. de rejud. & in l.* 13. *§.* 3. *C. de jud. & in d. N.* 134. *c.* 5. *ubi allegat Hartmann. 2. obs.* 1. *n.* 6. *vide omninò ab eodem alleg. Rebuff. in Ord. Reg. tom. 2. tit. de literis requisitoriis seu rogatoriis Covarr. pract. qq. c.* 11. *Adde Gail. 2. P. P.* 17. *n.* 31. *&* 35. Vel certè edictali citatione, *l.* 68. *& seqq. ubi Dd. D. de judic. junct. auth. qui semel. C. quomod. & quando judex. & præsertim d. l. §* 2. *D d. requir. & d. Nov.* 134. *c.* 5. *Goth. l.* 4. *§.* 6. *in verb. libellum. in fin. C. de damn. inf. citans Ias. cons.* 86. *vol.* 5 *& G. Pap. q.* 419. *quibus adde Gail. d. obs.* 56. *n.* 7. ubi hanc viam citandi per edictum, in locis alieno territorio finitimis omnium tutissimam, & à Camera quandoq; observatam esse notat: quò facit, quòd contra Reos in locis libertum tutumq; aditum non præbentibus consistentes citatio per edictum de jure fieri possit & soleat, *Clem. 3. de elect. Clem. 1. vers. quia verò. de judic. & Clem. unic. de foro comp. Br. in extravag. ad reprim. in verb per edictum. n.* 3. *Marant. p.* 6. *t. de citat. n.* 85. *Gail. 1. obs.* 57. *n.* 2. Non tamen videtur absona distinctio Br. *in d. l.* 1. *§.* 1. *D. de requir. reis. & in d. extravag.* dum verbalem cit. in al. territ. eidem P. superiori supposito de jure fieri posse dicit. (*vid. tamen l* 2. *C de off. Præf. urb. N* 53 *pr. &* c. 1. *&* 2. *N.* 69. *c.* 4. *& quæ statim dicam th. seq.* in peregrino secus, *sequitur Ias. l. ult. n.* 24. *D. de jurisd. inter alios allegans Oldrad. cons.* 88. *incip. Tertiò quæritur, quam distinctionem etiam attingit Goth. in l.* 33. *§.* 5. *vers. verùm si apparitor. C. de Episc. & Cler.*

205. Mul-

205. Multò minùs Apparitores in al. territ. sontes capere queunt, *arg. l. 3. §. 1. D. de adquir. rer. dom. l. 11. C. de servit. tex. in d. Nov. 69. c. 4. in princ.* (per quem tex. hoc fallit, si à superiore utriusq; territorii domino sacra pragmatica forma, causæ publicæ occasione procedens, extrahi quempiam concedat: atq; sic intelligendi sunt Dd. docentes; Apparitorem, quando extra territ. & jurisd. realiter citat, mandatum de capiendo exhibere teneri, alioquin ei resisti posse, *per l. 1. C. de mand. Princ. & præcipuè per l. prohibitum. 5. ubi Br. Bl. & Ang. C. de jur. fisc. lib. 10. Boer. q. 170. n. 2. in fin. & n. 3.* Si enim illud mandatum à superiori profectum non esset, ab alterius territorii domino non attenderetur, cùm par in parem non habeat imperium, *l. 3. in f. junct. l. 4. ff. de recept. arb. l. 13. §. 4. D. ad Treb. Schrad. de feud. p. 10. s. 1. n. 42. Gail. de Arrest. c. 4. n. 3. & propius ad terminos Goth. in d. l. 15. §. 1. ff. de re jud.) tex. in c. ex parte. 23. de V. S. gl. in l. quid si fugitivus. 17. §. item Cœlius. 13. in verb. abduci D. de ædil. ed. Br. in l. si cui. 7. §. cùm sacrilegium. ult. D. de accus. Ias. d. n. 24. Felin. c. f. col. 2. de for. comp. Boss. t. de capt. num. 34. Gail. 1. P. P. 16. n. 26.* Goth. tàmen *in all. l. 17. §. 13. D. de ædil. ed.* rectè limitat, si inter vicinas civitates pacta existent, quorum vigore abducere liceat. Quin & passim hodiè per literas rogatorias, *de quibus thes. præced.* in atrocioribus delictis, *d. l. 7. § fin. D. de accusat.* ubi exemplo opus est, *l. 6. in fin. D. de custod. reor. l. 6. §. 1. & l. 28. §. pen. D. de pœn.* impetratur Reorum remissio ad locum delicti. *suprà d. l. 7. D. de custod. reor. cum similib. th. præced. alleg.* verùm precariò & jure amicitiæ [illegible]nitatis atq; benevolentiæ, & quidem sub antigrapho sive literis Reversalibus Magistratus seu Domini remissionem petentis, **auff ein Revers oder Gegenbekant uß/ daß dem benachbarten Standt oder Oberkeit/ welche den Thäter folgen läßt/ solches an sein- oder jhrer Gerichtbar- vnd Bottmässigkeit in alle weg ohnschädlich vnd ohnabbrüchig seyn/ noch in einige gefährliche Consequentz gezogen werden solle/** *Gail. d. c. 16. n. 31. Harppr. §. 5. n. 19. l. de oblig. quæ ex delict. nasc.*

206. Quid si Apparitores de facto reos in al. territ. ceperint? De jure vicissim illicò dimittere eos tenentur, *Ias. loquens in Bannito d. l. f. n. 4. D. de jurisd. Magalott. tr. hic. p. 1. n. 66. & generaliter Boss. d. t. de capt. n. 34.* licèt in sui Magistratus territorio persequi eos cœpissent, *per not. Br. & Alex. in l. quod ait lex. 23. §. quod ait. ult. D. de adult. & expressiùs Bl. in add. ad Specul. de compet. jud. adeund. vers. sed pone, quòd malefactor. Idem Bl. & Florian. de S. Petro in l. sicut. 8. §. Aristo 5. D. si serv. vind. Salic. l. 2. C. de exhib. reor. Ang. de Aret. re malef. vers. quòd fama. Felin. & Aret. in d. c. f. col. 2. de for. comp. communem dixit Barbat. cons. 26. vol. 1. refert & sequitur Boss. d. n. 34. ubi & circa hanc q. remittit ad Ang. in verb. fama publ. vers. sextò quæro in materia capturæ. Bl. in cons. 154. vol. 1. & Alex. cons. 24. col. 2. 10. & seq. vol. 2. & cons. 75. col. fin. vol. 3. Ad idem Thyerry de fuga, n. 10. inquiens:* fugiẽtem de uno territorio in aliud pro familiam potestatis vel præpositi non posse capi. Ex causa tamen sontium fugientium persecutio & prehensio, **das Nacheylen vnd Haschen/** extra territ. permittitur, *arg. l. 5. §. 1. D. de A. R. D. d. l. 23. §. f. ubi Dd. & l. 25. §. 4. D. ad l. Iul. de adult. per Bl. in l. quicunq;. 4. C. de serv. fugit.* modò ibi, ubi capiuntur, **da sie nidergeworffen werden/** juri sistantur, *l. 1. C. ubi quis de curiali vel cohortali aliâve conditione conven.* sicut in pacis pub. violatoribus, *c. 1. §. 2. de pac. ten. & ejus viol. Ord. p. 2. t. 9. §. 1. ibi:* **Gegenwehr vnd Verfolgung.** *Mynsf. 2. obs. 28. Denays. t. 213. §. ult.* & specialiter in palantibus equitibus & peditibus grassatoribus prædonibus & latronibus constitutum legitur *in R. 1559. §.* **Vnd wiewol** *& seqq. p. 558. & seq. Gail. 1. P. P. 16. n. 25. & 26. Denays. d. t. 213. §. 8. Michael. concl. 145. lit. c.*

207. Imò

207. Imò ne ſupremi quidem Principis Apparitores in particularibus inferiorum territoriis ſemper abſq; ſuo malo exſequuntur: præſertim I. Si de commiſſione ſua in ſcriptis non doceant, *ſuprà d.l.1.C.de mand.Princ.& l.5.C.de jur.fiſc. Bl.c.cùm parati.de appell.Caſtr.conſ.254. alleg.à Moron. q.23. in fin.* mandatum eſſe neceſſarium docens, (*poſt Br.tamen conſ.27.tom.1.putat*: eorum dictis ſtandum, donec probetur contrarium. *Sich.in l.conſentaneum.5.C.quom.& quand.jud.Gall.1.obſ. 54.n 1.& ſeqq.vid.ſup.th.200.& th.205.in parentheſi.& confer l. ult.C.de ſportul.& Nov.8 c.12.§.1.* Viatorem tamen Regium literas Reg. as ſine literis requiſitorii exſequentem in carcerem detrudi non poſſe ſcribit Rebuff. *d.t de lit.requiſit.gl.3.n.32. verſ.non poterit*, & ita Burdegalæ pronunciatum refert Boër. *q.8 pr. recè laudatum à Peck.d.tract c.17.n.2.* quia, licèt Regis aut Regiæ Curiæ proceſſus & ſententiæ, cum juſſu ad inferiores judices directo, quem *Pareatis* vocant, exſecutioni mandari ſoleant, *Goth.in l.ult.D.de juriſd.& in l.15.§.1.D.de rejud.facit l.13.§.3.C.de judic.& Nov. 134 c.6. Bodin 3.de Rep c.6.* ea tamen judicum inſer. requiſitio non eſt neceſſaria, ut Apparitor Regius turò exſequi poſſit, *ſecundùm Bl.in d l.5.C de jur.fiſc.G.Pap q.246. Aufr.Tholoſ.deciſ.423. quos ſequitur Boer.d.q.8.n.5.& 9.* ob juriſd. univerſalem in particularibus inferiorum territoriis fundatam, *ut idem arguit n.3. & ſeqq.* Quæ ſi fortiori ad Apparitores Cæſareos accommodari poſſunt, ex majoritate modò dictæ rationis, *per dd ſup.th.38.* [illegible]teris tamen patibus, hoc eſt, citra ordinarium ac mediatarum juriſdictionum confuſionem, & ſalvis de non evocando privilegiis. *Am. Bull.t.11.Ord.Cam p.2.t.1.& t.26 princ.& eſt inter articulos Capitulationis Imperatoriæ.* II. Si temerariè ac perperam exequendo avariè exigendo, aliàſve intolerabiliter gravando, vel alii commiſſam poteſtatem uſurpando, officii ſui limites excedant, *per l.1.& 4.C.de numer.l.2.& 4.C.de execut.& exact.lib.12. cum aliis ter.all.ſup. th.201.* Poſſunt namq; Apparitores obſtam temeritatem detineri, & de culpa eorum ad ſuperiorem referri, qui vel repetet illos ac ad ſe tranſmiſſos puniet, *l.2.C.de off.Mag. milit.* vel non repetendo, aut non reſpondendo, aliúérve diſſimulando locum correctioni per inferiorem in illos ſuſcipiendæ faciet, *l.4 C. de off.rect.prov. ubi Ioh.Faber & poſt eum Imbert.Inſt forenſ.c.1. G.Pap.q.328. Chaſſ.in conſuet. Burg. Rub. l'amende de ſimple reſcouſſe.§.7.verb.l'amende.n 43.verſ. Quinta concluſio.quos allegat & ſequitur Peck.d.tr.de jur ſiſt.c.17.ubi n 3. ex Rebuffo* cautelam ponit pro Apparitore, ut exſecutioni temerariè & perperam factæ renunciet, ne ejus equus tenere poſſit.

208. *Sexiò*, Nunciorum inſpicienda eſt ſecuritas. Et de Nunciorum quidem, judicibus in exſecutione proceſſum &c. miniſtrantium, ſecuritate, ſub nomine Apparitorum ſufficienter egi: niſi quòd, quantum ad Nuncios Cameræ juratos attinet, hoc addendum: eorum in exſequendis Proceſſibus Cameralibus Securitatem atq; inviolabilitatem, per univerſum Imperium, & ſpecialiter quoq; in ipſis S.C. Maj. terris, ſpeciali ſuæ Maj. ut & in Electoralibus, Principatibus, Comitatibus, Baronatibus, & aliis quibuſcunq; juriſdictionis ac territoriis, cujuslibet Electoris, Principis, Comitis, Baronis &c. ſalvo-conductu & ſalva guardia munitam eſſe, *Ord. p.1.t.49.§.ſten.& antiq Ord.de Anno 1495.ſub.Rub.* **Der Botten und Notarien Gerechtigkeit betreffendt.** *p.21. Denayſ.t.57.§.4.* Contra cujus violatores eadem, quæ ſuprà n. 195. adversùs ſalvi conductus & ſalvæ guardiæ Commiſſariorum violatores monſtrata ſunt, remedia ſuppetunt: ut hoc loci iteratò ea inculcare ſupervacaneum ducam.

209. De

209. De cæteris Nunciis juratis, publicâ auctoritate & constitutis & amandatis quid habendum? Eadem propè circa eorum Securitatem, etsi non tàm eminentem, obtinent, quæ de Legatis suprà deducta sunt: quòd scil. & ipsos violare, lædere, spoliare nefas, & speciali eorum Securitate publicæ infestum: quòd injuria ipsis illata mittentes Principes vel Respubl. redundet. *gl. in c. olim Magister. 33. de off. delg. Ludens. de Legat. Princip. q. 19.* quòd pro Securitate eorum, præ vulgo viatorum, majore, nota eorum debeat esse qualitas, cui fini plerique omnes publicâ auctoritate concham gestant tabellariam, vulgò **Botten büchsen**/ aliúdve publici tabellariorum muneris signum vel documentum. Itemq; pro limitatione istius securitatis, quòd, si cognoscere velint, per viam rectam iter dirigere, *Br. in l. non solùm. 10. D. de excus. alg. à Rul. p. 1. de commiss. lib. 8. c. 8 n. 24.* in perferendis sibi concreditis & omninò expediendis sibi commissis, sedulos, cautos, fidos se se exhibere, ne, per socordiam, malitiam aut perfidiam suam, causam occasionémve damni vel periculi, sive mittenti, sive ei ad quem mittuntur, dent, aut concilient, *Confer l. 38. D. de noxal. act. l. 10. inf. cum 2. ll. seqq. & l. 20. D. commod. l. 22. §. 7. D. mandat. l. 14 §. 9. & ult. & l. 43. §. 1. D. de furt. l. 7. ubi Goth. C. eod. c. significante. 7. de pignorib. Gomez. tom. 2. V. R. c. 7.* cætera quoque candidi, probi atq; innoxii in itinere suo erga quosvis inveniri debeant: adeò, ut si per sermones incautè emissos, vel per inconstantiam, aliásve, manifestè suspectos se reddiderint, quòd instructio ipsorum, literæve, quas perferunt, in fraudem dimentiúmve tendant eorum, quorum oras peragrant, ad minimum detinere eos, percontari curiosiùs, literasq; penes ipsos inventas suspicioni obnoxias resignare liceat. *id quod Stephano Fabro scriba B. circa exitum An. 1538. in H. contigisse refert Sleid. lib. 11. comment. quod factum L. publicis postea scriptis accuratè defendit.*) nullus dubitem. Quamvis enim, qui literas alterius, etiam privatas, Nuncio aufert, furti, *l. 14. §. 3. D. de furt.* qui aperit, falsi teneatur, *arg. l. 1. §. 6. D. de fals. ex doctrina Br. in l. 2. D. illot. & in l. Titio. 36. n. 3. D. ad municip. Ias. l. admon. n. 150. D. de jure jur. Fr. Marc. q. 740. Rom. cons. 367 communem dicit Clar. §. falsum. n. 26. ubi Giacch. in addit. & Bayard. n. 201. & multis seqq. Bertazzol consil. 112.* prius tamen illud locum hîc invenire nequit, cum furtum sine animo affectuq; furandi, qui hîc abest, non committatur, *§. 7. in s. I. de obl. quæ ex del. nasc. l. 41. inf. D. ad l. Aq. l. 37. pr. D. de usucap. l. 25. in f. l. 39. l. 50. § 2. & l. 53. pr. ubi Goth. D. de furt.* posterius verò de ipso Nuncio literas fid. suæ commissas aperiente (*v. Decian. n. 9. c. 37. n. 11.*) & scribentis adversario illas ostendente omnes eruditi, *per l. 1. §. 6. D. ad l. Corn. de fals. l. 38. §. 9. D. de pœn. Dd. præ all. locis, & præcipuè Bayard. d. l. n. 205. & 218.* quò accedit, quòd in terminis nostris nullus possit adscribi dolus ei, qui suspicione justâ motus literas inspectas aperuit, & desigillavit salutis suæ causâ, *arg. l. 3. C. ad l. Corn. de sicar.* quia nedum justa ejusmodi causa, sed imò *ex communi* etiam injusta ac planè fatua & bestialis causa alioquin, saltèm in indifferentibus actibus & iis, qui sunt de genere permissorum, à dolo excusat, *l. 12. ff. de liber. caus. l. 1. §. f. ubi gl. D. de oblig. l. 14. C. ad l. Fab. de plag. gl. & Ias. l. un. §. f. n. 24. & seqq. D. si quis jus dic. non obtemp. Idem Ias. in l. si id quod. 22. D. de V. O. Felin. c. 1. circa f. de lit. contest. Clar. §. f. q. 60. n. 22. ubi Giacch. in addit. plures refert Decian. cons. 14. n. 47. vol. 3. V. C. Germ. tom. 1. cons. 14 n. 8. Cavalc. decis. 35. n. 12. p. 5.* (in iis, quæ sui naturâ sunt de genere prohibitorum, putà in delictis & omninò in iis, quæ contra bonos mores sunt, fateor injustam causam non excusare, sed dolum præsumi, *per l. 1. C. de fals. l. 5. C. de injur. ubi ita declarat Bl. n. 1. Salic. n. 2. & 3. & in l. dolum. 6. C. de dol. c. 1. ubi*

Cc. de rescript. Velpell. de pace, q. 48. *n.* 9. *Menoch. recup.* 9. *nu.* 21. *Gabr. t. de malef. concl.* 8. *Paris. cons.* 78. *n.* 2. *vol.* 4. *Honded. cons.* 35. *n.* 51. *vol.* 1. *wesenb. cons.* 33. *n.* 7. *p.* 1. *Gail.* 2. *obs.* 110. *nu.* 8. & 1. *P. P.* 7. *nu.* 13. & delinquentem, nisi per probabiles conjecturas contrarium doceatur, animo nocendi feciſſe cenſeri, *Tiraq. de pœn. cauſ.* 43. *n.* 9. præſertim ſi damnum alicui inferatur, ſine commodo inferentis, *Alex. conſ.* 174. *n.* 4. *lib.* 2. *conſ.* 9. *col.* 1. *lib.* 6. *Crav. conſ.* 35. *n.* 10.) Furtum autem, *ſup. all. l.* 50. §. 2. *D. de furt.* ſimiliterq; Falſi crimen ſine dolo non committitur, *l.* 20. *C. ad l. Cor. de falſ. Hoſt. in ſum. de crim. falſi.* §. 1. *Damhoud in prax. crim. c.* 122. *n.* 1. *Clar. d.* § *falſum. n.* 33. *Menoch. caſ.* 309. *n.* 1. & *ſeq. Pariſ. conſ.* 151. *n.* 28. *vol.* 4, *Natta conſ.* 314. *n.* 8. *Rim. conſ.* 83 *n.* 4. *vol.* 4. *Steph. Gratian. deciſ.* 116. *n.* 2.

210. Reſtat, ut *ſeptimò* & *poſtremò* de Notariorum ſeu Tabellionum, (*de quorum variis appellationibus vid. Roland.* & *Petr. de Vzola in tr. notularum. poſt pr. Ioh. Iac. Canem tr. de offic. tabell. c.* 1. & *quòd ſub apparitorum quoq; appellatione contineantur, probat l.* 6. *C. de exact. tribut. lib.* 10.) præſertim Inſtrumentalium, (nam de Notariis Principis, *ex ſuprà dictis de Conſiliariis*, de Notariis Actorum, *ex notatis ſuprà de Apparitoribus, vid. th.* 197. judicium ſumi poteſt: de Notariis verò Rationum nihil peculiare admodum ad propoſitum tradi poteſt, *vide iſtam diſtinct. Notariorum apud Canem d. l.* à ſummo Principe, [qui ſolus abſolutè loquendo primò & per ſe, virtute ſupremi imperii, *ut vult Innoc. Petr. de Vzol* & *Canis*, vel jure majorum regalium, *ut placet Dd. quos allegat* & *ſequitur Sixt. de regal. edit.* 1. *c.* 2. *n.* 25. *Obr. diſp. de regal. th.* 136. *Bocer. de regal. c.* 2. *n.* 161. Notarios cum pleno effectu creare poteſt, *per l.* 7. *ibi: manus ſanxerit principalis. C. de numer.* & *act. lib.* 12. *N.* 44. *c.* 1. *in f.* & *arg. l.* 1. *D. de off. ejus.* & *c.* 2. *de tranſlat. Prælat. Br. in l. nec ei.* 17. *D. de adopt. innoc. c. cùm P. tabellio.* & *ibi I. Andr. in gl.* 2. *de fid. inſtr. Spec. t. de inſtr. edit.* §. *Reſtat. verſ. ſed quis poteſt ſcire*, & 1. *de procuratorib.* §. *ratione autem formæ. verſ. item quòd non ſunt facti per manum publ. Canis d. tr. c. de cauſa Eff. qui tamen in medio ejus capitis viciſſim deflectit. Menoch. 2. præſumpt.* 78. *n.* 8. quia quòd tabellionum ſcripturæ adhibetur fides, §. 12. *I. de inutil. lib. ſtip. t. t. de fid. inſtrum. Nov.* 73. *præſertim c.* 7 §. 1. *Dd. in l.* 15. *C. de fid. Inſtr.* eſt quodammodò contra jus naturale, & ita reſtringendum, *Symphor. tom.* 3. *in verb. Notarius. p.* 235 *Vidè tamen contrà in arg. l.* 12. §. 1. *D. de jud. l.* 14. §. 3. *C. de SS. Eccleſ.* & *l.* 9. §. 1. *C. de defenſ. civ. junct. l. ù poteſt.* 18. *D. de A. H.* & *all ſup. th.* 146. *tex. in l.* 13. *C. de ſuſceptor. rib.* & *l.* 3. *C. de tabulariis, lib.* 10. *d. N.* 44. *c.* 1. §. *pen.* & *ult. Purpurat ad d. l.* 1. *n.* 387. *cum ſeq. D. de off. ejus.* & *alios Dd. alleg. à Cane* & *Pet. de Vzol. dd. tract. Oldrad. conſ.* 75. & *alios alleg. à Boer. d.* 242. *n.* 2. *Vide etiam Obr. d. diſp. th.* 139. *Rul. p.* 2. *de commiſſ. lib.* 5. *c.* 4. *n.* 20. & *multis ſeqq.* Quorum illi quibuſvis etiam ſuperiorem recognoſcentibus Principibus, aliisq; dominis territoriorum particularium, rectoribus provinciarum, & Civitatibus aliisq; Univerſitatibus: hi iis ſaltem, quibus regalia majora à Principe communicata ſunt, eam poteſtatem tribuunt: utut ſit, horum tamen officium, ejuſq; exercendi ſecuritas, ut & firmitas, extra territorium creantis ſe non extendit, *arg. l. l.* §. 4. *in f.* & *l. f. D. de off. Præf. urb. cum ſimilib. all. ſup. th.* 172. *Roland. d. tr notularum. c.* 1. §. *ad ſecundum. ibi: ultrà verò non. Vzola, Canis* & *Cnauſt. in tr. Notar. Obr. d. diſp. th.* 140.] maximè à Papa vel Imperatore, (nam, licet alii quoq; Principes ſuperiorem, ſaltèm de facto, *vid. Michael. concl.* 21. *lit.* b. non recognoſcentes, in ſuis quoq; Regnis Notarios creare poſſint, *per not. Cc. in c. venerabilem, qui fil. ſint legit.* & *Dd. ſup. alleg.* horum tamen munus extra ea Regna elumbe eſt, ſicq; in Imperio noſtro in nullo habeatur.

habetur nnmero, *per antè deducta.*) Comitibûs ve Palatinis, Pontificiâ Cæsareâ ve auctoritate Notarios creandi pollentibus, *(Vzol. Canis & Cnauſt. dd. locis, Oldrad. conſ. 71. Symph. tom. 3. in verb. Notarius. p. 235.)* creatorum ſecuritate ſtrictim aliquid attingam.

111. Fundamentum hujus ſecuritatis formaliter in qualitate Notariorum conſiſtit, cùm ſint perſonæ publicæ, *l. 18. D. de adopt. l. 1. §. 15. D. de Magiſtrat. conven. l. 2. in f. ubi Goth. D. rem pup. ſalv. for. l. 32. C. de Epiſc. & Cler. l. 3. C. de tabular. lib. 10. Nov. 44. c. 1. in f. c. quanquam. ubi gl. in verb. ſervo publico, de uſur. in 6. Specul. t. de fid. inſtr. §. Tertiò. Canu d. tr. c. ult. verſ. Quartum privilegium. Conn. 2. comm. 2. Mandoſ. de monitoriis, q. 55. n. 7. Rosbach. prax. civ. t. 8. de actuario, tabell. vel Notar. n. 1. Gravat. ad Voſtrium lib. 2. c. ult.* & judices chartularii, *l. pen. C. de SS. Eccleſ. l. 1. §. 6. in f. C. de off. P. P. Aſr. l. 10. C. ubi cauſ. fiſc. l. 1. & 2. C. de propoſ. ag. in reb. l. 10. & ult. C. denumer. actuar. & chartul. lib. 12 facit l. 1. & ibi gl. D. de jud. quam ad hoc allegat Sich. in l. f. n. 15. C. de edict. D. Hadr. toll. plures allegat Tiraq. tract. de jure conſtituti. limit. 30. n. 28. laudatus à Menoch. 2. præſumt. 78. n. 1. Coler. p. 1. c. 3. n. 17.* Originaliter verò à Majeſtate creantis fluit: eò quòd Notariatus officium ab Imperiali culmine ſuum extraxit principium, cujus beneficio Notarius perſona eſt privilegiata ad negotia hominum authenticè conficienda, *juxta Rolandin. d. tr. notular. c. 1. & faciunt, qua in honorem Notariorum congeſſit Chaſſ. catal. gl. mund. p. 1. conſid. 19. f. 222.*

112. Eâ ſecuritate turò ut fruantur ſuo in munere Notarii, 1. de qualitate Notariatus, cùm naturalis non ſit, adeoq; non præſumatur, *ne quidem de præſenti in præteritum, Alex. conſ. 57. n. 5. vol. 7.* (niſi de ea ex longa Notariatus quaſi poſſeſſione ſeu diuturno exercitio publicè jam conſtet, *arg. l. Barbarius. 3. ubi Br. D. de off. Prætor. l. 3. pr. D. ad SC. Maced. c. 6 de fid. inſtr. c. 24. de ſent. & re jud. Addit. ad Br. in l. 3. n. 2. C. de tabular. lib. 10. Ang. in auth. de tabellion. ver. ſufficiat. Innoc. & Andr. c. 1. de fid. inſtr. Bl. conſ. 319. quia plenisſimè, vol. 1. Fulgoſ. conſ. egregius miles. 115. Bonus de Curtili de nobilit. p. 3. n. 163. Coler. p. 4. c. 1. n. 140.*) ſed probanda ſit, *arg. l. 16. C. de probat. Specul. t. de inſtrum. edit. §. reſtat videre. col. 8. & 13. Vzol. ad tr. notul. Rol. in q. quis poſſit tabell. creare, inſ. Mon. d. lib. 2. præſ. 78. n. 2. Oldrad. conſ. 227. col. 2. in f. Crav. alios quoq; referens de antiq. temp. p. 3. n. 18. & conſ. 522. n. 4. Ioſ. Ludov. p. 2. deciſ. 115.* (præſertim quando perſona Notarii eſt de longinquo, aut alioquin ignota: quo caſu requiſitas à jure circumſtantias, circa perſonam & officium Notarii, probari debere, nec aliàs fidem ei, ejuſve inſtrumento adhibere quemquam teneri probat, *c. 1. de Clericis peregrin. adhuc all. à Sich. in l comparationes. n. 13. C. de fid. inſtr. latè Alex. ab Imol. conſ. 166. incip. Viſo puncto. n. 2. & 3. quem allegat & ſequitur Coler. d. p. 4. c. 1. n. 138. in f.* parte tamen non opponente aut excipiente judicem non debere urgere probationem Notariatus literæ & ſigni tradit Boër. *all. d. 242. circa fin. Ægid. Bellam. deciſ. 540.*) docere debent: quod facient omnium firmiſſimè per productionem privilegii in forma publica ipſis dati ab habente poteſtatem creandi tabelliones, ſeu per editionem literarum teſtimonialium, quòd ſint Notarii, & quidem legales, *ut ex Br. in d. l. comparationes, num. 13. C. de fid. inſtr. probat Coler. d. l. n. 139. ad idem Boer. deciſ. 154. num. 4. Menoch. d. præſ. 78. in fin. Maſcard. concl. 1093. n. 5. & ſeqq. Adde Ord. Cam. p. 1. t. 39. in pr.* Ferrar. *in forma oppon. contra inſtr. in verb. nec eſt pub. & authenticus Notarius, nu. 2. ubi ex Boer.* docet: ſuper hac probatione ſufficere literas teſtimoniales ipſius Officialis vel Rectoris, ſub cujus juriſd. habitat Notarius. *Adde etiam Noe Meurer.* Cammergerichts

Proceß *p.10.f.240.ubi formam documenti legalitatis ponit.* Ex matricula quoq; Notariorum præsumi Notarium tradit Menoch. *d.præs.78.n.3.&4.* Vide omninò de probatione Notariatus, *Bl.in l.f.C.de SS.Eccl.& in l.f.C.de fid.instr. Inn.& Cc.in c. veniens.de V.S. Ang.cons.138.all.in addit.ad Ferrar.d.loc. Affl.decis.251.num.1.& seqq. Vzol.eleganter & distinctè ad Rolandin.d.tr.notul.q.sed quomodo probatur quòd tabellio. Canis d.tr.de off.tabell.c.de prærogativis, emolum.& privil.Notarior.in pr. Menoch.d. præs.78.*

213. Flagitatur II. ut de impertiendo officio suo fuerint requisiti. *Nov.44. c.1.nos autem.ubi gl.Spec.d.t.de instr.edit.§.breviter, vers sed pone.& ibi Bl.in addit. vers.Notarius intelligitur &c.& post hos Noe Meurer* in seiner Librarey *p.1.t.* von den offenen Notarien. *f.68. Goth.in auth si quis.C.de edend. Affl. decis.245.n.8.& 317.nu. 4. Rol.à Vall.cons.38.n.4.& cons.44.n.25.32.33.43.vol.1.* Quare istud invitis obtrudere non possunt: siquidem potestatem terrendi non habent, *arg.l.239.§.pen.D.de V.S.* cùm judices chartularii sint sine territorio, *Io.de Montaigny de Parlament.cum addit. Boer.p.1.§.Secundò facit.n.6.* & chartularia eorum jurisdictio omni Magistratuum jurisdictione minor sit, & ideò à contentiosa ac voluntaria istorum jurisdictione, propriè loquendo, discriminetur, *Symphor.tom.3.verb.Privilegium.p.275.* eodemq; res recideret, etiamsi tabellionum actus voluntariæ esse jurisdictionis fateter, *cum Sich.in d.l.fin.n.15.C.de edict D.Hadr.toll. Boer.d.decis.242.n.1. Gail.2.obs.71.in fin.* Illud econtrà indubitatum: quod Notarii requirentibus cogantur officium suum impartiri, alioquin puniantur, *per text.egregium & singularem in l.9.§.1.C.de defens. civ. arg.l.pen.C.de postul. Dec.in l.invitus.n.4.D.de R.I. alios allegat Mandos.de unic. riis d.q.55.n.6. Accedit Boer.& Affl.locis relatis per Chass. Rubr.1.§.6.verb. Missiuari & sergens.n.48. Denayf.1.196.§.9.ubi vid.exception.*

214. Requiritur III. ut de commissione sibi facta doceant, cùm ipsorum adsertioni de ea non stetur, *arg.l.1.C.de mand. Princ. junct.l.6.C.de exactorib.trib.lib. 10. Bl.cons.63.solum.vol.5. Alex.cons.212.nu.18.vol.6. Affl.decis.317.n.2. vers.contrarium. Gravat.ad Vestr.lib.6.c.2.n.48.* etiamsi commissionis tenorem, non citrà sc. parte, inseruerint, *Abb.c.Abbate.col.2. de V.S. Bertrand.cons.4.col.1.lib.2. Mor.q.23. n.2.* Imò secundùm quosdam nec aliàs rogati præsumuntur, *Goth.in l.ad fidem.11.D. de testib. communem dicit Castr.in l.heredes.§.in testamentis. D. qui test fac.poss.* Derogatu tamen in instrumento inter partes confecto testantibus credi omnes volunt, *Innoc.& alii c.1.de fid.instr. Alex.cons.110.circa fin.& cons.152.all.ab Affl. decis.245.n. 9. Io.Iac.Canis d.tr.in c.de 4. requisitu in notario instr.* Imò &, si Notarius instrumentum facti seriem rectè explicatam continens publicet & parti communicet, (secundum jure instrumenta exhibere & communicare cogitur, imò ut exhibeat, licitè arrestatur, *secundum Peck.de jur.sist.c.4.n.12.* quod pro IV. requisito observari potest, si cèt nulla inibi factæ rogationis expressa fiat mentio, rogatum illam præsumi tradunt *Dd in l.sciendum.30.D.de V.O. & in auth.rogati.C.de testib. Sich.in l.1.n.8.C.de contr.& com.sup. Dd.& rationes in utramq; partem allegat Canis d.loc.*

215. Commemorata requisita observantes Notarii ob publicam, quâ pollent, à Principe sibi concessam auctoritatem, in exercitio ne officii sui à nemine impediri, molestari, offendi, ullâve injuriâ aut damno affici, detineriq; non debent: contrà facientes privilegiatam eorum securitatem violant, eademq; adversùs sepe nata expectant remedia, quæ in violatores Commissariorum, *sup.th.195.* suppetere dixi-

dicinam & Notariis munere potestateq; suâ perfungentibus illata injuria, in Principem, qui eis id munus demandavit, potestatemq; illam dedit, redundet necesse est, *pro ura suprà ad Commissarios, & Apparitores applicata.* Et in specie Notarii processus Camerales exsequentes (in quibus novum accedit requisitum, quia ut legitimè processus istos exsequi possint, seq; exsequantur securiùs, in Camera immatriculari sint, oportet, *Ord. Cam. p. 1. t. 39. pr. Old. in topic. legalib. in loc. ab instrumentis ad infractionem, f. 92. Mynſ. 1. obſ. 78. & 2. obſ. 18. Gail. 1. obſ. 54. n. 6.* quod introductum puto, quia & aliàs de immatriculatorũ Notariorum fide minùs dubitatur, *Dec in l. in ambiguis. §. non est novum. n. 6. D. de R. I. Pariſ. conſ. 28. n. 49.*) id muneris sub eodem privilegiato salvo conductu & salva-guardia, suo quo & quâ Nuncii Cameræ jurati, *sup. th. 208.* obeunt, *per tex. ibi alleg. Ordin. p. 1. t. 49. §. pen.* Et contra securitatis Notariorum in Camera immatriculatorum violatores supplicari pro citatione ad vid. sc. incidisse in pœnam **des Geleitbruchs**/ patet *ex Symph. tom. 4. p. 2. suppl. 82. p. 90.*

216. Sed &; quousq; se extendat Notariorum securitas; videndum est. Ubi tradunt, actus Notariorum à Papa creatorum sustineri in terris Imperii, & vicissim Cæsareorum Tabellionum actus valere in terris Ecclesiæ, arg. ducto à legitimatione unius effectum habente in terris alterius. *per c. per venerabilem, & ibi Cc. qui fil. sint legit. Canis d. tr. c. de causa Eff.* sicut etiam utrumlibet, putà Pap. & Imp. honores temporales, veluti Militiam & Doctoratum, per totum orbem valituros conferre posse tenet *gl. in d. c. quam ibi omnes sequuntur, ut refert Canis d. l.* cùm per istos actus legitimos nemini fiat præjudicium, imò omnibus provideatur, *arg. l. 3. §. 2. in f. D. de decur. l. 1. C. de SS. Eccl* & uterq; habeat jurisdictionem in terris alterius & ubiq; saltem aptitudine seu habitudine, ut de Imperatore patet *per jur. all. sup. th. 38.* de Papa idem probari videtur *per d. c. per venerab. verſ. Rationibus igitur & Clem. pastoralis. de sent. & re jud. quam ad hoc allegat Canis d. l.* Vide tamen contra jurisdict. Papæ secularem Michaël. *concl. 5. & ibi alleg.* &, quòd Papa non possit creare Notarios exercituros officium suum in terris Imperii, nisi quantum ad actus spirituales, eò quòd *contra c. novit. de jud.* falcem in messem mitteret alienam, *tenet gl. Bernardi relata à Cane d. loc. & ad idem alios videre licet all. à Boer. d. q. 242. n. 3. & faciunt, quæ habet Michael concl. 13. lit. g.* Et ajunt: in Camera exstare præjudicia contraria, quibus processus Appellationis ad prolata ejus interpositæ instrumenta per Notarios Apostolicos, uti vocant, erecta modò decreti, modò decreti, modò denegati fuerint. Utut de istis sit: Notarios certè Cæsareos ubiq; locorum tutò & cum effectu instrumenta conficere posse, apud plerosq; indubium est, *Vzol. Canis, Cnaust. dd. loc. Gail. & ab eo all. 2. obſ. 71. n. 12.* (ubi ex eo id arguit, quòd voluntariæ sit jurisdict. quod arg. stringet, si consideremus, Dd. universalem orbis totius jurisd. Imperatori detrahentes solùm dicere: Imperatorem controversiam jurisd. extra territorium exercere non posse, *ut Rel. à Vall. conſ. 88. nu. 5. vol. 1. all. à Goth. ad l. 1. C. de sum. Trin.*) *Obr. d. disp. de regal. th. 140.* Idq; Uyol. & Cnaust. tùm quoad ab ipso Imp. tùm quoad à Com. P. (modò hi non speciale pro certis tantùm locis Notar. creandi, sed generale habuissent privilegium,) creatos Notarios, etiam in Gallia, Anglia, ipsisq; Hispaniis procedere declarant. Verùm in Galliis Ordinationem Regiam obstare monet Boër. *d. q. 242. n. 4.* utipariter in Ducatu Sabaudiæ non procedere indicat idem *ex Io. de Grassis in tr. de substantia procuratorii, in verb. & juratus domini nostri Ducis:* quod in Notariis à Comitibus Palatinus creatis facilè admiserim, cùm illic isti Comites ex decreto Max-

Imperatoris nulla habeant auctoritatem, *teste Tessauro decis. 69. n. 1.* sicut & in Gallia contra Comitem Pal. qui ad creationem Notariorum ibi processerat, arrestum Tholosæ publicatum refert Boër. *n. [illegible] vers. & simile*, qui & *sub eod. n. 4.* tradit: Ordinationes & statuta locorum, disponentia circa Notarios forenses, ne instrumenta subditorum recipiant, servanda esse, *post Cornel. cons. 22 [illegible] 4.*

217. Imò, quòd etiam, citra speciales istiusmodi Ordinationes, Notarii extra territorium eorum, à quibus, quorumve auctoritate creati sunt, actus officii sui tutò ac validè exercere non possint, sentienti rationes non deerunt. Nam I. ipse Dominus vel Princeps, qui Notarium creavit, extra territ. suum jurisd. exercere non potest, *l. fin. D. de jurisd. c. novit. de judic. c. 2. de const in 6.* ne quidem voluntarium, *Cujac. in d. l. fin. & post eum Michael. concl. 145. (Diff. Chass. Rub. 9. des mains morte. § 16. in verb. va de meurer. n. 3. & Dd. comm. per l. 36. § 1 D. de adopt. l. 2. D. de off. proconf. l. 39. § 8. D. de admin. tut. l. 11. § 4. l. 12. § 2. l. 19. l. 21. § pen. l. 42 & l. f. § f. D. de excus. tut. l. 7. § 12. D. de reb. eor. l. 15. § ult. D. de manum. vind. (à quo tex. quod miror, devitavit post Cuj. Michael. concl. 123. lit. c. & d. concl. 145. lit d.) l. 100. D. de solut. l. 2. & 11. C. de excus. tut.* Ergo in Notarium, qui ipsius auctoritate nititur, *Nov. 44. c. 1. in f.* nihil tale transferre potuit, *l. 20. D. de A. R. D. l. 54. de R. I. c. 79. eod. in 6* II. Notarius extra regionem, ubi & pro quâ (*arg. l. 27. in pr. D. de tut. & cur. dat.*) creatus est, pro tali non habetur, nec alterius regionis Notariorum officium invadere debet, *arg. l. 51. D. de adm. tut. l. 3. § 7. D. jud. sol. bonus tex. in l. 10. in f. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. & in Nov. 20. c. 1. & seqq* præsertim cùm Notariorum alterius territorii intersit, ne alienigenæ ipsorum commoda aucupentur, *per d. l. 10. C. de prox. sacr. scrin. & l. 4. C. de numer. actuar. & chartual. lib. 12.* & judices quoq; pro tuendâ jurisd. sua Notarios alienigenas istiusmodi actibus prohibere possint, *Vzol. supr. d. q. vers. Alii dicunt.* III. Alias quoque unus non debet usurpare officium alterius, *l. 41. C. de Episc. & Cler. l. 23. C. de iniff. eff.* & habens officium, si ultra ipsum suas vires extendat, punitur, *l. 63. & 65. C. de decur. lib. 10. tex. q. in term. in d. l. 4. C. de numer. l. 2. ubi gl. singularis. C. de execut. & exact. eod. lib. 12. Atq; ita sentiunt Guil. de Cun. Bl. & Raph. Fulgos. in l. repetita. 41. C. de Epis. & Cler. quos all. & sequitur Can. d. tr. c. restrictio auctoritatis Notarior. vers. non potest quisque Notarius. Eandemq; sent. tenuerunt Host. Ant. de Butr. & Abb. Siculus in c. cùm P. tabello. de fid. instr. idem But. c. sicut. 8. ne Cler. vel mon. secul. neg. se imm. exemplo legitimationis extra jurisd. legitimantis effectum non habentis, per not. Cc. in c. per venerab. 13. qui fil. sint leg. & aliorum relatorum à Boer. d. q. 242. n 3.* Diff. *circa q. Dd. all. ab eod. Boer. n. 1.* quorum opinio est communior, *fatente eod. n. 4. & videtur etiam probari ab Aff. decis. 251. pr. (vid. tamen eund. in Const. regni Neap. t. de fid. instr. n. 21. & seq. all. à Boer. d. n. 4.)* ac hisce potissimùm rationibus nititur: I. Quòd creatio tabellionum, ut & ipsa tabellionum actus sint voluntariæ jurisd. *Canis d. tr. c. de caus. Eff. Sich. sup. d. l. f. n 15. C. de edict. D. Hadr. toll. Boer. d. n. 1. Gail. 2. obs. 71. in f.* ideoq; extra territorium fieri possunt, *per tex. sup. ad nostram rat. 1. in diff. alleg.* II. Quòd de consensu partium expresso & non erroneo, jurisdictio creantis, *l. 1. & 2. & l. 52 pr. D. de jud. l. 1. C. eod. & præsertim per l. 1. ubi Salic. C. de emancip. lib. Canis d. c. de causa Eff.* & potestas Notarii (præsertim cùm illic solùm agi videatur de præjudicio ipsorum prorogantium, *per N. 44. c. 1. & Dd. adductos à Boer. d. n. 1.*) prorogari possit, *per dd. ll. Vzol. suprà d. q. vers. sunt etiam quidam. Boer. d. n. 1.* quamvis officium Notarii prorogabile non esse censeat Canis *d. c. restrictio auctoritatis Notarior. per doctr. Br. in l. non aliter 18. D. de adopt. & l. 1. C. de sum. Tr. & Bl. l. si non speciali. 9. C. de testam.*

218. Il-

218. Illud non diffiteor: Notarii [illegible] in al. territ. sustineri, si vel publica inter diversarum jurisdict. Dominos conventio, *arg. l. 7. §. 1. D. de capt.* vel eorum, in quorum jurisdictione eos exerceri contingit, patientia, *Vzol. d. loc.* vel regionis consuetudo ita ferat, *text. in c. 9. de fid. instr. Vzol. d. l. Boer. d. n. 1.* (ubi consuetudinem in talibus multùm sustentari monet,) vel instrumentum sit confectum inter subditos illius territorii, ubi creatus est Notarius, *Felin. in d. c. cùm P. q. 14.* (qui *q. 15.* inter non subditos ejus loci contrarium tenet) *de fid. instr. & alii all. à Boer. d. loc. n. 2.* vel saltèm à partibus nihil contrà sit oppositum, *arg. l. 18. C. de probat. & l. 14. C. de contr. & com. fip.* atq; hoc casu Notarii Imperialis instrumento in Gallia standum fatetur Boër. *d. q. 242. ante fin. vers. Adverte.* Neq; etiam inficias eo: instrumenta intra metas jurisdictionis à legali Notario confecta etiam alibi fidem inter illius jurisd. homines aut alios, inter quos confecta sunt, alibi litigantes facere; postquam tamen constat, ea per talem confecta fuisse, (*vid. sup. th. 112.*) *Vzol. d. l. arg. traditorum à Mynſ. 4. obſ. 82. & Gail. 2. obſ. 123.*

219. *Deniq;* sciendum: privilegiatum Notariorum Securitatem hereditariam non esse, sed cum persona extingui, cùm officium tabellionatus ad heredes non transmittatur, *Moron. de fid. treug. & pac. q. 62. n. 3.* sicut, & privilegium creandi Notarios regulariter cum persona extinguitur, *arg. l. 68. & 196 D. de R. I. & c. 7. eod. in 6.* Quandoq; tamen nominatim etiam filiis aut ulterioribus, rarissimè toti alicui familiæ hoc conceditur: sicut Br. (quem à Car. IV. Comitem Palatinum creatum refert etiam Sixt. *de regal. c. 2. n. 23. & alii alibi.*) de se & suis descendentib. testatur *in suo tr. de testib.* & in Italia familiam exstare ajunt, quæ ab Impp. Græcis istud privilegium & quidem post transactionem à Carolo Magno cum Irene, & postea cum Nicephoro super divisione Imperii Orientis & Occidentis factam obtinuerit, & in hodiernum usque diem teneat. Verùm, an Notarii ab aliquo ex ista familia creati in hoc Occidentis Imperio officium suum securè & validè exerceant, non immeritò addubites: eò quòd, prædictam transactionem ea lege: ut alter Imperator Orientis, alter Occidentis Princeps esset, neutriq; in alterius ditiones quicquam juris remaneret: factam fuisse *ex Platin. Egnat. & Sabell.* commemoret Arnisæ. *lib. 1. de jur. Majest. c. 2. n. 4.* Atq; hæc etiam de Securitate personarum ministeriali potestate publica fungentium.

Classis III.

De Securitate Legali personarum dignitatem potestate publicâ expertem habentium.

220. Accedo nunc ad Securitatem, quæ personis dignitatem potestate publica expertem habentibus: & *Primò* quidem eam, quæ Ecclesiasticis personis (nam quòd hæ, qua tales sunt, potestate pub. careant, certum est, *Matth. 20. v. 26. Marc. 10. v. 43. Luc. 22. v. 26. vid. t. t. C. de Episc. aud. dist. 96. & 99. in jur. Can.* jamdudum tamen passim invaluit, ut utraq; qualitas in eadem persona concurrat, sicq; una persona duarum vice, *quod difficile est, l. 9. D. de pact. l. 13. §. 4. D. ad Trebell. vid. tamen l. 59. in fin. d. t. ad Treb.* fungatur, *per not. Everh. in loc. à tanquam sive respect. & passim.* Dd. de cujus Securitate ideò intuitu potestatis Politicæ, qua pollet, ex dictis

suprà

suprà class. 1. judicium fieri poterit,) præcip[illegible] inire competit. Fundamentum hujus Securitatis principale lege divina locatum est: quia, cùm præpotentis Dei ad homines Legati sint, 2. *Cor.* 5. *c.* 2. *dist.* 94. quos idem O. M. tangere & severissimè vetat, *Psalm.* 104. ideò, quæ ipsis fiunt, sibi fieri passim ille suo in verbo declaravit, & facinora in eos sacrilega manu patrata, contumeliasq; ipsis illatas nunquam non gravissimè vindicat, uti Sacræ & profanæ historiæ ubiq; proloquuntur. Eadem Sacerdotum inviolabilitas, si non honori personarum, certè majestati Dei, cujus sacris vacare sacerdotes oportet, *l.* 32. § 4. *D. de arbit.* debita, & intuitu reverentiæ religioni exhibendæ custodienda, *l.* 18. *D. de procur. l.* 36. *pr. D. de fideic. libertat. l. pen. in fin. D. de vac. & excus. mun. l.* 33. *C. de Episc. & Cleric.* apud omnes peræquè gentes naturalis instinctu rationis, *arg. l.* 1. § *fin. junct. l.* 2. *D. de l. & l.* constituta videtur: Quis enim est homo tantæ violentiæ, ut sacerdotem violare audeat: *ait Plaut. in Trinum.* de præsidio juris Civilis, ut & Canonici (quo presbyteros & monachos nominatim congruâ lætari securitate debere decernitur, *c. fin. de treug. & pace.*) per statim dicendâ constabit. Insuper quoq; in speciali salva-guardia & protectione Principis esse solent, ut de Ecclesiasticis in Gallia, quod in salva-guardia sint Regis, testatur Boer. *d.* 207. *n.* 7. de Ecclesiasticorum verò in Germania nostra, Ordinumq; eis adsimilati solitorum Cæsarea salva-guardia, è numerosis privilegiorum magna ex parte Cameræ Imperialibus insinuatorum duplomatibus, intuenti liquet: *de cujusmodi privilegiata Salva-guardia natura, requisitis & effectibus infrà c.* 10.

221. Isti Ecclesiasticorum Securitati adscribendum est, quòd, dum sacra faciunt, in jus vocari non possunt, *l.* 2 *ff. de in jus voc. facit. l.* 10. *C. de Episc. & Cler.* (quod *aliàs possunt, ostendit d. l.* 33. *pr. C.* jam *d. t.*) quòd arrestari tantò fortius capi (a Laicis sub pœna excommunicationis, *c.* 11. & 29 *de sent. excomm.*) nequeunt regulariter, G. *Pap. q.* 81. *Boer. decis.* 349. *n.* 11. *Peck. de jur. sist. ed. vet. c.* 4. *n.* 11 *ubi limitat. Coler. p. 2. n.* 158. *& seqq. ubi n.* 160. *itidem limitat. Farinac. q.* 27 *n.* 7. *& seqq.* & omninò corpora ipsorum jure cùm divino tùm humano, *per dd. th. præced.* sacrosancta & ab omni offensione immunia esse debent. Unde, qui Clericum pulsat, sacrilegus dicitur, *d. l.* 10. *C. de Episc. & Cler.* (ubi, si in actione & loco sacro offendat, capitalem expectat sententiam) *c.* 29. *caus.* 17. *q.* 4. excommunicatur, *c.* 5 29. *& passim. de sentent. excom.* & quidem eo ipso, dum impias Clerico infert manus, præter pœnas politicas, (circa quas si seculares judices justitiam denegaverint, Clerici malefactores suos ad suum judicem trahunt, *c.* 8. *de for. compet.*) in canonem latæ sententiæ incidit, *c.* 14. *de sentent. excommunic.* (quod personale Clericorum privilegium de jure humano tantùm esse, & in hoc omnes consentire, nec se reperisse contradicentem, *ait Everhard. loc.* 11. *à veri simili, n.* 8.) & Civitati, quæ præsules suos interemit, Episcopalis dignitas detrahitur, *text. singul. in c. ult.* 25. *q* 2. Atque omninò injuria Clerico illata, propter officium & potestatem spiritualem, atrox existimatur, *d. l.* 10. *C. de Episc. & Cler.* ut in Episcopo & Abbate decidit *Fr. Marc. q* 905. *n.* 3. *p* 1. *quem allegat & sequitur Menoch. cas.* 261. *n.* 9. *inf.* Imò ea personarum Ecclesiasticarum est inviolabilitas, ut in bello quoque turæ esse debeant, *Petr. Bell. de re milit. p.* 2. *t.* 9. *nu.* 4. sicut & Imp. Frider. III. placuit: **Daß in offenen Pähden alle Geistliche Leuth sicher seyn / vnd nicht beschädiget werden sollen. Reformation zu Franckfurt / tit. Wer in offenen Pähden gefreyt seyn soll. p.** 17. & 18. & in novis Constit. Imp. ràm equitibus quàm peditibus injungitur, **Priester vnd Prediger / die auff keiner Wehr befunden werden /** nicht

vñt zu todten/bey straaff leibs vnd lebens. Reuterbestallung *art.* 70. *p.* 679. Fußbestallung/*art.* 54. *p.* 690. & honor Ecclesiasticorum tutus præstari debet á convitiis, quæ in blasphemiis contra homines factis, quas Justin. Imp. impunitas non retinquiait, recenset Goth. *in Nov.* 77. *c.* 1. § 1. *per t.t.* & *Dd sacros ibi all.* Quæ omnia tamen procedunt, dummodo Ecclesiasticirebus divinis, uti patet, vacent: vacantes enim á divinis officiis Ecclesiast. eorum privilegiis non gaudent, *l.* 42. § *pen.* & *l.* 52. *ff. de Episc.* & *Cler. text. elegans in c. ult. de rescript. in* 6 *ad hoc all. ab Old. de iure sing. 1. de privil. Profess.* & *stud. fall.* 2. *in f.* 10. *n.* 1 *oper. p.* 493. Tamdiu, inquam, gaudent privilegiis, quamdiu servant ea, quæ suæ sunt professionis, *Abbate.* 25. *de V. S.* & ordinis eminentiam vitæ ornant innocentiâ, *Auct. sup. all. lib. de Legat.* Cessant ergo isthæc privilegia, si Clericatum deserant, *N.* 57. & *c.* 1. *de Apost.* & ab Ecclesiæ unitate discedentes, eamq; perturbãtes á seculari potestate coërcentur, *c.* 44. 33. *q.* 5. cessant, si negociis secularib. (quorum tamen peritiam habere debent, ut suâ tutelâ Ecclesias servent indemnes, *dist.* 37. & 39.) se immisceant, *l.* 17. *C. de Episc.* & *Cler. N.* 123. *c.* 6. *t. ult. de vit.* & *hon. Cler. t. t ne Cler. vel Mon. sec. neg.* &c. *Michaël concl.* 5. *lit.* a. si habitu decente usi Clerici esse ignorentur, *arg. Lib.* 15. § 15. *D. de iniur. d. c.* 1. *de Apost. c.* 4. & 14. *de sent. exc. Steph. Aufrer. de pot. secul. super Eccles. reg.* 1. *nnm.* 15. præsertim verò, si arma ipsi capiant, *c.* 1. *de Cleric. pugn. in duell. c.* 23. 25. & 45. *de sent. excom. Aufrer d. l.* n. 11. *Coler. p.* 2. *c.* 3. *num* 167. (*ubi de noctu deprehenso in plateis grassante.*) & *n. seq.* (*vide plané Io. Redin. tr. de maiest. in c. non armis solùm decoratam p.* 2. *num.* 163. & *multis seqq. Perin. Bell. Albens. de re mil. p.* 1. *t.* 8. *n.* 3. *quin.* 6. Vidimus, *ait*, inter Gallorum milites & præfectos, Episcopos arma tractantes, eosque truculentos & sævos. Adde illustre exemplum Julii II. Pont. *apud Wolph. centen.* 16. *rer. memorab.*) *quia indignum est, iis ab Ecclesia subveniri, per quos constat scandalum in Ecclesia generari, c.* 2. *ne Cleri. vel. Mon.* quin tamen contra vim inferentes armis sese defendere illis liceat, *non ambigo, arg. c.* 3. *ibi: quilibet. D. de I.* & *I. late Io. Lupus de bello* & *bellatorib.* § *habens.* & 2. *seqq.* (*vide tamen c.* 3. *de Clerico percussore. Io. Redin. d. loc. n.* 177. & *seqq. adeó ut etiam in Ecclesia se defendendo occidere possint offensores, Ioh. de Lign. de bello. c.* 86. Si alios offendant, (cum etiam auctoritate suæ subditum manibus propriis percutere Clerico non liceat, eó quód hoc extraneum sacerdoti sit, *Novell* 123. *c.* 11. & *c.* 8. *dist.* 45 qui verbis, non verberibus percutere debet, *c. ult ead. dist.* etsi ex causa regularis disciplinæ Clericum sibi subjectum verberans á sententia excomm. excusetur, *c.* 24. *de sentent excomm.* sicut & aliás delinquentes Clerici mitiús puniuntur, *c.* 1. 23. *q.* 5. scil. in levioribus: aliás nãque in crimine inventi, ob hoc ipsum, quód plurimum honoris jure ipsis delatum est, magis pœnâ digni sunt, *l* 8. *C. de Episc.* & *Cler. ex quo tex. not Clericos regulariter non torqueri.* &, quó deteriús Prælati in populis delinquunt, eó crudeliús, quám cæteri, puniuntur *c. præcipuè* 11. *q.* 3. facit, quód in Ep. scopos contra juramentum venientes, ad exemplum tantó graviús vindicatur, quantó majori præeminent dignitate, *c.* 12. *de iurei.* cúm reatus honorem excludat, & privilegium mereatur amittere, qui suâ abutitur potestate, *per tex. sup. th.* 183. *Castr. l. si servum.* 71. *num.* 2. *D. de A. H. Rauchbar.* 2. *q.* 11. *nu.* 80.) unde, si quis Clericum vim sibi inferentem repellat vel lædat, jure defensionis excusatur, *text. elegans in c.* 3. *de sent. excomm.* imó jure defensionis etiam Papam occidere licere constat: tutissimum ait Placa, 1. *delict. cap.* 28. *cum. quo* transit *Clar.* § *homicidium. num.* 29. & 30. Denique, si in prælia, quos luber, in perniciem aliorum armet, *d. c.* 23. *ibi: seditionem fecit* & *guerram. de sent. excom.* (*iunctis his.*

qua habet Gail. 1. P. P. c. 1. num. 47. vers. Quartò. & conferunt, quæ de convenientiâ Ecclesiasticis violatoribus habet Mynſ. 5. obſ. 58. & Gail. d. c. 1. num 13. & 16. & eod. l. 1. P. P. 11. num. 7.) conſidera quæ quæ Prophetiam Apocalypſ. 16. v. 13. & 14. quam famaſſimi illi ſuſurrones & turbones Scaligero ex. 46. in f. ſemimonachi dicti adimplere non ceſſant.

222. Eâdem Eccleſiaſticorum Securitate continetur eorum cum ſuis bonis immunitas á pignorationibus, *c. 1. de iniur. in 6. Pac. in Auth. habita. c. 4. num. 14. in fin. Coler. p. 2. c. 3. num* 133. actione pulſatorum beneficium competeat. *Coler p. 2. c. 3. num. 119. & ſeqq.* per vias publicas commeantium, ut & rerum, quas ſui uſus, non negotiationis, causâ deferunt, immunitas, (*vid. tamen Matth* 17. *circa ſu Everhard. ſup. all. loc.* 11. *Arniſa. in tr. exemt. Clerûc. & alios paſſim.*) à vectigalibus, pedagiis, & guidagiis, *per c. paternarũ. 24. q. 3. & tex. all. th.* 68. *rat.* 5. *Damhoud prax. crim. c.* 99. *n.* 9. *Boter. tr. de regalib. c.* 2. *n.* 199. *tex. in iure Saxon l.* 2. *art.* 27. *f.* 227. Pfaffen vñ Ritter vnd jhr Geſinde ſollen zollfrey ſeyn/ ſie fahren/ reiten oder gehen/ woſie ſchiffs oder brücken nicht bedürffen/ ſonſt ſind ſie zu recht geleits frey/ ꝛc. *confer ſup. tit. 69. rat.* 7. Et eſt nobile præjuditium in cauſa mandati Dechant vnd Capitul gemeiner Cleriſey zu W. contra W. ubi Reis 10. *Aprilis Anno* 1579. partitio injuncta, ac pronunciatum, eis non licuiſſe Actores poſſeſſione vel quaſi Immunitatis des Weingelts/ ſpoliare, deinceps abſtinendum, Reos in poſs. dictæ immunitatis reſtituendos ac redintegrandos, exacta ab eis pedagia cum damno refundenda, iiſq; cavendum &c. cum expenſis, *Barth. p. 5. ſent. Cam. & 6. Mariis An.* 1587. partitionem Executorialium, in puncto cautionis præſtandæ, docendi tempus 3. menſ. pro term. & prorog. ſub comminatione eventualis declarationis pœnæ ex officio præfixum, pedagii adjudicati liquidatio injuncta, & expenſæ taxatæ fuerunt, *Barth. d. p. 5.*

223. Sub protectione Eccleſiæ & Eccleſiaſticorum dicuntur eſſe non Clerici ſolùm (ex juſta ſcil. & jure probata cauſa, *vid t. t. de Cleric. non reſid.* peregrinantes, *c. 2 ibi: ſub tuitione veſtri regiminis. diſt. 73. c. unic. de Cleric peregrinante* ſed & ii Peregrini, qui (*ut definit. Accurſ. in l.* 1. C. *de hared. inſt. ad eum tamen textum incongrue notante Bod. 1. de Rep. c.* 5. *nu.* 74.) voto concepto religionis ergò proficiſcuntur, vulgò Pilgern vnd Walfahrter/ ideoque & ipſos legali Securitate in ſua peregrinatione frui volunt, *c. fin. de treuga & pace.* ne ipſis ſive in perſona ſive in bonis ulla injuria damnumvé inferatur, *c. illi qui peregrinos. 25. cauſ. 24 q* 3. non reb. modò ſuis, quas ferunt, non ſpolientur, ſed nec teloniorum pedagiorumvé exactionibus moleſtentur, *c. ſi quis Romipetas & peregrinos. 23. d. cauſ. & q.* pro repreſſ. iis non capiantur, *Panorm in c. licet. de for. compet. Damhoud. prax. crim c. 97. num. 24.* (ubi tamen *in fine* cenſuit, hunc caſum raró obſervari.) litibus non implicentur, cùm jus revocandi domum habeant, *iuxta Old. de iure ſing. t. de iure revoc. dom. ampl. 2. p.* 211. *per verbal. 2 D. de iudic. ibi: ob aliam cauſam.* (*Poſſumus enim, inquit Old. de omni probabili & pio negocio exempla ponere.* nec inter ipſa etiam hoſtilia arma offendantur, *texi. in alleg. forma. Imper. Frid. III. quod & ſentit Petr. Bellus d. p. 2. t. 9. numer.* 5. & 9. denique, peregrinorientium bona ad hæredes ipſorum ſive teſtamentarios (etiam teſtamento non ſolenni inſtitutos, *ut voluit Vaſq. & alii alleg. á Deuth. tr. meth. de teſtament. numer.* 441 *p.* 451 *qui poſt glo. in authorit. omnes peregrini. verb. liberi. & Dominic. de Magdal. rectè contrarium tenet.*) ſive legitimos devolvantur, *d. auth. omnes peregrini. C. comm. de ſucceſſ.*

224. Ab

124. Ab Ecclesiasticorum & Peregrinorum q. Ecclesiasticorum Securitate ad Securitatem Nobilium privilegiatam progredior. Ad quam referendũ est, quód Nobilibus (quo nomine continentur etiam Comites, Barones & alii in magna nobilitate constituti, de quorum differentia in gradu dignitatis, *vid. post Pacian. p. 2. de probat. c. 36. & 37. Ruland. p. 2 lib 4. c. 5.*) facta injuria atrox dicitur, *Ludov. Gilhaus. tr. iniur. & famos. lib. § 2. & post eum Harprecht. § atrox. 9. num. 8. l. de iniur.* quód Nobilis personaliter detineri, & in eum manus non possunt injici pro debito, *Coler. p. 2. c. 3. n. 154. & 161. (ubi tamen contrarium refert exemplum in Comite, tandem sub cautione relaxato.) vide eundem Coler. nu. 179. & seqq.* quód Nobilis pro debitis conventus habet beneficium competentiæ, *Wes. conf. 50. n. 19. & 20. Coler. p. 2. c. 3. num. 119. quam tamen vide n. 129. & 130.* in causa etiam criminali capi & torqueri non potest, *l. 4. C. ad lul. Mai. Wes. d. loc. in quo tamen parùm fidendum putat Coler. d. p. 2. c. 3. n. 173.* quód denique Nobiles á vectigalium ac pedagiorum præstatione immunes sunt, *arg. l. 6. ubi persona tantùm privata vectigalibus sunt obnoxia. C. de vectig. Frideric. ita in Imp. observari scribens lib. 1. c. 42. num. 6. quem refert & sequitur Bocer. tr. de regal. c. 2. n. 198. tex. in ture Sax. sup. th. 222. alleg. in verb.* Ritter/ *qui ita dicti quasi* Dritter/ *quia duo equites ipsis iungi soliti, Old. de iur. sing. p. 496. num. 3 in fin.* Et notandum: non solùm nobiliori sanguine (de quo solo qui superbiunt, de nobiliore stercore intumescere dicuntur, *à Tiraq. de nobilit. c. 22. n. 22. Pruckm § sol. pot. c. 4. eff 4. n. 14.*) progenitos, sicque equestrem dignitatem á majoribus trahentes, sed & nobiles ob virtutem creatos & equites auratos (quos ita vocat. *Isas. ad l. 1. C. de iur & fact. ignor. Dec. cons. 378. relat. á Petr. Bell. de re milit. p. 7. t. 3. num. 41.*) novos istâ securitate frui, *per not. Old. iur. singul. t. de privil. milit. privil 3. p 496. Wes. conf. 50. num. 19. & 20.* quod tamen dubio non caret, *per not. Pet. Bell. d. num. 41.* præsertim (*ut decet idem num seq.*) circa eos qui pecuniâ equestrem istusmodi dignitatem comparant, quales, *ait*, se vidisse in Cancellaria Caroli V. etiam salis venditores, mediantibus 25. vel circiter aureis nummis impetrari hunc honorem, etiam cum potestate legitimandi spurios, creandi Notarios & cum aliis sexcentis prærogativis, quos non esse recipiendos, nec de facto recipi inter Nobiles refert, *ex Petr. de Antibo D. Gaill. tr. de numero § 4. numero 62.*

125. Quæsitum etiam memini: an dicta Nobilium securitas ad Patritios Civitatum Imperii, quos Geschlechter/ vocamus, producenda sit: Sané jure Justinianeo Nobiliores Civitatium in æstimatione habentur, & prærogativis gaudent, *auth. præsides. C. de Episc. aud. l. 3. C. de natural. lib. l. 33 C. de decur. lib. 10 Nov. 15. c. 1. et tangunt Dd. passim in suis tr. de nobilit.* & præterea origo quoque hodiernorum Patritiorum pro eis militat, quam ita describit Wolffgangus Grauss in seinem Stam̃: vñ ankunfft bůchlein deß hauses Sachsen/ *A. 1555. edito, & A 1587. Magdeburgi recuso,* lit. C. iij § Zu dem hat er (nemlich Kayser Heinrich der I. vmb das Jahr 924.) befohlen Heerschaw zuthun vnd musterung zuhalten/ die Mannschafft zů kriege abzurichten/ vnd im ringen/ springen/ fechten/ stechen/ brechen/ rennen/ turniren vnd andern Rittermässigen dingen/ zuůben: Welche sich nun hierinn manlich vnd wol erzeigt/ die seind den anderē fürgezogen/ mit schilt vnd helm vñ Rittermässigē Waapen verehrt/ vñ die nechsten nach dem Adel gehaltē worden/ vnd daher sollen erstlich die geschlechter alhie in Teutschē vnd Sächsischen landen komen seyn. *Hæc ille.* Unde factũ, ut & Nobiles crebró cũ illis matr. & adfinitates cõtraherēt. Cęterũ, posteriori-

bus hiſce temporibus, adſimilatio dignitatis illorum, Nobilibus paſſim ſordeſcit: ex quo I. illorum Patritialis dignitas é conjunctione cum plebejis obſcurari conſuevit. Quamvis enim uxor plebeja mariti nobilis nobilitate participet, *l. fœmina. 8. D. de Senator cum ſimil. lib. Dd cumulati á Tiraq. d. tr. c. 18 num. 1. & 3. Obr. diſp. de regalib. th. 117. & 119.* tamen participata hæc nobilitas minus habet ponderis & virium, quám ea, quæ eſt ex genere, aut perſona propria, *Tiraq d. c. 18. n. 11. & 12.* itemque licét pater tantúm, non etiam mater, filio nobilitatem conferat, *l. 19. D de ſtat. hom. l. 7. D. de Senator. l. 36. C. de decur. lib. 10. Goth. in l. 28. C de liber. cauſ.* niſi de ſpeciali conſuetudine aut ſtatuto loci, *l. 1. ubi idem Goth. D. ad municip. vide omninó Tiraq. d. c. 18. n. 20. & ſeqq.* eam tamen, ſi & ipſa ſit nobilis, auget, *tex. in c pen. ibi: ab utroque parente illuſtrem. de prabend. facit. 2. F. 29. de matrim. ad morganat. contr.* quia & materia & forma nobilis concurrit, *Bl. l. ult. in fin. C. de ſerv. fugit Tiraq. d. c. 18. nu. 26. Obr. d. diſp. de regalib. theſ. 121.* ſin plebeja ſit, ejus ignobilitas tenebras liberis offundit, *Tiraq. d. c. 18. n. 35.* Unde factum, ut in catadromorum ſeu tornamentorum ludis materni quoque ſanginis nobilitas requireretur, **Turnierbuch** *f. 20. ſub. 1.* **Verkündung aller Turniersfreyhet. § vnd ob ein Turniersgenoß.** *& tangetur infrá c. 7. ubi de Securitate torneamentorum agam*: atque etiamnum hodié in Collegiis Canonicis ſuperiorum **auff die hohen Stiffte/** nemo recipiatur, niſi ex linea quoque materna de nobilitate ſua per longam parentum ſeriem docere poſſit, *Bocer. de regalib. c. 2. n. 17.* ſaltém ex ſpeciali ſtatuto vel conſuetudine, *Bocer. eod. c. 2. num. 23. verſ. quod autem.* ſicque vix obtineri poterit, quód filio Ducis, Comitis, Baronis, Nobilis nativitatem ex matre ignobili nihil obeſſe opinatus eſt Obr. *d. diſp. de regal. th. 118.* quam opinionem nostra experientia reſpuit. II. Prædicti Patritii pleriq; qualitate immediatæ (quâ tres claſſes **der freyen Reichs Ritterſchafft/ nemlich Rheiniſch/ Schwäbiſch vnd Fränckiſch/** clarent, *Rul. d. p. 2. lib. 4. c. 5. n. 51.*) ſubjectionis carent: in quo tamen cum infinitis nobilium Landſaſſiorum multitudine conveniunt. III. In ſuâ ſeté Civitate (cùm aliàs Nobiles ubique dignitatem ſuam habeant comitem, *Ioh. Arze ab Otalora de nobilit. Hiſp.*) ſolúm pro Nobilibus habentur de conſuetudine, quâ (ſuppoſitâ de privilegiata eorum ſecuritate plurimum deceſſit. Sed iſtud peritioribus judicandum relinquo, nec conjecturis hiſce meis cujuſquam dignitati quicquam detractum cupio. Reliqua ad Nobilium ſecuritatem ſpectantia, & quæ minús participant, *ad c. 7.* & explicationem **des Turnierfridens/** differo.

226. Sequitur Doctorum Securitas, quibus facta injuria, dignitatis conſideratione itidem atrox prædicatur, *latè Menoch. caſ. 263. n. 17. & ſeqq.* immunitas (ut & uxoribus, liberis & rebus eorum,) ab omnibus muneribus, ſecuritas á deductione in judicium, aliisq; injuriis, pœna contrá facientibus arbitraria infligenda, tribuitur, *lib. 7. C. de Profeſſ. & Medicis, lib. 10.* ex quo textu rectè arguunt Doctores non poſſe ſiſti, *Peck. de iur. ſiſt. c. 5. n. 9.* nec manus in eos injici, *Matth. Coler. p. 2. c. 3. n. 157.* Ac quod, ne quidem in cauſa criminali, capi ac torqueri poſſint, *probat ſupr. all. l. 4. ibi: dignitatis. C. ad l. Iul. mai. Br. in l. 1. C. de advocat. div. iud. Old. d. 1. de privil. milit. priv. 3. Weſenb. cõſ. 59. n. 20. Coler. (parúm in hoc fidendum monens) d. c. 3. n. 173. De beneficio competentia Doctoribus competente vid. Col. p. 2. c. 3. n. 119. & 144. cum ſeqq.* Ad eandem Doctorum ſecuritatem referri poteſt, quód á militaribus hominibus provocando inquietari non debeant, nec provocati eis comparere teneantur: cúm armiger Doctorem ad duellum provocans æquè ſit abſurdus, ac ſi hic illum ad diſputatio-

vationem provocaret, *Parisi de Puteo de re milit. l. 9. q. 5. & seqq. Ut taceam omnes istiusmodi provocationes esse illicitas, quàm tamen controversiam Monomachicam hinc, tanquam alienam, exulare iubeo.* Denique in effectu per omnia, equestri dignitati non propria, Nobilibus æquiparantur: *facit tex. Ord. Pol.* A. 1577. *Francof.* gebessert/ *t. 12.* Desgleichen *sc.* wie die vom Adel/ *t. praced. 11.*) sollen vnd mögen die Doctores vnd jhre Weiber/ auch Kleider/ Geschmuck/ Ketten/ güldene Ringe/ vnd anders jhrem Stand vnd Freyheit gemäß tragen/ cujus tex. vigore ante paucos annos pro Doctoris cujuspiam uxore, contra C. & S. Civitatis H. qui sub prætextu statuti sui vestiarii, adversùs privilegiatam illam vestitus gestandi securitatem, de vestiendo, mulctando & pignora capiendo, processerant, in Cam. Imper. pronunciatum fuit. Namque & aliàs statuta non derogant privilegiis in corpore juris, (*ita & in corpore constitutionum Imperii, arg. l. 26. D de LL.*) contentis, *ut post alios tradit Coler. d. p. 2. c. 3. n. 171. & seq.*

227. Explicatâ autem Securitas Doctoribus competit, modó fuerint legitimè examinati, approbati & promoti: ideoq; non extenditur ad habentem gradum Doctoratus ex rescripto & bulla, in quo ista deficiunt, *Coler. d. p. 2 c. 3. nu. 135.* benè tamen ad Licentiatum, cui nihil præter Doctoris renunciationem deest, *arg. l pen. ibi Dd. D. de test. mil. gl. in § item qui Reipub. l. de excus. tut.* quanquam offendens Licentiatum, præsertim qui examen tantùm privatum sustinuisset, nõ æquè puniatur, ac qui offendit Doctorem, *secundùm Menoch. cas. 263. n. 22. facit in arg. § 6. vers. planè. l. de l. N. G. & C. l. 1. in f. D. de constit. Pr.* Cognitam quoque Doctoratus qualitatem fuisse oportet ei, qui securitatem Doctoris privilegiatam violâsse dici valeat: quocirca probari ea solet per literas testimoniales facultatis, in qua gradum quis est consecutus, *Coler. ibid. n. 136.* Deprimitur deniq; ac cessat Doctorea securitas, si Doctor mercantias & cambia faciat, quod privilegio Doctorali non convenit, *Coler. d. lo. nu. 165. facit Ord. C. em. p. 1. t. 49. in pr.* & omninó meminisse oportet omnes privilegiatos, ut contineant se intra metas suæ vocationis, ne pedem extrà ponendo & contraveniendo suæ vocationis studiis & officiis veniatur deinceps adversùs ipsorum privilegia, quæ causâ studiorum vel officii cessante ipsa quoq; cessant, *Coler. d. p. 2. c. 3. n. 161. ubi n. seq. exemplum ponit in Doctore debitore morosò ad locum aliu alieni in diversorio contracti redeunte, & in alio diversorio divertente, á priore hospite arrestato.*

228. Planè habent prædictam privilegiatam securitatem Doctores etiam non scholares & in Universitatibus non legentes, nec degentes, *Peck. d. c. 5. nu. 9 ubi Dd. refert, de facto id non servari conquerentes.* Quantó magis eâ & longè quidem ampliore digni sunt Doctores scholares, putá Professores, qui actu legunt, & quidem utiliter ac benè, *Coler. d. p. 2 c. 3. n. 136. in fin.* Imó non ipsi solùm, sed & Studiosi ipsos audientes. Quorum utrorumque securitas altiùs nunc repetenda & apertiùs ac distinctiùs explicanda erit.

229. *Principiò* itaque sciendum est: sicuti pleraq; omnia alia privilegia certo alicui ordini, corpori, universitati tributa & favore aliquo ejusdem promanarunt; quemadmodum Clericorum privilegia favor expressit Ecclesiæ, *l. non plures. 4. inf. ubi gl. Br n. 2. Bl. (privilegium Ecclesiæ vulgatum dicens) n. 3. C. de SS. Eccl. Denayss. in assert p. 265.* Peregrinantium, favor devotionis, *gl. in l. 1. C. de hered. inst. Cc. in c. si quis Romipetas. 24. q. 3.* Nobilium, favor generis seu generosæ indolis, virtutis eminentioris ac dignitatis, *lib. 4. C. ad l. Iul. mai. Rub. & l. ult. C. de equestri dignit.* Doctorum,

favor scientiæ, & dignitatis per eam adeptæ, *d. l. 7. & l. ult. C. de Profess. & Med. lib. 10. Coler. p. 2 c. 3. n. 119 & n. 135.* ita & Scholarium privilegia cùm alia, tum, quâ de hic agendum, securitatis, in favore fundata sunt, studiorum videlicet in publicum proficuorum, & scientiæ (præsertim divinarum atq; sacrarum legum) quâ totus illuminatur mundus, & ad obediendum Deo ac Principi vna subjectorum informatur, *§ ult. in proœm Inst. & præcipuè Const. Frid. in auth habita. C. ne fil. pro patr. ubi Pac. c. 4. n. 3* qu. favor & privilegia peperit cujusq; Academiæ, è cujus favore privilegia studiosorum alijs placuit repetere, *Vult. in l. 1. num. 168. C. de iurisd. Denayss. d. p. 261. Vide Pac. add. auth. habita.* Prædictus itaque favor in causa fuit, cur Impp. speciali dilectione, protectione, securitate cùm Academias atque scholas, tùm ipsos Scholares dignatentur, *Const. Omnem. ad Antecessores emissa. de docendi ac. discendi iure ratione. d. auth. habita. ibi: quadam speciali dilectione. ubi Br. Bl. Salic. Bol. Old. Sich. Coras. Gyph. Pac. c 4. in fin. & eleg. c. 5. n. 3. C. ne filius pro pat. Ferratus cautel. 1. n. 6. Petr. de iur. fisc. c. 5. n. 1. Magal. tr. hic. p. 1. n. 10. Premus tr. hic post princ.*

230. Cùm autem Securitas Scholarium, uti jam dictum, studiorum utilium intuitu concessa sit: sequitur, eam ad dantes operam artibus illicitis, utputà arti Magicæ, extendendam non esse, eosq; adeò illâ non frui. *per l. 2. & 6. C. de malef. & Matth. Ioh. Andr. c. si diligenti, de for. compet. Pac. d. c. 4. n. 6.*

231. Imò ne quidem omnibus Scholaribus, sed tantùm studiorum causâ peregrinantibus, specialem istam securitatem, *per verba & rationes d. Const. Frid.* accommodandam esse volunt: ideoq; non extendenda ad eos, qui suæ in patriâ vel docent literas (quamvis enim aliàs docentibus in patriâ lex magis faveat, quam profitentibus extra patriam, *§ item Roma. I. de excus. tut.* tamen, quia in casu non necessario remedia sua non interponit, *l. 5. § ult. D. de capt. cum similib.* ideò ne Professoribus quidem, nisi peregrè docentibus, ut potè in patriâ suâ alioquin satis tutis, specialem istam secur. tatem adaptandam vult Pac. *d. c. 4. n. 8.* vel iisdem dant operam, Sich. *in d. auth num. 9. allegans decis. Capell. Thol. 169. Pac. d. nu. 8.* Sit tamen v. c. emptum libros studiis suis necessarios aliò commearent, per verba & rationes Constitutionis, dispositionem hujusdem illis quoque applicandam putarem.

232. Cæterùm, Scholaribus studiorum causâ peregrinantibus privilegiata ista hæc Securitas tribuitur: Professoribus quidem seu docentibus præcipuè, *d. auth. habita.* ubi circa istud privil. Professores discipulis, sicut studium juris, aliis studijs antefertur, *Pac. d. c. 4. n. 3. ubi n. praced. rectè monet:* Licentiatos: Doctores, Professores, nomine Scholarium contineri dubitandum nõ esse, cùm & aliàs in Cod. Just. Scholares vocentur hi, qui in aliqua schola locum obtinent, *ut patet ex l. ult. § 1. C. de off. Mag. milit. l. 2. C. de decanis. & l. 2. C. de privileg. scholar. l. 12.* tamen & discentibus seu Studiosis (qui Italico idiotismo in specie Scholares dicuntur, *Pac. d. c. 4. n. 4.* jure tegi supra *th. 128.* iis videlicet, qui continuis literarum studiis venerando Scholarum ac studiosorum nomine dignos se demonstrant, *Old. lib. de iur. sing. t. de privil. Profess. & Stud. fall. 2.* Amoventur ergo hinc Pseudoscholastici, qui non discunt, seu actu student, sed spretis Professorum prælectionibus vagantur, aut quibus turpi otio deditis, literæ in patinis & pateris, quàm paginis, plus sapiunt, Veneremvè præ Themide aut Musis colere lubet: talis namque, ut officio scholarium non funguntur, ita nec beneficio digni sunt, *arg. l. 9. C. de SS. Eccles. l. un. C. de collegiatis. lib. 11. lib. 3. C. de domest. et protect. et l. 5. C. de tyronib. l. 12. c. un. in fin. de vasall. milit. qui arma bell. deps.* Old.

Old.d.fall.1. (ubi notat: istos perditos homines, ac patriæ, parentum, imó sui prorsus obliros, nec quicquam juvare, quód in albo sive matricula sint descripti, *per l. ante-pen. C. de test. milit.*) *Sich. ad d. auth. numero 8.* (ubi non modó vagabundos & erro-nes, sed & in lectione sedētes, tanquam stipites, nihil discentes, excludit,) *arg. d. auth. in verb quorum scientia &c. Coler. p 2. c. 3. nu. 149.* (ubi *post Lign itidem* ait: Scholares, qui visitant scholas, & tamen non attendunt nec student, non gaudere privil. schol.) *ubi late per discursum n. præcedd. et seqq. Pac. d. c. 4. n. 10.*

233. Consistit Scholarium securitas generaliter in eo, ut ad loca, in quibus literarum studia exercentur, *a* tám ipsi, quám eorum nuncii *b* tutó veniant, securé ibidem habitent, *c* nec minús securé abindé recedant. *d*

a) Cujusmodi sunt non solúm Academiæ seu Universitates, quas Princeps jure superioritatis fundavit, aut fundandi potestatem fecit, *d. Const. Omnem. § 7. Dd. all. á Michaël. conclus. 12. lit. a. quibus adde Choppin. de doman lib. 3. t. 27. Tholos. lib. 18. de Republic. cap. 2. numero 19. Petra de potest. Princip. c. 13. num. 34. p. 199. Borell. de tra-dunt. reg. cult. cap. 23 numer 1. & c. 40. numer. 200. Fr. Marc. d. 349 numer. 1. p. 1. Bocer. de regalib. c. 2. num. 121. Cothman. consil. 65. num 24. p. 1. Goldast. tom. 3. Const. in verb. Academia.* (cui Principis concessioni æquant longissimi temporis consuetudinem, quâjus Academiæ seu studii generalis adquirendi etiam posse tenent, *Dd. all. á Michaël. d. loc. quibus adde Par. de Put. de Syndic. in proœm. numer. 6. Peck. de iur. sist. cap. 7. numer. 4. versic. ideoq; Borell. d. cap. 34. num. 6. Porc. consil. 4. num. 72. & consil. 28. numer. 30. v. Alexandr. consil. 74. numer. 9 vol. 4.*) sicut instituendæ Academiæ potestatem facere plerumque solet Principibus (ut non ita pridem LL. HH.) vel etiam liberis, (*speciale in Erphordiensi*) Civitatibus, *Symph. tom. 1. p. 1. t. 2. numer 130. in fin. p. 100.* atque Academias ita institutas confirmat, privilegiis munit, & speciali protectione, cui etiam Principis inferioris aut Civitatis, ex concessione prædicta, institutentis tutela propior accedit, tuetur, *Pac d. c. 4. in fin.* Verúm etiam Gymnasia aut Scholæ Triviales (quas vulgó Particulares vocant & quælibet inferior potestas instituere potest, *Choppin. d. t. 27. num. 13. Cothm. d. cons. 64. num. 25.*) ad propositum intelliguntur, *per l. 6. §. 1.* (ubi artes liberales in quavis urbe, sive sit maxima, sive media, sive minima, doceri possunt.) *D. de excus. Pac d. c. 4. num. 4.* Jus tamen civile non nisi in ea civitate, cui specialiter hoc concessum à Principe, aut longâ consuetudine quæsitum, doceri potest, *§ hac autem 7. ubi Br. in d. Const. Omnem.* ideó ad alias legum addiscendarum causâ proficiscentes, hac speciali securitate non fruuntur, *Pac. d. c. 4 n. 7.* Multó minús, qui cōmeant ad alia loca illicita, in quibus docere aut discere prorsus non licet, puta ad civitates proscriptas & perduellionis damnatas, quæ in banno Imperiali esse dicuntur: vel ad civitates interdictas, & excōmunicatas, quæ in banno sunt Ecclesię, hoc; pro civiliter mortuis seu extinctis habentur, *per gl. in § minor. verb. interdictum. I. dec. dim. & qua pulchrè notat Innoc. in c. grav. de sent. exc.* (*vid. sup. c. 4.*) *all. ad propositū á Sich. add. auth. n. 15. accedit Pac. d. c. 4 n. 7.* *b)* *d. auth. habita. unde post Dd. Sich. ibid. n. 11. & Pac, d. c. 4 n. 14. colligunt*, eum, cui securé aliquó ire licet, eodē etiam nunciū se-curé mittere posse, *Hier. Gratus resp. 92. n. 15. l. 2.* *c)* quo verbo & famuli eorū seu ministri privilegiati censentur, *per tex. eleg. in l. 4. in fi. pr. D. de us. & habit. & facit l. 2. § 1. & ult. C. de Episc. & Cler.* ut & parentes. *Peck. de iur. sist. c. 5. n. 3.* fratres, sorores &c. ipsos invisendi causâ venientes, *arg. l. 2. & seqq. D. d. t. de us. & hab. lib. 20. ibi: quive ad*

visitan-

visitandum. D. quemadm. servit. amitt. l. 111 *D. de V. O. d. l.* 2. *§ f. C. de Epiſc. & Cler. Sich. d. n.* 11. *Pac. d. c.* 4. *n.* 15. ſicut & aliàs conceſſa alicui ſecuritas ad adhærentes portigitur, *per all. infrá cap.* 11. *ubi de Securitatis interpretatione.* d) *per iura & Dd. allegandos d. c.* 11. *ubi habebimus*, quod ſecuritas veniendi includat ſecuritatem recedendi, *in terminis poſt alios Dd. in d. auth. Sich. n.* 10. *Pac. c.* 5 *num.* 5. *ubi id benè colligit ex ipſa auth. in verb. peregrinantur*: quod non minùs de diſceſſu, quàm acceſſu prædicitur: *facit pr. l. de iis, per quos ag. poſſ. l.* 1. *C. ſi per vim vel al. mod. & text. ept. in c. f. de treug. & pac.* ſicut & Reip. causâ abeſſe quis dicitur, non ſolùm, cùm it, ſed &, cùm redit, *l.* 35. *§ f. D. ex quib. cauſ. mai. l.* 4 *D. de vac. & exc. mun.* ei autem ſtudiorum causâ abſenti æquiparari indubium eſt, *l.* 28. *pr. D. ex quib. cauſ. mai. l.* 18. § 1. *verſ. Iulianus.* (ubi legato conjungitur) *D. de iudic.*

234. In ſpecie autem ſpectatur iſta Securitas I. in eo, ne Scholares ullâ afficiantur injuriâ, nedum corpora: id quod paſſim fieri, ab hominibus etiam viliſſimis, miſerandum atque abominandum eſt: cui flagitioſæ temeritati compeſcendæ Imp. Frid. *in d. auth.* conſtituit, ut injuriantes, ultra communem injuriarum pœnam (quæ tamen & ipſa acuenda erit, quia Bl. *in d. auth. n.* 17. afficientem injuriâ ſcholaſticum a bitrio judicis puniri ait, etſi perſonæ ratione atrocem eſſe non dicat, *referente Men. caſ.* 263. *nu* 16. *& notabile eſt, quod idem præced. num.* 14. *&* 15. *tractit.*) injuriam Rectori Gymnaſii illatam atrocem eſſe, cùm is Principis perſonam repræſentet, & dignitate omnes antecellat: ideoque inferentem quorundam locorum ſtatutis capite plecti, refert. *et quod n.* 21. *ſubiicit:* Statutum puniens offendentem ſcholarem matriculæ inſcriptum in proximè inſcribendo locum habere, illicò ipſo jure infamiâ notentur: ubi, cùm lex factum notet, ſententiam non requiri arguit Pac. c. 7. *n.* 7. Imò & ipſimet Magiſtratus atque judices locorum, qui, etiam non implorati, (nam illa vulgaris eſſet ſecuritas, ſi Magiſtratus demùm invocatus eos à vi aperta defenderet, *l. fin. pr. D. quod met. cauſ.* at ſpecialem Scholares habere debent, quam mero judices officio præſtabunt, providèdo, ut tranquilli ſint ſtudioſi ab omni violentia, injuria, & fraudulentis, de quib. poſtea dicam, moleſtationibus, quovis prætextu ſummi juris tentari formidatis: injuriantes verò ultrò per inquiſitionem & merum officium perſequendo ac puniendo, niſi in pœnam ipſimet incidere velint: atque ſic omninò iſtud ſtudioſorum privilegium explicandum eſt, ne nihil eis ultra jus commune tributum videatur, *arg. l. ſi quando* 109. *D. de leg.* 1. *eleg. poſt Br. Oldend. in d. auth. in verb. ſecuré et in verb. vindicare Pac. d. c.* 7. *nu.* 9.) vindicate neglexerint, iisdem pœnis ſubjaceant, dignitate ſuâ, quâ ob antè dictam infamiæ notam excidunt, *per l.* 2. *D. de Senat. l.* 5 § 2. *D. de var. et extr. cogn. l.* 2. *ubi Cuiac. C. de dign. lib.* 12. perpetuò carituri, *d. auth.* Quod jus, ſi, ut decebat, hodiéque vigeret, multi hodiè eſſent infames, & perderent dignitatem, quia meliùs defendunt ſuos ſervientes peſſimos, & homicidas, quàm ſcholares, *ait Rebuff. cit. à Pac. d. c.* 7. *n.* 7. Et graviter idem Rebuff. conqueritur: multas Civitates inſurgere contra Univerſitates, quas apud ſe habent, non cognoſcentes, quid honoris bonive illis per eas accedat: quarum naturam filiis viperarum, quæ partu filiorum, corroſis à fœtu lateribus, eviſcerantur, ſimilem eſſe ait: ideoque illas Univerſitatibus, propter habitantium ingratitudinem privandas, & aliò, ubi honor & literarum decus ſerventur, transferendas cenſet, ſequitur *Pac. d. c.* 7. *n.* 8. *et facit c. ult.* 25. *q.* 2. II. & conſequenter in eo, ne poſſit in ipſos ſive per arreſtationem ſive per detentionem perſonæ (*de qua tamen vide, qua ſtatim dicam*)

tium) manus injici, *Coler p. 2. c. 3. nu. 154 & 157.* nevé illi in causa etiam criminali capiantur, aut torqueantur, *Coler. ibid. nu. 173. parúm tamen in hoc fidendum moneni.* Ill. in eo, ne bona illorum pignorentur, sub pœna quadrupli, *auth.* Quamvis enim hujusmodi, ut vocant, represaliæ, etiam jure communi regulariter sint prohibitæ, *sup. th. 84* & quidem sub pœna itidem quadrupli, *Nov. 52. cap. 1* a leoque specialis d. auth. dispositio frustranea videatur, *arg. l. unic. C. de thesaur. lib. 10* non tamen est rarum, id, quod generaliter cautum est, in quibusdam casibus specialiter vindicari, ne hi videantur negligi, imó ut appareat, legislatorem eorum præcipuam curam habere, *d. § 1 ibi. nisi forté. D. naut. caup. stab. tex eleg. in lib. 15. § 25. D. de iniur. in terminis Pac. add. auth. passim. Denayf. in adsert. p. 249.* Deinde, Imperator Frid. *in d. auth.* scholares adversús pignorationes consuetudine passim contra jus commune introductas munire voluit, *ut benè notat Pac. d. c. 5. nu. 3. effect. 2. & latiús c. 8. per tot.* unde represaliarum concessionem ad eos, eorumvé bona, quæ causâ studiorum habentur, extendi non debere, *post Ang. & Salic. rectè dixit Coler. d p. 2. c. 3 n. 133.* &, quod singulariter notandum puto, ne quidem represalias adversús scholares, qui res aliorum usui suo deservientes, putá equos & similia, deferunt, locum habere, tradit Johan. de Lego *de bello, c. 145.* Cæterúm propositæ pignorationis prohibitionem ad arrestationes ob debita propria extendi verba auth. vix patiuntur: nihilominús & hâc vigore istius Constit. vetari ac puniri voluit Joh. de Plat. *ad l. colonos 15. C. de agric. & cens. lib. 11 & Rebuff. tom. 1. Ord. Reg. 1. de liter. oblig. art. 6 gl. 3. n. 68. & in tr. de privil. schol. c. 83 quos allegat & sequitur Peck d. c. 5 n. 1.* Ampliús, ne in loco quidem studii ob non solutam domus convictusvé pensionem seu mercedem vel aliam causam ipsos aut eorum libros quasi tacitæ hypothecæ jure detineri posse censuerunt Jas. Ang & Zas. *Sivem Serviana. l. de act. & ibid. Schneidwin. n. 43. Rebuff. d. tr. c. 19. Peck. d. n. 1. Diff. Baldini tr. de pignorib. c. 12.* nec in executione (ob beneficium competentiæ, quod cum Professoribus etiam studiosi habent, *Coler. d. p. 2. c. 3. nu. 119.*) libros alias vé res, quæ vel ab ipsis vel ipsorum aurigis aut nunciis pro causa studiorũ portantur, illis auferri debere, *post Bl. & Rebuff.* tenuit Coler. *d. p. 2. c 3 n. 132. (ubi tamen n. 147. & seqq. de diversa observantia, quanocentium Pseudo-scholasticorum culpam innocentes quoq; sæpè luant, sicut & alia quadam pulchra & ab alio non ita adnotata circa istum articulũ, quatenus beneficium competentiæ scholaribus competat, videbis: & inter alia quidem, quód beneficium competentiæ ad Professorum quoq; salaria, & studiosorum stipendia producatur, Coler. d. loc. nu. 144. ubi in seqq limitat.) Adde Heig. 2. q 11.* Magis mirére, quod ex Dd. retulit Peckius, *d. c. 5. n. 1.* scholarem sisti non posse, sed econtrá istam discessus securitatem, *de qua sup. th. 233. lit. d.* ei patére, etiamsi jurasset, ex Academia non recedere, nisi dissoluto priús ære alieno, modó jussu parentum revocetur, *Alex. Imol. & alii in l. D. qui satis d. cog.* eó quód in omni juramento intelligatur excepta auctoritas superioris, *c. veniens. 16. de iurei.* modó non studiosé & malitiosé, putà, missis ad patrem literis precatoriis de avocãdo ejusmodi revocationem affectasset, ac procurasset, *ex Rol. & Stracha Peck. d. loc.* De fuga tamen suspectos scholares, ubi periculum est, ne creditor unquam suum consequatur, ex usu arrestari, notat idem Peck. *n. 2.* ubi *in fi.* idem esse dicit, si se Laicos mentiti, aut alioquin dolo malo contraxissent, promittentes alibi paratam solutionem, *facit in arg. t. t. C. si minor se mai. dix.* & quód jura decipientibus non subveniunt, *l. 2. § 3. cum concord ibi á Goth. adnot. D. ad Vell.* IV. & denique eo, ne gabellæ, pedagia, guidagia ab ipsis neq; pro rebus, quas studii aut aliás

necessarii usus sui causâ transferunt, exigantur, *Br. in l. ult. § Divus. n. 2. D. de publican. & vect. Sich. in. d. auth. habita n. 7. Rosenth. c. 5. concl. 48. Mindan. lib. 2. c. 42. nu. 6. quos refert & sequitur* Bocer. *de regalib. c. 2. nu.* 203. Quamvis enim, si jus scriptum spectemus, neq; scholares neque quivis alii solvant vectig. pro suis personis reb. quas non habent venales, *l. 5. C. de vectig. vid. sup. th.* 70. eoq; jure nos uti dicat, *Old. ad d. auth. habita in verb. securé. subdens, quoad hoc in scholarib. nihil esse peculiare.* Alii tamẽ ajunt: Consuetudine, quæ in talibus servanda, *l. 4. § ult. D. de publican. & vectigal.* inductum, ut solvantur, tám pro persona, quám pro rebus, licét non venalibus, *Duaren. ad t. D. de publican. c. 2.* eam tamen, testimonio omnium, non esse receptam contra scholares: proinde hos non teneri ad vectigalia, *Pac. c. 5. n. 4. Bocer. d. loc. nu. 206. atque hanc specialem scholarium immunitatem á vectigalibus, ut & immunitatem ab aliis oneribus realibus & personalibus, omnes feré Interpp. præsertim vetustiores ad d. auth. ponunt, cum qua etiam transit ipsemet Oldend. de iur. sing. t. de privil. Profess. & stud. privil. 1. ac, quod consuetudo solvendi vectigalia de reb. ad proprium usum comparatu toleretur, ne alioquin Clericorum & Scholarium privilegium* Zollfreyheit/ *nihil operaretur, ex Castren. in l. si publican. 4. in fin. D. de public. & Ruin. cons. 112. n. 8. vol. 5. notatur Symph. tom. 1. p. 1. t. 2. p. 157.* Deinceps, manifesta specialitas in hoc deprehenditur, quód de jure communi publicanus vectigalia illicité exigens intra annum in duplum, post annum in simplum, teneatur, *l. 1. D. de publican.* isthoc veró jure privilegiato Scholaris, eam injuriam passus, ad mulctam & pœnas d. auth. agere possit, *Sich. ibid. numer. 7.* adeoque publicanus in quadruplum teneatur & infamis fiat, *Paucius d. loc.* Plané fraudis circa istud privilegium excludendæ gratiâ, ne videlicet aliqui se fingant scholares ad fraudanda vectigalia, quibus simulatio sua prodesse non debet, *arg. c. tua fraternitatis, de Cleric. non residentib.* ideoque, si dubitetur, an sint studiosi, argumentis id cognoscendum erit, *arg. lib. 5. § 6. D. de re milit.* putá, si rationem possint reddere, se in Acad. fuisse, item si libros secum ferant, *Oldend. d. privileg. 1.* Et operæ precium facturi sunt Scholares, si ferant secum matriculam, quâ scholasticam qualitatem continuó probare possint, *per not. Menoch. 2. præs. 78.* sicut ea in Italia per telonia ab iis requiri consuevit: eôdem recidit, quod Sich. *d. num. 7.* pro cautela tradit, literas testimoniales & sigillatas ab Universitatibus accipiendas, per quas fides fiat publicanis, quod sint studentes, ultra quod si exigantur, possint illos convenire pœnis in d. auth. commemoratis: quâ prudentiâ & circa aurigas suos uti monentur, ut videlicet dictas literas eisdem dent, quibus fidem publicanis faciant, eas orcas, vulgó Stübich/ & cistas, quas vehunt, (nam consuetæ inscriptioni non semper creditur,) esse scholarium, daß es Studenten gut sey / *per Br. & Sich. all. locis. Bocer. d. c. 2. num. 204.* & nuncios, nautas, aurigas literas testimoniales studiosi habentes ulteriús ad aperturam rerum cogi non posse, sed in eventum juramento illorum standum, *ait notabiliter Peck. de iur. sist. ed. vet. c. 5. num. 2.* Quatenus autem professionem rerum ad Studiosos pertinentium ad telonia fieri oporteat, ex deductis, *suprá thes. 57.* planum est, Perquám iniqui veró sunt, qui d. const. Frideric. neglectâ, studiosorum immunitatis á vectig. rationem nullam habent, *secundúm Dn. Richard. Dieter. Imp. Cam. Ads. in sua disp. de summa summi Imp. potestate. thes. 138.* Sané, ubi ob quotidianam feré in conservandis pontibus & fluminum ripis contra vim & impetum aquarum difficultatem á Scholaribus quoq; & aliis privilegiatis pontenagia, ut in ponte Argent. Rhenano, aut portoria seu ripatica, ut passim alibi, exiguntur, id æquo animo ferendum

tum est, *Mindan. suprá all. n. 6. Bocer. d. c. 1. n.* 205. præsertim cùm á talibus nec Clericalis qualitas nec dignitas Equestris immunitatem præstet, *per textum expressum in iure Saxon. suprá th* 222. *verbotenus citatum.* Tandem, huicce materiæ & hoc adjiciendum est: quòd de rebus ad scholares non in solidum spectantibus, sed cum aliis non privilegiatis adhuc dum communibus, (v. c. si scholaris cum plebejo integrum plaustrum, aut plaustrum vini, vehem vél lignorum emerit, quæ ita indivisim transportentur: aut si quid ex hereditate, quam scholaris cum non scholari adquisivit, necdum divisâ, transvehatur isti pro sua parte, vectigal solvere cogantur: eó quòd in gabellis, ut & collectis, respectu bonorum communium, non exemtus concurrens cum exemto non gaudeat hujus privilegio: quia agitur de re dividua & non in divisa, *ut dicit Capra regula* 96. *num* 7. *& faciunt adducta per Castr. in l. si communem. D. quemadm. serv. amitt Boss. t. de for. comp num.* 143 *& seq. sequitur Covarr. pract. qq. cap.* 34 *sub numer.* 2. *vers. quod si contingat. refert & sequitur Cavalc. de usufr. mul. relict. num.* 165.

235. Videndum restat: in quibus explicatæ securitatis scholasticæ prærogativę deficiant? Primùm, in iis, qui tanto tempore ab Universitate vel schola abfuerunt, ut animum revertendi (quem donec habent, scholastici reputantur, *arg. l. fin. D. de capt.* & scholasticorum privilegiis fruuntur, *l. pen* § 1. *C. de proxim. sacr. scrin. lib.* 12) deposuerunt, sicque jus scholasticum amiserint, *arg.* § *pavonum.* 15. *inf. l. de rer. div. & adquir. ear. dom. l.* 2. *& 3. C. de commeatu lib.* 12 *ex quibus ll.* (*præter earum verba & mentem*) *quinquennii terminum huic rei præstituunt post Bl. Sich. in d. auth. numer.* 15. *Old. sup. d. fallent.* 3. *Pac. d. c.* 4. *nu.* 5. *&* 13 *á qua opinione, tanquam communiter recepta & studiosis favorabili, non facilè recedendum putarem. Imò quod plus est, Studiosos etiam post quinquennium de novo ad Acad. in quapriùs studuerunt, reversos nomen matriculare & pretium inscriptionis iteratò solvere non coactos memini & meo exemplo adserere possum, contra doctrinam Sich. d. numer.* 15. Deinde, in iis, qui ob aliquod delictum vel non recepti, *arg. l.* 4 § 7. *D. de re milit.* vel ex albo studiosorum deleti, ac ignominiosé dimissi, vel ab Universitate proscripti, ejusque adeó communione privati, nec restituti fuerunt. *c. ex literis.* 11. *de constit. Rebuff. de privileg. stud. c.* 122. *Perk. d. c.* 5. *numer.* 1. *Old. d. ne fallent.* 1. *Pac. d. c.* 2. *num.* 14. quó facit, quòd privil. d. auth. ad studentes secessores, aut fures & homicidas non extendi, *post gl. in auth. de mand. Princip.* § *non permittas.* (*Novell.* 17. *c.* 5.) *in verb. nocentes.* dixit Sich. *in l.* 1. *n.* 6. *C. de nund.* ubi tamen etiam quòd privil. fori scholarium, (*de quo ultra alios vide Schrad. p.* 10. *s.* 1. *n.* 11. *&* 19. *& p.* 193.) id sublimitat in Universitate Tubingensi, utpotè quæ jurisdictionem criminalem habeat: quod & ad alias (*neq. enim illa Academiarum sola, ut ipse ratus est, eam habet*) talem jurisd. habentes (*veluti H.*) applicandum est. Quid si ab una Academia ob delictum relegati vel exclusi aliam adierint, ibiq; in matriculam relati sint, an securitate aliisque privilegiis Studiosorum illius Academiæ gaudebunt? Aff. *arg. ll.* 4 § 5. 6. *& 9. D de re milit. & faciunt quæ pro iurisdict. Acad. R. in causa C. C. non ita pridem Collegium IC. H. aliiq; ICti responderunt. Vid. omninò Horat. Luc. & alios de privil. studios.*

236. A scholaribus, qui circa contemplationem ac scientiam docendo discendove occupati ad eos, qui cognitioni peritiam praxinque conjungunt, adsecuratos progredior. Et de Theologorum quidem practicorum securitate ex iis, quæ à limine hujus classis de Ecclesiasticorum securitate dicta sunt, satis liquet.

237. De Jurisperitorum veró securitate, præterquam quód ex generaliter traditis suprá de securitate Doctorum pateat, etiam in specie exprimũt nostri: quód Advocati & Procuratores partiũ litigantiũ tutó ad locũ judicii venire, ibidem causã agitare, atq; inde recedere securé permittẽdi sint, *per dicẽda infr. c. 6. ubi de loco iudicii tuto:* quód ibidem propter suas lites conveniri nequeant, sed revocandi domum jus habeant, *tex. in N. 80. c. 1.* quód in Advocatos pro debito manus injici non possit, *Coler. p. 1. c. 3. n. 157.* ne quidem per arrestationem, *Peck. d. c. 5. n. 9. (ubi Dd. de facto id non servari conquerentes refert.)* ac ne quidem in causa criminali ad capturam & torturã procedi, *Coler. (ut supr. in Nobilib. Doctoralibus, Scholaribus quoq; dictũ) in hoc parum fidendum monens, ibid. n. 173.* & quód beneficio competentiæ fruantur, etiam quoad honoraria sua, post alios tenet Coler. *d. p. 2. c. 3. n. 119. & 144.* In specie veró, sicut de Consiliariis, *ut ostendi supr. th. 190.* ita & de Advocatis Principis tradunt, eos propter præjuditiũ pub. nusquam sistere aut arrestare licere, sicut nec alibi cõveniri possint, *Peck. d. c. 5. n. 8. Denays. in disp. sua de iurisd. Cam. arg. 6. & in adsert. p. 248.* Specialissimé deniq; de Advocatorum & Procuratorum Cameræ Securitate, *ex Ord. p. 1. t. 45.* eadẽ, quæ de Senatus seu Collegii Cameralis, putá judicis & Adsessorum Securitate, *suprá class. 2.* dedux, tenenda sunt: quibus superaddo, quód Advocati & Procuratores Cameræ, si foris quid ad proprium usum, reiq; familiaris sustentationem emerint, emturive sint, ne causâ vectigalium in teloniis, per quæ id transvehendum est, molestẽtur, pro bullesit immunitatis suæ á gabellis, apud Collegium supplicare, easq; impetrare solére: sicuti Dd. B. K. & I. I. K. Cameræ Advocatis & Procuratoribus *7. Octob. A. 1600.* decreto permissum, daß sie sich in der Ch. P. oder Marggrafschafft mit einẽ schiff holtz versehen möchten / vnd Ihnen hierzu ein gewohnlicher zollzettel ertheilt / *Symph. tom. 4. p. 2. p. 80.* De iis, qui praxeos addiscendæ causâ Spiram veniunt, vulgó Practicanten / cúm quod in Accademiis sunt Studiosi, id ipsi sint in Cameræ universitate seu corpore, *per not. Thylm. de Benign. syntagm. 4. decis. 3. vot. 2. sub n. 1.* æquè clari juris est, eos non minori, atq; Acad. Studiosi *per d. auth. habita.* imó pari ferè cũ ipsis Adsessoribus, Advocatis & Procuratoribus Cameræ, securitate frui, *ex d. t. 49.* nisi quód hi cum suâ familiâ ejus commodis gaudent: sicut & al ás exempti proprii, quæ emerunt pro usu familiæ suæ, *Peregr. 6. de iur. f. 5. n. 21.* similiterq; exemptorum ab aliis oneribus, ut & privilegiatum forum habentium privilegium ad familiam quoq; pertinet *l. 2. C. de Episc. & Cler. l. 7. C. de Profess. & Med. lib. 12.* illi veró, ut primúm conductis emptisvé domibus propriam egerint familiam, & œconomiam instituerint, jurisdictioni Senatus Spirensis subjugentur, Cameraliumq; immunitatem perdant, *Visit.* Abscheid / *de A. 1570.* § Weiters. *& § seq. adnot. á Cisn. sub d. t. 45. Ord. p. 1.*

238. Circa Medicorum deniq; Practicorum Securitatem etiam specialiter exprimitur, quód capi & carcerari pro debito nequeant, *d. lib. 7. C. de Profess. & Med.* nec arrestari: quod, licét usu non servari conquerantur Dd. relati á Peck. *all. c. 5. nu. 9.* quin tamen *ex generalibus d. l. 7. verbis, & mente legislatoris,* certi juris sit, non dubito: idq; religioni judicantis committo cum Peckio, qui in Medico quodam ob periculum ex longa ejus absentia, cúm in parva civitate unicus esset, absoluto & dimisso præjuditium adfert, *d. c. 9.*

239. Hactenus in classe isthac tertia de cœlestium, aliorumq; togatorum militum, *(arg. l. 14. C. de advoc. div. iud. vid. Everh. in top. Coler. p. 2. c. nu. 119. & seqq.)* securi-

securitate privilegiatâ disserui: reliquum est, ut de militum armatorum securitate, quæ meritó speciali etiam gaudere debent, cúm pro securitate communi occupari sint, l. 2. C. *de off. PP. Afr. l ult.* C. *de re milit. l.* 12. *& præsertim Nov.* 116. d. spiciam. Quó pacto l. securum, inviolabilem, illæsum, ipsis patere qui debet, transitum, modó iis locis, quibus introitus transitusq; eorum fit, da ſie eyn: vnd durchziehen/ ubi q; illæsi indemnes omnes custodiantur, *Novell.* 130 sicut & hospitia ipsorum, quę metata vocantur, ultró citróq; tuta esse debent, *l.* 3. § 13. *D. de munerib. t. t.* C. *de metatis. l* 12. II. Quód testimonii dicendi causa, *l.* 3. § *f. lib.* 8. *D. de testib.* aut al ás (veluti per injustam vocationem, *Goth. in l.* 2. *verb. se movere. in f. D. de in ius voc. adde l. un.* C. *in quib. caus. militantes foripræscript.*) á signis militaribus abstrahi nõ possunt. *l. pen. D. ex quib. caus. mai.* qua de causa ab omnibus quoq; muneribus immunitatem habent. *l.* 10. § 2. *D. de vacat. & excus. mun. & aliis notissimis iuris nostri locis.* III. Quód arrestari seu personaliter detineri nequeunt pro debito, *Peck. de iur. sist. c.* 5. *n.* 4. *Coler. p.* 2. *c.* 3. *n.* 153. nec omninó propterea manus in eos injici, *Coler. d l. nu.* 161. cúm manus injectio, sive per arrestationem, sive per detentionem personæ contingat, magnæ injuriæ instar habeatur, & sit ignominia irretractabilis, præsertim carceratio injusta, *Coler. d. l. num.* 154. & 155. IV. Quòd ne quidem in causâ criminali torquentur, pœnis ve plebejorũ subjiciuntur, *l.* 3 § 1. *D. de re milit. l.* 4. C. *ad l. Iul. mai. l.* 8. C. *de quæst.* (*idem de veteranis, l.* 55. C. *de decur. lib.* 10.) *Old. de iur. sing. t. de priv. milit. privil* 3. *p.* 496. *Wes p.* 1. *cons.* 50. *n.* 10. *Coler. d. l. n.* 173. *quod ex Br. in l.* 1. C. *de advoc. div. iud. ad equites aurates extendit Old. d loc. ad quæs tamen privilegia militum spectare negat Petrin. Bell. loc. supr. thes.* 224. n. V. Quòd, cúm commeatum, qui tamen difficulter ac parcissimé datur, *l.* 12 § 1. *D. l. unic.* C. *de re milit. Claud. Cotereus lib.* 1. *de iur. & privil. milit. c.* 38. *Petr. Bell. de re milit.* 311. 9 *nu.* 5. *& seqq. & p.* 9 *per tot.* (*ubi de commeatu tanquam specie salvi conductus á super concessi, et eâ occasione de salvo conductu generatim tractat, quæ erit materia c* 11. *infra*) impetraverunt, interea temporis lite pulsari haud queunt, sed liberam habent remeandi licentiam *d. l. un.* C. *in quib. caus. militantes fori præscr. l.* 9. C. *de proxim. sacr. scrin. l ult.* § 3. C *de privil. Schol. lib.* 12. VI. Quòd á vectigalium prestatione immunes sint, sc. quoad se & res usui suo aut suorum servientes, de quibus ne quidem professionem facere coguntur, ita sc. ut eam omittentes pœnam commissi non patiantur. *lib.* 3. C. *de vectigalib.* de mercibus verò suis quamvis vectigal consuetum & ipsi solvere cogantur, *l.* 7. C. *d. t. Bocer. de regal. c.* 2. *n.* 198. adhuc tamen, propter earum nõ factam professionem, pœnâ commissi non teneantur, sed pœnitere, & vectigal, quãtum ipsos debere apparuerit, adhuc solvendo, eam evitare possint, *d l.* 3. C. *de vectig.* Consultum verò est: Milites, ut commemoratam liberam ac securam commeãdi & remeandi licentiam, vectigaliumq; immunitatem turbandi ansam præcidant, libellum commeatus, *t. t.* C. *de commeatu, lib.* 12. vel honestæ causariævé missionis, *vid. l.* 2 § 2. *D. de his qui not. infam. l.* 13 § 3. *D. de re milit.* vulgò Paßporten/ (á Gallico *Passeports, Papon.* 3. *Notar.* 8. *des sauf conduicts et passeports*) secum ferre & inquietantibus monstrare: quo non attento securitatem ipsorum violantes legitimé coerceri poterunt, ac debebunt. VII. Quòd domum reversis é militia quævis omninò damna, quæ absentibus ipsis data, ut & lucra, quę ipsis interim ablata interceptavé fuerunt, resarciuntur & restituuntur, *ut est passim sub t. D. ex quib. caus. mai. et t.* C. *de restitutionib. milit. et eorum qui Reip. caus. absunt. et t. seq. de uxorib. milit. et eor. qui Reip. caus. absunt.* VIII. & denique, quòd á creditoribus suis conventi habent beneficium com-

competentiæ, *l. miles. 6. D. de re iud.* ut videl. in exsecutione invadere istis non liceat, quæ illi militiæ causâ habent, cùm arma militibus relinquenda sint, ut libri scholaribus, & breviarium Clericis *ex Bl. Coler. p. 2. c. 3 n. 134.*

240. Expositâ militum securitate non gaudent milites non immatriculari, *arg. l. 16. C. de test. mil.* sive, ut loquuntur, non arrollati, nec in numeros relati, seu milites non stipendiarii, *l. 3. ubi gl. C. de off. Mag. milit. Petr. Bell. p. 7. de re milit. n. 22.* in quo censu sunt, quos vulgo Freybeuter / vocant. Non magis illâ fruuntur transfugæ aliique desertores *sup. th. 129. & 130.* conspiratores, *l. 3. § pen. D. de re mil.* adversùs Magistratum suum militarem insurgentes, *per text. supr. th. 164. in fin.* pacis turbatores, *l. ult. in f. D. de re milit. & per tradita sup. th. 113. & seqq.* pâlres grassantesque, *de quib sup. th. 133. & th. 206 in fin.* latrocinantes, *Old. d. t. de privil. mil.* (*vbi vide de ignominiosè missis.*) piratæ denique, eò quòd sint hostes publici navigantium securitatem impugnantes, *ut d sup. thes. 128. & in terminis remotionis privilegiorum militarium Marcus Mantua in l. maritus quondã tuus miles. n. 284. & seqq.* ubi eos à Pontifice quotannis excommunicari (*facit c. 17. de Iudæ.*) refert, eosq; impunè offendi ac derobari dicet. *Vide omninò ibid. n. 238 in f. & seqq. ad fin. u. q. explicantum, qui milites privilegiis militaribus non fruantur. Extat fragmentum illius lecturæ in tr. tract. tom. 16. in f.* Atque hæc etiam de securitate personarum dignitatem potestate publicâ expertè habentium.

Classis IV.

De Securitate Legali personarum in ordine vitæ humanæ cumprimis necessario degentium.

241. Succedit eorum Securitas, qui in ordine aliquo alio dignitatis expertè, vitæ tamen humanæ, civiliq; societati maximè necessario degunt: quo in numero *primùm* sunt Mercatores seu Negotiatores, (qui ex matricula mercatorum tales esse præsumuntur, *Menoch. 2. præs. 78. n. 3 inf.*) quos in negotiationibus seu congruâ lætari securitate debere sal abriter quoq; constitutum est, *c. fin. de treug. & pac.* ubi eundo & redeundo securi esse debent: quia autem pro mercibus, quas emant, investigandis & perquirendis eunt, ubique & hoc securè facere permittendi sunt, *per not. Pet. Bell. de re mil. d. p. 9. num. 12.* Hoc amplius, Imper. Fridericus III. eos etiam in bellis publicis securos à violentia hostili esse voluit, *in Reform. sua, sub Rub.* Wer in offnen vähden gefreyt seyn soll / *p. 18.* & quòd in bello mercatoribus parcendum sit, tenuit quoq;, *Petr. Bellus tr. de re milit. p. 2. c. 9 num. 6.* Declaratur verò ista securitas, ut procedat tantùm in mercibus licitis, *ut passim sub t. D. de publican. & t. C. quæ res export. non deb. l. un. C. de litor. & itin. custod. lib. 12. c. 17. de Iudæ. Per ogr. lib. 6. de iur. fisc. n. 5. Boër. decis. 178.* limitatur per vectigalia, *Fachs. cons. 11. & latè supr. c. 3. th. 56. & plurimùm seqq.* novis tamen teloniorum ac pedagiorum exactionibus illes molestare quitentaverint, excommunicantur jure Can. *c. si quis Romipetas. 23. causa 24. q. 3. cap. 10. ad censib. coniunge dicta sup. th. 59.* quin & à veteribus, liberarum nundinarum tempore de jure immunes sunt, quanquã de consuetudine aliud obtinuerit, *ut habebitur infr. c. 7. ubi de nundinarum securitate agetur.* Non producitur dicta securitas ad mangones, *l. 207. D. de V S.* similesq; alios fraudum in commerciis excogitatores & impostorum totas plerumq; regiones pervagantium artifices, (*quibus atcensendi circumforanei illi, vulgò* Landtfahrer / *Confer d. Reform. Frid. all. loc. & Ord. Polit. de A. 1531. § Nach dem auch / p. 238. & de A. 1548. § Nach dem auch / p. 402. & de A. 1577. t. 31. p. 739.* si-

739.) sicut nec monopolæ, *l. un. ubi Dd. C. de monopol. & passim in Recessib. Imp.* nec decoctores, *de quibus infr. c. 8. (ubi inter causas securitatem legalem parientes, etiam de iusta causa cessionis bonorum, quæ in istis deficit.) & c. 11. (ubi inter alias salvi conductus é superioris concessione venientis species de moratorio rescripto, vulgó* Quinquennel / *quód istis non indulgendum.) agendi locus erit.*

242. *Secundó*, nec nautis vis ulla fieri debet sub pœna l. Iul. de vi priv. l. 1. *D. ad l. Iul. de vi priv.* Quæcunque naves (ajunt Impp. Honor. & Theodos.) ex quolibet portu seu litore dimittuntur, nullam concussionem vel damna sustineant: ita tamē, ut earum naucleri deponant, in quam provinciam ituri sunt, uti hoc manifestato nulla contra eos postea indignatio seu concussio quoquo modo procedat, *d. l. un. C. de litor. & itin. cust. l. 12.*

243. Præcipué veró Negotiatores, qui annonam urbis adjuvant, & Navicularii, qui maritimis transvectionibus annonæ urbis serviunt, vel etiam commeatum ad exercitum adferunt, privilegiatâ securitate pollent, *l. 5. § 3. & seqq. D. de iur. immun.* adeó ut á vectigalibus quoque sint immunes, modó sibi rem gerere probentur, *l. 6. in f. C. de vectigal. (ad excludendum sc. alios, qui mediantibus illis quæstum obtentis istius immunitatis ampliorem facere possint: Plané de rerum exercitus causâ paratarum translationis immunitate nihil est dubii, cúm illas vectigalium præstationi non subiici manifestum sit, l. 4. § 1. & l. 9. § pen. D. de publican.) Peregrin. 6. de iur. fisc. 5. n. 13.* Imó generatim, Nullam vim (rescribunt Imp. Constantinus & Julianus Cæs.) oportet naucleros sustinere, delegatas species annonarias transferentes, nec concussiones perpeti, nec aliquod genus incommodi, sed venientes ac remeantes omni securitate potiri, decē librarum auri mulcta proponenda his, qui eos inquietare tentaverint *l. nullam. 3. C. de navicular. l. 11.* Atque pro istiusmodi Negotiatorum & Naviculariorum Securitate contra arrestationes &c. duas Constitutiones Caroli V. refert *Peck. de iur. sist. c. 5. n. 5 edit. vet.*

244. *Tertió & postremó* in hac classe Agricolarum seu Rusticorum sese offert Securitas, quám ipsis, dum agriculturæ operam impendunt, plenam Lex tribuit, ut & eorum equis, bobus atque instrumentis, *l. ex secutores. 7. cum l. seq. & auth. agricultores. C. quæ res pign. oblig. poss. facit Novell. 32. c. 1. & est text. longé optimus in c. fin. (ubi rusticantes vel redeuntes vel in agricultura existentes, & animalia, quibus arant, & semina portant ad agrum, congruâ securitate lætantur.) de treug. & pac. Magalott. tr. hic. p. 1. n. 9. Massuer in pract. t. 31. de execut. & subhast. n. 16. Peck. d. tract. de iur. sist. c. 5. nu. 16 Chappin. l. 1 de privileg. rustic. c. 7. Guil. Bened. verb. & uxorem nomine Adelasiam. n. 343. Adde quòd de instrumentis ruralibus, quòd de iure á vectigali sint exempta, habetur Symph. tom. 1. p. 1. t. 2. p. 157.* Nec in pace solúm, verùm etiam in bello agricolas securos, iisque parcendum esse tenet, *Petr. Bell. de re milit. d. p. 2. t. 9. n. 7.* idque ita placuit Imperatori Frider. III *in suprá allegat. Reformatione t.* Wer in offnen Vähden gefreyt seyn soll *p. 18.* sicut & apud Indos belli quoque tempore agricolas securos esse, ob communem agriculturæ utilitatem, *refert Claud. Cotereus lib. 2. de iure & privileg. milit. cap. 22.* Pœna quin etiam in securitatis rusticæ violatores specialiter sancita est: quia agricolis ablata in quadruplum coguntur restituere, insuperque infamiâ notantur Imperiali animadversione nihilominús puniendi, *d. Authent. agricultores. C. quæ res pign. oblig. poss.* & est text. notabilis, *in libro 2. C. ne rusticani ad ullum obsequium devocentur. libro 11.* ubi constituitur, ut, quicunque prætextu publici muneris

neris possunt esse terribilies, si rusticano cuipiam necessitatē, quasi mancipio, imponunt, aut servum ejus vel forté bovem in usus proprios necessitatesque convertunt, ablatis omnibus bonis perpetuo subjugentur exilio: *quib. posterioribus verbis pœnam in C.Th.his verbis: ultimo subiugentur exitio: scriptam mitigarunt, ut adnotavit Gothofr. ibid.* & istam l.2. cum multis aliis elegantibus ex jure & Dd. pro rusticis in agricultura nō molestandis, nec abindé avocandis, quæ tamen hodié á Dominis eorum parū attendantur, *tractat. Guil. Bened supr. all. loc. n. pracedd. et seqq.* ac de modò tacta non observantia *post Chass. super consuetud. Burg. Rub. 2 des confiscations num. 23. vers. Trigesimus sextus casus &c. p. mihi 355 conqueritur etiam Clarus § f. q. 71. nu.* Istud durius alicui videatur, quòd bovis aratorii occisores exilio vel etiam morte mulctatos fuisse, ex Plinio & Varrone probat, *Goth. in d. l. 7. C. quæ res pign.* & quòd jure Saxonum cautum erat, ut spoliatores aratrorum supplicio adjudicarentur, quem rigorem mitigavit Elector Augustus, *Novell. Const. p. 4. t. 35. ubi aliquot casus distinguit: vide ibid. Dan. Moller. in comment.* Sané, cúm & aliás in milite gravius coërceri delicta soleant, *l. 14. D. de pœn. l. 6. pr. D. de re milit.* non caret ratione, quòd novâ Imperii constitutione militari despoliatio aratrorum, ac ob parem communis necessitatis atq; utilitatis causam, molarum, furnorum & similium, sive amicorum, sive hostium sint, confractio, direptio, destructio, citra licentiam Superioris, equitib. peditibusq; sub pœna capitis inhibetur, Reuterbestallung, *de A. 1570. art. 69 p. 679* & Fußbestallung, *eodem Anno, art. 53. p. 690.*

Classis V.

De Securitate Legali personarum miserabilium.

245. In quinta classe Securitatem collocavi personarum miserabilium, quales præcipué sunt Pupilli & Viduæ, qui secundúm Dei ter O.M. protectionem singularem (quæ, sacris fidem immotam facientibus literis, talis tantaque est, ut Viduas atq; Pupillos tangentes, pupillam oculi divini attrectare; eosdem prementes, lædentes, violantes, ultricib. divinæ iræ flámis, vindictæ punitioniq; immisericordi ac severæ sese offerant) Legi quoq; & Imperio præcipué curæ cordique sunt & esse debent, *l. un. C. quādo Imp. inter pupillos vel viduas, vel alias miserabiles personas cognoscat, et ne exhibeantur, dist. 87. per tot. c. super quibusdā. 16. in s. de V. S. et alibi passim. Covarr. pract. qq. c. 6 per tot. Menoch. cas. 66. Schrad. de feud p. 10. f. 2. n. 34.* adeò ut Viduas & Pupillos propter orbitatē magis esse privilegiatos, quám Studiosos, rectè dixerit Sich. *ad auth. habita. n. 20. C. ne fil pro patr. Old. l. de iure singul. t. de priv. quæ bon. lit. profess. et stud. fall. 5* Nec verò in ista classe Pupillorum tantúm, sed & Impuberū non orphanorū, ex causa imbecillis ætatis, *ut pauló póst patebit*, similiterq; non Viduarū tantúm, sed & aliarum, adeoque in genere, Mulierum favorabilis est Securitas partim consideratione infirmitatis fragilis sexus fœminei, *l. 2. § 2. & 3. D. ad Vell.* partim intuitu præcipui ejusdem muneris, ꝙ est accipere ac tueri conceptū, *l. 14. § 1. D. de adil. ed. l. 2. v. cúm enim. C. de ind. vid. t.* & cōmiseratione propter auxilia & obsequia, quæ maritis præstant, propter partus periculū & ipsam multis legē privil. ditatam librorū procreationē, *l. 12. C. qui pot in pig. hab. c. 2. de conv. in fid.* partim deniq; reverentiâ pudoris illibati cūprimis in eo sexu cōservādi, *l. un. ubi Dd. C. de rapt. virg. Borch t. de gradib.* (quâ ratione meretrices abhinc seclusas esse oportet, *facit li. 15. § 15. D. de iui. l. 29.*

C. ad

Call. Iul. de adult. quas tamen in censum miserabilium personarum referre non e-rubuit Menoch. *d. cas. 66. n. 25.*) Ad istam Pupillorum ac Mulierum securitatem in-tra liare ferendum est, quòd nec illi nec istæ pro debito carcerari possunt, sive fisca-listud sit, sive privatum, *auth. hodiè. C. de custod. reor. N. 134. c. 9. Peck. de jur. sist. c. 5. n. 30.* (ubi tamen arrestari posse concedit:) *Adde supr. th. 137. prope fin* quod privilegium *arg. d. l. 29. C. ad l. Iul. de adul.* ad meretricem produci negat Peck *ibid.* quòd Pupilli, *tam egregius in l. 1. §. 33 D. ad Syllan. l. 10. pr. & l. 15. §. 1. D. de quæst.* & in minùs gravibus etiam Mulieres non torquentur, licèt in gravioribus hæ torturam (quæ tamen in prægnante differtur, donec pariat, *l. 3. D. de pœn.*) non effugiant, *l. 3. C. de quæst.* quòd pupillo in pœnis irrogandis minor ætas excusationem vel saltèm mitigationem pa-rit, *l. 1. §. 32. D d t. ad Syll.* (*videtamen l. 14. eod. t.*) *l. 16 § 3. in fin. D. de pœn. l. 7. C. eod.* Mu-lieri quoq; gravidæ damnatæ interim parcitur, d lato supplicio, quoad pariat, *l. 18. D. de stat. hom. d. l. 3. D. de pœn. ubi vide Gothofr Ioh. Boem. lib. 1. de moribus gentium, c. 5. & exemplum Argentinæ An. 1596. observatum refertur Symph. tom. 3. verb. Prægnans.* Item q; mulier, quæ per suos pacem publicam turbavit, in Bannum forma consueta, ut vir, non declaratur, *Gail. 1. P. P. 1. n. 36. cit sup. th. 117. circa fin.* Senes quoq; (cùm ipsa senectus quodammodò morbus sit, ad mortem duraturus, & verò diuturno morbo fatigati & debiles miserabilibus personis accenseantur, *supr. all. l. 1. C. quando Imp inter vid. &c.*) rectè inter miserabiles personas reponit Menoch. *all. cas. 66.* id-eoq; privilegiatâ & ipsi securitate inter eas meritò gaudent: & hoc non solùm im-becillitatis senilis commiseratione, sed vel ob magnam quoq; senectuti debitam veneration em, *de qua Lev. 19. l. semper. 5. D. de jur. immun. Nov. 80. c. 3. §. 1. Coras. p. 2. de jur. art. c. 6.* Maximè verò conspicua miserabilibus personis tributa securitas inde elucere videtur, quòd inter ipsa etiam hostium tela ipsis parci conveniat. Quamvis enim fœminis in bello non parci, neq; pueris, conqueratur Petr. Bell. *de re milit. p. 2. c. 9. n. 1. & 2.* tamen non Camillus solùm, *referente eod. d. n. 3.* iis pepercit: sed & (præ-terquam quòd Imp. Frid. 3. puerperis & gravi morbo decumbentibus parci voluit, *sup. all. Reform. 1.* **Wer in offenen Wähden gefreyt seyn soll/**) novis Imperii constitu-tionibus militaribus equitib. peditibus q; injungitur, **allen erlebten Leuten / auch Wehrhabidern/** (à qua tamen securitate *per suprà dicta de meretricibus*, militum foca-rius, *ut vocat l. 2. C. de don. int. vir. & ux.* jure optimo excluseris,) **die auff keiner Wehr befunden werden/ auch unmündige Kinder nicht zu tödten/ bey Straff Leibs und Lebens Reuterbestallung** *art. 70. p. 679.* **Fußbestallung** *art. 54. p. 690.*

Classis VI. & Ultima.

De Securitate Legali personarum domesticâ potestate pollentium.

246. In sexta & ultima classe, personarum videl. domesticâ potestate præ-ditarum, *initiò* occurrit securitas Mariti respectu Uxoris, quæ in illius est potestate maritali, *Eph. 5. Arist. 1. Polit. & 1. Oeconom.* (quæ & jure civili veteri erat cognita in matrimonio quod fiebat conventione in manum viri, *Cic. in Top. Vlp. in fragm. t. 9.*) obsequium certè illi debet, *Ephes. 5. Coloss. 3. Tit. 2. 1. Petr. 3.* & reverentiam, *l. 14. §. 1. D. fil. matr.* ideoq; illius securitatem illæsam peculiari ratione ac metu pœnæ gravio-

ris, *l.* 28. §. 8. *D. de pœn.* relinquere tenetur, adeò ut ne quidem illi corrigenti resistere debeat, *per regulam, ubi offensio licita, ibi defensio illicita, supra th.* 118. *vers. cæterùm.* Distingue tamen: Quando enim uxor commisit aliquid, ob quod maritus jure civili eam repudiare potest, *ut in l.* 9. *C. de repud.* tùm acriter eam verberare, quinetiâ domo exigere potest. In aliis verò casibus modica tantùm uxoris castigatio marito conceditur, ita ut flagellis aut fustibus eam cædere impunè nequeat, *Nov.* 117. *c.* 14. ac, si tale quid contingat, cautionem de non offendendo, *de qua infrà c.* 9. uxor à marito exigere potest, *Goth. ad d. c.* 14. *ex Belvis. 1. pract. 9. n.* 16. *&* 17. cùm maritum non deceat, tyrannicè in uxorem sævire, quin potiùs maritali affectione eam amplecti & prosequi, *l.* 11. *C. de repud. Nov.* 18. *c.* 11. *N.* 22 *c.* 3. *Nov.* 89. *c.* 1. *inf. Nov* 117. *c.* 5. ac defensionem ei legitimam contra aliorum offensiones atque injurias præstare, §. 3. *l.* 1. *in f. & l.* 2. *D. de injur.* Ad securitatem maritorum quoque pertinet, quòd non nisi in id, quod facere possunt, ab uxore conveniuntur, *l.* 17. *D. de re jud. Coler. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 117.

247. *Secundò*, Patris succedit securitas specialis respectu liberorum. Unde à filio illata parenti injuria atrox dicitur, §. 9. *l. ubi Harpr. n.* 8. *l.* 7. *inf. D. de injur.* & atrociùs vindicatur, *l.* 1. §. 2. (ubi filii, parentes, quos venerari oportet, contumeliis afficientis, vel impias eis manus inferentis, delictum ad pub. pier. pertinens, pro modo ejus, Præfectus urbis vindicare jubetur,) *& ead. l.* 1. §. *f.* (ubi miles ob irreverentiam parentum à militia rejicitur, *Petr. Bell. de re milit. p.* 8. *t. un. n.* 74.) *D. de obseq. par. & patr. præst. l.* 28. §. 8. *D. de pœn. l.* 4. *C. de P. P.* Nec possunt liberi parentibus, quantumvis graviùs eos objurgantibus, pulsantibus atq; verberantibus, licitè resistere, cùm vim & injuriam non faciant, sed jure suo utantur, *l.* 3. *C. de P. P. Hipp. de Marsf. aggredior. n.* 79. *Obr. de defens. c.* 6. *n.* 13. quia non ex odio & malevolentia, sed paterno affectu & summa charitate, animoq; emendandi id faciant, *Obr. ibid.* quæ tamen paternæ castigationis potestas non immensa, sed moderata, & suis quasi cancellis inclusa, *l.* 5 *D. ad l. Pomp. de parric.* (ubi pater, qui filium, eò quòd novercam adulterasset, in venatione occiderat, latronis magis, quàm patris jure eum interfeciisse, & ideò in insulam deportatus dicitur: Clarus tamen notavit, patrem quempiam, qui filium castigando occiderat, absolutum fuisse, §. *f. q.* 56. *n.* 2.) *d. l.* 3. *& l. ult. C. de P. P. Obr. d. loc. n.* 14. Nihilominùs, si cancellos sibi præfixos parentes egrediantur, adhuc cedendum eis potiùs ac lenienda eorum ira, quàm resistendum, *Obr. n.* 15. *& seqq. usque ad* 20. Unde, licèt pater notoriè non corrigendi, sed diffamandi & injuriandi animo objurgasset, retorsionem non admitterem, *arg. l.* 7. §. 2. *&* 3. (ubi liberis in potestate positis ne quidem pro atroci injuria adversùs patrem, *sicut nec aliàs ulla famosa actio, l* 11. *D. & l.* 5. *C. de dol.* competit injuriarum actio, cui retorsio æquipararur, *l.* 25. *D. de procurat. l.* 14. §. 6. *D. de bonis libert.*) *D. de injur. & c. plerumq.* 27. *circa fin.* (ubi infames fiunt, qui in patres suos armantur, ut eos reprehendant aut accusent.) *caus.* 2. *quæst.* 7. *Diss. Harppr.* §. 12. *n.* 157. *I. de injur.* tantò fortiùs patrem à filio defensionis jure occidi posse negarem, *cum Plat. lib.* 9. *de ll. Bodin. 1. de Rep. c.* 4. *Val. Volz. comment. t. ad l. Cornel. de sicar. c.* 7. *n.* 21. *cum seqq. Obr. d. l. n.* 17. Patris namq; persona filio nunquam non sancta esse debet, *l.* 9. *D. de obseq. Obr. d. l. n.* 18. &, quamvis impius ac legum contemtor sit, tamen pater est, *N.* 12. *c.* 2. *quod & tetigi supr. th.* 142. *rat.* 3. Quod magis mireris, ne quidem in casu legibus nostris permisso, *l.* 35. *D. de relig.* patricidium probat

Bodin. *d. c. 4. n. 26. contra Dd. ibi all.* nec id Clarus admittit in patre Bannito, §. *homicidium, n. 59.* Sanè in casu nimiæ patris in filium sævitiæ cautionem de non off. ab illo exigere hunc posse rationem habet, *Magal. tr. hic. p. 2. n. 34.* Ad parentum securitatem referendum quoq; est, quòd liberis eos sine venia Prætoris in jus vocare non licet, *l. 4. §. 1. & ll. seqq. D. de in jus voc.* item quòd parentes à liberis conventi beneficium habent competentiæ, *l. 16. in fin. D. de re jud.* quod reciprocum est: imò & fratri competit, *l. 63. pr. D. pro soc.* aliisque, quos ob cognationis, adfinitatis ac necessitudinis arctioris vinculum, affectionem, reverentiam, securos ab omnimoda denudatione esse oportet, *Coler. p. 2. c. 3. n. 117.*

248. Securitati Parentum similis est Præceptorum, quasi parentum alterorum, (*vid. l. 27. D. de donat. & notum est, quàm honorificè Alex. M. præceptorem patri prætulerit,*) securitas. Ei namq; corrigenti discipulus licitè non resistit, *l. 5. §. f. D. ad l. Aquil. Obr. d. l. n. 23.* Et, quamvis excessus in corrigendo illi interdicatur, *d. l. 5. §. f. & l. 6. D. ad l. Aquil.* tamen in eum, qui adhuc actu præceptor est, discipulo, præsertim ubi vitæ non est periculum, defensionis jus non concederem, adeoq; nec retorsionem, quam in casu notorii animi injuriandi admittit Harppr. *d. n. 157.* in quam disputationem utrum animus injuriandi notorius præceptori fuerit, neene, se conjicere, periculosum admodùm videtur, *arg. not Peck loc. sup. th. 169. in fin. alleg.* præsertim cùm Præceptor in percutiendo quoque terminos licitæ correctionis excedens ad juramentum purgationis admittatur, quo probet, se non animo injuriam inferendi, sed ex correctionis causa percussisse, *ut ex Br. in d. l. 5. §. f. D. ad l. Aquil. notat Velpellus de pace, q. 46. n. 6.* Ex ista Præceptorum securitate fluit: quòd Discipuli, non tantùm qui seriò, sed & qui joci causâ aliquid faciunt contra præceptorum suorum honorem, eo ipso fiunt infames, ut ab officiis publicis repellantur, *text. in supr. all. c. plerumque, circa fin.* (ubi, qui doctorum suorum vitam reprehendunt, accusant &c. infames fiunt,) *caus. 2. q. 7. Ita post Paris. in tr. de ludo tenet Rebuff. lib. 2. qui inscribitur de his, quæ sunt necessaria literarum studiosis. c. 8.* & amittunt privilegia Studiosorum, qui præceptores suos re aut verbis offendunt, *c. ex literis, 11. de constit.* quoniam eos ad faciendum officium difficiliores reddunt, sicq; commilitonibus quoq; nocumento sunt, dum illorum honorem, qui secundùm quosdam major eis, quàm parentibus naturalibus, debetur, impiè violant. *Ita Pacius ad auth. habita. c. 4. n. 11.*

249. *Tertiò*, Dominorum quoque Legislatoribus nostris curæ fuit Securitas, *teste Gothofred. in l. pen. princ. C. de his, quibus ut indig.* unde nec servi dominis suis ipsos corrigentibus resistere possunt, quia injuriam illis non faciunt, *argum. l. 7. §. 2. vers. nec enim junct. §. seq. D. de injur.* & illos licitè castigant, offendunt, *l. un. C. de emend. serv. Bodin. 1. de Repub. 5. Obr. d. tract. de defens. c. 6. n. 24. & seq.* illorumque salutem servi propriæ suæ saluti anteponere debent, *l. 1. §. 28. D. ad Syllan. l. ult. C. d. t. de his, quibus ut indig. Obr. d. loc. n. 27.* à domino tamen, cujus nimia sævitia metuitur, jus jurandum de non off. exigi posse patet *ex Novell. 5. c. 2. §. 2. Magal. tr. hic. p. 2. n. 34. Add. dicta supr. th. 26.* Istius Securitatis vestigium manumisso etiam servo in persona patroni versùs libertum remanet, quia persona patroni liberto sancta esse debet, *l. 9. D. de obseq.* & libertus patroni cùm famæ tùm vitæ parcere tenetur, *l. 38. §. pen. D. ad l. Iul. de adult. Obr. d. c. 6. n. 18.* unde eum in jus vocare sine Prætoris permissu, *l. 4. §. 2. & passim. D. de jus voc.* doli, injuriarũ, aliâve quâ actione famosâ, convenire, *l. 11. D. de dol. l. 7. §. 2.* (ubi tamẽ atrociùs tractati injuriarum agant,) *& l. 11. §. 7. D. de injur.*

cum similibus. item q; ultra id, quod facere potest, exigere non debet, *l.* 17. *D. de re jud. Coler. p. 2. c. 3. n.* 117. In domino feudi, qui itidem quandoq; patronus vocari consuevit, respectu vasalli similis quædam securitas is est observatio, quia iste in illum manus injiciens, sicq; illius securitatem violans, ob id feudo privatur, *c. unic. §. similiter, quibus mod. feud. amitt. 1. F. 5. c. unic. quibus mod. feud. amitt* 1. F. 17. *c. unic. §. porrò qui fuit prim. caus. benef. amitt. 2. F. 24. Guil. à Cuneo tract. hic. n.* 40. vice autem versâ & dominus vasalli securitatem lædere non debet, *c. unic. in f. de nov. form. fidel. 2. F. 6.* alioquin proprietate excidit, *c. unic. qualiter dominus proprietate feudi privatur. 2 F.* 47. imò graviùs coërceri delictum domini, quia vasallo delinquente feudum, si paternum sit, ad agnatos devolvatur, *c* 1. *§. deniq; qua fuit prim. caus. benef. amitt. 2. F. 14.* (si tamen in ipsum dominum delinquat vasallus, id domino accrescere vetitum est, *d. §. deniq;.*) at proprietas domino ablata indistinctè accrescat vasallo, sive in hunc, sive in alium deliquerit dominus, *§. domino. si de feud. def. 2. F. 26.* arguit *Author lib. supra class. 2. sapiùs alleg. de Legatis.* Ad similitudinem deniq; servorum ac libertorum veterum à famulis quoq; nostris securi esse debemus: in quos tamen ob defectum potestatis dominicæ, jurisve patronatus, tanta coërcendi vis non est, adeoq; iis citiùs aperitur nobis corrigentibus resistendi licentia, *Obr. d. c. 6. n. 26. 28. & seq.*

250. *Deniq;*, in ultima hac classe Abbatum quoq; à Monachis specialiter inviolabilis est Securitas ex causa potestatis Abbaticæ, in quam transeunt, qui religionem ingrediuntur, *per text. inevitabilem in Nov.* 134. *c.* 11. (ubi patet in monasterium detrusus non habet usumfructum in rebus filii, tanquam potestate suâ soluti, quia sc dum in potestate Abbatis est, alium in potestate habere nequit, *l.* 21. *D. ad l. Iul. de adult.* quocirca verissima est eorum sententia, qui monachum à patria potestate liberare docuerunt, *Schneidew. & Dd. in §. 4. I quib. mod jus p. p. solv. Bodin. l. de Rep. c. 7. p.* 521. *ubi Dd. in utramq; partem cumulat. Diff. Cujac. in parat. C. de emancipat. & cumprimis ad Nov.* 5. licèt Canonicatus abindè non liberet, *per text. in c. constitutus, 8. de in int. rest. ubi Canonicus à patre emancipatur.*) itaq; iis corrigentibus, *vid. supr. th.* 221. resistere non debent, *c. Abbates §. monachi.* 18. *q.* 2. *& c.* 6. *§. Abbas verò de stat. monach.* si tamen nimiùm asperi illi deprehendantur, itidem cautio de non offendendo ab eis exigi poterit, *post alios Prem. tr. hic. pr. §. Quartum genus. vers. Huic addi quoque potest.* Atq; hæc de Securitate Legali personarum in sex classes hoc capite *5.* digestarum disseruisse sufficiat.

Finis Cap. quinti.

Aequo Lectori S.

DEbuissem porrò, *Lector benevole & candide*, ductum partitionis Securitatum Legalium *suprà in vestibulo capitis quinti th.* 139 propositæ, *qua juvatur arg. disp.* 29. *in decret. jur. Can.* secutus, ad reliqua tria earum genera explicandum me accingere: & consequenter *capite sexto* tractare de *Securitate, quam ratione loci jura tribuunt*; qualis est I. *securitas Asylorum*, cùm *Sacrorum*, ubi de sacrosanctarum Ecclesiarum inviolabilitate & refugio, **vom Gottesfrieden vnd Kirchen Freyheit**: tum *Profanorum*, qualia olim erant apud Judæos *oppida refugii*, apud Romanos primis temporibus *lucus à Romulo asylum factus*, posteà verò sub Imperatoribus *consecrata* horum *statuæ*, (*ubi per occasionem de statuis illis Rolandinis, in quibusdam Civitatibus, post*

Caput VI.

pastumpora Caroli Magni, in signum libertatis, collocatis) hodiè ædes privilegiatæ seu hic exemta, gefreyte Höffe/oder Centfreye Häuser/ contra quæ nonnullis Civitatibus (veluti N.) sua constant privilegia. II. *Securitas Arcium Principalium*, in quibus Aula fovetur, der Burgfrieden in Fürstlichen Hoffstätten / & omninò securitas Castrorum, der Vestungen vnd Kriegeläger / Civitatiumq; muris & aggeribus fortalitii instar cinctarum, Curiarum quoq; in Civitatibus, der Rathhäuser/ ut & Scholarum in Academiis & Gymnasiis. III. *Curiarum*, ubi gratia, justitiâve implorandâ, aut investituræ petendæ, judiciorumq; (& præ reliquis Cameræ Imp. vid. *Barth. tom. 2. p. 128. lit. c. Ordin. p. 1. t. 49.* aliorumq; insigniorum dicasteriorum,) loca tuta, cum accessu recessuq; secuto. IV. *Securitas domestica*, der Haußfried / & deniq; *Hospitiorum*, ac in specie *hospitiorum cursui publico servientium*, quæ stativa, Posthäuser/ & *militarium*, quæ metata dicuntur.

Deinceps, *capite septimo*, de *Securitate intuitu privilegiati temporis indultâ*; cujusmodi est securitas Feriarum; Comitiorum, tùm Septemviralium, Collegii scil. Electorum, der Wahl- oder anderer Churfürsten Täge/ tùm Universalium, videl. quorumvis Imperii Statuum, der Reichstäge/ aliarumq; publicarum Dietarum, puta der Creyß- Fürsten- vnd Stätt täge/ item securitas Torneamentorum, der Turnierfriede/ Nundinarum, der Messen oder Jahrmärckte Freyheit / ut & protectio ac securitas Encæniorum, Kirchweyh-Schutz vnd Freyheit. *Cap. VII.*

Demùm, *capite octavo*, de *Securitate legali ex alia aliqua causa favorabili proveniente*: sicuti è favore causæ pudlicæ descendit securitas cursus publici; è favore justitiæ & æquitatis, securitas in jus vocatorum, aut testimonii dicendi aliâve aliquâ de causâ evocatorum, aut quâcunq; piâ, justâ, probabilive de causâ aliquo in loco ad tempus consistentium; è commiseratione infortunii, securitas debitorum miserabile cessionis bonorum, vel etiam competentiæ beneficium habentium, & omninò securitas, pauperum; ex honore nuptiarum, securitas nuptialis, cùm ipsorum novorum nuptorum, tùm hospitum eos deducentium & festivitatem nuptialem concelebrantium, è religione deniq; funerationis, securitas funera, tàm funus ducentium, sequentium, justaq; mortuo facientium, quàm ipsorummet funerandorum cadaverum, utpotè quæ à creditoribus sisti nequeunt, ut & aliàs cùm ante humationem (*Anatomiâ tamen Medicâ neutiquam damnatâ*) tùm in ipsis maximè sepulcris inviolabilia sunt. *Cap. VIII.*

Expeditis hac serie omnibus Securitatis Legalis speciebus, vi distributionis *in limine dicti capitis quinti th.* 138. allatæ, *capite nono* ad eas edisserendas mihi accedendum fuisset, quæ Hominis facto conceduntur ac præstantur. In quibus *initiò* eæ occurrunt, quas *Conventiones* hominum gignunt, sive *Publicæ*, puta Fœdera, Paces, Induciæ, sive *Privatæ*, veluti Concordia, Transactio, Pax inter privatos facta, vel saltem Induciæ, de quibus, solutionis dilatoriis, & creditores cum debitoribus convenire plerumq; solent. *Secundò* eæ succedunt, quæ *ex Promissione, aliâve Concessione seu Præstatione veniunt*. Promittitur autem præstatúrve Securitas vel à Parte Parisquæ visissim aut à Re præstatur Rei, ut Cautio damni infecti; aut à Re Personæ, ut refectio ædium ruinosarum, pro securitate prætereuntium, item pignoris securitas, der Pfandtfried/ *de qua in Reformat. Frid. 3. Imp. sup. t.* Wie man pfänden soll. *p.* 17. aut à persona Rei, cujusmodi est Cautio de non faciendo vim possessioni alicujus, quæ in interd. retinendæ præstari solet; aut deniq; à Persona Personæ, qualis præci- *Caput IX.*

puè est Cautio de non offendendo. Vel à parte judici, saltèm præteuso, putà juramentum securitatis seu Exultionis, ut vocant, vulgò Vrphed / ad cujus præstationem carcerati ante relaxationem compelli solent. Vel denique à Judice Parti, alóve quo porentiore minùs potenti, qui vim offensionémve suspicatur ac reformidat.

Caput X.

In hoc postremo genere tres nobilissimæ mihi accuratiùs fuissent considerandæ species. Et *primò* quidem *in capite decimo* Protectio illa extraordinaria, singularis & privilegiata, quæ Schutz vnd Schirm appellatur, cujus principalissima forma est Salva guardia, quam summus Princeps pro defensione personæ ac rerum tribuit: & dividitur I. in absolutam ac generalem, quæ defensionem juris & facti continet; & in limitatam, quæ certæ defensionis limitibus sese continet. II. in eam, quæ in genere & non contra certam personam, etiam nemine citato, & citra causæ cognitionem, conceditur: & in eam, quæ adversùs certas personas, à quibus impetrans se sibi metuere narrat, & regulariter quidem citatis eis, ac cum causæ cognitione tribuitur. III. in eam, quæ literis patentibus sive duplomate in modum privilegii, (nos Keyserliche Schutz- vnd Schirmbrieff nominamus:) eam, quæ per signi seu veli titulive impositionem, & eam, quæ per appositionem custodum datur. Qualis autem cumque sit Salva-guardia, impetranti non plus, quàm ante habebat, juris tribui, sed jus possessionemque, quam habebat, conservat: ordinariæ jurisdictioni non derogat, neque eximit: inviolabilem impetrantem cum suis rebus præstat: violantes pœnæ facit obnoxios: ad quam ut agi possit, requisita quædam legitima interveniunt, quæ, ut &, apud quem, & quâ actione agatur, quomodo ea actio probari, aut vicissim eludi possit, quid judicandum, seu in cujusmodi pœnam violator S. G. condemnandus: denique, quando Salva-guardia extinguatur, prosequendum fuisset. Altera protectionis istius extraordinariæ forma est Advocatia, qua clientes fiduciarii contra vim majorem & violentiam aliorum protegunturr: quam Advocatus vel ab ipsa lege canonéve habet, sicut Imperator Ecclesiæ Advocatus ac defensor est legitimus. *sup. th.* 38. *circa f.* iremq; ii, qui, ex causa fundationis, structuræ seu refectionis, dotationisque congruæ Ecclesiarum, jus patronatus consecuti sunt, præter jus præsentandi, quod habent, canonici earum protectores contra quovis oppressores sunt & esse debent: vel ex conventione, quando Ecclesia, Princeps, Comes, Civitas, aliáve Universitas superiorem recognoscens, liberam rerum suarum administrationem habens, se, unà cum subditis & fortunis, tutelæ potentioris, confectis plerumq; super ea re rabulis clientelaribus, commendat: cujusmodi Advocati, si Ecclesiarum aut cœnobiorum seu monasteriorum sint, rursus aut simplicem Advocatiam, (& quidem *ex Const. Greg. X.* non nisi cum consensu Pontificis speciali quæsitam) Vogtey aut limitatam Caßenvogtey habere dicuntur, ejusq; jus, tanquam perpetuum & fructuosum, de consuetudine quorundam Germaniæ nostræ locorum, præsertim Alsatiæ, in feudum concedere possunt: sin Dominia alicujus, universitatisve secularis patroni sint, in specie, Schutz- vnd Schirmherren/quemadmodum ipsi clientes, Schutz vnd Schirms Verwandte indigitantur, qui fetè nunquam tutelam mutare possunt, nisi & ipsa hereditaria sit, vulgò Erbschutz. Quæ verò cumque sit Advocatia, ex vi sua, & nisi speciale accedat pactum, aut, quæ hujus loco est, præscriptio, jurisdictionem nullam tribuit, reditum tamen aliquem plerumque parit: Advocatum, ad clientum protectionem, necessitate exigente etiam armis faciendam, obstringit: quo circa huic defensionis nervis destituto jus Advocatiæ pe-

rit.

tis. Alia protectionis extraordinariæ singularis ac privilegiatæ forma sese offert in particulariter adquisitis colonis censualibus in alterius Domini territorio habitantibus, qui vulgò **Hindersassen** dicuntur, quorum protectio, domino censuali, **dem Junckherrn**/ competens, itidem ordinario territorii domino non præjudicat.

SECUNDÒ, *in capite undecimo* altera Securitatis à superiore concedi præ- *Caput XI.*
sidique solitæ expendenda mihi fuisset species, quæ ex judicis officio dependet; quando videlicet judex, vel à parte, inimici insidias atque offensionem, aut ab aliquo de violentia sibi suspecto turbationem metuente, imploratus, mandatum seu interdictum adversùs eum de non offendendo sive non turbando decernit, qualia mandata in Camera Imp. ob accuratam requisitorum trutinationem, difficulter hodiè decernuntur: Vel parti Salvum-conductum specialiter ita dictum (cujus usitatissima species est. **Sicher Geleit zum Rechten vnd vor vnrechter Gewalt**: rarior, Inituriæ debitoribus à Principe concessæ, **Quinquennell**/) concedit aut permittit, de quo exponendum fuisset, à quibus Magistratibus ac judicibus, & an non solùm ab ordinariis, sed etiam delegatis seu Commissariis? 2. quibus, & quibus non? 3. quando? 4. quibus ex causis? 5. quibus in causis? 6. qua forma detur? 7. quamdiu dari ac durare debeat? 8. quatenus judex inferior eum denegans per mandatum de concedendo salvo-conductu à superiore ad dandum illum compelli possit? 9. quomodo sit interpretandus? 10. ac postremò, qui ejus sint effectus? ubi de fide publica servanda, & apud quem judicem contra ejus violatores agatur, déq; horum pœnis.

TERTIÒ ac postremò, *in capite duodecimo & ultimo* longè nobilissimus ac, *Cap. XII.*
ut ita dicam, controversissimus ille Conductus, quem simpliciter **das Geleit** appel- *& ult.*
lamus, fuisset dispiciendus: & 1. quidem edisserendum, quale jus sit **die Geleitsherrligkeit**? regulariter videlicet juri superioritatis ac territorii cohærens, quandoque tamen & in alieno territorio vi servitutis jurisdictionalis competens. 2. quinam tale jus habeant? annon solùm Imperator, Electores, Principes, sed & Comites plenique; & liberi Barones, ut & Nobiles quidam? an Civitates Imperii liberæ, intra fines, ut & attinentium pagorum limites territorio suo comprehensos, licèt hi alicujus Principis territorio undequaquè circumvestiti essent? an & aliquæ Civitatum non Imperialium, suo tamen Principi sub certis solùm pactis ac conditionibus subjectarum? quibus quæstionibus dissolutis, breviter attingendus etiam fuisset salvi-conductus pluribus dominis simultaneè pro indiviso competens, **das Mitgeleit** 3. ubinam tale jus sese exerat? videlicet in viis publicis, fluminibus, mari? an Domini ibi conducentes, **die Geleitsherren**/ talium locorum dominium habeant? 4. quibus iste conductus accommodetur? ubi de honorifico magnatum conductu, **vom entgegen reiten**/ **empfahen vnd vergleiten Fürstlicher Personen**. deinceps de conductu mercatorum, aliorumque peregrinantium, & an hi ad solvendum guidagium, **das Geleitgelt**/ adeoq; redimentum salvum-conductum cogi possint? (& sigillatim de salvo conductu Judæorum, **von dem Judengeleit**:) ibidemq; quibus iste conductus dandus non sit? 5. quando dari possit & soleat? 6. qua forma præstetur? nempe vel literis tractatoriis, quas **Geleitzettel oder Geleitsbrieff** vocamus, vel custodibus, qui vulgò **Geleitsmänner** dicuntur, adjunctis: unde ducatus ille duplex est, **Persönlich oder lebendig**/ **vñ Schrifftlich Geleit**. 7. quæ suppetant reme-

remedia Dominis territoriorum in possessorio, pro tuendâ istius conductus possessione vel quasi; (*scil. ex constit. litig. poss. item q; pignorationis, ubi de processu in hac, & diversa pro diversitate circumstantiarum & qualitatum causarum pronunciandi forma.*) vel amissâ (*sc. interdicto unde vi vel simili*) recuperanda: quæ in petitorio (*puta confessoria vel negatoria*) pro jure isto adserendo vel negando? 8. quibus remediis consultum sit commeantibus, in territorio & salvo-conductu offensam, injuriam, damnúm ve passis, sive adversùs salvi istius conductus violatores, sive adversùs Dominum, dem Land-oder Geleitsherren/ quomodo læsio illa probanda, & damnum liquidandum sit? quamdiu item hujusmodi actiones, & an etiam contra successorem competant? 9. ac denique de consequentibus istius juris conducendi, puta de jure indagandi, persequendi, conquirendi securitatis publicarum viarum ac fluminum infestatores, quod das Recht des Streiffens appellatur, *& qualemcunq; jam proditum sup. c. 3. th. 42. & c. 4. th. 126. & 128.* ac præsertim de jurisdictione criminali in via fluminéve publico, cui ea competat? tandem verò etiam de adquisitione insulæ in flumine natæ, quam Imperator Adolphus ad requisitionem Reinaldi Comitis Geldriæ singulari Constitutione *in Curia Norimbergensi Anno 1293. publicata, (non pridem à Marq. Freher. edita)* Domino jus teloniorum & conductus in flumine habenti attribuit. Hæc (inquam) omnia commemorato ordine (*cujus tamen mutandi, augendi, minuendi facultatem mihi reservo*) disserendo explicare, sicuti constitueram, debuissem. Verùm, quia, dum è collectaneis meis priora capita mecum iu chartam successivè hîc Basileæ conjiciebam & excusum dabam, in eam, quam vides, molem ea excrevêrunt, neque etiam cum operarum Typographicarum raritas, tùm rerum ac studiorum meorum status Spiram me revocans, me longiores hîc trahere moras patiuntur: ideò, Lector benigne, tua cum venia, telam istam modò abrumpo, atq; in commodius tempus pertexendam differo.

DE

XXIII.

DE SUPERIORITATE TERRITORIALI ET EJUSDEM JURIBUS ADFINIBUS, D. CHRISTOPHORI MINGII.

PROOEMIVM.

CONCL. I. Omnium somnos Magistratus vigilantia, omnium otium Magistratus labor, omnium delicias Magistratus industria, omnium denique vacationes Magistratus sola defendit occupatio. *Iuxta* Senec. *referente gravissimo quodam ICto Westphal. in Dissert. de jure principat. Concl.* 1. Iccircó etiam ars imperandi populo & rectè formandi Remp. res non minùs est difficilis quàm sublimis, & scientiarum scientia. Philon. *Iud. de Creat. princ.* Fulvius Paciatus *de la arte di governare, cap.* 1. *num.* 1. Figliucci *de la Politica cap.* 1. Adeó ut Jethro sacerdos Midian ad Mosen populum judicantem dicat, *Exod.* 18. *vers.* 18. rem non bonam facis, Moses, stulto labore consumeris, defatigando defatigaris, & tu & populus iste, qui tecum est, ultra vires tuas est negotium, solus id non poteris sustinere, *ubi insuper erudité* D. Erasmus Marbachius: & Salomon Israëlis Rex á Deo constitutus ab eodem unicé petat sapientiam & intelligentiam ingrediendi & egrediendi coram populo; quis enim potest, ait, hunc populum tuum, ô Deus, qui tam grandis est, dignè judicare? 3. *Reg.* 3. *v.* 9. 2. *Paral.* 1. *v.* 10.

Ars imperandi difficilis.

2. Unde sicuti consilio soceri sui Moses constituit Tribunos, millenarios, & centuriones & quinquagenarios & decanos, eosque populo præfecit, ut simul judicarent eum, *vers.* 20. *& seqq.* ita etiam summus Imperii nostri Princeps & caput Imperator, potestas illa á Deo ordinata & constituta, *Ios.* 4. *v.* 14. 1. *Reg.* 11. *v.* 31. *Iob.* 12. *vers.* 18. *cap.* 34. *v.* 18. *&* 24. *Ier.* 27. *vers.* 5. 6. *Dan.* 2. *v.* 21. *&* 4. *v.* 14. 22. 29. *Ioh.* 19. *v.* 11. *Rom.* 13. *v.* 1. 2. *& seqq.* 1. *Pet.* 2. *v.* 13. propter rei magnitudinẽ viros fortes in cuiarum & sollicitudinis partem assumsit, illosq; dignitate illustri donavit, ut & speciatæ virtutis, & onerum essent Comites, autoritas, & felicitas: isti enim proceres & Imperii nostri status, tanquam nobilia illius capitis membra, **eingeleibte Glieder der Keyserlichen Majestät/** *R. A. de Anno* 1541. *in princ.* verè fulcra sunt tantæ Majestatis splendorem sustentantia, quorum præsidio dextera Imperialis potentiæ roboratur, **mit welcher Hülffe die Gewalt Keyserlicher Macht gestärcket wird/ dañ sie gleichals Grundfeste vnd vnbewegliche Seulen des H. Reichs seynd/** ut de Electorib. Carl. I V. In Aur. Bull. *tit.* 12. *& fin.* 26. §. **Wañ aber/** loquitur Et primis quidẽ temporibus, ut autoritate Principis constitutus fuit præfectus Urbi, *l.* 1. *l.* 3 *ff. de præfect. Vrb.* Præfectus Prætorio, *l.* 1. *ff. de off. præfect. prætor.* in provinciis præses & proconsul, *tot. tit. ff. de offic. præsid. & proconsul.* Ita etiam omnia illius contemplatione & nomine Magistratus iste gessit & administravit: Translato verò ad Germanos Imperio, Magistratus ad certum tempus vel ad terminum vitę constitue-

Status Imperii fulcra sunt Imperatoru.

bantur, certis assignatis stipendiis & salariis, qui posteá sub fide vasallatica de provinciis, quibus præerant, investiri cœperunt; unde amplissima illa jura territorialia sunt orta, quemadmodum hoc latè & eleganter demonstrat *Andr. Knichen. in tract. de sublimi & Reg. territ. jur. cap.* 1. *Cujac. feud tit.* 1. *Vult.* 1. *feud. cap.* 1. *nu.* 14. *Ernest. Cothm.* 4. *cons.* 3. *n.* 2. *Gœdd. in Resp. jur. de restit. Baron. Vallend. n.* 446. quæ jura faciũt, ut hodié Duces Marchiones, &c. non ampliùs titulo administrationis, sed titulo patrimonii hæreditariè & perpetuò sub qualitate, **der Landesfürstlichen oder Landes hohen Obrigkeit**/plenissimam post Principem potestatem in suis ditionibus usurpent, *Meichsn. decis.* 6. *n.* 87. *tom.* 2. *l.* 1.

Cur iura territorialia statibus concessa.

3. Per quam munificam & prolixam dignitatem concessionem Imperator sibi status voluit reddere devotiores, *Cardin. Tapia in rubr ff. de constit. princ. n.* 4. *in princ.* ut ipsi urgẽtibus Imperii fatis eó alacrius orbem Chsistianum adversus hostes tuerentur, *Ferrarien. Montan.* 1. *feud. cap.* 1. *vers. cæterum rebus. Vult. d. cap.* 1. *n.* 14. Crediderunt namque summi Principes illos eó attentiùs militaturos, si sua etiam jura & rura potiùs quám aliena defenderent, *Balthas. Ayal. de jur. offic. bell. lib.* 1. *Connan.* 2. *comment.* 9. *num.* 5. unde etiam in hujusmodi feudis robur & nervos Imperii consistere existimârunt, *Dd. FF. c. Imperialis*, 2. *feud.* 52. *Cujac. ad cap. un.* 1 *feud.* 1. *Andr. Knich. de investitur. pact. cap.* 5. *num.* 257. Est & hæc regalis dignitas statibus tanquam principum adjutoribus concessa in præmium virtutis & laborum, pro Republ. perpessorum: Cum nihil dignius sit Principis Majestate, quám benemerentibus benefacere, *l. penult. Cod. de donat. inter vir. & uxor.* Si modó ea fiat cum delectu. *Sueton. in tit. Vespas. lib.* 3. *cap.* 35. ut hac ratione simul & illustres familiæ conservarentur, cùm aliàs raro fato sempiternæ potentiæ, *Tacit. lib.* 3. & majestas Imperii magis redderetur manifesta: per hanc enim liberalitatem & munificentiam suprema hęc potestas non imminuitur, sed magis honorabilis, magisque venienda efficitur, *Bald. in cap. intellecto, num.* 5. *de jurejur. Lancellot. Gallia, consil.* 46. *num.* 40.

Quantò quis præst majoribus, tantò ipse major.

quantò namque quilibet præest majoribus & dignioribus, tantò & ipse habetur major & dignior, *Novell. de defens. civit.* 15. *in princ. Knichen. in comment. de jur. non provoc. verb. Duc. Saxon. cap.* 1. *fol.* 68. *& de subl. terr. jur. cap.* 1. *n.* 1. eoq; nobilior existimatur, quó nobilius sit subjectum secundum Aristot. *Novell.* 5. *§. fin. Marzarius consil.* 26. *n.* 21. 63. *& seqq. Afflict. tit. quis dicatur Dux. nu.* 8. *vers. & probat. facit latè Vasquius illustr. quæst.* 1. *in proœm. n.* 26. *& nu.* 101. Præstantius certè est Imperium in hominem quám belluam; adeó ut semper illud egregium jactitasse dicant Imperatorem Carolum V. se in Germania Regibus, in aliis verò regnis alios mancipiis & servis imperare.

Statuum Imperii jus duplex.

4. Ex quibus omnibus apparet, duplex esse statuum Imperii jus, duplicemq; potestatem, aliam, quæ concernit superiora, & consistit in administratione Romani Imperii, respectu juris statuendi de tota Republ. cum Imperatore, vel eo defuncto alium eligendi, juris sessuræ ac dicendæ sententię in Comitiis & alibi; alium verò, quæ inferiora, & consistit in personis ac rebus ditionum, quas ut provinciarum ac locorum certorum Imperii Domini ac possessores obtinent, *Matthias Stephan. tractat. de iurisdict. lib.* 2. *par.* 1. *cap.* 7. *num.* 1. Quia verò quotidiana plenius ob utilitatem sunt attingenda, *l.* 1. *princip. ff. de susp. tut. l.* 25. *ff. de liberat. leg. l.* 15. *§.* 26. *ff. de injur.* & hæc proximè præcedentia talia, magnique sunt effectus, Pet. de Georg. *tr. de conces. feud. quæst.* 15. *nu.* 1. *p.* 8. Iccircó de hac posteriori statuum potestate, quam recen-

recentiores vocant superioritatem territorialem, & jus territorii, vulgó **die Landsfürstliche vnd Lands hohe Obrigkeit** / quædam vitæ civili idonea in subsequentibus capitibus & eorundem conclusionibus proponere operę nunc est precium: de qua materia aliquid scribere ac decidere cum sit difficile ex eo, quod nomẽ illud sive dignitas & res, **der Fürstlichen Landes Obrigkeit vnd Oberherrligkeit** / neq; forma, neq; legibus & usu juris satis definita aut certis limitibus circumscripta reperiatur, adeoq; juri nostro scripto incognita, & solis moribus introducta varieq; usurpata, sicuti refert *Matth. Wehner. in pract. observat. verb.* **Landsfürstliche Obrigkeit** / *& Ioh. Bidenbach. nobil. quæst. 1. n. 1. &c. ex Gylman. tom. 1 symphorem. par. 1. tit 2. vol. 1. n. 58. f. 77. Meichsn. tom. 2. decis. Camer. part. 1. dec. 8. n. 54. v. 1. fol. 810. & tom. 2. part. 1. dec. 4. n. 171. fol. 260. in causa* **Hirnheim** / *contra* **Churfürstl. Pfaltz & Ingelheim** / *contra eundem:* Ideó exquisitam logicorum methodum nemo hîc expectabit; Fractionem polliceor cum Cicerone 2. *de finib.* non divisionem; ordinem, non methodum (si licet inter hæc duo distinguere cum Bart. Keckerm. *lib. 3. syst. Log. part. 3. tr. 2. method. c. 1.*) cum is ex rerum natura desumptus non impediat causam juris & intellectus, *l. cum pater, 77. § fidei tua, 12. ff. de leg. 2. Petr. Ant. de Petra, de fideicommiss. q. 5. n. 88.*

Ius territoriale legibus civilibus incognitum.

Caput I.

De definitione & divisione superioritatis territorialis.

5. Varia sunt vocabula, quibus universitas in proceribus Imperii designatur, præter territoriũ; aliquando enim exprimitur nomine ditionis, aliquando provincię Knich. *de subl. terr. jur. c. 1. n. 193.* nonnunquam districtus, quamvis largé, á distingendo sic dicti, *c. licet causam extra. de probat. c. un. § præterea, in fin. 1. feud. 5. Bald. in. qua sint regal. nu. 7. Hier. de Mont. tr. fin. reg. c. 7. Monach. tr. de jurisdictione, c. 2. n. 8.* interdum Diœceseos ad Episcopum proprié pertinentis, *l. Archigerontes, 5. C. de Epiſc. Aud. l. un prin. C. ut omnes judices tam civil. c. sacrorum, 34. distinct. 63. Panorm. in c. Rudolphus, n. 5. ext. de rescr. Vult. 1. l. R. 13. Zas. cons. 16. n. 47.* Etiam Imperii, *l. 7. §. 3. ff. de bon. dam. § 1. proœm. instit. l. imperium ff. de juriſd. Monach. d. loc. num. 13.* & jurisdictionis, *§. 4. Inst. de Attil. tut. l. 16. § ult. ff de minorib. Regionis, Schönb. lib. 1. Polit. c. 12.* creberiori tamen usu territorii denominatio obtinuit, continens jus superioritatis, **die hohe Landes Obrigkeit** / cum omnigeno Imperio & jurisdictione: Unde etiam superioritas illa dicta est territorialis, á suo subjecto territorio, sine quo jura ejusmodi possideri nequeunt, *Knich d. c. 1. n. 194. 229.* quæ superioritas non est absoluta & summa illa eminentia, quæ Principi seu Imperatori cõpetit & Majest. dicitur, sed huic est analoga potestas, quæ & principalis dicitur, *Hen. Göden. cons 3. n. 25. Volcmar. de jur. prine. c. 1. num. 5. & c. 7. n. 2.* sublimi & regię jurisdictionis lege tituloq; regali dotata, *Knich. d. tr. c. 1. n. 174. & n. 341. Schrad. p. 2. c. 2. n. 3.* ab inferiori in eo distans, quod hujus respectu magistratus inferior nec omnigenam jurisdictionem, nec territoriũ, sed saltem districtũ, in quo jurisdictio qualis qualis exercetur, habeat, *Volcmar. d. c. 1. n. 5.* unde & hæc nostra territorialis dicitur, nec non sublime & regium jus territorii, *Knich. d. cap. 1. Gœdd. Responſ. ur. de restit. Vallend. num. 66.* & jurisdictio territorialis, *Matth. Steph. tr. de jurisdict. l. 2. p. 1. c. 7. in princ.* Jus principatus, quate-

Territori Synonyma.

Superioritas territorialis unde dicta, & ejus synonyma.

nus principibus competit. *Idem d. loc. n.* 1. jus inferioris Majeſtatis, Ant. Col. *Sect. inaugur. de jur. Imperii* 40. Jus ſuperius, Car. Sigon. *de regno Ital. libr.* 7. *in Otho. Magn.* Summa Politica poteſtas Jaſ. *in l. Imperium. ff. de juriſd.* Canonicis Majoritas, *tot. tit. de Majoritate*, vel majoria, majoratus, majoricatus, Paurm. *de juriſd. l.* 1. *c.* 8. *num.* 5. In Hiſpania ſumma Regis juriſdictio, Covarr. *pract. quaſt. c.* 2. *tom.* 2. In Polonia terreſtris honor & magiſtratus, Satrapia, Cromerus *in Chron. Polon l.* 1. *f.* 120. ex ſtylo curiæ Germaniæ vulgó dicitur: **Die Landesfürſtliche**/ratione Principum, N. R. **zu Augſpurg**/*de Anno* 1548. §. **Wiewol auch**/ vel **die Landes oder hohe Obrigkeit**/ ratione aliorum magiſtratuum immediatorum, vel **die Hoheit**/ *Gædd. d. reſp. n.* 66. & *n.* 448. vel etiam **die Landes Ober- vnd Herrligkeit**/ *de pace Conſtant.* §. *nos Romanorum, verſ. volumus, Zigl. comm. concl.* §. **Landſaſſy**/*nu.* 9. & 10.

Territorii homonymia, & Etymologia.

6. Territorii vox varia eſt & ambigua, *Knich. d. tract. c.* 1. *nu.* 176. & 178. de cujus origine diſputatum eſt inter veteres variè, alii enim á terendo, *Varro. lib.* 4. *de lingua lat.* Alii á terra, hoc eſt, agro ſeu diſtrictu, *l.* 27. *ff. de V. S. Schönborn. l.* 1. *Polit. cap.* 12. nomen traxiſſe crediderunt, *Cujac. ad l.* 53. *C. de decurionib.* quia pro terra & fundo ſæpé in jure noſtro ponitur, *l.* 3. *C. de natural. lib. l. nulli*, 28. §. *quod ſi, C. de Epiſc. & cler.* Alii territoriũ quaſi tauritorium, id eſt, bobus tritum & aratro, dictum putârunt, Iſidorus 14. *orig.* 15. *Schönborn. lib.* 1. *Polit. c.* 12. qua in ſignificatione territorium etiam ſumitur pro univerſitate agrorum, quoniam olim, cum rerum cœpiſſent dominia, ſulco ducto & poſſeſſionum & territoriorum limites deſignarentur, Duc. de Penn. *l. duum virum*, 53. *num.* 2. *C. de decurion. Knich. d. tract. c.* 1. *num.* 177. & *ſeqq.* Alii denique á terrendo illud deduxerunt, ſed alia atque alia ratione ac modo, Tib. Dec. *Reſp.* 123. *num.* 17. & *ſeqq. vol.* 3. vel enim á terrendis hoſtibus, Frontinus *in libr. de agror. qualitat.* quaſi illud ſit, quod hoſtis terrendi cauſa conſtitutum habemus, aut quod cives alicujus oppidi vel urbis hoſtes repellant, & territis fugatisque hoſtibus liberé habitent ac colant; vel á terrendis civibus ac ſubditis, quod magiſtratus intra eos fines urbis ac civitatis jus terrendi habeat, Siculus Flaccus *lib. de cond. agror.* Et hæc poſtrema derivatio approbatur á Pomponio, *l. Pupillus*, 239. §. 8. *ff. de V. S. Gædd. ad hanc l. nu.* 1. *Monach. tr. de juriſdict. c.* 2. *nu.* 3. *Knich. de autocratia d. tract. c.* 1. *n.* 180. *Zaſ.* 2. *conſ.* 11. *n.* 1. *Don.* 17. *comm. c.* 9. & *ibidem Hilliger, lit. d.* quæ nobis etiam magis hîc placet, nõ quidem ex eo, quód *in d. l. pupillus*, territorium dicatur univerſitas agrorum, intra fines cujuſque civitatis, oppidi vel villæ, aut hominis privati *Gædd. d. l. n.* 2. vel terræ ſpacium juriſdictione munitum & armatum *ſecundum Bald. in Rubr. qua ſint regal. num.* 2. *Boër. deciſ.* 217. *Guid. Pap. quæſt.* 577. *Webner. prax. obſer. verb.* **Landesfürſtliche Obr.** *Petr. Frideric. Mind. de proceſſ. lib.* 3. *c.* 20. *n.* 31. ſeu locus, quo clauditur & terminatur juriſdictio Germanicé **eine Landſchafft oder Weichbild ſo weit ſich ein Gebiet ſtreckt vnd gehet**/ *l. fin. ff. de juriſdict. Monach. d. n. c.* 2. *num.* 3. Quanquam & iſtas acceptiones ac deſcriptiones ſuo modo ac loco veras eſſe non negem; ſed quod ipſe nominis ſonus territamentum quoddam, juriſdictionem & coërcitionis ſuperioritatem diſtrictui cohærentem indicet, *Chaſſan. de juſt & jur.* §. 1. *verb. aut territoire, Marpurg. conſil.* 30. *n.* 94. *vol.* 2. *Zach. Viet. de exempt. concl.* 28. *circ. fin. Zaſ.* 2. *conſ.* 16. *n.* 47. cujus deductionis rationem eleganter refert Anton. Fab. *in conſultat. de montiſferrat. Ducat. par.* 1. *pag.* 43. *dicens*: Territorium id eó á terrendo dictum, quod non alius juriſdictionem & terrendi poteſtatem habere poſſit, quám Princeps ſupremus, aut cui Princeps juriſdictionem cum terri-

torio

vero dedit: Ut itaque hac ratione, pro re & materia subjecta territorium hîc pro ipsa jurisdictione inseparabiliter in districtu contenta, & districtu Jurisdictionem inseparabiliter continente accipiamus. Cum Tiber. Decian. *Resp.* 123. *n.* 24. *vol.* 2. *Gadd. d. l. pupillus, n.* 2. *&* 3. *Bart. in l.* 1. *n.* 15. *ff. de jurisd. Meichsner. tom.* 2. *lib.* 2. *decis.* 40. 116. Et hæc separatim de nominibus dicta sufficiant; sequitur nunc, ut ea definitione aliquâ reali explicemus.

7. *Superioritas territorialis est jus & potestas summi, post Imperatorem, Imperii & dominatus, sublimi Regiaq; jurisdictionis lege, sub nomine & qualitate,* der Landes hohen Obrigkeit/ *concessa & legitimé quæsita, regulariter in omnes territorio inclusos ordinario & proprio marte competens.* Hanc definitionem ex parte nobis suggerunt *Alex. Raud. de analog. c.* 15. *n.* 249. *lib.* 1. *Wes. cons.* 27. *n.* 29. *Modest. Pistor. cons.* 24. *num.* 1. *Dauth. de test. n.* 36. *Borcholt. de Regal. n.* 60. *Knich. d. tr. c.* 1. *n.* 174. *Harprecht. de action. §.* 5. *n.* 16. *Dn. D.* Reinkingk/ *tr. de Regim. secul. & Eccles. lib.* 1. *class.* 5. *cap.* 3. *n.* 3. *Ioh. Iac. Winter. dissert. Polit. jur. th.* 268. *Definitio superioritatis territorialis.*

8. *Est ius & potestas,* analoga scil. *de qua supr. concl.* 5. *ex Volcmar. de iur. prin. cap.* 1. *&* 7. *summi Imperii;* idque ratione inferiorum dominiorum, in quibus quoad dominos locorum particulares, territorii appellatione veniunt, quæ singulariter feudi lege conceduntur, alioquin ad Principem vel superiorem in universum spectantia, *Iason. cons.* 146. *n.* 40. *vol.* 2. *Knich. d. tr. c.* 1. *n.* 203. *&* 240. ut sunt castrum, civitas, oppidũ, villa, pagus vel latifundorum & agrorum multitudinem concernentia, Lehn- und Ritter-Güter/ vel si quæ allodii jure quis possidet, domino feudariâ conditione subjicit, *Ioh. Philip. cons.* 39. *n.* 12. eigenthümbliche Güter zu Lehẽ auffgetragen/ *Garzonius de fœmin. ad feud. recip. n.* 165. *& seqq. Pancirol. cons.* 63. *num.* 25. *Knich. de vestitur. pact. par.* 1. *c.* 3. *nu.* 252. vel prædia, pascua, nemora & alia loca, quæ quis adhuc vel feudi lege vel allodii possidet, quomodo in Italia territorium, adjuncta saltem speciali aliqua jurisdictione cum exigua coërcitione & exactione omnium mulctarum pro levioribus delictis, & tertiâ parte confiscationum solet cõcedi Cephal. *cons.* 418. *num.* 2. de quo territorio etiam genenerails illa Baldi *supr. concl.* 6. posita descriptio, quod sit spacium terræ jurisdictione munitum, loquitur Knichn. *d. tract. cap.* 1. *num.* 231. unde differentia satis est in propatulo inter territorium verè, propriè & per prius sic dictum, & abusivum, improprium vel per posterius: hoc n. causa concesso territorio, hoc est castro, prædio, fundo, domo, &c. jurisdictio non includitur, *Iason. cons.* 45. *n.* 16. *Bald. in l. imperium, n.* 3. *lect.* 1. *ff. de iurisdict. omn. iud.* argumento eorum, quæ adfert *Cl. Dn. D. Hunnius in tr. de iurisdict. part.* 1. *c.* 2. *q.* 2. *Boc. tr. de iurisdict. c.* 8. *num.* 15. *& n.* 21, *Matth. Steph. tr. de iurisdict. lib.* 1. *c.* 38. *n.* 7. *& seqq.* nisi per expressum investituram, Petra *de fideicom. quæst.* 13. *nu.* 370. Cum primis, si fiat ab inferiori principe superiorem recognoscente *Menoch. præsumpt.* 97. *n.* 11. *lib.* 3. & quæ jurisdictio sola talis ut plurimum feudi lege confertur, Camillus Galinius *d. V. lib.* 9. *cap.* 28. *n.* 9. *Knich. d. tr. c.* 1. *n.* 211. 240. *&* 264. quales concessiones strictissimi sunt juris & habentur, ut tantum concessum existimetur, quantum expressum *Sichard. cons.* 6. *n.* 9. *& seq. p.* 5. *part.* 1. *Ratio generis. Territorii aliud propriè & per prius dicitur, aliud improprie & per posterius.*

9. Illo verò casu concessu Ducatu, Principatu, &c. jure territorii omnis jurisdictio cũ imperio & superioritate concessa putatur: namq; sine territorio ejusmodi regalia & jurisdictiones subsistere nequeunt *arg. l. fin. ff. de iurisd. Ioh. Franc. à Ponte cansil.* 51. *nu.* 35. non secus ac servitus sine prædio seu fundo dominante *Bald. lib.* 2. *Territorio propriè dicto inest jurisdictio.*

n. 2. ff. de offic. præsid. per l. fin. C. ubi & apud quem, Cravett. cons. 411. *n.* 35. vel adjunctũ & qualitas sine subjecto, *l. Pomponius*, 13. *§. pen. & ult. ff. de acquir. & amittend. poss. Bart. in l.* 1. *n.* 15. *ff. de jurisd. Meischn. tom.* 2. *lib.* 2. *decis.* 4. *n.* 116. *Knich d. tr. n.* 232. quamquam enim jus hoc superioritatis formaliter & activé sit in magistratu, *Boër. decis.* 50. *n.* 11. *Gœdd. in d. Resp. n.* 475. Est enim magistratus lex viva jus dicens, qui jurisdictionem exercet, *Hart. Hartm. lib.* 2. *obs. pract. tit.* 1. *obs.* 14. *Zas. in l.* 1. *n.* 15. *& ibi Jason. num.* 31. *ff. de jurisd. Hier. de Mont. tr. de fin. reg. c.* 11. *n.* 15. *& seqq Pacian. lib.* 2. *de probat. c.* 43. *n.* 32. *Matth. Steph. de jurisd. l.* 1. *c.* 33. *n.* 5. passivé tantùm & materialiter territorio & districtui seu glebis, *ut Knich. d. c.* 1. *n.* 233. loquitur, inhæret, tanquam nebula supra paludem, aut acidum & mucidum in vino Raud *Resp.* 2. *n.* 150. *lib.* 2. *Bart. ad d. l fin. C. ubi & apud quem Natta. cons.* 149. *n.* 19. *Dn. D.* **Reinkingk** *d. tr. lib.* 1. *Cl.* 5. *c.* 1. *n.* 5. *Thom. Michaël. de jurisd. concl.* 144. *& Dd. ibi allegat.* adeó ut Hartm. Hartm. *tit.* 1 *obs. c.* 17. non erubescat dicere, totam esse jurisdictionem in toto territorio & totam in qualibet ejus parte, cum & in angulo tota possit exerceri. Matth. Steph. *tr. de iurisdict. lib.* 1. *c.* 36. *nu.* 3. *& lib.* 2. *part.* 1. *c.* 7. *nu.* 91. Schurff. *cons* 26. *nu.* 3. *cent.* 1. Johan. de Amic. *cons.* 149. Bertrand. *cons.* 49 *vol.* 1. Meichsn. *tom.* 1. *lib.* 1. *dec.* 7. *n.* 8. Et huic sententiæ Bocerum minimé contrariari *in tr. de iurisd. c.* 8. *n.* 16. *& seqq. & c.* 9. *n.* 1. *& seqq.* existimo, cum ille semetipsum satis explicet *in d. c.* 9. *n.* 20. dicens; contrarium statuentes omnes intelligendos esse de territorio, cui jurisdictio & Imperium cohæret; quale est hoc nostrum.

Vbi, & quomodo iurisdictio sit absq; territorio.

10. Sic quanquam etiam sine territorio Rectores Academiarum habeant jurisdictionem & quidem ordinariam, *Matth. Steph. de iurisdict. l.* 1. *c.* 38. *nu.* 24. non tamen criminalem & merum Imperium regulariter Cl. Dominus D Hunnius *in tr. de iurisdict par.* 1. *c.* 3. *quæst.* 3. *& in commend. de privil. stud. c.* 2. *quæst.* 1. Et Camera Imperialis, ut & Rota Romana Bald. *lib.* 1. *§. relegandi, n.* 4. *ff. de offic. præfect. urb.* arbitri juris, judices Chartularii, Petr. *de fideicomm. quæst.* 13, *n.* 533. dominus feudi si feudum sit in alterius territorio situm, Schrader *de feud. part.* 10. *sect.* 8. *n.* 14. *tit.* 2. pares curiæ, Kn. *d. c.* 1. *n.* 197. & collegia approbata, quæ **Zünffte** adpellantur. Matth. Steph. *d. tr. lib.* 1. *c.* 38. *n.* 28. Capell. Tholoss. *quæst.* 406. Laur. Sylvan. *cons.* 1. *n.* 73. *Cum seq.* Schurff. *cons.* 79. *n.* 1. *cent.* 2. Non tamen hæc peculiaris & singularis jurisdictio, speciali aliquo privilegio vel titulo incertas quasdam personas & causas jure magistratus sine territorio concessa & acquisita impedire potest, adsertionẽ nostram præmissam de universali jurisdictione & regali dignitate, quæ á territorio ita describitur, ut sine illo consistere nullo modo possit, *Ancher. cons.* 330. *nu.* 12. *& 16. Meichsn. in causâ* **Teutschen Meisters** */contra* **Ottingen** */tom.* 2. *lib.* 1. *dec.* 6. *& 98. & seqq. Knich. d. tr. c.* 1. *nu.* 198. *& seqq. An. Fab. in C. rerum in Sabaud. iudic. l.* 3 *tit.* 12. *de fin.* 28. *Dn. D.* **Reinkingk** */ d. tract. lib.* 1. *cl.* 5. *c.* 1. *n.* 13. *& seqq.*

Iurisdictionem omnimodam & ium territoriale quidam aquiparant.

11. Quæ sententia .n tantum vera, ut jurisdictionem omnimodum & merum Imperium cum jure territoriali apud immediatè nobiles, **bey der angemittelt freyten Reichs Ritterschafft** / unam idemq; esse, & ab hoc nihil differre statuant *Meichsn. tom.* 2. *lib.* 1. *dec.* 8. *in causa* **Hirnheim** */contra* **die Churf. Pfaltz** */n.* 2. ex sententia Principis Palat. Casimiri, Bidemb. *quæst. nobil.* 1. *nu.* 9. *& seqq. Gylm. in symphorem. suppl. Cam. par.* 1. *tit.* 3. *de Religione in voto D. M. vers cũ ut plurimũ, n.* 17. *& par.* 2. *tit.* 6. *in voto* **Teutschen Meisters** */contra* **die Stadt Thonawerth** */n.* 37. *Wehner pract. observ. verb.* **Landesf. Obr** *p.* 460. *& seqq.* quãquam ex ejus quoq; sententia hæc opinio & aqui-

ſpiparatio reſpectivé & ſuo modo ſit accipienda, nec ſemper & omninó procedat, præſertim in comparatione juris univerſalis & particularis, *d. loc. p. 461. §. verum, Bidemb. d. q. 1. n. 25. & ſeqq. ut infra pluribus dicetur.* Et hoc ſibi volunt verba, *ſublimi regiæ iuriſdictionis lege*, in definitione ſupra poſita, quod nimirum in omni cõceſſione ejuſcemodi poteſtatis territorialis & Imperii ſemper ſub & inſit adhærens illa juriſdictio, cujus exercitium tanquam actus infallibilis ipſam ſimul ſuperioritatem ſatis ſuperque & demonſtrat, *Volcmar. de iur. pr. 13. n. 2.*

12. Iccircó etiam *regiâ lege*, dixi, non quidem ſolummodó ex eo, quod ab Imperatore vel Rege conferatur hæc ſuperioritas; alioquin omnia á Rege profecta regia propriè dicerentur, etſi ſint res minimi valoris, puta gallina, porcus, equus, hortus domus, &c. Freccia *de autor. & poteſt Baron. autor. 5. n. 7. f. 255. Camillus Borell. conſ. 1. n. 158.* ſed quod regalia catenatim habeat adjuncta, quæ & ipſa, *ceu ſupra cond. 9.* dictum, huic territoriali poteſtati, præſertim ſi illa ex poſſeſſione feudi regalis, utpote Ducatus, Comitatus, &c. deſcendat, utplurimum inſunt, *c. 1. in pr. de feud. March. Paurm. l. 2. de iuriſd. c. 4. n. 43. Roſenth. de feud. c. 5. concl. 13. 14.* quamvis non é contra ſub regalibus jus ſuperioritatis comprehendatur, *Borchold. ad c. un. n. 10 qua ſint regal. Thom. Mich. de iuriſd. concl. 68.* & territorialis dignitas differat á regali feudali; ſiquidé regalis feudalis, qualis etiam eſt Comitatus, Baronatus, poſſit quoq; cadere in mediatos & Principum, Landſaſſios R. A. de Anno 1548. §. **Wiewol auch in der Ringerungshandlung**/ſalvâ illorum ſuperioritate territoriali **Landsfürſtlicher Obrigkeit**; & vice versâ in nobiles Imperii immediatos & civitates Imperiales cadere poteſt territorialis dignitas & poteſtas, *Bidemb. Nob. quæſt.* 1. Cum tamen dignitatis regalis ſint expertes, *Dn. D.* **Reinkingk** / *d. tr. l. 1. cl. 4. c. 14. n. 30. & cl. 5. cap. 2. n. 41.* Sed in uſu loquendi ſæpé hęc duo commiſcentur & confundantur, teſte *Regner. Sixtin. tr. de Regal. c. 1. lib. 1. nu. 18.* ut ipſam quoque juriſdictionem regalibus annumerandam cenſeant plurimi, *arg text. c. 1. 2. F. 56. & l. 5. C. de mod. mulct.* ubi mulctæ & pœnæ ſunt de regalib. Ergo & ipſa juriſdictio, cujus ſunt mulctæ & pœnæ, *& l. 3. de Maieſt. l. 1. C. de privat. carcer*, ubi qui pro magiſtratu ſe gerit L. Jul Majeſtatis tenetur. At verò talia etiam ſunt regalia, quibus, ſi quis ſine permiſſione utatur, incidit in hanc L. Jul. Majeſt. inter quos ſunt *Meichſn. tom. 2. par. 1. deciſ. 8. n. 50 Gylm. tom. 1. ſymphorem. tit. 2. vol. 1. n. 58. Rol. á Vall. conſ. 42 num. 7. vol. 2. Zaſ. de feud. par. 5. n. 11. Menoch. de præſumpt. 3. præſumpt. 97. n. 27. Borch. de feud. c. 1. n. 2. Roſenth. cap. 5. concl. 1. n. 2.* inprimis verò ſupremam hanc noſtram, *Bart. Bald. Iaſ. in l. Imperium, ff. de iuriſd. Bald. in c. intellecto. X. de iureiurando, & alii, quos copioſè enumerant, Gudd. in d. Reſp. n. 145. Wehner. pract. obſ. d. tit. Bidemb. d. q. 1. nu. 18. Volcm. d. tr. c. 13.* quod tamen indiſtinctè, & de omnibus regalibus adfirmare nova quoq; vetat conſtitutio Imper. R. A. de Anno 1576. §. 119. **dardurch dann** / fol. 671. *Bocer. diſp. de iuriſd. 9. cl. 4. th. 68. & tr. de iuriſd. c. 9. n. 14.*

Regalis & territorialis dignitas differunt.

Iuriſdictio á nonnullis annumeratur regalibus.

13. Quæ de Regalibus & juriſdictione hucuſq; pronunciavimus, ea omnia eo, quam in definitione expreſſimus, modo, & de iis ſunt accipienda, quæ, ut habent definitionis verba, *ſub nomine & qualitate*, **der Landes hohen Obrigkeit**/ſunt conceſſa, ut hac ratione ſecernerentur jura, quę extra territoriũ & ſine eo poſſunt expediri & exerceri, Petr. *de fideicom. q. 12. n. 169.* qualia ſunt, quæ in voluntaria juriſdictione conſiſtunt, Hippol. de Marſil. *l. fin. n. 10. in fin. ff. de iuriſdict.* cum ea in ſui exercitio non circumſcribatur loco Bald. *l. emancipati. 36. n. 1. ff. de adopt.* qualis item

eſt

Imperii vox designat ius & species superioritatis.

est creatio tabellionum, quę plané separatum quiddam est á causa territorii, *Bald. cons.439.n 5.vol.3.Knich.d.c.1.n.344. & alia.de quibus supr. consl.*10. Ex illis insuper vox, *Imperii*, in definitione posita redditur perspicua, quæ sic generaliter accepta, omnia superioritatis jura & actus, suis quasi ulnis, complectitur, & vel per directũ, vel per obliquum latissimum territorialis dignitatis exercitium pervagatur, *Meichsner. tom.2.lib.2.decis.3.n.67.in causa* Ewerfelt/ *contra* Richter vnd sämptliche Hoffleute des Hoffs Horbede/ *& tom.2.lib.1.decis.6.n.70. Gylman. in symphorem. supplic.tom.1. part.1.tit.3.vol.n.16. Gars. Mastrill.de Magistra. lib.1.cap.3.num.10.referente Dn.D.* Reinkingk/ *d.tr.cl.5.lib.1.c.3.n.12. & 13.*

Territorii ambiguitas adhuc una solvitur ex definitione.

14. Verba definitionis, *post Imperatorem*, adhuc unam territorii solvunt ambiguitatem; interdum accipitur illud pro toto orbe, *l.deprecario, ff. de L.Rhodia de jactu*, quanquam synecdochicé, *l.1.§. domini, ff. ad Syll.* interdum pro totius Imperii nostri Romani territorio, *Paurm. d.jurisdict. lib.2.c.1.num.19. & seqq. Bornit.c.7.de Majest.Polit.Zas.cons.16.n.46.lib.2.Dec.Resp.123.n.17.vol.3. Matth.Stoph.tr.de iurisd.lib.2.part.1.c.7.n.2. & seqq.* Ad hujus igitur Imperialis territorii differentiã ponitur secũdo loco superioritatis nostræ territorialis descriptio. Summus enim Princeps solus per prius habet territorium, quod fundatur in omnibus territoriis inferiorum, & est supra omnia territoria territoriorum, & ubiq; locorum, quoad recognitionem universalis dominatus & Imperii, fundatam suam habet intentionem, *Bald.in c.1.col.2.de his qui feud.dare poss. Menoch.cons.2.nu.5.* indeq; Imperatoris superioritatem *Imperialium*, respectu inferioris *territorialis*, per quam salva & illesa manet Imperialis potestatis recognitio, nuncupare volui, *cum Dn.D.* Reinkingk/ *d. tr.l.3.n.6.*

Superioritas territorialis competit hodié ordinario ac proprio jure tam in re feudali quám allodiali.

15. *Ordinario & proprio Marte*, seu jure, diximus, competere jura superioritatis; quæ verba nobis effectum quodammodó monstrant, ut & subjecti qualitatẽ hoc enim modo non solúm includunt concessionem feudalem, sed & allodialem. Quia habentur & possidentur á proceribus & aliis hæc jura, tanquam proprium allodium, *Gœdd.d.Resp.nu.446.Knich.d.c.1.n.280. & seqq.* & sic ordinario ac proprio Marte; h.e. illi sunt in suo territorio ordinarii, &, *illo modo in effectu*, suo proprio jure territorii jura exercent: Et hoc non eó, quia etiam olim magistratus ordinario & sic proprio jure jurisdictionem exercere dicebantur, scilicet ad differentiam delegatorum, qui nihil habebant proprii, Purpuratus *ad Rubr. de offic. eius, num.11. & seqq. & in lib.1.§. quimandatam, n.2. d.tit.* sed potiús, quia cum in initio concederẽtur dignitates regales tantúm in officium, quo durante, nõ suo, sed alieno nomine tanquam præsides administrabant provinciam seu ditionem commissam *Ceph. cons. 534.n.151.lib.2.ut etiam supra concl.2.monuimus:* Hodie territoriis in dignitatem regiam & summam eminentiam evectis, concedatur universalis jurisdictio successoriâ lege & conditione, in perpetuũ, & collatione sic institutâ, ordinario & proprio Marte ad utilitatem propriam, & sic dominii non administrationis aut familiaritatis jure Joan.Ant.Lanarius *cons.5.nu.4.Knich.d.c.1.n.346. & seqq.* præsertim quoad universalem vel particularem jurisdictionem in subditos, licet Ducatus, Marchionatus, &c. in recognitione consistant, & feudi lege obtineantur: id enim accidit tũm quoad universale dominium tenus Ducatus, Marchionatus, &c Cacheranus *cons.9.n.2. & eleganter Knich.d.loco, n.360.* Inde fit etiam, ut, quia jurisdictio hodiernis moribus facta est patrimonialis, facultas illam prorogãdi sit abolita, nec subdi-

tui ampliùs invito Domino suo se alterius jurisdictioni subjicere possint, *Paurm. de Iurisdictio. jurisd. lib. 1. c. 27. n. 23. Acacius Enenckel. de priv. lib. 3 c. 16. n. 30. Thesaur. dec. 266. Surd. nio prorogat. 47. n. 25. Matth. Steph. lib. 1. de jurisd. c. 25. n. 50. Bocer. de iurisd. c. 7. n. 49. Lancell. de tio extra tumtat. p. 2. c. 20. n. 9. Covarr. lib. 1. resolut. c. 4. nu. 8.* adeó, ut si contra fiat, causas & *territorio-* personas iterum ad se avocare possint, *Thom. Mich. de iurisd. concl. 149. Pet. Costal. ad rum hodié l. 1. ff. de jud. Vult. ad l. 1. n. 168. C. de iurisd. Gail. lib. 1. obs. 40 n. 3. & ibid. Bernh. Graven. non facilé* id quod ubiq; fermè servatur *teste Schwanem. obs. Camer. 1 n. 13. 14. prolixé, Schrad. de permitti-* *sud p. 10. sect. 1. n. 136. Zigl. comm. concl. §. Landsassy/ n. 229.* Utrum autem jurisdictio *tur.* quædam etiam de jure communi possit acquiri jure patrimonii? Quærit Georg. de Cabedo *par. 2. dec. 11. n. 6.* ubi concludit, quod videatur posse; quoniam etiam privato & jurisdictionem non habenti ea de consuetudine deferatur, *l. 1. l. ult. Cod. de e-* *mancipat. liberorum, l. viros, C. de diversis offic. c. cum contingat. ext. de foro compet. de qua vid. Abb. d. c. n. 9. & post gl. Dd. in l. more, ff. de iurisd. inprimis ibid. Ias. n 42.*

16. Tandem adjeci in definitione, *regulariter in omnes territorio inclusos com-* *Quicquid* *munes*, ut exinde constaret, omnes subditos & Landsassios, & quicquid sub ambitu *est in terri-* territorii alicujus magistratus continetur, regulari juris præsumptione ejusdē juris- *torio etiam* dictioni subesse eiq; parere, *cap. omnes basilicæ, 16. q. 7. l. 1. §. initio, 4. vers quicquid in-* *iurisdictio-* *tra urbem, ff. de offic. præf. urb. l. Incola, 29. cum l. seq. ff. ad municip. l. nulli, 28. §. quod si in* *ni subesse* *vero 4. C. de Epis. & Cler. l. pupillus, 239. § territorium, 8 ff. de V. S. l. fines, ff. de act. Empt.* *præsumi-* *l. fines, C. de Evict. l. ult. vers. qui certa administrationi, C. ubi & apud quem. cognit. in in-* *tur, nisi ex-* *ter. resolit. Bart. ad l. 1. n. 15. ff. de iurisd. Menoch. lib. 3. præs. 108. Wes. cons. 42. n. 3. Knich.* *emptio de-* *d. tr. c. 3 n. 89. & seqq.* quo ad omnes etiam causarum species, in isto territorio exor- *monstre-* tas, civiles & criminales, reales & personales, judicii tam petitorii quàm possessorii, *tur.* *d. l. 1. §. initio, ff. de offic. præfect. urb. Knich. in Encyclopæd. c. 1. Boër. decis. 50. num. 11. Meichsn. tom. 2. lib. 2. decis. 3. n. 2.* nisi in specie de exemtione vel privilegio doceatur, *c. fin. extra de offic. Archidiac. c. dilectus, extra de Capellis Monachor. cap. cum in partibus. ext. de V. S. Henning. Gœden. cons. 42. n. 13. Andr. Knich. d. tr. c. 5. n. 150. Paurmeist. de iurisd. lib. 2. c. 8. num.* 10. In ipso enim territorio potest esse locus exemptus, Vantius *de nullitat. subdit. ex defect. Iurisdictionis, n. 108. Socin. Iun. cons. 68. n. 7. vol. 1.* & potest castrum cum territorio suo etiam in alterius provincia situm ad alium dominum pertinere, & per se territorium facere separatum á provincia Abb. *in cap. nimis, num. 1. vers. potest. de jurejur. Meichsner. tom. 2. lib. 1. decis. 8.* hocq; respectu locus aliquis quidem esse potest in territorio, non tamen de territorio: cum hæc distincta sunt, Ju eines Fürsten Land und Obrigkeit/ und unter eines Fürsten Land und Obrigkeit sitzen/ *argumento, c. si proponente, ext. de rescript. Surd. decis. 129. n 17. Vietor. disp. de ex-* *emt. concl. 27. laté & eleganter, Ziegl. com. concl. §. Landsassy/ nu. 21. & seqq per multa* *allegata, & post eum Dn. D. Reinkingk/ d. tr. l. 1. Cl. 5 c. 1.* de quibus omnibus suo loco dicetur fusiùs: Hæc interim de definitione dicta sufficiant: Cæteta, quæ ex hac fluunt capita, qualia sunt, de causa efficiente, modis acquirendi, personis capacibus, subjecto, forma, fine, effectu, actibus ad finibus, contrariis & aliis, specialius & ordine nunc, si prius egerimus de divisione, proponemus tractabimus.

17. Sunt qui superioritatem territorialem faciunt duplicem, aliam Eccle- *Divisio su-* siasticam, aliam secularem, *argumento, c. 1. qui successor teneatur. c. un. in pr. de his, qui perioritatis* *feud. dar. c. 2. 3. & tot. tit. ext. de Iudic. c. 2. 3. & tot. tit. extr. de for. compet.* Bald. Afflict. *territoria-* & cæteri Feudistæ, *in d. c. 1. de his, qui feudū dare,* & Canonistæ *in dd. cc. & in c. solicita. lu.*

extr. de majorit. & obed. quos ut & alios text. & Dd. magno numero ad hoc allegat *Gœdd. d. Reſp. nu.* 109. *& ſeqq.* Eccleſiaſticam vocant, vel ratione feudi Eccleſiaſtici, vel ratione juriſdictionis, quam Clerici habẽt tám in perſonas Eccleſiaſticas, quám, in cauſis ſpiritualibus, in laicas, ſummas & infimas, *Hoſtienſ. in ſumm. ſua Proœm. nu.* 9. *& ſeqq.* verúm, quia jus ſuperioritatis territorialis non obtinent Eccleſiaſtici, quatenus tales, ſed quatenus vel principes, vel ſtatus, vel ſeculares, *Clem. Romani, §. ſané de Elect. Duar. l.* 1. *de ſacr. Eccl. miniſt. c.* 4. *Matth. Steph. tr. de iuriſd. lib.* 3. *p.* 1. *c.* 14. *n.* 25. 27. 31. *&c.* nec quodvis feudum conſtituat ſuperioritatem territorialem, nec quævis ſuperioritas & juriſdictio ſit territorialis, *ut ſupra*; & hęc diſtributio expreſsé ſit contra definitionem jam traditam, *argumento Nov.* 6. *quomodo oportet Epiſcup. in princ.* & qualitates actuum potiús diſtinguat, *Knich. d. tr. c.* 3. *n.* 232. *& ſeqq. ut infra*: Ideó illa meritó hoc loco negligitur.

18. Magis igitur iſthæc placet diviſio, qua ſuperiotitas territorialis alia eſt *omnimoda & univerſalis, alia quodammodo & ſpecialis ſeu particularis, Knich. d. tr. c.* 2. *in pr. Matth. Steph. de iuriſd. l.* 2. *p.* 1. *c.* 7. *n.* 191. *Volcmar. d. tr. c.* 8. *n.* 4. *Bornit. de fundam. Stat. Reip. c.* 7. *Hœno. diſp pol.* 3. *th.* 42. *lit. b.* Illa eſt, quæ diffunditur per univerſum territorium, quod alicui competit, tanquam Corpus & omnia ejus membra, quæ intra fines iſtius univerſitatis continentur, **alles was darin gelegen vnd bekrafft**; ratione cujus quis fundatam habet intentionem in omni ſuperioritatis & juriſdictionis jure, Knich. *d. tr. c.* 3. *n.* 89. *& ſeqq. Matth. Steph. d. c.* 7. *n.* 53. *& n.* 191. *Hœn. & Volcm. dd. l.* Exercetur autem vel in proprio, quód unum concernit, vel in communi, quando territorium ſimul ad plures partim ſolido, partim præcipuo jure ſpectat: uti fieri ſolet in præſidatu communi **der Ganerbſchafft oder Vogtey**/ *de quib. Knich. d. tr. c.* 4. *plenè agit. & in d. c.* 2. *nu.* 2. *hoc tangit.* Hæc verò eſt, quæ intra certas tantùm partes concluditur, & certa quędam exempla continet in territorio alieno, vel per expreſſam conventionem & conſenſum domini, vel ex conſuetudine aut alio capite ſingulari alicui conceſſa & quæſita, *Schrad. part.* 10. *ſect.* 1. *nu.* 148. *t.* 2. *Bald. ad l.* 5. *§. fin. n.* 1. *ff. de teſtib. Alciat. Reſp* 20. *num.* 6. *lib.* 5. *Knich. d. c.* 4. *num.* 6. *Matth. Steph. d. c.* 7. *num.* 191. & hæc competit vel jure ſubjectionis, vel minus: hoc caſu, quando princeps vel magiſtratus ſuperior ſibi vel venationem, ſalvum conductum aut delicta grandiora adfectat: Illo vel communione quadam cum domino territorii, ſi ſit plurium dominorum caſtrum, pagus, &c **Zwey/ drey oder vierherrig**/ *Gail. de pignorat. c.* 20. *in princ. & num.* 6. Non enim novum eſt, ut una provincia, plurium dominatu fatigetur, alio ſummum Imperium, alio juriſdictionem ſimplicem, alio jus gladii, alio alia jura ſibi vindicante, Gylman. *tit.* 1 *p.* 1. *tit.* 3. *verſ.* 2. *nu.* 15. *Maul. de Homag. tit.* 1. *num.* 17. *Roſenth. de feud. cap.* 6. *concl.* 85. *num.* 10. ubi unus habet, die **Landesfürſtliche Obrigkeit**/ alius die **Landgerichte**/ tertius die **Wildbahn**/ quartus die **Fürſtliche Obrigkeit**/ quintus die **hohe Kräiß vnd Centh**/ Sextus die **Vogtey vnd Erbgerichte** / *Caſp. Leopold. de concurrent. juriſdict. quæſt.* 12. *Meichſn. tom.* 2. *lib.* 2. *deciſ.* 4. *num.* 20. *&* 27. *& lib.* 3. *deciſ.* 33. *num.* 33. *& ſeq. Hieron. de Mont. fin. reg. c.* 78. *n.* 14. *Roſenth de feud. c.* 6. 85. *num.* 10. *Sixtin. de Regal. c.* 4. *num.* 82. Idque pari aut diſpari jure, ita ut quædam ſint communia, quædã uni ſoli competant: vel ſingulariter exercetur in villa, &c. immediatè qualia ſunt bona dominicalia **Cammergũter**/ vel mediatè, ſi nobili conceſſa ſunt quædam in feudum, quo nomine princeps territorii exercet jura ſuperioritatis, quando que particulatim, ſcilicet in criminalibus.

Qualia quis jura poſſit habere in alterius territorio univerſali.

minalibus vel aliis casibus respectu vinculi subjectionis, quandoq; in universum, inur investienti domino præter cognitionem feudariam nihil competat, nam in non concessis vel quæsitis jura superioritatis ad dominum territorii pertinent, *Knichen. d. c. 4. num. 31. & seqq.* Sunt ergo quædam castra vel loca, licet in alterius territorio resistant, interdum totaliter, interdum aliquatenus exemta seu non subjecta, & sic quasi extra territorium, quæ paria esse dicuntur, *Wesembec. cons. 33. num. 10. Damhoud. in Enchirid. lit. T. ver. territorium, Schrad. 2. pag. 9. sect. 4 n. 157. tit. 1.* & in hac posteriori specie superioritas territorialis in impropria significatione accipitur.

Caput II.

De causa efficiente, & modis acquirendi ac constituendi superioritatem territorialem.

19. *Iason in l. qui Romæ, §. Seja. n. 15. ff. de V. O. ait,* Imperatorem nostrum quoad jurisdictionem, instar esse maris, quod fluminum cõcursu nec augeatur nec minuatur, é quo omnia manant ac fluunt regalia, jurisdictio, jura per concessiones, investituras, confirmationes & commissiones, &ad quem quoq; per adpellationes, nullitates, querelas & in summa per quamvis recognitionem refluunt, *Bald. in l. fin. C. de appellat. & in c. 1. §. de pace tenenda, Menoch. lib. 2. præsumpt. 4. num. 14 Molin. cons. Paris tit. 1. §. 1. gl. 5. n. 49. Covar. pract. quæst. c. 1. n. 2. 3. & 9. Henning. Gœd. cons. 38 nu. 4.* Ille potest regalia & non regalia concedere, *c. unm. 2. Feud. 10.* sine ejus concessione & auctoritate jura superioritatis acquiri nescia perhibentur Petra *de commiss. quæst. 13. n. 555. Alba cons. 222. n. 1. lib. 2. Knich. d. tr. c. 1. n. 326. & c. 3. nu. 110.* ad ipsum pertinent omnia ratione jurisdictionis, etiam patrimonialia, allodialia & libera bona, *c. un. de allodiis & ib. Alvarottus, §. sed & quod pr. Inst. de jur. N. G. & Civ. l. 1 ff de const. prin. l. 2. § & cũ placuisset, ff de orig. jur. Matth. Steph. d. tr. c. 7. lib. 2. n. 113.* Illen. Scaturigo & fons jurisdictionis, in quo omnes dignitatis & superioritatis themsunt & fuerunt reconditi, *Rol. á Vall. cons. 100 n. 3. & seqq. Gœdd. d. Resp. nu. 132.* Ille est Imperii caput unicum, *l. un. ad l. Iul. de amb l. 1. §. initio. 4. ff. de off. præf. urb. l. quidam, 57. in fin. ff. de re jud. Aur. Bull. Carl. IV. c. 2. & passim:* Monarcha dignitate maximus, Zoannettus *de Rom. Imper. Rul de commiss. par. lib. 5. c. 4. nu. 2.* qui neminem nisi Deum & ensem recognoscit, *Chassan. in consuet. Burg. in proœm. ad verbum Parla grand Dieu, Rebuff. in constit. Reg. tom. 2. tract. uti benefic. ante vacat. art. 2. gl. 1* á cujus Imperio omnia dominia originem traxerunt, Mart *de iurisd. p. 1. c. 32. n. 7.* eiq; Reges olim sponte ministrarunt, ut de Augusto scribit Bodin. *2. de Republ c. 2 p. 898.* ac deposuis sceptris & regalibus fasciis pro cubicularijs servierunt, Marta. *de iurisd. p. 1. c. 27. nu. 7.* Cui & adhuc Electores & Principes Imperii post electionem & in Comitijs publicis humilimé inserviunt, & ejus sese **gehorsame Fürsten** / appellitant, *ut ex Aur. Bull. Carol. IV. & passim ex Recess.* Imperii adparet; quem etiam Imperii Romani, & totius orbis Christiani hostis infensissimus & hæreditarius Turca, **N. N. zu Regenspurg** / *de Anno 1532.* **§. derhalben Churfürsten** / Monarchã & orbis Christiani caput agnoscit, & usitato stylo tali affatur titulo: **Auß den Potentaten Jesu der fürnembste** / **vnd zwischen dem Geschlecht Jesu Erwehlter fürnembster Herr aller Christlichen Völcker** / **ein Versorger vnnd Administrator der Gerechtigkeit** / **vn-**

Imperator fons & oceanus iurisdictionis & regalium.

Causa efficiens superioritatis.

Caput Imperii & Monarcha.

ser Nachbar vnd guter Freund/ &c. *teste Heimsfold. in legat. Ebrahimi Strozzæ, Anno 1562. in Comit. Francof. Arnisæ. l. 1. de iur. Maiest. c. 4. nu. 1. Hac. Franc. in continuat. Relat. Histor. de Anno 1614. nund. Francof. autum.* á quo Muscoitam titulum Imperatorium petiisse, palã esse *testatur Volem. de iur. princ. c. 12. n. 13.* quem imó ipse cœlestis Imperator adhuc in matris utero clausus terrę Monarchã declaravit, *Luc. 1. iuncti. test. Matt. 22. v. 21. Ier. 27. v. 5. 6. Dan. 2. v. 37. c. 4. v. 7. Cacheran. decis. Pedemontan. 30. n. 12.* & in summa, Imperator noster est de jure totius mundi, vel, ut nunc est, totius orbis Romani Dominus, *l. de precatio. ff. ad l. Rhod. de iact. l. bene á Zenone*, C. *de quadrien. præscr. l. cum multa*, C. *de bonis quæ lib. l. sed divus*, 6. §. *est autem ff. de excus. Nov. 105. c. 2. in fin. in apibus*, 7. *q.* 1. latè & eleganter *Zach. Viet. d. causis exempt. Imperii, concl.* 1. non quidem ratione rerum singularium, sed respectu dominatus universalis: non dominio & proprietate, sed imperio & jurisdictione: non privato moderamine, sed publica tutela: non ad quęstum & lucrum suum, sed Imperii, *l. præcipimus. C. de appell.* nõ usu, sed utendi potestate, si Reipub. flagitet necessitas & utilitas, *Gail. lib. 2. obser. 56. Covarr. 3. var. resol. 6. n. 6. Vasq. illustr. controvers. c. 5.* non re, sed spe, si fortè aliquis decedat sine hærede, *l. 1 ff. de iur. fisci, l. 1. C. de bon. vacant.* Deniq; non ad expilationem, sed Reip. sustentationem *in pr. de concept ff. Ezech. 46. v. 18.* sicut hæc erudité colligit & declarant Knich. *d. tr. c. 1. n. 283. Dn. D.* Reinkingk/ *d. tr. lib. 1. cl. 3. c. 13. Volcm. tr. de iur. princ. c. 12.*

Solus Imperator, non Dux, vel Marchio aliquis, nec Papa concedere potest superioritatem territorialem.

20. Inde fit, ut quæcunq; jurisdictio in orbe Romano, qui summi Principis territoriũ per prius sic dicitur, Knich. *d. tr. c. 1. n. 188.* existit, ea vel Principis Romani esse vel ab eo manasse præsumitur, Ant. Fab. *in* C. *rerum in Sabaud. iud. lib. 3. tit. 12. definit. 18. n. 1.* Cum ejus solius sit, ut cætera, ita territorialem hanc potestatem & superioritatem concedere & conferre, *ut iam dictum, & latè demonstrant Gœdd. d. Resp. n. 241. Tob. Paurm. tr. de iurisd. lib. 2. c. 8. per tot.* Nullus ergo Dux, Marchio, vel quis alius Princeps, sive sit Ecclesiasticus, licet ipse etiam Papa, *Ioh. 6. v. 15. c. 8. v. 11. 12. c. 18. v. 36. Matth. 8. v. 20. Luc. 12. v. 14. c. cum ad verum, dist. 96. cap. sacerdot. in fin. c. sed nec procurationes, & tot tit. ext. de cler. & Monach. secul. neg. c. 1. 2. & seq. 21. q. 1. Nov. 6. in prin. Nov. Leon. 68.* etiam ex Pontificiorum hypothesi, *latè & eleganter Thom. Michael. de iurisd. concl. 3. & multis seqq. Vasq. illustr. q. lib. 1. c. 21. & Auct. tr. de iur. princip. concl. 16. & seq.* sive sit secularis, nedum Comes aliquis potest isti hæc jura territorialia alicujus territorii alii Principi, vel Duci aut Marchioni, &c. concedere, *Andr. Knich. d. tr. c. 3. n. 123. Gœdd. d. Resp. n. 232. arg. l. 2. C. ut nemo privat. Luc. de Penna ad l. n. 37. C. ut nem. ad suum patrocin. Camill. Borell. cons. 86. n. 14. eleganter Ziegler. comm. concl. §. Landsassy/ n. 19. & seqq. per multas authoritates. Casp. Leipold. de concurrent. iurisd. q. 1. ante fin.* Ex quibus etiam ad illam quæstionem, an Imperium seu status & proceres superiores sint Imperatore? pro Imperatore contra Brutum Bucher. Althus. *in Polit. c. 19. n. 12. Hœnon. disp. Polit. 2. & alios* respondetur. An autem Imperator in distincté jura hæc territorialia in bonis Imperii concedere possit, videndum: & in hac quæstione distinguendi sunt duo casus, aut n. jura hæc cum territorio jã ab aliquo legitimé possidentur & occupantur, aut sunt vacantia & Imperio aperta: Illo casu cum præjudicio possidentium non posse dicit, R. A. zu Augspurg/ *de Anno* 1548. § Wiewol auch/ *ibid.* mit außtrücklichem Vorbehalt der Fürsten Gerechtigkeit/ vnd Landesfürstlichen Obrigkeit/ ut in fine etiam videre licet: Cum scilicet Principis supremi sit officium, omnes omnium jurisdictiones tueri, non turbare, &

Imperator superior est statib. Imperii.

Quomodo & quibus in bonis Imperator iura territorialia concedere possit?

unum-

uemquemque Imperii statum, in ea conditione, in qua fuit á sui principio & origine, conservare, ut habet Capitulatio Carol. V. *qua extat apud Sleidanum, lib.* 1. §. 2. **in jeden Herrn vnd Standt bey jhren Hoheiten / Würden / Rechten / Macht / Gewalt / ꝛc. bleiben lassen** / *Vult. consil.* 35. *n.* 205 §. *at jus tom.* 3. *Marpurg. Zach. Vietor. decis. exemtion. concl.* 24. Et aliâs Princeps jus quæsitum alteri invito adimere nequeat, *l.* 2. §. *si quis à Principe*, 16. *ff. ne quid in loco publ. l.* 2. *C. de precib. Imperat. l.* 2. *C. ne fis. vel Respubl.* §. *fin. Inst. quibus mod. test. infirm. l. id quod nostrum. ff. de R. I. Peregrin. de fideicomm. art.* 59. *n.* 119. *Lancell. de Attentat. p.* 2. *c.* 11. *lim.* 52. *nu.* 23. nec privilegia aũ alienam injuriam debeant porrigi, *l.* 40. *ff. de administr. & peric. tut. l.* 8. *ff. de prator. stipulat. Paris. de Puteo. rubr. officiali, c.* 2. *Pruckm. cons.* 39. *n.* 85. omniaq; Imperatoris rescripta, beneficia & largitiones hanc tacitè habeant clausulam annexam, *salvo jure Imperii, & cujusq; Bodin.* 1. *de Rep. c.* 8. *n.* 104. *Arnisi. lib* 1. *de jur. Maj. c.* 5. *n.* 20. *Gail. lib.* 2. *obs.* 58. *n.* 6. *Marant cons.* 28. *n.* 2. *Wes. cons.* 21. *n.* 5. *Seraph. decis.* 827. *n.* 1. *Cabed. l.* 2. *decis.* 11. *& dec.* 17. *Volcm. tr. de jure princ. c.* 4. *n.* 4. *Vasqu. illustr. quæst. lib.* 1. *c.* 4 *Gœdd. d. Resp. n.* 261. *& segq.* Hoc verò casu posse testatur Aur. Bull. Car. IV. *tit.* 7. *sub fin.* ubi habetur: **Ob desselben Fürstenthumb eines oder mehr in dem H. Reich ledig würde so soll vñ mag ein Röm. König / der zu den Zeiten ist / darmit thun vnd handeln / als mit einem Gut / daß an jhn vnd dz Reich gefallen** non tamen sine consensu statuum *juxta d. Capitulationem* Carol. V. apud Schleid. ubi promittit Imperator, **Was auch von Lehn dem Reich vnnd vns bey Zeit vnser Regierung eröffnet vnd ledig heimfallen wurde / als Fürstenthume / Graff- vnd Herrschafften / Städte vnd dergleichen / die sollen vnnd wöllen wir niemand verleyhen / sondern zu Vnterhaltung des Reichs / vnser vnd vnser Nachkommen / der König oder Keyser behalten / einziehen vnnd incorporiren** / *qua de re plura apud Bocer. tract. de Regalibus. cap.* 4. *num.* 20. *Zabell. institut. Feudal. exercit.* 8. *thes.* 7. *& Thom. Michaël. de jurisdict. conclus.* 14. *& segq.*

Princeps alterius quæsitum auferre non potest.

11. Et ut rem á suo deducamus principio, sciendum est, Carolum M. omnia suæ ditionis subjecta, antiquo Romanorum more, redegisse primũ in provincias, Trithem. *de orig. Franc. f.* 94. Abbas Stadens. *Anno* 788. *f.* 81. *b Knich. d. tr. c.* 1. *n.* 6. per totam Aquitaniã ordinasse Comites, Abbates, nec nõ alios plurimos, quos vassos vulgó vocant ex gente Francorum, iisq; regni curam commisisse, Aimonius Monachus *antiquæ fidei scriptor de gest Frnnc. l.* 4. *c.* 1. *& lib.* 3. *c.* 96. *& lib.* 6. *c.* 35. quem postea secuti sunt Imperatores alii, inprimis verò Henricus Auceps, Otto Magnus & Otto III. qui nova Reipubl. forma jam introducta, Ducatus initió paucos, Marchionatus, comitatus & Baronias per Germaniam plures constituisse, definitisque territoriis distinxisse, & perpetua dignitate, eaq; regali condecorasse, ac modó in allodium, modó sub clientelari fide in feudum hereditariè dedisse dicuntur, attestãtibus præcipuis quibusdam historicis & JCtis *in c. un. quid dicatur Dux, & c. un. de feud. March.* quos magno numero recensent, *Knich. d. tr. c.* 1. *nu.* 6. *& 54. & n.* 80. *& multis segq. Gœdd. d. Resp. n.* 242. *Krantz. lib.* 2. *Sax. c* 29. *lib.* 4. *c.* 16 Auctor. des erneuerten außführlichen Rahtschlags des H. Reichs Erbahren / Freyen- vnnd Reichsstätten Session / Standt vnd Stimme betreffend / in *pr.*

Primus cõstitutor juris territorialis.

Investitura Imperatoris quomodo fieri possit, & quid operetur?

12. Investituram hanc fecerunt illi Imperatores & omnes eorundem successores, & adhuc facere possunt Augusti nostri, vel interdum etiam solo verbo, Rau *decis. Resp.* 1. *num.* 11. *lib.* 2. & sola adsignatione Benedic. *C. Reynutius, vers.* 6. *eidem*

impub.n.8.& 9.p.2.Petr.de fideicomm.q.8.n.245. quod tamen alias negatur, *Cacher. conſ.26.n.23.& ſeq.Knich.d.tr.c.2.n.9.&* 10. quæ inveſtitura Imperatoris præter titulum & cauſam poſſidendi & præſcribendi, *Cacher.conſ.34.num.20.& ſeq.* imò Imperator per ſolam inveſtituram transfert dominium & poſſeſſionem, *Menoch.conſ. 910.n.21.& ſeq.lib.*10. *Camillus Borrellus conſ.*1. *nu.*47. *Petr.de Gregor.de conceſſ.feud. q.*8. *par.*1. *Knich.d.c.*2. *n.*8. *Matth.Steph.tr.de iuriſd.lib.*2 *p.*1. *c.*7. *n.*123. quam in Ducatu, principatu, Landgraviatu, Comitatu, &c. comitantur omnia jura, regalia, juriſdictiones, pertinentiæ, caſtra, territoria, niſi ſub conditione tacita, & in eventum, quo feudum Domino aperiatur & fiat caducum, facta eſſet infeudatio, qualis de feudo vaſalli adhuc viventis per Imperatorem benè fieri poteſt de jure, *c.un.in fin.de feud.dato in vi.c.leg.commiſſ.*1. F.27, *c.*1. §. *moribus receptum eſt* 2. *ſi de feud.defunct. rent ſit inter.Dn.& agn.c.*1 *qui ſucceſſ.feud.dar.ten. c.* 1. *de Cleric.qui inveſtit.fac.Gail.* 2 *obſ* 155. hoc enim caſu nullum jus in feudo, ſed ad feudum duntaxat inveſtito tribuitur, *Matth.Steph.d.c.*7. *n.*130.

Inveſtitura de feudo viventis in eventum caducitatis fieri poteſt.

23. An autem ex hac ſola Imperatoris inveſtitura, tanquam fundamento, ſtatus quoque definitio ſit ſumenda quæritur? & quanquam ſint, qui hoc ſtatuant, aliud tamen oſtendit *Gail l.*1. *obſ.*21. *& tr.de Arr.c.*6. *n.*25. *Paurm.tr.de iuriſd.lib.*1. *c.* 8. *n.*4 ſtatus enim Imperii propria forma non conſiſtit in feudi ligii, vel regalis aut territorialis poſſeſſione, directa collectarum imperialiũ ſolutiõne, immediata ſubjectione, vel aliis adjunctis eſſentiam non conſtituentibus, ſed in ſeſſionis & ſententiæ dictionis ſive ſuffragii communicatione, & receſſuum imperii ſubſcriptione, daß er eine Stimme vnnd Standt in Reichs Verſamblung habe/ R. A. zu Augſpurg/de Anno 1548. §. Wann auch ein außgezogener; ad cujus probationem matricula Imperii, in quam aliquis eſt receptus, præſumtionem inducit, *Gail.d.l.*1. *obſ.* 21. in qua, ſi diverſitas adpareat, ſola matricula de Anno 1521. recipitur, Reichs A. zu Regenſpurg/ de Anno 1594. §. Wann auch bey voriger. Hinc etiam conſtituitur diſcrimen inter immediatè ſubjectos & ſtatus Imperii in receſſibus Imp. zu Wormbs/de Anno 1564. §. vnd wollen wir. Ibi, gegen denen ſo nicht Stände des H. Reichs/ jedoch dem H. Reich immediatè vnterworffen; Exemplum hujus rei nobis præbent nobiles in Franconia & Suevia & tractu Rheni, die freye Reichs Ritterſchafft/*pluribus Dn.D.* Reinkingk/*d.tr.l.*1. *cl.*4. *c.*1. *Matth.Steph.tr.de jur.lib.*2. *p.*1. *c.*4. *n.*27. *&c.*

Qua matricula Imperii probet? Diſcrimen inter immediatè ſubjectos & ſtatus Imperii.

24. Superiora igitur declarant, quę & quomodo ſuperioritas ab Imperatore inferioribus concedatur, nimirum *territorialis illa & analoga*, in alicujus certi diſtrictus juriſdictione & imperio fundata ſalvâ ſupremi dominatus recognitione, quam in ſuorũ territoriorum ſubditos exercent; *non Imperialis abſoluta*, in ſupremo & univerſali totius imperii dominatu fundata, quæ ſemper illæſa & conceſſionis neſcia perhibetur, *Surd.conſ.*267. *n.*7. *cũ ſeq.lib.*2. *Knich.d.c.*1. *n.*315. quia nunquam concedi poteſt tanta poteſtas, quin ſuperioritas ſemper ſarta tecta remaneat, & ſic majoritatem ſibi reſervet Princeps, *text.in conſt.de pac.conſtant.verſ.hoc quod nos, Rol. á Vall.conſ.*1. *n.*135. *cum ſeq.lib.*2. *Cacher.conſ.*3. *n.*7. *Natta conſ.*487. *n.*24. *Knich.comment.verb.Ducum.Sax.c.*5. *&* c.7. licet etiam adjectum ſit cum translatione omnis Imperii & poteſtatis, & generaliter cum omni jure, *Petr.de jur.quæſit. non tollend.c.* 21. *n.*36. *f.*285. *&c.*22. *num.*85. *f.*302. non tamen credendum eſt, principem fontes ſuos ita derivaſſe forâs, ut nihil penes ſe remaneret, *Cephal. conſil.*539. *nu.*50. *lib.*4.

Imperialiũ & abſoluta poteſtas ac ſuperioritas conceſſionis neſcia.

ſed

tali Princeps inferiori concedat aliquid de reservatis, intelligitur non cum plenitudine concedentis, sed cum habilitate ejus, cui conceditur, & eo modo, quo ille exercere potest, *Ruin. cons. 60. n. 7. tom. 1. Bald. l. 1. §. relegandi, nu. 9. ff. de offic. praf. urb. Knich. d. c. 1. n. 317.* Potestas enim Imperialis & præeminentia ossibus Imperatoris ita tenaciter inhærere dicitur, ut sicut radii solis, eo salvo, non possunt ab isto separari, quamvis longé lateq; spargantur & emittantur, ita & illa majestas, quamdiu dignitatis suæ per universum imperium varié spargat, tamen & lucere & splendere non desinat, *Heig. 2. q. 40. nu. 112. Ias. §. Item servianã & ibi Dd. Inst. de act. Bald. 1. §. ad hac. col. 1. de par. jur. fide. c. 1. de feud. March. Lips. cent. 3. select. Epist.* Principis siquidem concedentis persona & superioritas in quibuscunque concessionibus semper intelligitur excepta, *Knich. d. tr. c. 3. n. 306 c. un. in f. de form. fidel. Dd. in l. iquus, 10. ff. de offic. præsid. Arum. d. pand. 2. th. 2. q. 4.* Et contrarium esset Imperatoriæ Majestati hominibus sub universali totius Imperii territorio existẽtibus suo modo non posse Imperare, *Covarruv. quæst. pract. 4. n. 1. Heig. 1. q. 9. nu. 26. Casp. Leipold. de concurrent. jurisd. q. 1.* Quantumcunque igitur imperium vel jurisdictio alteri sit attributa, nunquam tamen ita concedens illa se privare, eaque excludi intelligatur, *Paurm. de jurisd. lib. 2. c. 1 n. 38.* quin cognitionem ipse suscipere sive anticipatione, sive concursu, sive evocatione, & jurisdictionem magistratibus inferioribus territam suo jure exercere possit, *Paurm. d. loco & ibid. Bodin. Berojus, 1. cons. 94. n. 1. Gom. cons. 76.* Imó quod non possit Imperator sibi legem dicere, ut non cognoscat, in causis subditorum statuunt, *Nattacon. 614. n. 1. & seq. Pac. de probat. 2. c. 43. nu. 77. Knich. d. c. 1. n. 319. Matth. Steph. de jurisd. 2. p. 1. c. 1.* ut hac ratione concurrentem obtineat jurisdictionem in territoriis statuum, quo ad loca, causas, personas & actus judiciales illorum territoriorum *Paurm. d. l. 2. c. 8. nu. 26. & seqq. usq; ad fin.* & habeat jurisdictionem in homines suorum hominum, *Surd. cons. 1. n. 75. & cons. 275. num. 5. 1. Mod. Pist. cons. 28. n. 114. vol. 1. Knich. d. c. 1. n. 288.* Cum fidelitas atq; obedientia Imperatori debita in quolibet juramento ac homagio excipiatur, *c. imperialem, §. fin. & ibid. Dd. de prohib. Feud. al. per Frider. 11 feud. 55.* De jure Saxon. idem cautum reperitur, in welches Land der Keyser kompt / da ist jhme dz Gericht ledig. Landrecht. lib. 1. art. 58. §. Wann der Graff / & art. 26. 52. art. 60. lib. 3. Quamvis interea non negem subditos fortiùs astringi suo principi & immediato magistratui, quám imperatori, propter juramentum, quod illi specialiter præstiterunt, *Petr. Gregor. de univ. feud. p. 7. q. 4. n. 12 Knich. d. c. 1. n. 168.* Cumq; illis principibus & dominis territorialibus ab Imperatore hæc jura sint cessa & concessa, & hodie quidem ad instar patrimonii, ipseque Imperator magis superioritatem respiciat, quám mediaté subditorum probitatem; *ut eleganter ait Ioh. Winther. dissert. pol. jur. 266.* ut sic illud non indistinctè, & de priscis potiùs temporibus, quám hodiernis moribus, ubi alio atq; alio jure utimur, & ubi principes & proceres jure hæreditario, perpetuo & ad hæredes transmissibili sunt investiti, jurisdictionemq; jure patrimonii in vim utilis dominii possident, & tunc quando causa vel perviam simplicis querelæ, vel appellationis ad Cæsaream cognitionem pertinet, exaudiendum esse credamus. *Vide hanc quæstionem latè per actus & præiudicia tractantem Casp. Leipold. de concurrent. iurisdict. §. 1. & 3 infra concl. 52. c. 4.*

Quomodo Imperator concurrentem habeat jurisdictionem in territoriis statuum & immediatorum

25. Hac itaque ratione jurisdictio & superioritas ab Imperatore in principes & reliquos est derivata, & hic est præcipuus ac potissimus illam acquirendi mo-

Secundus modus acquirendi ſuperioritatem territorialem eſt cooptatio in numerum ſtatuum.

di modus cum territorio, nimirum conceſſio Principis ut plurimum per modum feudalis beneficii & inveſtiturę aut ſingularis privilegii vel conventionis ſub nomine & qualitate der Landesfürſtlichen oder hohen Ober- und Herrligkeit/ *cap. 1. quidicatur Dux March. vel comes & ibid. Iſern n. 3. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. q. 8. part. 1. Matth. Steph. d. tr. lib. 2 p. 1. c. 7. n. 125. Secundus modus* acquirendi & conſtituendi territorialem ſuperioritatem eſt *in numerum ſtatuum cooptatio vel relatio*, uti in civitatibus liberis imperialibus uſu venit, quæ inter ſtatus imperii receptæ, & liberam civitatem ejusq; ſubditos juriſdictione donatæ, non minus in civitate, ut princeps in ſuis ditionibus jura territorialia die Landes Ober- und Herrligkeit/ unà cum regalibus habere intelliguntur, *tex. in conſtit. de pac. conſtant. verſ. Nos Romanorum & ſeqq. Gail. 2. obſ. 57. n. 7. & in tr. de arreſt. c. 9. n. 1. Vult. de feud c. 5. n. 7 verſ. aliu etiam lib. 1. Ritg. Ruland. de commiſſ. p. 2. lib. 5. c. 4. nu. 4. Scipio Gentil. de jurud l. 3. c. 22. Thom. Michael. de juriſd. concl. 44. lit. g. Matth. Steph. d. c. 7. nu. 186.* Wehner. *pract. obſ. verſ.* Landesfürſtlichen Obrigkeit/ *p. 462. vid. infr. c. 3. concl. 42.*

Tertius modus eſt præſcriptio.

26. Tertius modus acquirendi ſuperioritatem territorialem eſt præſcriptio, *Knich. d. tr. c. 3. n. 113. & ſeqq.* cui conſuetudinem annumerat, *gl. tradit Bart. ad l. 5. ff. de juriſd. n 9. Trentl. vol. 1. diſp. 3. th. 6. lit. e. in not. Knich. d. tr. c. 5. n. 49.* Weſ. *conſ. 60. n. 3. & eundem ſecutus, Gœdd. d. Reſp. n. 175.* quæ enim ſunt conceſſibilia, etiam ſunt præſcriptibilia, *Felin. in cap. cum de præſcript.* Cravett. *de Antiquit. temp. p. 4. §. materia, nu. 97.* modó jura majeſtatis non impediatur, aut obedientia ſuperiori debita tollatur, & præſcriptio illa ſit temporis immemorialis, *c. ſuper quibuſdam extr. de V. S.* A. zu Augſpurg *de Anno 1548. §.* wann auch/ *ibi*, daß es je in Menſchen Gedächtnuß/ & § hatte aber der/ & §. wo aber innerhalb Menſchen gedencken/ Berchold. *de regal. n. 13. Roſenth. de feud. c. 5. concl. 16. n. 3. Gabr. Rom. in com. concl. 1. de præſcr. concl. 1. n. 39. lib. 5. vel* 40. annorum tum titulo, *c. 1. de præſcr in ſext. l. omnes, 4. l. competit, 6. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. l. fin. C. de feud. patrim. Covarru. 1. var. reſol. c. 17. num. 7. Gail 1. obſ. 21. n. 15.* Weſ. *conſ. 5. n. 19. Matth. Steph. d. c. 7. n. 143. Thom. Mich. de juriſd. concl. 63. lit. b. c. cum Dd. ibid. alleg.* quia tempus immemoriale habet vim privilegii & conceſſionis, *l. fin. ff. de aqua pluv. arc. l. hoc jure, §. 4. ff. de aqua quotid. Menoch. 2. arbitr. caſ. 43. Coth. Reſp. 79. n. 72. Sixt. de Regal. lib. 1. c. 5. n. 139.* & favor antiquitatis & temporis immemorialis eſt loco tituli Gabriel, *com. concl. lib. 5. tit. de præſcript. concl. 1 n. 44. Meichſner tom. 2. lib. 2. deciſ. ult. n.* 118. præſumptioque, quæ inſurgit ex hoc curſu temporis immemorialis eſt juris & de jure, quæ difficulter admittit probationem in Contrarium, *Menoch. 1. conſ. 90. n. 67. & lib. 3 præſumpt. 131. n. 39.* Dicitur autem immemoriale tempus, de cujus principio memorare nemo poteſt, quod ut plurimum eſt, quod excedit annos centum, hoc enim memoriam hominum ſuperat, quia iſte cenſetur ultimus humanæ vitæ terminus, *l. ut inter, 23. C. de SS. Eccl. l. an uſusfructus, 56. ff. de uſufruct.* Weſemb. *conſ. 2. num. 77. Gœdd. d. Reſp. n. 533. Coler. in iur. Imp. Germ. ſect. 43. & Dd. ibid. alleg.* Et hæc præſcriptio datur adverſus ipſum principem. Contra privatum verò poteſt aliquis hæc jura tempore legitimo juribus incorporeis præſtituto quaſi poſſidendo præſcribere, *Covarr. p. 2. Reſect. c. malæfidei, §. 3. n 5. Thom. Michael. de juriſd. concl. 63. lit. g.* modó ille ſit ſciens, *l. 2. C. de ſervit. l. ſi te, 16. ff. de ſervit. vind l. 1. §. fin. ff. de ſervit. prad. ruſt. & patiens, l. quoties, 15 §. 1. l. ff. de ſervit. l. 1. §. 1. ff. de ſervit. prad. ruſt. l. ſi ego, 11. §. 1. ff. de publ. in rem act. l. 3. §. dare. ff. de uſufr. d. l. 2. C. de ſerv.* actus unus unus atq; alter in generalis juriſdictionis adprehen-

prehensione & conservatione interveniat, *l. fin. ff. de Iten. act. priv. l. fin. ff. quemad. servitus amit. l. ii qui usumfr. 20. ff. quibus modis usus fr. amittatur, c. cum ecclesia sutrina. ext. de caus. poss. & propr. Gail. 2. obs. 31. Ferrar. in form. libell. act. confess. gl. 7. n. 18. laté & eleganter, Knich. d. tr. c. 3. n. 151. & seq.* animo possidendi, non jure familiaritatis, *l. qui jure fam. 41. ff. de acq. poss.* nec actus sint violenti, *tt. ff. de vi & vi arm. extat. ff. quod metus causa, l. si partem, 5. C. de usucap. pro empt. Knich. d. c. 3. n. 221. & seqq.* nec clandestini, *Gail. tr. de arrest. c. 1. n. 22.* ut hac ratione tyrannus invasi territorii jurisdictionem non acquirat, *Bart. in l. qui fundum, n. 1. & 2. ff. quemadmodum serv. amitt. Ferrar. d. loco verb. plenam & omnimodam, n. 77.* nec subditorum invasori præstita obedientia domino in possessione constituto præjudicare possit, *l. si Coloni, Cod. de agr. & cens. Natta, cons. 66. nu. 60. Gail. 1. obs. 70. nu. 28.* Imó Dominũ non amittere possessionem subditorum, etsi ab alio inviti sint detenti, & de eorũ contraria voluntate adpareat, *notabiliter scripsit, Ias. in l. 1. §. per servum, num. 4. & 5. ff. de acqu. poss.* De hoc acquirendi modo pluribus agunt, *Knich. d. tr. c. 3. nu. 114. & seqq. & in c. 5. ibi feré per tot. Matth. Steph. lib. 2. de iurisd. p. 1. c. 7. n. 138. & seqq. Bocer. tr. de Regal. c. 4. n. 45. & seqq. Thom. Mich. de jurisd. concl. 62. & seqq.*

Quartus modus est spontanea subjectio.

27. Quartus modus acquirendi jus superioritatis esse videtur spontanea submissio & subjectio, quando nimirum, aliquis sponte recognoscit aliquem superiorem, eiq; se in totum submittit & subjicit, *argumento, l. 1. ff. de iudic. l. 1. ubi Vultei. num. 78. C. de iurisdict. l. inter, 28. ff. ad municip. l. fin. Cod. de except. Mynsing. 4. obser. 27. Matth. Steph. d. c. 7. n. 170. Ziegl. comm. concl. §. Landsassi, nu. 227.* modó sese submittens & alteri jus superioritatis quærens sit talis, qui etiam potest obedientiam & subjectionem præstare absque præjudicio alterius: Nam in prejudicium alterius obedientia & subjectio prestita nihil operatur, *Abbas in cap. ea re. n. 2. de iureiur. c. per venientes, &c. cum contingat. eod. tit. Coler. in cap. ad accedentes, n. 9. 10. 11. ext. de præscr. Innocent. c. olim. 3. d. de restit. spol. Iac. de S. Georg. tr. de Homagio in pr. n. 21. specul. tit. de jurisd. n. 15. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1398. num. 22.* Cum ne vasallus quidem in Domini sui præjudicium prorogare possit jurisdictionem ratione duntaxat certę litis & causæ, *c. 1. §. ult. de prohib feud. al. per Frideric. II. Feud. 55. c. ex transmissa extr. de foro compet.* de hoc quarto modo, *vid. plura apud Marian. Socin. in c. cum contingat n. 7. ext. de for. compet. Covarr. in c. possess. p. 2. §. 3. n. 3. v. merum Imperium, de R. I. in sexto, & pract. obs. c. 1. n. 9. vers. secundo hic apparet, Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt 14. n. 5. Matth. Steph. d. c. 7. n. 170. & lib. 1. c. 24. n. 17.*

Quintus dicitur suspensio jurisdictionis Ecclesiasticæ.

28. Quinto loco quidam addunt suspensionem jurisdictionis Ecclesiasticæ, quod & illa statibus Imperii & immediaté subjectis jura superioritatis territorialia tribuat, *Matth. Steph. d. c. 7. n. 471.* utpote ad quos per pacificationẽ religionis, A. 1555. sub regimine D. Caroli V. in Comitiis Augustanis conditã & solemniter promulgatam, suspensâ jurisdictione Ecclesiasticâ, quæ penes erat Pontificios, in omnibus religionis negotiis jam omnium Ecclesiasticorum actuum cognitiones sunt devolutæ, & quibus in primis jura Episcopalia ex transactione & quasi fiduciario contractu sunt concredita & commissa, & uná cum jurisdictione sive jure Episcopali territorium ipsum; ut ita hodié verissimum sit, quod ejus sit religio, cujus est regio, & ejus regio, cujus est religio, *Ioach. Steph. lib. 1. Inst. jur. Canon. c. 7. n. 52.* qua de re pluribus infra dicetur: sed quia tota hæc res ex ipsius Imperatoris concessione dependet, idcircó meritó hunc modum, ad primum supra positum, rejicimus.

Per electionem & ſucceſſionem ultimo ſuperioritas hac acquiritur.

29. Tandem cum hodie ſuperioritas territorialis ad poſteros tranſmittatur, adquiritur, in Eccleſiaſtico quidē ſtatu per electionem, *c. cum olim 14. ext. de major. & obed. Gail. lib. 1. obſ. 20. n. 10.* in ſeculari verò per ſucceſſionem, *Knich. d. tr. c. 1. n. 188.* quę defertur ad deſcendentes maſculos, & ut plurimū ad primogenitum, *cap. licet extr. de voto & voti redempt. c. Imperialem, §. præterea de prohib. feud. alien. Thom. Mich. de juriſd. concl. 133. per Dd. ibi alleg. Schneidw. ad §. quadam actiones, Inſt. de actio. in act. familiæ erciſc. n. 37.* ubi aliquot adfert rationes & limitationes: *& inibi lit. a. adducit Weſemb. pro diſſent. Curt. tr. feud. p. 4. nu. 122. Socin. conſ. 18. n. 4. vol. 2. videatur Tiraq. de jur. primogen. quæſt. 4. n. 21. & ſeqq.* in Electorali præſertim dignitate, *vide Aur. Bull. Carol. IV. tit. 7. & tit. fin. §.* Wann aber / adparet; ne ſcilicet majora illa feuda, quorum dignitatum titulis Imperium redditur auguſtius, diviſionibus minuantur. Primogenitus verò aliis fratribus ſuis, qui hodié & dignitatem & titulum nominis retinent, tantum adſignat, quantum ipſis pro natalium ſplendore & facultatibus Principatus ad vitę ſuſtentationem honeſtè ſuffecerit, ita tamen, ut primogenito commodè ſuperſit, quò Principis vitā agere & cum honore principatui præeſſe poſſit; juriſdictio v. & jura Imperii in ſingulis reliquis obveniētibus provinciis maneant integra, *Hoſti. in c. licet, §. mādamus, de voto, Schenk Baro. ad §. & quia n. 5. tit. 1.* Ex notoria tamen & univerſali Germaniæ conſuetudine in feudis iſtis & juribus ſuperioritatis (excepto Electoratu) jus primogenituræ, & quæ illi cohærent, citra ſpeciale pactum, privilegium aut ſimilem contrariam diſpoſitionem vel conſuetudinem legitimè præſcriptam, locum non habet, ſed pari jure ſucceſſores ſuccedunt, de qua poſt Dd. *comm. ibi alleg. teſtatur Thom. Michaël. de juriſdict. concl. 133. Coler. de jur. Imper. Germ. ſect. 62. Dn. D.* Reinkingk / *d. tr. l. 1. cl. 4. c. 17.* & hæc ſucceſſio protelarié teſtatur Majeſtatem Imperatoris. Quid enim æquius, quàm ut benemerita patris erga Remp. filio quoque profint, & egregiam virtutem illorū liberaliter agnoſcat, quorū armis vitæq; periculo ex regni difficultatibus, hoſtium acie profligatâ, emerſit, ac ſignatę ſuis nominib. ęternum poſteritati laudis monumentum extare faciat? inquit Auctor. *tr. de jur. Principatus concl. 88. l. c.* Quomodo particularis ſuperioritas acquiratur, dictum eſt ſupra, *c. 1. concl. 18.* quo huc tranſlatum claudat caput hoc ſecundum, excipiens perſonas & corpora ſive ſubjectum, in quo ſuperioritas noſtra tetritorialis reſidet & conſiſtit.

Caput III.

De ſubjecto, ſive iis, quibus hoc jus competat & concedatur.

Solus immediatus eſt capax ſuperioritatis territorialis.

30. Non cadit in quemvis ſuperioritas hæc territorialis, ſed neceſſe eſt, ut aliquis ſit immediatus Imperii ſubditus, ut adparet ex Receſſ. Imperii de Anno 1548. §. Wiewol auch in der Ringerungs Handlung / *ibi*; in Anſehung / daß ſolche Graffen vnd Herren nicht immediatè Glieder vnd Stände des H. Reichs / & mon welche dem Reich immediatè nicht / ſondern andern jhren Landsfürſten vnterworffen / auch nicht Güter ohne mittel von oder vnter dem Reich hetten / *Gail. de arreſt. c. 6. per tot. Knich. de jur. Sax. in verſ. Ducum. Saxon. c. 6. fol. 169. & tr. de jur. ter. c. 1. n. 106. Gœdd. d. Reſp. n. 207. & ſeqq.* Quæ igitur terra, quivè comitatus vel Baronatus Imperatorem immediatè non habet ſuperiorem, ſuperioritatis jus ipſi terræ, comi-

comitatui vel Baronatui cohærens non competit, sed ut principatus vel comitatus cuiquis alius hoc in eam terram habeat, est necesse, & sic dum aliquis est mediatus & sub Imperio alterius Imperatore inferioris, velle eo modo, quo domini territoriales possunt, non potest, nec jura summi principis exercere, nec in suo districtu facere ea, quæ Imperator in toto Imperio, *argument. l. velle, ff. de R. I. Menoch. cons.* 75. n. 36. *cons.* 307. *n.* 1. *Knich. de jur. Saxon. verb. Ducum. Sax. c.* 1. *fol.* 69. *& d. tr. c.* 1. *n.* 361. *& passim. Schrad. de feud. part.* 10. *sect.* 9. *n.* 227. *Wesemb. cons.* 27. *n.* 29. *Gœdd. d. Resp. n.* 108. Et licet Imperator tali mediato vellet hanc superioritatem concedere, non tamen posset, *ut cap. præced. conclus.* 20. demonstratum, cum hac ratione præjudicet Domino mediato, quod juris ratio non admittit **R. A. d. §. wie wol auch**: Concessiones enim Principis semper intelliguntur fieri, salvo jure tertii, *l.* 2. *§. si quis á princ. si quid in loco publ. l.* 40. *ff. de administr. tut.* Immediati porró dicuntur ii potissimum, qui vel reperiuntur in Imperii matricula, vel etiam **im Anschlag des Reichs** *argumento, d. §.* **wie wol auch**. Ergo quę terra inibi non reperitur, territorium esse per se non præsumitur, sed esse de principis alicujus provincia, & ejus superioritati subjecta, ut ipsi contribuat, *per ea quæ extant. ap. Gylm. in symphor. cam. Imp tom.* 2. *part.* 1. *cons.* 5. *n.* 20. *& seq. & ap. Gail.* 1. *obs.* 21. *n.* 4. *Gœdd. d. Resp. n.* 212. potissimum tamen hoc me esse dixi, & ratione generalis præsumtionis á posteriori procedentis, quia reperti possunt immediati privilegiati, qui tamen non sunt status, & simul ab omnibus Imperii Collectis & oneribus immunes. *Immediati qui.*

31. Ad constituendum autem immedietatis effectum non necesse est, ut aliquis immediatè ab Imperio bona habet, sed sufficit, ut vel persona sit immediatè subdita, vel bona *in, sub, vel ab imperio* habeat & possideat *d. §.* **wie wol auch in der R. A. de Anno** 1548. in alternativis enim alterutrum sufficit, *Everh. in Top. legal. loc.* 108. *n.* 8. *ab imperio*, notat causam possessionis, *sub imperio*, subjectionem ostendit *in Imperio*, situm demonstrat, ut post *Zach. Vietor. tr. de exempt. concl.* 28. *Dn. D.* Reinking *in d. tr. suo l.* 1 *cl.* 5. *c.* 10. declarat Hinc etiam sicuti eadem persona diversis qualitatibus prædita pro diversa habetur, *c. cum capell. ext. de privil. c. ex literis extr. de probationibus*. Sic unus idemq; pro diversitate bonorum, quę possidet ratione quorundam ut mediatus, ratione aliorum ut immediatus censeri potest, prout habet *const. Reuss. de Anno* 1548. §. **auch der Graffen von Tübingen**/ *ibi*: **daß sie als Graffen des Reichs ihrer Güter halben / so sie ohne Mittel im Reich haben**/ gleich wol in des Reichs Anschläge **gezogen werden mögen**: **Aber der Pfandschafften**/ **auch eigener oder Lehngüter halben**/ **so sie von seiner Liebden** (Intellige Ferdinandum Regem Romanorum) **vnd in derselben Oestereichischen Erblanden haben / vom Reich billich vnbelegt bleiben sollen** / qua de re *plura vid. ap. Zach. Vietor. concl.* 28. *Gœdd. d. Resp. n.* 504. *Ziegl. com. concl.* §. **Landsassen**/ *nu.* 52. *& seqq. nu.* 63. 74. *& seq. n.* 79. Et sic quid ratione medietatis & immedietatis, ut & ipsius superioritatis territorialis sentiendum sit de iis principibus, quos **Landesfürsten**/ ad differentiam, quam constituunt jus Saxon. **Landrecht** *lib.* 3. *art.* 58. & latè per exempla declarant *Paurm. tr. de Iurisd. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 9. *Matth. Steph. tr. de jurisd. lib.* 2. *p.* 1. *c.* 6. *n.* 47. *& seq* **der Reichsfürsten**/ adpellitant, aliquatenus constat; quid præterea de quæstionis hujus decisione sentiam, in ipso discursu petentibus aperiam. *In, sub, vel ab Imperio aliquid habere quid sit.* *Vnus idemque diverso respectu potest esse & mediatus & immediatus.*

32. Nunc ad ipsos imperii status & ordines immediatos juris hujus capaces in specie tangendos transeo, inter quos sese post Electores primo loco mihi

offerunt Principes, qui regalem dignitatem & territorium, sub immediata Imperatoris & Imperii jurisdictione possident, Garss. Mastril. *de Magistratu lib. 4. c. 3. num. 6.* qui ex eo sic dicti sunt, quod sint rerum primi & capita, *Tacit. lib. 1. Isidor. 9. Etymolog.* **Fürsten**/quasi **die förderſten**/ aut **fürſtehend.** Quanquam autem hoc principis nomen Imperatori proprié cõpetat, *l. princeps ff. de ll. 11. & tot. tit. ff. de constit. princ. §. sed & quod principi. Inst. de jur. N. G. & Civ. c. 1. de natura feud. c. 1. quis dicatur Dux* usu tamen eó tandem est deventum, ut & Duces, Marchiones, comites Palatini, Landgravii, Archiepiscopi, Episcopi & similes majorem regalem dignitatem habentes generaliter principes adpellarentur, *cap. 1. in princ. in verb. á princ. Italicu de prohibit. feud. alien per Frider.* & passim á Carol. IV. in Aur. Bull. Sixtin. *de Regal. lib. 1. c. 4. nu. 24. Ioach. Cluten. in syllog. rerum quotidian. th. 26. lit. c.* quæ nomina non, ut olim, muneris sunt & administrationis, sed hodie patrimonii omnia facta, argumento *c. 1. §. & quia videmus, de his qui feud dare poss. c. un. in fin. de alien. feud. Coler. de proceſſ. exec. p. 2. c 1. n. 164. Ziegl. com. concl. §.* **Landsaſſy**/*n. 2. 3.* Adstringũtur enim ad certum territorium, de quo sunt investiti, cum juribus superioritatis, & non tantúm ideò sunt Duces, Marchiones, &c. quod ab Imperatore tales sint creati, sed quod etiam jam creatis Ducibus, Marchionibus, &c. provincia aliqua sustinẽda dignitatis causâ sit data, quæ ab accipiente vel Ducatus, vel Marchionatus, &c. adpellatur, ex qua appellatione vicissim sunt & dicũtur duces, Marchiones, &c. propter relationẽ, quę est inter accipientem, & provinciam, *c. 1. quis dicatur Dux 2. feud. 10. Vult. lib. 1. feud. c. 8. num. 10. Matth. Steph. d tr lib. 2. p. 1. c. 6. num. 36.* quamvis inter status ac ordines Ecclesiasticos & seculares hac in parte magna sit differentia, utpote cum hi solum, non verò illi jus hoc suum, tanquam patrimoniale, ad masculam progeniem transferre possint: Ecclesiastici verò nudi sint dispensatores ac usufructuarii, *ut supra præcedenti, concl. 29. dictum, Cravett. cons. 404. nu. 14. & seq. tom. 3. Knich. d. tr. c. 1. n. 34. & lib. 2. de pact. invest. c. 1. n. 129. Raudens. Resp. 3. num. 107. & seq. lib. 2.* Ex quo adparet, principes Imperii nostri in Ecclesiasticos & seculares distribui, *Peregr. de jur. fis. lib. 1. tit. 2. n. 104. Cujac. lib. 3. de feud. tit. 1.*

Principes qui, & unde dicti.

Principes vel Ecclesiastici vel seculares.

33. Ecclesiasticos sub nomine Prælatorum contineri, dignitate verò distinguitestis est *Paurmeist. de jurisd. lib. 1. c. 24. n. 18. & lib. 2. c. 1. & c. 8. Gail. 1. obs. 30. Myns. cent. 5. obs. 6.* sunt enim ex illis quidam Archiepiscopi, quidam Episcopi, quidam magistri ordinum equitum Teutonicorum, Abbates, Præpositi, &c. qui regali dignitate sunt prædíti, & sessionem ac votum in comitiis aliaq; superioritatis jura habent.

Ecclesiastici quo modo hic considerentur.

Considerantur autem hîc Ecclesiastici, ut principes politici, qui hoc in casu nihil, commune habent cum Pontifice: Possident enim, ut dictum, bona feudalia, habent regalia ab Imperio & alia privilegia, ceu reliqui principes ac proceres; sunt Imperii status, utuntur eodem superioritatis jure, quo Duces. comites & alii in suis territoriis, *Gail. d. lib. 1. obs. 30. n. 1. 4. 6. & obs. 37. n. 10 & tr. de pign. c. 7. nu. 1. & tr. de pac. publ. lib. 1. c. 8. n. 6. & seqq. Modest. Pistor. cons. 49. nu. 3. vol. 2. Car. Molin ad consuetud. Paris. tit. 1. in princ. n. 70. 71. Heigius p. 1. quæst 4. nu. 53. Knich d. tr. c. 4. nu. 58. Vulej. de feud. c. 5. nu. 7. vers. aliis etiam in fin. Thom. Michaël. de iurisd. concl. 38. lit. a. Ziegl. com. concl. §. Au? rega. n. 8. & seqq.*

Parent Imperatori & Imperio.

Hinc etiam, instar reliquorum principum ac statuum immediaté Imperio subjectorum, præceptis Cæsaris & Imperii parere, & vocati ad auxilium & consilium comparere tenentur, *argumento c. si Episcopus, dist. 18. Hier. Schurff. cons. 72. n. 2. cent. 1. Gail. d. lib. 1. de iur. pac publ. c. 8. nu. 8. An. Col. de jur. Imp. concl. 49.*

Buxtorff. ad cap. 5. Aur. Bull. concl. 69. lit. a. Ziegl. d. §. Austrega. n. 13. Quod ergo ejusmodi territoria, Diœceses & Episcopatus Imperator etiam hodie principibus & aliis reformatæ religionis sine confirmatione Papæ jure conferre possit, nullum habet dubium; pro quare 9. argumenta profert Arnold. Engelbrecht. *in disp. de jurisd. Imperii, th. 67.* Quando & qui Ecclesiastici cæperint esse principes ac Illustres, & de eorundem statu dignitate, præcedentia, juribus territorialibus, aliisque privilegiis tractant pluribus, *Knich. d. tr. c. 1. nu. 14. & seqq. Matth. Steph tr. de iurisd. lib. 3. p. 1. c. 14. ubi latè, & in explic. C. ad tit. de Episc. audient. n. 8. & seq. Laurent. Ohm. tr. de jur. Episc. th. 19. & passim, Volcm. tr. de jur. princ. c. 7. n. 4. & s. q.*

34. Seculares sunt vel in specie tantùm & simpliciter principes, quales sunt in Imperio principes Anhaldini, vulgò **Fürsten von Anhalt** / & Sabaudus, qui respectu Pedemontanæ regionis se tantùm principem Pedemontinum adpellat, *Iacobin. d. S. Greg. in tr. d. feud. in verb. princeps Pedemontium, Chass. de gloria mundi. consid. 14. Sixtin de Regal. c. 4. n. 26.* vel duplicatam habent dignitatem, qui præter titulum principis usurpant & habent titulum Ducis, qui duces, quoad originem, á ducendo exercitu dicti, *Isidor. 9. Etymol. Zas. de feud. p. 5. n. 6.* nostris sunt **Herʒogen** / Vocabulo **Her** / quod exercitus est, & **ʒiehen** / quod Latinis est ducere, *Vult lib. 1. Feud. c. 4. n. 14.* Nobis dux ille dicitur, qui de Ducatu á Principe supremo est investitus, sive cui princeps in beneficium regionem, quæ Ducatus nomine veniebat, una cum superioritate territoriali concessit, *cap. 1. quis dicatur Dux. Sonsb. de feud. in tit. qui feud. dare poss. Frece. de sub. feud. lib. 2. tit. quis dicatur, Roland á Valle cons. 4. n. 42. lib. 3. Frideric. Pruckm. ad rubr. quæ sint. Regal. c. 4. nu. 34. Ferrar. Montan. de feud. lib. 5. c. 7. vers. igitur regalia, Knich. d. tr. c. 1. n. 44. & seqq. secundum ea, quæ supra concl. 32. diximus.* Ex istis Ducibus quidam, & quidem primarii post Electores inter seculares sunt Archiduces, *Vult. de feud. lib. 1. c. 4. n. 14.* quales sunt tantummodó in familia Austriaca, Sixt. *Arngal. c. 4. n. 30.* de quorũ dignitate & privilegiis *plura vid. apud Dn. D. Reinkingk / in Asm. lib. 1. cl. 4. c. 10* habentur etiam, non tamen in Germania, magni Duces **Groß-herʒoge** / qualis est in Italia Cosmus Medices Dux Florentię, Don Garc. Mastril. *de Magistrat. c. 4. n. 19.* Item magnus Dux Muscoviæ; Magnus Dux Litvaniæ; Magnus Cham, & alii, de quibus *Matth. Steph. de iurisd. lib. 2 p. 1. c. 6. n. 82.* qui, quia ad nos parum, suis relinquantur scriptoribus. *Duces.*

35. Quidam, præterquam quod sint principes, *Heig. illustr. quæst. 2. n. 55. p. 1. Roland. de commiss. p. 2. lib. 5. c. 4. n. 26. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 5. n. 119. Cuj. in l. un. C. de omnib. qui provinc. reg.* sunt & dicuntur Marchiones, á Marchiâ, cui præsunt, ita adpellati: Marcha verò nihil est aliud, quã limes, in lingua nostra **Marck** / unde **Gemarckung / Marckstein / Marscheiden**. Ergo quia finibus Romani Imperii tuendis præfecti sunt illi principes, Marchiones, seu Duces Limitanei **Marckgraffen** / exinde nuncupantur. Clut. *in Syll rer. quotid. th. 26. lit f. Hotom. in verb feudalibus, verbo Marchio. Matz. de his qui feud. dar. poss. n. 16 Menoch. cons. 302. n. 19. vol. 4. Knich. d. tr. c. 1. nu. 340.* Talis est Marchia Brandenburgẽsis, quam in quatuor partes rectè dividi existimat Iodoc. *Willich. in tacit part. 1. c. 10.* juxta Albim, ubi est antiqua; juxta Suevum seu Spravũ, ubi est media; juxta viadrum, ubi est nova; & deniq; juxta Ucanum lacum peregrandem, ubi est Ucaria Marchia, *Knich. d. tr. c. 4. n. 137. & seqq.* Talis etiam est Marchia Misniæ, Marchia Styriæ, Marchia Moraviæ, & Marchia Badensis, de quibus *Matth. Steph. de iurisd. lib. 2. part. 1. cap. 6. n. 92.* Nobis autem Marchio is dicitur, *Marchiones.*

qui de Marchiâ est investitus ab Imperatore cum regali dignitate & omni territoriali superioritate, *c. 1. quis dicatur Dux & ibi Afflict. n. 66. Don. Garf. Mastril. de Magistr. lib. 4. c. 6. n 6. Heig. Illustr. q. 2. n. 55. part. 1. Matth. Steph. d. c. 6.*

Landgravii.

36. Quidam in Imperio principes sunt, qui in specie Landgravii dicuntur, sive Comites provinciales, ex eo, quod olim fuerint totius alicujus provinciæ præfecti, sive judices, *Pet. de Andl. de Roman. Imp. lib. 2. cap. 12. Vult. lib. 1. feud. c. 4. nu. 14. Clut. d. th. 26. lit. e.* Horum in Imperio quatuor familæ reperiuntur, utpote Thuringiæ, Hassiæ, Alsatiæ, & Leuchtenbergensis, *Schönborn. 5. Polit. cap. 390. in fin. Peuc. 5. Chron. p. 998. & seq.* Quidam principes in specie comites Palatini, sive sacri Palatii, nuncupantur, á palatio sive sede Imperatorum, *l. un. C. de palat. l. ex aula C de privil. eor. qui in sacr. palat. milit. l. 1. de offic. rector. prov.* Cujus olim fuerunt judices, *Vult. d. l. 1. Feud. c. 4. n. 14. Ioach. Cluten. d. thes. 26. lit. d.* Hodié dignitas Landgraviatus & Comitum Palatinorum nõ minor est quám Ducatus, Sixtinus *de Regal. lib. 1. c. 5. n. 119.* Sunt n. illi principes Imperii, **Fürsten des Reichs**/ imó comites Palatini, qui sunt ad Rhenum, ad tantam eminentiam sunt evecti, ut jam inter seculares Electores post Regem primas teneãt. Nos illos ita consideramus, quatenus sunt de principatu seu regione ea, quę in palatinatum **zu einer Pfaltzgrafschafft**/ erecta est, investiti, & jura territorialia cum omnibus illi territorio annexis regalibus habent & exercent. Qui itaq; de tali principatu non sunt investiti, impropriè & analogicè Comites Palatini dicuntur, *Chassan. in tr. de glor. mund. cons. 50. Sixt. de regal lib. 1. c. 4. n. 108.* de quibus agere non est é re nostra, videatur *Matth. Steph. tr. de jurisd. lib. 2. c. 6. membr. 1*

Comites Palatini.

37. Ad eandem Classem principum & Illustrium referuntur etiã Comites & Barones Jacobin. *de S. Greg. in invest. verb. princeps, Schrader de feudis, p. 10. sect. 1. n. 28. Felin. in cap. dudum n. 21. de præsumpt. Dec. Resp. 19. n. 224. & seqq. Pruckm. cons. 4. nu. 4. vol. 1.* Comites dicuntur á comitando & sequendo, qui sacrum imperatoris comitatum observarunt, *l. item ap. Labeonem, §. comitem, ff. de injur. Duaren. de feud. c. 6. nu. 8. Paurmeist. de jurisd. lib. 2. c. 10. nu. 1.* Germanicé **Graffen**: & erant olim judices *t. si de investitura inter. Dom. & Vasal. c. un. §. si judex. de pac. ten. Auct. de jure Prime. concl. 86. lit. a.* ut enim **Hertzogen**/ seu Duces erant militiæ, ita **Graffen** seu comites erant justitiæ, *Wehner. in obs. pract. vers.* **Graffen**: undè verisimile est, comites ab antiquo Saxonum verbo **Graff**/ quod judicem denotat, appellatos *Spec. Sax. lib. 3. art. 53. & seq. Thom. Michaël. de jurisdict. concl. 130. lit. b.* Nihil autem hic loquor de minorum Gentiũ Diis, quales sunt **Gräven**/ **Gogräven**/ **Centgräven**/ **Saltzgräven**/ **Holtzgräven**/ **Freygräven**/ qui nulla habent regalia, nullamque territorii superioritatẽ, sed sunt subditi, vel illorum administri; verùm de iis, qui Imperio nostro immediatè subjecti de comitatu aliquo sunt investiti, vel alio modo quæsitum habent comitatum, *d. c. 1. quis dicatur Dux. Bald. c. 1. de his qui feud. dar. poss. Tholoss. Syntagm. jur. univers. lib. 6. c. 8. Don. Garf. Mastril. de Magistrat. lib. 4. c. 7. n. 15.* & in suis territoriis dicuntur principes, *Sich. cons. 8. nu. 15. par. 4. f. 169. Mod. Pist. quæst. 70. n. 4. vol. 2.* quibus respectu sui comitatus æquiparantur, *Socin. Iun. cons. 126. n. 1. vol. 3. Knich. d. tr. c. 1. n. 33. & n. 302. Sixtin. de regal. c. 4. nn. 55.* dicuntur, **Graffen des Reichs** habentque jura Imperii in suis comitatibus, *Ruin. cons. 187. n. 8. vol. 2. Cravett. cõs. 974. n. 3. Cacheran. dec. 155. n. 1. Gail. 1. de pac. publ. c. 6. n. 10. Schrad. de feud. p. 10. sect. 1. nu. 22. & seq. tit. 2.* Quomodo ratione prærogativæ ex his quidam dicantur **Fürstliche oder Fürst-**

Comites.

Fürstmässige/Item gefürstete Graffen/quidam Adelingi sive Edleherrn/& unde, eemadmodum etiam de ordine equestri, *vid. Auct. tr. de jur. princ. concl. 86. lit. a. & Dn. D.* Reinkingk/*d. tr. l. 1. cl. 4. c. 14. Ioach. Cluten. Syllog. rer. quotid. th. 26. lit. h. Ant. Cler. de iur. Imp. Germ. sect. 57.*

38. Barones Banner oder Freyherren/ unde dicantur admodum est conversum, cujus decisio petatur ex Hoen. *disp. Pol. 3. th. 49. Ioach Cluten. d. th. 26. lit. i* Dn. D. Reinkingk/*d. loc. c. 15.* Nobiles illi sunt, qui immediatè Imperio subjecti de Baronia Freyherrschafft vnd Herrschafft/ cum Baronali & regali dignitate, territoriali; superioritate á supremo principe sunt investiti, *Mart. Frec. de feud. l. 2. tit. quis dicatur Comes, n. 47. vers. secundo modo Paurm. libr. 2. de iurisd c. 10. num. 51. & seqq. Gud. d. Resp. n. 250. & seq.* ut, sicuti comes in suo comitatu, ita Baro in sua Baronia dicatur princeps, cui ipse respectu suæ Baroniæ æquiparatur, *Schrad. de feud. par. 10. sect. 1. n. 22. & seqq. Facultas Iurid. Ingolstad. cons. 1. n. 20. vers. & ratio est, vol. 1. variar. 4. edit, Gœdd. d. Resp. nu. 426.* Quod autem vox Herrschafft æqué ut Graffschafft similia omnia Baroni dem Herrn subjecta *post Iohan. Sichard. cons. feud. 1. num. 22.* observavit etiam *Matth. Wehner. in suis obs. pract. verb.* Herrschafft Graffschafft: atque eo, quod Herrschafft conceditur sub nomine universalis dominii illius terræ cum omnimoda jurisdictione, concludit, Henr. Rosenth. *de feud. c. 2. concl. 1. n. 4.* eam oportere intelligi, cum regali potestate ac dignitate competere, & omnia sibi vindicare, quæ & alia regalia feuda & allodia sibi vindicant, & sic etiam jus superioritatis territorialis: cui accedit etiam Mart. Frecc. *d. lib. 2. de feud. tit. quis dicatur comes. n. 47. vers. secundo modo. referente Gœdd. d. Resp. n. 251. & n. 426. n. 461.* Synonyma Baronum in Germanico nostro idiomate recenset ac demonstrat, *Matth. Steph. d. tr. l. 2. p. 1. c. 6. nu. 18. & seqq. Hœn. d. disp. 3. th. 49.* Dn. D. Reinkingk/*d. c. 15. nu. 17. & seqq.* ubi simul ostendit ex *Paurm. de iurisd. lib. 2. c. 10. n. 38. &* R. A. *de Anno 1548. §.* wiewol/illos omnes & nobilitatis & dignitatis gradu esse pares.

Baroues.

39. Nunc de liberis Imperii civitatibus est agendum: Definit autem liberam & Imperialem civitatem *Gail. tr de arrest. c. 9 n. 25. & Paurmeist lib. 2. c. ult.* n. 13. quod sit communitas directó Imperio parens, jus sessuræ & suffragiorum in Comitiis obtinens. Et quanquam Dd. duplices faciant istas civitates, ita ut aliæ sint, quæ simpliciter Reichsstätte; aliæ verò, quæ conjunctim freye Reichsstätte dicuntur, & varias earundē constituant differentias, quasi illę sint, quæ Aquilam vel integram, vel aliquam ejus partem habent in insigniis, & nullum ab ævo superiorem agnoverunt, præter Imperatorem, agnoverunt; Hæ verò, quę nullam aquilę particulam monstrare possunt in illis suis insigniis, sed olim jugo Episcoporū vel aliorum subjectæ, postmodum libertate donatæ sunt ac exemtæ, *Matth. Wehner. in pract. obs. verb.* freye Reichsstätte *Paurm. de iurisd. lib. 2. c. ult. n. 14. Matth. Steph lib. 2 p. 2. c. 1. num. 82. Rittg. Ruland. de commissar. libr. 5 p. 2. cap. 4. num. 42. Resp. Ingolstad. ad tom. 5. var. consil. IC. Germ. 24. nu. 296. Waremund. 2. de fœderib fol. 29.* Reipsâ tamen considerata nullam solidam constitui posse differentiam inter Reichsstätte & freyen Reichsstätte/ ipsæ etiam Imperii constitutiones novissimę demonstrant, ubi non solum appellationes hæ promiscué usurpantur, sed etiam ut plurimum copulativé conjunguntur freye vñ Reichsstätt/ R. A. *de A. 1542. §.* die freye vnd Reichsstätte *de Anno 1544. §.* vnd nemlich sollen alle/ aliisq; locis quam plurimis, Auctor. *decis.*

Liberæ Imperii Civitates.

decis. sive praiudic. Imper. verb. civitas, Matth. Wehner. d. loco. Dn. D. Reinkingk. d. tr. lib. 1. cl. 4. c. 10.

Quanam civitates habeant jus status.

40. Definitio isthæc civitatum Imperialium, procedens in eo, quod est potius & frequentius, ostendit, nullam civitatem, quamvis per modum privilegii vel præscriptionis ab inferiorum principum jurisdictione exempta quoad jura regalia immediatè imperio pareat, inter status Imperii referendam esse, quæ jus comitiorũ non habet, *Argumento text. in* R. A. *de Anno* 1548. §. **Wann auch ein außgezogener**; cum ex hoc comitiorum jure quasi possessio status Imperii inducatur. *Andr. Knich. de iur. territ. c. 3. n 164. ex Decian. cons.* 84 *nu.* 27. *vol.* 5. *Zachar. Vet. de exempt. concl.* 5. Nec enim sola qualitas immediata sufficit ad inducendum Imperii statum, sed plura requiruntur alia, de quibus *supr. cap. præcedente concl.* 23 Et multi sunt immediati, qui tamen non sunt status Imperii *text. est* in R. A *de Anno* 1564. § **Und wöllen/ wir/ als Römischer Keyser/ gegen denen/ so nicht Stände des H. Reichs/ jedoch dem Reich immediatè, vnd ohne Mittel, vnterworffen/ diese Constitution erstrecken**/ Ideoque, quando plures qualitates á lege copulativé requiruntur, deficiente unâ, deficit & ipsa juris dispositio, ut eleganter concludit, *Dn. D. Reinkingk. d. c.* 20. *num.* 18.

Civitates Imperiales, ut ceteri status in comitiis habent ius suffragii.

41. Imperiales autem civitates, quia status sunt, idcircó etiam eas in Comitiis suffragii jus habere notoria facti evincit evidentia; siquidẽ status nomen, non minus in civitatibus Imperii debet esse otiosum, quám in aliis principibus ac proceribus, *Obr. de iurisd. c. 6. nu.* 75. *Thom Michael. de iurisd. concl.* 44. *lit. g. in not. ubi ad hoc allegat. Bald tr. de schismat. in pr. n.* 10. *Decian. cons.* 40. *n.* 21. *vol.* 4. *Arum. in Aur. Bull. discurs.* 1. *concl.* 8. & in actibus universitatis, in quibus tractatur de rebus, ipsam universitatem, ut singulos, concernentibus, non sufficit majoris partis consensus, sed omnium expressè requiritur, *c. in re communi, de R. I. in sexto, Dd. in l. quod major,* 19. *ff. ad municipal.* ne alteri per alterum iniqua conditio inferatur, *l. non debet. ff. de R. I.* nec res inter alios acta aliis præjudicet ac noceat, *l quia. ff. de iureiur. s. t. C. res inter alios acta:* sed potiùs id, quod omnes tangit, ab omnibus quoq; debet approbari, *c. quod omnes. de R. I. in* 6. & communia negotia communi quoq; consilio expediri; ut hac ratione quem sequuntur incommoda, eum quoque sequantur commoda, *l. secundum naturam. ff. de R. I. § cum autem Inst. de empt. & vendit.* idq; non tantùm probat, ut diximus, antiquissima Imperii observantia, de qua per actus multos testantur Auctores, **der zweyen außführlichen Bericht von des H. Römischen Reichs/ erbaren/ Freyen- vnd Reichsstädten Session/ Standt vñ Stimmen betreffend**/ & forma, qua plerunq; civitates ad conventus & comitia evocantur, **jhr wollet erscheinen/ neben vnnd mit andern Reichsständen helffen handlen/ rahtschlagen vnd beschliessen**/ *Brunning. de variis universitat. speciebus. concl* 18. quę verba, tanquam Principis, cum effectu sunt accipienda, *l. quando, ubi Dd. ff. de legat.* 3. ut & Recessuũ confirmatio & subscriptio in fine, **vnnd wir Churfürsten/ &c. vnnd des H. Reichs Freye- vnd Reichsstädte/ Gesandten/ Gewalthaber vnd Botschafften/ &c. de Anno** 1551. *& de Anno* 1555 *ac passim.* verùm etiam firmissimum nobis argumentum suppeditat. Aur. Bull. Carol. IV. quę testatur *in præfat* Civitates Imperiales, Anno 1356. habuisse in Imperio sessionem & votum, & ipsa Frider. III. Imperatoris Reformatio Francofurt. *de Anno* 1441. *in princ. ibi*: **vnnd darumb durch Anbringen/ auch mit beywesen vnnd Raht/ vnser vnnd des H. Reichs Churfürsten/ &c. Ritter/ Knecht**

Recht vnd Städte / *plura vid. in d. tr.* der zween außführlichen Bericht / *& apud Matth. Steph. tr. de iurisd. lib. 2 p. 1. c. 4. n. 35. & seqq. ut etiam Henric. Bruning. de variis earum statuum specieb. concl. 18.*

42. Quę cum ita sint, non video urgentem aliquam dari posse rationem, cur civitates Imperiales juribus superioritatis territorialis, der Landes Oberkeit / carere vel regalium incapaces esse debeant, *ut supr. cap. precedente concl. 23. dictum.* Cum omnes omninó status Imperii, qui modó proprium habent distrietum & territorium, cujus nomine Imperatorem immediatè recognoscunt, etiã jus territorio annexa, seu superioritatem territorialem habere necessarió videantur non quidem á priori, id est, quód ideó facti sint status, ut haberent territorialẽ superioritatem, cum status dignitas & officium sit, habere sessionẽ in Comitiis, habere votũ & suffragium, *de quibus supr. concl. 23. diximus*; superioritas autem nostra habere & exercere regalia & alia jura territorio adhærentia & sic alia atq; alia: sed á posteriori & consequenti, ut, quia aliquis cooptatus est in numerum statuum, ei quoque concessa videatur illius, quod habet, territorii superioritas, utpote sine qua onera illa & sublimem status dignitatem *Marant. disp. 6. nu. 14.* sustinere ac ritè gerere tuerique non possit, per ea ea quæ *supra dicta concl. 25.* Imó sine qua territorium proprié sumptum & acceptum tanquam statui Imperii competens esse & cõsistere nequeat, uti ex Camillo Borell. *cons. 70. n. 34. & cons. 86. n. 11. Colligit Matth. Steph. tr. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. nu. 13. & seq. & Bocer. in tr. de collect. cap. 4. n. 40.* & hoc ipsum etiam probat, *tex. in lib. de pacé const. vers. nos Romanorum, & versu seq.* Ut non inconcinnè post Baldum dixerit Decius *in cons. 18. n. 124. vol. 1.* potestatem Civitatum regalibus utentium in dubium vocare, esse revangare mundum, *Matth. Steph. tr. lib. 2. part. 1. c. 7. n. 188. Thom. Michaël. de iurisd. concl. 44. lit. g.*

Civitates Imperiales habent ius territorii.

43. Quemadmodum in simili civitates hę nobilia Romani Imp. membra incorporata in diplomatis & privilegiis Cæsareis appellantur, *Regn. Sixt. de Regal. lib. 1. c. 80. Auctor.* des gründlichen Berichts des H. Reichsstatt Friedberg regalia betreffend *p. 1. punct. 15. n. 14. Rütg. Ruland. tr. de commiss. lib. 5. c. 4. n. 38. Paurm. de jurisd. lib. 1. c. 2. num. 45.* fulcra & columnæ Imperii, Petr. *de Andl. lib. 1. de Imperio, c. 16. Bertram. de comitiis. ap. Arum. discurs. 9. concl. 45.* Illustres respublicę, *Dier. Seburff. in Resp. 26. n. 1. & 2. cent. 1. Ioh. Dauth. jun. Miscell q. 1. Thom. 3.* quæ in suo territorio jura principis habent & usurpant, vicemq; principis obtinent, *Bart. in l. infamem, n. 14. ff. de publ. iud. Andr. Gail. 2. obs. 57. n. 7. Thom. Michael. de iurisd. concl. 44. lit. g. Auctor. de reg. & jura fiscalia dicuntur habere, Bart. in leg. 1 §. ait senatus, ff. de pet. Hered. Peregr. de iur. fisc. lib. 1. c. 2. nu. 44. & seq. Matth. Steph. d. tr. de iurisd. lib. 2. p. 2. c. 1. num. 56.* Ideóque sunt præsides sacrorum suorum, & publicum Religionis tam Catholicæ quã Aug. Confess. exercitium in districtibus suis, jure superioritatis territorialis, mutuo, & connexos actus juris Episcopalis exercere possunt, juxta transactionem Passauiensem multis Imperii constitutionibus renovatam, confirmatam & stabilitam, R. A. de Anno 1555. §. nach dem aber in vielen Frey- vnnd Reichsstätten / *juncto*, §. vnd damit solcher Fried / *qua de re late Petr. Frideric. Mindan. lib. 1. de process. c. 31. Syring. de jur. Relig. concl. 39.* recipiunt Judæos, faciunt leges & constitutiones *Volcmar. Synops. de iur. princ. c. 15. n. 2.* Conveniuntur regulariter in Camera, quæ ipsis prima instantia, *Gail. 1. obs. 3. n. 20.* & alia plura superioritatis & regalium habent jura,

Civitatum Imperialiũ attributa.

quæ ordine refert & declarat, *Henr. Bruning. de Var. universf. specieb. concl. 20. & mul. tiu seq. Ziegl. com. concl. §. Landsassy / num. 204. & seqq.* Et hanc sententiam in Camera observari testatur *Gail. in dd. locis, in primis verò lib. 1. obs. 21. & lib. 2. obs. 57. n. 7. tr. de arrest. Imper. c. 9. n. 1. Bernh. Vrsinus de reconven. c. 27. n. 5. Gylm. in symphoremat. part. 1. t. 3. vol. 9. num. 2. 3. Mynsf. conf. 13. dec. 3. Apolog. meri Imperii civitatis Spirensis in cam. fol. 7.* eamq; communem esse post alleg. Dd. dicit *Don. Garf. Mastrill. de Magistr. lib. 1. c. 7. n. 10.*

Civitates Imperiales habent Landes hohe Obrigkeit/ *non* Landesfürstliche Obrigkeit/ *jura realia non personalia.*

44. Habent itaq; civitates Imperiales jura territorialia die Landes hohe Obrigkeit oder die Landes Ober- vnd Herrligkeit / quamvis non habeant, die Landes Fürstliche Obrigkeit/ habent jura principum & statuum Imperii, ratione rei sive ratione territoriorum, quæ possident: qui verò principes sunt, & simul etiam habent territoria, juraque territorialia, illi dicuntur habere Landsfürstliche Obrigkeit/ tum ratione personæ principis sive principalis, tum ratione territorii conjunctim: Ut sic in genere hoc loco differentia sit constituenda, inter jura realia sive territorialia, ratione territoriorum, quæ civitates Imperiales immediatè habent ab Imperatore & imperio Romano, tanquam status Imperii, & jura personalia principum, quæ principes simul cum realibus habent, civitates non habent: non enim in ejusmodi civitatibus est Dux vel Princeps ein Fürst/ ergo nec jura principis Fürstliche Obrigkeit. Non autem quicquam impedit, quod civitates regalibus dignitatibus non gaudeant; quo nihilominus juribus regalibus gaudere possint: Sicuti enim dignitas regalis sine juribus regalibus consistere potest, *Alvarott. Valas. de iur. Emphyteu. quæst. 8. nu. 34.* sic etiam jura regalia sine titulo regali esse possunt, *And. Barba. conf. 71. n. 3. vol. 3. Ioach. Cluten. Syllog. rer. quotid. th. 27. lit. c.* Nec officit quod sint principes vicini, qui ratione meri mixtiq; Imperii, vel vectigalium, vel salvi conductus, vel similium, in totum, vel tantum aliquod jus in nonnullis civitatibus imperialibus ex præscriptione & conventione cum iis inita, aliove modo acquisiverunt; Illæ tamen nihilominus liberæ civitates Imperiiq; status permanent, & jura territorialia reliquaq; status regalia salva retinet, ut scribit Regn. Sixt. *de Regal. lib. 1. c. 5. n. 82. Ioach. Cluten. d Syllog. th. 27. lit. c. Dn. D. Reinkingk. in d. suo tr. lib. 1. cl. 4. c. 20. num. 12.* Idem est, si civitas aliqua principi det vel faciat aliquid in signum superioritatis alterius alicujus, puta feudalis, propterea tamen subdita dici non potest, sed libera manet, salvis pactorum & conventionis juribus: locus namque respectivè, certis pactis & conditionibus subjectus, in aliis remanet liber, *argument. Clement. Pastoralis, §. denique de sententia & re iud. Bald. in l. etiam colum. fin. C. de iur. det. Dec. conf. 360. Restaur. Castald. de Imp. quæst. 109. num. 9. Don. Garf. Mastrill. de Magistrat. lib. 1. cap. 7. num. 14.* Exempla in civitate Colonienfi aliisque plurimis plurima recensent *Matth. Steph. tract. d. iurisdict. lib. 2. p. 2. cap. 1. num. 16. & seqq. Wehner. pract. obs. verf.* freye Reichsstätte *Bocer. de collect. c. 4. num. 27.* Neque advertatur, quod superioritas territorialis frequenter dicatur die Landsfürstliche Obrigkeit: quia hoc non semper fit, sed tunc saltē, quando vel Dux aliquis vel princeps eam sibi vindicat, ut sic ratione personæ denominatis diversas admittat denominationes; & quæ superioritas in principibus est die Landsfürstliche / illa dicitur in Comite die Gräffliche / in civitate die Stättliche oder Stättische Obrigkeit & sic deinceps, uti relatum esse in Camera *in caussa* Hirnheim *contra* Chur Pfaltz/ testatur Meichsn. *tom. 2. lib. 1. decis. 8. n. 3.* Sicuti in Recessib. Imperii etiam alio atque

Dignitates regalis subsistere potest absq; juribus regalibus, & contra?

alio

ullo modo nunc apatur. Adpellatur enim in §. wo auch im H. Reich / *de Anno* 1555. Oberherrligkeit vnd Gebieth / *ibi.* in was Oberherrligkeiten vnnd Gebiehten das *ante, ut & in* §. vnnd wiewol in solcher / *de Anno* 1559. *in iisdem Recess. de A.* 1548. §. vnd als erstlich in solcher Ringerung / *&c. & in* §. *sequenti*, vocatur hohe Ober vnnd Gerechtigkeit / & alibi aliter, quos tex. ad hoc colligit Dn. D. Reinkingk / *d. suo tr. cl. 3. lib. 1. c. 5.* Tandem ad hoc Imperium nihil etiam refert, ampla sit, an parva civitas, uait Plato in Politico.

45. Liberis Imperialibus civitatibus quo ad castra sua & territoria, & sic consequenter quo ad superioritatem hanc territorialem comparatur Nobilitas immediatè Imperatorem & imperium recognoscens, qualis est nobilitas Sueviæ, Frãconiæ & superioris tractus Rheni, die Schwäbische / Fränckische vnnd Rheinische Ritterschafft / *Gail. 2. obs. 62. num. 21.* Wehn. *in obs. pract. vers.* Ritterschafft / *Gœd. d. Reß. n* 370. quibus addit *Christoph. Besol. in discurs. de ordine Equestri libero*, §. 6. Nobilitatem Wederavicam, & monstrat, unde nam & qua occasione, seu cur iis tantummodo in locis ordo equestris immediatè subsit Imperatori, & suam obtineat libertatem? Isti nobiles etiam dicuntur freye vom Adel / freye Reichs Ritterschafft / aide forsan, weil sie von anderer Herrn Landes hohen Obrigkeit gefreyet / vñ dem Reich ohne mittel vnterworffen sind. Aliàs in genere, nobilitas est dignitas & excellentia beneficio principis ac legis in aliquem collata, qua plebejorum numero quis eximitur, Æguin. Baro *de nobilit. lib. 3. c. 2. & d. Feud. lib. 2. c. 4.* quæ jam Zenonis Imp. tempore ante 1000. annos in usu fuit, ut eruditè monet Conrad. Lagus *in Method. jur. civil. part. 2. l. quoties, §. viros, C. ubi senat. vel Clariss. Cluten. Syll. Rer. quotid. th. 26. lit. E.* Nobilis verò quibusdam dicitur quasi non bilis, ideò, quod nobiles præ cæteris portiùs mansueti, quàm ad elationem proni esse debeant, *Felix. Malleol. in dial. de nobilit. & Rustic. c. 7.* pleriq; verò quasi noscibilis, id est. famosus, insignis, splendidus, *Robert. Glover. in Nobilit. polit. tit. Nobilitas; Tiraquellus de nobilitate, c. 2 n. 1. Petrus Fritze de nobilitate civil. concl. 1. lit. a. &c.* Nostris dicitur ein Edelman / ab insigni virtute & fortitudine, quâ talis debet esse præditus; Cum in nostro idiomate illum adpellemus ein Mann / qui potens, strenuus, singulari præditus est virtute, sicuti German, Aleman. &c. quasi Garmann Allmann / *Andr. Athemar. in comment. ad Tacit. de German. pag. 89. & seqq. Elias Reusn. quæst. histor. 2.* Doctores juris etiam nobiles pronunciat Imperator, *in l. providendum. 7. Cod. de postulando, l. diximus, 4. in fi. ff. de excusat. tut. proœm. Instit. §. 3. & 4.* Reichs Abschied der Reformirten Policey-Ordnung zu Franckfurt / *de Anno* 1577. *tit.* 11. *&* 12. *ibi*, deßgleichen / *& de Anno* 1500. *sub tit.* von Oberflüssigkeit der Kleider / §. *Item:* Die von Adel / so nicht Ritter oder Doctores sind / *juncto*, §. *praced. & seq.* & passim in Imperii Recessibus; sicuti etiam in Imperiali Camera adsessores Nobiles & Doctores iisdem fruuntur stipendiis & honoribus *ordin. Camer. part. 1. tit. 43. Simon Simonius, tract. de nobilitat. cap. 10. & 11. Matth. Stephani, tract. de jurisdict. libr. 2. part. 1. cap. 7. membr. 2. num. 66. & seqq. Arum. exercit. 7. thes. 9.* videatur elegans illa orat. *de privilegiis Doctorum nobilis ICti, Iohan. Halbritteri, tractatui Henrici Bocerii de bello & duello annexa & adposita*: sed hæc à proposito nostro aliena nunc relinquimus, plura qui vult, *vid. Tiraquellum, de Nobilitat. Matth. Stephani, d. loco. de Equestri dignitate, tr. aur. Petr. Calefati, & eundem Matth. Steph. lib. 1. p. 1. c. 6. membr. 2.*

Nobiles immediati.

Nobilitas quid sit & unde dicatur?

Doctores Iuris nobiles.

An nobiles immediati sint status.

46. Illud adhuc hîc videamus, an nobiles immediati statibus Imperii sint annumerandi? Et quamvis olim Nobiles Imperii jus Comitiorum habuisse testetur, Aur. Bull. Carol. IV. *in proœm. fin. Buxtorff. in dissert. Aur. Bull. concl. 5. lit. c. & Dd. ab eo alleg.* Hodié tamen ad Comitia vocari desierunt, nec suffragandi vel sedendi jus in iis amplius habent, & ex inde neque in subscriptionibus Recessuum, neque in matricula reperiuntur, sicuti post quotidianam experientiam testatur Sixtin. de Regalib. *lib. 1. cap. 4. num. 94.* quod tamen in Imperii statu necessariò requiritur, *N. N. de Anno 1548. §.* **Wann auch ein Außgezogener** / *Gail. 1. obser. v. 21. num. 9. vers. quarto quod sessionem & votum supr. conclus. 23. c. præcedent.* Cum propriè status dicatur, qui cum Imperatore, **als ein Christlich** Corpus **vnnd Versamblung** / statuendi de Republ. vel sessuræ ac dicendæ sententiæ jus habet in Comitiis, aliisque Imperii conventibus: ut etiam colligere licet ex **Reichs Abschied zu Cölln** / *Anno 1512. Ziegl. com. concl. §.* **Landsassy** / *in limit. num. 45.* Et quando ab Imperatore & Imperii statibus jam aliquid est decretum & conclusum, tum demum cum nobilitate ista de rebus decretis tractatur, **Reichs Abschied zu Augspurg** / *de Anno 1500. sub rubr.* **Was man mit den Ritterschafften zu Francken / Schwaben / vnd Reinländern handeln soll.** *Ibi,* **zu ob angezeigten Christlichen Fürnehmen** / **ꝛc. jhre gemeine Hülff zu thun.** Facit insuper huc *tx.* in **Reichs Abschiedt** / *de Anno 1564. §.* **Vnd wöllen wir als Römischer Keyser gegen denen so nicht Stände des H. Reichs / jedoch dem H. Reich immediatè vnterworffen** / *Paurmeist. de iurisdict. lib. 2. c. 2. nu. 17.* Et hoc in eorum receptum favorem, ne Cameræ Imperialis sumptus pro rata ferre, aliaque nonnulla statuum onera subire tenerentur, *Iac. Winther. dissert. pol. jur. thes. 277. Henr. Bruning. de var. universit. specieb. concl. 18. ad fin.* ubi ita scribit: Credierim, nobilitatem & quasdam civitates non invitas citatoriis libellis præterriri sed passas, ut hoc pacto mitigationem & exemptionem onerum, **der gewissen Anschläge** / impetrarent, & tolerabiles fierent contributiones illæ, quæ ad peculiares Cæsaris expeditiones conferuntur, *vid. etiam Ziegl. comm. concl. §.* **Landsassy** / *in limit. n. 46 & seqq.*

Nobiles immediati habent jus territorii.

47. Quamvis igitur nobiles immediati status Imperii non sint, superioritatem tamen territorialem illos regulariter habere in liberis suis territoriis, aliisque similibus bonis omninó existimo cum Sixtin. de Regal. *l. c. 4. num. 92. Gail. 2. obser. 62. num. 3. Bidembach. Nobil. quæst. 1. num. 7. & seqq. Wehner. obs. pract. verb.* **Ritterschafft** / *& aliis*; cum omnis quidem status cum territorio habeat jura territorialia, sed non econtra, qui habet jura territorialia sit status *per ea quæ supra concluſ. 12.* Videmus autem nobiles istos non minús quám Imperii status immediatè Imperio contribuere, beneficio constitutionis de pace religionis gaudere, *Petr. Leipold. apud Arum. discurs. 14. concl. ult. fol. 704. Bidembach. quæst. nobil. 3. Bernhart. Bertram. apud eundem Arumæum disc. 9. th. 58. Syring. disp. de pac. relig. th. 7.* jus Austregarum habere Cl. Dn. Hunnius *disp. de judic. Austregarum, th. 8.* leges atque statuta, (Vogts Bücher vocant) condere Christ. Besold. *d. discurs. §. 11.* inter sese statuta de succedendo facere, Ruland. de commissar. *p. 2. lib. 5. c. 4. num. 49.* Bonorum confiscationibus, vectigalibus, mulctarum pœnarumq; compendiis, collectis potiri, *Meichsner. tom. 2. lib. 2. dec. 4. in causa* **Ingelheim** / contra **die Churf. Pfaltz** / *num. 170. cum 5. seqq. vers. quin imó, fol. 260. Bidenbach. nob. quæst. 1. num. 21. & 22.* aliosque superioritatis actus indies exercere; imó quorum tanta ab Imperatore Rudolpho II. habita fuit ratio,

natio, ut Anno 1592. Cameræ Imperiali mandaret, ut eos in libertate, ejusque possessione vel quasi manuteneret, adversus potentiores, & non facilé exceptiones subjectionis iis objectas, attenderet, nec sub prætextu alterius alicujus superioritatis contra libertatem eorum pronunciaret, *præjud. Camer. in verb. nobilitas*, §. **der Fränckischen**/ *Ioach. Cluten. Syll. rer. quotid. concl. 26. lit. fin. Christoph. Besold. d.* §. 11. Et ex variis illis privilegiis ordini equestri libero á Cæsaribus datis, & á Simone Günthero, *sub tit.* **Freyheiten des H. Römischen Reichs eximirter Adelichen Ritterschafft**/ *uno fasciculo connexis, prelo q; Anno* 1609. *vulgatis*, eadem superioritas satis superque demonstratur; præsertim, **auß der confirmirten Ordnung der freyen Reichs Ritterschafft/vnnd Adels im Landt Schwaben/vom Keyser** Ferdinand. Anno 1561. **gegeben**/ubi sequentia habentur verba, referente Christophoro Besold. *d. disc.* §. 10. **Daß die freyen Reichs Ritterliche Adels Personen/ allein vnd ohn alles Mittel jhrer Majest. vnterworffen vnd verspröchig/auch sonst aller hoher vnnd niederer Reichsstände vnnd Kreysen obliegen/ Bürden/ Lasts/ Beschwerden/ Aufflag/ Gebieth/ Satzung/ Ordnung/ Abschied/ Jurisdiction/ vnd Dienstbarkeit/ keine außgenommen/ gäntzlich exempt vnnd befreyet/ denselben nichts anders/ dann so viel jhrer etlicher von sondern bekandter Lehnstücke/ freywillig angenommener Diensten/ vnnd eins Theils conditionirter Gerichtsbarkeit wegen verpflicht/ vnnd welch ein solch offenbahre gewisse vnnd wol vervrsachte maaß haben/ daß die berührten Adelichen Exceptionen/ Freyheiten/ Herrligkeiten vnnd Rechten nichts entziehen mögen**/ & sequuntur, ut & cæterorum nobilium immediatorum privilegia specialia, *vid. apud Goldastum*, in **den Politischen Reichshandlungen**/ *titul. 5. fol. 989. & seqq. multis, & in d. disc. ap. Besold. & Wehner in pract. obs. verb.* **Cräiß**/ **Cräißtag.** Sin verò hoc non admittatur; cur, quæso, dicuntur liberi nobiles, **freye Reichs Ritterschafft**? scilicet quia non sunt Landsassij & subditi; quo tamen respectu dicitur ita, **die Lands Obrigkeit**/ *Meichsn. decis. Camer. tom. 2. lib. 1. decis. & in causa* **Hirnheim**/ *contra* **die Churf. Pfaltz**/ *fol. 789. sub lit b. in fin. Bidembach. nobil. quæst. 1. num. 4. Wehner. pract. obs. verb* **Landes fürstliche Obrigkeit**/ *p. 458. col. 1. Ziegl. com. concl.* §. **Landsassij**/ *num. 12. 11.* Ergò eadem etiam, quem cæteri immediati habebunt magistratum, Gylman. *in Symphorem supplicat. Camer. par. 1. tit. 3. de religione, num. 34. fol. 263. Bidembach. d. quæst. 1. num. 7.* & ex hujus concessione tacita vel expressa, eadem quoque jura: ut quod Imperium & jus est in Principe **Landesfürstlich**/ in Comite, **Gräfflich**/ in Civitate, **Stättisch**/ in nobilius istis sit, **Adeliche Obrigkeit**/ ut elegantere etiam innuit *Gail. 2. obs. 62. num. 3.*

48. Nec hic quoque impedit, quod nobilium dignitas, quam ex Nobilitate habent, non, ut in principibus, comitibus, Baronibus, &c. sit regalis, cum hæc ad territorialem superioritatem, quâ talis est, parum aut nihil conferat; nec ideó quis hanc habeat, quia illam; sed aliis atque aliis ex causis harum utraque dependeat, *ut in cap. præced. per tot. dictum*, & discrimen inter istas dignitates luculenter demonstratum, *supr. c. 1. concl. 12. & hoc cap. 3. concl. 44.* Ad illud autem, quod in nobilium illorum castris & pagis vicini principes aliqua sibi vindicent jura & regalia, respondet Imperator Ferdinandus in privilegii verbis *concl. præcedent. recitatis, vid. etiam concl. 44. Bidembach. d. quæst. 1. num. 21. per Dd. ibi alleg.* Licet porró multi sint ex immediatis nobilibus, qui communi libertatis prærogativâ contenti, regalibus desti-

tuantur, eorum tamen é contrario plurimi reperiuntur, qui jura hęc habeat & regalia; imó qui ampliſſima bona & territorium ampliſſimum habent, & in eo nonnullis etiam Comitibus atque Baronibus æquiparari facilé poſſunt, ut de hoc teſtatur Chriſtoph. Beſold. *d. diſcurſ* §. 11. & ſic regula noſtra *concl. præcedent. in pr.* poſita per unum atq; alterum exemplum non tollitur: quemadmodum etiam illa verba mandato cuidam in Camera Imperiali, Anno 1580 10. Jan. (*referente Compilatore deciſionum ſeu præjudic. Camer. verb. Nobilitas*) inſerta, **dieweil dann jhr kein Standt des Reichs ſeyt/ noch/ als** privati, **einige** Privilegia **oder** Regalia **habt/ noch erlangen könnet/** præterquam quod ex narratis ſupplicationis ſint deſumpta, non etiam quatenus Camera iis utitur, in illis terminis accipi debent, ubi regalia iſta & privilegia alicui Principi jam ſunt quæſita; & quatenus, ipſo Imperatore volente, regalia aliqua á nobilibus haberi & acquiri non poſſunt.

Omnis immediatus eſt capax ſuperioritatis territorialis. Libera & immediata Canonicorum Collegia.

49. Pro concluſione hujus capitis regulam ex ſuperioribus conſtitui poſſe talem exiſtimo; quod ſcil. omnis immediaté Imperatori & Imperio ſubjectus capax ſit ſuperioritatis territorialis; quia veró præter ſuperiores adhuc quædam ſunt libera Canonicorum collegia, quæ immediaté Cæſari & Imperio in civilibus parent, **das freye Keyſerliche Stifft ſeynd/** quale eſt collegium Canonicorum Bruxellæ **in Prawrheim/** & Collegium **in Arnvell/** propé **Sarprücken/** *Gail. 1. obſ. 30 nu. 9.* ſimiliter ex comendatoribus aliqui, qui non minús immediaté Imperio parent; idcircó ampliús & illa, iſtosq; cum territorio territorialem ſuperioritatem habere nó dubito. Sic in contrarium *ſupr. concluſ.* 30 poſita hæc eſt regula; quicunque alium quám Imperatorem agnoſcit ſuperiorem in ſuo ſolo & diſtrictu, is utique poſt Imperatorem ſuperior dici, & ſuperioritatis territorialis jus habere non poteſt, ſed erit Landſaſſius, Domini territorialis, etſi merum & mixtum Imperium, & ſimplicem habeat juriſdictionem, quæ omnia ſine ſuperioritate territoriali conſiſtere poſſunt, & ſeparationem admittunt ab illa, quæ dicitur **die Landesfürſtliche oder Landes hohe Obrigkeit/** Dn. D. Reinkingk *d. tract. l. 1. Cl. 5. cap. 3. num. 9.* ut ſic mediatus hujus ſuperioritatis minimé ſit capax; ſicuti nec fœmina regulariter; cum hoc inter pœnas populi referatur apud *Eſa. 3. verſ. 12.* & jura hæc ut plurimum militari virtute & ſanguine acquirantur & conſerventur; imó eſſe partem curarum & ſollicitudinis imperatoris, ei fide perpetua adeſſe, eum ad prælium euntem comitare Imperioque perpetuó militare, *Gail. 2. obſ. 127. num. 9.* mulierum humeris non congruit, *l. alienum, C. de procurrat. l. 2. ff. de R. I. Sehenck Baro. c. 1. de his, qui feud. dare poſſ. Auct. tr. de iur. princ. concl. 88. in fin.* Et hæc de iis, qui territorialem ſuperioritatem dare & accipere poſſunt, nunc quomodo, quo fine & ad quid illa conſtituatur videndum.

Mediatus ut & fœmina non eſt capax iuris territorialis.

Caput IV.

De forma, fine & effectu ſuperioritatis territorialis.

Forma ſuperioritatis territorialis.

50. Territorio adhærere inque eo conſtitui ſuperioritatem hanc noſtram, ex qua etiam territorialis dicitur, expeditum eſt: *Forma*, quomodo conſtituatur illa, & quomodo conſtituta jam exerceatur partim in ſuperioribus, inprimis autem *cap. 2.* partim in ſubſequentibus, in effectu nimirum, declaratur; quod ſcilicet hæc jura

jura tanquam illinita territorio principes & ordines Imperii ut plurimum in feudum recognoscãt, *Knich. d. tr. c. 1. nu* 348 jure tamen allodii etiam aliquando confirmantur, & quidem sub conditione certorum servitiorum, *Auct. tr. de jure Principum concl. 91. ubi & in sequentibus* eleganter hanc fidelitatem describit; lege successionã, in perpetuum, hæreditarié, ordinario & proprio jure *supr. c. 1. concl. 15. Knich. d. c. 1. n. 346. & n. 359. Matth. Steph. lib. 2. p. 1. c. 7. in princ. & n. 30. & seqq.* Nec opus est, ut toliximus hic in *fine* explicatione, cum & ille *supra 3. concl. in proœm.* ubi de occasione hujus juris egimus, abundé satis sit explanatus: de quo res sic sese breviter habet: Considerabatur hæc superioritas territorialis vel respectu superioris, tunc vidimus, Imperatores partim eo fine Ducibus & cæteris certas maluisse dare provincias, ut eos sibi magis devincirent, quàm ut omnia retinendo semper de summa Imperii periclitarentur, *Cuiac. lib. 1. de feud. tit. 1. Ferrar. Montan. de usibus feud. c. 1. versicorum lib. 1. Ziegl. commun. concl. §. Landsassy/nu. 7.* paratos enim hac ratione habent, qui legitima causa belli extante promiscué pro ipsis sanguinem funderent, vel haurirent, vel perderent, vel perirent, *Conn. lib. 2. comm. c. 9. n. 5. Duar. lib. 2. de benef. c. 3. Auctor* des Gründlichen Berichts von des H. Reichsstatt Friedberg/ *Regium. c. 2. n. 4. & seqq.* partim ut haberent in quos transferre possent partem suę solicitudinis & curarum, *Knich. d. tr. c. 1. nu. 289.* partim deniq; ut Imperii Majestas magis redderetur manifesta, *argumento Nov. 15. in princ* Nam ea territoria cum jurisdictionibus suis omnia possidentur ad statum & honorem domini, Alciat. *cons. 21. nu. 2. ad fin. lib. 5. Knich. d. c. 1. nu. 283.* vel consideratur respectu ejus, cui concessum est jus illud, tunc factum hoc esse videmus, ut præmium haberent adjutores illi virtutis suę & laborum, ut *d. concl. 3.* copiosius: vel respectu subditorum, ut hac ratione per plurimorum Reipubl. Corpus curaretur accuratius; ne, dum partem aliquam tueantur Imperatores, reliquas deserere cogerentur, ut loquitur ex præcepto Platonis Cicero *lib. 1. offic.* Sicuti etiam *in l 3. l. 13 ff. de off. Præsidis, l. 1. § 12 ff. de offic. præf. urb. l. 2. § 1. C. de off. præfect. prator. Affr. l. 7. de ff. de incend. ruin. naufragio*, jubentur territorii Domini territorium suum purgare malis hominibus, ad tuendam populariũ quietem *Zasius 14. num. 6. vol. 1.* Et hic est summus ac ultimus finis, publica civium ac subditorum salus & utilitas; quo fine omnes omninó principatus, potestates, superiorates, &c. inventæ sunt & constitutæ; *de quo pluribus agit Ferd. Vasqui. Illustr. q. prom. lib. 1. n. 102. & c. 1. n. 10. n. 24. & n. 26 per Dd. ibi alleg.*

Finis ejusdem.

Effectus. Superioritas hac parit fundatã intentionẽ universalis jurisdictionis non tantùm in ipsis provinciis, sed etiam in earundem finibus & adjacentibus.

51. Effectus hujus superioritatis territorialis maximus est, quod non solùm manifesté & directó subjectis provinciis universaliter sed singulis quoq; finibus earum contentis, iisq; adjacentibus & accessoriis locis, & pertinentiis, quoad omnem jurisdictionis & Imperii speciem solis illis immediatis territorii dominis fundatam tribuat intentionem, *arg. l. 1. §. 4 ff de off. præfect. urb. c. fin. ibi gloss. in verb. fossum, extr. de offic. Archidiac.* qui enim se fundat in toto, in qualibet ejus parte aliquoque fundet necessé est, *arg l. qua de tota, 76 ff. de rei vind. Gail. 2. obs. 62. nu. 9. tr. de pignor. c. 8. nu. 6. & seqq. Mynsing. cons. 16. n. 35. Cravet. cons. 673. Intent. 1. Coarruv. pract. quæst. 1. n. 9. Wesemb. consil. 62. n. 3. Menoch. de præs. lib. 3 præs. 100. num. 1.* & castrum in finibus positum præsumitur esse vicini, *Hieron. de Monte tract. fin. Regund. c. 30. n. 9. & c. 83. n. 2. & seqq. Cravet. cons. 949. quia veritati, n. 5.* & locus vicinus sumitur ejusdem juris, quo reliqua jura vicina, *Zas. 2. cons. 16. num. 26. Metchsner. num. 1. lib. 1. dec. 10. num. 1. in causa.* Groschlag *contra* Hanaw/ *fol.* 940. & accessoria

sequun-

sequuntur naturam principalis, *vid. Menoch. lib. 3. præs. 99. & d. præs. 100. & per multos Dd. alios Thom. Michaël. de iurisd. concl. 59.* dum modo hoc non extendatur ad loca exempta; cum paria sint non subjici & exemptum esse, Felin. *in c. Rudolphus, num. 17. de rescript. Natta cons. 43. nu. 97. Dec. cons. 51. n. 20. vers. non est locus vol. 3. Cravet. cons. 918 n. 6. Wes. cons. 33. num. 20 per c. cum Episcopus, ibi. gl. de offic. ord. in Sexto. vid. hæc supra c. 1. concl. 16.* pluribus explicata; neque ad ea loca, quorum quasi possessio legitimo titulo jam alteri quæsita, *Cravetta. cons. 673. intentio num. 11. vers. 8. Rum. cons. ult. in fin. lib. 4. Mascard. concl. 217. num. 3.* Sicuti nec ex hac territorii præsumptione proprietatem locorum & terrarum intra limites civitatum sitarum, sive loca ea á singulis sint occupata, sive in communi relicta, ab universitate tamen occupata, domini territoriales sibi vindicare possunt. *Valas de iur. Emphyt. q. 8. num. 38. & seq. Chassan. in consuet. Burg. rubr. 3. §. 4. nu. 13. Gail. 2. obs. 62. n. 9. Wes. cons. 62. nu. 28. Menoch. 3. præs. 100. n. 8. Thom. Mich. d. tr. de iurisd. concl. 61. lit. a. late Matth. Steph. tr. de iurisd. l. 2 p. 1. c. 7. n. 53. & seqq.*

52. Ut hac ratione ex hoc jure territoriali primo oriatur universalis jurisdictio radicata in toto territorio, & qualibet ejus parte, *Schurff. cons. 26. nu. 3. cent. 3. Iohan. de Amic. cons. 149. Bertrand. cons. 49. vol. 1. Meichsner. tom. 1. lib. 1. decis. 7. nu. 8. in fin.* omnimoda & universalis subjectio omnium de territorio, *c. omnes basilicæ, 17. quæst. 1.* Canonistæ plerique *in c. nimis, de jurejurando, Menoch. 3. præsumpt. 100. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 271. num. 2. Cephal. cons. 539. num. 4. Rol. á Valle. cons. 91. num. 17. vol. 4.* adeó ut princeps vel dominus territorialis, **ein Landes Herr**/ nullâ inter mediatos nobiles **seine Landsassen** / & subditos habita differentiâ, æqualem jurisdictionem & terrendi potestatem habeat, Wehner. *pract. obs. verb.* **Landsfürstliche Obrigkeit** / *pag.* 458. Sed qui se exemptum dicere velit, id probare cogatur, *e. contra morem, distinct 10. c. ex ore ext. de privileg. c. cum persona de privil. in 6. c. dilectus de Capell. Monach. Boss. tr. de princ. num. 235. Matth. Steph. l. 2. de iurisdict. p. 1. c. 7. num. 76. Mynsing. cons. 16. num. 34.* Vid per plurima, *alleg. Zach. Vietor. de causis exempt. Imperii concl. 27. & quæ supra d. conclusione 6. posuimus.* Quicquid enim intra fines designatur, velut sepimento dicitur inclusum illi territorio & finibus **alles was darinnen gelegen und bekrantzt** / *l. fines. ff. de act. empt. l. si fines. C. de evict. Natt. cons. 204. n. 1. & seq.* dicitur q; terminus terminatus & de illo termino, sicuti terminus terminans quicquid extra terminos protenditur, perhibetur, *Bald. d. l. si finet. num. 1.* Et inde secundum limites territorii æstimantur limites jurisdictionis, & contra *l. ult. vers. qui certa administrationi & ibid. Bald. C. ubi & apud quem cognit. in integ. restit.* late & eleganter *Knich. d. tr. c. 3. num. 90. & seqq.* Ita etiam hæc universalis jurisdictio regulariter se extendit ad subditum vel prædium singulare tertii, quod in territorio & castro existit, *c. cum Episc. de offic. ord. in 6. Ioh. Koppen. decis. 48 num. 8.* Et hanc communem dicit sententiam *Gail. 2. obs. 62. num. 9. Wesemb. cons. 78. in prin. Covarruv. pract. quæst. c. 1. num. 9. & 10.* Licet enim tertius aliquis habeat in loco vel villa aliqua, aliquam jurisdictionem, non tamen propterea habet jus superioritatis & territorii; quoniam hæc plané sunt separata, *Iohan. Koppen. d. decis. 48 nu. 16.* Sic etiam licet alii principi vel domino ratione bonorum feudalium **Landsassen** & alii subditi præstiterint juramentum fidelitatis seu vasallaticum **die Lehenspflicht**/ quod saltem ratione beneficii dominus exigit á Vasallo, tamen super illos locum habet jus superioritatis: Qualitas enim vasallatica ex non subdito subditum non efficit.

efficit, *Gail. de pign. c. 15. n. 3. Bidemb. quæst. nobil. 2. nu. 15. Rosenthal. de feud. c. 11. concl. 14.* Et feudi concessio per se subditum neque eximit, *Mart. de iurisdict. p. 4. cap. 133. num. 13. Decian. cons. 18. nu. 340. vol. 4. Wesemb. cons. 1. num. 57. Knich. in Epopt. Duth. num. 141.* Et generaliter interest maximoperé scire, an aliquis habeat in alterius territorio bona jure proprio & Imperii, an principaliter jure municipali; illo enim casu tanquam exemptus ipse superioritatem territorii particularem habet, & est tantum in territorio; hoc verò casu nullam habet, sed est Landsassius & simul de territorio; sicut hoc eleganter explicat Andr. Gail. *de Arrest. Imp c. 6. nu. 10.* De hoc effectu pluribus agunt, *Gædd. d. Resp. n. 70. & seq. Knich. d. tr. c. 3. n. 90. & seq. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 52. & seq. Ziegl. concl. §. Landsassij / n. 44. & seq & retrò passim.*

53. Deinde hujus rei non minimus est effectus, quod status & proceres hanc superioritatem suam territorialem exerceant proprio Marte & jure, non ad mandatum ac jussum Imperatoris, *Knich. d. tr. c. 1. n. 386. Fulgos. cons. 1. n. 2 supr. c. 1. concl. 15. & hoc c. concl. 50.* Quia principes intuitu & contemplatione semel jam factę concessionis & investiturę, postmodum inconsulto quoque Imperatore tam in civilibus quàm criminalibus exercere possunt concessam jurisdictionem, ut innuit Auctor. *tract. de iure principat. concl. 88. lit. b.* quamvis olim secus fuerit, *argument. l. iudicium solvitur, 58 ff. de iudic.* Et principi etiam pro lubitu jurisdictionis adimendæ facultatem tribuat Chassan. *in consuet. Burg. Rubr. 1. ad verb. Et droicts d' icelles, num. 102. & seq* attamen per infeudationem semel concessam jurisdictionem ne quidem ex plenitudine potestatis revocari posse respondit *Cravett. cons. 411. in causa, n. 30. tr. de antiq. temp. p. 1. princ. & n. 16. Menoch. 1. arbitr. quæst. 55.* Quid verò quando Imperator in statuum territoriis præsens est, anne tum horum jurisdictio quodammodo quiescit? Ad quam quæstionem *ex supr. c. 2. concl. 24.* allatis responderi potest commodè, quod scilicet hodiè, licet Imperator in inferioris alicujus territorium veniat, inibique sit præsens, non tamen propterea indistinctè suspendatur inferioris jurisdictio; cum sua cuique servanda jurisdictio, ne fiat inde confusio, *c. pervenit. 11. quæst. 1. c. ecce & ibi gl. in verbo quod Romæ dicit, Zobell. differentia iur. civil. & Sax. 1. num. 2. Rosenth. de feud. c. 5. concl. 5. num. 4.* Sicut & videmus in civitatibus Imperialibus, ubi comitia habentur, & Imperator cum universo Imperio præsens est, nihilominus civitatis illius magistratui, durantibus comitiis, in suos cives & subditos animadversionem & jurisdictionē competere, ceu monet Bertram. *de comitiis concl. 60. apud Arum. discurs. iur publ. 9. Dn. D.* Reinkingk / *d. tr. l. 1. cl. 5. c. 7.* Ubi & hanc quæstionem explicat; Utrum Imperator cum quolibet statu in qualibet instantia concurrere possit? cui quæstioni, præterea, quæ supra *d. c. 2. cl. 24.* adduxi, adhuc adjungo, *ord. Camer. de Anno 1495. rubr.* die Vnterthanen in jhren ordentlichen Gerichten bleiben zu lassen / *quod sub rubrica in reformat. Wormat. de Anno 1521.* repetitur, *ordin. Cam. p. 2. tit. 1. in pr. t. 5. §.* vnnd soll sonst / *& tit. 8. §.* wo sich aber zwischen / *Cabed. dec. 12. part. 2. Bocer. tr. de iurisd. c. 8. n. 34. Clar. Dn. D. Hunnius in Resol. Treutl. tom. 2. disp. 3. th. 6 lit. e. q. 42.*

54. Et cur immoremur in adsignandis effectibus istis, cum rem verbo expedire possimus? *Potest nim. quilibet Princeps & jura territorii habens, id in suo territorio, quod Imperator potest in universo Imperio*: Et hoc vigore & in consequentiam perpetuæ jurisdictionis & dignitatum Imperialium, *Castrens. cons. 34. super primo dubio,*

Status & reliqui dominii territoriales exercent hæc iura proprio marte, non tantum ad mandatum Imperatoris.

Imperatore in statuum territoriis præsente ipsorum iurisdictio minimè quiescit.

An Imperator cum statibus in qualibet instantia cōcurrat?

Dominus territorii in eo id potest, quod Imperator in Imperio.

p. 2. Bart. in l. infamem, n. 14. ff. de publ. iudic. Lud. Rom. conſ. 59. ad diſcutiendum, col. 5. Alex. conſ. 2. n. 9. vol. 1. Proſp. Farin. in pract. crim. de inquiſ. q. 6. n. 7. Decian. reſp. 5. n. 17. vol. á Valle, conſ. 88. vol. 1. n. 26. & ſeq. Marant. in diſp. 6. n. 14. & Dd. communiter. Idq; de Principibus Germaniæ, quos Baldus pro Regibus habet, *in l. fin. ff. de teſtam. militi.* in terminis poſuit *Modeſt. Piſt. conſ. 24. nu. 1. vol 1. Henn. Gœd. conſ. de auri & arg. fod. in ord. 2. num. 4. Weſemb. conſ. 27. num. 29 Ioh. Dauth. de teſtam. num. 36.* adeó ut Principes Imperii, quemadmodum etiam Comites quidam, ſo Gefürſtete Grafen / & Prælati, Abbatesque, qui poſt Principes Imperii in ſeſſionibus collocantur, GRATIÆ DEI ſuum Principatum acceptum ferre videantur in ſuis reſcriptis, edictis & epiſtolis, **Wir von Gottes Gnaden** */ in conſuet. Burgund. in proœm. ad verb. par la grace de Dieu, Thom. Mich. concl. de iuriſdict. 45. Bodin. de Republ. 1. cap. 10. Matth. Steph. de juriſdict. lib. 2. c. 7. nu. 41.* Procedit autem regula noſtra jam tradita in juribus territorialibus & regalibus, non in juribus Imperialibus, quæ Imperatori, tanquam capiti, in ſignum ſupremę ſuperioritatis & Majeſtatis ſunt reſervata, quæ jura, licet magnam cum illis habeant affinitatem & ſimilitudinem, non tamen ſunt & eadem & paria; Ideoque procedit etiam regula tantùm ſimilitudine juris, non verò paritate & plenitudine poteſtatis: Procedit non ſimpliciter & abſolutè, ſed tantùm reſpectivè, ſecundum quid, & quodammodo, quoad conceſſa in privilegiis, non autem quo ad ea, quę in privilegio non continentur, *Natta, conſ. 361. num 29. in fin. Menoch. conſ. 250 num. 105. Bocer. de collect. cap. 4. num. 6.* Procedit in juriſdictione ordinaria & omnimoda, non abſoluta & ſupra leges civiles poteſtate conſtituta: Procedit in rebus & perſonis provincię conceſſæ ac propriæ, non alienæ, & Imperii. Multa igitur & magna proceribus & ſtatibus Imperii ſunt conceſſa: multò verò majora ſunt Imperatori reſervata, Val. Forſt. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 6. c. 34. num. 32.* Et participes illos fecit Imperator ſuperioritatis territorialis, non per quandam poteſtatis ſuæ abdicationem aut exæquationem, ſed per communicationem, conceſſionem & modum beneficii, reſervata ſibi de illis omnibus ſuprema recognitione: Quia communicatio ſic ſemper eſt exaudienda, ut in ipſo communicante major remaneat poteſtas, illâ, quæ eſt communicata, ut ex Baldo notat Meichſner. *tom. 2. lib. 1. deciſ. 6. num. 88. verſ. ſed circa has:* Et quando Imperator aliquod jus, quod ipſe vigore Majeſtatis exercet, alicui communicat, apud eum, cui conceditur, deſinit eſſe tale, & incipit eſſe jus territoriale vel regale: Cum juxta Ariſtotelem *lib. 2. de anima, tx. 24.* cujusque agentis vis recipiatur accommodatè ad naturam ſubjecti ejus, quod recipit: Nec quodlibet jus in quolibet ſubjecto pariter conſideratur, ſed pro habilitate ſubjecti, quod recipit & exercet: Et in quolibet actu termini habiles ſunt præſupponendi. Omnis ergo conceſſio, quocunque modo facta, ſemper intelligenda eſt, *ſalvo jure ſuperioritatis*, quam noſtri ſervata Cæſarea vocant, **ohne Schmählerung der Keyſerlichen Hoheit vnd Reſervaten** */ R. A. de Anno 1576. §. Dadurch dann / Bald. conſ. 327. num. 7. lib. 1. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 5. nu. 122.* Sunt autem reſervata hæc ut plurimum: Leges univerſales Imperiali auctoritate promulgare, *l. humanum, C. de LL. tit. Cod. de vet. ur. enucl.* Nova vectigalia erigere, *l. vectigalia, 10. ff. de publ. & vectig. R. A. de Anno 1576. §. Dadurch dann* / vel aliis eandem erigendi licentiam concedere, *R. A. de Anno 1530. §. Witwol auch der Abſchied* / Guerram ſeu bellum publicum, *l. 3. ff. ad L. Iul. Maj* Collectã generalem & Imperialem indicere, *l. un. & ibi. Dd. C. de ſuper. indict. bon.* Famæ totalitet

Vbi, & quatenus dictũ axioma locum habeat?

Reſervata Imperatoris.

liter restituere, *l.1.C.de sent.pass.* Jus Academias erigendi concedere, *Zas.de feud.par.* 5.n.14. *Vult.de Feud.lib.1.cap.5.n.7.* Cursores publicos, quos Postas appellamus, instituere, *l.nullus, & tot.tit. C.de curs.publ. & Angar.* Veniam ætatis indulgere, *l.1.& tot.tit.C.de his, qui veniã ætat.* Nulli in terris subesse: Reges & Principes creare, *Aur. bull.tit.5.* bannum Imperiale decernere; Privilegiis & dignitatibus privare, *R.A.de Anno 1542.§.* **Würde sich aber** */ord.Cam.part.2.tit.18.§.* **So auch** *in fine, Gail lib 2.de pac.publ.c.18.* Et alia, de quibus, ut de toto hoc negocio laté, post supra allegatos Dd. agunt Auctor. *tract.de jur princip.concl.80.lit.b. Matth. Steph. d.lib.2 p.1.c.7.nu.* 32.*& seqq.Knich.d.tr.c.1.nu.188.& seqq Ziegl.comm.consl.§.* **Landsassy** */nu.108.& seqq.* omnium latissimé, *Dn.* **D. Reinkingk** */ d.tr.l.1.cl.5.c.6.*

55. Non possunt autem principes & Duces, aliivé Status Imperii tale jus superioritatis habentes in alios, puta inferiores, illud transferre, utpote, quod ossibus ipsorum adhęret, nec avelli potest Petra, *de fideicommiss q.13.n.575. Lucas de Penna ad l.2.num.3.C.de jur.Reipubl. Carol. Topia.in rubr.ff. de constit.princ.c.4.nu.16.* Cum enimá solo Imperatore jura Regia & superioritas ista conferatur, *ut supra c.2.concl.* 19.*&* 20.& absque ejus concessione atque Investitura ad nullum transeat, Molinæus *ad consuetud. Pansiens.tit.1.§.2.gl.4.num.8. Menoch.cons.612.nu.4.* Idcircó recté apud principes & cęteros immediatos residere dicitur, tanquam scabellum pedum eorum, Carol. Topia *d.rubr.de constit.princ.c 4.n.6 Knich.in verb.Ducum c.1.n.* 4. *Rol.á Valle cons.80.nu.2.vol.2.* Quod si ergó princeps vasallo concedat omne jus, quod super hoc aut illo fundo seu feudo habet, non censetur transtulisse id, quod ei tanquam principi competebat Peregrin. *de iur fisci.lib.1.tit.3.nu.76. Schrad.de feud.* 35.*cap.2.n.52. Rauchbar.par.2.q.1.n.33. Ziegl.comm.consl.§.* **Landsassy** */n.21. Gœdd. d.Resp.n.80.* ubi ex Matth.de Afflict.notat, quod, si princeps aliquem de aliquo territorio vel loco investiat, licet cum regalibus, non tamen præsumatur abdicasse supremam jurisdictionem, quam superioritatem territorialem nos vocamus; imó quod in eum remanet illa eadem superioritas, quam á principio ante concessionem habebat, *per tx.in c.dudum,§.nos igitur de præbend.in 6. Idem n.177. Knich.d.tr.c.1.nu.* 316.*& seqq.* Licet n.possit princeps vel alius Dominus territorii loca quædam cum jurisdictione civili & criminali in feudum dare privativé, in superioritate tamen res sese habet aliter, *ut supr.c.53.* Imó neq; illud in dubio præsumitur, sed potius pro cumulativa jurisdictionis concessione dimicandum esse censet Casp.Leipold. *in quæst. de concurrent.jurisdict.quæst.9.& 10.* cum in concessione castri vel villæ cum aliqua potestate distringendi, tamen simplex jurisdictio, ad tutanda jura feudalia, & exactionibus, quæ annuatim penduntur, subserviens, salvâ superioris concedentis ordinaria jurisdictione, ad vasallos veniat, *Felin.c.excommunicamus, num.4.& seqq de haeret. Aret cons.102.* ut hac ratione superior possit inferiorem cogere ad remissionem carcerati vel in qualiacunque vincula conjecti, *Wesembec.cons.43.num.13.* 17.21. *Aufrer.decis.Tholo.274. vers. item fuit in fin.* Ut in civilibus etiam superior absq; requisitione inferioris, subditos citare, iisque mandata citra subsidium insinuari facere possit, *Matth.Steph.de iurisd.lib.2.p.1.c.1.membr.2.nu.245. Coler.de proc. execut.p.3.c.7.n.31.* Superioris sané proprium est & essentiale, exercere in se recognoscentes dominum territorii **ein Landesfürstl. oder hohe Obrigkeit** / jurisdictionem, eosq; distringere, *Wesemb.cons.95.nu.34.* vasallosq; sui vasalli collectare, *Wes.cons.27.nu.25.& d.cons 95.num.2.* Sic feudatarii tenentur omnia mandata & præco-

Domini territoriales non possunt superioritatem territorialem ad alios transferre.

Privativa jurisdictionis concessio in dubio nõ præsumitur.

Quid iuris habeat dominus territorialis in vasallorum suorum feudis ac prædiis?

præconia sub nomine ipsius domini promulgare ac emittere, Covarruv. *pract. quæst.* 4. *num.* 6. *concl.* 2. *Luc. de Penna & Bald. in l. si quando, C. de appellat. Felin. c. solite. col.* 3. *de Maj. & obed.* Et quamvis vasalli utile habeant dominium, ac per consequens fructus omnes, etiam jurisdictionales, ut sunt mulctę **Rauch Röthüner/ Voigthaber/ Rodt/ vnnd Trieffgeldt/ Walburzinß/ gemessene vnnd vngemessene Handt vnnd Pfertfrohn/ Einung/ Bussen/ Wehrgeldt/ verschlagene Wehr/ Blutrunst/ Frevel/ Kirchmeß/ Schutz vnd Schenckung/** &c. de quibus *in c. fin.* hujus disputationis agendum: distinguendum tamen esse inter fructus jurisdictionis, & ipsam jurisdictionem, *argumento l.* 66. §. *fin. ff. de iure dotium, l.* 8. §. *fin. ff. de peric. & commod. rei vend.* existimat Natta. *consil.* 636. *num.* 126. *Bertrand. cons.* 2. *num.* 52. *vol.* 13. *p.* 1. *Oldrad. cons* 227. *volum.* 3. *vers.* 2. ut in uno eodemque castro seu pago alii ipsum jurisdictionis exercitium competere, alios verò pœnæ ac mulctæ aliaque commoda jurisdictionalia sequi possint, *Dd. dd. locis.*

Quomodo civitates provinciales possideãt regalia?

Etsi quoq; quædam civitates & oppida ex indulgentia ac conniventia superiorum suorum aliqua regalia minora, collectas rurales, accessum **den Einzug/** pro consequendis privilegiis & immunitatibus civitatis **für das Bürgerrecht so in Bürgerlicher Freyheit vnd bürden besteht/** ut sunt **Brew- vnd Schenckrecht/ Wohn/ Weid/ Trieb vnd Trab/ vnd andere gemeine Nutz vnd Niessung/** fundos vectigales **den kleinen Zoll/** ac alia ejusmodi possideant, ut pro necessitate quoque ex consensu majoris partis civitatis, exactiones, etiam in consulto principe vel superiore, indicere possint, *Menoch. cons.* 28 *num.* 34. *Wesembec. cons.* 45. *num.* 10. *Goëden. cons.* 1. *num.* 9. *Roland. á Valle* 3. *cons.* 17. *num.* 30. id tamen absque omni præjudicio universalis jurisdictionis, & superioritatis procedere docent *Crav. cons.* 673. *num.* 15. *Surd. decis.* 288. *Thom. Michael. de iurisdict. concl.* 46. 47. *Roland. á Valle* 2. *cons.* 1. *num.* 124. *Pruckman. de regal. c.* 5. *nu.* 8. *Borch. C. un. de regal.* In civitatibus enim provincialibus principis potestas omnium superior est, Coler. *de process. p.* 1. *c.* 3. *n.* 9. *Henning. Gœden. cons.* 31. *nu.* 2 ut possit cives, quandocunq; res exigit, evocare, citra literas requisitoriales, *Matth. Steph. d. l.* 2. *p.* 1. *c.* 7. *num.* 381. *& c.* 1. *n.* 042. *& seqq. Coler. de process. execut.* 3. *c.* 7. *n.* 13.

Extra territorium ius territoriale quiescit.

56. Non etiam extendere possunt hæc jura sua territorialia proceres & status ultra provinciam adsignatam, *argum. l. ult. ff de offic. præfect. urb l. fin. ff. de iurisdict. l. duum virum, C. de Decurion.* Secus qui facit, alterius territorium violare videtur, *Isa.* 1. *cons.* 146. *num.* 40. *Gail. de pac. publ. cap.* 16. *num.* 27. *lib.* 1. Cum inconveniens sit falcem in alienam messem mittere, *l. ad paritores,* 1. C. *de adparitor. Dd. in l. sicut,* 8. §. *Aristet ff. de servit. vind.* & princeps vel alius in territorio alieno quoad jurisdictionalia contentiosa habeatur ut privatus, ibique forum sortiatur, *Simon. Pistoris. cons.* 19. *num.* 26. *cum seq. vol.* 1. *in d. tr. c.* 4. *num.* 1. *& seq. vid. hac de re late Matth. Steph. de iurisdict. lib.* 1. *c.* 33. Cum ibidem allegatis. Magistratum autem subditos aufugientes, vel hostes & deprædatores extra territorium posse persequi ratione non caret, non quidem vi jurisdictionis, sed permissione legis Bald. *in l. requirendi, num.* 2. C. *de serv fugit;* Sicut hodiè quilibet magistratus extra territorium grassatores, dummodo tamen eos, ubi deprehendit, ibidem juri sistat, persequi potest, *Gail.* 1. *de pac. publ.* 16. *num.* 25. *& seqq. & lib. de pignorat obs.* 3. *num.* 11. *obs.* 14. *num.* 3. *obs.* 15. *nu.* 1. *& seqq. tr. de arrest. c.* 7. *num.* 12. *Gylman. in Symphor. supp. tom.* 2. *p.* 2. *vol.* 14. *nu.* 36. *fol.* 41. *Mynsing. cent.* 2. *obs.* 28. An autem subditus ex territorio alieno verbaliter evocari possit?

Quomodo Magistratus subditos aufugientes & grassatores extra territorium persequi possit?

posset tract. Ias. in d. l. fin. de iurisd. nu. 24. Gail. 4. obs. 56. Wesemb. cons. 97. n. 3. Wurms. tract. obs. tit. 6. obs. 9. Deinde illud etiam exaudiendum est, nisi expressa conventio- & consensu Domini hoc fiat, aut consuetudine sit quæsitum, l. 3. §. fin. ubi Bald. n. 1. ff. de testib. Alciat. Resp. 20. n. 6. lib. 5. sicut supra sub fin. cap. 1. concl. 18. diximus, in alterius territorio principes & alios quandoq; particularem superioritatem exercere posse ex capite singulari & speciali, idque varié, ut plurimum tamen vel centenam habent vel voigtheiam.

Centena unde sic dicta, & ejus definitio ac divisio.

57. Centena, quam exinde sic dictam putat, *Knich. d. tr. c. 4. nu. 46. & seqq.* quod Olim Comites á summo Principe causarum judices constituti, dum ipsimet omnibus præesse non potuerant, constituerint ex plebe centenos Comites seu Grabines **Centgraffen**/ judices, adsignatis pagis & villis, quæ cuilibet centenario subjiciebantur in omnibus causis, est noxarum & criminum animadversio & coërcitio, **Malefitzische oder Centbarliche Obrigkeit / die Hohefraiß / Centgericht / Centgerechtigkeit / Centrecht / Centfalle / Blutbahn / Vogtey über das Malefitz / Halßgerichtliche / Peinliche Obrigkeit / Halßgericht über Haut vnd Haar** / *Knich. d. 4. num. 36. & comm. de iure non provoc. verb. ducum Saxon. c. 5. fol. 125.* Dominus, cui competit, dicitur **Centherr** / item **Fraißherr** / Centgravius, qui centenę præest. Dividitur in omnigenam vel plenissimam, & quodammodo ac limitatam: Illa, quæ dicitur, **die Obervogtey** / est quando quis sibi vindicat omnem omninó etiam leorum criminum animadvertendi potestatem & auctoritatem, cujus species enumerat *Casp. Leopold. de concurrent. jurisd quæst.* 12. idque indistinctè in controverso districtu, tam in via regia, quám per pagos & extra, **zu Dorff / Strassen vnd Feldt / so weit sich der Centbare Grundt vnd Boden erstreckt** / *Knich. d. c. 4. nu.* 186. Quæcunque igitur ad criminalem jurisdictionem pertinent, ea quoque centenam constituunt omnigenam; & plerumq; sunt, quę ad superiorem jurisdictionem, **Ober Halßgericht** / pertinent, item *d. c. 4. num.* 212. Limitata & restricta centena est delictorum quorundam animadversio, pactione, præscriptione, vel consuetudine quibusdam; concernitq; centenam aut communem, **gesambte Cent** / aut propriam; unaquam admissa graviora sibi vindicat, **Nachtmordt / beweister Diebstal / Nohtzuchtung vnd Brandt** / Item: **Rundbahre Malefitz / so nicht auff Inquisition beruhen.** Item: **fliessende Wunden / so den Schultheisen geklaget wird seynd an der Centhgbahr / wann sie aber nicht geklagt / vnnd dergleichen geringe Fälle / gehören dieselben dem Voigtherrn des Orts zu straffen.**

Voigtheia quid, & quotuplex sit?

58. Voigtheia, unde nomen **Vogt** / quod prefectum significat, cujus fidei ac administrationi aliquid commissum est & demandatum, alio nomine dicitur, **Vogteiliche Obrigkeit / Erbgerichte / Vogtgedinge / Rechtgeding** / est, generaliter considerata, quę districtum quendam continet cum jurisdictione, *Knich. d. c. 4.* num 340. & exinde etiam distribuitur in superiorem & inferiorem. Illa est quando principi vel etiam pluribus conceditur feudi lege prefectura quædam vel dynastia territorii jure, **mit aller Landsfürstlicher vnd hoher Obrigkeit vnd Oberbotmässigkeit**: In specie verò & strictè quatenus opponitur centenæ, sumitur pro omnigena jurisdictione civili, domino loci competente, excepta centena, & quæ ad eam pertinent; & respectu hujus, **der Voigtheylichen Obrigkeit vnnd Botmässigkeit** / ejus dominus dicitur **Obrister Voigtherr**: Hæc voigtheica jurisdictio committitur ut plurimum judicio Petrino **Petergericht** / dicto, per quod exercetur secun-

secundum **Peterweißthumb**/namq; circa Petri cathedram ejusmodi judicia solennitus habentur; Voigtheia igitur omnem omninó jurisdictionem civilem designat, puta, **alle vnd jegliche hohe vnnd niedrige Gebott vnnd Verbott/ Getreydig nicht abzuführen/ gemeinen Schultzen vnnd Dorffgericht besetzen / in Sachen dahin gehörig**: Inde domino Voitheica commoda cedunt: nim. **Stewer / Reise oder Reisegeldt/ Folge/ Gleidt in Dorff vnnd Marck geben / öffnungen der Kirchhöfe vnnd Dorffbefriedigung / Jährliche Kirchmäß / Schutz vnnd Kirchmäß/ Schenckung/ Voigthaber / Walperkuhe / Atzung vnd Lager auff allen Gütern/ Weydgeldt vnnd andere Voigtheiliche Obrigkeit / Gerecht vnnd Herligkeit**/ quas species, ut & alias plures, quæ & quatenus ad Voigtheiam, & quæ ac quatenus ad centenam, de quo non est levis disceptatio & dubietas, pertineant, uteriam totam hanc materiam centenæ & Voigtheiæ sufficienter & eruditè satis explicavit, *Andr. Knich. in d. tr. c. 4. à num. 35. usq; ad finem & c. 5. n. 389. & seq.* & post eum Wehner. *pract. obs. verb. Voigthey & verb. zent. latissimè, ut & Bidembach. nobil. quæst. 7. q. 14. Gædd. d. Resp. num. 332. & seq. Casp. Leipold. de concurrent. iurisd. q. 11. 12. & seq.* Nobis hæc pro Instituto præsenti sufficiant. Quia verò effectus hujus superioritatis nostræ melius percipitur & magis magisq; declaratur in materia & speciebus, seu potiús actibus, circa quos ut plurimum jus territoriale versatur, idcircó eosdem, si non omnes, tamen præcipuos jam in cap. sequenti per transennam quasi intueamur, & vel enumerando saltem illos contemplemur.

Caput V.

De speciebus & actibus superioritatis territorialis.

Actuum effectus.

59. Species itaque & actus, de quibus tractabimus, jurisdictionem & superioritatis jura probant, veluti effectus suam causam, Colleg. Ticinens. *cons. 97. nu. 75. Kirchov. cons. 8. n. 28. vers. porró, & n. seq. tom. 5.* possessionemq; vel quasi manifestó denonstrant, *Menoch. 725. n. 10. Bertazol. cons. 376. n. 2. Alb. Brun. cons. 34. n. 14.* ita ut in ambiguis nulla melior fortiorvé probatio, nisi ab actibus, sumi possit, *Alb. cons. 262. n. 13. lib. 2.* quot autem & quales illi actus requirantur, hîc non quæro, præterquam enim, quod Knich. *d. tr. cap. 3.* eos sufficienter explicet, agemus de iisdem infra in judicio & actionibus; ut itaque hoc loco actus non ratione exercitii, sed ratione subjecti, scilicet in quibus rebus seu speciebus illi consistant, consideremus. Sunt autem vel Ecclesiastici, vel profani: Ecclesiastici respiciunt potestatem, quam ut Imperator in Imperio, sic Principes habent in suo territorio in negotiis sacris & Ecclesiasticis, Dei honorem & nostram salutem consequenter concernentibus: In quibus Imperii Principes & status superioritatem habentes suum præstare officium posse ac debere, non tantúm seriò monet & jubet sacra pagina, *Es. 49. v. 23.* ubi Reges jubentur esse nutritii, & Reginę nutrices Ecclesiæ, *Esa. 60. v. 10. 12. 17.* ædificare muros ejus, *2. Reg. 12. v. 5. 6. 7.* restaurare templi ruinas: *Psal. 24.* Portas Domino aperire: *Iud. 2. vers. 16. & seq. Dan. 3. v. 96. 1. Reg. 15. v. 13. Nehem. 13. v. 10 2. Reg. 17. vers. 26. 2. Paral. 17. v. 7. & c. 30.* gloriam Dei promovere, idololatriam abolere, puram & synceram doctrinam propagare, ceremonias divinitus institutas observare: Sicut David cultum Dei restituit, *1. Chron. 13.* Cantores Levitas ordinavit & insti-

Actus duplices. Ecclesiastici.

Magistratus officium consistit etiam in cura rerum Ecclesiasticarum.

& instituit, 1. *Chron.* 23. 24. 25. *Eccles.* 47. 2. *Chron.* 23. *Amazias*, 2. *Chron.* 25. Moyses omnem sacrorum rationem á Deo accepit & populo tradidit, *Exod.* 27. Aaronem ob vitulum aureum severé castigavit, & vitulum manibus suis perfregit; Salomon abdicato summo Sacerdote Abiatharo Sedocum in ejus locum promovit, 3. *Reg.* 2. Josias librum legis publicavit, legit, vasa & spurcitias Baaliticas templo ejicere jussit, 4. *Reg.* 22. 23. 2. *Paral.* 34. 35. Josaphat veram religionem reduxit, 2. *Paral.* 17. 19. sicut & ab Imperatoribus Romanis sancté fuit constitutum, neminem in foro consortium advocatorum accedere debere, nisi Sacrosanctis Catholicæ religionis fuerit imbutus mysteriis, *l.* 8. *C. de postul. l.* 15. *C. de Episc. Aud. l.* 19. *eod. l.* 18. *C. de hær. Nov.* 1. *c.* 3. *Nov.* 144 *c.* 2. Et Christus ipse cum Apostolis Ecclesiam, quatenus in hac vita militat, Politicæ potestati subjecit, *Act.* 25. *Rom.* 13. 1. *Petr.* 2. *August. in explic. Epist. ad Rom. Tertull. de Idol. c.* 25. sed suadent hoc etiam rationes prægnantissimæ: certũ enim est, Ecclesiam esse in Republ. non veró Rempubl. in Ecclesia, *arg. Nov.* 3. 5. 6. 16. *Engelbrecht. de iurisd. concl.* 74. certum est magistratum utriusq; tabulæ custodem esse *argum. c. principes*, 23. *quæst.* 5. *ubi* Pontifex ex Isidoro *lib.* 3. *sent. de summo bono cap.* 53. eleganter in hæc prorumpit verba; *Principes seculi, ait, nonnũquam intra ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, ut per eandem potestatem disciplinam Ecclesiasticã muniant. Cæterúm intra Ecclesiam potestas necessaria non essent, nisi, ut quod non prævalet sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc impleat per disciplinæ terrorem. Sæpé per regnum terrenum, cœleste regnum proficit: Vt, qui intra ecclesiam positi contra fidem & disciplinam ecclesiæ agunt, rigore principum conterantur, ipsamq; disciplinam, quam ecclesiæ humilitas exercere non prævalet, cervicibus superborum potestas principalis imponat; & ut venerationem mereatur, virtutem potestatis impertiat. Cognoscant Principes seculi, Deo debere se rationem reddere propter ecclesiam, quam á Christo tuendam suscipiunt. Nam sive augeatur pax, & disciplina ecclesiæ per fideles Principes, sive solvatur, ille ab eo rationem exiget, qui eorum potestati suam Ecclesiam credidit:* Certum est, sublatâ religione, felicitatem æternam & temporalem, justitiam, publicam honestatem & disciplinam omnem corruere, R. A. *de Anno* 1532. *tit. Concilium* betreffend / *in fin.* prin. dameben erfolgen würde / daß alle Zucht / Ehr / Gehorsam vnnd andere gute Tugend in Geistlichen vnd Weltlichen / gäntzlich fallen werde / *& de Anno* 1566. §. Wiewol wir nun auff / ꝛc. quod tamen ad magistratus curam pertinet & vigilantiã secundum August. R. A. zu Speyer / *de Anno* 1554. §. Erstlich der streitigen / *ibi:* Inmassen dañ wir in Krafft vnsers obliegenden Keys. Ampts zu befördern schuldig / & multis in locis aliis; Certum est deniq; cui potestas & auctoritas est á Deo data, ei quoque illa data esse, sine quibus ad finem á Deo constitutum perveniri commodé non potest, *arg. l.* 2. *ff. de jurisd.* sine religione autem, quæ est fulcrum & fundamentum Reipubl. Christianæ ad finem á Deo ordinatum perveniri decenter non potest, *ut supra:* Ergó religionis cura concessa quoq; censenda; Quare Lutherus etiam ad Imperatorem scribens ait: sese confugere ad ipsum, tanquam ad aram & pręsidium, ut Christianæ doctrinæ tutelam suscipiat, exemplo Athanasii, Schleid. *libr.* 2. *comm. referente, Dn. D.* Reinkingk / *d. tr. lib.* 3. *concl.* 1. *c.* 1. *n.* 8. Et ex hoc tribuitur id Imperatori in multis Imperii Recessibus; Quod sit der gantzen Christenheit / Schutz vnnd Schirm / advocatus, supremus Præfectus, Obrister Voigt vnsers Christlichen Glaubens / *loca vide apud Dd. supra alleg. d. n.* 8. *& lib.* 1. *cl.* 5. *c.* 4. *n.* 156. *Arnisæ. de iure Majest. lib.* 2. *c.* 6. *Volcm. tr. d. jur. princ. cap.* 5. *n.* 1.

60. Ex

60. Et quamvis *Arnold. Klapmar. de arcan. rer. publ. lib.* 1. *cap.* 15. *referente Volcm. d. c.* 5. *n.* 1. *in medio*, in religione Principis jus ita deſcribat: quod jus ſacrorum in Repl. Romana non fuerit penes alios, quám penes Reges & Imperatores; & penes ſummum ſenatum; & hinc in LL. Reg. dicatur, Rex ſacrorum præſes eſto; Pontificis autem jus fuerit ſacra tantúm adminiſtrare; ita, ut ex eo etiam proverbium illud, Cæſares timere & odiſſe, proprium eſt Eccleſiæ; quod Guicciard. *in comm. polit.* habet, ortum eſſe putaret; Interea tamen Principi non convenit interiorem hominem informare, ſed exteriorem in ordinem compellere; fovere convenit atq; in ſinu geſtare, non paſcere oves in publica Cathedra; ut ita Deo ſua auctoritas, ſua lex verbo, ſua dignitas Eccleſiæ conſervetur, *c. cum ad verum, diſt.* 96. *Voclmar. d. c.* 5 *nu.* 1. Unde Lipſ. 4 *pol.* 2. ait: Principi non plané liberum eſſe jus ſacrum, ſed quod ipſi libera tantúm ſit inſpectio quædam, idq; tuendi magis quám cognoſcendi cauſa: & Waremund. ab Erenberg. *cap.* 8. *Samuel.* 1 *pag.* 20. inquit; Reges in iis, quæ doctrinam concernunt, veluti oves Chriſti paſtori & miniſtro verbi Dei, quæ verò ad gubernationem ſpectant, Pontifices, ut cives Regi ſubjiciuntur; Unde, more Prophetarum, Clerici monere, arguere, increpare peccantes poſſunt Principes, Princeps verò removere, ſuſpendere, punire delinquentes poſſunt clericos, *ut concluſ. præced.* Conſiſtunt autem actus Principum & dominiorum territorialium Eccleſiaſtici in vera veræ religionis propagatione, ſacrorum conſtitutione, Conſiſtoriorum directione, conciliorum convocatione, miniſtrorum verbi confirmatione, ſuſtentatione, viſitatione, inſpectione & aliis quibuſdam cauſis & negotiis.

Quomodo Magiſtratus officium ſuum facere debeat in Eccleſia?

Religionis exercitium publicum pertinet ad ſuperioritatem territorialem.

61. Religionis tám Auguſtanę, quám Catholicæ publicum exercitium, ut & ejus mutandi ac introducendi poteſtatem Imperii Principes & ſuperioritatem territorialem habentes jure territorii & ex pacto cum Impp. inito meritó ſibi vindicant ex conſtitut. pacis, religionis, vel tranſactione Paſſavienſi, *Anno* 1552. *Ratisbonæ, & denuó Auguſtæ, Anno* 1559. ſancté renovata & ſtabilita, *d. R. A. de Anno* 1555. §. **Vnd damit ſolcher Fried/** *& ſeqq. &* §. **Nach dem aber**: Cujus tamen vi ſubditos pacificé & tranquillé viventes, ad hanc vel illam religionem amplectendam, vel ad emigrandum cogere civili rationi videtur repugnare, *d. conſtit.* § **Es ſoll auch kein Standt** *l. moris*, 9. §. *interdici, ff. de pœnis, l. filius*, 15. *ff. de condit. Inſt.* Emigrationem enim liberæ voluntatis eſſe verba dictæ *conſtit.* §. **Wo aber vnſere/ ibi: an andere Ort ziehen vnd ſich niederthun wolten/** evincunt: quæ verò liberam voluntatem important, cum quis ad faciendum quid compellitur, voluntariè facere propriè non dicitur, *arg. l. noviſſimé*, 7. §. 1. *ibi quod ſi compulſus, ff. quod falſo tut.* nec deterioris erunt conditionis Chriſtiani quám Judæi, quos pacificé viventes expellendos non eſſe reſpondit *Natta conſ.* 620. *n.* 22. *Alex. conſ.* 99. *vol.* 6. *n.* 14. *Thom. Michael. de juriſd. el.* 49. *lit. fin.* Et exinde rectè reformatio & religionis introductio ſequela ſuperioritatis indubitata cenſetur, *Beſold. d. juriſd. quæſt.* 18. *p.* 52. *Ziegl. ad* §. **Landſaſſo**/ *num.* 180. *& ſeqq.* Plura de hac materia, vid. apud Bidembach. *Nobil. quæſt.* 2. 3. *& ſeqq. Mindan. de proceſſ. lib.* 1. *c.* 28. *Petr. Syring. diſp. in augural. de pac. Relig. vel. Inſt. Spring. tr. de pac. relig. Auctor. de jur. princ. concl.* 27. *& ſeqq. Kubach. illuſtr. quæſt. cent.* 2. *dec.* 6. *q.* 8. 9. 10. Et hujus tranſactionis & conſtitutionis vigore, ſicut olim, *l.* 4. *l. fin. C. de feriis, Bart. & Iaſon. in l. præſides, ff. de feriis*: Ita & nunc hodié ſacrorum ſive feſtorum & feriarum ordinatio, quatenus videlicet externum ritum & feſtivitatem reſpiciunt, cum non ſit actus meré divinus, ad principis, & cui id Princeps conceſſerit,

Sacrorum ſive feſtorũ & feriarũ ordinatio.

l. ſed

Ubi etsi, 26. l. si in aliam, 7. ff. de offic procens. tanquam nutritii Ecclesiæ & provisoris sacrorum cultuum curam iterum pertinere cœpit. Et hinc quid de calendarii correctione & ejusdem receptione ac introductione sit statuendum, judicium facilé fieri potest: dequo, & in specie de calendario Juliano Cæsaris, Gregoriano Pontificis anno 1581. condito ac publicato videatur, *Dn. D.* **Reinkingk** */ d. tr. lib. 3. cl. 5. l. 2. & Dan. Schmid. Professs. Witteberg. in orat. pecul. de emendat. Calendar.* *Calendarii correctio ac introductio.*

62. Ex hoc decreto vel transactione Passovienſi, hodié etiam ad status Imperii pertinet jurisdictio Ecclesiastica, & jura episcopalia vigore superioritatis territorialis **Krafft habender Landesfürstlichen oder hohen Obrigkeit** / eaq; expediri curant per consistoria, *Knich. d. tr. c. 3. n. 132. Dauth. de test. n. 93. Matth. Steph. tr. de jurisd. lib. 3. c. 15. n. 1. 6. & seqq Ziegl. comm. concl. §.* **Landsassy** */ n.* 188. *& seqq* Consistoria Græcis *συνέδρια*, *Matth. 5. v.* 22. Canonistis etiam officialię, *arg. c. Romana. in pr. ext. de appell. in 6.* dicuntur, vulgó **Consistorial oder officialey Gerichte** / **Geistliche oder Kirchen Gerichte** / Et hodie ut maximé denotat forum Ecclesiasticum sive locum, in quo judicia Ecclesiastica á Dominis territoriorum per certos consiliarios & personas ecclesiasticas, quas ob id consistoriales appellamus, expediuntur. Tractantur autem in illis potissimum causæ matrimoniales, juris patronatus, & aliæ Ecclesiæ vel ecclesiasticas personas concernentes, *Beust. de matrim. c.* 56. ubi de hâc materia laté, ut & *Matth. Steph. de iurisd. lib. 3. p. 1. c. 1. n. 32. & seqq* ex professo ibidem 135. & de concilis sive consistoriis Academicis, *ib. part. 2. c. 12. & interpret. Cod. tit. 4. 12. & seqq. Dn. D.* **Reinkingk** */ d. tr. lib. 3. cl. 1. c. 4 & c. 10.* *Iurisdictio Ecclesiastica, & iura Episcopalia. Consistoria.*

63. Legitima Dd. idoneorum vocatio cuivis statui concessa, ad ejus potestatem Ecclesiasticam insuper pertinet jure territorii, *Gylm. Symphor. suppl. tit. de pac. relig. & rer. jud. decis. circa fin. pag.* 199. *Johan. Hensler. disp. de Cura Magist. th.* 30. *Knich. d. l. n.* 132. non autem indistinctè; cum ipsa vocatio bonum & manus sit Ecclesiæ pertinens ad regnum Christi; sed curam tantùm vocationis ad potestatem hanc pertinere pluribus evincit ex Reverend. & Clariss. Theolog. Dn. D. Winckelman. *de vocand. ministr. disp. 1 tom. 3. Giess th. 47. Dn. D. Mentzer. Exeges. August. Confess. art. 14. Dn. D. Meisner. disput. de regim. Eccles. Dn. D. Nicol. Hunnio, demonstr. ministr. Luth. Class. 3. Dn. D.* **Reinkingk** */ d. tr. lib. 3. cl. 1. c. 6.* Sic ut vocatio ad ministerium & ordinem Ecclesiasticum pertineat quoad doctrinæ probationem, Examinationem, consecrationem & ordinationem; ad magistratum quoad superioritatem, jurisdictionem, ordinati confirmationem, & postulationem; ad ordines & populum etiam non raró quoad consensum & adprobationem, *Ernest. Cothman. Disp. Academ. 42. num* 56. vel breviter, Ecclesiasticus status debet consulere de personis idoneis; popularis adprobare, politicus decernere, *Dn. D. Nicol. Hunn. de demonstr. ministr. Luth. Class. 3. n. 6.* Et quia nemo facilé pascit gregem, qui de lacte ejus non comedit, 1. *Corinth. 9. & arg. l. 12. §. 2. C. de SS. Eccl.* ideó etiam ad curam principis tanquam nutritii Ecclesiæ, magnoperé pertinet honesta ministrorum sustentatio, de qua pluribus agit, *Dn. D.* **Reinkingk** */ d. lib 3. Cl. 1. cap.* 8. Inspectionis tandem & visitationis cura provida & accurata principi & cuivis Ecclesiæ nutritori maximoperé incumbit: Est autem illa visitatio in doctrinam, vitam & mores docentium ac discentium inquisitio, ob quam hodie speciales conventus in suis Ducatibus & *Doctorum Ecclesiasticorum vocatio.* *Sustentatio; Inspectio, & visitatio.*

territoriis principes & ordines Imperii solent instituere, per consistoriales aut singulariter ad id deputatos Episcopos ac Superintendentes tanquam inspectores, *Ioh. Hensler. de cura Magistr. th.* 27. de quib. actibus Ecclesiasticis omnibus, vid. præter allegatos, *Laurent. Ohm. tr. de jur. Episc. passim, in primis, th.* 17. *Casp Leipold. de concurrent. juris. q.* 12. Ergo tales & similes actus exercens in loco aliquo superior esse & jus Episcopale habere præsumitur, per ea, quę tradit Cothman. *Resp. Academ.* 45. *n.* 1. Cum hujuscemodi actus in terris statuum Augustanę confessionis jus & sequela sint juris territorialis, propter suspensam jurisdictionem Pontificiam.

Seculares actus & civiles.

64. Seculares & civiles actus sequuntur, qui etiam evincunt superioritatem & jurisdictionem tam cõtra Principem adversarium, quám subjectos, qui fortè se tum exemptos adserunt: Quamvis ex uno non semper inferatur ad alium, *Zas. lib. 2. singul. resp. c. 31. nu. 3. in fin.* Sunt actus aliqui subjectionis, inter quos non ultimum sibi locum vindicat *Homagium* ex jure consuetudinario introductum, *Specul. in §. quoniam vers. secundo quæritur. de feud.* & in sacris literis fundatum, *Ioh. 1. v. 17. 2. Sam. 5. vers. 3. 2. Paral. 23. v. 16. 1. Maccab. 14. v. 47.* quod definitura *Thom. Maullio tr. de hom. tit. 1. n. 1.* adsecuratio fidelitatis & obedientiæ, quam subditus facit Domino territorii, sub cujus jurisdictione habitat: nobis dicitur **die Huldigung oder Erbpflicht.** Regulariter autem dominis territorialibus per **Landsassios** & alios subjectos omnes juramentum hoc subjectionis est præstandum statim in ingressu regiminis **bald im Antritt der Regierung** / *c. 1. ubi Dd. communiter. Qual. jurare debeant, vasalli, Knich. d. tr. c. 3. num.* 155. etiam si sint Comites, Barones, Nobiles subditi *Ludolph. Schrad. cons.* 23. *n.* 149 Et quia verbum homagii est æquivocum, *Wehner pract. obs. verb.* **Landes oder Erbhuldigung** / *in pr.* ipseq; actus juramẽti non uno eodemque modo usurpatur in subditis, in Vasallis, domesticis, confœderatis, aliisvè pro cujusq; negocii natura, unde vulgò **die Huldigungspflicht / Lehenpflicht / Amts oder Dienstpflicht** / *Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. nu.* 227. *Vult. 1 feud. c. 9. nu. 4. Cujac. 2. feud. tit.* 7. Sciendum est, nos hîc non agere de juramento fidelitatis, quod vasalli domino suo respectu feudi præstant, de quo tractant Feudistæ communiter, *& Knich. d. tr. c. 1. nu.* 170. *& seqq. c. 3. nu.* 240. *Gœdd. d. Resp. n.* 375. *Ziegl. comm. cons.* §. **Landsassi** / *n.* 46. *& alii*, neq; de juramento familiaritatis aut assecurationis, quorũ formula pro officiorũ aut cautionis diversitate variat, & ex ipso quotidiano rerum usu adparet; sed tantúm hic attingimus juramentũ subjectionis **die Huldigungspflicht** / cujus formulam refert *Wehner. in pract. obs. d. loco p.* 464. & ejus summa hæc est, quod jurans sibi curæ velit esse, vitã, corpus, honorem, & cõmoda domini, **Getrew vnd Hold zu seyn / vnd was ein Getrew Landsasse vnd Unterthan seinẽ rechten Erbherrn vnd Landsfürsten zu thun schuldig** / *Maul. de homag. d. t. 1. Rojenth. de feud. c. 6. concl.* 85. De homagio præter institutum meum plura non addam, elegantissima enim hac de re extant scripta, *Thom Maul. de Homag. Andr. Knich. d. c. 3. num.* 238. *& multis seqq. Arnold. Engelbr. disquit. de jurisdict. Imp. disquis.* 137. *& seq Matth. Steph. tr. de iurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n.* 209. *& seq. Boer. tr. de Regal c. 4. n.* 44. *Thom Mich. de jurisd. concl.* 57. *& seq. Gœdd. d. resp. n.* 125. *& n.* 349. *& passim, Dn. D.* **Reinking** / *d. tr. lib. 1. cl. 5. c. 4 Auct. de jur princip. cons.* 73. *& seqq.*

Landsassius Landsassia tus quid?

65. Occasione hujus videamus adhuc quidnam sint **Landsasso** / & quid Landsassiatus, de quo miré variant Dd. aliis illos sic definientibus, aliis aliter; adeò, ut hanc definitionem **der Landsasserey** periculosam & multis Imperii conventibus

sollicitè & curiosè quæsitam, nondum tamen inventam scribit Waremund ab Ehrenberg *de fœderibus lib. 2. c. 1. n. 40. Et post eum Ziegl. comm. concl. d. §. Landsassy/n. 15.* Nos cum *Gylman. lib. 1. decis. camer. 46. n. 32. Rutg. Ruland. in vol 8. nu. 34 post tract. Valasc. de jur. Emphyt. Ziegl. d. §. nu. 14. Wehn. pract. obs. verb.* **Landsass** *& Dn. D. Reinkingk/ d. tr. lib. 1. cl. 5. c. 1. circa fin.* existimamus, quod Landsassius sit homo jurisdictionalis, cui in omnibus mandari & præcipi potest á Domino territorii, cui homagium præstat, ac eum pro suo agnoscit & nominat **Erb-vnnd Landsherren**: Landsassiatus autem **die Landsasserey** / sit jus domicilii in territorio subjectionē & obsequium domino territorii debitum includens: Habent enim principes & status Imperii **jhre Landsassen vnd Vnterthanen** / *Meichsn. tom. 3. dec. cam. q. 33. n. 69. Decr. dec. 227. n. 7.* quare etiam **Landsassen vnd Landsasserey** ad jus territorii **der Lands Obrigkeit** correspectivé se habent, & á **Landessitzen/daß sie im Lande oder auff dem Lande sitzen vnd wohnen** derivationem accipiunt, *Meichsn. tom. 2. p. 2. dec. 124. Knich. Encyclop c. 3.* Imó **Landsaß vnd Landes Obrigkeit** tanquam activum & passivum se mutuó respiciunt **Schwanem**/*dec. camer. nu. 6. Wehn. pract. obs. verb.* **Landsasserey**/*Gail. 1. obs. 21. n. 1. Bidemb. q. nobil. 1. n. 5. Ziegl. d §. n. 11. & seqq.* Exinde constat Landsassium esse subditū & nihil aut parum ab hoc, præsertim ratione & respectu domini territorialis, differt: *Bidemb. q. nobil. 1. num. 5.* Sic enim inquit, *Andr. Knich. d. tr. c. 3. n. 155. Mynll. de homag. tit. 1. n. 26. & ex illis, Ziegl. d. loco, n. 38.* Dominum territorialibus per Landsassios & alios subditos seu subjectos juramentum assecurationis & subjectionis esse præstandum; *& num. 44. ait*, jus superioritatis super Landsassios & alios subditos, licet alii principi vel comiti præstiterint juramentum vasallaticum ratione bonorum feudalium, habere locum *& n. 108. inquit*: Principi potestate **der Landesfürstlichen Obrigkeit** in suo territorio, & super Landsassium tantundem posse, quātum Imperator in Imperio, *n. 195. subjicit*; Principes Landsassios literis, edictis, mandatis, &c. voce prętoria, **Liebe getrewen** cōpellare; hosq; vicissim ipsis voce humiliori **vnserm gnedigen Herrn** respondere, quod ibidem in loco eleganter rationibus & auctoritatibus confirmat: Ita etiam astipulando huic sententiæ his utitur verbis, *Wehner d. pract obs. in verb.* **Landsasserey** / *statim in prin.* Non Landsaß/hoc est subditus, nihil est aliud, quám homo jurisdictionalis, &c. & ibidem quoties cum qualitate subjectionis **der Landsasserey**/*pag. 467. col. 2. ait*, ratione domicilii quis proprié dicitur subditus **ein Vnterthan** / & subjectus loci, **ein Landsaß**/**Vntersaß**/in quo habitat: & passim sub tit. **Landsfürstlicher Obrigkeit**/ *Ruland. de commiss. p. 4. l. 1. 63. n. 21. fol. 39. refert*; quod **Landsaß** sit subditus: **Beysassen** sint incolæ: **Leib eigene** / homines proprii: Idem demonstrat, *Bidemb. nobil q. 1. n. 4. 5. 6. q. 2. nu 1. 3 q. 6. n. 2.* ubi semper illos **Landsassen vnd Vnterthanen**/**Landsassen oder Vnterthanen** / **Landsassen** vel subditos conjungit & pares facit, *Knich. d. tr. c. 3. nu 342. Encyclop. c. 3. post princip.* hisce verbis in hanc vit sententiam. **Landsasserey** dicitur **von des Landes sitzen**/Dd. quare domicilii cōstitutio, etsi quis originarius non sit, subditum efficit: Audiamus etiam *Petr. Frider. Mindan. lib. 1. de process. c. 16. n. 2. differentem*; nobiles, qui sunt Landsassii, hoc est, qui principis alicujus quasi superioris jurisdictionem recognoscunt. Videamus tandem *Gail. qui non tam in tr. de arrest. Imper. per c. 6. & 7.* hominem jurisdictionalē & subditum in omnibus æquiparat, sed *in d. c. 6. nu. 10. ita scribit*: ut possessor illorum sit subditus domi territorii **ein Vnterthan vnnd Landsaß** / eiq; homagium sive juramentum subjectio-

jectionis præstare teneatur. Ut itaque res hæc dubium ampliùs habere non videatur; cum communis opinio, quatenus non est contra jus scriptum, sed per interpretationem ex ipso jure profluit, jus faciat, Magnificus hujus Acad. Rector. Dn. D. Henric. Nebelkrâ/*lib. 1. decis. & sentent. dec. 1. per tot.* Quia verò **Landsassen**/ut plurimum dicuntur nobiles mediatè Imperio subjecti **eines Fürsten Ritterschafft**/ **oder die Landschafft** / qui hodie plerumque & propter rem feudalem, & propter subjectionem, duplex domino territorii juramentum præstare coguntur, *Montan. in Vsib. feudal. lib. 3. cap. 7. §. insuper est & libr. 6. c. 1. §. quod jusjur. Bidemb. d. quæst. 1. num. 3. 4. 5. 6. quæst. 2. num. 1. & passim, Ioach. Cluten. Syllog. rer. quotid. thes. 16. lit. K.* Idcircò etiam aliquantulum eos reliquis subditis superiores & digniores esse non dubitarem. Plura de his vid. apud Dd. alleg. inprimis apud Wehner Bidemb. *dd. locis.* Atq; ita arguit homagium, & ex hoc juramentum subjectionis, quod præstant Landsassii & subditi Domino suo territoriali, subjectionem & superioritatem. *Arnold. Engelbrecht. de iurisd. Imperii, th. 137. & seq.*

Protectio. 66. Homagio præstito dominus á suis subditis est recognitus: Ergo ad officium ejus postmodum spectat, subditorum suorum bona, res & personas protegere, defendere, tueri. Est autem protectio generalis defensio ac custodia territorii, tam juris quàm facti, de potioribus juribus jurisdictionis & superioritatis, *Zas. 1. cons. 14. n. 8. & seqq.* Et soli principi, vel ei, qui jura principis obtinet, talis protectio de jure competit, *Menoch. d. arbit. q. Cas. 338. n. 3. Boër. decis. 179. Meichsner. tom. 2. lib. 2. decis. 3. nu. 5. 6.* Inde etiam á quibusdam superioritas territorialis definitur protectio defensioque ratione jurisdictionis, seu gubernationis territorii universalis competens, *Wehner. pract. obs. verb.* **Landsfürstliche Obrigkeit**/*pag. 462. Ziegl. tom. concl § Landsassii, nu. 8. & ibi alleg.* Loquimur enim hic non de pactitia protectione extraneorum seu advocatia **Schutz vnd Schirmsgerechtigkeit**/ sed dominorum territorialium, quando hoc nomine & contemplatione, quatenus scilicet sunt domini & superiores, intra proprios territorii sui fines alicui protectionem & clientelam promittunt & præstant adversus quemcunq;, quæ tunc ex usu & moribus ad jus superioritatis refertur. *Gœdd. d. Resp. n. 297.* De jure protectionis, *vid. Ioh. Georg. Bechtius, tr. d. salvo conductu & securitate per tot. & inprimis, c. 10. Ziegl. d. §. Landsassii, n. 81. & seqq. & n. 159. Dn. D.* **Reinkingk**/*d. tr. lib. 1. cl. 5. cap. 4. latè & eleganter, Thom. Maull. tr. de Homag. tit. 11. per tot.*

Regalia. 67. Quidam actus sunt regales, quos exercent, vel regulariter exercere possunt principes & domini territoriales in suis territoriis jure superioritatis. Veniunt a hoc jure regalia omnia, non solùm, ea quæ *in cap. un. quæ sunt regalia*, sunt expressa, tam majora quàm minora, reservatis exceptis, *ex Castr. Rul. á Valle Borchold. d. t. un. quæ sint regalia, n. 7. Schenck. in tit. quæ dicatur Dux Marchio. Peregrin. de iure fisc. c. 1. n. 25. & seqq.* Sed & si quæ alia sunt, quę ex usu recepto pro regalibus habentur, *Rol. á Vall. cons. 42. n. 7 vol. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 97. n. 27. Cui. d. c. un.*

Via regia. *Vult. de feud. c. 5. n. 7. vers. atque hæc sunt.* Ex quibus omnibus tantùm præcipua enumerare fas est. *Via publica vel regales* **gemeine Landstrassen Keyserliche freye Hertz strassen**/ideò regalibus accensentur, quod tutela & defensio earum ad principem pertineat, *l. 3. l. 13. ff. de off. proconsulis, l. 2. §. 4. & 9. C. de offic. præfect. prat. Afr. Mynsing. 5. obs. 20. num. 3. Gail. 2. obs. 64. nu. 2. & seq Gœdd. d. Resp. n. 321.* adeò ut dominus teneatur deprædato de bonis in via solita ablatis. *Gail. d. loco Mynsing. 5. observ. 70. N. A*

de Anno

di Anno 1555. §. nach dem aber / *de An.* 1559. §. damit dann die Obrigkeit / *Rosenth. de feud. c. 5. concl. 22. Sixt. lib. 2. c. 2. n. 55.* Et hoc etiam propter *jus conducendi* euntes & reeuntes, & sie peregrinantes per vias solitas, wegen der Gleitlichen Obrigkeit / auff irer Keyserlichen Heer- vnd Reichsstrassen / *Andr. Knichen. de Saxonic. non prorand. iuram. c. 5.* quod jus principes & status habent tanquam partem jurisdictionis territorialis *ex Struff. Wesemb. cons. 33. n. 3. & 10.* Ineſt autem huic juri non tantùm securitas & defensio, sed etiam facinorosorum punitio, sine qua illud consistere non potest, *l. congruit, ff. de offic. præs. l. 1. §. quoties, ff. de offic. præfect. Vrb. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 2. n. 39.* Quamobrem etiam in multis locis aluntur aut alendi sunt stipendarii vulgò Außreutter / Stallbrüder / Einspänniger / ad hoc deputati, ut viarum curam haberent die daß Gleit bereiten / *Matth. Wehn. pract. obs. verb.* Gleit / Gleidsliche Obrigkeit / de hoc jure conducendi, *vid. Ioh. Georg. Becht. de securit & salvo cõd. Bidemb. nobil. quæst. 11. 12. Thom. Michaël. de iurisd. concl 50. Matth. Steph. tr. de iurisd. p. 1. lib. 2. c. 7. num. 397. & seqq. Ziegl. d. §.* Landsassy / *n. 161. & seqq.* Percipiunt etiam Principes & status jure territorii *vectigalia*, quę sunt fructus, quibus sustinent Resp. Tacit. 14. *histor. & 14. Annal.* quæ si in portu solvantur, dicuntur portoriũ, si in pa, ripatica, si in terra telonia *Sixtin. de Regal. c. 6. Hyppol. Rimin. cons. 72. n. 121.* de quibus omninó vid. *Buxtorff. ad Aur. Bull. Car. IV. concl. 91. per tot. & Thomam. Mull. de Homag. tit. 10.*

Ius conducendi das Gleid.

Vectigalia.

68. Flumina publica etiam ad principem pertinent jure superioritatis *Wes. per. ff. de fluminibus, ne quid in flum. nu. 3. circa finem, Matth. Steph. de iurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. num. 416.* quod quidam ad proprietatem tantùm & jurisdictionem restringunt *Peckmens. de alluv. lib. 1. c. 15. nu. 11.* ita ut usus eorum sit publicus, *l. diligenter, Cod. de aqua ductu.* Illi tamen non solùm navigabilia, sed & quę in navigabilia influunt, & insuper augent, quæ vé per alveum publicum currunt, unà cum piscationibus *Berlich. de S. Georg. in investitura sua verb. & cum piscationibus, n. 1. & 2.* ad jus territorii superiùs pertinere, *in d. c. 1. qua sint regal.* Dd. præsertim *Ioh. Borchold. n. 30. Rol. à Valasco 97. vol. 3. Andr. Knichen. d. tr. de iur. Sax. in verb. Ducum Saxon. c. 5. fol. 135.* ubi moribus Germaniæ consentaneum esse, scribit *Henr. Rosenth. de feud. c. 5. concl. 22. 5. Guid. Pap. quæst. 577. nu. 3. Bidembach. nobil. quæst. 13. per tot.* Pertinet insuper *jus cudendæ monetæ* ad hanc superioritatem territorialẽ, de quo N. A. zu Nürnberg / *de An.* 1524. §. dergleichen hat / *& de Anno* 1570. §. als dem auch / *Choppin. de Dom. lib. 2. tit. 7. n. 15. Viv. decis. 101. nu. 2. Bud. de renum, c. 4. lib. 1. Knich. de jur. Saxon. verb. Ducum Saxo. c. 5. fol. 152. Gœdd. d. Resp. nu. 307. Cabed. vol. 2. dec. 45. Laudens. de monet. Covarr. de re num. Ant. Kauffm. resolut. de re monetar.*

Flumina publica.

Ius cudendæ moneta.

69. Quidam actus sunt in specie fiscales, quamvis simul regales, quos status & proceres Imperii exercent potestate superioritatis, quam habent *in iure fisci Bald. & Dd. in d. c. 1. qua sint regal. Peregrin.* Cui enim conceduntur regalia, concessa etiam censentur fiscalia, Crav. *cons. 128. n. 4. Petr. c. 6. n. 1008. Mynsi. cons. 67. num. 2. & 3. obs. 91.* Jus autem fisci est, ut *succedat magistratus in bonis vacantibus* in casu non existentis aut repudiantis hæredis, *c. 1. qua sint regal. ubi Dd. l. 1. C. de bon. vocant. Peregr. lib. 4. tit. 3. n. 1.* succedit autem cum onere, *l. 7. C. de distrac. pig. Gail. 2. obs. 86. n. 4. & seq.* Legitimi hęredes sunt collaterales, qui in infinitum, excluso fisco, succedũt, per ea quæ pro hac sententia profert, *Bocer. tract. de regal. c. 3. num. 30. Hœn. Instit. lib. 12. th. 13.* quãquam hoc jus olim ad solum Imperatorẽ pertinuerit, *l. 1. C. de bon. vacant.*

Ius Fisci.

Successio in bona vacãtibus.

Successio in bonis dãnatorum: In iis, quæ tanquam ab indignis auferuntur.

vacant. l. quidam, 96. §. quoties, 1 ff. de leg. 1. Deinde ut succedat *in bonis damnatorum & proscriptorum, tit. C. de bon. proscript.* juxta tamen *Aut. bona damnator, C. eod.* ut capiat insuper ea, quæ tanquam ab indignis auferuntur, Peregrin. *de jur. fisc. lib. 2. c. 2. nu. 1. argum. tot. tit. ff. & C. de his qui ab indign.* Plura de ejusmodi successione, vid. apud Gail. 2. *obs. 88. num. 1. Mynsing. 3. obs. 91. Hartm. lib. 2. tit. 43. obs. 9. & cons. 67. n. 1. Tiraq. tract. Lemort. p. 2. declar. 15. nu. 11. & seqq. Borch. d. cap. un. quæ sint regal. num. 67. Matth. Steph. tract. de jurisd. lib. 2. p. c. 7. n. 200. & nu. 446. Cabed. p. 2. dec. 51. 52. 58. 112. Bidemb. nobil. quæst. 10.* Et de juribus ac privilegiis fisci, *Matth. Steph. d. tr. l. 2. p. 1. c. 7. membr. 1.*

Actus Iurisdictionales.

70. Quidam actus sunt jurisdictionales tam meri quám mixti Imperii, de jurisdictione in genere supra quędam proposuimus, quod sc. principes & status Imperii exerceant in juribus territorialibus & regalibus annexam omnimodam jurisdictionem civilem & criminalem, **die hohe Landes Herrligkeit vnd Gerechtigkeit/ mit allen Gerichten/ Obrist/ mittelst vnd Niedrigst/ mit allen jhren Ehren/ Würden/ Freyheiten/ Nutzen/ vnd Zuhörung/** *Ernest. Cothm. Resp. Acad. 1. n. 160.* & de actibus meri & mixti Imperii itidem *in concl. de centena & voigtheia*; de quibus tamen plenissimé, *Knich. d. tr. c. 4. per tot. & Bidemb. nob. q. 7. 11. & 14.* ex quibus illi peti possunt. Huc referũtur actus justitiæ; ubi primo generalis ejus cõsideratur administratio: Unde vulgatum illud natũ, *qui te judicat, Dominus tuus est, Lud. Rom. cons. 70. col. 5. vers. quinto quia proba. Menoch. cons. 75. nu. 22. & cons. 21. Est mea quidem sententia*

Ius constituendi Magistratum Pratorem, scabinos &c. pertinet ad superioritatem territorialem.

10. Nec refert, quod per subditos jus dicentes ea expediatur; cum & *jus eligendi pretorem, scabinos, magistratus*, eosvé confirmandi, **die Gerichte zu besetzen vnd zuersetzen/** Principis sit, ejusq; superioritatem arguat, *l. 1 ff. de Amb. Nov. 15. c. 1. § 1. Bald. in fin. n. 2. C. de LL. & in l. Barbarius, nu. 13 ff. de off. prat. Menoch. cons. 270. n. 31. Henn. Gœd. cons. de iur. civit. 2. n. 2. Meichsn. tom. 2. dec. ult. lib. 2. nu. 120. & seqq. Thom. Mub. de iurisdict. concl. 52.* De scabinatibus privilegiatis, quorum mentionem facit, Carl. V. **P. H. O.** *tit. 219. art. fin. vid. Bocer. class. 6. disp. 3. th. 6. & seqq. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2 p. 2. c. 4 per tot.* Et hęc justitiæ administratio tám activé quám passivé est intelligenda, **Recht geben vnd Recht nehmen/** *Beros. cons. 22. nu. 25. vol. 3.* sive immediaté in aula; sive in curia provinciali causa ventiletur postmodum adminiculante

Dicasterii provincialis constitutio?

provocatione ad ipsum Principem ea devolvatur, ut eleganter hoc explicat, *Knich. d. tr. cap. 3 num. 271. & seqq. & in Encyclop. c. 6. Ziegl. com. concl. §. Landsass/ nn. 143. & seqq. & nu. 178. cum seq.* Ad justitiæ enim actus proprié pertinet *Dicasterii provincialis constitutio*, **Wann man ein Hoffgerichte helt vnd anricht/** quod evidenter & ad

Arces & palatia in quibus ius redditur, regalibus annumerantur.

oculum demonstrat jurisdictionis actum territorii jure radicatum, *Knich. d. c. 3. nu. 276.* Tessera enim jurisdictionis est tribunal paratum ad jus reddendum, *Rip. cap. cum Ecclesia, n. 636 de causa possess. & propriet. Petra, quæst. 12. num. 436. in princ.* Unde arces & palatia, in quibus jus redditur, inter regalia numerantur, *c. un. verb. palatia in civitate consuet. quæ sint regalia.* Peregrinus, *de iure fisci, lib. 1. in princ. nu. 26. Decian. tr. crim. lib. 8. c. 2. in fin.* Octavius Zobolus, *cons. 3. num. 20. & seqq. inter cons. Peregrini*, Plura de hac materia, *vid ap. Cabed. p. 2 decis. 85. Knich. Encyclopad. cap. 7.*

Paritio in Comitiis provincialibus.

Matth. Steph. tr. de iurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. num. 324. & seq. Consectarium est *paritio in Comitiis provincialibus*, **auff Landtägen erscheinen/** quicunq; enim hæc instituit, eum superioritatem habere necesse est; & quicunque sæpius ad Comitia provincialia vocatus comparuerit, eaq; præstiterit, quæ reliqui subditi, in album subditorum & provin-

vinciarium relatus dicitur, *Gail.tr.de Arrest.c.7.nu.14.* Generaliter enim obedientia præstiti inducia possessionem subjectionis & jurisdictionis, *Afflict.dec.265.n.11.Colleg Ticinens.cons.97.n.54.Knich.Encyclopad.c.14.& d.c.3.n.269.Meichsn.tom.2.dec.6.n.52.Gœdd.d.Resp.n.129.Ziegl.d.§.n.139.& seqq.Dn.D.Reinkingk/d.cl.14.num.70.*

71. Proficiunt porrò in hoc justitiæ negotio ad Principis & statuum superioritatem tuendam *constitutiones provinciales* **Landes Ordnung / Landes recht** / *arg.l.ut ubi gl.& Dd.ff.si certum Pet.Ioh.de Amic.cons.2.nu.26.Knich.Encyclop.c.5.& d.tr.3.n.276.* & sunt veluti peculiaria jura, quæ principes & Domini territoriales in subditos exercent, *Meichsn.tom.2.lib.1.dec.8.n.47.fol.808.* Moribus autem obtinuit in conventibus provincialibus consilio & adsensu subditorum sanctiones promulgarentur, proindeque mererentur contractus pactionisque indolem, & irrevocabiles redderentur, quamvis alioquin princeps per se solus leges provinciales condere possit, *l fin.C.de LL.Bald ibid.l.humanum,n.2.* proceres tamen adhibere soleat, *Knich.verb.Electorum,c.5.n.83.de iur.non provoc.& d.c.5.* Et secundum has constitutiones & leges provinciales Camera pronunciare tenetur, *ord.cam.p.1.tit.56.* quod olim secus fuit, *argum.l.formam,C.de offic.præfect.prætor.* De his pluribus agunt *Pruckm.cons.13.n.82.Andr.Gail.de Arrest.Imp.c.9.n.1.Paurm.lib.1.iurisd.c.6.nu.12.Knich.d.c.5.& d.tr.c.1.n.366.& seqq.Matth.Steph.d.tr.l.2.p.1.c.7.n.324.& seqq.Birnb.nobil.quæst.7.§.* **Gebott vnd Verbot** / *Ziegl.comm.concl.d.§.n.122.125 & 135.* *Constitutiones provinciales.*

Edicta & proclamationes **offentliche Mandat / vnd Edict.** emanatæ quoque probant naturalem & actualem quasi possessionem jurisdictionis & superioritatis, *Ceph.cons.458.num.48.* & ex harum exercitio, quatenus nimirum in transgressores pœnæ sunt subjecta, & in effectum deducta, atque exacta fructus jurisdictionis adparent, *Iohan.de Amic.cons.149.num.10.* modò non fuerit contractum, sed obedientia subsecuta à subditis *Petra quæst.12.nu.458.vers.& oportet.Menoch.cons.1000.n.9.& seqq.libr.10.* alio in possessione vel quasi subditorum non existente, *Bald.proœm.feud.30.* nec impedit hoc, si aliqua intercapedine non fuerit edictum; quia facultas edendi non tollitur, nisi oblata occasione contradictio intercesserit, cui fuit parendum, *Menoch.d.cons.1000.n.69.cum seq.Knich.Encyclopad.c.8.& d.c.3.n.285.& seq.Mascard.lib.3.concl.1397.n.8.9.& concl.1117.n.13.* Quod etiam per solam edictorum affixionem superioritas inducatur, etsi nemo in pœnam incurrat, tradit, *Nattæ cons.636.n.77.uti & Bart.in l.hostes,ff de captivis & postl.nu.3.& seqq.Thom.Mich.d.v.concl.52.in fin.Matth.Steph.d.lib.2.p.1.c.7.n.350.& seqq.* Huc referendæ sunt *inhibitiones* autocraticæ, quæ certè superioritatis symbolum esse dicuntur: Et exinde judex inferior debet parere superioris inhibitioni, *l iudicium solvitur ff.de iudic.* *Proclamationes & Edicta.*

Matth.Steph.d.lib.7.n.370.& seqq. *Sic & pulsus campanæ* pertinet ad jus quod vocant **Gebott vnd Folge** / *Gœdd.d.Resp.n.56.* & sic ad jus superioritatis territorialis, quatenus nimirum illa convocatio per sonum campanæ vel tubæ fit à superiore, irrequisito magistratus inferioris vel universitatis consensu, & quatenus non expetatur præsentiam & scientiam, quæ nihil operatur, *Decius in l.qui invitis, n.3.ff.de R.I.Oldradus cons.95.in fin.vid.Thom.Maull.tr.de homag.t.14.* *Inhibitiones.* *Pulsus campanæ.*

72. *Provocatio* insuper ad principem indubiè subjectionem & exinde superioritatem territorialem importat, *Alban.cons.62 nu.8.& 64.& cons.111 num.29.* alioquia quando à sententiis inferioris judicis provocatur ad principem, subjectionem *Provocatio.*

nem provocans fatetur, idq; declarat *Ant. Quetta. conſ. 71. nu. 2. Knich. d. c. 3. n. 179. & ſeqq. Et in Encyclopæd. c. 6. Meichſ. tom. 2. dec. 4. lib. 2. n. 127 fol. 252. Gail. tr. de arreſt. c. 7. n. 14. Rol. á Valle. conſ. 75. nu. 19. vol. 3. Covarr. pract. obſ. c. 14. num. 6.* Niſi tamen princeps aliquis per contractum eam juriſdictionem á ſe abdicaverit, aliique conceſſerit, ut eo, ejusq; cuſtia omiſſa & prætermiſſa directó ad cameram adpellaretur; quo in caſu ſuperioritas territorialis neq; huic acquiritur, neq; illi adimitur; quod Exemplis declarat, *Matth. Steph. d. tr. l. 2. p. 1. c. 7. num. 356. & ſeqq. vid. Gœdd. d. Reſp. n. 125. nu. 510. 549. & ſeqq. Ziegl. §. Landſaſſy/ n. 173. & ſeq. Bidemb. nobil. quæſt. 7. §. appellation/ Dn. D. Reinkingk / d. tr. lib. 1. cl. 5. c. 4. num. 87. & ſeqq.* Ejuſdem farinæ

Iura banniendi.

ſunt *bannimenta vel jura banniendi* & eorundem pignorationes, **Pfändungen**/ juriſdictionem enim & territorium iis probari ſignificatio ipſa demonſtrat, *Craver. conſ. 673. n. 12. lib. 4.* utpote, ſi bannita ſit ſylva, quoad paſcendi, lignandi, &c. uſum; tranſgreſſores verò mulctati ſunt vel pignorati ſind **Gepfändet** / vel pignora luitione recuperant, pecuniâ datâ, juriſdictionem & ſuperioritatem loci evincunt, *l. 1. pr. ubi Bart. n. 10. ff. ſi quis ius dicent non obtemp.* Et hoc deſcendit ex *iuriſdictione foreſtali* potiſſimum **auß der Fürſtlichen Obrigkeit**/ quæ in banno ferino, & jure foreſti conſiſtit, beſtehet in **Wildbahn/ vnd Forſtrecht** ſimul: Unde paſſim diſtincta ſunt officia

Iuriſdictio Foreſtalis.

des Förſters/ vnd Jägermeiſters; Illa ſylvis memoribusq; præficitur, ne per exciſionem arborũ ſylvæ devaſtentur; **Jägermeiſter**/ venationi præeſt. Vox **Wildbahn**/ nobis dicitur á fera **Wild**/ non á ſylva **Wald**/ unde etiã latior eſt adpellatio **Wildbahn**/ quám ut ad ſylvas reſtringatur, ut ſive in ſylva, ſive in agris ſeparatis jus venandi quis habeat, utique **Wildbahn**/ habere dicatur, *Gœdd. d. Reſp. nu. 317. Thom. Mich. d. tr. concl. 51. Bidemb. nob. quæſt. 15. 16. 17. Matth. Steph. d. l. 2. p. 1. c. 7. n. 431. plura de hoc jure vid. infra, c. ſequent. concl. 78.* Hinc damnorum campeſtrium punitione & exactione ex parte exigentis & imponentis quoq; docetur juriſdictio, *Bald. conſil. 445. n. 8. lib. 5. Cacheran. conſ. 34. num. 15. 17. 18.* quæ per adpoſitionem cuſtodum, quos ſaltuarios, camparios vel campeſtres, feracerios & banderios vocant **Forſt/ oder Holtz-Knecht/ Flur- oder Feldſchützen**/ *Natta conſ. 311. n. 1. 2. Joh. Philip Monſtel. conſ. 40 n. 7 & n. 37. & ſeqq. Gœdd. d. reſp. nu. 320. Bidemb. nobil. q. 7. §.* Straffen **Freveln vnd Büſſen** / effectui demandari ſolet, denotatque pariter juriſdictionem & ſuperioritatem, *l. quarundam, 51. ff. de acquir poſſ. Bald. conſ. 445. num. 8. Natta conſ. 204. n. 3. & 2.* Si ſcil. fiat á principe, domino territoriali vel ejus officiali, non verò ab

Ius ponderũ & menſurarum.

Inferioribus, quibus ſuperioritatis jura negantur, *Knich. d. c. 3. nu. 300. & ſeqq.* Non incommodé quoque huc referri poteſt. *ius ponderum & menſurarum*; de cujus juris autore miré variant Dd. quos allegat, *Knich. d. tract. c. 4. n. 230.* Quicquid ſit, conſtat nihilominus jus menſurę, ponderum & ulnarum eſſe publicum, & ob id Carol. Magnum conſtituiſſe parilitatem ſeu æquitatem in toto imperio, teſtis eſt Aventin. *lib. 4 fol. 287. referente Knich. d. loco* ubi ad hoc plura addit exempla. Neminem inſuper conſtituere poſſe normam & gnomonem niſi juriſdictione munitum liquet: quod ſi eſt inferior, formam & pondus ex archetypo Principis obſtringitur deſumere, *argum. l. modios, 9. C. de ſuſceptoribus præpoſ. & artar. Lopetz par. 7. tit. 7. l. 7. verb. meditat.* quomodo falſificí ob ſtateram adulterinam coërceantur, ibid. tract. Knich. & Weſ. *par. ff. de extraord. crim. vid. etiam Bidemb. nobil. q. 7. §.* Gewicht/ Maß/ quomodo etiam terminorum ſeu limitum motores & corruptores puniantur idem monſtrat, *Knich d. c. 4. n. 214. & ſeq. & c. 3. num. 3. & ſeqq.*

7. Se-

73. Sequuntur actus indulgentiarum & privilegiorum, quorum quidam respiciunt universitatem, quidam verò personas singulas; ad illos pertinet jus permittendi ac instituendi *collegia* adprobatorum artificum sive opificum Zünfften vnd Zechen zuvergönnen vnd zuzulassen/illis privilegia conferendi, & statuta ipsorum confirmandi: quæ collegia, ut & alia, cum pro cujusque placito habere non licuerint, sed & olim legibus publicis, aut constitutionibus, vel SCtis suam habuerint authoritatem. Mindan. *de process. lib. 1. c. 30 in fin.* Matth Stephan. *tr. de iurisd. lib. 2 p. 216. num. 58.* ne sub prætextu collegiorum Respubl. pernicioſæ tractentur, & conjurationes exercitentur aut etiam seditiones excitentur, *l. 1. ff. quod cuiusq; universitat. nomin. l. 1. l. 3. l. 4 ff. de colleg. Illicit.* & sic inde Resp. detrimentum capiat, *l. un. C. de privileg. corp.* Idcirco ea & hodie jura superioritatis territorialis permittuntur ac confirmantur R. A. zu Augspurg. *de Anno 1548 tit.* von den Handwercken in gemein/*in verb.* das solches von der Obrigkeit hinfüro/ꝛc. *& tit. sequent. § antep. & penultimo*, In quo tit. similiter tolluntur & abrogantur multa collegiorum statuta tanquam iniqua; de quibus, ut & de tota hac materia & Collegiorum natura & jurisdictione, *vid* Matth. Steph *d. tr. de iurisdict. lib. 2. p. 2. c. 6 7. & 8. & l. 1. c. 38. n. 27. & seqq. & in recon. pract. lib. 5. c. 10.* Wes. *parat. ff. de colleg. & corpor.* Henric. Bruning. *de variis universitat. speciebus, earumq; iuribus passim.* Schonborn. *l. 1. polit. c. 11.* Kubach. *Illust. quæst. cent. 1. dec. 7. quæst. 3.* Dn. D. Reinkingk/*lib. 2. cl. 2. c. 10.* Potestas recipiendi & tolerandi iudæos dependet etiam á superioritate territorial. in principatibus & statuũ territoriis Aur. Bull. Carl. IV. *tit. 9* Policey Ordnung *de A. 1548. tit.* von den Juden. & P. O. *de An. 1577. tit. 20.* Thesaur. *decis. 57.* Petr. Denais. *in Ord. cam. tit. 150 § 7.* Saxia *de regal. l. 1. c. 5. n. 9.* Heig *p. 1. quæst. 4. n. 30.* Schönborn/*l. 1. polit. c. 26.* Thom. Michael. *de iurisd. concl. 48. lit. b.* Buxtorff. *ad Aur. Bull. Car. IV. concl. 90.* Gœdd. *de regim. n. 199.* An autem & quatenus in Imperio Romano inter Christianos tolerari possint judæi? Sufficienter & erudité satis expl cat Amplissimus hujus Academiæ Procancellarius, & facultat. jurid. pro tempore Decanus spectabilis Dn. D. Joh. Kittelmus *in discurs. Academ. de regali. habendorum iudæorum.* Dn. D. Reinkingk/*d. tr. l. 2. c. 2.* Et ejusmodi confirmationem, & privilegiorum concessionem superioritatis & territorii symbolum evidentissimum esse monstrat *tr. Nov. 15. c. 1.* Baldus quoque statuit, *in l. fin. n. 2, de legibus* Decian. *Resp. 8. n. 225. vol. 1.* Cravett. *cons. 949. nu. 35. vers. superioritatis pag. 5.* Wes. *cons. 21. n. 68. vers. Item ex privilegio*: Nam in principis potestate residet privilegii concessio tanquam ipsius donum; quod pluribus & elegater declarat Andr. Knich. *encyclop. c. 9.*

Ius permittendi ac instituendi collegia Zünfften vnd Zechē.

Potestas recipiendi ac tolerandi iudæos.

74. Actibus personas singulas concernentibus annumeratur *ius famæ restituendi* R. A *de An. 1526.* Speyer § vnd wiewol der gemeine Mann / *argum. l. 1. § fin. ff. de quæst. l. divi fratres 27. pr. ibi vel in integrum, ff. de pœnis l. pœna. ibi honoribus. l. generali, ibi neq; integram. C. de sentent. pass. & restit. l. 1. § de qua. 10 ff. de postul.* Menoch. *de arbitr. iud. quæst. lib. 1. quæst. 93. nu. 5.* Farinac. *in pract. crim. lib. 1. tit. 3. quæst. 17. nu. 1.* Thom. Mich *de iurisd. concl. 76. lit. a.* Roland. á Vall. *cons. 4. n. 4. lib. 3.* Heig *2. quæst. 22.* Ejus *indulgendi delicta, pœnasq; capitales remittendi 1. Reg. 2. vers. 26. d.* R. A. *de Anno 1526 §* vnd wiewol/*& §* es soll sich auch/*l. ad bestias ff. de pœnis.* Roland. á Vall. *cons. 4. num. 4. lib. 3.* Menoch. *de arbitr. iud. quæst. lib. 2. cas. 4. cons. 336. n. 27* Moller. *2 semestr. num. 1. & 2.* Cephal. *cons. 95 n. 37. lib. 4* Farinac. *d. l. 1. tit. 1. quæst. 6.* In qua quæstion. tractè hanc gratiandi materiam, ut vocant, examinavit; Thom. Michael. *d. concl. 77.*

Ius famæ restituendi.

Ius pœnas capitales remittendi.

lit. b. ubi plurimos ad hoc juris civilis collegit textus, qui licet in ſupremo principe loquantur, hodie tamen idem eſt in Duce, Marchione, comite, &c. Rol. á Valle *d. loco*, Farinac *d. loco n.* 7. qui omnes præſertim in Germania, vigore ſuperioritatis territorialis hanc poteſtatem habent indulgendi & remittendi delicta capitalia, quatenus tamen divini juris auctoritas non refragatur, ut hoc eleganter reſtringit ac diſputat Cl. Dn. D. Hunnius *in tr. de iuriſd. polit. par. 1. c. 3. quæſt.* 5. Schonborn. *lib.* 5 *polit. c.* 24. Ziegl. *comm. concl.* § Landſaſſy/ *num.* 127. *conceſſio ſalvi conductus*, ſeu ſecuritatem delinquentibus permittere die Gleitliche Gerechtigkeit / jus ſuperioritatis etiam evincit, & quaſi poſſeſſionem der hohen vnd Fraißlichen Obrigkeit / conſervat & tuetur, *l. relegati ff. de pœnis l.* 1. § 1 *ff. de quæſtion.* Cephal. *conſ.* 458. *nu.* 37. *lib.* 4. Menoch. *de arbitrar. iud. quæſt. lib.* 2. *cent.* 4. *caſ.* 336. *num.* 17. Mynſ. 5 *obſ.* 20. *num.* 3. Gail. 2. *obſ.* 64. *num.* 2. Schurff. *conſ.* 2. *num.* 4. *cent.* 2. Sixtin. *de regal. c.* 2. *num.* 35. *lib.* 2. Knich. *d. tr. c.* 3. *num* 433 Weſemb *conſ.* 33. *n.* 3. & 11. Boër. deciſ. 197. *nu.* 1. Thom. Michael. *d. concl.* 77 *lit. c* Matth Steph. *tr. de iuriſd. l.* 2 *p.* 1. *c.* 7 *n.* 418. Gœdd. *d. Reſp. nu.* 298. & *ſeq.* Ziegl. *d.* § Landſaſſy/ *n.* 128. Securitas autem dicitur, quæ radicatur in territorio concedentis, & juſtificatur ex ordinariis ſuperioritatis juribus, ſi quidem in alieno territorio delinquentib. eam concedere non videtur ſatis tutum, Knich *d. n.* 434. Quid autem & quotuplex ſit ſalvus conductus, quomodo & quando concedatur, & totam hanc materiam explicatam vide ap. Joh Georg Bechtium, *diſſ. de ſecuritate & ſalvo conductu*, Knich. *d. loco & Encyclop c.* 12. Bidemb *quæſt. Nobil.* 7. § Gleidbrew vnd zum Rechten. Arum. *ad Aur. Bull. Car. IV. diſcurſ. quæſt.* 11. & 20. Schonborn. *lib.* 5 *polit. c.* 25. Kubach. *Illuſtr. quæſt. cent.* 3. *deciſ.* 5. *quæſt.* 4. 5. & *aliquot ſeqq ſeqq.* Porrò *inducias moratorias vulgò Quinquennell* oder Auſtantsbrieff / debitoribus, qui ex caſibus fortuitis, facultatibus ſuis lapſi ſunt, & ſic, ex cauſâ legitima & urgentiſſima, concedere huic univerſali territorii juri putatur annexum Reformation guter Policey Ordnung / zu Augſpurg *Anno* 1548. *ſub tit.* von verdorbenen Kauffleuten / *vers.* vnd nach dem ſie zu Zeiten: vnd zu Franckfurt / *de Anno* 1577. *ſub tit.* 23. / wann auch ſolche: Andr. Gail. 2. *obſ.* 26. *n.* 14. Theſſaur. *deciſ.* 186. *n.* 1. & *ſeq.* Benevent. Stracha *de decoctoribus p.* 6. *n.* 2. Dan. Moller. 2. *ſemeſtr.* 6 *n.* 5. & 6. Harũ inducíarum mentio fit *in l. quoties* 2. & *l. univerſa* 4. *C. de precibus Imp. offerend.* & *in l. fin. qui bonis ceed. poſſ.* Et eſt privilegii tenor & effectus ille, quod ſcil in iſto quinquennii ſpatio creditores debitorum ſuorum nihil planè de credita ſumma poſſint poſtulare & exigere; quatenus ſub induciis illis & datam poſſint reparare pecuniam, & aliquatenus debitorum valeat reſpirare ſubſtantia; Caſſiod. *l.* 2. *var.* Cujac. 2. *obſ.* 10. ſi modò idonea fidejuſſio ſuper debiti ſolutione præbeatur, *d. lib.* 4. *Cod. de precib. Imp. offer.* Wurmſer. *in prax. obſ. tit.* 28. *obſ.* 28. *n.* 9. König / *in proceſſ. cap.* 2. *in addit. nu.* 33. Gail. *d. loco*; aut juramentum præſtetur, Teſſaur. *d. loco. num.* 7. contra fiſcum autem Chaſſan. *tract. de gler. mund. p.* 5. *conſ.* 24. *n.* 199. contra opifices, & alios quibus ad laborem perſonæ debitor eſt obligatus. Moller. *d. loco. n.* 2. & in cauſa dotis, alimentorum & ſimili, quæ dilationem non admittunt, inducias iſtas obtentas nihil operari, Peckius, *de iur. ſiſtend. cap.* 45. *num.* 20. ſtatuit. *vid.* Matth. Steph. *d. loco.* 2 *p.* 1. *cap.* 7. *nu.* 388. & *ſeq.* Schonborn. *d. l.* 5. *cap* 16.

Salvi conductus conceſſio.

Indutiæ moratoriæ vulgò Quinquennell.

Collectæ & cenſus provinciales.

75. Quidam actus ſunt exactionis & onerum, quæ ſubire & ferre ſuperioritatem importat territorio radicatam, Gail *d. Arreſt. cap.* 6. *n.* 26. unde *collectæ, ſeu cenſus provinciales* ad ordinariam ſuperioritatis juriſdictionem referuntur. Surd. *conſ.* 275. *n.*

175 *num.* 11. *vers. & talem. libr.* 2. Et sunt superioris, seu sublimioris dominii & eminentiæ τεκμήρια & symbola *cap.* 2. *Extr. de censib. exact.* ideó enim tributa præstatis, dicit ibi pontifex ex Augustino, quia hæc est probatio subjectionis: Petr. Gregor. Tholos. *de Republ. libr.* 9. *c.* 1. *num.* 11. *vers. non negatur.* Gail. *libr.* 1. *observ.* 21. *num.* 9. & *tract. de Arrest. cap.* 1. Gœdd. *d. Resp. num.* 125. 130. 196. & *seq.* 497. 575. & *seqq.* Matth. Stephan. *d. tract. l.* 2. *p.* 1. *cap* 7. *n.* 453. & *seqq* Ziegl. *d.* § Landsassy/ *num.* 150. & *seqq.* Et præstantur in signum & recognitionem divinæ & humanæ subjectionis. *c. magnum* 11. *q.* Johan. de Amic *cons.* 8. *num.* 53. Knich. *d. cap.* 3. *num.* 314. Quia veró de collectarum materia & iure pauló ante ex hac ipsa cathedra ad eundem finem disputavit Dn. Joh. Herll/ Colon. J. U. L. amicus meus honorandus, idcircó, qui vult, ejus disputationem videat, ut & Knich. *d. tract. cap* 3. *n.* 316. & *seqq.* Casp. Glocken. *de contributionibus.* Bocer. *de collectis.* Thom. Maull. *de Homagio tit.* 9. Bidemb. *d. quæst.* 7. § Stewer vnd Schatzung/ & *quæst.* 19. Hœnon. *disputat. polit.* 5. *Th* 90. & *seqq* Dn. D. Reinkingk/ *l.* 1 *cl.* 5. *c.* 4. *n.* 95. & *seqq.* Vasq *l.* 1 *Illustr. quæst. c.* 8. Cabed. *p.* 2. *decis.* 113. De censibus provincialibus vid. Thom. Michael. *de iurisd. concl* 53. *lit. a.* Maul. *de Homag. tit.* 10. & 15. Ziegl. *d* § Landsassy/ *n.* 159. censibus vulgaribus seu reditibus privatorum Henning. Gœdden. *cons* 77. de Decimis Novalium *vid.* Thom. Michael. *d. tract. de iurisd. conclus* 48. *lit. au.* & *b.* Cabed. *p.* 2. *decis* 63. de Decimis in genere Vasq. *Illustr. quæst. p.* 1. *libro secundo cap.* 89.

Census vulgares. Decimæ Novalium & generales.

76 Sunt etiam actus quidam superioritatis territorialis militares, qualis est *Lustratio & sequela* Musterung/ Reichs Auffforderung vnd Folge. Impositio armorum & delectus jure territorii concernit superioritatem. Knichen. *comment. verb. Ducum Saxon c.* 5. *fol.* 169. Ut enim armamentum Zeughauß/ pertinet ad regalia Petr. Gregor. Tholos. *de Rep. Rom. l.* 9. *cap.* 1. *num.* 13. *vers.* & *ea dicuntur verb. armandia*, ita etiam armorum delatio & prohibitio ad principem pertinet: arma siquidem conceduntur subditis autoritate principis, rebellibus demuntur, Beccius. *cõsil.* 4. *num.* 3. Knich. *Encyclopæd. c.* 11. & *d. cap.* 3. *n.* 351. & *seqq.* Ut ut autem jus belli & armorum olim fuerit summi principis, *l.* 3 *ff. ad. l. iul. Maiest. l. un. C. ut amor. usus*: Principibus tamen Germaniæ ex antiquissimo libertatis prætenso, & novissimo Imperii jure concessum est, ut possent cogere militem in propriam & aliorum salutem, secundum constitutionum Imperii præscriptum R. A. zu Speyer. *de A.* 1526. § Darauff/ & *passim in Recessib. de Anno* 1548. *de Anno* 1555. *de Anno* 1564. *Anno* 66. *Anno* 70. Delectum etiam agere Außmustern/ jure territorii possunt R. A. *de An.* 1564. § Ferner dieweil/ Knichen. *d. loco.* aliisque annexis & jura belli concomitantibus uti, qualia sunt jus muniendi arces & extruendi fortalitia, Festungen vnd Pasteyen zu bauen/ Knich. *d. iur. territor. d. cap.* 3. *num* 238. Sixtin. *de regal. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 15 jus aperturæ tempore belli, die Offung/ Gœdd. *d. Resp. num.* 399. quia subditi tenentur tempore belli Domino territoriali aperire castra & arces, si quas possident, Wesemb. *cons.* 2. *num.* 78. Knich. *d. tract. c.* 4. *num* 354. Bidemb *quæst. nobil.* 12. & id genus alia, de quibus agunt Cabed. *p.* 2. *decis.* 44. Knich. *dd. locis* Gœdd. *d. num.* 397. Elias. Schrad. *in delineat. iuris bellici* Bocer. *de iure belli.* Matth. Stephan. *d. cap.* 7. *num* 469. Wehner. *practic. obser. verb.* Folge/ Sixtin *de Regal.* Hœnon *disp. polit.* 6. *thes.* 44. Bidemb. *quæst. nobil.* 7. § Musterung/ Ziegl. *d.* § Landsassy/ *numer.* 164. & alii. Ad actus superioritatis territorialis refertur *ius mittendorum legatorum seu ambassiatorum*, qui etiam in comitiis dicuntur, der Stände Gesandten R. A. zu Augspurg/ *de Anno* 1500.

Lustratio & sequela.

Ius belli & armorum.

Ius muniẽdi arces & fortalitia extruendi.

Ius Apertura.

Ius mittendorum legatorum. seu Ambassiatorum.

Armorum & Insigniũ pictura.

Solennis adventus principis der Einrit.

sub. tit. Wieman mit etlichen Ständen deß Reichs/ Wehner. *observ practic. verb.* Gesandten. Cabed *p. 2. decis. 116.* Ziegl. *comm. concl. d.* § Lansassy/ *num. 191. & seq.* Armorum & *Insignium pictura* Wapen vnd Fahnen darauff das Wapen gemacht/ *l. qui liberalitate. l. fin.* § 1 *ff. de operib. publ.* Decian. *tr. crim. libr. 7. cap. 51. nu. 11.* Wesemb. *cons. 21. num. 68. vid.* Knicheb. *Encyclopad. cap. 14.* Thom. Michael. *de tract. concl. 53. ibi allegat. Dd.* solemnis *adventus principis* der Einrit/ ubi subditi armati Dominum hæreditarium devotè excipiunt Gylman. *Symph. tit. 2. num. 59. & 23. & 110. vers. huc etiam.* de quo jure, vid. Knich. *Encyclopad. cap. 15. per tot.* Thom. Michael. *d. concl. 53.* Et alii actus plurimi, quos hinc inde recenset Knich. *d. tract.* Gœdd. *d. Kess. n. 285. & 315. & seq q.* Volcm. *tract. de iure princip cap. 8.* quorum unus quisque peculiarem meretur disputationem; nos relictis illis actibus, quia in concinnum opinatur Valascus *quæstion. 8. n. 34.* conglomerate omnia, quæ princeps potest, ad affinia jura, & ea, quæ adhuc restant, contraria nimirum & judicia transeamus.

CAPUT VI.

De affinibus, contrariis & actionibus superioritatis territorialis.

Iura Nobilibus vasallis ac mediatis in rusticos ac subditos suos competentia.

77. Ex juribus affinibus primum est, quod vasallis & nobilibus mediatis in castris feudalibus & pagis competit in subditos, & rusticos; qui primó similiter homagium domino suo feudatario, jhrem Lehns Junckern/ per jurámentum subjectionis præstare coguntur; de quo videri potest Thom. Maul. *tract. de homag.* & huc quædam etiam accommodentur ex capitis præcedentis concl 64 Cujus virtute nobiles postmodum in illos suos subditos exercent jurisdictionem, talem nimirum, qualem in investitura simul cum castro dominus ipsis concessit, aut aliunde legitimé tenent acquisitam. Ut plurimum autem nobiles illi varia ac multa habent compendia jurisdictionis occasione obvenientia: qualia plerumque sunt, quæ supra quoq; de domino voigtheico recensuimus, Rauch vnd Rothünner/ Voigthaber/ Rod vnd Trieffgeld/ Walburzintz/ gemeſſene vnd vngemeſſe Hand/ pferdefrohn/ Einung/ Bässen/ Wehrgelt/ verschlagene Wehr/ Blutrunst/ Frevel/ Kirchmeß/ item: Zehend vom Korn/ Wein/ Erbsen/ Flachs/ Kraut/ Weinkauff/ Weidemal/ oder das beste Haupt auß dem Vihe/ Todfäll/ quod jus luctuosum adpellatur, & in Germania, præsertim veró Saxonia, á Dominis nobilibus jurisdictionem habentibus exerceri testis est Garzias *de expensis. cap. 9. num. 1. & seqq.* Cothm. *cons. 42. nn. 54.* Hasin. *tr. de Hominibus propriis cap 6. n. 11. & 62.* Quas species omnes recenset & explicat Knich. 2. *de vest. pact. cap 3. numer. 23. & seqq. & in tract. de subl. & reg. territ. tit. c. 4.* quó pertinet insuper subditos pignorare Pfänden/ mulctare, item capere & incarcerare rusticos, si modó de levi fiat causa, secus si captura ob grave aliquod fiat delictum, tunc enim capturam seu carcerem, die Beyführung vnd Einlegung der malefic anten/ ad merum Imperium pertinere docent eleganter Meichsn. *decis cam. tom. 2. lib. 2 decis. 4 num. 164 fol. 245.* Gylman. *in Syphor. supplic. p. 1. tit. 2. & in causa E. D. M. contra* die Stadt E. *num. 56. & seq. & tom. 2. p. 1. vol. 1. in causa M. contr. N. num. 80. & seqq.* Et in summa, possunt omnes alios actus exercere, qui ad jurisdictionem inferiorem seu civilem pertinent, zu dem Erb oder Niedergericht/ de quibus *vid.* Wehner. *in verb.* Gerichte/ *& aliis titulis, seu rubric. Concordantibus.* Berlich. *concl.*

Captura & incarceratio rusticorum nobilibus quando & quomodo competat?

concl.1 par.1. Quando veró quis expressé, vel modo æquivalenti cum mero Imperio jurisdictioneque criminali est investitutus, mit Halß oder Hohem Obergerichte/ tunc non solúm habet capturam seu carcerationem, sed etiam torquendi potestatem, die Peinliche scharffe Frage/ quæ meri est Imperii, Gail. *libr.2. de pac. publ. cap.2. num.26.* Gylman. *d. loco* Bocer. *in tract. de quæst. & tortur. cap.1. num.13.* hujusmodi enim quæstio est causæ criminalis accessio, *l. edictum.8 princ. ff. de quæst. & tortur.* Ut ergo causa criminalis est meri Imperii, *l.3. ff. de iurisd.* Ita quoque quæstio, tanquam accessorium, *l.138. ff. de R. I.* cui ergo nobili merum compe it Imperium, hoc est, potestas animadvertendi in facinorosos, die Hohe obergerichte/ oder das Peinliche Halßgericht/ idem quoque reos torquere potest, Meichsn. *tom.3. decis.23. in caussa G. A. contr. t. G.* zu O. *num.43. fol.903.* Bocer, *d. l.* item delinquentes ad postellam condemnare, einen an den Pranger oder Halßeisen stellen/ Gylman. *tom.2. part.3. titul.10. vol.2. nu.25.* mit Ruten außhawen/ deß Gebiets verweisen/ Güter confisciren/ Vrpheden/ Straffelligen abfodern oder nachlassen/ Hochgerichte/ Rath oder Schwerd/ grosse Frevell vnd Buß ankündigen/ novas furcas erigere & collapsas reficere, de quibus omnib. *vid.* Gylm. *in symphor. suplic. tom.2. p.3. tit.10. vol.2. fol.235.* Gail. *1. obser.22. n.1.* Meischner. *decis.* Cameral. *tom.2. lib.2 decis.4. fol.258. & decis.23. fol.903.* Wesemb. *consil.1. num.25. & cons.45. num.2. multis seqq. laté & eleganter.* Bidemb. *nobil quæst.7. per tot.* Cæterúm in actibus hisce diligenter ponderandum, an aliquid sit reservatum in investiturarum literis in den Lehnbrieffen. Deinde generaliter tenendum, in actibus jurisdictionalibus servandum esse usum & consuetudinem, das herkommen/ was nemlich jeder/ vor actus exerciret, illamq; juri scripto omninó præferendam esse monente Bidembach *d. quæst. n.5.*

Torquendi potestas.

Cōdemnatio ad postellam. Alia criminalis iurisd. exercitia. Furca carum novarum erectio.

78. Ad nobile venandi exercitium pervenio, quod an justé vel injusté á Magistratu in locis non tantúm publicis, sed etiam in fundis privatorum, subditis sit interdictum, jam non disputo; videri possunt tradita á Knich. *d. priv. Saxon non prov. verb. Ducum. cap.5. nu.271. & seq.* Gail. *2 observ.68.* Prückm *in § venatio, cap.4. n.7. & seqq.* Speckhan. *cent.1. quæst.97.* Illud de notoria Germaniæ consuetudine inter regalia referri testantur, Meurer von Jagt vnd Forstrecht/ *p.5. fol.118.* Gylman *lib.2. decad.20. num.3.* Mynsing. *Resp.1. num.36. dec.11.* Prückm *§ venatio, cap.1. numer.5.* Ruland. *de commiss. p.4. lib.2. cap.8. num.1.* Sixt *n.1. de Regal. cap.4.* De jure foresti præterea, *quæ supra conclus.72. diximus,* videatur Wehner. *pract. observ. verb.* Forstrecht/ Autor. *consil. de iurisdict. & regal.* Giessæ *impress. cap. fin. tit.4. num.5.* Zasius *lib.2. consil.7. num.11.* Gail. *d. obs.68. num.7.* Georg. Mohr. *par.2. de iur. ven. cap.3. num.11. & seqq.* Frideric. Mindan. *lib.2. d. mand. cap.39. num.5. & seqq.* Ad hoc jus pertinent plerumque die Frohndienste/ ohne welche die Jagten nicht können verrichtet werden/ als Pferd vnnd Hauptfrohn/ auch Dienst zu Fortführung der Jagthunde/ Zeugs vnnd Netzgarn/ Forsts vnnd Hunds haben/ Atzung auff den Gütern/ Jägerzehrung/ die Bawren vnnd Schäferhund mit Ketten vnnd Brüglen zubelegen/ vnnd daß die in dem Zirck der Forstlichen Gerechtigkeit/ gesessenen Vnterthanen zum jagen zu helffen vnnd zu dienen schuldig seyn/ quod tamen hactenus mitigatur, daß ausserhalb Erndt/ Herbst vnd Seezeiten/ da nöhtige obliegende schäffte vorhanden/ solches den Vnterthanen nur gebühre/ Gyland. *libr.1. decis.12. numer.24.* Sichardus *cons. Feud.5. fol.204* Modest. Pistor. *lib.2. quæst.3. num.42.* Gail. *2. obs.68.* An autem subditi teneantur ad educationem canum venaticorum, Item: daß sie gezwungen wer-

Ius venandi.

Ad ius Foresti plerumq; pertinēt opera venationi accōmodata, die Frohndienste.

An subditi teneantur ad educatio

nem aut restitutionē amissorum vel lesorum canum venaticorū remissivé. Bānum ferinū aliud superius, aliud inferius; & quid sub quolibet cōtineatur.

werden / wann jrgend ein Hund von einem Schwein / oder sonsten verletzet / solchen heylen zu lassen / oder da sie einen casu verlohren / einen andern darvor zu schaffen / *vid.* Gyland. *d. decis. n* 26. Wehn. *alleg. loc.* H. jus occasione de banno ferino adhuc illud addimus, quod nimirum dividatur in superius & inferius, hohē vnd nieder Wildbann: illud ratione majorum, & vocatur etiam Hauptwiltbann Churf. Sächs. Landesordnung / *Anno* 1531. Item Hauptwiltfuhr / Großweidwerck / facultatem continens venandi & capiendi, das schwartze Wiltpret / ut ursos, apros, Beern / Sew / &c. Roth Wildwildpreth / als da seyn Hirschen / Gewilt / &c. Mei. hl. *decis. 2. part. 2. tit.* 1. Hoc ratione minorum ferarum competit, Sixtin. *de Regal. lib. 2. c.* 18. *num.* 48. Niederwildbaun / sive kein Weidwerck / dicitur etiam das Reißgejagt / darinnen sind Hasen / Füchs / Aichhörner / Rep- oder Feldhüner / vnd alles Federwildpreth / Federspiel / Federthier / Item: Reygerbeiß mit dem Blaufuß / Rabicht / &c treiben. Item: Vogelherdt haben / vnd dergleichen / Wehner. *d. pract. obs. in verb.* Vogelweid / Meichsn. *tom. 2. decis 1. par. 2.* Sic hodie in Germania multis in locis pluribus jus venandi in eadem sylva competit, diversis tamen respectibus, scil. huic jus venandi minores feras, die Jagts Gerechtigkeit an Hasen / Füchsen / Rephüner / oder dergleichen kleine Weidwerck zu treiben / Meichsner. *d. loco decis. 2. fol.* 15. alteri majores, Meurer. *lib. 2. c. 3.* Pruckm. *in § venatio. c. 4. nu. 67.* Gail. *de pignorib. cap. 24. n* 7. Interdum in agris tantúm conceditur alicui lepores canibus insequendi facultas, vulgó von Strick außzujagen / idque statutis tantúm temporibus, quando scilic. vicini Principes venari desierunt. Quæri hic potest, an qui jus venandi, habeat jus quoque ligandi, daß er einen Hagen ins Holtz schlagen möge? vid. distinguent. Frid. Mind. *l. 2. de mandat. cap.* 41. Wehner. *in verb.* Forstrecht / Bidembach. *quæst. 17. per. tot.* Item quæritur, an qui jus habet zu jagen / zu schiessen jemand außstellen möge? Negat Modest. Pistor. *cons. 70. nu. 15. & seq. vol* 1. Bidembach. *nobil. quæst.* 17. Harpr. *ad § fera, num. 273. & seqq.* Jus aucupii, exemplo venationis generalis, etiam dividitur in majus & minus, Gylman. *lib.* 1. *decis. 49 num. 9.* Inter species majoris aucupii refert Gyland. *decis. 149. l.* 1. *num. 9.* die Krammet Vögel / Halbvögel / Amsel / Trosteln. Zimmer / Wachtel / inter minores Lerchen / Finckē / Zeißling / Gyland. *d. loco.* Atque ita observatum esse in causis Nürmberg / á Noricis testatur Wehner. *verb.* Volgelweidt. Denique turbatus in jure venandi, quomodo agere possit, vid. Meichsn. *tom. 2 par. 2. decis. 2. & tom. 4. decis.* Gail. 2. *obs. 66. n.* 13. Georg. Mohr, *de jur. venand. p. 2. c. 9. n. 8. & seqq.* Si quis tandem exercitiis venatoriis interesse cupit, is, ne in formulas consueti venatorum sermonis, so zum Weidwerck vnnd Federspielgehörig / impingat, cavere debet, monente Knich. alleg. *cap. 5. n* 277. quarum formularum synopsin ex Noa Meyrer, & Elia Meichsnero exhibet Philippus Meister, *in fin. spec. Notar.* quibus hac vice jus venatorium concludo; cum venatores Themidi sacratis vitio vertere soleant, de arte venatoria, quam sibi solis vindicant, aliquid literis commitere. Knich *d. l.* Camman *disp. Regal. 7 quæst.* 84.

Ius Aucupii alind maius, aliud minus.

Turbatus in iure venandi quomodo possit agere: re missivé.

Opera & servitia rusticorum.

79. De servitiis & operis nunc pauca subjiciam, quas operas rustici suis nobilibus partim jure subjectionis Gail. *de arrest. c.* 10. *in prin.* Vult. *cons. Marpur. 3. vol. 2. num.* 208. Matth. Stephan. *de iurisdict. lib. 2. p. 1. cap. 7. membr. 2. nu.* 185. *& seqq.* partim conventione & præscriptione præstare coguntur, Coler. *de process. execut. p. 2. cap. 9. n* 67. *& seq.* Knich. *de pact. investit. p. 2. cap. 3. n.* 1. Moller. 2. *semestr. cap. 32. nu* 1. Koppen. *decis. 12. p. 1. 2. num. 2.* Weidbild / *Art. 3. §* zu einer Aufflösung: & dividuntur quoad

quoad modum exercendi, in Wagendienst vnnd Handdienst / Husan. *de propr. hominib. cap. 6. verb siquidem rustici*: qui tantum agrorum possident, ut equos alere possint, vel boves aratorios, Zugviehe/ Pferde oder Ochsen / obstringuntur ad operas rurales, & præstant. Pflugdienste/ Wagendienste/ Bawführen/ Kopp *decis. 13. nu.* 1. vocanturque Hubarii Hüffner/ Außspanner / Pferdner: Pauperiores veró, qui non habent integrum mansum vel hubam, saltem ad manuarias operas tenentur, müssen Handfrohnen/ Getreydig abschneiden / Hew machen/ Botschafft lauffen/ quas operas alicubi, Tagewerck/ alicubi, Frohnwerck / adpellant; ipsi veró nominantur, Handfröhner/ Söllner/ Kötner/ Gärtner/ Kotsassen/ laté & pulchré Husan. *in allegat. tract.* Koppen. *d. decis. num.* 1. Knich. *lib. 2. de investit. pact. cap. 3. nu. 31. & seqq.* quæ operæ, quo ad quantitatem distribuuntur iterum in determinatas, & indeterminatas in gesatzte Dienst / gemessene Frohnen vnd Dienste/ vnnd vngemessene Dienste/ videlicet quod in mense, vel septima semel, vel toties in anno Domino servire & operas præstare debeant, benambte Frohntage/ Schnitt/ Meyhetage/ Hewtage/ *l. quoties 24. ff. de operis libert.* Matth. Stephan. *d. lib. 159.* Wehner. *observ. pract. verb.* Dingnottel/ Moller. 2. *Semestr. cap. 32.* Maul. *de Homag. cap. 4* Ziegl. *in § nobiles, concl. 1 numer. 56.* Et de his rara est disceptatio, cum ultra eas subditi gravari non possint, nec debeant, *c. dilecto, extr. de offic. Archidiac. l. penult. §. caveant, C. de agrit. & censit.* Rosenth. de Feud. *cap. 5. conclus. 71 num. 3.* Vultej, *vol. 2. cons. Marpurg. cons. 30. num. 210.* Knichen. *de pact. vestit. libr. 2. cap. 5 num. 26. & seqq.* unius enim servitii expressio est aliorum exclusio, *l. 12 ff. de iudic.* Gothofr. Anton. *disput. feud. 7. conclus. 2. lit. d.* Wesemb. *part. 1. cons. 45. num. 14.* Ubi tamen adhuc quærere lubet, si ex conventione rustici loco servitiorum annuatim pecuniam vel frumentum pendant nobilibus, an elapsis 30. annis nihilominus Domino volente & jubente servitia præstare teneantur? Affirmat hoc Husanus, *cap. 2. num. 32.* Idque expressé cavit Elector Brandeburgicus, non obstante præscriptione, in suis Constitutionibus, Anno 1550. Kopp *part. 1. decis. 3. num. 12. 13.* Quod in Cam. Imper approbatum refert. Myns. *cent. 1. obs. 13.* Gail. 2. *obs. 73. n. 2.* Coler. *ad c. auditu extr. de præscript. n. 12. & seqq.* Rosenth. *de feudis, cap. 8. concl. 21. num. 3.* Knichen. *de pact. investit. par. 2 cap. 3. num. 7.* Aliæ sunt indeterminatæ & indefinitæ operæ, vngemessene Frohnen / quæ ex arbitrio & religione dominorum dependent, quin & consuetudine regionis, völlige Landübliche Dienste/ Treutl. *disp. 2. vol. 1. th. 4. lit. b.* Et toties præstari debent, quoties exiguntur juxta pacta curialia, vulgariter Dingnottel. Gail. 2. *obs. 61. num. 12.* Matth. Stephan. *de iurisdict. lib. 2. p. 1. cap. 7. num. 195* Cavendum autem est, ne illud liberum Domini arbitrium in tyrannidem & cyclopicam sævitiam abeat, sed reducatur ad arbitrium boni viri, *argum. l. libertus, 30, ff. de operis libert.* Gail. *d. loco.* Beust. *in Rubr. de iureiur. num. 41.* Dann es wil eine solche Moderation gehalten seyn/ daß die Vnterthanen wider die Gebühr mit Frohndiensten nicht dermassen beschweret/ daß hierdurch sie jhr Weib vnd Kinder / an jhrer täglichen Nahrung verkürtzet / vnd darneben jhrem Feld vnd Haußgeschäfften der Notturfft nach / nicht abwarten können/ Husan. *tract. de hominibus propriis, quæst. 4. num. 68.* Thom. Maul. *alleg. loco 12.* De hisce indeterminatis servitiis, von vngemessenen Frohndiensten/ vid. *vot. in causa*, Pfülsendorff *contra* Zollern/ *Anno 1568. & in causa* der vier Dörffer in Hatgaw/ *contra* Hanaw/ *Anno 1553.* Rosenth. *de feud. cap. 5. concl. 71.* Knich. *de invest. pact. cap. 3 n. 50. & seqq.* Gyland. *decis. 12, l. 1.* Vide etiam hac de re *constit. Elect. Brandeb. ap. Scheplitz.*

An operæ rusticorum præscriptione mutari possint?

80. Pen-

Pensionet.

80. Pensiones Rusticorum, ut plurimùm hæ sunt: quòd nimirum illi nobilibus ac dominis suis vel ex constitutione, vel regionis consuetudine annuatim dare cogantur aliquot modios frumenti, Kornpacht/ vel etiam Geldpacht/ die dritte oder vierdte Garb/ Abzug/ Item: Silberzinß/ Schatzung/ Zinßgeld/ Sack/ Zehend/ Wach/ Fastnachtseyer/ Pfingstkäse/ Keller. *de offic. iurisdict. polit. lib. 2. cap. 10. fol.* 360. Ziegl. *ad § nobiles, concl. 1. num.* 183. Item Gallos & Gallinas, Rauchhüner/ Fastnachthüner/ Pfingsthüner/ Herbsthüner/ Zinßhüner/ Sömerhüner/ Leibhüner/ Haupthüner/ Item Kaphanen/ Moller. *ad const. Elect. Sax. 39 p. 2. ubi refert senat. Lipsi. de An.* 1548. Plura vid. ap. Wehner. *pract. obs. verb.* Fastnachthüner. In nonnullis Germaniæ locis adhuc habentur homines feré propriæ oder halbeigene/ Wes. *cons.* 18. *num.* 27. Gail. *de pignorat obser. 7. num.* 3. Cothm. *cons* 40. *num.* 24 *vol* 1. Wehn. *verb.* Leibeigenschafft/ Hi non tantùm solvunt Leibhennen/ respectu der Leibeigenschafft/ verùm etiam nobilibus suis emolumenta successoria debent, als Erbrecht/ Hauptrecht/ Hauptfälle/ Weydemahl als ein Haupt Viehe/ bestes Kleid das sie nach jhrem Abscheid dem Herren verfallen vnd lassen müssen: feré tamen exæquitate solvunt pro hac cessione certam pecuniæ summam, Goldast. *Rer. Alaman. tom.* 3 *fol.* 78. Wehner. *in verb.* Weidemahl/ Todfäll. Meichsner. *tom.* 1. *decis* 20. ubi integrum votum von Curmündigen Gütern. In Marchia Brandeburgensi Rustici nobilium prædia, quæ detinent, non sibi sed dominis possident, nudique ac simplices sunt coloni, tantumque abest, ut proprietarii sint, vel bona censitica possideant, ut etiam pro arbitrio & voluntate dominorum expelli possint, quamvis 30. 40. vel 50. annos continuos uniformem canonem solverint, Matth. Stephan. *de iurisdiction. lib. 2. part. 2. cap. 7. num.* 206. Husan. *c. 2. num.* 31. Quæ consuetudo etiam in judicio contradictorio obtinuit, Cothm. *cons.* 41. *num.* 64. *fol.* 349. Husan. *d. c. 2. num.* 28. Insuper subditi de jure Saxonico obstricti sunt suis nobilib. ad extructionem castri, zu den Gebewden der Rittergüter Bawführen zu thun: Lands Ordnung/ *de Anno* 1550. *tit.* Bawfahren/ Berlich *concl.* 65. *par.* 2. *per tot.* Moller *lib.* 2 *c.* 3. *& seqq.* Quod secus est de jure communi Bech *disp. de salvo conduct concl* 52. Ziegl. *d. § nobiles nu.* 106. Item ad castri refectionem tempore necessitatis Guid. Pap. *quæst.* 31. Gylman, *Symps. tom.* 1. *f.* 327. Becht. *d. concl.* 52. An verò rustici teneantur Castra dominorum custodire vid. Berlich. *part.* 2 *concl.* 64. Ut & remissivè de effectib. hujus juris. late Husan. *in tr. de proprijs hominibus.* Ziegl. *in § nobiles num.* 50. *& multis seqq.* Matth. Stephan. *de iurisd. lib.* 2 *p.* 1 *c.* 2. *n.* 192. *& sequent.* Remedia, quibus subditi refractarii ad operas præstandas compelli possunt, moribus Germaniæ sunt hæc, mulcta, Arrestatio bonorum, pignoratio fructuum, carcer. Andr. Gail. 1. *obs.* 17. *nu.* 8. *& de pac. publ. lib.* 1 *c.* 2. *n.* 10. Knich. *de pact. vestit. l. 2. c. 3. n.* 55. Hus. *c.* 7 Maull. *de homagio tit. 4. n* 23. *& seqq.* Habent et am nobiles in suos subditos & rusticos jus leviter castigandi, quod ad plagas usq; extendit Husan. *c.* 8. *n.* 18. Kirchner. *de Republ. disp.* 1. *coral* 7 *per. c. duo ista.* 23. *quæst.* 4. *c disciplina. distinct* 45. videatur Becht. *d disp de salvo conduct. concl.* 246. De jure, quod nobiles ex singulari principis concessione, vel loci consuetudine usurpant in bonis vacantibus in Erbloſen Güttern/ agit Schurff. *cons.* 83 *num.* 7. *cent.* 2. Sixtin. *de regal. lib.* 2 *c.* 9. *nu.* 60. Wehn. *pract. obs. verb.* Königsleute/ Husan. *d. tr. c.* 6. *num.* 77. *& seqq.* Knich. *de pact. Invest. part.* 2. *c.* 1. *n.* 146. De contributionibus extraordinariis Husan. *d. tract. c.* 7. *n.* 92. *& seqq.* Rosenth. *de feudis c.* 5. *concl.* 74. *num.* 6 Bocer. *de collect. c.* 5. *nu.* 7. De accessu & recessu, auffnahm Geld vnd abschoß/ Wehner. *verb.* nachsteuer/ Knich.

Extructio Castrorum.

An rustici castra dominorum custodire teneantur? remissivè. Remedia quibus subditi ad operas præstandas possunt cõpelli. Ius rusticos leviter castigãdi. Ius bona vacantia occupandi. Contributiones extraordinariæ.

Knich. *d.p.2.c.4.n.245.* Matth. Steph. *l.2.part.1 c.7.n.213.* Ziegl *d.§ n.117. & seqq.* De Auffnahm Geld vnd Abschloß.

vndis, quibus jus exigendi operas & pensiones amittatur, tractat Husanus, *d.tr.c.7.* Mull. *d.tit.n.27. & seqq.* De obsequio, reverentia & obedientia magistratui etiam impio à subditis præstanda agit, Dn. D. Reinkingk *d.tr.l.1.cl.1.c.3.4.5.* Et hæc cum Dd. de jure nobilium.

amissio operarum & pensionũ; remissivẽ.

81. Alterum jus adfine superioritati nostrę territoriali est jus, quod habent civitates provinciales in suo districtu & civitate, dum aliquando jurisdictione omnimodâ, aliquando mixto tantúm imperio ex gratia principis peculiari, vel alio titulo, nimi: emptionis aut præscriptionis sunt condecoratæ, Matth. Steph. *de iurisd. lib.1.p.2.c.2.nu.17. & c.7.num 51. & seq.* Brunning. *de var. universitat. speciebus.th.25. lib.* Ziegl, *comm. concl.§ civitas.num.4.* Quo respectu senatus juramentum obsequii den Bürgereyd / ab omnibus novellis civibus exigit, ubi debitam obedientiam & morem se gesturos pollicentur Knich. *d iur. terr.c.3.n.162.* Ziegl. *in d § civitas.n.9.* Matth. Steph *d.l.2 p.1.c.7.num.212.* Quod æqué in filio matrimonium contrahente, vel patre defuncto observatur, á quo im Jahr vnd Tag / fit renovatio, deß Bürgerrechts, Wehn. *in verb.* Bürger. Viillius juramenti cives senatui suo ad reverentiam, honorem & obsequium præstandum sunt obstricti *Rom. 13. vers.1. lib.5 pr. ff. de iur. immunitat* Becht. *disp. de salv. conduct. th.162. & seqq.* Possunt quoque ejusmodi magistratus statuta municipalia, circa ea, quæ pertinent ad rerum singularium administrationem, quoque negotia universitatis illius concernunt, item de rebus, quę venales in foro sunt propositæ ac proponendæ condere, Roll. á. Vall. *vol.2. cons.99.* Richard. *cons. feud. 5.nu.3. & seqq.* talia sunt illa, daß frembde Handwercksleute jhre feyl tragende Wahr vnd Arbeit nicht in jhrer Statt verkauffen vnd feill haben dörffen / Policey Ordnung / wie es bey Hochzeiten / Kindtauffẽ / Leichbegängnuß / Kleidung / soll gehalten werden / verfertigen / Matth. Steph. *li 2.p.2.c.7.n.45. & seqq.* Auctor deß gründlichen Berichts von der Stat Friedeberg / *c.2.n.33.* consultat. J. Sax. *qu.46.num.10.* ipsisque pœnam quo ad transgressores adjicere, *per l.fin. C. de decret. ab ord. fac.* M. Steph. *d.l n.116.* Imó talia statuta, quæ ad jurisdictionis seu litis decidendæ, & non saltem administrandarũ rerum materiam spectant, *l.6.pr. ibi lex municipii. ff. quod cuiusq; universitat. nomine l.1.pr. C. de emanc. lib. l.25 ff. admuncip.* Ziegl. *ad d § civitas.n.28.* An autem absq; superioris consensu ac confirmatione? disputat Coler. *de proces. Execut. p.1.c.3.nu.12. & seqq.* Bocer. *de Regal. c.2.nu.62. & seqq.* Heig. *p.1. qu.23.* ubi consultius ac tutius esse dicit, municipales super statutis requirere assensum & confirmationem sui Principis, Coler. itidem *d.lo.* Gail. *l. de pac. publ. c.6. nu.10.* Quomodo etiam plerumq; videmus, solere civitates, & eorum magistratus omnia statuta Principi suo offerre, &, si quid durius aut levius constitutum, illi corrigendum permittere, tumq; confirmationem eorum perpetuam petere, Col. & Heig. *d. loco. n.33.* Possunt insuper mulctandi jus exercere Bocer. *de Regal. c.3.n.19* Brunning. *de var. universitat. speciebus concl.32.* Knich. *d. iur. Sax. prov. c.7.n.31.* cum hodié pro fructu jurisdictionis habeatur, Auct. deß gründlichen Berichts / *c.13.n.28. & seq.* Thom. Michael, *de iurisd. concl.56. lit. a.*

obsequium & reverentia. Iura Civitatibus provincialibus in sua civitate & districtu cõtentia. Iurisdictio. Iuramentum obsequii. Filius contrahens matrimonium, vel patre defuncto cogitur im Jar vnd Tag *illud renovare. Statuta municipalia. Ius mulctandi.*

82. Jus Civitatis seu potius civilitatis, das Stadt vnd Bürgerrecht / ablq; jussu superioris concedere possunt, Gylman. *tom.5. Symphor. relat.10. num.1. & seqq.* Burtorff. *ad Aur. Bull. conclus.99, lit. E.* Laurent. Ohm / *de iur. Episcop. concl.13. lit.c.* quod hodié certâ pecunię taxâ comparatur, Bürgerrecht / so in Bürgerlicher Freyheit

Ius civitatis Stat oder Bürgerrecht.

heit vnnd Bürden bestehet / *ut supr. concl. 55. circa fin.* diximus. Idque in Germania usitatissimum, ut illud incolæ civitatum intra annum redimant, aliàs diutius non feruntur, müssen das Bürgerrecht in Jahr vnnd Tag empfahen / Gail. 2. *obs. 35. nu. 8.* vix enim alias incola pro cive habetur, nisi veniens taxam præscriptam magistratui solverit, er hab dann zuvor vmbs Bürgerrecht angesucht / vnd dasselbe empfangen oder gewonnen / Wehner. *in verb.* Bürgerrecht / Koppen. *decis. 11. nu. 4. p. 1.* Nundinas vulgares vel hebdomadales instituere possunt, Wochenmärckte anstellen / Bocer. *de Regal. cap. 2 num. 239.* Matth. Stephan. *lib. 2. p. 1. c. 1. membr. 2. n. 104.* eoque nomine pecuniam forensem exigere, das Marckgelt / Standtgelt / Bodenzinß von den Krämern vnnd Buden vor den Häusern fordern / Gylman. *tom. 1. p. 1. fol. 175.* Wesemb. *cons. 12. nu. 67. p. 1.* Engelbrecht. *concl. 160. lit. c.* Thom. Michaël. *concl. 137.* Eodem jure possunt, ad sustinenda onera universitatis, collectas, quas rurales adpellant, Wesemb. *cons. 27. num. 26.* Tessaur. *decis. 254. nu. 1. & seqq.* gabellas, dacias quotannis per domos, vel ad fumum, uti loquuntur, von jeglicher Fewerstätt / imò interdum, von allen beweglichen vnd vnbeweglichen Gütern / Schoß vnd Stewer exigere, Bocer. *de Regal. cap 3. num. 222. & seqq.* Item accisas vini & cerevisiæ, Vngelt / Bierstewer / Weinstewer / Leibstewer / Bodenzinß / Abzug vnd Nachstewer Frid. Mind. *de mandat. lib. 2. cap. 42. nu. 15. & 16.* Caspari Glocke, *de contribut. concl. 43.* Thom. Michaël. *concl. 137.* Item ob necessitatem, puta, pro totius communitatis lite, pro ære alieno dissolvendo, pro refectione murorum collectas indicere, *l. 5. C. de operib. publ.* Rol. à. Vall. *v. 3. cons. 179 n. 30.* Losæus, *de iur. univers. p. 3. c. 9. n. 1. & seqq.* Ziegl. *in § civitas. n. 42.* etiam in consulto Principe vel Domino territoriali, Menoch *cons. 28. num. 34.* Gœden. *consil. 1. num. 9.* Wesemb. *cons. 41. nu. 10.* & quidem in vim pacti, conventionis, & consuetudinis Gœden. *d. loc.* Bruning. *in alleg. disp. 1. concl. 65.* Thom. Mich. *conclus. 137.* Item muris, vallis, ac fossis civitatem munire, & vetera collapsa reficere possunt ac debent, Rosenth. *de feud. cap. 5. concl. 74. in fin.* Bruning. *d. disp. concl. 49.* Matth. Steph. *2. p. 2 c. 2. n. 126.* Ziegl. *§ civitas, n. 38. & seq.* Eodemque modo operas membris suis imponere valent, quæ nim. consistunt in reparatione, extructione, excubiis, custodia operum publicorum muri, valli, fossæ, portæ, civitatis seu urbis, Item templi, curiæ, plateæ, viæ, pontis, fluminis publici, molæ aliorumque publicorum operum, Althus. *Polit. c. 6. n. 37.*

Nundinæ vulgares.

Pecunia forensis.

Collectæ curales.

Operæ.

83. Scholarum trivialium erectio, tanquam sequela jurisdictionis, competit cuivis magistratui etiam oppidano, Muscul. *de confratern. corollar. 2.* Matth. Stephan. *de iurisd. lib. 3. par. 2. c. 2. num. 28.* Laurent. Ohm / *de iur. Episcop. concl. 16.* Maximé, si jus patronatus super Ecclesiam ejus loci habeat, Ziegl. *d. § civitas. n. 66.* quod illis tribuunt, Mynsing. *Resp. 16. num. 45.* Matth. Stephan. *d. tract lib. 2. p. 2. c. 2. n. 13.* Cura Ecclesiastica, quatenus & Magistratum provincialis civitatis pertineat, vid. Henseler. *disput. d. de cura Magistrat. th. 39. & seqq.* Hœnon. *disp. pol. 5. th. 41. & seqq.* Dn. D. Reinkingk / *d. tract. lib. 3. cl. 1. cap. 9.* Cothman. *Resp. 55. per tot.* Althus. *polit. c. 8. num 1. & seqq. c. 37. num. 55 & seqq.* Auctor. *de iur. principat. th. 22.* Quicquid dictum est supra in jure nobilium de jure succedendi in bonis vacantibus, illud huc quoq; transferatur, & ad civitates provinciales adplicetur, Sixtin. *lib. 2. de Regal. cap. 9. nu. 6.* præsertim de jure Saxon. Landrecht / *lib. 1 art. 28.* cum & ibi jus prælationis, ad similitudinem fisci, & tacitam hypothecam in bonis civium, in dem verfessenen Schoß vnnd Zinsen / habere intelligantur, Schurff. *volum. 2. cons. 83. n. 2.* Ex officio inquirere

Scholæ triviales.

Cura Ecclesiastica.

Occupatio honorum vacantiũ.

Jus prælationis.

rin delinquentes possunt, non obstante proverbio, wo kein Kläger ist/ da ist auch kein Richter/ *consult. Saxon. p. 474. per tot.* Heig. *p. 1. quæst. 39. per tot.* Nic. Reusn. *lib. 3. decis. 25.* siquidem sunt magistratus; *Rom. 13. v. 12.* Mentionem supra fecimus, der Nachstewer vnd Abzug Geldes/ ubi insuper notandum, omninò *hodiè licere patriâ civitatem civitate mutare,* Aur. Bull. *tit. 16. R. A. de Anno 1555.* § Wo aber vnsere/ Gail. *2. obser. 36.* Buxtorff. *ad. d tit. 16. Aur. Bull. lit f.* Bruning *de var. univers spec. th. 39.* dummodo pro migratione solvatur debita & ordinata loci pecunia, die Nachstewer/ Abschoß/ Abefahrt/ oder Abelösung/ *R. A. de Ann. 1555.* § Wo aber vnsere/ *& de Anno 1595.* § Vnnd so viel die vngleiche/ Gail. *d. loco, nu. 10.* Koppen. *dec. 4 & 11.* Rauchbar/ *p. 1. q. 15.* Idq; in omnibus ferè Germaniæ locis receptum esse testatur Koppen. *d. loc. num. 1.* ubi hoc in specie de Marchia Brandeburg. refert, ut & Joach. Scheplitz ad consuetudin. March *part. 3. tit. 8. § 1. & seqq.* Pruckm. *consil. 48. n. 13. & seqq.* quod locum etiam obtinet, si forensis bona hereditaria extra territorium transferat, wann man an frembden Orten erbt/ vnnd solche Erbschafft auß dem Lande oder Gebiete bringen wil/ muß man Abschoß darvon erlegen: Estq; in Marchia Brandeburgensi decima quinta pars hereditatis, Koppen. *decis. 5.* Scheplitz *alleg. 51.* In Palatinatu & Electoratu Rheni est decima pars hæreditatis, Chur Pfaltz: Landsordnung/ *tit. 7.* vid. de hoc jure Berlichium *par. 3. conclus. pract. concl. 52.* Koppen *p. 1. quæst. 5. & 11.* Andr. Rauchbar/ *p. 1. quæst. 15. & 16.* Cothman. *lib. sing. consult. 6 adem consil. 19.* Maull *de Homag tit. 10 n. 8. & seqq.* Plura adfinia, vid. ap. Dd. Knichen. *tract. de subl. & reg. terr. iur.* Matth. Steph. *d. tr. l. 2 p. 1. & 2 l. 3. & passim.*

Patriam permutare civitatem civitate hodiè mutare licet. Nachstewer/ Abzug.

84. Contraria quod attinet, sciendum est, *Exemptionem ab Imperio* destruere jus territorii, quamvis respectu eximentis se non in deterius; de cujus caussis vid. laudatissimè Zachar. Victor. *in quæst. de caussis Exempt. Imper.* Arnisæ. *tr. de Exempt.* Deinde contrariatur *mediata in Imperio subiectio* per ea quæ *supr. c. 3. concl. 30.* Zachar. Viet. *d. quæst. 13.* Ita etiam *universalis iurisdictio specialis intuitu* in suspenso hæsitat & adstringitur Joach. Kopp. *quæst. 48. n. 18.* Knichen. *d. tr. c. 4. nu. 21. Abusus* insuper tollit ejusmodi jura: quando nim: Dominus territorialis nimiâ crudelitate & sævitiâ erga subditos & Landsassios suos utitur, administrationem justitiæ denegat & recusat *c. inquisitionem. 12. § sacri vers. de pœnis argumento § sed hoc tempore Inst. de his qui sui vel alt. l. ff. Eod.* Myns. *cent. 5, obs. 8.* Gail. *1. obs. 17. n. 2. & seqq. & tr de pac. publ. c. 2. nu. 22.* Boër *decis. 304. per tot.* Cravetta *95. 597. nu. 3.* Thom. Michael. *tr. de iurisd. concl. 135. lit. d fin.* Si insuper Dominus territorialis jura sua & eorundem usum per negligentiam & segniter omittat, ac eadem occupandi viam aliis præbeat & exhibeat, qui illa legitimo modo ac tempore præscribunt & sibi acquirunt, amittitur territorialis jurisdictio per ea, quæ *supra c. 2. concl. 26. & á* Wesemb. *paratit. A. de iurisd. num. 14. in princ.* dicuntur.

Contraria. Exemptio ab Imperio. Mediata subiectio. Particulare territorium respectu universalis. Abusus.

85. Actiones pro superioritate territoriali competentes variæ sunt ex variis caussis ortæ; hodiè contra violatorem territorii alieni Criminaliter agitur ex constitutione pacis publicæ, Anno 1495. Wormatiæ, Anno 1500. Augustæ, Anno 1521. Worm. 22. Norim. 48. & 51. Aug 55. ibid. 57 Ratisb. 59. August. 66 ibid. 70. Ratisbonæ edita & confirmata, de qua vid. latè Gail. *tot. tract. de pac. publ.* Henning. Goeden. *conserv. de territor. Saxonic.* Wesembec. *paratit. ff. de iurisdiction. numero 13.* Pro redinenda illius possessione interdicto utili uti possidetis, eam superioritatem sibi adserens expetiri potest, *c. licet caussam. extr. de probat.* Ferrar. *in form. libel.*

Actiones.

quo ag. pro turb. poſſ. Gl 1. coram vobis nu. 3. ſpeculat. *de cauſ. poſſ. & propriet.* § 1. *num.* 16. Gail. *de pignor. obſ. ult. n* 8. Menoch. *Remed.* 3. *retinend. n.* 155. *& ſeqq* Aut, ſi malit, turbatorem in continenti propriâ autoritate expellere poteſt, *l.* 1. *& t. t.* C. *Quando liceat unicuique ſine iud. ſe vind. l. ut vim ff. de l. & l. l. ſcientiam* § *qui cum aliter ff. Ad L. Aquil. l.* 1. § *vim vi ff. de vi arm.* Weſemb. *conſ.* 33. *n* 1. Menoch. *conſ.* 230. *n* 84. ſpoliatus a. interdicto, unde vi, vel locupletioribus juris Canonici remediis, *l.* 2. *& tit.* C. *Unde vi. c. redintegranda* 3. *q* 1. *c. ſæpè extr. de Reſtit. ſpol.* Ferrar. *in form. libel. in cauſa ſpol. gl.* 1. *coram. vobis. n.* 13. Menoch. *Recupand.* 1. *&* 15 *& ſeqq.* aut etiam injuriarum agere poteſt, *argumento l.* 13. § *fin ff. de iniur.* Menoch. *Remed.* 3. *Ret. n.* 606. Maſc. *de probat. concl.* 1190. 28. Gail 1. *de pac publ. obſer.* 27. *&* 29. Datur etiam utilis actio confeſſoria & Negatoria pro jure vel ſibi vindicando, vel alteri denegando, *argum. l ſi. plures.* 6. § 2. *ff. de Arbor. furt. caſ. l hoc amplius.* 9. § 2 *ff. de damn. infect. & ibi* Gothofr. *lit. f. l.* 2 *ff. de Arborib. cædend.* § *aquæ. Inſt. de Act.* ibi Schneidw. *num* 10. *& Dd. comm.* Suarez. *in theſaur. comm opin. verb. Actio. n.* 53. Weſemb. *paratit. ff. de iuriſd n.* 13. utilis actio de ſtatu libertatis hodié etiam dari poteſt, Principibus, comitibus, nobilibus & reliquis dominis territoriorum ac caſtrorum adverſus ſubditos, ruſticos, colonos, & reliquos homines quaſi proprios, in quibus hodié ſecundum diverſam Germaniæ conſuetudinem jus aliquod ſervitutis habere videntur, Oldendorp. *claſſ.* 3 *act.* 9. Zaſ. *ad* § 13. *Inſt. de Act. nu.* 14 & Schneidw. *nu.* 15 Harprecht. *n.* 5. Hœnon. *diſp. Inſt.* 19 *th.* 5. *lit. b.* Quomodo aliâs cuilibet magiſtratui ſuperioritatem & jurisdictionem ſuam pœnali judicio, miſſione in poſſeſſionem bonorum, captis pignoribus, indictâ mulctâ cõtra inobedientes defendere ſit permiſſum multis probat ex Dd. Thom. Michael. *de iurisd. concl* 149. *lit. e & ſeqq.* Incidentibus controverſiis circa Ducatus, Principatus, Comitatus, &c. ſo einem Theil gäntzlich vnd endlich abgeſprochen werden ſolten/ judex ſolus eſt Imperator, in cæteris ſuperioritatis controverſiis vel camera, vel judex cujuſvis rei ordinarius *ord. cam. p.* 2 *tit.* 7. Zaſ *de feud p.* 11. *num* 22. Duar. *de feud. c.* 20. Schrad. *p.* 10 § 1. *num* 77. Probationes hujus juris ſumuntur ut plurimum ex actibus, de quibus *ſuprac.* 5. & Schonborn. *pol.* 5. *c.* 30. Sufficientem in hac materia procedendi ac probandi modum pete á primo juris enodatore ac concinnatore, Andr Knich *tract. de ſubl. & reg. terr. iur. cap.* 2. *num.* 12 *& ſeqq. cap.* 3. *num* 9. *num* 113. *& ſeqq. pleniſſe. cap.* 5. *num.* 90. *uſq; ad fin.* Hæc pro exercitio Academico, quantum per temporis anguſtiam fieri potuit, de jure ſuperioritatis territorialis colligere & examini diſputantium ſubjicere volui, relinquens unicuique jus ſalvum, ſalvum itidem juditium, in primis

Iudex controverſiarum Feudorum maiorum.

TRIBUENS.

***

DE

XXIV.

DE CONTRIBUTIONIBUS IN IMPERIO USITATIS D. CASPARI Glocken.

SI juxta Catullianum illud:

Turpe est difficiles habere nugas,
Et stultus labor est ineptiarum.

Si etiam, quæ quotidiana, plenius ob utilitatem sunt attingenda, *a* Quæque notabiliter fiunt, ne neglecta videantur, speciali sunt designanda tractatu: *b* In primis in perplexa, *c* & frequentissima *d* materia Contributionum, quibus augustiora judicum subsellia undiq; personari diurna & diuturna haud sine suspiriis solventium testatur experientia, quædam vitæ Civili idonea proponere operæ præcium est. *e*

a) Vulg. l 25 pr. ff. de liber. leg. 9. in f ff de precar. *b) l. 15. § 26. ff de iniur. Coler. de proceſſ. Execut. in præfat. nu. 6. Nevizan. in ſylva Nupt. lib 4. num. 169.* *c) Parhard. 2. conſ. 134. n 4. ubi de intricato Receſſum Imperii graviter conqueritur.* *d) Iohan Philip. Montiſpel. conſ. 1. in prin. Petr. Heig. 1 quæſt iur. 17. n. 17.* *e)* Non tamen ita exquisitam Logicorum Methodum, sed, *ut cum Cicerone loquamur 2 de Fin.* Fractionem potiús, quám Divisionem pollicemur. Et gratia commodioris allegationis & pertractationis Ordinem potiús, quám Methodum (silicet inter hæc duo distinguere. *Bart. Keckerman lib. 3 ſyſtem. Log p. 3. tractat. de Method. cap. 1.*) Imitati Patremfamilias, qui dividit fundum gratia commodioris culturæ, quæ non inducit rerum pluralitatem, *Iaſon. in l. re coniuncti, col. 29. verſic. non obſtat de leg. 3.* Sicque Ordinem et rerum natura potiús, quám ex cognoscendi modo desumendum, author est Fr. Picolomen. *in Comit. pag. 5. fol. 992* Ut alias solet reduci ordo verborum ac literarum ad ordinem intellectus, *libr. 77. § fidei tua ff. de leg. 2. Petr. Ant. de fideicom. quaſtion. 5. num. 88.*

Conclusio I.

QUo veró nihil antiquitatis ignoretur, sciendum est, pensitationum *a* publicarum præstandarum obligationem & necessariam & vetustissimam esse. *b* Quam simul cum Imperiis emersisse ad hoc, ut tam pacis, quám belli tempore res & personæ Civium in tuto esse possent, *c* omnium temporum docet Historia.

a) De variis Pensitationum, Tributi, Census, Collectę, Gabellę, ejusque adsciorum nominibus ac generibus fusé, *Chaſſan. in Conſuet. Burg. des juſtices rubr. 1. §*

4. in verb. Indire, impoſer. verſ. Adverte itaq; fol. 114. & ſeq. Ludovic. Molin. Ieſuita de Tributis diſputa. 601. & 602. b) Origo illarum repeti poteſt, *ex Polyd. Virg. de rer. invens. lib. 2. tit. de triplici regiminis genere, Renat. Chop. de Domanio lib. 1. tit. 1 num. 4. & 5. & tit. 9. num. 2. & ſeq. Bod. 1 de Republic. cap. 10. & libr. 6. cap. 2. & in Reſponſio ad parodoxa Maleſtrstii, pag. 756. Signon. de iur. Civ. Rom. lib. 1. c. 16. Richard. Dineth. de reb. & factis memorabilib. lib. 2. tit. de Magnis Vectigalib. fol. 51. & ſeq.* c) Finis enim harum præſtationum primævus eſt Utilitas Reipublicæ, *pulchré Heig. d. q. 137. num. 3. & ſeqq.* Non, ut Potentiores Plebem medullitus exſugant. Quod tamen arcanis adnumerat, Arnold. Clap *lib. 2. de Arcan. Imp. c. 18.* Sed maneat hoc arcanum ſepultum.

2. Verúm enimvero ut ex ſalutaribus Inſtitutis omnia mala exempla nata ſunt; ita neceſſaria tantúm & moderata Exactionum publicarum initia poſtea in immenſum excrevere, & magis pro utilitate imperantium, *a* quam parentium invaluere, ac in ſequentis ævi irrepſere perniciem. *b* Quæ noſtra ætas in hunc uſq; diem malo more, malo jure ſequi didicit, & novos ſecundum Tacitum ſubinde exquiſivit ſinus, ac varia prædandi vocabula, diverſas q; Collationum ſpecies excogitavit. *c*

a) Cum tamen Regalis Dignitas magis in utilitatem ſubditorum, quàm ipſius Principis dignoſcatur fuiſſe inventa *poſt Vaſq. Garzias de Expenſ. c. 21. n. 11. Hot. ill. q. 1. Guil. Benedict. in c. Raynutius, verb. condidit. de teſt. p 1. fol. 142. nu. 4. circa med. ubi dicit*, quod nulla poteſtas ac regimen ulli propter ſe ipſum ab immortali Deo conceſſum ſit, ſed propter eos, qui ab eo regendi fovendiq; ſunt, *Caldas in l. ſi curatorem verb. per quod priſtinum ius nu. 34. C. de reſtit. in integ. minor. ubi ait*, Principis rectitudini nihil magis convenire, quám ſubditos non lædere, *v. eleganter & late Molin. in Conſuet. Pariſ. tit. 1. § 3. g. 3. in verb. la bouche num. 6. Per. Foller. in Conſt. reg. c. errore. num. 13 fol. 56.* b) Hinc ſuper indictum, *l. 1. C. de Superind.* verò cum ſpeciem tyrannidis referret, ſublatam eſt á Cæſaribus Indictione ſeu Canone in ejuſdem locum ſubrogato, *Greg. 3. ſyntagm. c. 7. num. 3.* Aurum Coronarium, *l. 1. C. de auro Coron.* Auriargenteum pulcro nomine fœdiſſimum, *Niceph. lib. 16. Hiſt. Ecc. c. 40.* Centeſimæ, Quadrageſimæ, Quinquageſimæ, *Tacit. 13. Annal.* Viceſimæ Hæreditarum, *l. ſi. C. de Edict. D. Hadr. toll.* (quam legem uti optimam, æquam & tolerabilem Jo. Sturmius, *lib. de bello Turcico fol. 147. & ſeq.* non nullos in uſum Reipublicæ revocare ſtuduiſſe mutatis nominib. putat Bod. *d. lib. 6. c. 2. fol. 656.*) Et pro funeris tranſvectione, pro umbra platani pro ære, *Greg. d. li 3. c. 10. in fin. Cuia. 10. obſer. 7. Heig. d. q. 17. num. 12. & ad § Et quidem nu. 19. l. de R.D. Clapem. d. l. c. 14.* pro nive vendita. *Parlad. 1. rer. quotid. c. 3. § 2 nu. 14.* Vectigal ſolutum legitur. Imó pro vitiis idem acceptum narrat Gilpert. Cognat, *l. 1. Narrat.* Quid miraris? Cum & urinatium vectigal Caligula & Veſpaſianus acceperint, *Sueton. in Veſpaſ. c. 23.* Impurum verò *ſecundum Nicephorum* & deteſtabile, Deoque in viſum eſt portorium, quod é Lupanari compilatur, & quale á Lenonibus Alexander Severus accepit, *v. Dana. 2. Et hic. c. 12.* Mendicis etiam in tributo exigendo Veſpaſianus parcere noluit, & de divinis humaniſque rebus pecuniam fecit, *Dio ex Xiphilino l. 66. in Veſpaſiano;* Deniq; de Sepulchris mortuorum caré venditis factam exactionem Chriſtianis objici eó magis dolendum eſt, *Hoſpinian. 3. de orig. Cœmiter. c. 1.* quod & hoc ſimoniam quandam redoleat, *Bertrand. 4. conſ.*

conf.374.num.1.v. Didac.Spino á Carceres in Specu. Testiam.gl.1.principalis rub.de Elect. fund.nu.35. Sed nonne indignum Principe ex qualibet re lucrum adorari, non arento, an unguentum sit, an corium? Et, quod vetus verum est κὰν ἀπὸ τινος ϕίγειν, vel defuncto auferre, *Aristoteles 2.Rhetoric.Gregor de l.3.c.6.n.49.Iustus Lipsius 4.Polit. 11.f.260.* c) *De quib.th.seq.*

3. Ecqua hodie novorum tributorum, Ilias non excogitata, *a* non adinventa? Quorum tamen injusta Exactio authoribus *b* semper perniciosa fuit. *c*

a) Reichsstewer / Landtstewer / Kreißstewer / Frewlinstewer / Abzug vnd Nachstewer / Abfahrt / Abschoß / Auflösung / etiam dicimus, *Gail.2.Obs.35.n.9.Dauth.de testam.num.69.Sich.cons.feud.5.num.1.Andr.Rauchb.1.q.iur.q.5.num.4. & 5.Iacob.Curt.l.coniect.c.5.Chopp.1.de LL.Andium* (*c.9.nu.5.*) Leibstewer / (*Avencin.Hist.Boior.f.595.nu.90.& seq.*) Beeth / Bodenzinß / Weingelt oder etliche Faß vom Wein / Fruchtgelt / Bergkgelt / Schlägelschatz / Frostgelt / Mastgelt / Lastgelt / Soldatengelt / Balckengelt / Mastbaumgebt / Weinkauff / Todtfell / Weidtmall / oder das beste Haupt auß dem Viehe) *Avent.d f.595.n.30 Andr. Knich.2.de Vestit. pall c.3.nu.24. & seqq.* Quod jus Luctuosum appellari & in plurib.locis Hispaniæ á Dominis jurisdictionē habentibus exerceri *testiu est Gartz.de Expens.c.9.n.1.& seqq.* Et meminit *Guttirrez.2.Can.q.c.21.n.116.*) Erbzinß / Pfluggelt / Rodtgelt / Trifftgelt / Zehenden vom Fleisch / Wein / Korn / Erbsen / Flachß / Kraut / Vieheschatz / Scheffelschatz / Hufengelt / Bawholfuhrt / Tranckstewer / Schornstein / oder Camingelt / Sparrengelt / Marckgelt / Schutzgelt / (*Pist.1.cons.19.*) Raißgelt / *Avent. d.Hist.f.277.*) Necis / (*Crantz.13.Sax.14.*) Handtlohn / Willkomschatz / (*Camill.Borell.cons.1.nu.61.in f.*) Betteschatz / Küchenschatz / Taffelschatz / Freygelt / Brückgelt / Wiggelt / Vngelt / gemessene vnd ohngemeßene Frondienst / ꝛc. & sexcenta alia. Sic Vestigal confecti aluminis, *Afflict 321* Salis, *Robert.Gaguin.lib.8.f.143, Bodin.d.lib.* 1.c.fin. Boum & Corii, *Ernest. Brotutrff.l.1.c.4.* Lanarum. *Vna qu.2.de succes. creat.§ 17.n.101.f.180.* Litium Cartarum, Hospitiorum, *Greg.d.l.3.c.10.n.7. Gentiletus advers. Machiavell.p.2.theor.1.fol.161.* Et de singulis regulis in Gallia, *Turneb adverss.l.29.c.20. Confer.Greg.2.de Rep.c.4.f.43.* Ratione quoq; matrimonii & Dotis in Italia, *Ros de feud.c.5.concl.34.n.3.f.135.* tributum exigi scribunt. Et in quibusdam locis tributum in Infantes, qui non á Catholicis baptizantur, imperari dignoscitur. Omnia genera referre, *inquit Vlpianus*, otiosū est. Addo ego. Et odiosum, *v late Greg. 3.de Republic.cap.6. Bodin.d.l.6.c.2. Scipio Admirat.in Tacit.lc3.c.8.fol.113. ubi eruditè tradit.* Quo pacto & arte pecuniarum acervus cogeri possit. *b*) qui novos colligendi modos indagantes Principibus (qui & sæpe ipsimet exterarum Nationum in frequenti Contributionum Novitate parturiunda, pernicioſé ingeniosarum morē peregrinando imbibunt, *ut de quodam Dania Rege memorat. Crantz 13 Vand.c.14.*) persuadent, Collectas institui posse sine injuria, sine damno subditorum & nullum ex subditis fore: qui non hilari vultu & summo cum gaudio impositum tributum solvat. Isti homines omni seculo extiterunt, *Cæsar de bello Civil l.3.* Cujus modó re (*inquit*) nomen reperiri poterat, hoc satis esse ad cogendas pecunias videbatur. Sanē boni Consiliarii & subditi primi & antecedentis gradus debēt apud Principes lacru-

mas

mas & gemitus subditorum parvipendentes in tributo non necessario ignominiam, & in censu conficiendo paupertatis publicæ & privatæ confessionem deprecari, ne excogitatum solvatur, *Buchanan. 16. Hist. Soc. fol. 578.* c) *De quibus Gregor. 3. de Republ. c. 9 num. 17. Georg. Fabric. 1. Origin. Saxonic. fol. 5. Bernh. de Girard. de p. Estat & succez. des affaires de France. lib. 2. f. 124. Crantz. 10, Vand. 68. ubi.* Uratis laviæ plebem Consules recens à se creatos ob collectionem indictam trucidasse *refert*, Et eosdem Tartareis pœnis perpetuo cruciando *ait Rebuff. in l. ad eum de V. S. allegans illudi n. Maccab.* Et tu, qui inventor omnis malitiæ factus es, non effugies manum Domini.

4. Quod ad jus nostrum Civile attinet, Munera in triplici sunt differentia, *a* Personalia, *b* Mixta, *c* & Realia. Realia rursus in duplici: Alia meré realia, *d* alia modo quodam. *e* Sunt insuper ex his aliqua ordinaria, *f* aliqua extraordinaria: *g*

a) l numerum ff. de numer. tum simil. Wesenb. cons. 40. Gail. 2. O. 52. ample Bertazzol. tract. claus. 21. gl. 5. cum sex seqq. *b)* Quæ solúm personis imponuntur absque patrimonii consideratione, & quæ solúm consistunt in labore personæ sine sumptu pecuniæ *c)* Quæ in labore personæ, & sumptu pecuniæ consistunt, *d. l. munerum. Bart. in l. un. C. de mulier. & c. Greg. p. 2. l. 18. syntagm. c. 12. & c. 10. n. 1. 2. & 3.* Et hæc numera, cum maximum rigorem sapiant, á Repub. Christiana penè abolita esse *testatur Florez. Diaz. de Mena pract. quæst. 21. n. 5. & 9.* *d)* ipsi patrimonio imponi solita. *e)* Indicta personæ ob res & patrimonium. *f)* Quæ á Lege & Principe constituta certam annuamq; præstationem habent, *Heig. de quæst. 17. n. 15.* Veluti sunt indictiones sive Tributa, in quibus nervos esse Reipub. *testatur Vlp. in l. 1. § in causa ff. de quæst. Petra de potest. Princ. c. 4. § Liber. n. 71.* Et in illam civitatem levanda sunt, in cujus territorio possidentur agri, *l forma. § si vero ff. de Censib. l. fi. G. sine Censu. & c cum similib.* Vulgó Beeth/schoß oder schatzung/appellant, *Rosenth. d. c. 5. concl. 73. n. 4.* De Tributi appellatione *doctissimé disserit Monter. decis. Arragon. 13. n. 46. & seqq. Gigas de Crim. læs. Mai. f. 95. & seqq.* *g)* Quæ non nisi publica Necessitate vel utilitate postulante extra Ordinem indicuntur, *lib. 1. C. de Vacat. publ. mun. post. Bart. Bald. & alios Nic. Reusner. 1. cons. 2. n. 11. & seqq. ubi ex Ascanio* hæc omnia *breviter* in tria Pensitationum genera *redegit*, Canonem sc. Oblationem, & Indictionem. Primi generis sunt Vectigalia, & Portoria; alterius Subsidia; postremi autem Collatio sive Collectæ.

Collecta Quid?

5. Hisce ita loco Evidentalium præmissis, etsi rectè finiatur COLLECTA *a* Onus Reale *b* Extraordinarium: *c* Attamen inspecta hodierna Consuetudine *d* indigitari consuevit, Onus mixtum ordinarium, *e* quod personis pro rebus imponitur. *f* Estq; Publica, vel Privata. *g*

a) Olim Donum dicebatur & erat voluntarium, *Vincent. de Frachis decis. 56. nu. 117.* *b)* Quodam modo *ut supra dictum est* Cum non de labore personæ, sed solúm de Expensa Patrimonii participet, *prolixé & eleganter Florez. d. quæst. 21. nu. 5. & seqq. Reusn. d. cons. 2. num. 9.* *c)* Est enim Collecta incerta, irregularis, ac secundum casus & occurentes necessitates Reipublic. aliquando major, aliquando minor

minor indicitur, *l. rescripto 6. § fin. ff. de muner. ubi glo. in verb. incolis l. in honoribus § Vacationum, vers. qui muneris ubi Bart. num. 5. ff. de Vacat. mun. lib. qui ff. eod. Ruyn. 4. cons. 126. nu. 5. Surd. cons. 46. n. 19. Franc. de Claperiis in Cent. Causarum fiscal. caus. 42. q. 1. n. 1. & 34. f. 165. Petra d. c. 4. n. 79. & seqq. f. 74. Cacheran. decis. 95. n. 4. Gail. 2. O. 52. ubi hanc testatur esse communem Wes. cons. 27. num. 24. tom. 5. German. respon. 15. n. 7. & 38.* d) Quæ ut alias in imponendis oneribus operatur etiam contra regalas juris communis, *l. un. ubi Bart. C. de auro Coron.* Ita maximé hujusmodi Consuetudo & observatio in Collectis attendenda venit, *d. l. 1. ubi Rebuff. C. de superind. Bertrãd. cons. 126. n. 1. l. 1. p. 1. Cravet. cons. 705. n. 5. & cons. 111. nu. 10. Angus. 7. cons. 5. n. Simon. de Pracis 1. cons. 84. n. 14. Paciam cons. 7. n. 8. Bertaz. cons. crim. 285. n. 1. Peregrinus 1. cons. 102. n. 11. Flamin. de Rubeis 1. cons. 1. num. 16. & 65. Surd. cons. 28. n. 13. Wes. d. cons. 27. nu. 28. Cacheran. decis. 83. in fin. Ioseph. Ludovici l. com. concl. 38. n. 145. Valas. de iur. Emphyt. q. 17. n. 29. Gail. d. O. 52. nu. 18. Florez. n. 59.* e) *Afflict. tit. quæ sint regal. in verb. Et extraordinaria Collatio n. 23. Paris. 1. cons. 25. n. 74. & seq. Thomat. tr. de Munerib. § Exactio n. 21. Mod. Pist. 1. cons. 4. n. 13. Simon. Pist. cons. 2. nu. 22. & seq. Fab. de Anna cons. 60. n. 3. Cacher. d. decis. 95. nu. 44. Heig. d. q. 17. n. 31. & seqq. Quo loci improbat. Gailium. d. O. 52. num. 10. & alioram sententiam,* Collectas eo, quod præter morem & legem extraordinario Magistratus imperio imponantur, & varient singulis annis pro necessitate Reipub. & fortunis ad extraordinaria munera referentium. *Et arguitur etiam Gail. ab eod. Heig. 37. & seqq.* Quin verò munus extraordinarium Lege, Consuetudine, Præscriptione, Statuto Ordinarium fieri possit, dubitandum non est, *Chassan. in Consuet. Burg. rub. 1. Des iustices § 4. in verb. Indire & imposer. n. 44. Gail. d. 2. O. 53. n. 8. & 9. Greg. d. 3. syntagm. c. 7. n. 2.* Sic indictio fuit olim extraordinariũ munus, sed cum uniformis & perpetua, *ex l. 1. C. de Indict.* facta esset, Ordinarii numero haberi jussa est. *vers. eleganter Franc. de Claperiis de caus. 42. q. 1. n. 32.* f) Imponitur enim principaliter personæ contemplatione rerum. Quia obligatio in personam dirigitur, licet causa finalis sit ipsa res, *Bald. in l. un. num. 33. C. de sent. quæ pro eo quod interest, &c. Idem Bald. in auth. Defuncto v. modo quare, &c. C. ad Tertill. ubi tradidit.* Quod in Collecta quantitas impositionis respicit rem directo, & ejus æstimationem. Sed obligatio & vinculum solvendi respicit personam. *Et in l. propter inf. C. qui bona eod. poss.* Quod mater aliter Collectæ sunt onera rerum; sed formaliter personarum subjectarum. Et quoniam Materia & Forma faciunt unum totum, iccirco dicuntur onera mixta, *Natta cons. 105. num. 7. Roland. 1. cons. 32. n. 6. & 14. Pacian. cons. 5. n. 9. Ernest. Cothman. cons. 11. n. 1. Rosenth. d. c. 5. concl. 80. n. 3. ubi sub lit. b. alios cumulat.* Hinc Onerum impositionem pendere á subjectione dixit *Flam. de Rubeis d. cons. 1. n. 621.* De quo infra planiús & pleniús. g) *Ioh. Bapt. Costa de Rat. Rata. q. 27. n. 6.*

Quibus jus Collectandi competat?

6. Collecta publica Superioritatis & Regalium, *a* vel Jurisdictionis *b* ratione indicitur.

a) d. l. un. ubi Bart. not. 2. C. de superind. l. placet C. de excus. muner. c. un. ibid. extraordinaria Collatio 2. F. 56. Tiraq. de iure primog. quæst. 69. num. 7. Stringon. sing. 23. in f. Gartz. d. tr. c. 12. 64. Petra de fideic. q. 12. n. 164. & 168. & 392. & 495. cum seq. Chopp. de morib. Paris. tit. 3. f. 108. Borcholt. de feud. c. de Reg. num. 53. Rosenth. d. cap. 5. concl. 74.

num. 1. *ubi receptiorem testatur. Et quamplurimos congerit Nic. Losæus de iure Universit. p.* 3. *c.* 9. *num.* 2. *Florez. d. q.* 21. *n.* 11. *Et ita responderunt Menoch. cons.* 32. *n.* 30. *&* 70. *& cons.* 983. *n.* 26. *Cravett. cons.* 195. *num.* 1. *Natta. cons.* 185. *n* 4. *Angusola cons.* 5. *num.* 1. *vol.* 7. *Schurff.* 1. *cons.* 59. *n.* 26. *Mod. Pist.* 1. *cons.* 51. *&* 2. *cons.* 9. *n.* 18. *Wes. cons.* 27. *n.* 24. *& cons.* 45. *n.* 8. *& passim. Mynsing. decad.* 11. *resp.* 1. *n* 97. *Vulte. inter cons. Marpurg.* 35. *nu.* 38. *vol.* 3. *Idem tr. feud.* 1. *c.* 5. *n.* 7. *b*) Civilis & Ordinariæ, *Corn.* 1. *cons.* 333. *n.* 2. *Natta. cons.* 636. *n.* 78. *Cothm. cons.* 11. *n.* 43 *ubi ex Dec.* 1. *cons.* 41. *nu.* 41. jurisdictionem *vocat* fundamentum Onerum & Collectarum: Eodem modo, quo ex Exactione Collectarum deprehendi locum vel villam solventem Collectas esse de territorio seu jurisdictione Civitatis, cui solvit, respondit, *Alex.* 4. *cons.* 55. *n.* 4. *Thomat. d. tr. pr. n. Guttirrez.* 3. *quæst. Civil.* 15. *n.* 20. Diss. *Bald. in. l. etiam n.* 13. C. *de Execut. rei iudic. Fichard.* 2. *cons.* 20. *num.* 8. *&* 9. (*ub. male in hanc sententiam advocat. Alex. &* Cravett.) qui jus Collectandi mero Imperio der Fraißlichen Obrigkeit/ adscribunt. Quorum opinio in causa T. contra D. 10. *Martii Anno* 563. rejecta est. Et late notatum in causa S. contra S. Item T. contra H. Ideoque in materia Adjutorii seu subventionis jurisdictionis criminalem nihil operari *post Cap. & Freciam* sensit. Vinc. de Franchis *dec.* 131. *num.* 3. Quæ ipsa eo in casu potissimum accipienda sunt, si possessio Collectæ sit vacans, nec aliusistic loci Regalia possideat, *l.* 3 *ff de acq. poss. Zas.* 1. *cons* 10. *n* 7. *&* 2. *cons.* 16. *num.* 2. Tunc enim habens jurisdictionem solus Collectas implicitè possidere videtur.

7. Imperator itaque, & quilibet alius, *a* Superiorem non recognoscens *b* quin Collectam superindicere possint, hæsitationem non patitur. *c*

a) Hodie tamen pauci vel nulli reperiuntur, quorum Postes Capitulationibus certis non sit valde circumcisa. Sic in Imperatorum Electione pactionibus caveri solet, ne absque Statuum consensu urgente etiam Necessitate liceat nova imponere tributa, *Alb. ad acta Pacific. Colonien. Anno* 79. 4. *Matii instituta.* Unde Clausula in Imperii Recessibus frequens & usitata. Darüber wir uns mit jhnen/ und sie hinwiderumb mit uns vergleichen. Idemque in Galliæ, *Bod. d. l.* 6. *c.* 1. Hispaniæ, *Parlad.* 1. *rer. quotid. c.* 3 *f.* 17. Hungariæ, Angliæ, Daniæ, Poloniæ, *Heig. d. q.* 18. *n* 8. Regnis frequentari constat, Nec sine Procerum & Ordinum adprobatione nova tributa imponantur. Imó ecquis in Orbe terrarum Rex aut Princeps est, cui jus sit tributum unius teruntii subditis suis sine ipsorum consensu & voluntate imponere, nisi violentia & tyrannide uti velit? *Comineus. l.* 5. *Hist. c.* 18. Unde blandis vocabulis Subsidii Subventionis Auxilii, Adjutorii, Adoæ, Ralevii, Nos Stäuren/ vulgó loquimur) impetrari non durioribus istis Vectigalium, Tributorum, Impositionum, &c. Collectas passim imperari videmus, *Gentillet. adversus Machiav. in pr. theor.* 1 *f.* 32. *Heig. d q.* 18. *n.* 3. Ac tantúm abest, ut Status ob eam causam coacti quidquam denegent Regibus, ut longé plus sæpé illis commodent ac conferant, quám vel petere vel sperare ausi sint. Adeo quælibet Gens in sui Regis Regia potestate non abutentis obsequium & venerationem prona est. Absit itaque Violentia, & Suasio in Principe principem locum obtineat. Quanquam & Suasio ab eo, qui jubere potest, vim Necessitatis adfert, *Tacit.* 16. *Annal.* Et rogando cogit, *iuxta publicum Mimum*, qui rogat, potentior. *Wes. cons.* 45. *n.* 11. *Lipsi.* 4. *Pol. c.* 11. *n.* 29. *Erach.* 1. *de Prin. c.* 14. *f.* 84.

8. Pa-

8. Pari ratione, qui ex singulari Imperatoris privilegio, vel cum Regalibus investiti sunt, puta Principes inferiores, *a* Duces, Marchiones, Comites, Barones *b* jus Collectandi recté sibi vendicant.

a) Vicem enim Imperatoris in territoriis suis obtinent, *Castren. quem feré omnes secuti, 2. cons. 34. num. 2. & 4. Crav. cons. 135 n. 2. & cons. 404. n 15. & cons. 411. num. 48. & cons. 983. n. 1. Dec. 1. cons 2. num. 165. (ubi loquitur etiam in Nob.) & cons. 5. n. 17. & 18. vol. 4. Menoch. cons 601. n. Pancirol. cons. 119. n. 40. Cacheran. cons. 9. nu. 2. & 3. Peregr. 2. cõs. 3. n. 44. Pacian. cons. 149. n. 3 & seqq. Farinac. in prax. crim. q. 19. n. 110.* Idq; Principibus Germaniæ (quos Bald. pro Regibus habet *in l. fin. C. de tesi. milit.*) in terminis posuit, *Mod. Pistor. 1. consi. 24 n. 1. Zas 2 cons. 1. nu. 21. Wes. cons. 27. num. 29. Dauth. de testa. n. 36. Burch. d. c. n. 7. ubi hanc communem & ad probatam, magno tamen errore introductam ex Iacobino testatur. Et iure non caveri respondit Corn. 1. cons. 200. n. 19. Bernh. Muscatell. in prax. Civil p. 7. gl. in verb. Sententiam n. 66.* Quo loci idipsum respectivé, & non absoluté intelligendum, & veré illud per pompam dici & procedere existimavit quoad concessa in privilegiis eorum, non autem quoad ea, quæ privilegia non concludunt. Prout quoque hanc sententiam in Effectu explicat, *Pereg. Iannin. 1. de Civitat. realib. c. 1. num 773 Nat. cons. 631. n. 29. in fin. Menoch. cons. 250 nu. 101. laté Petra. d. tr. c. 21. n. 19. fol. 277. & n 29 fol. 282.* Et rectiús de hoc Axiomate judicantii, qui arcana & statum Imperii norunt. Sed manum de tabula. *b*) utpote, qui in Germania non minús, quám Duces & Comites dignitatem Regalem habere dignoscuntur, *Rosenth. d. tr. cap. 2. concl. 2. & c. 9. concl. 55. & ibi sub lit. b. relati Schrad. de feud. p. 10. sect. 1. n. 22 Frid Pruckman cons. 27. n. 17. Andr Knich. de iur. territ. c. 1. n. 300. Paurm. de iurisd. Imper. l. 2. c. 10. n. 40.* *c*) *in pr. Wes. d. cons 27. n. 9. Rosenth. d. c. 5. concl 74. n. 6.*

9. Hæc Collecta Provincialis Landstewr/vocitatur, *a* & ab Imperiali omninó discernitur. *b*

a) Quæ non nudé in signum Subjectionis & Superioritatis, sed etiam pro fructibus & emolumentis jurisdictionis: Item pro curis & laboribus, nec non recompensatione Expensarum, quas Domini facere & pati debent pro pace & quiete tenenda inter subditos, pro sua dignitate servanda, pro Solariis Officialium ad justitiam administrandam exigitur, prout feré loquitur, *Simon de Pratis 3. cons. 100 nu. 1. Nic. Euerh. Iunior 1. cons. 10 n. 28.* *b*) Hæc enim ex Regalibus ipsiusmet Imperatoris & Imperii indicta ex speciali concessione Imperiali subditis suis in subsidium á Statibus imponitur: Illam etiam inferiores vigore propriorum Regalium à subditis exigunt. Ita ut inter utramque non modó quoad authoritatem, sed etiam Effectum discrepantia sit. Cum Imperialis sive sit Turcica vel alia Contributio ad utilitatem Imperii ex consensu Imperatoris vel á Statibus debitam ideoq; non inferat die Landtsfürstliche Obrigkeit; Provincialis Collecta petatur jure proprio & Regalium. Quemamodum hoc consideratum in causa H. contra P.

10. Civitates quoque Imperiales jure Collectandi minimé defraudari debent.

Non minús enim hæ in civitatibus ac Principes in suis Ditionibus jura Superioritatis (quæ vulgó Land-Ober-vnd Herrlichkeit/ appellant) habere, & Regalium

lium capaces esse intelliguntur, *tex. in lib. de pace Constantia vers. Nos Romanorum, v. Volumus.* Dissentire videtur, *Curt. Senior. cons. 68. nu. 5 vers. Et minus & n. seq.* qui requirit habitum alicujus Dignitatis, ut qualis est Ducalis, Marchionalis, Comitialis, &c. ut quis capax sit Regalium *per c. 1. post pr. 1. F. 1. c. 1. vrrb. aliqua Regali dignitate 1. F. 14. Et est de mente Petr. d. tr. de Potest Pr. c. 22. n. 140. fol. 308. Andr. Knichen. d. tr. c. 1. n. 148. & seqq. & rursus in sua Velitatione Apologetica, nu. 15. & 120. & seqq. ubi non allegato nomine Curtii. & Petra hoc ipsum sibi ex professo propugnandum sumpsit, & inde invitis aliis non infima nota Ctius. infert,* Civitates Imperiales jura territorialia non habere, sed ea penes Imperatorem residere, & plerumq; Electores & Principes vicinos ea in districtu Civitatum Imperialium sibi quæsiviſse; *Quod ipsum prius in d. tract. nu. 116. & seqq. notavit, & novissimè in sua Encyclopadia per tot executus est.* Valeant autem, qui ita Mundum vel Imperium regnare moliuntur *Crav. cons. 163. nu. 7. inf. v. Quod maximè. Decia. 1. cons. 18. n. 124. Petra de fideic. q. 13. n. 574. circa med. Alex. Raudens. de Analog. c. 38. n. 93.* Et sanè si Civitatibus Italiæ, quæ se Imperatorem non recognoscere profitentur, vel de facto á se recognoscendo subtraxerunt jura territorii concedit Knichen. *in d. Velit. Apolog. num. 31. & seqq.* nihil vetat iis, quæ Imperatorem recognoscunt, non obstante præfata Recognitione eundem habitum Regalia possidendi tribuamus. Cum illa recognitio non alteret vel immutet habilitatem personæ possidentis. Quemadmodum in similibus terminis Duces & Marchiones Imperatorem recognoscentes non debere esse Inferioris gradus aut conditionis illis, qui Imperatorem non recognoscunt, *eleganter ostendit Ant. Sola in Constit. Subaud. in procem. Decet. gl. 3. n. 12. v. Secundo & n. seqq.* Unde has Civitates cum hisce Rebuspub. Italiæ jure comparari scripsit Scip. Gentilis *de iurid. lib. 3. cap. 22. Facit. etiam Bart. 1. cons. 72. nu. 3. Decian. d. cons. 2. num. 165. vol. 1. Vultei. de feud. cap 5. numer. 7. v. Aliu etiam.*

11. Quid dicendum de Provincialibus Civitatibus, *a* & Oppidis Municipalibus Imperio mediatè per Principes subjectis? Hæ etiam, si Regalia, *b* vel jurisdictionem exercent, Collectas absque Superioris consensu imponere possunt.

a) Quemadmodum olim quædam Civitates maximè, quædam magnæ, quædam parvæ. Et illæ maximæ dicebantur, in quibus erat forum Causarum, cui subetant etiam mulctæ aliæ Civitates habentes merum Imperium, quæ habebant merum Imperium, non tamen habebant alias Civitates sub se. Parvæ autem vocabantur, quæ non habebant merum Imperium, sed saltem jurisdictionem, quæ datur Defensoribus Civitatum, *l. 6. § Est autem vers. Decet. ff. de Excus. tutor. Marc. dec. 366. num. vigesimo primo p. 1. Gregor. 2. de Republ. cap. 1. num. 5. & 13. Losa. de iurisdictione Vniversitat. p. 1. cap. 2. numer. vigesimo Decian. 1. cons. 19. num. vigesimo primo Flamminian. de Rubr. 2. cons. 65. num. 92. Cels. Hugo. cons. 34. nu. 37. vers. Præmitto Bursat. cons. 159. num. 1. Pusian. 2. de probat. cap. 43. num. 15.* Ita & hodie in Imperio Romano-Germanico reperitur tertium genus Civitatum & quidem anomalarum, maximè in Saxonia, alios immediatos Status pro Superioribus quoad quid recognoscentium, sed egregia & sæpe civitatum Imperialium privilegiis si non potiora, saltem paria libertatis vestigia præ se ferentium, *per ea, quæ latè deducuntur in cons. 6. pro Civitate Brunovicensi edito. ver. pulchrè & punctualiter Mynsing. cons. 13. nu. 10.* Et in causa M. contra

E. primæ

primæ conventionis consideratum fuit. Hæ igitur Civitates quin Collectam in suis Civibus indicere possint, extra dubium est. *b)* Id quod sæpiusculé usuvenit, ut scilicet apud Civitates Regalia sint absque præjuditio Universalis jurisdictionis, *Crav. consil. 673. num. 15. Surd. decis. 288. ex Rolando á Valle 2 consil. 1. num. 142. Fruckman. de Regalibus c. 5. num. 8.* ut proinde præscriptis Regalibus jura Superioritatis seu Supremas jurisdictiones præscriptas non esse rectè docuerit Borchol. *d. c. de Regalibus n. 20.*

12. Quo minus etiam quælibet alia Universitas, & Villa Regalibus, & jurisdictionalibus destituta *a* pro necessitate inevitabili *b* sine Licentia Superioris *c* convocatis omnibus Civibus, *d* semet ad voluntariam Collationem obstringere possit, nulla impedit ratio. *e*

a) Tum enim Collecta, uti vi Pacti, Conventionis & Consuetudinis subsistens, non censetur de Regalibus, *ut consideratum in d. causa M. contra E. ex doctrina Gudin. consil. 1. de auri & argenti fodin. n. 9. Petra d. c. 4. princip. nu 30. Menoch. consil. 28. num. 34. Wesenb. consil. 45. num. 10. Pancirol. consil. 119. n. 64.* *b)* Secus si ex causa non necessaria, puta pro donando Principi, vel pro utilitate Imperii talis Collatio decernatur, *Ruin. 5. consil. 107. num. 8. & lib. 4. consil. 116. num. 20 & seq. Losa d. tr. p. 3. c. 3. num. Gratian. decis. 217. n. 11.* cum eo casu non consentientes neutiquam obligentur etsi major pars consensisset, *leg. ambitiosa ff. de decret. ab. ord. fac Natt. consil. 115. nu. 4 Purpurat. consil. 438. num. 84.* subdens, quod in istis actibus voluntariis una faba nigra impedit actum, *Gregorius d. lib. 3. syntagm. c. 7. num. 10 Ant. Faber in Cod. decis. Sabaud. lib. 9. tit. 29. definit. 18. num. 1.* *c)* Si tamen Consuetudo in contrarium vigeat, ut scilicet nulla ex causa civitas Collectas inconsulto Principi imponere queat, ea servanda est, *post Alex. & Boer. Losam d. nu. 3.* prout jure Regio in Hispania Universitates ultra tria millia Marapetinorum etiam ad causas necessarias non posse Collectam imponere absque expressa licentia Regis testatur Florez. *d. q. 21. num. 15.* Et Trajanus *apud Plinium lib 10. Epist. 94.* illas non nisi ex privilegio in oppidanis admisit, *Gregor. d. cap. 7. num. 10 in fin. Ant. Faber. in d. Cod. libr. 4 titu. 39. definit. 1. numer. 4 & 5.* *d)* *Caval. decis. 22. num. 44 seqq p. 2.* *e)* *l. 1 § fin. ubi Gl. in verb. Proconsul. in f. ff. quod cuiusque, Universitat. Petr. de Vbaldis de Collect. numer. 1. Fran. Lucan. de privileg fisc. pr. num. 3. Tessaur. decis. 157. Rosenthal. d. cap. 5. conclus. 75. num. 1. lit. c. ubi plures comportavit. Losa d. c. 9. num. 1. Florez d. q. 21. n. 12. Heig d. q. 17. num. 45.*

13. Ita vicini pro communi puteo, fonte, rivo, aggerum constructione, septis ædificandis, reficiendisvé sibi invicem conferre possunt, *a* adeo ut nec aliis invitis commoditati putei, &c. renunciari possit. *b*

a) *l. 1. § Vicinales ff. ne quid in loc. publ.* Unde etiam subditos habentes litem cum Domino posse congregationem facere pro parandis pecuniis pro defensione Causæ sine interventu judicis respondit Rolan. *3. consil 17. & seq.* *b)* Tum, quia talis præstatio est onus in rem; tum, quia majoris partis assensus ipsum adstringit, *l. penult. in f. C. de legat. Thomat. § Retent. 1. n. 17. fol. 569. & seqq. Pacian. consil. 7. nu. 17. & 88 Baptist. Costald. d. quæst. 27. n. 8.*

14. Amplius, si Universitas debitrix nihil possideat, & collectas imponere recusaverit, Officio judicis cogi. *a* Quod si adhuc nolit, judex ipse Collectas interdicere poterit. *b* Qua in hypothesi major pars Universitatis singulos ad Collectæ solutionem arctat. *c* Quod si Universitas bona habeat in communi, tum ante omnia excutiendam bursam communem, deinde mobilia, immobilia, & nomina Debitorum esse distrahenda, antequam veniatur ad bursam singularum personarum, proditum est. *d*

a) *d.l.* 1. § *quod si nemo M. Ant. de Amatis decis.* 130 *n.* 6. *Florez. d.q.* 11. *nu.* 14. *Gail. de Arrest. c.* 9. *num.* 19. *b*) Citata tamen prius eadem Universitate, *Losa d.c.* 9 *n Gratiam d. decis.* 217. *n.* 2. *c*) *Gratian. d. loco nu.* 4. *qui etiam in f. ita pronunciatum refert, Mod. Pist. conf.* 2. *n.* 45. *&* 85. *& seq. v. Guid. Pap. decis.* 631 *n.* 7. *v. iuxtat. d*) *Natta conf.* 150 *n.* 1 *& seqq. Losa. d.c* 9 *qui alios laudant.*

De his, quibus Collectæ imponi possint, & pro quibus bonis.

15. Cæterúm cum Impositio Collectæ jurisdictionem, jurisdictio veró subjectionem necessarió præsupponat, consectarium huicest, Collectis non nisi subditos gravari posse.

text. in d.l. Rescripto § fin. ubi Bart. l numerum § patrimoniorum, ff. de numer. l. un. C. de mulier &c. Burs. 1. *conf.* 16 *nu* 31. *ubi innumeros congessit; Quibus addi possunt Thomat. Natt. Crav. Rol. Rimin. Bec. quos recenset Surd. conf.* 525. *nu.* 13. *Guttierez.* 3 *pract. qq* 15. *n.* 20. *f.* 83. *Gail. d.* O 52. *n.* 13.

16. Subditus autem propriè & veré quis dicitur ratione Domicilii. *a* Quid veró juris, si quis duplex *b* domicilium habeat? Utrobique Collectæ onus subire cogendus erit. *c*

a) *l.* 20. *ff. ad municip. cum simil. Natta cons.* 4. *num* 1. *Menoch. conf.* 692. *nu.* 3. *Cacheran. conf.* 9. *n.* 18. *Surd. conf.* 515. *nu.* 66. *Petr. Iohan. Ancheran.* 1. *q fam.* 11. *n.* 16. *Gail.* 2. *O.* 35. *n.* 2. *Coler. d. tract. part.* 2. *c.* 1. *n.* 22. Et ita quotidè observari in Camera testatur Rosenthal. *c.* 6. *concl.* 85. *sub lit. m.* Et quidem novi, non veteris domicilii locus spectabitur; nisi in fraudem ea mutatio facta proponitur. *c.* 34 *l. fin.* § 4. *ff ad municip. l.* 1. *ff. de Decur. b*) Id enim fieri posse *constat. ex notat Boerii, decis.* 13. *nu.* 2. *c*) Sed hoc ita, si æquè utroque loco instructus fuit, ut utrumque domicilium æquali jure habeat Alioqui in eo solo contribuere debebit, in quo frequentius & familiarius domicilium habet, *text. in l eius qui* 27. § *Celsus* 2. *ff. ad Municip. Florez. d q* 21. *n.* 57. Sicq; tractatum in Senatu Sabaudiæ refert, Ant. Fab. *in Cod. l.* 9. *tit.* 29. *definit.* 10. *v. Natt. conf.* 139. *n.* 16.

17. Nec tantúm Incolæ pro his, quæ possident in loco Domicilii, sed etiam pro bonis in alieno territorio sitis Collectam sustinebunt.

d.l. Rescripto § fin. d.l. munerum § patrimonium l. 1. *C. de mulier. &c. Ruyn.* 2. *conf.* 195. *num.* 1. *Afflict in c. un.* 2. *F.* 56. *vers. Et plaustrorum n.* 6. *Gabr. tit. de immunit. concl.* 2. *n.* 1. *& 2. ubi magis communè dicit, Tiraq. de promog. q.* 46. *n.* 19. *Franc. de Clap. cons.* 27.

q.3.per.tot. Gail.d.O.53.n.10.Mynsing.5.O.22 nu.2.& 3.Florez.d.q.21.n.55. Pro qua in causa Teutschmeisters/contra Donawerda/ in Camera decisum refert Rosenth. *d.c.5.concl 8.sub lit.b.inf.* Ant.Fabr.*in Cod.d.tit.29 definit.2.* Et hanc consulendo tenuerunt Cephal.*cons.317.n.27.& cons.568.n.5.*Crav.*cons.872.n.9.*Natt.*cons.105.n.* Bursat.*cons.16.n.31.* Everh.præses *cons.30.n.24. & cons.42.n.58.* Roland.*4.cons.80.* n.10.Schurff.*1.cons.44.n.11.& 3 cons.26.n.3.* Fab.de Anna *cons.59.* Diss.Rimald.& alii fideliter relati é Cothmano,*d.cons.11.á n.66.usq; ad num 88.* Frid.*de Mandat.l.2.* 145.n.8. Utramque Dd. opinionem distinctionis fœdere vulgó conciliant. Ita, ut Prima procedat, quando Superior imponit Collectam. Secunda veró, quando ab inferiore, qui non habet jurisdictionem in omni loco uniformem, Collecta exigitur 2. Limitant priorem sententiam, si in alio loco Collecta soluta sit; Ne quia ita duplici onere gravetur, *per all.infra th.37.sub.lit.a.vers.Imó etsi.*

18. Quid statuendum de Contributionibus Turcicis; An in loco Domicilii pro omnibus bonis ubicunq; sitis levandæ, ardua est quæstio. *a* Vix forenses onus illas præstandi á se posse excutere videntur. *b*

a) Quæ & tempore Mynf. quod Ecclesiastici Principes Affirmativæ graviter relectati sint, nec dum fuit decisa. *iux. Obs.22.num.5.cent.5.* *b)* Inde quidem magis muneribus personalibus sive mixtis, quám patrimonalib. accenseri possunt, quod non modó Recessib. Imperii cautum sit, in loco Domicilii Collectas inferendas, & ad earundem pręstationem subditos á Magistratibus urgendos; Sed etiam incertæ sint, quæ Necessitate exigente extra ordinem imponantur. Extraordinariis veró soli subditis oneratur, *Gail.2.O.52.nu.13.* Rursum non desunt in pluribus Imperii Recessibus fundamenta, quibus eas Realibus aggregandas esse suadeatur. Idq; vel ex eo apparet, quod Clerici vel alias exemptio solvendi necessitatem non effugiant. De quo *infra th.43.* Constat quoque possessores territoriorum immediaté ab Imperio dependentium iis subjugari; ut non tam personarum, quám rerum ipsarum subjecto in considerationem veniat. Reichsabscheidt/ *de Anno 1594.* § Demnach dann/19. Hinc Comites Baronesque recens dignitate aucti, utcunque aliis subsint Statibus, bonorum ab Imperio immediaté dependentium vel in eo sitorum nomine illi contribuunt, magis pro modo rei vel prædii, ut in Tributis, quám facultatum Abscheidt/ *de Anno 1548.* § Wiewol auch § Aber. Juvat & hanc opinionem, quod ob publicam Utilitatem Contributiones fiant, quo ipso rursum meré patrimonialibus parificantur, *Natta cons.160.num.36.Bursat.cons 16.num.21.& seqq.* maximé, cum eas potiús tuitionem prædiorum, quám civium & Incolarum commodum respicere Recessus Imperii arguant. Insuper & hoc ponderandum. Status Imperii in Comitiis anterioribus *de Anno 1495.* nach dem gemeinen Pfennig/ deliberato statuisse quem in loco Domicilii de tota substantia ubicunque sita esse collectandum. In Contributionibus veró juxta Imperii Matriculam postmodum introductis istud feré non sine causa omissum videtur. Ex quo in priori specie nullius interesse vertebatur, quo loco æstimatio rerum iniretur solvereturque Cum Immediaté Imperii Contributio fieret. In posteriori vel maximé Statuum intereat, ne quorum territoria ex magnitudine fuerunt pluris æstimata, ii emolumentis magnæ partis sui territorii carerent, possessoribus fundorum *nihil ipsis*, sed in loco Domicilii duntaxat contributionibus. Ut vel hinc liqueat, passu in hunc satis

anci-

sucipitem; in cujus dijudicatione quid ab uno, vel altero possessum præscriptum sit, si quis expenderit, non facilé á scopo aberraverit, *v. qua supra* de Observantia in Collectis attendenda *dicta sunt th. lit.* d.

19. Et quidem de omnibus bonis *a* tam mobilibus, *b* quám immobilibus, quæ fructificant, sive fructum proferunt; *c* Collecta péditur.

Adeo ut ne Principis possessiones & prædia incorporata fisco eximantur á Collectis pro communi Utilitate indictis, *arg. l. fin. C. de Collat. fund. fisc. Pacian. cons.* 7. *n.* 11. *b*) *l forma ff. de Censib. l. fin. C. d. immunit. nem conced. Thom. in § subiciunt n.* 31. *f.* 255. *Idem in § pauperes n.* 9. *f.* 461. *& § vendentes num.* 6. *& seq. f.* 663. *& seq. (ubi loquitur in animalib.) & in § Exposuimus num.* 4. *& seq. Petr. Antibol. § 2. de divis. mun. n.* 40 *& seq. Dec.* 3 *cons.* 69. *n.* 1. *Mynsing. decad.* 5. *resp.* 1 *n.* 30. *Cothm. d. cons.* 11. *num.* 161. *Florez. d. q.* 21 *n.* 58. *v.* R. A. *de A.* 1542. § Doch sollen *ibi* Eines jeglichen Kleider Kleynoten/ Silbergeschirr vnd ander Haußrath/ *Item* Hohen Standts Personen denen vom Adel jhre Pferde/ dergleichen auch andere Wehr vnd Harnisch/ &c. *quod iisdem verbis reperitur in* Abscheidt *de Anno* 1544. § Doch sollen/ *c*) Ita Collectam non imponi ratione prædiorum steterium responderunt Socin. jun. 3. *cons.* 33. *n.* 12. Mat. *cons.* 418. *n.* 7. Mynsing. *d. resp.* 1. *n* 30. Et de pecunia otiosa, catenis & annulis aureis, margaritis, lapidibus preciosis, ornamentis utilibus & mulierib. ex quibus sola pompa & inanis gloria quæritur, nec ulla commoditas percipitur, *Mynsing. d. loc. n.* 29. *& seq. vers. attamen.*

20. De rebus etiam dotalibus, *a* de juribus, *b* & Nominibus, *c* secluså Consuetudine; *d* Collecta debetur.

a) Intellige, in loco Domicilii Mariti, *Guid. Pap. decis.* 396. *n.* 2. *per Gl. & Bart. in l. C. de mul. &c. Ant. Fab. in Cod. l.* 9. *tit.* 29. *de fin.* 1. *ita Senatum censuisse referens*, Sicut & Mulieri ibidem de paraphernalibus Collectam solvit cum domicilium mariti sui sequatur, *l. fin.* § 3 *ff ad Municip. Guid. de decis. n.* 3. Etiam, cum vidua est; nisi ad secundas convolet nuptias, *l.* 22. § *vidua ff eod l pen. ff. de iurid. Pab. d. loc. n.* 2. *b*) Et sic pro Censibus redimibilibus, quos quis habet, aut perpetuis, quis collectari p test. *post alios Florez. d. q.* 21. *n.* 67. Et de pensionibus domorum *notat. Roland. 1. cons.* 66. *n.* 12. Actionem tamen personalem habens ad rem aliquam consequendam, neq; istam rem in Catastro adsignare, neq; ratione illius Collectas, vel alia onera rei incumbentia solverentur, *Schrad. de feud. p.* 10. *f.* 60. *n.* 70. *c*) Nisi Nomina sint incerta vel exigibilia, *Rota Genua decis.* 156. Qua ratione hujusmodi nomina non facilis Exactionis habentem non solvendo dixit Coler. *d. tr. p.* 1. *c.* 6. *num.* 146. *d*) Hæc enim servanda est, *Florez. n.* 59. *& 67.* Et antea inculcavimus.

21. An & pro mercibus Mercatorum exigi possit; difficilis resolutionis est articulus. Affirmativam veritati propiorem esse judicamus.

Per l. filii § fin. ff. ad Municip. d. l. munerum § patrimonium l forma § in servis ff. de Censib. l. fin. C. de imm. nem conced. l. negotiatores C. de Excus. mun. plurimos citans Menoch. cons. 9 *per tut. ubi communem dicit Eleganter Molina de Tribut. disp.* 667. *n.* 7. *& disp.* 669 *num.* 3. *ubi* tales Collectas non tam in Mercatorum, quám in Emptorum gravamen redundare *demonstrat.* Diss. Mandell. *cons.* 38. *per tot.* Borell. *cons.* 63. *nu.* 23. Surd. *cons.*

cons.148.n.6. Quorum opinio licet quandam æquitatem præ se ferat, maximé, cum vires patrimonii Mercatoris plerumque in incertis nomibus consistant, nec in pun-cto juris defendi potest, nec in praxi servatur, *Florez d.q.21.num.6.* (*dicens*, quod alias Mercatores, qui ut in pluribus locis non habent alia bona, quám merces, de facili Nobiles fierent, & defraudaretur Fiscus á suis Collectis & Tributis) *Cravett.cons.497.n.3.vers. Quinto ubi* ideo *putat* merces Mercatorum non æqué oneribus premi, ut alia bona stabilia, quod sint obnoxiæ multis casibus belli, pestis, Illationum, incendii ac debitorum foro cedentium.

22. Cumque munus Collectarum ratione possessionis & percep-tionis fructuum *a* potissimum expediatur, consequens est, illud ad Usu-fructuarium *b* omninó pertinere.

a) l.fructus verb.functionum C.de act.empt.l.1. C.de annon. & tribut l.fin.ubi Bald & Saly.C.sine censu. & c.cum simil. Curt.iun cons.42.num.1 post Alex.4 cons.35. n.1 Cacher.d loc.n.6.Garz.de Expens.c.11.n.45 plures glomerans Valasc.de iur.Emph.q. 17.n.1.Florez.d.q.21.n.82. Gratian.decis.20.n.4.Crav cons.872.n.6.Ceph.l.cons.637. n.7 & 8.Surd.cons.146.n.6.Bor.cons.63.n.23. Hinc Collectam metiendam esse ex-penso reditu potiús, quám valore rei, *text.est in lib.2.ubi Bart. & alii C.de prad. & aliis reb.navicul. Alex.in Apost.ad Bart.in d.l.Rescripto § fin.lit.h.ff.de muner.Thom.d.§ Re-mun.n.9.f.558.Martin. Laudens.de fisco q.75.Crav.cons.497.nu.5.Pancirol.cons.155. n.13.Ant.Fab.d.l.9 tit.29 defin.21.ubi* ita in Senatu Sabaudiæ 3. *Dec. An.*1594. judi-catum *refert* Diss. *Fulv. Pacian.cons 5.num.21.* Prædicta tamen intellige, si fructus dominii vel q. possideantur; Secus, si quis ex fundis perciperet certam quantitatem pro temporali puta ad illius vitam pro annuo legato, aut pro alimentis. Huic enim quantas illa immunis deberetur, *Peregr.de fideic.art.4.n.6.* *b)* Expensas enim temporales tenetur subire fructuarius, non proprietarius, *l.hactenus 7.l.si pendentes 27.§ fideicommissarii 3.ff.de usufr facit l.quaro ubi Bart ff.de usufr leg. Pinel. in l.1.p.2.n.72. vers. Undecimo.C.de bon mat.Cacher.d.decis.83.num.4.Cavalcan.de usufr.n.160.vers. Hinc elf.154 & decis.44 num.54. & seq.p.Garz.d.tr.c.11.n.47.Mud. Melin. de primog. lib.1.t.27.n.8.Petr. Aug Morla in Empor iur.1.p.c.12.q.2.n.10.Vinc.Caroc de Locat. 3.gradu accidentium q.16.per tot.f.81. & seq.Peregr.d tr.art.50.nu.20. Surd.de alim.tit. 4.q.16.num.11. & seq. Idem cons.162.num.25.Gratia.d.dec.20.num.18.Ioh.del Castil-lo usufr.c.56.num.54* Diss.Rebuff. *in l.1.C.de annon. & trib.* (qui q. rescribit, Onus solvendæ Collectæ dividi inter proprietarium & usufructuarium) Non tamen u-sufructuarius pro solutione onerum præteriti temporis validé conveniri potest. Quamvis, ex vi hypothecæ bonorum possint exigi possessores ab his, qui huic mu-neri præfecti sunt. Exacta verò recuperantur ab hæredibus proprietariis, *Afflict. decis. 25.num.4 late Gartz.dic.11 nu.50 cum seq.Bapt. Costa de Rat.Ratæ, q.58. in fin.* Illud probé notandum si fructuarii persona Immunitatis privilegium aliquod habeat, non ob id minus eó gaudere debeat quod & proprietarii persona & bonorum con-ditio privilegium nullum mereatur, *Ant.Fab.d.tit.20.definit.22.ubi* & ita Senatum consuisse *testatur.*

23. Sequitur & illud, Creditorem, *a* Venditorem annui reditus, Emptorem Vectigalis, *c* Locatorem *d* huic oneri allegari.

a) pulchrè Rauch.1, quæst.iur.18.n.4.ubi refert, hoc ita in Elect.Sax.Ditionib.

servatur. Quinimo Creditori non injustè Collectas imponi arbitramur, etsi alteri in alia regione habitanti mutuò dederit pecuniam, si ex mutuo lucrum sentiat, vel seditus annuos emerit. Sed an pactio injusta sit, qua Debitor præter usuras Collectarum solutionem in se recepit, non ineleganter controvertitur. Et eam Usuram sapere probè evincunt Molin. *de usur. quæst. 6. num. 129.* Borell. *cons. 63. num. 14. & seqq.* Rauchb. *d. q. 18. ver. tot.* *b)* *fusè Surd. cons. 162. num. 26. et 27.* Diss. Bursat. *cons. 56. n. 16.* Felician. de Solis *2. de Censib. c. 6. n. 2.* Roderic. *2. de annuis reditibus c. 4. nu. 1. et 2. per l. debet ff. de ædil. edict.* qui tamen proprié in Gabellis ex contractu debitis loquuntur. *c)* Is enim cum emptore Usufructus æquiparatur, *Hier. Pantsch. man de Locat q. 18. num. 11.* Itaque onera, Eventum & adversam fortunam sustinet, *l. necessario § fin. ff. de peric. et com. rei vend.* licet fortunam conduxerit, *l. si. actum ff. de act. empt.* Et nil nisi nomen transeuntium emerit, *l. creditor ff. de act. empt. l. cum plures ff. locat.* *d)* Cacheran. *d. decis. 83. n. 6. Vinc. de Francis. 107. n. 1.* Imò Conductor, solvens Collectas pro Locatore, repetit ab eo *prolixè Caroc. de Locat. p. 2. tit. de Collect. et Ias. cons. 109. in f. l. 1.*

24. Emphyteutæ quoque Ecclesiarum *a* solutioni Collectarum obnoxii sunt. Quod ad Colonos partiarios extendatur, in disquisitionem venit. Hosq; pro Rata fructuum ac coloniæ portionis, deductis impensis ad Collectas compelli verius est. *b*

a) *Roland. 1. cons. 66. num. 34. Gartis. d. tr. c. 12. n. 69. Men. de A. l. 2. casu 180. n. 809. et casu 562. num. 22. et 23. Valas. d. q. 17. num. 11. et seq. Petr. de potest Princ. c. 4. n. 58. et seqq. f. 71. &c. f. 525. num. 96. (ubi etiam loquitur in Vasallis Ecclesiarum)* Ant. Sola in *Const. Sabaud. de iur. Emphyt. 3. q. gl. 2. num. 26. Surd. cons. 318. n. 12. et seqq.* Florez *d. q. 21. n. 62.* Diss. *post* Bart. *et alios* Sylvan. *cons. 9. communiter reprobatus* Fachin. *1. controv. 91. Aliter* Brun. *relatus à* Menoch. *d. casu 562. n. 30.* *b)* *Bursat. cons. 25. n. 3. Licet n. 6. aliter visus sit sentire et cons. 42. num. 14. et seqq. ubi melius distinguit,* Roland. *d. cons. 66. n. 29. et 4. cons. 61. n. 15.* Menoch. *d. casu 180. n. 8. et 9. et casu 562. num 37.* Ant. Thess. *dec. 116. n. 8. et decis. 22.* Caroc. *d. tit. de Collect. n 8.* Florez *d. q. 21. n. 65.* Diss. Natta *cons. 409. nu.* Thomat *d. tr. § videndum nu. 8. et 9. et alii adducti à* Menoch *d. casu 562. num. 46.* Quando tamen bona Emphyteutica Ecclesiæ revertuntur ad eam jure dominii, cessare quoq; debent onerum Exactiones, *post* Bart. Beer. Mandel *et alios* Bapt. Cotial. *de Rat. Rota q. 158. n. 13.*

25. Non minus hoc contribuendi debitum ad Depositarium, *a* Legatarium, *b* Fidecommissarium, Fiscum, Creditorem possiderem per primum & secundum Decretum, & alios omnes, qui quodammodo jus in re habent, & pro suo possident, porrigamus. *c*

a) Florez *d. q. 21. num. 65.* *b)* modò collecta post mortem testatoris indicta sit. Tunc enim ad legatarium, non ad hæredem pertinet. Præterita verò onera, quæ vivo testatore imposita sunt, licet eorum dies vel terminus solutionis post mortem testatoris vel legatum traditum demum venerit, hæres exolvit, *l. apud Iulianum 39 § hæres 5. ff. de leg. 8. Surd. cons. 146. n. 13. et 23.* Ac licet Legatarius possessor rei legatæ pro præteriti quoq; temporis oneribus conveniri possit, *l. Imperatores, ubi Bal. ff. de public. etc.* tamen quicquid hoc nomine impendit, id omne ab hærede defuncti repetit,

petit, *l. cum possess. 5, ff. de censib. Afflict. decis. 95, n. 3, Tiraq. de Retract. Consang. § 6. gl. 1. n. 7. late Garz. d. c. 11, n. 51, et seqq. Decian. 2, cons. 37, n. 14, et 15,* c) *Florez. d.* Territorii tamen inter plures cõmunis onera possessor Domus gentilitiæ præ- tá Consortibus parte, viriles per actionem in Camera reposcit, Abscheidt/ *de An.* 1576. § 102. Bey Beratschlagung. Id quod in ardua quadam causa H. contra H. ac dum sopita graviter disceptari scimus.

De his, qui Liberi & exempti sunt á Collectarum solutione.

16. Quoniam verò SUBDITOS onus Contributionum agnoscere diximus, hinc elucescit, FORENSES *a* ab eodem regulariter esse immunes. *b*

a) Et possideant mobilia vel immobilia in loco, ubi Collecta imponitur, *d. Rescripto § fi. d. l. praterea § patrimonium. ff. de muner. l. libertii 17. § sola 13. ff. ad Munic. l. nunc C. de Incol.* Tum, Quia Collecta imponitur ratione jurisdictionis in personam, quæ principaliter ratione rerum obligata est, competentis: Actus verò jurisdictionis non potest in forensem & non subditum exerceri, *Cravet. cons. 195, num. 1. Pacian. d. cons. 5. num. 8.* Tum, quia forenses nec honores nec commoda loci percipiunt. Ergo nec Collectis onerari debent. Quæ naturalis ratio unicé placet Nattæ, *cons. 160. nu. 7. et 8.* quem post Alexandrum inter Respondentes de jure primas obtinere ait Bapt. Aymus, 2. *de Alluvion. c. 18 prin.* b) *Ita post alios tenuerunt Berous. cons. 150. num. 12. Flamin. de Rub. 1. con. 1. num. 21. Bertaz. cons. Civ. 27. nu. 12. Surd. cons. 525. n. 13. Beretta cons. 88. Fab. de Anna cons. 59. n. 2. Everh. præses cons. 30. n. 24. Ant. Gabriel d. l. 6. concl. 2. nu. 1. Rosent. d. c. 5, concl. 81. lit. a. Florez. d. q. 21. num. 90. Vinc. de Franch. decis. 22. Petra d. c. 4. part. de Statuto, n. 16.*

17. Unde pro Cautela alienatio immobilium in forenses statutis passim prohiberi solet.

Quæ respectu publ. cæ utilitatis subsistere asserunt Dd. *per l. un C. non lit habit. mutu. li. 11. post Bald. Tiraq. Zas. Gail. 2. O. 19. nu. 3.* ut hac ratione bona apud subditos sub jurisdictione statuentium remaneant, & ab iis Collectarum exactio facilius fieri possit, quám á forensibus, *Decian. 1. cons. 33, n. 2. Surd. cons. 276, n. 9, Simon de Pra. 1. cons. 58. n. 37. Iohan. Vine. Honded 2. cons. 3. n. 1.*

18. Interim non diffitemur, forenses aliquando Collectarum solutionem vix posse declinare, maximé si consuetudo, *a* Statutum, *b* Privilegium *c* eorum subsidia exposcant.

a) *Paris. de cons. 25. n. 16. & seqq. Socin. iun. 1 cons. 40. n. 29. Rolan. 1. cons. 31. n. 1. Cravett. cons. 111. n. 10. & cons. 851. n. 14. & de antiq temp. p. 4. § materia ista num. 33. Natta cons. 215. n. 2. inf. Decian. 4. cons. 44. num. 102. Bursat. de cons. 16. n. 13. & 37. Flamin. de Rub. 2. cons. 9 n. 10. Pacian. cons. 7. n. 89. Tessaur. decis. 257. n. 1. & decis 149. n. 2.* Per quorum Dd. dicta tamen non probari generalem Consuetudinem ostendit Berous in causa Augspurg/ contra commissarios vnd Außschuß gemeiner Newburgischen Landschafft. Hocque in casu vel ex unico actu q. possessionem quæri in

terminis probarunt Mascard. *de probat. concl.* 1180. *n.* 12. Rosenth. *d. c.* 5. *concl.* 82. *n.* 2. *b*) *Paris. d. cons.* 25. *num.* 77 *& seq. Natta cons.* 157. *nu.* 9. *&* 10. Rolan 4. *cons.* 80 *num.* 10. *&* 40. *vers. Similiter* Cothman *d. cons.* 11 *num.* 15. Gail. 2. O. 52 *n.* 22. *&* O. 53. *num.* 24. *Mynsi.* 5. O. 22. *n.* 10. *Rosenth. d. c.* 5. *concl.* 82. *n.* 3. *&* 4. *ubi* contrarium de veritate juris non improbabiliter defendi posse. *asserit per l. ambitiosa ff. de decret. ab ord. fac.* An autem lege municipali caveri possit, ut forenses pro onere meré personali in loco rei sitæ Collectam solvant? Aff. *Paris. d. consl.* 25. *n.* 55. Rol. 1. *cons.* 32. *n.* 9. Neg. *Natta d. cons.* 157. *n.* 10. *& cons.* 158. *n.* 1. *& seqq. Pac. d. cons.* 5. *n.* 51. *c*) *Alex.* 2. *cons.* 68. *nu.* 7. *Paris. d. cons.* 25 *n.* 94 *& passim Gail. d.* O. 53 *n.* 23, *Mynsi. d.* O. 22. *n.* 6.

29. Sicut & Catastrum, *a* vel publica utilitas *b* forenses Collectationi quandoq; subjugant.

a) Per Catastrationem enim q. contrahitur & inducitur Obligatio personalis, *tex. á. nullo allegatus in l.* 4. C. *de agric. Socin. Sen.* 1. *cons.* 142. *n.* 1. *Natta cons.* 268. *n.* 6. *Bursat. cons.* 17. *num.* 13. *Nic. Balb. in cons. subiuncto* 98. *decisioni Cacher. nu.* 19. *&* 23. *Surd. cons.* 162. *num.* 30. *Wes. cons.* 72 *n* 12. *inf. Thomat. § Exactu num.* 36. *&* 27 *fol.* 77. *Gail. d* O. 52. *num.* 24.. *b*) Publica enim utilitas ex æquitate Collectus sustinet. Nam ideo á subditis pro rebus Collectæ exiguntur, quod subditi, eorumq; bona Magistratus præsidio incolumia sint, ac in tuto, *Bertran cons.* 133. *num.* 3 *p.* 1. *vol.* 3. Cumque hæc defensio etiam forensium bona (qui terrę pinguedine fruuntur) concernat, meritó ipsorum agris onera non minús, quám subditorum imponi possunt, *arg. l. ad instructionem* C. *de SS. Eccl. Paris. d. cons.* 25. *n.* 6. *&* 7. *Bursat. d. cons.* 16. *num.* 24. *Natta cons.* 157. *n.* 12. *Gail. d.* O. 52. *n.* 15. *&* 16.

30. Adeo, ut immunis á Collectis vel datis, si is semel sciat, se descriptum in communi æstimo, & infra decem dies non appellet, intelligatur renunciasse suo privilegio & Collectis se subjecisse. *a* Sicut vi eversa per Registrationis defectum seu omissionem probatur liberatio seu exemptio. *b*

a) *arg. l. hi qui* 7 *ibi* si appellationis auxilio non utantur, consensu suo confirmant nominationem. *cum l.* 4. C. *de appell. Angel. in l.* 1. *§ si quis tutor pr. ff. quand. appel. sit subiungens*, hoc esse menti tenendum quia pauci sciunt practicare. *Ias. in l.* 3. *n.* 59. *ff. Const. Princip. & in l. falso uum.* 3. C. *de veter. rescript. Alex.* 1. *cons.* 101. *n.* 10. *vers. Tertio. &* 2. *cons.* 336. *num.* 11. *Bertrand. con* 227. *n.* 20. *v. Nono vol.* 3. *p.* 1. *Cravett. cons.* 293 *num.* 12. *Bursat. d. cons.* 16. *num.* 73. *Pacian. d. cons.* 5 *num.* 34. Cothman. *d. cons.* 11. *n.* 178. *Cacheran deci.* 91. *num.* 5. *&* 9. *M. Ant. de Amatis deci.* 159. *numer.* 9. *Vaiq.* 1. *de succes. resol § 5. num.* 23. *& seq. Lancellot. de Attentat. p.* 2. *c.* 4 *limit.* 25 *num.* 4. *Maranta de Ord. iudici. p.* 6. *tit. de appell. num.* 314. *Florez d. q* 21. *nu.* 268. Coler. *de proces. Exec. p.* 1. *c.* 2. *n.* 8. *b*) *post Bart. Pac. consi.* 7. *nu.* 95. *& seq. Marc. Cala. de modo articul. & proban. n.* 1255. *Florez n.* 108. *Surd. cons.* 234. *nu.* 8. *Sola in Constit. Sabaud. de iur. Emph. glo.* 2. *p.* 3. *fol.* 109. *n* 9. *circa fin.*

31. Clericis etiam, cum á Laicorum jurisdictione de jure exempti sint, *a* Ecclesiæ & Monasteriis *b* pro possessionibus in territorio Censitorum sitis securitas in contribuendo indulgetur. *c*

a) *Dd uno ore in l. placet C. de Epis. & Cler. Nic. Balb. d. cons. num.* 2. *late Bursat. cons.*

cons.42.num.1.Vasq 3.illust.q.105.num.45.& seqq.Borell.cons.74.n.1.& seqq.ubi. infinitos cumulans loquitur in Collectis.Fran.Personal.de Gabell.n.78.Parlad.1.rer.quotid. c.3.n.2.latissimé Gegor.3.de Republ.c.7.per tot. b) *Florez.d.q 21.nu.174.& seq.* ubi in Hospitalib. *& n.182.*idem in Confraternitatibus procedere probat,& *n.seqq.* ad alia infert. c) Studiosé interim observandum est,ut,quoties Collecta Clericis imponitur, toties Clerici deliberatio præcedere debeat, quem etiam absque causa dissentientem Episcopus cogere potest, *Castren. & alii in d.l.ad instructionem Panorm.in c.non minus,col.fin.de immun.Eccles.Schurf.1.cons.44.num. 19.refert. & sequitur Modest.Pistor.d.cons.9.num.42.* Et antequam illis imponatur Collecta debent citari, ut adsistant distributioni, vel quod unus pro Clero nominatus adsistat, vel quod detur illi sua pars, & ipsi distribuant inter se, *post Thom.Florez.d.q.21.numer. 124.*

32. An veró Clerici pro patrimonialibus, *a* pro bonis quæsitis ex beneficiis Ecclesiasticis, *b* & pro bonis emptis á Laicis & priús allibratis Collectationi subjaceant? Negat. *c* Licet converso prædia ab Ecclesia possessa collectari possint, quando transiverunt ad Laicos. *d*

a) *Surs.decis.20.num.10.*Diss.*Paris.3.cons.20.n.24.& in fin.Thomat.§ subiiciunt num.15.& seq.fol.206.& seq.* b) *Borell.d.cons.74.n.29.* c) *Ruyn. 5.cons.121.num.9.Borell.d.cons.74 num.41.& seq.Vincent.de Anna allegat.13.num.11. & per tot.Choppin.de Domanio lib.1.tit.14.Florez.d.q.21.num.208.*Diss.*Bursat.d.cons. 16.num.10.& alii scienter omissi.* Tenentur tamen Ecclesiæ & Clerici ad Tributum & onera realia, quibus obligatæ fuerunt possessiones, antequam ad Ecclesiam vel ministros ejus pervenerunt, *Barbat.3.cons 1 num.9.& 23 Bero.3.cons.150.num.10. Nic. Everh.præses cons.30.num.25.ubi ita exaudit.c.tributum 11.q 1.& c.tributum 23.q.8. l.placet.C.de SS.Eccles.Tiraq iur.primog.q.43.num.9. Molin.de Tribut.disp.672.num. 3.v.Secundus eventus Surd.d.decis.20.num.11.Andr.Knichen.de Vestit pact.p.2.c.3.nu. 38.* d) *post Bart.Castren.2.cons.433.nu.4.circa fin.Surd.cons.525.num 5.* Eodem modo prædia á plebeis comparata desinunt Contributioni esse obnoxia, si in nobilis & immunis viri potestatem pervenerint, Rerumq; conditionem ex persona magis, quám personæ ex rebus immutari conveniens est, *l.90 § 1 ff.de acq. vel omitt. hæred.l.fi.C.de inoff testam.Ant.Fab.in C.l.9.ti.29.definit.3.ubi* ita Senatum sæpissimé judicasse *refert.*

33. Hinc quoq; Prudentiores prędio, resvé immobiles in Ecclesiasticos alienari passim vetant. *a* Quæ Decreta etsi quodammodo libertati Ecclesiæ adversari videantur, *b* tamen quia justa subest causa publicę utilitatis, *c* ne omnia bona tandem veniant, ad Ecclesiasticos, *d* & ita nemo onera gerat publica, *e* ea, ut exorbitantia, neutiquam improbemus. *f*

a) *Bodin.5.de Repub.2.Polyd.Virg.li.7.Hist.Angl.Gallo.Franc.in Epist.ad.Philenet pro libert.Reip.Venetæ f.9.pulchré Annæ.Robert.2 rer.iudicat.2.Illustris præses Iacob Aug.Thuan lib.3.Histor.fol.79.lit.b.in fin.ubi testatur,* Lege Regni Gal. Sacerdotum Collegia res soli, & immobiles possidere prohiberi. Ita Statutum Juliacense, quo prohibentur subditi bona sua immobilia den Geistlichen zu verschreiben/ ad pro-

batum in Camera 3. *Octo* 6. *An.* 1560. *b) l. privilegia & Author. Cassa. C. de SS. Eccles.* c) Ob quam Princeps subdito cuivis sui territorii privilegium eripere potest, *Menoch. 1. de A. l. Q. 48. numer. 7. Covarr. 3. var. resol. 6. numer. 6.* d) Quod erat ante tantó facilius, quantó difficilius semel acquisita alienari potuerunt, *l. 14. C. d. t cum simil Novel. 120.* Quamobrem S. Rom. Imper. Status Laici Reipub. Germanorum utile & necessarium existimarunt, si omnia bona immobilia, quæ posthac quocunque tandem titulo á Laicis, quorum Ditioni prædia hæc subjecta forent, tandem ab Ecclesiasticis redimi, liceat; atque justo precio vindicari. Utest inter gravamina 100 German. Nationis adversus sedem Rom. Oratori Pontificio Comitiis Noricis, *Anno* 1523. proposita gravam. 40. Alter Reichs Abschied / *Amberga edit pag.* 318. e) *luculente Anna. Robert. d. c. 2.* f) *Molin in Consuet. Paris. § 51. gl. 2. in verb. Gouer. de son. num. 89. & seq. Coler. de proces. Exec. p. 1. c. 3. num. 196. Gail. 2. O. 32 nu. 5. & seqq. Tiraq. de iure retract. § 1. glo. 13. num. 15. Hieron. de Cavallos pract. quæst. 36. n. 26.* Hæc Quæstio accuratè examinata á Petro Peck *de amortizat. bonor. c. 6.* Clericis ea in re patrocinante. Et in causa Veneta adversus Interdictum cum Excommunicatione Pontif. Pauli V. conjunctum superioribus annis vehementer disceptata fuit, & ex Venetorum scriptis Apologeticis illustrati possent, ni ubertas susceptæ Materiæ nos progredi juberet. Relationi de hac causa Tob. Paurmeisteri, *lib. 2. de iurisdict. cap. 3. in fin.* scribentis Venetos conditionibus indignissimis non sine aperto pudore in gratiam Pontificis pro tempore simulatam receptos esse, uti præposteræ fidem derogamus: libertatem carpendi forsan imitatione Bodini sibi sumpsit, *lib. 6. de Repub. num. 569.* Venetos ob id iniqué reprehendentis, eosque bestiis imbellibus, Cervis, Columbis & Leporibus conferentis, quod bellorum omnes causas studiosissimé declinent quod illata difficilimé suscipiant, susceptaveró finire & pacem omnibus modis, magnoque sæpius cum detrimento inire conentur.

34. Ad reparationem nihilomins murorum, viarum, pontium fontium, pro lité termini, & pastus, & similium, quæ in Bonum Commune, Utile, & Necessarium cedunt, Ecclesiastici subsidia jure conferunt.

tex in l. ad instructionem. (quam l. putant nonnulli sublatam, *per Auth. item nulla communitas Castren. cons. 423. num. 2. vers. quadam vol. 2. Borell. 2. d. cons. 74. num. 45. Vinc. de Anna allegat. 13. num. 8 p. 1.* Contrarium tamen servatur. *Cast. ibid. d. nu. 2. etiam Petra de potest. Princip. c. 5. num. 21. fol. 95.*) *l. iubemus l. neminem C. de SS. Eccles. l. de his, C. de Epis. & Cler. cum simil. Natta cons. 311. num. 4. & 5. & cons. 280. num. 6. ubi hanc communem dicit, & plures casus necessitatis enumerat, Borel. d. cons. 74 n. 18. Surd. cons. 524. num. 27. Schurff. cons. 44. cent. 1. & cons. 55. cent. 3. Molinæus cons. 11. & 12.* qui in causa Francofurdiensis Civitatis contra Clericos ibidem consuluit, *Nic. Everhar. cons. 42. num. 40. & seqq. Idem in loco á verisimili num. 8. & seq Marc. decis. 68. per tot. & decis. 460. num. 26. Cacher. decis. 68. ubi num. 4.* de communi & magis communi, *testatur. Vasq. de succes. lib. 3. limit. 7. num. 180. Tessaur decis. 234. num. 10. Nic. Boer. tract. de custodia Clavium, num. 48. Florez. d. q. 21. num. 23. Rosenthal. d. t. 5 conc. d. 81. num. 2. Anna Robert. d. lib. 2. c. 3. ubi ita iudicatum refert. Frid. Husan. de propriu heminib. c. 8. num. 127. & seqq. Vinc. Caroc. de Locat. tit. de Collectis, num. 11. vers:. Declaratur secundo f. mihi. 135.* Disl. Guttierrez, *pract. qq. 3.* qui latè propugnat, quod Clerici non

ci non teneantur, nisi consulto Romano Pontifice, & quando Laicorum non supe-
rant facultates.

35. Porro eadem ratione Dominos habentes in loco jurisdi-
tionem á Communitate sibi subjecta non posse in partem onerum tra-
hi, ita, ut ibi pro allodialibus, possident, munera agnoscant, plausibiliús
existimamus.

Natta cons. 555. num. 11. Brun. cons. 91. & latiús consil. 103. per tot. ubi dicit, pro-
cedere etiam, quando bona nunc á Dominis possessa alias forent registrata. (*In quo
tamen contrarium tenuit Alexan. 2. cons. 145. Gor. 4. cons 194. Guid Pap. dec. 384.*) *Surd.
cons. 134. n. 52. Bapt. Costa de Rat. Rata, quæst. 8. num. 4. ubi ex Bertrando 4. cons. 2. refert.*
Indecens esse, quod ad contribuendum cum subditis admittantur Domini. Dissen-
tiunt, *post Antib. Vincent. de Franchis decis. 97. num. 18. ubi voluit*, quod Baro possidens
bona burgensatica seu paganica in territorio suæ Baroniæ eorum respectu contri-
buit in oneribus suæ Civitatis, ut bona tenens non ut Civis: vel debet tantó minus
accipere, *Bertrand. 7. cons. 95 n. 7. Thomat. § Exactiu n. 34. fol. 373. & seq. Fect. de Æstimo
part. 3. n. 13. Sola d. titu. de iur. Emphyt. p. 3. gl. 2 n. 9. & seq. fol. 109.* Quorum sententia
æquitatem quandam sapere videtur, si Collectæ, quæ regulariter agnosci propter
Principem solent, á Principe ipso, non á subditis imponantur. Cum eo casu supra
á Statario, nimirum absurdam rem videri, Superiori onera ab Inferioribus impera-
ri cesses, & illud demum agatur, ut particeps in oneribus agnoscendis Dominus fiat,
Crave. cons. 643. n. 11. v. Tertium.

36. Occasione præcedentium non inconcinné quæritur, An,
cum specialiter indultum sit Principibus & Statibus Imperii subditos
suos in subsidium collectare, *a* ipsi etiam Status Contributiones Tur-
icas sustinere debeant de bonis suis contribuendo pro Rato? *b*

a) Rationem v. in Recessu de Anno 1512. § Nach dem Churfürsten / *fol.* 51. *b)*
Id quidem innuere videtur particula Allein in Recessu *de Anno* 76. *& Anno* 82. §
Vnd nach dem / quatenus dicitur, Daß den Ständen solche beharrliche Hülff auß
jhren eigenen Kammergütern vnd eykommen allein zu leisten ohnerschwindlich fal-
len wil. Verúm cum in Recessu *de An.* 66. § Dieweil / non tantúm claré exprimatur,
Daß den Ständen die hiebevor mercklich vnd kündtlich beschwert (ita sonant ver-
ba formalia) ohnerschwinglich diese Hülff auß jhren Kammergütern vnd gefellen
derjn strecken Sed etiam d. Recessus *de Anno* 66. 76. 82. 92. *&* 603. modum Census
præscribant. Daß sie höher vnd weiter nit / dann so fern jeder Obrigkeit gepührende
Anlag sich erstrecken thut / mit Stewer belegen sollen. Utique hæ Contributiones
a subditis in solidum jure postulantur. Et ita de observantia & Consuetudine apud
Principes & Status Imperii practicatur. Quæ observantia declarat, ad quid tenean-
tur subditi. *post Bart Menoch. cons. 748. num. 19. & 21. Surd. cons. 94. num. 37. Pereg. 3.*
cons. 34. n. 6. ubi plures ex modernioribus congerit.

37. Vasalli *a* etiam ignobiles *b* ratione feudorum, davon sie jhre
Manndienst leisten / *c* contra exactionem Contributionum libertati re-
gulariter innituntur.

a) Natta

(*a* *Natta conſ.460.num.16. Mod.Piſtor.2.conſ.21.nu.30. Alb.Brun conſ.103. n.2. & inſinuat. Cravet.conſ.497.num.3.verſ.Quinto Surd.conſ.135.n.11.12. & n.82. & 83. & conſ.234.n.8. ubi plures ſubminiſtrant authoritates,* Cothman.d.conſ.11.n 32. *Bon.de Curtili d. Nobil.p.5.num.45. & ſeq.* Jus Vaſallagii enim non operatur ſubjectionem *c.caterum de iud. Natta conſ.445.num.9. & conſ.313.nu.4. Cravet.conſ.912. num.15. Menoch.conſ.721.n.40. Weſ.conſ.1.n.57.verſ.1aq; Molina in Conſuet. Pariſ.§ 33.gl.1.verb.droict.n.105. Sola in Conſtit. Sabaud.in proœm. Decret.gl.2.n.15.* Etſi Vaſallus Domino feudi Collectas indebitas ſolverit, præſumitur ſolutio per impreſſionem vel errorem vel animo execrandi lites facta eſſe, neque ea præſtatio poſteris præjudicat, *Schrad de feud.p.10 ſect.5.num.117.118. & 119. ubi plurimos comportavit, Garz.de Expenſ.c.9.num.3 Heig. d.q.18 n.19. vide infra theſ.ult.* Imó etſi ſubjurisdictione Domini Domicilium foveat, Collectam Vaſallus neutiquam pendet, ne duplici onere gravetur, *l. Titia § qui in vita ff. de legat.2. cum ſimil Tiraq. de Nobilit.c.20. num.170. Valaſ.de iur.Emph.q.17.num 21.circa med. Vinc.de Franchis deciſ.22 num.3. Mynſ.decad.15.reſp.1.num.1 & ſeqq. Gail.d.O 53.num.3. Roſenthal.d.c.5.concl.78.lit. a.* Et in Collectis in ſpecie, *Ruyn.5.conſ.120.nu.10. Fab.de Anna conſ.59.n.70. & ſeq. poſt Cravet. & alios.* Quæ ratio facit, ut nec ab Ordinario loci Vaſallis Collecta indici poſſit, *Natta conſ.460.num.16. Cothman.d.conſ.11.num.32.* *b*) *Tiraq.d.c. 20 n.164.* *c*) *per reg.l eum qui ff. de iureiur. Iac.de S.Georg.de homag n.63. Tiraq. d.c.20.r.160. Frid.Mind.lib.2.c.46.n.5.*

38. Nobiles tamen, *a* licet de generali multarum Nationum Conſuetudine contrarium ſervetur, *b* ab onere Collectarum haudquaquam excuſantur.

a) Idque in tantum verum eſt, ut quamvis concurrat qualitas jurisdictionis, *Bapt.Coſta d.tr.q.86.num.6.* vel Nobiles in Aulis Principum verſentur, *argu l. omnium C.de teſtam. Ioh.Maurit.in l.un. C.de mulier. &c. Mod.Piſt.2.conſ.9.num.44. & ſeqq.* nihilominus ab hoc munere non videantur eſſe immunes, *d.l.munerum § patrimoniorum, ubi Bart.ff.de muner.l.ei qui origionem § 1.ff.eod: Tiraq.d.c.20.num.159. Piſt. d.conſ.9.num.43 & 50. & conſ.21.num.22.vol 2. Hart. Hartmanni tit.de feud.obſ.32. num.1. & 3. Florez d q.21.num 245,* Diſſ. Guid.Pap. *deciſ.384.* ſed malé. Quia nullibi in jure repetitur, Nobiles in omnibus bonis eſſe privilegiatos, ſed duntaxat ratione feudorum pro quibus ſervitia præſtant, *ut in theſi præced. dictum eſt Mynſing.de decad. 15.reſp.1.num.33. & ſeq* Atque ita moribus Germaniæ inoleuit, ut non modó Nobiles Statibus Imperii ſubjecti, ſed etiam immediati, von der Freyen Ritterſchafft im Franckiſchen/Schwabiſchen vnd Rheinlandiſchen Kraiß/in partem Onerum vocentur: Non quidem, ut cæteri Status denen jhr gewiſſer Anſchlag auffer legt/ſed requiruntur á Cæſ. Majeſtate vmb eine mit leidenliche Hülff ohn einigen gewiſſen Anſchlag. Id quod paſſim Receſſus Imperii inculcant, *v. omninó* Abſcheid/ *de Anno* 1500. § Wir oder der/ ſo an vnſer ſtatt/ ꝛc. *b*) De qua *Thomat.* § *Exactiuper tot.fol.331. & ſeq. Gregor.3.ſyntag.cap.8. Gartz.de Nobilit.glo.6.á num.8. Molina 1.de primog.Hiſp.cap.19.num.44. Vinc.de Franch.dec.128. Bod.1.de Repub.c.6.fol.71, Heig. d.q.8.num.38.*

39. Quid dicendum de Militibus, & Graduatis? His plenam ſecuritatem á Collectis tribuimus, *a* illis denegamus. *b*

a) *l.Me-*

a) *l. Medicos ubi Bart. & in Dd. C. de profeſſ. & Med.* Etſi illi non fiat actu legentes, *Mynſ. de reſp. 1. nu. 37. ubi plures convehit. Florez d. q. 21. num. 252. Gutierrez. 1. pract. qq. 2. & 22 per tot.* A realibus tamen oneribus Dd. non liberantur, *fuſè Weſ. 40. num. 22. Thoming. dec. 55. per tot.* *b*) *per l. fin. § patrimoniorum iuncto § ab huiuſmodi ff. d. t. l. 11. ff. de Vacat. l. 2. C. de muner. patr. Tiraq. d. c. 20. n. 165. & ſeq. Choppin. 1. de Doman. c. 14. n. 9. Heig. d. q. 18. n. 37.* Diſſ. *Georg. Acac. Enenkel Baro de priv. l. milit. l. 2. privil. 30. n. 6.*

40. Inſuper habentes duodecim Liberos, *a* & Pauperes, *b* qui ex induſtria & labore manuum victum quæritant, nec aliunde habent, unde ſe alant, Collectarum onus deprecantur, *c*

a) *l. ſi quis Decurio 24. C. de Decurion. ſimil, Surd. conſ. 49. n. 16.* *b*) *text. in l. Cura. § Inopes ff. de muner. l fin. C qui mun. liber.* Reichs Abſcheidt/ *de Anno 82.* Und nachdem/ *in fin. & paſſim. Rom. conſ. 369. nu. 32. Montiſſ. conſ. 1. num. 5. Flam. de Ruberis d. conſ. 1. num. 77. Pacian. conſ. 173. num. 26. Vaſq. 1. ill. quæſt. 4. nu. 4. Alex. Raud. 3. de Analog. c 40 num. 24. Florez. d q. 21: num. 129. & ſeq. & num. 260. Loſæus d. tr. p. tr. 3. c. 9. num. 23. Gail. de Arreſt. c. 9. num. 20. ubi poſt Bald ait* hoc extendi ad illos, qui ipſi ſunt facultatibus. Non entis enim nullæ ſunt qualitates. Unde Germanie trium. Da nichts iſt/ da verlieret der Kayſer ſein Recht. Imó, ſi pauperes inſcripti, deleti debent de æſtimo, *poſt Bald. & Iaſ. Surdus de Aliment. tit. 8. prin. 91. num. 5.* *c*) Sed in hoc caſu alii teneantur pro pauperibus? vide Loſæ. *d. nu. 23.* Ceſſante tamen pauperate, pauperes rurſus conferre tenentur, *d. l. cura. § deficientium. Purpurat. conſ. 31. num. 4.*

41. Privilegia, & Immunitates *a* datæ, Vacationem *b* hujus muneris non minus præſtant. *c*

a) Quæ ſaltem ex obſervantia & poſſeſſione æſtimantur, *Bart. 1. conſ. 59. n. 3. Rom. conſ. 89. num. 8. Bertaz. conſ. Civ. 124. num. 9. Hondeda, 2. conſ. 84. numer. 75. Vinc. de Franchis deciſ. 397. num. 12.* neque extenduntur ad bona futura, *Natta conſ. 340. Mandell. 2. conſ. 336. num. 11. Cacher. dec. 36.* Niſi forté obſtaret taxus jam declaratus, legitimé formatus & terminatus, exigi palam ſolitus ad æs & libram á Principe poſitus: Tũc de immunitate privilegiatorum non curandum pro bonis poſtea acquiſitis, *poſt Alõb. Anch. Soc. Cravet. Bertand. Burſat. Coſta de Rat. de Rata, quæſt. 80. num. 5.* *b*) *text. in l. vacuatiu C. de Decur.* Idque in immunitatibus á Supremo Principe conceſſis dubitationem non recipit, *per l. un. C. de his, qui á Princip. vac. accep. cum ſimil.* Quid de aliis Principibus Superiorem recognoſcentibus ſtatuendum? *Idem.* An eorum hæredes obligentur? Et, An & quando Immunitas conceſſa realis, vel perſonalis ſit? *v. Roſenth. d. c. 5. concl. 85. per tot. ubi Dd. turmatim adduxit.* Sed an Vidua gaudeat poſt mortem mariti Immunitate & privilegio, qua viri fruebatur bonorum reſpectu? Neg. *per l. Archiaros. C. de metat.* Thoming. *d. dec. 55. num. 28.* (qui tamen de oneribus realibus loquitur.) Caſpar Teſſaur. *lib. ſingulari q. foren. q. 90. per tot.* diſputatumque fuit in cauſa Grimenſens Wittib contra Speyer. *c*) Nec contracta onerum Solutio privilegium vel immunitatem conceſſam tollit, *Triviſan. 1. dec. Venet. 15. n. 22.*

42. Immunitatem tamen alicui conceſſam á Collectis & Oneri-

bus, ordinariis & extraordinariis, solitis & insolitis, non distendimus ad ea, quæ ratione belli vel alterius publicæ Utilitatis, de qua ab initio non fuit similiter cogitatum, exiguntur.

Alex. in l. si ex toto ubi etiam Iaſ. ff. de legat. 1. Marc. deciſ. 458. num. 12. & ſeq. Cach. dec. 36. Teſſaur. dec. 134. n. 10. Mand conſ. 1. Plot. de in lit. iurand. § 1. n. 17. Schrad. d. p. 10. ſect. 1. n. 30. Roſenth. d. c. 5. concl. 86. n. 3. litera d. Gail. d. Obſ. 52. num. 16. Eandē ſententiam non modō Cameralis juditii uſum, ſed & Conſuetudinem Germaniæ comprobaſſe refert *Mynſing. 4. Obſ. 70.* inde ſubjiciens á Collectis Imperii ob publicam neceſſitatem indictis nullos Ordines excuſari. *Heig. d. q. 18. n. 26. ubi plures allegat. Florez d. q. 21. num. 263. ubi in fin. dicit*, haſce exemptiones eſſe odioſas, ideoque reſtringendas.

43. Ob Turcicam plané Expeditionem & Contributionem neminem excipi; imó omnes, quantumvis privilegiatos tributis onerari, ex Decretis Comitiorum celebratorum *a* liquidó adparet. *b*

a) *Anno* 1495. *prin. Anno* 1500. *paſſim. Anno* 1542. § Vnd nemlich ſollen. § Es ſollen auch alle Churfürſten. *Anno* 1544. § Vnd nemlich ſollen alle. *Anno* 1576. § Vnd nach dem dieſe. *Anno* 1582. § Vnd demnach ſollen die Vnderthanen. *Anno* 1594. § Demnach ſollen. *Anno* 1598. § Dieweil dann / *& ſeq. An.* 1603. § Nach dem / *& ſeq.* ubi diſerté notandum derogari omnibus; Conventionibus & Exemptionibus in contrarium facientibus. Et hoc Imperatorem poſſe patet ex Thomat. *de Collect. § neſcienter n. 8. fol.* 351. *b*) *Facit huc Decian. 4. conſ. 44. n.* 142. *ubi ait*, quod Statutum generale imponens aliquod onus poſt Immunitatem alicui conceſſam non indiget immunem, niſi etiam ſit adpoſita Clauſula NON OBSTANTE, & niſi ſpecialis mentio fiat de Immunitate.

44. Deniq; Præſcriptione *a* immunitatem á Collectis juſtè quis acquirit. *b*

a) Quando enim quis ſciens non ſolvit onera, ſolventibus aliis, non tantùm immemoriali tempore (*in quibus terminis conſuluit Mandell. 2. conſ. 290. num. 4.*) ſed *&* 40. (*Fab. de Anna conſ. 59. n. 57. ubi alios agminatim glomerat.*) in 0. 30. (*Crauet. conſ. 111. n. 12. Cep. 5. conſ. 528. n. 51. Natta. conſ. 649. n. 3. Borel. conſ. 74. n. 53.*) & 10. & 10. (*Fab. de Anna. 59. & ſeqq.*) annorum ſpatio non ſolvendi libertatem præſcribit, & ſcientia ac patientia adverſarii hoc caſu traditionem operabitur. Illud hic annectendum; Quod ſi quis præſcribit legitimo tempore, ut non teneatur ad Collectas, ſi poſtmodum ipſe aliquando ſolvit, ſibi non præjudicat. Quia licet unicus actus interrumpat præſcriptionem, dum eſt in fieri, non tamen ubi eſt completa. *In puncto Abb. conſ. 94. vol. 1. Natta conſ. 446. num. 16. b*) Quæ tamen concluſio non procedit in Tributis debitis Imperatori in ſignum recognitionis univerſalis dominii, quæ contra ipſum Imperatorem non præſcribuntur, *l competit. C. de præſcr. 30. annor. Alexandr. 3. conſ. 30. num. 12. Balb. de præſcript. p. 2. p. 5. princip. q. 7. Natta conſil. 226. num. 6. Menoch. conſil. 887. num. 34. Fab. de Anna d. conſil. 59. num. 65. Florez d. q. 21. num. 134.*

45. Num-

45. Num verò ad præscribendam hanc libertatem necessaria sit interpellatio, pugna vehemens est inter Dd. Negativæ subscribimus.

Per not. Menoch. cons. 748. num. 37 & cons. 887. num. 54. Crav. d. cons. 111. & de antiq. tump. 4. p. § Circa præmissa nu. 36. & seq. Natta cons. 406. num. 21. & consil. 446. n. 15. & consil. 649. num. 3. Roland. 1. cons. 5. num. Cephal. cons. 177. num. 45. Surd. consil. 234. num. 34. Fab. de Anna d. cons. 59 nu. 67. qui nuncupatim Alexandrum contrarium tuentem reprehendunt. Florez d. q. 21. num. 266. Quo etiam facit Angusola 4. cons. 13. num. 12. & 7. cons. 5. num. 9. omninò videndus. Diss. post. Alexand. 2. consil. 136. Chassana. in Consuet. Burg. rubr. 1. § 4. verb. Nevelle he valerio. num. 15. Bursat. cons. 87. num. 12. Nicol. Everh. ium. 1. cons. 10. num. 15. & 16. Rosenth. d. c. 5. concl. 84. lit. c. 6. concl. 82. nu. 11. & seqq.

De Legitima Collectarum causa.

46. Neutiquam silentio prætereundum est, in Impositione Collectarum ad solam Necessitatem vel Utilitatem publicam esse respectum habendum.

Cacher. cons. 31. num. 26. fusè Molina disput. 667. numer. 1. Honded. 1. cons. 86. n. 8. In tantum autem justa Causa ad Collectæ indictionem requiritur, ut ne quidem Supremo Principi pro effrænata voluntate & beneplacito subditos Collectis gravare liceat. Etsi enim soluta potestate præditus sit, & Deus diserté edicat, Reges Israelitici populi in bona & personas subditorum jus habituros. 1. *Samuel* 8. tamen hanc solutam potestatem Civilis temperat, & tantùm abest, ut Principem velut pro suo jure abuti Deus jubeat, ut ne Clientem quidem velit á Principe cogi, ut illi prædium suum vendat. Quod Nabothi exemplo perspicuum est, 1. *Reg.* 21. Et ita omnes, qui non liberam, sed Civilem Principi potestatem attribuunt, neq; belli indicendi, neque tributi imperandi potestatem eidem concedunt, nisi ex populi Consensu & necessitate urgente publica, quos ad longum retulit Heig. *d. q.* 18. *num.* 6. *v.* nam *Gregor. lib.* 9. *de Republ. cap.* 1. *num.* 11. Non ignoramus, quám in d. c. 8. Samuel, 1. Deus explicando inæqualiter rem judicant Theologi, ICti, & Politici, in quo etsi tacere malimus, quám falcem in alienam messem (secunda tabula Decalogi ad Politicon pertinente, *Alb. Gentil. de Nupt. lib.* 1. *cap.* 10. & 11.) mittere: Attamen veritas nos cogit patrocinari illis, qui ibi non declarati jus Regium ex divina Institutione, sed magis per Prophetam pronunciari ex eorum tyrannica usurpatione, qui postquam Reges sunt, jus iniquum constituunt, in tyrannidem degenerantes, subditos opprimentes & sine causa deprædantes. *Ita post Isern. Gail. de Bened. in c. Raynutius verb. Condidit. num.* 33. *p.* 1. *de testam. Molina ad consuet. Paris.* § 1. *gl.* 5. *num.* 65. & *seq. Alberic. Gentil. de potest. Regis absoluta, disput.* 1. *fol.* 18. Quæ opinio non modó plausibilis, sed æquitatis plena est, ita, ut ii, qui contrarium mordicus tuentur, & principibus habenas nimis laxant, sive adulationis, sive metus, sive odii, sive obligationis insimulentur à Bodino, *lib.* 1. *de Rep. c.* 10. *pr.* magis Placentiam, quám Veronam iter dirigentes.

47. Tunćq; demum ad extraordinariam Collationem deveniri debet, ubi calculus ordinariorum *a* Principis redituum non sufficit. *b*

a) Ante omnia enim Princeps proprium debet exercere marsupium & tributa

tributa sua alioſque reditus expendere, priusquam deglubat, & taliet subditos, Ra-buff. in l. 1. C. de Exact. Tribut. Soc. iun. 3. conſ. 98. num. 10. & seqq. Roland. 2. conſ. 1. n. 67. Natta conſ. 185. num. 11. Burſat. 1. conſ. 16 num. 76. Weſ. conſ. 45. nu. 16. & seqq Franc. Munnoz d. Eſcobar de Ratiocin. in c. 25. num. 23. & ſeq. Argumentum præbet quodin simili casu Epiſcopus charitativum subsidium exigere non possit; nisi in defectum suorum reditum, Menoch. de d. l. Q. caſ. 178. nu. 13. & 14. Idem conſ. 75. n. 86. & seqq. Quando verò Princeps non dicatur habere de suo tradunt de Iſern. in c. num. 59. & Afflict. in verb. extraordinaria n. 1. 2. F. 56. ubi dicunt tum Principem suo facere posse, si pecunias in vestes aut delitias superflua exponat. Qualis causa hodie rariùs occurreret, v Eleganter Molina diſp. 667. nu. 4. & 5. b) An autem circa hanc adsertioni Collectandis standum, an verò alio modo constare debeat? 1. Roland. 2. conſ. 1 n. 189. & seqq. n. 193. & n. 59. & seqq.

48. Summa tamen imminente Neceſſitate non crederemus esse exspectandam Collectam, sed quod per manus injectionem *a* possent divites Compelli ad mutuandas pecunias Principi. *b*

a) Post alios Vaſq. 1. de ſucceſſ. creat. § 6. n. 22. & 1. ill. controv. c. 6. nu. 7. & 8. ubi expreſſe dicit, quod simili urgente neceſſitate Civitates, Oppida & Villæ, diviteſque & opulenti Vaſalli Regi mutuare compelluntur, ita tamen, ut si postea Princeps idoneos reditus ex Regno habeat, reddat integram pecuniam mutuatam cum moderato intereſſe: (In mutuo enim Coacto licitè recipiuntur Usuræ moderatæ. Gail. 2. O. 5. num. 17. Maſc. concl. 933. n. 41. Vaſq. d. § 6. num. 21. & 1. ill. 6. n. 8. Surd. dec. 345. nu. 16. Heig. 2. q. iur. 1. num. 140.) Quod si idoneos reditus non habeat, reddat integram pecuniam mutuatam, actui sus Intereſſe moderatum ex universorum Civium collatione, detracta ea particula, quæ ad civem mutuantem (habita bonorum ratione) spectabat tanquam uni de populo. Et ita in Hiſpaniarum Regnis sæpissimè observatum fuisse teſtatur, cum bellis sævientibus ab Hiſpalensibus civibus, & aliis ab Indorum Regnis venientibus argentum & aurum mutuò acciperetur. *b)* Quod arbitrium esse justissimè introductum disputat Bobadilla, *lib. 5. Polit. c. 5 per tot.* Molin. *diſput. 315 pr.*

49. Ex quo verò Neceſſitatis vel Utilitatis publicæ gratia tantùm ad Collectationem progrediendum supra monuimus, inde facilè colligitur, quid sentiendum sit de extraordinariis illis casibus, ut Novæ militiæ, *a* Redemptionis Domini á captivitate, *b* Transferationis ultra marinæ, *c* Acquisitionis novi territorii, *d* extruendi Fortalitii, Inaugurationis, & quæsitæ Equestris Dignitatis, *e* & similibus ab interpp. passim relatis. Nisi enim inveterata Consuetudine, vel singulari pacto *f* hisce in terminis jus Collectandi suffulciatur, subditos de jure ad eas non obligari vero verius est.

a) Cum enim hæc solam privatam Domini Utilitatem, non autem commune patriæ Commodum respiciat, subditos super exactionibus premi á jure abhorret; *post alios Brun. conſ. 32. n. 7. Zaſ. de feud. p. 7. n. 51* Diſſ. *Weſ. conſ. 45. nu. 20. Frid. Mindan. de Mand. lib. 2. c. 44. nu. 10.* *b)* Si inimirum ob maleficium, vel obæ alienum,

[illegible]enum, aut culpa sua Dominus captus detinetur: Secus si pugnando pro patria ci[illegible] suam culpam in manus hostium incideret. Quo casu cum videatur versari Pie[illegible] & publica Necessitas, Collectam licité injungi nemo dubitat, *arg c. cum Apostolus prohibemus de censibus cum simil.* Ita pro JOHANNIS Regis Galliæ in prælio [illegible]versum Anglos suscepto capti Redemptionis tricies centena Francorum millia á populo pensa sunt, *Gentillet advers. Machiav fol.42.* c) *Wesenb. & Frideric. d. loc.* d) Nisi utilitas publica hoc suaderet, *v. Menoch. cas.* 178. *n.* 8. e) *Ant. Fab. C. ib.* 4. *tit.* 42. *definit.* 5. & 6. Sic subditi Imperii contribuunt Imperatori zu Römerzug / so die Kay. May. zu holung jhrer Cron / in Italia bewilligt / vnd ein Hülff ist von 4000. zu Roß / 20000. zu Fueß / Abscheidt / *de Ann.* 1521. *f.* 80 § Vnd als wir / *de Anno* 22. *in pr. f.* 80. *Author. different. iur. Civ. & Sax. l.* 2. *p.* 3. *diff.* 23. *f.* 197. *lit.* 2. f) Quæ consuetudo & Conventio, uti facti, præcisé probanda est, *c. de Constit. In indiuiduo Paris. d. cons.* 25. *n.* 17. *Bursat. d. cons.* 16. *n.* 34. & 37. *Masc. de probat. concl.* 423. & *seqq. Gail. O. I.* 36. *n.* 16.

50. Qua occasione subditos pro maritanda Domini filia de jure conferre non teneri concludimus: *a* Licet notorio Germaniæ usu contrarium decidi haud ignoremus. *b*

a) *Vasq. Boer. Brun. Clar. Paris. relati á Rosenthalio d. c.* 5. *concl.* 77. *n.* 4 *sublit. c. Vultei inter consilia Marpurg. cons.* 35. *vol. Heig. d. q.* 18. *num.* 16. *Ioh. Kœpen. ill. quæst. dec.* 31. *per tot. ubi distincté & docté explicuit.* b) *Greg. d lib. syntagm. c.* 4. *n.* 11. *Mynsf. O.* 21. *nu.* 4 *Kirchov. comm. opin. cent.* 5. *concl.* 77. *Husan. de propriis hominibus c.* 6. *quæst.* 45. *n.* 5. *Frider. d. c.* 44. *n.* 12. *Everh. á Weyhetr. de regn. fabsid. O.* 4 *num.* 13. *addens*, non tantùm in elocanda Principis, sed etiam Nobilis filia hoc jure multas Germaniæ Provincias uti, *Kœpen. d. loc. num* 17. & 18. *dicens, ex Iacob de S. Georg. & Boerio*, idem in pluribus locis Aquitaniæ & Italiæ servari. Non tamen hæc Consuetudo generalis est & ad juris necessitatem trahenda, sicut patet ex præjuditio obtento in causa Hanam contra Hatgaw / *Anno* 90. Et multorum Ducum subditos solúm precarió conferre, ejusque rei Principes illis testimonium sub sigillo præbere oportere testis est Rosenthal. *d. conclusion.* 77. *sub lit.* 5. In illis igitur locis, in quibus talis Consuetudo viget, sæpé dubitationem recipit. 1. An, quæ deferendis pro elocanda filia Collectis dicta sunt, obtineant tantúm in una? Id quidem putat Guid. *dec.* 17. Et de Consuetudine Burgundiæ servari ait Chassan. *in Consuet. Burg. Rubr.* 1. § 4. *num.* 8 *in fin. vers. Adverte & in verb. Mariage d. une fille.* Sed in contrarium est veritas, *Mansver. in pract. for. tit. de calliis seu Collect. excub. num.* 6. *Papon. de drost. de tallie lib.* 13. *Tiraq. de primog. quæst.* 70. *num.* 2. Et usus Germanorum non admittit. Sicut nec illud, ut pro filia ingrediente Monasterium Collectæ instituantur, *Diss. Felin. in c. in Ecclesia, de Constit.* 2. An obtineat in filia Spuria? Neg. Frider. *d. loc. num.* 133 An in Sorore patre defuncto? Afflict. Frideric. *d. loc.* De illo convenit, quod stante hac consuetudine Dominus nihil petere possit pro nuptiis filii. Quia eo casu Dotem non exponit, sed accipit. *Rosenth. d concl.* 79. *num.* 5. Sicut & pro secundis filiæ nuptiis hanc Collectam non præberi scribunt, Guid. *d. decis.* 57. *in fin.* Menoch. *cas.* 181. *n.* 4.

De modo distributionis Collectarum.

51. Summa insuper ope niti decet, ut forma *a* in Impositione & Distributione *b* Collectæ debita non transiliatur, sed ad unguem servetur. Hæc ut recté fiat, nominari debent per æquatores, *c* qui postquam se officium suum fideliter exercituros juraverint, *d* Æstimum *e* seu Registrum de omnibus bonis *f* possessorum *g* conficiunt.

a) *Id est*, Æqualitas & Commensuratio, non solùm per Comparationem ad Causam ita videlicet, ut non excedat quod necessarium est ad id, ob quod imponitur, & ut commensuratum viribus eorum, quibus imponitur, nec fit impossibile, *Lud. Molin Iesuita de Tribut. disput. 66 num. 8.* *b*) Quæ Collectarum Distributio non est jurisdictionis; Ideoque fieri potest ab Universitatibus, *Cravet. cons. 105. Menoch. cons. 28. num. 23.* In hunc etiam finem. Vnd solche Hülff vmb zu legen/ videtur in Recessibus Imperii dispositum. Das den Vnterthanen dieselbe zu vorderst eigentlich vnd außdrücklich kundtbar vnd namhafft gemacht werden soll. *c*) *Late Festa. de Æstimo p. 1. c. 1. per tot. Florez. d. quæst. 21. n. 106.* *d*) Hi olim *Censitores* dicti, Hispani *Ripartidores* vocant. *e*) Ita *Librum Censualem* Hispani *Libro de lapecheria*, Itali *Catastrum*, vulgò Saalbuch/ appellant, Ulpianus *in l. forma 3 si cum ego* professionem & *in § si cum veniam* causam addictam dixit, *ff. de censibus.* Quæ autem solennitates observari debeant ad hoc, ut Æstimum probet? *v. plani Fran. de Claperiis in Cent. Cons. fiscal. cau. 36. q. 2.* ne singula transcribere cogamur. *f*) In aliquibus tamen locis Censores inspiciunt grosso modo facultates cujusquam, & pro eis distribuunt, quæ Consuetudo servanda est, *Bart. in l. fin. C. de prad. & om. navic. Fest. d. tract. c. 2 nu. 38. part. 1.* *g*) Qui bona sua tenentur manifestare medio juramento, & debent citari possessores ad faciendum æstimum. *Ita Festa. d. tract. c. 1 num. 39. cum seqq.* Alias non recognoscentibus & his, qui non conferunt descriptioni, liber Æstimi non præjudicat, *post Rom. cons. 275. Alex. 4. cons. 10. nu. 4. Paris. 1. cons. 104. in fin. ubi de communi Cacheran. cons. 34 num. 16.* Et hoc Æstimum inscripti ab ipsis Censoribus licité erigere possunt, *Gail. de Arrest. § 9. 10.* ut possit cognosci, an unus sit magis gravatus, quàm alter. *Caval. dec. 68 num. 4. & seq. Ludov. dec. 43. num. 7. & 8.*

52. Æstimo rité erecto, Collectæ plerunque per æs & libram, id est, secundum vires patrimonii *a* cujusque imponi; *b* semperq; valoris & æstimationis bonorum ratio de præsenti iniri, *c* tempusque Impositionis, non solutionis vel Exactionis attendi *d* solet.

a) Habito tamen respectu potius ad fructus, quàm ad valorem rei, *per dicta supra thes. 21. lit. a.* *b*) Ita, ut qui plus habet, plus solvat, *Detr. de Vbald. de Coll. n. 12. vers. in dubio autem Cravet. cons. 872. num. 11. Montisp. cons. 1. n. 2. Surd. cons. 525. n. 1. Pacian. cons. 7. n. 12. 61. & seq. & cons. 73. n. 21. Fab. de Anna cons. 60. n. 2. & 3.* Imò in dubio, quando non constat, quod debeat imponi per capita, debet imponi per solidum & libram, *Cavalcan. decis. 63. f. 533. in addit num. 2. Florez. d. q. 21. n. 110. & seqq.* Et quamvis, *n. 113.* limitet hanc Conclusionem, contendens, eo casu, quando pro Salario potestatis, Medici, Magistri scholarum, nunciorum publicorum, & aliorum officialium Collecta imponitur, imponi per capita, & non per æs & libram.

Nobis

Nobis tamen contraria arridet opinio, Natta *conſ.* 188 *n.* 1. Licet ad eandem forenſem non teneri haud inficiemur. *c*) *In puncto Bald. 3. conſ. 397. Quod & eleganter, Baldo tamen non relato, tenuit Cravet. Conſ. 195. per tot. Simon. d. prat. conſ. 100. conſ. 3. Montiſpel. d. conſ. 1. n. 4. Florez. d. q. 21. n. 169. & ſeqq. omninó videndi d*) *egregiè Turd. conſ. 146. n. 10. & ſeqq.*

53. Deficientia igitur facultatum ſuperveniens juſtam cauſam deminutionis Collectarum meritó inducit: *a* Et vice verſa, aucto territorio, vel patrimonio cujuſque augmenti *b* forma pariter conſideranda venit. *c*

a) *text. in l. forma. 4. § 1. ff. de cenſib. l. cura § deficientium. ff. de iur. immun. l. 2. C. diluvion. Rom. conſ. 396. n. 32. Corn. 3. conſ. 24. n. 16. inf. Dec. conſ. 335. pr. n. 1. Cravet. conſ. 195. n. 6. Montiſpel. d. conſ. 1. nu. 2. & ſeqq. Simon. de Pratis 1. conſ. 84. nu. 3. Thomat. § Retenta. 7. f. 556. Ceſta de Rat. Rata, q 103. n. 7. Gail. 1. O. 21. n. 18. Mynſ. 3. O. 34. ubi eximunt*, quod Moderationum cauſæ Ringerungs Handlung / *ut appellantur in Auſſu de Anno* 1548. § Dieweil / non pertineant ad Cameram, ſed ſuos peculiares judices habeant, *ſecundum* Receſſum Wormat. Quæ de re *v. qua compendioſè ex Receſſ. Imperii congeſſit Excellentiſſ. I C. D. Denaiſius, auguſt. Tribunalis Imperii Adſeſſor meritiſſimus, in rubr. Moderationum* Cauſa *c.* 191. *b*) *d. lo.* 557 *& ſeq. Cravet. d. conſ. 195. n. 6. Ioh. Vinc. de Anna 1. allegat* 61, *n.* 2. Et onera Collectarum habentia reſpectum ad reditus gravati debere minui, vel augeri ſecundum reditos auctos vel diminutos *poſt Abb.* voluit *etiam* Pacian. *conſ. 7. n.* 135. Et debita eſſe detrahenda ſcripſit Lucan. *de privil. fiſc. p. 3. n. 9.* *c*) Et in hoc differt Collecta á Tributo propriè ſic dicto, quod certam annuamque præſtationem habet, *Gail. d. O. 52. nu. 5. Parad. c. n. 71.* Ideoque per capita imponitur, *Florez. d. q. 21. num.* 118. & augeri nequit *Thom. d. § Retenta n. 9. f.* 558. Differt etiam á Vectigali, quod auctionem non recipit. *v.* Abſcheid / *de Anno* 1576. § Weiter ſeint. *D. Denaiſ. c.* 321. *in iure Cam. Rol. á Valle 3. conſ. 42. n. 12. Weſ. conſ. 45. n. 45.*

54. Collecta verò, ſi univerſitati imperari conſueverit, eadem aucta vel diminuta augeri vel diminui nequit.

Univerſitas enim non creſcit, neque decreſcit, ſed ſemper manet, *l. proponebatur ff. de iud. Coſtal in l. 1. ff. de Evict per text. ib. citat.* & poteſtate reduci ad unum, *Borel. conſ. 70. n. 27. Loſana de iure Vniverſit. p. 1. c. 1. n.* 30. Secutus eſt in Tributo præſtando ſingularib. perſonis pro modo eorum patrimonii, ſicut reſpondit Simon de Prat. *d. conſ. 100. num. 8.* Quod & ſenſit Montiſpel. *d. conſ. 1. num.* 10. *ubi ſcripſit.* Quod indicto populo, aut Univerſitati cuipiam munere aliquo patrimoniali vel Collecta, ſi aliquos immunes fieri oporteat, ea de cauſa, quod agri ſteriles, aridi, vel omninó inutiles facti ſint, non propterea Principi quicquam deperibit, nec minus Univerſitas illa ſolvet, ſed deficientium portionem reliqui Cives pendent; cæteriſque indicitur, *Iſmene, C. de Cenſ.* Et id *ſecundum Montiſp. nu.* 11. procedit, quando Civitati alicui & Univerſitati, ut corpori aliquid indicitur. Quod ſi perſonis ſingularibus, & earum gratia tantùm, tunc unus pro alio non tenetur, *poſt Bart. in l. 2. C. de Apoc. publ. Accurſ. Thomat. d. § Retenta numer.* 11. *fol.* 561. *Ant. Fabric. in Cod. lib. 3. tit. 12. definit. 4. num. 4.*

55. Sem-

55. Semper etiam origo & causa Collectæ inspicitur, ita ut qui liber est á causa, etiam ab Effectu liber esse dignoscatur. *a* Unde si loco muneris meré personalis, ut Custodiæ, &c. Collecta indicta sit, imponitur per capita eorum, qui tenebantur munus illud subire, *b* nec pecuniæ subrogatio causam mutabit, aut etiam forenses adstringet. *c*

a) *Aug. Berous 3. cons. 150. n 50. Natta 3. cons. 150. nu. 5. Surd cons. 289. n. 11. Sim Pist. cons. 2. n. 38. & seq. Gail. 2. O. 52. n. 16.* Et hanc in Materia Munerum unam Maximam esse dicit Montisp. *cons. 11. num. 17.* *b*) *Ita Bart. in 4. § actor ff. de re iudic. & in l. § 30. vers. Quero ergo col. 4. C. de mulier. &c. Bald. 1. cons. 112. num. 3. Petr. de Vbald. de Collect. n. 10. & 11. Petr. Greg. 3. syntagm. c. 7. n. 2. Socin iun. 1. cons. 49. n. 28. Natta cons. 157. n. 5. Crav. cons. 583. n. 16. Bertaz. cons. Civil. 27. n. 5. Pacian. d. loc.* *c*) Nisi ratio Oneris respiciat etiam forenses. Tunc enim & onus Collectæ abiis sustineri debet, *Surd. decis. 257. n. 8. Rosenth. d. c. 5. concl.* An autem Statuto vel Consuetudine induci possit, ut forensibus in loco rei sitæ onus personale vel Collecta pro onere meré personali indicatur? Neg. Natta, *cons. 158. n. 12.*

56. Qua ratione quando Collecta imponitur pro Hospitio, *a* vel expensa Militum, duntaxat constringuntur, quibus necessitas incumbit hospitium præbendi, vel ad bellum abeundi. *b*

a) Hæc Hospitatio oneribus realibus accensetur, *l. 3. § munus Hospitii. l. fin. § pen. ff. de muner. Costa. de Rat. Rata, q. 159. n. 8.* à quibus regulariter nemo excusatur, *l. sunt mun. ff. de vacat. & excus. muner. Wes. cons. 49. n. 11. Cacher. decis. 95. nu. 44.* Et est antiquitus militibus tribui solita modesté & temperanter, non (ut nunc fit tradendo omnes sumptus & cibaria equis, famulis, & illorum meretricibus,) sed in expeditionem euntibus vel hybernantib. dabatur sola Hospitatione. Imò nec á volentibus hospitibus milites capere poterant, *l uni. C. de Silg hospit. non præstant Roland. 3. cons. 66. num. 9. & 10. v. novissimé & pulchré Caspar. Thassaur. l. singulari quæst. foren. q. 93.* Diversum ab hoc jure hospitandi est Jus Albergariæ der Atzung/ de quo *gl. in præterea de iur. patron.* quod juri Superioritatis cohæret, ut potest colligi ex iis, quæ notat Menoch. *cons. 302. num. 26. Sole. d. tit de iur. Emph. p. 1. gl. 4. num. 3.* Quo loci tradidit, Jus Albergariæ fuisse onus consuetum præstari Comiti Provinciæ eunti ad castra & loca Provinciæ ad audiendum querelas subditorum contra suos Officiales, Quod etiam respondit Oldrand. *cons. 98. pr. Bertr. 3. cons. 179. num. 3.* Quemadmodum & jus hospitandi Regalibus accensetur, *post Bald.* Motius Surgens, *in annot. ad tract. Matt. Ant. Surg de Præf. Præt. fi. 40. 2 & seqq.* Videtur hoc jus der Atzung/ ad similitudinem procurationis Episcopis Diœcesis visitantibus, intuitu cujusdam subjectionis debitæ, *Dd. in c. 1. de censib. in 6. Phil. Portius cons. 194. n. 41.* á Laicis, ne hac in re deterioris essent conditionis, quam Ecclesiastici, forté introductum. Vel (quod vero similius est) á inter erigendi tabernas vel hospitandi, quod in Suevia pertinet vnder sunderbar Ehafften/ prout etiam inculcat Additionator ad Martin. Uran. *cons. 21. num. 6. lit. 2. vol. 2.* Quod & mixto Imperio non malé adsignatur, Sed quorsum in hæc prærupta ruimus? *b*) *Pet. de Vbald. d. tract. princ. & n. 15. Chassan. verb. Des iustices rub. 1. § 4. verb. Et fur. n. 45. Florez. d. q. 21. nu. 114.* Nec enim dubitatur, quin subditos ad militandum cogere, vel ad præliandum ducere sit jus speciale Impe-

Imperatoris, *per ea, quæ firmat. Pancirol. consil. 119. num. 1. & seq.* Et de Consuetudine Germaniæ Sequela & Lustratio. Folg/Reiß/vnd Musterung/Superioritati cohærent. *Ant. Knich. in Comment. ad privil. Sax provoc. nesc. c. 5 fol 151. & de iure territ. c. 3. n. 18. & seq, Pruckm. consil. 27. n. 37.*

57. Clerici ergo, Doctores Legum, & Medici, quos Lex ab hospitationibus eximit, *a* ad hanc Collectam neutiquam teneantur. *b*

a) l. 1. C. de Episc. & Cler. l. Medicos de proceff. & Medic fortasse ideo, ne in eorum studiis, & exercitio turbentur, & quod onus hoc personalem quandam inferat vexationem, quæ recipientis verecundiam ipsam pulsare aclædere, *l. 8. C. de metac. ubi & inde* hospitalis seu (*ut alii legunt*) hospitalitatis molestia, *appellatur, Ant. Fab. in Cod. l. 9. tit 29. defin. 26 num. 5. & per tot.* *b) Florez. d. q. 21. nu. 17.* Idque si de hospitatione antiquitus præstar. solita loquamur, expeditum est. Quod si quæramus de expensis cibariis, quas hodié præstant Incolæ militibus tranieuntibus, pro quibus est necessaria Collecta, tunc dicendum videtur, Medicos & Dd. teneri contribuere, Caspar. Thessaur *d. 39. n. 9.* ita indicatum referens. *Et num. 10. & 11.* ubi tamen moderatam taxam esse faciendam, nec extorsiones militum volentium sibi salvi pullos gallinaceos, aliasque res contra prohibitionem Principis, & legis præcepti exportantium in consideratione venire subminuit, allegans Purpurat. *cons. 418.*

58. Ex eodem fundamento deducitur, si contribuendum sit pro solvendo Salario custodibus messium, pastuum, aut animalium in loco, vel pro solvenda pœna, quam delinquendo incurrit Universitas, eos tantum teneri, qui custodiuntur, *a* & qui deliquerunt: *b* non etiam alios. *c* Quod etiam consimilibus casibus pro contingentia multifarié quis reté adplicaverit.

a) Florez. d. q. 21. n. 116. & 119. *b) Bart. in l. aut facta § nonnunquam num. 8. & fin. ff. de pœn. ubi dicit*, quod quando Universitas condemnatur pro aliquo delicto ab Universitate commisso, illi, qui non deliquerunt, non debent contribuere de jure, in solutione Collectæ pro hac causa impositæ. Et ait Bart. ibi, se hoc vidisse in quadam sententia Imp Henric. *Natta consil. 157. num. 5. Cacher. n. decis. 90. num. 9. Rard. decis. 257. n. 6. & seq. Losa de iure Vniversit p. 3. c. 9. n. 20. & p. 4. c. 1. n. 34. Costa. de Rat. Rata, q 5. n. 12. Florez. d. q. 21. n. 85. omninó videndus.* *b)* puta minores 25. annis Mulieres, Clericos, Senes, Infirmos & Absentes, *Caval. decis. 68. nu. 12. & 13 f. 535.* Et ubi Universitas imponit Collectam pro delicto per ipsam commisso, velut æstimatione damni dati in ejus territorio, certé si is, qui damnum passus sit de eadem Universitate, contribuet etiam ipse ad solutionem Collectæ pro Rata. Et idem generaliter dicendum est in quovis Creditore Reipublicæ, *post Bart. Bald & Castren. Losa d. loc. n 21. & p. 4. c. 1. inf. Cost. de Rata. Rata, q. 86. n. 3. Florez. d. q. 21. n. 172. per l. ab omnib. § si Titio ff. de Legat. 1. noviter & puchré Ant. Fab. d. lib. 9. tit. 29. definit. 27. per tot.* Imó & Litis Expensas contribuunt pro Rata Domini bonorum acquisitorum, *Ant. Fab. d. loc. n. 2. Cost. d 80. n. 1.*

59. Illud obiter hic indagare libet: Ad instaurationem & refectionem *a* Ecclesiæ quinam contribuant? Et sanè si Consuetudo est, quod Populus eadem reficiat, valet, & liberat Rectorem, sive Curatum Parochialem. *b* Ubi de Consuetudine non adparet, Reparatio Ecclesiæ fieri debet de portione Fabricæ Ecclesiæ deputata. *c* Si eadem non sufficiat, tunc Rector & beneficiati Ecclesiæ, secundum quod ibi percipiunt, conferre debent. *d* Ubi verò de illa portione redituum Reparatio fieri nequiverit, Parochiani, qui ibidem divina percipiunt, in subsidium tenentur. *e*

a) Quam tam ad secularem Principem, quàm Pontificem pertinere voluit Guil. de Benedict. *in c. Raynutius verb. si absq; liberis num. 33. de testam. per text. ibid. allegat.* Matt. Boysl. ad Aufrer. *de potest. secul. in Eccles. reg. 2 limit. 26.* ubi Aufrerius contendi eo casu, quo agitur de reperatione Ecclesiarum, Clericos cogi in seculari judicio respondere, *Facit 4 Reg. 12. & 24 Paralip. 24.* *b*) *Abb. in c. 1. nu. 5 de Eccl. ædific. Specul. in tit. de Eccl. ædific. in pr. Bertrand. 4. cons. 41. viso. num. 26.* In tantum, ut etiam ad evitandum hoc Onus usui Ecclesiæ non possint renunciare. *Abb. in c. 1. n. 4. Bart. d. cons. 41. nu. 26. & 19.* *c*) *c. unic. 30. q. 3. & c. decernimus 10. q. 1. Abb. in d. c. 1. n. 5. Bertrand. d. nu. 26. cons. 181. n. 2 vol. 7.* d) *c. 1. & c. de his ubi ab. de Eccl. ædific. fin. de his, quæ fiunt à mei part. cap. si monachus, 16. q. 1.* Ubi etiam Canonici compelluntur, licet ad eos non spectet Ecclesiæ cura, vel Regimen, *Surd. d. cons. 72. n. 9. Bertrand. d. cons. 41. num. 26. & d. cons. 181. n. 3.* qui etiam authoritate Episcopi ad contribuendum compelli debent, *Surd. d. cons. 61. n. 15.* *e*) *Abb. in d. c. 1. n. 4. Bertrand. d. cons. 41. n. 26. Surd. d. cons. 62. n. 26. Vide in iur. insuper Nicol. Everh. Inn. 2. cons. 35. Iacob. Philip. Portius cons. 99. n. 24. & seq. & cons. 195. per tot. Cravett. cons. 116. Decian. 2. cons. 14. n. 36. Pacian. cons. 7. nu. 98. & seqq. Boroll. cons. 2. num. 11. & seq. Petr. Greg. 2. syntagm. c. 1. nu. 12. & l. 15. c. 24. nu. 4. & 5. fusissimè Valasc. decis. 179. per tot.* qui omnes plena manu hanc materiam pertractant, *Bertrand. cons. 126. nu. 12. vol. 1. p. 2. Netta cons. 215. n. 7. in fin. vers. Ex quo infra, Thesaur. decis. 149. n. 7.* qui posteriores forenses ab hac Contributione eximunt.

De Exactione seu Excusatione Collectarum.

60. Collecta ita legitimè imposita & distributa paratam Exsecutionem meretur *a* in tantum, ut pendente lite, *b* vel Appellatione a *c* absque metu Attentatorum ad ejusdem solutionem quis adigi possit. *d*

a) *l. missi. 7. C. de Exact. Tribut. l. publicas 5. C. de feriis l. abstinendum C. quor. appell. non recip. Nov. 17. c. 8. late Cravett. cons. 111. n. 19. Menoch. cons. 75. nu. 101. Roland. 1. cons. 32. n. 5. Cothm. d. cons. 11. n. 187. & seqq Thesaur. decis. 164. nu. 2. Thom. à Reten. n. 30. f. 578. & seq. Parlador. 2. rer. quotid. c. fin. § nu. 1. p. 1.* Et Citationem non iniquiri in Tributis. Datis, Collectis ait Joh. Bapt. Asinius, *in prax § 7. c. 5. limit. 23.* Non tamen executio illa debet fieri ex abrupto. *Bald. 3. cons. ult. n. 5. Rol. 1. cons. 32. nu. 38. Cravett. d. cons. 111. n. 19.* Sed præcedente cognitione ac Decreto, *Petr. Peck. tract. de*

Eccles.

Bles. repar. c. 29. n. 2. Et terminus aliquis debitoribus ad se præparandum & solvendum indulgeri debet, *Florez. d. q. 21. n. 124. post Festas.* *b)* *Bald. 1. cons. 138. nu. 1. Bursat. 1. cons. 16 nu. 76. Cacheran. decis. 164. num. 2.* *c)* *Robert. Lancellot. de Attentat. p. 2. c. 4. limit. 25. n. 2.* *d)* Non itaque Clericos, Nobiles, aliosvé relevat, si privilegia vel immunitatem á Collectis obtendant, cum Superior hoc casu nunquam procedat revocando Attentata ob favorem Collectarum, nisi constet aperte de malitia Exactorum, aut de notoria injustitia, *Florez. d. q. 21. n. 247.* Tametsi admittatur intercessio, postmodum ad repetitionem profutura, si ex postfacto justam eam fuisse apparuerit, *Ant. Faber. d. l. 9. titu. 27. definit. 18. num. 5. ita pronunciatum referens.*

61. Quod tamen non ita crudé, sed cum grano salis, & de eo potissimum casu exaudiendum esse putamus; Quando scilicet collectandos esse veros debitores, neque aliqua Exceptione legitima solvendi necessitatem declinare posse evidenter, liquidoq; constiterit.

Cravett. d. cons. 111. n. 19. Cacheran. decis. 86. n. 4. & seqq. Florez. d. q. 21. n. 155. Bal. de iure Vniversit. p. 3. c. 9. num. 29. Magon. decis. Florent. 66. nu. 28. Parlador. & alii supra citati, videlicet Cothman. d. cons. 11. num. 190. Lancellot. limit. 25. n. 3. qui & nu. 4. aliam addit limitationem, ut Exsecutio tum demum lite pendente fiat quando scilicet agitur de Exactione Collectarum præsentium, & quæ, si tunc non exigerentur, immineret aliquod damnum publicum: Secus si ageretur de Collectis jam præteritis, *Cacheran. d. decis. 86. num. 8. Cothman. d. cons. 11. nu. 192. Surd. cons. 168. num. 17. Et num. 6. idem Lancellot. hanc addit limitationem,* ut non procedat, quando Lis penderet super hoc quod diceretur Exactorem plus solito subditum gravare. Quoniam hac lite pendente, Debito non cogeretur ad integram solutionem, sed tantum juxta solitum, *l. 1. C. de censib.* Et ratio videtur in promptu: Quia in eo, in quo exactor excedit, ille non debitor, *Hæc Lancellot.* Ita etiam Exactor Collectæ non potest compellere Emptorem, alicujus rei ad solvendas Collectas præteritas, debitas á Venditore, nisi solúm ratione rei, illam pignorando, nec potest confugere ad alias res proprias ipsius emptoris, *l. his qui C. de præd. & omn. reb. navic. l. fin. C. debitor Civitas. Bald. in libr. 2. C. sine censu, &c. Confer. l. vectigalis ff. de pign. v. supra thes. 52. lit. d.*

62. Omni autem cum modestia, *a* & mititate, sine flagitio, sine noxa, sine injuria *b* Collecta exigatur, & Princeps non acerbum se Exactorem, nec contumeliosum præbeat, sed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum instantia humanum *c* Et Exactores habeant se paternali modo, ne ærarium fiat spoliarium, cruentarumque prædarum receptaculum. *d*

a) Violenta enim Exactio multis nominibus nocet, *Clapmar. d. Arcan. Imp. c. 25. fol. 150.* *b)* *Bart. Phil. in tract. del. Consiglio & de Consiglieri discurs. 13. n. 14.* *c)* *ut de Creditore loquitur Vlpian. in l. bene 33. ff. de usurp. post Luc. de Penna Magon. d. decis. 66. n. 15.* Sed hoc (proh dolor) contra pauperes Rusticos vix servatur, á quibus immanis & leonina sit Exactio, *d)* *ut loquitur Althusius in Polit. c. 8. §. 17. Exod. c. 22. v. 25. l. nemo C. de Exact. Tribut.*

63. Idq; vel maximé, ne ob immoderatam Exactorum licentiam ad seditiones populus excitetur; quas sæpé graves inde extitisse JCti, & Historici memorant.

Ber. tract. de seditios. n. 31. & seq. Damhouder in prax. Crim. c. 99. num. 10. & seq. Georg. Buchanan. lib. 13. Histor. Scot fol. 465. præsertim brevi die solutioni definito, *Buchan. lib. 10. in Rege 102. Bernard. de Girard. de l. Estat & succez des affaires de France lib. 2. fol. 124. ubi* ingentem seditionem ob Exactionem unius obuli á muliere ratione herbarum factam exortam fuisse *narrat.* Sic motuum Belgicorum non minimam causam fuisse Exactionem centesimi numi, omnium bonorum mobilium & immobilium, decimi omnium mobilium, quæ venderentur, *liquet ex Meterano lib. 4. Histor. Belg. fol. 89. § Mox Civitates in An. 72. Illustri præside D. Iacob. Aug. Thuano lib. 4. Historiarum sui tempor fol. 515.* Et Susatum celebrem Westphaliæ urbem ob immoderatam Collectarum exactionem ab Archiepiscopo Coloniensi ad Ducem Clivensem decivisse scribit Georg. Fabric. *de orig Saxon. fol. 47.* Quam historiam etiam referunt Æneas Picolomineus Senensis Cardinalis, postmodum Pontifex electus, & Pius II. nominatus, *in tract. de Europæ statu sub Friderico III. c. 29. de Westphalia, qui insertus est diversis scriptorib. Germaniæ editis á Marquardo Frehero in Edit. Francof. de Ann. 1602. tom. 2. fol. 74.* & Trithemius *in Chron. Sponheimensi circiter annum* 1444. Similiter Tributorum acerbitatem Vandalos á Religione amplectanda deterruisse refert Crantz. *lib. 4. Vandal c. 6. & c. 35 f. 93. & lib. 3 Metrop. c. 31. 39. 43.* Quomodo etiam Carolo V. in Algiram proficiscente duo Reges Cuch & Tramazinus fidei Christianæ avidissimi ob tributum infinitum deterriti in avita superstitione mansisse existimantur. Qua itaque cautione Princeps uti debeat, ne propter imposita Tributa oriatur seditio, eleganter docet Cyro Spontone, *del Governo di Strato libr. 9. cap. 4. fol. 249.*

64. Morosi tamen, refractarii & renitentes Debitores per viam pignorationis, *a* sequestrationis fructuum, *b* subhastationis, *c* præcepti & mulctæ *d* ad solutionem Collectarum cogi possunt.

a) Videantur omninó Florez d. q. 21. numer. 157. *b)* Quæ videtur esse Ordinaria, *ibi. qui C. de conv. fisc. debit.* cum Collecta proprié sit correspectiva fructuum: *Bapt. Costa de Rat. Rata q. 157. num. 4. & dictum est supra thes. 21. litera a.* *b)* Sic á non solvente Collectas posse rem allibratam, vel in æstimum redactam auferri & vendi, voluit, *Roland. 4. cons. 79. num. 3 & 4. ubi alios citat. Petrad. c. 4 num. 40. folio 91 per tex. in l fi. C. sine cons. & c. post* Bart. *Afflict. in c. 1. verb. Vectigalia, num. 54. quæ sint Regal. (qui tamen loquitur in Tributo.) Florez d q 21. num. 143.* Sunt enim bona tacité obligata pro muneribus in communi necessitate, *l 1. ubi glo* Bart. *& alii C. in quibus caus. pign. vel. hypoth. l. 1. Cod. si propt. publ. pensit. Thomat. d. § subiiciunt. num. 31. fol. 235. Surd. cons. 146. num. 1. (qui tamen nu. 21. in nostris terminis dissentire videtur.) Wesenb. d. cons 45. num 4. Molina de Tribut. disput. 675. in prin. Gail d. Obs. 52. n. 21. Rauchbar. 1. q. iur. 16. num. 4.* *d)* *Gail. d. O. 52. num. 20.* Ita B. subditis in O. & consortibus sub mulcta solutionem Kreißsteuer/ præcepit, qui tergiversantes in pœnam declarati & postmodum per Mandatum Executoriale in Camera á Magistratu impetratum & injunctam ibidem paritionem tam ad mulctæ, quám Collectæ solutionem condemnati sunt, *An. 98. 3. Februarii.*

65. Ve-

65. Verùm an Status vel Civitas Imperii Statutum inducere possit, ut bona ipso facto in commissum cadant ob non solutas, vel non rectè solutas Collectas? Id quidem quosdam eximios ICtos prudenter omissos, in puncto præsupposuisse videmus. Sed nos id, uti ambitiosum, non valere æquius & tutius arbitramur.

Nam præterquam, quod disceptari possit; An Superiorem recognoscentes habeant jus Confiscandi (quod tamen in præsenti, reclamante potissimum quotidiana Experientia, in casibus de jure expressis non firmamus, *ob ea, quæ dicta sunt supra th. 9.*) certum est, Confiscationem tantùm in illis casibus locum habere, in quib. jure Communi pœna Confiscationis est præstituta. Quotiescunq; enim à Lege non invenitur expressè generaliter sive specialiter imposita ob delictum pœna Confiscationis, non possunt gubernatores & alii judices, qui non sunt positi in Suprema potestate ac Magistratu sine Principis jussu contra juris communis depositionem hujsmodi Statuta concedere, *l. un. ubi Ang. C. ne sine juss. Princ. & c. Angel. de maleficiis in verb. Eius bona publicamus, n. 11 & ibi Arimin. in addit. Chassan. in Consuet. Burg. rubr. 13. n. 1. Lancellot. Conrad. de off. Prat. in Criminalib. tit. de publicat. bonor. n. 1. fol. 738. Clar. §. fin. q. 78. n. 5. v. quæro. Farinac. in prax. Crim. q. 25. n. 19. Bertaz. cons. crim. 347. n. 3.* Et generaliter Gubernatores ac Præsides Provinciæ contra jus Commune statuere non possunt, *Farinac. d. num. 19.* Cum Statuta condere contra dispositionem juris sit Suprema jurisdictionis, *Carol. de Grassis de Except. ad mater. Statut. ex c. 1. n. 6. & 7. numeros laudans.* At ve ó Confiscatio in paucis casibus, ut in Crimine læsæ Majest. & aliis nonnullis locum habet, inter quos præsens casus non reperitur. Ergo Addo, quod Contributiones Turcicas (quæ tamen maximè privilegiatæ sunt, & à quibus nemo immunis est) in totum non solventes ultra pœnam Dupli conveniri nequeunt, *per dicenda infra th. 68. lit. b.*

66. Ita quoque manu militari, *a* Captura, & Carcere *b* frustrantes, & inobdurata nequitia non solvendi perseverantes, usque dum obediant, coercentur.

a) Qui modus non omninò extra periculum est. Utur sit quosdam Principes copias, imò & interdum hostes in propria regione conscribere & alere videmus, qui super exactiones à Subditis extorqueant: qui Exactores impignorationibus, & stipendiis ea de causa ipsis debitis, occasionem longè majorum sumptuum, molestiarum ac inquietudinem conciliant. Et quid inde mali expectandum sit, etiam Rustici explicare poterunt: Odium oritur: Contemptus ex odio: Contemptus Conspirationes gignit: advocantur & invocantur Potentiorum auxilia, iis vocatis vastantur agri, vici exuruntur, oppida evertuntur, commercia impediuntur, subditi ad paupertatem redigunturr, virtute clari repelluntur, juventutis flos é medio tollitur, ceteri in servitutem & perpetuam miseriam abducuntur. *b*) *l. nemo carcerem C. de Exact. Tribut. lib. 10. & ibi. Dd. Menoch. de arbitr. 1. q. 88. numer. 5. Burs. cons. 345. nnm. 37. M. Ant. Peregrin. de iure fisci, lib. 6. tit. 7. num. 7. Florez. d. q. 21. num. 145. ubi post alios ibidem relatos intelligit*, scilicet quod possint debitores detineri in custodia libera, non in carcere clauso, *tex. in d. l. nemo.* Forenses tamen, *Mogon. d. dec. 66. num. Gail. de Obs. 52. num. 22.*) ut nec mulier. (*Peregrin. d. loc. num. 9. per tex. in lib. 1.*

per rex. in l. 1. C. de off. divers. iudic. Florez. d. q. 21. num. 15. de iure Regio Hispaniæ loquens.) Nubilis & impubes carcerari nequeunt, *post Baezam Florez. d. loc. n. 152. & seqq.* Nos in captura pro Collectis Consuetudinem potissimum attendendam in memoriam revocamus.

67. Ecclesiastici per suos Episcopos & Superiores cogendi sunt, *a* Qui si in exigendo torpescant, Principi seculari *b* jure brachii secularis quodammodo manum adponendi vi aperitur.

a) Bald. 3. cons. 264. in f. Natta cons. 280. Mandel. cons. 8. nu. 3. Surd. cons. 490. n. 10. & seq. Petra d. c. 4. sub tit. de validitate Statuti, n. 34. fol. 89. Diss. *Thomat. c. 5. a nu. 8. & 11.* *b) Afflict. decis. 85. n. 2. & decis. 24. Cacheran. decis. 68. nu. 22. & seqq. Nic. Balb. in cons. d. decisioni subiecto, nu. 29. & seqq. Petra d. c. 4. nu. 36. in fin. Alex. Raudens. d. lib. 1. de Analog. c. 39. n. 147. Florez d. q. 21. n. 225. ubi etiam* Exactores posse pignora ex eorum domibus sumere *scripsit.* Et hæc in Oneribus mixtis & extraordinariis indubitató obtinent. In ordinariis veró & realibus Clericis coram judicibus sæcularibus immediaté conveniri possunt, *Gabriel Sarayna in Apostil. ad Matthesi sing. 100. n. 34. Petra d. c. 4. n. 38.* (qui tamen proprié loquuntur in patrimonialibus Clericorum.) Idem Steph. Aufrer. *de potest. secul. in Ecclesiast. reg. 1. fallent. 27.* sensit de censib. & tributis, quatenus res Clericorum eorum nomine sint affectæ, & ejusmodi onera fuerint invariabilia.

68. Hodie si quando Subditi *a* partes suas viriles moniti ad diem non inferunt, Mandata ad pœnam Dupli *b* in Camera decernuntur. *c*

a) Sive Clerici sint, Reichs Abscheidt/ *maximé de Anno 94.* § Darüber/ & *de Anno 98.* § Dagegen aber/ ubi diserté cautum est, Wie Churfürsten/ Fürsten vnd Stände Vorgesetzter/ id est, so wol Geystlich: als Weltliche/ (*utpote quorum in præced.* § *expressé mentio facta fuit*) jhrer Vnderthanen Verweigerung oder widersetzlichen Ohngehorsambs halben gegen dieselben am Kays. Cammergericht zu Eynbringung der aufferlegten vnd auffgesetzten Anlag vnnd verwürckten Pön. *Dupli Mandata pœnalia ad solvendum, &c.* zuerlangen/ Cum dictionis Vorgesetzter/ id est, *prædictorum*, natura sit repetere præcidentia cum omnibus suis qualitatibus, *Dd. in l. fin. C. de hæred. instit. Cravett. consil. 98. num. 8. Decian. 1. con. 51. num. 5.* Cum sit vox Relativa & repetitiva præcedentis, *Decian. 1. cons. 17. num. 10. Roland. 3. cons. 56. nu. 27. Surd. cons. 163. num. 14. & cons. 313. num. 40.* Sive Laici Reichs Abscheidt/ *de An. 66.* § Vnd nach dem/ *& seqq. &* § Darwider auch/ *& de Anno 82.* Vnd nach dem/ *& seqq. &* § Dieweil dan/ *& seq. & de Anno 94. & 98. dd. supra.* § *b)* Non secus, ac fraudantes Vectigalia tenentur Duplum solvere ejus, quod vectigalis nomine erat pendendum, *l. fin.* § *Diuff. de public. & vectig. Roland. 3. cons. 42. num. 13. Boreus 3. cons. 164. num. 4. Peregr. de iure fisci lib. 6. tit. 5. num. 35.* Videtur autem hæc pœna Dupli primum introducta, *Anno 66.* § Derwegen haben. *c)* Idque quoad Contributiones Turcicas indubitatum est, *per modó dicta.* Sed an talia Mandata etiam pro Exactionib. in Circulis factis decernuntur? Omninó. Sive Status expressa Conventione (qualem in Suevico Circulo *Anno 1600. Mense Augusto* factam meminimus) in casu moræ & negligentiæ ad pœnam dupli se obligarint, sive non. Quid veró, si quidem Status in Contributionem consentire nolint, an major pars præjudicabit minori ad hunc Effectum, ut Mandata impetrari possint? Quod intrepidé adstrui-

struimus de subsidiis in Comitiis Imperii indictis. De Contributionibus in dem Kreiß verwilligt/res est ancipitis decisionis cum vix Status Statui, vel par pari prejudicare possit, *v. tamen* Reichs Abscheidt/*de An.* 1555. § Vnd damit die Obersten. *Bodin. de Repub. l. 3. c. 7. fol.* 533. *& seqq.* Illud notandum, quod interdum mandata etiam prohibitiva emanant, ne Collectæ á privilegiata persona exigantur, *prout factum in causa* G. *contra* S.

69. Ipsi Status si in solvendo moram fecerint, Imperii Regalibus Privilegiisq; respectivé proscribuntur, privanturq; : *a* á Fiscali ad videndum se declarari in pœnam citantur. *b* Causa levato velo celeriter ad finem perducitur. *c*

a) Reichs Abscheidt/*de Anno* 94. § 15. Da aber einiger. *Excellentiss. Dn. Petrus Denais. IC. in iure suo Camerali, num.* 99. *tit. Contributiones Turcicæ.* Potest autem proscriptionem privationemvé Camera, si videbitur, in pecuniariam pœnam convertere, *d. R.* § 17. Darneben sollen. *b*) Citationi primæ sequentium omnium termini inseruntur eaque, prout unusuisque dies cesserit, repetita porro proceditur, *d. R.* § 16. Vnd damit. *c*) *Præiuditia allegat Compilator Symphorematis in verb.* Türckenhülff *f.* 344.

70. Quid, si Statui cuipiam, quoad Contributionem pro Cameræ sustentatione paritio injuncta sit, & is Revisionem petendo adhuc solvere detrectet; Anne Revisio Excutionem suspendet? Neg.

Cum hæc sit Alimentorum causa, in qua Revisio effectum executionis suspensivum non operatur. Deputation Abscheidt/*de Anno* 1600. *Dn. Denais. in verb.* Revisio *Actorum* 271. *inf.* Idem quoad Contributiones Turcicas juditium esto: ut eó promptiús obviam veniri possit periculo imminenti ex irruptione Turcæ, prout hæc causa in Recessibus Imperii expressa est.

71. Vim horum processuum *a* Exceptione Impossibilitatis & Inopiæ, item Compensationis, *b* & aliis, si non elidere, saltem enervare nonnulli plerunq; adlaborant. *c*

a) Quæ exceptio etsi relevans esse respectu Collectarum videatur, *iuxta l. cura § deficientium ff. de iure Immunit. Roman. cons.* 369. *n.* 32. (*Facit huc Myns.* 3. *O.* 34. *Gail.* 1. *O.* 21. *num.* 18) non modó principaliter peremptoria, sed & potentialiter dilatoria est, ita, ut inops juditium pati non cogatur, *prout dixit Bald. in c. pastoralis nu.* 10. *de Exception.* tamen in Camera Imper. non attenditur, cum Moderationem respiciat, cujus cognitio ad eandem non spectat, *Myns. d. O.* 34. *numer.* 5. *v. supra thes.* 53. *lit. a.* *b*) *de qua fusé & pulchré Petr. Barbosa in l. divortio* 8. § *ob donationes ff. solut. matrim. Zange de Except. p.* 3. *c.* 6. *per tot. latissimé Carol. de Grass. d. l. Except.* 16. Regulariter veró, sicut Exceptio Compensationis in Excutione Tributi opponi non potest, *l. aufertur* § *Compensatis ff. de iure fis. Lucan. de privileg. fisc. p.* 1. *num.* 3. Ita nec in Exactione Collectarum favore Reipublic. admittitur, *l. in ea, C. de Compensat. l. si ex venditione C. eod. cum simil. Peregr. d. l.* 6. *tit.* 7. *num.* 15. *vers. Cessat. etiam Compensatio. Thom.* § *Exposuimus numer.* 19. *fol.* 611. Nisi debitum Collectandi æqué sit privilegiatum ac fisci, prout consideratum in causa J. contra F. *c*) Quidam ex Statibus Imperii ante paucos annos opposuerunt Fisco in Camera Imper. Exceptiones

ex co

ex eo capite, quod majora vota in cauſa Religionis & contributionis diſſentientes non obſtringant. In qua opinione etiam Mauritium Electorem fuiſſe patet ex iis, quæ ſcribit Sleid. *lib.* 24. Tum etiam nondum definitum ſit, quæ dicantur majora. Cujus deciſio ad privatos non pertinet, *v. tamen, quæ ſuprà th.* 68. *litera c. diximus.*

72. An verò hoc caſu ab Actore, vel Reo Paupertas probanda veniat? non inconcinnè diſquiritur.

Et quidem paupertatem præſumi, donec de divitiis non conſtet, firmam Maſcard. *probat. concl.* 1559. *num.* 1. *& ſeqq. per ibidem alleg. qui & num.* 7. *in terminis aperte ſtatuit.* Quod eo caſu, quando contra aliquem agitur, tanquam contra Divitem, & ille excipiat de paupertate, non habeat neceſſe eandem probare. Cum paupertas ſatis probata dicatur, ex quo excipiendo deducitur concomitante legis præſumptione, *iuxta* Bertaz. *con.* Crim. 249. *num.* 1. De quo tamen videri poteſt Covarr. 2. *variar. reſolut. c.* 6. *per tot.* Pacian. 1 *de probat. c.* 36 *num.* 33. *& ſeqq. & c.* 54 *per tot.* Ut ut ſit, quoad haſce Contributiones, quæ ob publicam imperii Utilitatem communi ſtatuum voto determinatæ ſunt, aliud dicendum videtur, *per notat. Bald in l. ſi. verſ. qui pro rei num.* 3. *verſ. Vnde ſi villaff qui ſatis d. cog. Affict. deciſ.* 377. *num.* 3. *& 6 Peregrin.* 3. *conſ.* 98. *num.* 13. *Pacian. d. c* 54. *num.* 13. (ubi loquitur in Villa, quæ petit ſe eximi ab æſtimo ratione paupertatis) *Guttierez de iur. confirm. p.* 1. *c.* 1. *n.* 22. *& ſeqq.* Quis autem Pauper dicatur arbitrio judicis relinquitur. *Maſcard. d. concl.* 1159 *n.* 8. *& per tot. Menoch de A. l. Q caſ.* 65. *n.* 7. *Florez d q.* 21. *n.* 130 *Surd. conſ.* 491. *n* 11 *& conſ* 534. *num.* 23. *vol.* 4.

73. Illud quoq; meminiſſe oportet, Exactores intra annum *a* ad finiendam ſuam Exactionem, & redditionem rationum obſtringi, *b* nec cum pecunia Collectarum lucrari poſſe. *c*

a) Hodiè Perfitationis cujuſque die intra tertiam vel quartam ſeptimanam quod á quibus illatum ſit, ad Rationalem defertur, Reichs Abſcheidt/ *de Anno* 94. § 18. Vnnd damit/ *b*) *v. omninó Florez d. q* 21. *c*) Quod ſi ſuccenſetur, totum lucrum eſt Reip. Quia ſemper debent eam paratam habere ubibus Reip. *ex l. un. Cod. de aur public. perſecut. poſt Bart. Dec. & alios Florez d. loc. numer.* 162. *& ſeq. ubi in fin.* hanc opinionem malè in praxi ſervari, *ait Conſer. Peregrin.* 3. *con.* 94. *n.* 7.

74. Tandem magnopere cavendum eſt, ne Contributiones in alium uſum, quàm in quem principaliter deſtinatæ ſunt, vertantur *a* & ut cauſa Exactionis ceſſante etiam onera removeantur. *b*

a) *Poſt Bart. & Foſtaſ. rectè adductos Florez d. quæſt.* 21. *nu.* 161. *Molina de Tributut. diſp.* 667. *num.* 2. Idque pragmatica Imperii ſanctio, *de Anno* 1594. diſertè innuit his verbis: Gleich wie obgeſetzte Hülff von jhnen den Ständen zur Beſchützung der Chriſtlichen Wolfahrt gantz treulich vnnd wolgemeint/ daß auch dieſelb von vns zu keinem andern Ende noch Nutzen gebraucht/ ſondern allerdings treulich vnnd auffrichtig vmbgegangen werden ſoll. Imó ſæpius Receſſibus Imperii cautum eſt. Daß einem jeden Stande daß ſeine ſoll widerzu geſtattet werden/ wofern Hülffe gethan. In quo Conſuetudo Barbarica quidem ſeu Turcica, at revera, ſi rectè intuearis, Chriſtianis imitanda meritó proponitur, qua iidem pecuniam pro

pro publicis Necessitatibus exactam & sepositam SACRUM POPULI SANGUINEM, sive *harain agonii Cain* appellant, ac non magis sibi collatam ita pecuniam, in turpes & inhonestos usus, quám ipsum sanguinem effundere licere putant, Postell. *de Republ. Turcar. l.* 3. Chopp. *de Doman. l.* 1. *c.* 1. *n.* 13. Brut. *in Vind. contra Tyrann. q.* 3. *f.* 122. b) *l. ex facti ff. de vulg. cum simil. Vasqu. de succ. progr. in prav. l.* 1. *Molin. d. disp* 667. *n.* 1. & 6. Nam recté Imp. *in l. vn. C. de Cad. toll.* quod belli calamitas introduxerat, pacis lenitatem sopire constituit. Unde ob Necessitatem insolitam impositum non recté dici tributum adserit. Ant. de Gamma *decis. Lusit.* 301. *n* 3. *circa fin.*

75. Quicquid sit, eadem magno cum subditorum damno nihilominus plerunq; continuari, & durare videntur.

a) *Vinc. Caroc. d. tr. de Locat. Vectig. q.* 1. *n.* 10 *& seqq. Parlador.* 1. *rer. quotid. c.* 3. *n.* 19. *ubi* extraordinaria plerunq; in necessariam Legis authoritatem transire *scribit.* Prudentius illi, qui Romanorum & aliorum exemplo pro re nata, puta, ob repentinas clades, ob merita subditorum, ad bonitatis famam adquirendam, in remissione Tributorum humanitatem exercent. *Greg.* 3 *de Repub. c.* 9. *nu.* 12. *& seqq.* Qua bonitate nõ fuit prędituS Imp. Pescenninus Niger, qui rogatus, ne nova tributa imponeret vel augeret, respondit: Non tantúm terrę, verúm etiam libenter aëri & vento Vectigal imponerem. Et Leofricus Merciorum Comes nulla alia lege Conventionibus vectigalia, quibus eos suppressit, relaxari voluit, Godius uxore obnixé intercedente, nisi ipsa nuda frequentissimam urbis partem obequitaret, quod promissum suis obtecta præstitit á nemine visa *Cambd. Hist. Angl. f.* 449.

De Actionibus Collectarum nomine competentibus.

76. Hactenus de Remediis Collectarum in modum Executionis competentibus; Reliquum est, ut ea, quæ in modum Actionis expediuntur, breviter percurramus. ACTIONES autem sunt Personales, vel Reales. Illæ omnes innominatæ, & Conditiones *a* vocantur. *b*

a) I. Eo casu, quo infra de Possessoriis dicetur, agi ex Lege vel Canone. II. Ex Lege seu Constitutione Imperii ratione Collectarum cum Fisco, *Gail.* 1. *O.* 20. *n.* 5. *& seqq.* III. Nonnunquam etiam datur ex privilegio Condictio. Si regalia vigore privilegii competant. Prejudicia apud Meichsner, & Compilat. Symphorematis in promptu sunt. Quinimo & Condictione Indebiti id, quod plus debito solutum est, recté recipitur, *l. si is qui* 45. *in fin. ff. de Cond. indeb. Et facit l. si non sortem* 26. *§. si certum, l. is qui plus* 31. *l. qui Exceptionem* 40. *§. si pars ff. eod. Oldendorp. class.* 6 *act. Mozz. de Contract. tit. de Condict. indeb. l. cum amplius* 84. *ubi Petr. Fab. ff. de R. I.* Quomodo Subditos in Collecta Turcica ultra modum debitum gravatos Dominis territorii controversiam movisse aliquoties in facto meminimus. Prædicto tamen casu etiam in subsidium officium judicis datur. *Speculat. li.* 4. *rubr.* 100. *de Censib. §.* 2. *n.* 2. (*ubi & Formam Libelli proposuit.*) *Andr. de Barulo in l. ultra fin. n.* 1. *C. quemad. Civil. mun. judic. per l.* 3. *§. præses ff. de muner. Et facit. l. Illicitas* 6 *prin. ff. de offic. Præsid. Schrad. de feud. p.* 10. *s.* 5. *n.* 119. *& n.* 115. *ubi dicit,* Dominum feudi, vel Superiorem exigentem Col-

lectas insolitas cogi posse, ut ab hoc desistat. Ampliùs, si subditis ultra modum & vires Collectæ extorqueantur. Cameram Imperialem per Mandata pœnalia contra Magistratus subvenisse, præjudiciis potest recentibus doceri, ut in causa L. contra W. H. contra H. M. Item H contra H. L. *b*) Illud hic notandum, Quod si qu's iniqua Peræquatione Collectæ læsum se dicat supra modum facultatum, non Syndicos Universitatis, sed Peræquatores eo nomine convenire debet. De quo omnino videndus Ant. Faber. *in d. C. l. 9. ti 29. per tot. vbi* hæc Senatum tractasse *refert.*

77. Reales dividuntur in Possessoria, vel Petitoria judicia. Possessoria rursum duplicis generis sunt: Momentanea, *a* vel Ordinaria. *b*

a) *In puncto Gail 1. O. 5. n. 1. in fin.* Quæ etiam eo casu locum habent, quando alter servitutis, alter verò libertatis possessionem, vel q. prætendit. *l. liberis § fin ff. de liber. caus. cap. cum veniissent. de Instit Covarr. pract. quæst. c. 17. num. 1.* Item causa M. contra M. ratione Collectarum & libertatis in Summariissimo actum, Sententia lata 16. *Martii Anno* 1581. De Summariissimo actum *v. late Alvar. Valasc. de ciis. 79.* *b*) velut interdictam Utile, vel q. Uti possidetis, cum quis Collectas ab alio petit, quæ non debentur. Quia hoc pro omnibus juribus Incorporalibus & ita pro jure Collectandi competit *in terminis Guid. Pancirol. cons. 119. nu. 14.* De Requisitis hujus judicii possessorii *v. Virgin. de Bocat. de Manutent. in possess. l. 149 nu. 2. Menoch. 3. Retinend. n. 456. Mynsc. cons. 16. n. 5. & cons. 25 n 10. Gail. de pignor. obs. 22. n. 2. qui duo ponant,* Possessionē ex parte Actoris, Turbationem ex parte Reipub. Quibus tamen in præsenti & justificatio tituli pro tertio addenda est, cum eo non probato in ejusmodi possessorio judicio, respectu jurisdictionis vel Regalium, possibens obtinere non possit. *arg. s. 3. § Hoc autem Interdictum vers. 1taq. ff. de itin actuq. privil. 1. § fin ff. de aqua cottid. & æstiu. c. 1. de præsc. in 6. Menoch. d. loc. n.* 590. & Recuper. 15. *n* 469 *Contard. de moment possess. limit. 2. ratione mixtura §. 7. n. 5. & seqq. & §. 8. n.* 25. & 27 *Bursat. cons.* 190 *n.* 2. & 3. *Bertazzol. cons.* 31. *n.* 8. & 37. *& seq. in Civilib. Peregr cons. 2. n. 2. & seqq. & n. 12. & cons. 3 n. 17. & seqq. vol. 1. & cons. 102. nu 8. vol. 2. Achilles de Grassis in decis. Rotæ Rom. 246. nu. 2. Ioh. Lupo. de Palat. Rubeus in Repetit. per vestra § sed est pulchra n. 43 vers. imo ultra f. 303. de donat. int. vir. & uxor.*

78. Hodierna praxi frequentissimè Processus super Constitutione pignoratis Collectarum nomine instituuntur. *a* Si tamen de Collecta non ampliùs, quàm ea causa deberi dicatur, citra personæ ipsius injuriam ademptum sit, pignorationi locus non est. *b*

a) *Gail. de tr. de pign. obs. 1. n. 1.* Quod innumeris præjudiciis stabiliri possit. b) Deputat. Abschied/ *de Anno* 1600. §. Wann zwischen zweyen *Magnificus Dn. Denais. in jure Camer. Rubr. Mandata super constitutione Pignorationum n* 25. Quid, si respectu Collectarum tantum frumenti, &c. ablatum. cujus precium non excedat quantitatem debitæ Collectæ, an Mandata super pignoratione decernenda? quæsitum fuit. Et in causa B. contra C. P. in terminis tamen vectigalis, 7. *Iulii An.* 1604. partitionem injunctam in facto meminimus.

79. Quod si quis planè negat Collectas deberi, tunc cessat Interdictum Uti possidetis, & (quod secundum est) Interdictum Unde vi;

a Si-

a Sicut & tertio Officium judicis; *b* Et actio in factum utilis *c* in locum ejus competit. *d*

a) per notatum in causa F. contra B. & R. *b*) Expulsio à possessione juris incorporalis. *Ferrar. in forma Libell. in causa spolii §. coram vobis n.* 11. Datur & hoc casu condictio *ex Lege vel Can. Redintegrand.* 3. *q.* 1. Quod Remedium omnium Recuperandæ plenissimum & tutissimum est. *Gail.* 2. *obs.* 75. *n.* 10. *Menoch. d. Remed.* 15. *n* 5. *& in Respon. Causæ Finar. art.* 2 *n.* 1. *c*) *Contard. in d. l. un. num.* 395. *d*) quæ datur, si quis ratione solutionis Collectæ, &c. Fiscum vel Officialem Imperii inquietat seu turbat in solvendo illi, nec præstando sibi pacificé, & agitur, ne ipsum turbet, sed ut solvat in futurum, *Specul. in tit. de Caus. possess. & proprie. in Rubr. n.* 12. *& seqq.* Et ita notatum in d. causa F. contra B. & R. & A. contra N.

80. Petitoria judicia sunt Rei Vindicatio, & Hypothecaria, *a* Actio Confessoria, & Negatoria. *b*

a) Quarum actionum requisita notissima sunt. *b*) *per tot. D. n. §. aquè Instit. de Action. Et in dividuo responderunt. Tib. Decian. cons.* 41. *n.* 42. *vol.* 2. *Guid. Panc. d. cons.* 119 *n.* 14.

Coroll.

Coronidis loco adnectendum est; In dubio pro Immunitate contra Collectarum Onera judicari.

Cornel. 4. *cons.* 149. *n.* 8. *Becius cons.* 73. *in fi. Surd. cons.* 234 *nu.* 20. *Fab. de Anna cons.* 59. *n.* 83. *Cacher. decis.* 4. *n.* 5. *&* 6. Cum & Libertas inprimis favorabilis existimetur, cui plus esse favendum, quám pupillo vel Reipub. dixit Nevizan. *cons.* 12. *n.* 184. *inter consilia Alb. Bruni*; Idq; vel maximé in Collectis obtinet, quod hæ vi & metu exortæ, & ita violentum initium habere præsumantur, *Paris.* 1. *cons.* 25. *n* 22. *Rolan. à Valle* 3. *cons.* 13 *n.* 46 *Masc. de proba. conclus.* 116. *n.* 9. *Rosen. distinct. c.* 5. *concl.* 83. *n.* 7. *lib.* 9. *Et dictum est supr th.* 37. *lit. a. vers. Et si Vasallus*; adeo, *vt tacita subditorum murmuratio omnem præscriptionem interrumpat. In puncto Cæs. Vrsillus in addit. ad Afflict. decis.* 282. *n.* 12. *Ioh. Bapt. Costa. de facti scient. & ign. d.* 27. *n.* 7. *& seq. cent.* 2. *Petr. August. Merla, in Emporio jur p.* 1. *tit. de servitut. q* 4. *n.* 24. *& seqq. Quo etiam inclinare videtur Natta cons. n.* 106. *n.* 12. Quemadmodum generaliter, quando inferior vel imbecillior petitur aliquid in rem suam committi à Potentiore, id potiús ex reverentia & similitudine toleratum, aut certé magis per Superioris impressionem, quám ex inferioris aut minús potentis voluntaria liberalitate & spontaneo assensu factum perpessumq; censetur, ut proinde potentiori ejusmodi imbecillioris taciturnitas & patientia neq; in possessorio quidquam proficiat, Ant. de Padill. *in l. si aqua n* 37. *&* 39. *C. de servit. & aq. ubi* communem testatur. Craver. *cons.* 643. *n.* 9. *&* 10 *cons.* 658 *nu.* 12. Garzius *de Expens. c.* 9. *n.* 3. *& n.* 35. *& seq.* Petr. Andr. de Petra *de fideicom q.* 12. *n.* 238. *&* Vasq 2. *ill Contr. c.* 83. *n* 27. *vers. Contrariam.* qui & hanc communem fatetur *n* 32. *in f.* Fulv. Pacian. *lib.* 1. *de probat. c.* 30 *n.* 80. qui vel tacitum murmurationem imbecilliorum omnem præscriptionem impedire scripsit.

XXV.

DISCEPTATIO DE JURE VECTIGALIUM, D. HENRICI Klocken.

Conclusio I.

CUM Rempub. sine ærario perpetuo vix stare posse á prudentioribus creditum sit, ejus constituendi variæ initæ sunt rationes, quibus inter cæteras moderata vectigalium exactio recté adnumeratur.

Ut corpus Physicum non est, quod mutationi non subjacet, & morbis aliquando concutitur: ita fieri non potest, ut Respub. quæ sub motu cœli perpetuo gubernatur, in eodem statu permaneat, æternumq; pace fruatur *Petr. Gregor. Tholos. de repub. lib. 3. c. 9. n. 10.* Eó namque, cessantibus Saturniis sceptris in ferreo hoc seculo res rediit, ut neque quies gentium sine armis, neque arma sine tributis haberi possint. *Cornel. Tacit. Hist. lib. 4.* sed bello salus imperii sive sub unius dominatu, sive alia Reipub. forma vivas, quærenda, adeoque pecunia exigenda sit *Mecen. ad Augustum apud Dion. lib. 52.* Inde namque militares copiæ salario percepto hostibus resistunt, & collatores á barbarorum incursionibus & truculentia vindicant, denique agros & civitates á latronum, aliorumque incompositam vitam sectantium irruptionibus agendis excubiis defendunt: exilia civitates & muri itidem instauantur, *Imp. Iustin in Novel. 149. c. 2 § ac sané* ut qui pecuniam nervos Reipub. *IC. Ulpian. in l. 1. § 20. ff. de quæst. Plutarch. in Cleomen. Cic. pro L. Manil. Mucian. apud Dion. in Vespas.* vitalemq; ejusdem spiritum dixerunt. *Iust. Lips. civil. doct. lib. 5. c. 6. Franc. Patric. de instit. Reipub. lib. 3. tit. 9. & de Reg. & regn. instit. lib. 7. tit. 6. p. 429.* recté rem explicasse videantur. Quemadmodum enim nervi secundùm Medicorum doctrinam ex capite humano manantes, per totum corpus diffunduntur, vim roburque eidem tribuunt *ex Gal. lib. 8. de administ. anat. G. Tholos. in syntag. jur. un. lib. 3. c. 2. num. 1.* tùm quoque plenitudine sua & inanitate periculosissimas convulsiones creant: *Hippoc. lib. 2. de loc. aff. Tholos. d. lo.* ita pecunia solida Imperiorum compages, & opus suntopes, nec sine eis fiet quod opus, *ex Demosth. Lips. civil. doctr. lib. 4. c. 9.* Experti id sunt Lacedæmonii, sed exemplo sibiipsis funesto: Cùm enim præceptorum Lycurgi obliti (qui propterea civibus auri & argenti usum ademerat, ne peregrinos imperii Lacedæmoniorum, & Lacedæmonios Imperii peregrinorum lacesserent cupiditate) in alienas possessiones converterent oculos, deficiente rerum gerendarum nervo pecuniâ, Reges exteros sollicitare non cessarunt, quoad amicorum ope destituta Respubl. corrueret. *Bodin in Repub. lib. 6. c. 2.* Atque Annibalem jam Romanorum Imperium pedibus conculcantem, hoc ipso quód supplementum & in stipendium ei pecunia mitti á Carthaginensibus denegaretur ex Italia, revocatum testatur *Liv. hist. 30.* & ita. Imperio, quod sine magna opum vi ingredi non licuit, uno momento excidisse. *Scipio Amiratus dissert. polit. lib. 18. discurs. 8.* Aerarium itaq; habendum, quod

quod ornamentum pacis, & bell. subsidium sit. *Cic pro L. Manil.* ex quo possit Princeps amicos beneficiis obstringere, indigentibus suppeditare, & inimicos jure ulcisci. *Diogen. apud Stobæ. Iacob Simanca de Repub. lib. 3. c. 15.* Quanta autem ejus augendi locupletandivé priscis illis temporibus cura! S. Gens aliqua armis superaretur, omne æs, aurum & argentum in ærarium ea vincentium, & triumphantium integritate inferebatur, ut nefas ex his vel minimum attigisse arbitrarentur, *Valer. Maxim. lib. 4. c. 3. nu. 5. & 8.* ne peculatus judicium, vel tantillum subripuisse criminatus, effugiebat. Furius Camillus, quód ærario quindecim millia æris Tribunus pleb. abesse querebatur, in exilium missus. *Plutarch. in vit. ejusd.* & Scipio African. qui contusam & confractam belli Punici armis Rempubl. jam pené exanguem & morientem Africæ dominam reddidit, voluntario seipsum mulctavit exilio, quod quadragies ab eo repeteretur, qui bis mille in ærarium intulerat. *Liv. lib. hist. 38. Valer. Maxim. lib. 5. c. 3. n. 3.* Victis quoque gentibus TRIBUTA imperabantur, quod caput & bona ligabat, erantque stipendiarii ipsi & agri, gravissima pœna eorum qui pertinaci bello superati essent. *Lips. de magnit. Roman. lib. 2. c. 2. Ioh. Coras. in l. illicitas. §. ne potentiores. n. 14. ff. de off. præsid. Tholos. de Repub lib. 3. c. 4. num. 15.* Utrúm autem capitum seu hominum, illud tributum uniforme in omnia capita, an ex censu indictum, vix ex antiquitate erui posse fatetur *Lips. d. lib. 2. c. 3.* explicare tamen rem nititur *Bodin. d. c. 2. n. 663.* Patrem familiâs pro singulis capitibus, etsi nihil in bonis habebant, id solvere coactum fuisse. Sublata est hæc capitatio á Constantino *l. 1. C. de capitat. civium cens. eximend.* & fastuosus locupletandi ærarii modus, quem Christianus Princeps facilé adsciscere non debet. *Ioh. Gutierr. de gabel. q. 1. n. 3.* Pariter á Socius ex FŒDERE PENSIONES, si bellum gerendum erat, accipiebantur. *Bodi. d. c. 2.* Neque DONA & LARGITIONES AMICORUM respuebantur; peculiari tamen hic usi sunt magnitudine Romani, ut rebus adversis oblata Regum munera spernerent: quemadmodum Ptolomæo Ægypti Regi M. pondo auri & xx. M. pondo argenti dono data remissa sunt, *Liv. lib. hist. 32.* amplissima tamen regna fœdere junctorum testamento sibi relicta non indecoré acciperent, *ex Epit. Flor. Bodin. d. c. 2.* Quo titulo Regnum Burgundionum, seu Arelatense CONRADO Salico datum, Germanico Imperio accessit *Peucer. Chron. lib. 4. in vit. Conr. Salic.* temerario ausu á Carolo IV. Imp. in Delphinum Galliæ alienatum. Nescio autem an solidius nutrimentum ærario quæsitum fuerit, quám cúm VECTIGALIA certa perpetuaq; eidem destinarentur. *Gregor. de Repub. lib. 3. c. 3. n. 3.*

2. Etsi veró in Romani Imperii ortu angustis ea fuerint conclusa finibus, *a* tamen auctis paulatim Reipub. necessitatibus dilatari, & ærario vectigalia portus, *b* & rerum venalium *c* inferri cœperunt.

a) Triplicis generis tantúm numerabantur: nam nunc hos, nunc illos populos superando, partem agri eis auferebant, parte decimâ fructuum publico retentâ in agris sativis, in plantariis & arboretis quintâ: In pastionibus etiam definiebant certum pretium in capita minoris pecoris majorisvé, *ex Appian Lips. de Magnit. Roman. d. lib. 2. cap. 1.* Tum quoque ex invectione mercium & evectione earundem quædam pendebatur pecunia: quæ vectigalia omnia Decuma, Scriptura, & portorium vocabantur. *Cic. pro L. Manil. Renat. Choppin. de doman. lib. 1. tit. 1. n. 4. Tholos. de Repub. lib. 3. c. 3. n. 3. Iohan. Rosinus de antiq. Roman. lib. 10. c. 22. vers. provincia. Bonifac.*

de furt.§.fraudulosa n.21.Matthæ.in add.ad decis.G.Pap.4. *b*) id est, mercium, quæ in portum vehuntur & evehuntur. *Andr.de Isern in c.un.verb.portus, quæ sint regal.* locus ipse regale non est, sed reditus. *Petr Rebuff.in l.17.§.vectigal portus ff de V.S.Cardin.Thusc.pract.concl.lit.P.concl.385.Cujac.& Hotom.in d.c.un.Regner.Sixtin.de vectig.lib.2.c.4.n.10.Gregor.de Cabedo decis.46.n.6.p.2.D.Iohan.Gœdd.in d.l.17 n.8. de V.S.* ex quo receptum est, ut simpliciter portu concesso, reditus nisi in specie exprimantur, haud existimentur translati, *Camill.Borell.de præstant.Reg.Cathol.c.9.nu.62.* Huc refero ripaticum Imp. Frid.I. *in d.c.un.quæ sint regal.* vectigal, quod ratione ripæ, seu aggeris in ea constructi, item trajectus solvitur. *Petr.Ravennas in compend. feud.tit.quæ sint regal. Ioan. Ferrar. Montan.de feud.lib.5.c.7.vers.sunt & riparum.Fr. Brusat.cons.142.n.1.Flam.de Rub.cons.49.n.36.vol.1. Peregrin.de jure fisc.lib.1.tit.1.n.23.Petr.Gilken.in §.riparum.n.15.I.de rer.divis.* Vim autem hujus vocabuli non percipientes Domini terrarum, ipsas ripas sui juris fecerunt, *Matth.de Afflict.in d.c.un. verb.ripatica num.1.* quæ tamen, uti & arbores in ea natæ, privatorum sunt, *d.§ riparum.Inst.de R.D.* vi fluminis illatæ arbores & trabes non juxta ripas fundos habentibus cedunt; sed veris dominis restituendæ veniunt, *l.1.& 3 ff.de incend.ruin.naufrag.* nisi post publicam denunciationem ea tollere neglexerit, *Fred.de Sen.cons.107.*

c) Quamvis aliás cuilibet liberũ, sine onere, emere & vendere *Azo in sum.C.de contrah.empt.* maximé ea, sine quibus vivere nequit, quæ qui tollit aut facit ut carius vendantur, necare videtur, *l.necare 4.ff.de lib.agnosc.Rebuff.in d.l.17 § sed quæritur.de V.S.* summa tamen necessitas venditis etiam alimentis onus imposuit: Quantum veró fuerit hoc rerum vænalium vectigal, distincté explicare videntur *Iac.Cujac.lib.6.Obs.28.Lips.ad Tacit.lib.13.hist.D.Gœdd.ad d.l.17 n.8.de V.S.* sc. ex venditis mancipiis quinquagesimam, aliis rebus vænalibus centesimam, ducentesimam, mercibus autem, si exportandæ essent, octavam pretii partem appensam fuisse, *l.ex præstatione.7.cum l.seq.C.de vectig.& commiss.*

3. Nec minús hoc jus ad salinarum *a*, metallorum *b* & piscariorum *c* vectigal porrectum fuit. *d*

a) Id vectigal primó instituisse Lysimachum Regem Thraciæ, sed fecit turpitudine benignam rerum naturam indignatam beneficium postea denegasse *ex Athenæo refert Cujac.3.obs.c.31. Chopp.de doman c.15.nu.15 lib.1.* Alii inventum Anco Martio Regi Romanorum, ob id salinatore dicto, tribuunt, *Liv.lib.histor.1.* Ex quo signum supremæ jurisdictionis salinarum vectigal esse concludit *Iac.Ant.Marta de jurisd.p.1.c.45.num.3 add.Dec.cons.292.n.1.Renat.Choppin.de doman lib.1.tit fin.num.15.* hodie Principes monopolium in salinis exercent, cúm alieno quám ibidem nato, vel cocto sale non liceat subditis uti, *l.11.C de vectigal.Cujac.3.obs.31.* nec tamen ideó injustum, illicitumvé existimare oportet, privatos enim, non Principes *l.unic. C.de monop.* ligat. *Hypp.Riminald.cons.81.n.12.Ioh.Petr.Surd.cons.321.n.31 Andr.Fachin.cons.6.n.11.lib.1.qui in terminis salarii monopolii loquuntur. Alc.cons.18.n.22. vol.8.Greg.Cabed.decis.81.nu.2.p.2.ubi tamen Christianos Principes ab ejusmodi vectigalis impositione dehortatur.* In Gallia majus vectigal Francigenis quám exteris pendendum est: absurdissimo, *ut Bodinus de repub.lib.2.c.2.pag.652.putat*, exemplo, Cujus occasione quæro, an Gallus condiendæ carnis causa extra Franciam salem emens, jure civium vel peregrinorum censeri debeat? Posterius ex mente subintellecta

da Principis, extra territorium non volentis, nec valentis statuere, concludendum est. *l. fin. ff. de jurisd.* & quia sibi ipsi obesse non creditur: quippe civis incumbente necessitate solvendi auctus pretium neglecto sale Francico aliunde id petitum iret. *Alciat. cons. 158 per tot. vol. 5.* *b)* Hujus appellatione, quæcunq; mineralia ex terra, argenti, auriq; fodinis, lapidicinis, &c. e. uta veniunt *l. sed si pecunia 3. §. fin ff. verb. cor. l 1. l. 2. & seq. C de metallar. & metall. lib. 11. Castrens. cons. 330. lib. 2. Andr. Knich de Sax. non prov. jur. verb. Duc. Sax. c. 5. nu. 119.* Maximé autem abutuntur hoc textu, qui privatis in fundis inventas fodinas, domino proprietatis detrahendo, dominis superioribus regalia jura exercentibus, adjudicant. Quis enim tot loca & authoritates, quæ metallorum fodinas privatorum esse adstruunt, *d. l. 3. §. fin. ff. de reb. cor. l. magu puto 5 ff. eod. l. si cujus rei. 13. §. inde ff. de usufruct. & quem l. vendit. 13. §. 1. ff. commun prad. l divortio §. si vir. ff. sol. matr. l generaliter 32. §. 3 ff. de usu & usufr. leg. l. cunctl. l. quosdam. C. de metal Dec. cons. 292. Zas. cons. 16. nu. 6. lib. 2. Dd Marpurg. cons. 9. vol. 1. Mynsi. cons. 39. n. 11. Alex. Raudens. var. resol. c. 72. n. 1. & 3. & de salinis in privatis locis repertis Rebuff. in d. l. 17. §. quadam sunt privata. de V. S. Fr. Marc. decis. 39. per tot. vol. 2. Cabed. decis. 53 n. 2. p. 2.* unico hujus legis argumento correcta crediderit? Verum quidem est, in bulla aurea Caroli IV. c. 9. Electoribus permitti in principatibus suis repertas mineras tenere, & legitimé possidere: attamen eó usque id extendere, ut privati á fodinis in propriis fundis inventis secludantur, esset peregrinam mentem Imperatoriæ constitutioni affingere; quæ in verbis sequentibus: prout ex possint & consueverunt possideri, &c. aliis communi se accommodat, *animadvertente Gerlac. Buxtorf fratre meo in dissert. ad d. aur. bull. conclus. 89. lit. g.* ut concludendum sit ad dominos territorii regalibus investitos, fodinarum publicis inventarum reditus omnes omnino spectare *per tex. in d. l. 17 ff. de V. S.* Cæterúm ex privatis fodinis nihil aliud, quám Canonem solitum decimam partem lucrari *d. l cuncti Ben. Goden. cons. 2. & cons. 3. nu. 8. Mynsing. resp. 39. num. 15. Choppin de doman. lib. 1. tit. 16. n. 12. & de jurisd. Andr. lib. 1. c. 61 num. 1. Knich. de Saxon. non provoc. jur. d. c. 5. nu. 111.* In proprio autem fodere metalla jure civili licitum esse eó minús dubii habet, quodeodem jure in alieno. *d. l. 3. & l. 6. C. de metall. Roman. singular. 611.* & in fundo, cujus usumfructum quis tantum habet *l. divortio. aliás l. 7. §. 14. ff. sol. matrim. l. 54. 2 ff. de usufruct* fodinas instituere concedatur, etiamsi dominus fundi reluctetur. *Petr. Barbos. in l 8. §. si vir n. 21. ff. sol. matr. Bursat. cons. 209. num. 10.* (quem nihilominus ratione majoris juris præferri arbitratur *Cas. Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 321 num. 6.*) non ea ratione, quód occulta in fundo meo non censeantur mea: nam vena pars fundi esse dicuntur *d. l. 7. §. si vir. ff sol. matr.* & priori ratione admisi thesaurum, qui pars fundi non est, *l. 3. §. Neratius. ff. de acquir. possess.* in alieno *contra Lunie. C. de thes. aur.* scrutari liceret: sed quia ob decimam, quam fiscus inde capit, publicé utile est, metalla effodere, *Barbos. in d. §. si vir. num. 22. Castrens. cons. 23. num. 1. lib. 2. Busat. d. consil. 209. n. 10. in fin. Capol. de S. R. P. c. 22. nu. 4.* facultas investigandi ea in alieno conceditur: aliam rationem suppeditat *Castrens. consil. 140. num. 2. lib. 2.* Præstandum autem hoc vectigal est in auro & argento purificato, non metallo. *post Ioh. Platea in d. l. cuncti. post princip. C. de metall. Barbos. d. §. si vir. num. 20 ff. solut. matrim.* *c)* alii legunt: picariarum, quæ lectio Florentino Codici forté convenientior & melior est. *Dn. Gœdd. in d. l. 17. n 12. de V. S.* ubi quid sint picariæ explicat; sustineri tamen potest, si legatur piscariorum, vel piscationum.

num. *Sixtin. de regalib. lib. 2. c. 18. n. 3.* Utcunque enim piscari in flumine omnibus olim permittebatur, §. *flumina. Inst. de rer. divis. l. nemo igitur. 4. ff. eod. Ioan. Faber in d §. flumina.* nec jus piscandi privativé longissimo tempore præscriberetur. *l. fin. in pr. ff. de usucap. Chassan. in cons. Burg. tit. des forests, pastures. &* §. 2. *gl. l'on ne peut. num. 13.* Quando tamen flumina de regalibus esse cœperunt, *cap. un. quæ sint regal.* tum quoque jus piscandi in illis Principes sibi in totum vindicarunt. *Knich. de Saxon. non provoc. jur. verb. Ducum Saxoniæ. c. 5. n. 172.* nec deinceps aliquem, quam soluto vectigali piscari permiserunt. *Ioan. Papon. in cons. Bourbon. tit. 33. §. 543. in pr. post Asfict. in d. cap. un. verb. piscationum. Alciat. in d. c. l. 17. ff. de V. S. Cabedo decis. 54. n. 1. p. 2.* ubi *in fin.* generali consuetudine per totum Christianum orbem, decimam illam, quæ ex lucro personali capitur, eliminatam scribit; eam autem, quæ ex piscatione fluminum & marium percipitur, talem esse, ut hoc vect gal, tanquam canonica decima, amplius non debeatur. d) *sæpiùs allegata l. 17. ff. de V. S.*

4. Cavendum autem summo principi est, ne vectigalia aliter, quàm justissimâ causâ, summaque necessitate urgente, absque subditorum, quantum fieri potest, injuriâ, imperet.

Rem eò deveniisse, ut quivis pro libitu auctoritatem novis vectigalibus premendi transeuntes usurpet, vetus querimonia est: & omnes civitates Italæ, Castellanosq; eam licentiam arripere lamentatur *Ant. Quetta cons. 3. nu. 2.* & veteri se ait *Ioan. Sich. in rubr. C. vect. nov instit.* ne titulus ille pejus in Germaniâ, quàm alibi servetur: Inde publici ab omni tempori exauditi sunt peregrinantium gemitus, qui prudentissimum Imperatorem D. Frid. III. eò impulerunt, ut in reformation Imperii statibus in Comitiis Moguntiacis Anno 1441. exhibita, art. 8. vectigalium, onerumvé quorumlibet dimittendorum, exceptis his, quæ summa necessitas tolerari suaderet, consilium dederit: verùm tarda esse, quæ in commune postulantur, præcipué si de privato commodo quidquam decerptum eat, posteriora secula, quibus in immensum ea onera excrevêre, satis demonstrarunt. Satius igitur fuerit nascenti malo occurrere, quàm post vulneratam causam remedium quærere: id quod fiet, si Princeps non nisi justa ex causa ad hanc oneris impositionem descendat. *Afflict. in c. un. quæ sint regal. verb. vectigalia. n. 3. Paris de Put. de redint. feud. c. 14. nu. 15. Mynsing. obs. 29. cent. 4. Ioan Parlador. rer. quotid. lib. 1. c. 3. n. 5. Boër tr. de seditio. §. 1. n. 2.* Exempli causa, si viæ necessariò instruendæ, *l. ad instructionem. C. de SS. Eccles. Reformat. polit* Mayn. *Sigismundi c. 2. n. 1. Rol. á Vall. cons. 91. n. 24. vol. 2. Sixtin. de regalib. lib. 2. c. 6. n. 47.* periculum in via avertendum sit. *arg. l. 1 § 1. ff. de his qui dejec. Signor. de Hamod. cons. 108. n. 10.* quemadmodum cùm classis adversus piraticas excursiones paranda esset, ut merces per mare Erythreum ex India & Arabia in Europam tutò vehi possent, vectigal Erythrei Maris institutum refert *Plin. natur. hist. lib. 19. c. 4. Chopp. de doman. lib. 1. tit. 9. n. 2.* Defensio quoq; fidei *Rol. á Vall. d. cons. 91. n. 25.* patriæ contra hostes *Sixtin. d. loc.* adeò relevantes Carolo M. imponendi vectigalis causæ visæ sunt, ut in capita eorum, qui ipsi bellum detrectarent, vel ob morbum, aliamvé causam bello inutiles essent, quinq; denarios & modium frumenti constitueret, quod vectigal Königsteura/ Heerschuld/ Heerstrandt/ Raisegeltin appellabatur: à quo ne Episcopi quidem, quorum facultates descriptas habebat, immunes erant. *Aventin. in annalib. Bojor. lib. 4. p. 277.* de simili vectigali *vid. Paul. Aemyl. de reb. gest. Franc.*

in

in vita Caroli VII. *pag.* 472. Breviter, eam necessitatem doceat Princeps, ut omnes intelligant, si salvi esse velint, necessitati parendum esse. *Cic. lib.* 2. *off.* Quid si enim Principi adeó largi sint reditus, ut ipse solus ferendo oneri par sit? certé cúm ideó eos percipiat, ut in causas publicas eroget, *c. cúm ab omni. de vit. & honest. Cleric. Rol. à Vall. cons.* 1. *n.* 54. *lib.* 2. priús proprium excutiat marsupium, antequam manus ad bona subditorum admovea *l. neminem ubi Cyn. C. de SS. Eccles. G. Pap. decis.* 113. *Bursat. cons.* 1. *num.* 16. & 17. *Rimin. jun. cons.* 10. *n.* 2. *Natt. cons.* 185. *n.* 12. *Ioan. Bapt. Costa cons.* 49. *n.* 18. *Fr. Munoz. Escobar. de ratiocin. c.* 25. *n.* 23. *Camil. Borel. de Reg. Cathol praestant. c.* 2. *nu.* 38. Evacuato illo ad vectigalis impositionem admittitur. *Cabed. decis.* 49. *n.* 4. *p.* 2. Præterea in modo imponendi solers Principis elucescat prudentia, ut ex rebus, quibus lucrum sentiunt subditi, potiús quám his, quæ victui & alimentis destinatæ sunt, sumatur. *Tholos. de repub. lib* 3. *c.* 4. *n.* 3. Ideó olim vigesima hereditatis reperta est, tributum tolerabile, & facile heredibus extraneis *Plin. in Panegyr. ad Trajan. Cæsar.* cum gladio semper & fructu conjunctum. Mirum autem cúm tam multa quærantur, odiosa magis, fructuosa minús, hoc tam promptum, & obvium usq; neglectum, *Lips. in not. ad d. panegyr. n.* 327. imó prorsus abolitum. *l. ult. C. de edict. Div. Hadr. tollend. ibiq; Gothof. Alex. ab Alex. genial. dier. lib.* 4. *c.* 10. ut ne quidem postliminió reduci possit, *docente Castrens. in d. l. fin. n.* 4. cúm tamen revocari expediret, *Warmund. ab Erenberg. de subsid. c.* 5 *n* 54. prout mutato nomine á Valent. & Theodos. *in l. un. C. de impon. lucrat. descript.* factum credit *Bodin. de repub. lib.* 6. *c.* 2. Grave quoq; non videtur portorium, ex iis rebus quæ ad exteros deferuntur. Nam judaicæ gentis opes, ex vectigali Opobalsami crevêre, quod in ea provincia cúm gigneretur, hinc ad alios identidem deferebatur. *Iustin. hist lib.* 36, *Choppin. de jurisd. Andr. lib.* 1. *c.* 9 *n.* 1. *Matth. in addit. ad decis. Pap.* 4. Turcarum Imp. á portu solventibus decimas, subditis vigesimas capit, *Bodin. d. c.* 2. mitior in eo Francorum Rege, cui subditi gravioris alienigenis vectigalia pendunt. *Id. d. loc.* Utilissimum veró omnium esse vectigal reputatur, quod ex rebus, quæ ad civium mores corrumpendos, quæ ad luxum & libidinem spectant, *Warem. ab Erenb de subsid. d. c.* 5. *nu* 60. *Parthen. litigios. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 15. *Christ. Besold. de ærar. c.* 4 *nu.* 15. Ideó Romani aromata, & id genus merces ibanes, vix usui humano necessarias vectigales esse jusserunt, *l. ult.* §. 17. *ff. de publ. & vectigal.* Nec meliús consuli potuisse ærarii afflictis opibus opinatur *Bodin. sep. d. c.* 2. quám cúm Carol. IX. Galliæ Rex litium prurigini vectigal indiceret, modó gravius fuisset, in grandia & vetera illa mala, *Lips. in monit. & exempl. polit. lib.* 2. *c.* 10 *nu.* 4. & diuturnum; quia pauló póst legibus Regii, sublatum fuit. *Chopp. de ll. And. de comm. Galliæ consuet. præcept. n.* 3.

5. Pariter quoq; eidem danda opera est, ne quæ semel justa ratio excogitavit, temeré dissipet: *a* raró enim fit, ut successores ejusmodi alienationes ratas habeant, & adhuc inter Politicos acerrimé controvertitur, possint, & debeantné, vectigalia, quæ Carolus IV. oppignoravit, ab Electoribus repeti? quicquid de jure sit, vix esse ut hodie revocari possint, *b* dicerem.

a) Causam dixi, sine vectigalibus namque Imperium retineri nullo modo potest, *Cic. in Epist. ad Quint. Fr.* ut recté Neronis dubitantis, an cuncta vectigalia

omitti j[us] beret, idq; pulch[er]rimu[m] donum generi mortalium daret, impetum attinuerint Senatores, d[e] ſſolutionem Imperii docendo, ſi fructus, quibus Reſpub. ſuſtineretur, diminuerentur. *Cornel. Tacit. annal. lib.* 13. Fontes inſuper benignitatis, qui de Regio patrimonio largiuntur profuſ[ú]., exhauriunt, ut i[is], qui in regno ſuccedunt, virtutem debitis præmiis ornare nequeant. *Oſor. lib.* 7. *de inſtit. Reg. Iac. Siman. de Republ. lib.* 3. *c.* 15. *n.* 16. *b)* Extat gravis querela apud *Avent. annal. Bojor. lib.* 7. *pag.* 556. Majeſtate Imperatoria privatis ſeditionibus in ordinem redacta, privatos quoſque peculatores, proxima prædia Regia, ærarii publici vectigalia, æs militare &c. occupaſſe, ut ne obulus quidem ordinario jure ad Imperatorem hodie redeat. Meritó igitur de vectigalium oppignoratione, quam Carolus IV. (Virtutis Imperii á Maximiliano I. appellatus *Spiegel ad lib.* 5. *Gunther*) Principibus Electoribus feciſſe dicitur, quæritur, an revocari poſſit? Princeps cum Republ. matrimonium contraxiſſe creditur, & ſimili, qua marius in bonis uxoris dotalibus, lege tenetur *Cabed. deciſ.* 40 *n.* 16. *p.* 2 *Gregor. Tholoſ. de Repub lib.* 3. *c.* 8. *nu.* 4. Quia bonorum regiæ coronæ applicatorum, proprietas eſt Imperii, ad miniſtratio penes Imperatorem, *c. intellectio de jurejur.* quare eorum alienatio ipſius arbitrio non eſt commiſſa. *c. monemus.* 15. *quæſt.* 2. *l.* 7. §. 3. *ff. pro empt. G. Pap deciſ* 239. *Vaſq de ſucceſſ. reſol* §. 3. *n.* 12. *& ſeq Peregrin de jure fiſc. lib.* 1. *tit.* 3 *per tot. Car. Tap. in l. fin. c.* 9. *n.* 33. *p.* 2 *ff. de conſt. princ. Octav. Cacher. deciſ.* 101. *n* 12 Quod ſic plerique accipiunt, ſi alienatio magnam vergat Imperii diminutionem, *Vaſq. ill. quæſt. c.* 3. *n.* 8. *& c.* 4. *n.* 1. *&* 4. *Covarr. in c. quamvis* 2 *part* § 2. *n.* 34. *Aegid. Boſſ. prax. tit. de regalib. n.* 32. *Natta conſ.* 640. *num.* 8. *Ludovic. Molin. de Hiſpan. primogen. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 18. *Thom. Michael. diſp. de jurid. concl.* 15. *lit. b.* Gravis autem diminutio Imperii tum fieri repetatur, ſi ſuprema Imperii juriſdictio in exteros, *Menoch. de arbitr. caſ.* 559. *n.* 4. *Fr. Zoannet. de Imperio n.* 169. *Crav. conſ.* 894. *n.* 2. vel quota Imperii non ſi res modicæ æſtimationis utpote Caſſiuſ & civitas alienetur, *Natta d. conſ.* 640. *n.* 8. Sed tale damnum ex hujuſmodi vectigalium oppignoratione ſenſiſſe Imperium vix dici poteſt, cùm in Principes Imperio ſubjectos translata ſint, neque uſibus Reipublicæ ſervire deſinant. *Henning. Arniſ. de jure Majeſt. lib.* 3. *c* 1. *num.* 14. Verendum tamen eſt, ne hoc fundamentum quidquam juvet. S. enim Impp. hanc alienationem ratam habere coguntur, ex eo fieri neceſſe eſt: quód pacta contractus anteceſſorum, ſucceſſores *c.* 1. *probat. ibiq; Canoniſta. Jaſon conſil.* 139. *lib.* 1. *Fr. Viv. com. opin.* 255. *lib.* 2. *Matth. Weſenb. conſil.* 109. *num.* 19. etiam per electionis viam venientes, obligent. *Thom. Grammat. conſ.* 100. *n.* 64. *&* 67. *Natt. conſ* 122. *n.* 3. *Fr. Becc. conſ.* 140. *n.* 18. *Menoch. conſ.* 181. *n.* 60. *Dn. Herm. Vult conſ.* 35. *n.* 116 *int. conſ. Marpurg. vol.* 3. *Viv. deciſ.* 141. *num.* 8. Verùm hæc regula ita locum invenit, ſi ob res dignitatis, vel ipſum ſtatum conſervandum contractum ſit, *arg. l.* 7. §. *fin. ff. quod quiſq; univerſ nom. Adrian. Gylman. deciſ.* 51. *n.* 27. *lib.* 1. aut ex alia legitima cauſa alienatum ſit *P. Gregor. de repub. lib.* 3. *c.* 8. *n.* 8. Utpote ſi ob cauſam publicam, vel propter benemerita infeudarit, dederit, &c. *Rol. á Val. conſ.* 13. *nu.* 36. *vol.* 3. *Fulv. Pacian. conſ.* 29. *n. num.* 75. *Aug. Bero. conſ.* 138. *n.* 9. *& ſeq. vol.* 3. *Guid. Pancirol. conſ.* 26. *n.* 5. *Modeſt. Piſtor. conſ.* 63. *n.* 2. *v.* 1. Hiſtorici autem, quorum fides non exigua ſolet eſſe in jure noſtro, *Natta conſ.* 274. *n.* 13. Carolum telonea Electoribus, & alia jura Imperii oppignoraſſe notant, quod centum millia aureorum ſingulis promiſſa, ut filium degenere Wenceslaum ſibi ſucceſſorem deſignarent, ſolvere non poſſet, *Naucl gener.* 46. *Crantz. lib.* 8. *Vandal. c.* 44. *Aen. Silv. in Bohem. c.* 27. *Roder. Dubrav. in hi-*

in histor. Bohem. lib. 22. Ioh. Avent annal. Bojor. lib. 6. pag. 639. Peucer. in vita Carol. IV. Quæ causa relevans non est: quando enim nondum electus, ut consequatur dignitatem, facit expensas, eas utcunque aliquo modo utiles videantur Imperio, non repetit: quia Principaliter suo nomine facit. l. creditur. 60 §. 1. vers. item ff. mandat. & qui facit negotium affectatum, perdit privilegium petendi expensas, arg. l. spadonem. 14 §. 15. ff. de excusat. tut. Dom. á S. Gemin. inter cons. Casp. Calder tit. de solut. cons. 2. circ. med. Si ergo ab Imperio stipulata pecunia non potuit peti, malé ejus bona hoc nomine hypothecæ data. tot. tit. C. si res alien. pign. det. Cui suffragium ferat ratio jam adducta: successorem enormem rerum Imperii alienationem revocare posse, quæ autem enormis sit alienatio, certa regula doceri non potest, sed judex prudens ex variis circumstantiis arbitrabitur, Menoch. de arbitr. jud. cas. 88. n. 51. & cas. 559 n. 2. (licet, ut obiter hoc moneam, quoad successorem, sine distinctione modica sit magnavé diminutio, quæ ex alienatione sequitur, ea revocationi subjaceat. ex Afflict. Lopez & Boss. Tap. in l. fin. de constit. Princip. p. 2. c. 9. n. 36.) Enormem hanc fuisse alienationem, quia aliud quod obligari possit, non superest, nemo ut credo, inficiabitur. Porro quando gratiæ & privilegia incipiunt esse damnosa, revocationem admittunt. c. suggest. 9. de decim. Cabed decis. 19. n. 2. p. 2. qua ratione sola Michael. Coccin. de bello Ital. Maximil. I. relaxationem vectigalium Electoribus persuadere nititur. Denique vi pacti jurati in coronatione; Er solle vnd wolle dem H. Röm Reich nichts hingeben/ verschreiben/ verpfänden/ rc. sondern sich auffs höchste bearbeiten/ das jenige so davon kommen/ vnd zum theil (nota & eam alienationem, quæ in Imperii subditos facta est, comprehendi) in frembder Nation hände vngebürlich gewachsen/ zum fürderlichsten widerumb dazu bringen. Melch. Goldast. in constit. Imp. á Carol. V. ad Rodolph. II p. 2. tom. 1. Imperator ad revocationem compellitur, á qua præscriptionis exceptione summoveri non potest: cúm canonizata interpretum sit opinio, actioni pignoratitiæ, ne quidem per mille annos præscribi. l. creditores. ff. de pignor. act. Castrens. cons. 306. n. 5. vol. 2. Wesenb. cons. 2. n. 9. Tib. Decian. cons. 10. n. 56. G. Pancirol. cons. 38. n. 5. Mynsf. decad. 4 resp. 31. per tot. Cacher. decis. 69 n. 12. Hier. á Laurent. decis. 129. n. 2 Hier. de Cavall. com. opin. q. 207 nu. 14. Choppin. de jur. Aud. lib. 1. c. 79. n. 8 Hartm. Pistor. lib. 2 q. jur. p. 1 q. 8. n. 61. Dan. Moller. lib. 3 semestr. c. 19 n. 7. pag. 2. Casp. Valasc. de jure Emphyt. q. 11. n. 16. in fin. adeo ut pactum in contrario factum, de non luendo pignore tanquam repugnans contractui non valeat, per bellé Wes. d. cons. 2. n. 10. Etsi veró hæ rationes, si summum jus spectes, ejus momenti sint, ut facile elidi non possint, subdito nihilominus an Cæs. Maj. ex illis quidquam obtinuerit, có quód PP. EE. Die pfandschafften so sie vom H. Reich innhaben/ ad tempus regiminis á quolibet Imperatore confirmentur, & hac ratione Cæsares á cura reluitionis quodammodo eximantur. Si quæsieris, an cautela illa subsistat? Dicam, me ignorare: quis enim arcana hæc Imperii scrutabitur? Putare nihilominus æqualitatem statuum hodiernam Imperii compagem esse, eam rigorosa illa repetitione dissolutam iri. Arnold. Clapmar. de arcan Reipub. lib. 5. cap. 12. Besold. de erar. cap. 1. num. 4. p. 26. nec novum esse, ut interdum ea, quæ in summo jure rationem obviam non habent, utilitatis causa ferantur, leg. 3. ff. de eff. Prætor. Ant. Fab. jurispr. Papin. tit. de Iust. princip. 1. cons. 1. præcipué cum restaurandi domanii Imperatorii inventa sit ratio: Was Lehn dem Reich eröffnet/ vnd lediglich heimfallen werden/ so etwas zwercklichs eintragen/ als Fürstenthumb/ rc. daß die niemand verliehen/ sondern zu

vnterhaltung deß Reichs vnd der Keyser behalten sollen werden/ biß dasselb zum wesen vnd auffnehmen kompt. *d. cap. Car. V. art. 23. apud Goldast. alleg. loc.* ut ad remedium illud periculosissimum, convolare non sit opus.

6. Ubi enim ea, quæ præmisimus, exorbitando transiliverit: subverendum, ne nominis famam, & Rempub. maximo discrimini subjiciat.

Opes possideas, *ait Seneca de beat. vit. c.* 23. sed nulli detractas, nec alieno sanguine cruentas, sine cujusquam odio partas, sine sordidis quæstibus, quorum tam honestus sit exitus, quàm introitus, quibus nemo ingemiscat nisi malignus. Regula, omnium quidem ordinum hominibus communis, ad quem tamen id vectigalium exactione Principi maximè respiciendum: Multi enim ægrè laturi sunt, vectigalia & tributa instituì, quia non facilè patimur nos defraudari re nostra, unumquemq; naturâ ad sui conservationem compellente: *Mecan. ad August. apud Dion. lib.* 52. multiq; Principes pecuniis acerbè conquirendis, plus invidiæ sibi quàm virium addidere: *Tacit. lib.* 3. *Histor.* (vide hostile penitus consilium, ab amico quodam Regi uæ Scotiæ datum, ut eam invisam populo redderet, *apud Iac. Auger. Thuan. lib. histor.* 17. *in pr.*) adde & infamiæ. Vigetadhuc æternumq; vigebit Vespasiani *Sueton. in vita ejusdem.* & Alfonsi Aragonum Regis *Iovian. Pontan. c.* 38. *de liberalit.* turpissima memoria, exactio, fœdum dictu, Caligulæ, ex litibus ubicunq; cœgtis, vel etiam transactione sopitis, quæstibus diurnis gerulorum, & meretricum vectigal corradentis, *Sueton. in vit. Caligula Alex. ab Alex. genial. dier. lib.* 4. *c.* 10. aliorum ex umbra *Plin. lib.* 12. *natur. histor.* & aëre *Cujac. lib.* 10. *obs.* 7. compendium quæritantium? Nec publica nota clericorum ordo caret, quòd sepulchra vectigali obnoxia reddidere. *Hospin. de cœmit. l.* 3. *c.* 1. *Warem ab Erenb meditam. profœder. lib* 2. *c.* 1 *n.* 111. *Gravam. Princip. German. adverſ. ſed Roman An.* 1523. *legato Pontificio exhibita c* 69. cùm tamen ratione terræ, ne quidem consuetudine existente, exigendum aliquid fi. *cabolendæ de sepult.* contra cujus clarissimam dispositionem mirum, quî responderint. *Castrens. cons.* 346. *lib.* 1. *Dec. cons.* 215. Indignissimum quidem culmine principali facinus, lucrum ex omni causâ odorari. *Ammon. Marcel. lib.* 22. Sed avaritia & indigentia novos subinde sinus, & prædandi vocabula exquirit. *Tacit. lib.* 4. *Histor.* Imo & exempla peregrina, ad domesticas exactiones principes interdum invitant: quemadmodum Christiernũ Danorum Regem, *Crantz. lib. Vand.* 13. *c.* 14. *& lib.* 8. *Dan. c.* 9. ex peregrinatione Italica hoc commodi retulisse, scribit, ut Daniam novis vectigalibus premere didicerit. Quàm injurii autem in seipsos & Rempub. sunt, qui Luxuriam, & Aviritiam, duas pestes, quæ omnia Imperia everterunt, *exorat. M. Caton. ad Quirit. pro sedand. Motib. Fr. Patric. Senens. de Reg. & regn. inst. l.* 4. *tit.* 9. fovent. Etsi enim pia & vera sit sententia, subditis contra Regem, si degeneret, & malè Reipub. præsit, non licere arma induere, *Martin. Luther. in lib. de off. Mag. Erasm. Roter. in paraphr.* 1. *Petr.* 2. *Martin. Chemn. in harmon. Evangel. c.* 91. *p.* 713. *Corset. de potest. Reg. p.* 1. *quæst.* 3. *P. Gregor. de Repub. lib.* 26. *c.* 5. *n* 25. *& c.* 7. *n.* 8. *& 9. eod. lib. Lips. civil. doctr. lib.* 6. *c.* 5. *Bodin. de Repub. c.* 5. *n.* 252. *Restaur. Castald. de Imp. q.* 82. *Ioan. Cas. Sphær lib* 4. *c.* 10. *Erenb. de subsid. c.* 11. *amplissimè Barclai integr. tract. contr. Monomarchos.* neq; ob ind cta vect galia contra eundem conspirare, *Boër. de seditios.* § 1 *nu.* 2. *in fin.* adeo *qu'il n' est plus permis aux subjects d' un Prince, de murmurer contre les daces & gabelles,* dont

dent il les charge, que contre les gresles, les pluyes, & les tempestes du ciel. Serres en l' histoire de France, tom. 2. liv. 7. n. 8. Quia tamen.

Est deforme malum & sceleri proclivis egestas;

Sylv. Poët. sæpiùs plebs vesana & exanguis, Principes qui in extinguibili siti, & appetitu rerum privatarum flagrarunt, Imperio indignos judicat. *Bocer. de polit. Illustr. lib. 4. c. 1.* & ob vectigalium exactiones funestas seditiones excitat. §. **Weiters.** *R. I. de Anno 1576. P. Denais. Iur. Cam. verb.* vectigalium. A Reheboamo Rege Israëlitarum decem tribus ob tributorum gravitatem desciverunt, & vitæ discrimen Rex ipse subiit. *Paralip. lib. 2. c. 10.* alia commemorant exempla *Iacob Meyer. lib. 15. annal. Flandr. in vit. Ioh. Burg. P. Gregor. in syntagm. jur. lib. 39. c. 1. n. 13. & de Repub. lib. 3. c. 9. n. 17. Chopp. de doman. lib 1. c. 9. n. 5. Fr. Patric de Regn. & Reg. instit. lib. 4. tit. 9.* Vectigalium magnitudine pressi Parisiani imperante Gallis Carol. VI. abolitionem eorundem seditiosé flagitando, ædes Publicanorum perfregêre, cæsisq; Regiis ministris, libros rationum discerpsére. *Boer. d. tr. de seditios. §. 1. n. 30. & 31.* Gandavenses pauló anté, Joanne Leone duce eadem de causa maximas turbas excitarunt. *Paul. Aemyl. de reb. gest. Franc. in Carol. V. pag. 472.* Regnante Carol. VII. novum vectigal salis iidem Gandavenses correptis armis removere nisi sunt. *Id Aemyl. in Carol. VII. pag. 472.* Patrum nostrorum memoria cúm Galliæ Rex Franciscus I. hominum quorundam, quibus ad perniciem publicam ingeniosa industria est, suasionibus inductus in Aquitaniæ salinis vectigal supra modum aucto pretio capi juberet, constitutis eam in rem pluribus præfectis; Provinciales irritati, salis in proprio solo nati liberum commercium sibi ademptum, quosdam ex Præfectis occidere; crescente indies audacia arma capere, horreos salis deripere, & nefanda quævis perpetrari. Ex agris hoc malum in civitates, & ipsam Burdegalam, provinciæ caput, irrepsit, quod exitiosum quidem ipsis perduellibus, aliter tamen, quám litato multorum innocentium sanguine sedari non potuit. Histor. plené describ. *Iacob. Auger. Thuan. histor. lib. 5. pag. 421.* Dux Albanus rigorosa decimæ, centesimæ exactione *Thuan. hist. lib. 50. p. 726.* funesto bello Belgium involvit, quod eo successu hactenus gestum est, ut nobiles aliquot Provinciæ Hispanico Imperio excusso in libertatem se vindicarint. *Petr. Matth. contin. histor. lib. 5. n. 10.*

7. Est autem vectigal *a*, pressé stricteq; sumpto vocabulo, *b* onus reale, *c* quod ob vecturam mercium fisco penditur. *d*

a) á vehendo derivat *Rosenth. de feud. c. 5. concl. 33. n. 4.* cui synonyma sunt, portorium, portarium, quia in porta exigebatur, *Lips. de magnit. Rom. lib. 2. c. 1.* telonium, festivé vocem eam á tollo *Accurs. Afflict. & Alvarot. in c. un. quæ sint regal. & Vit. Amerbach.* á Saxonico tholl/ derivant. *P. Gregor. in Syntag. lib. 3. cap. 9. num. 7.* cúm Græca vox sit stationem Ansurum, ubi vectigal capiunt, denotans; qua scriptores pro ipso vectigali utuntur. *Hotoman. in d. c. un. n. 5.* Dacium, Pedagium, Guidagium, Gabella, Zoll/ Mauth/ Weggeld/ Bruggengeld/ Vmbgeld/ Acciß/ Licenten/ peage, traicte foraine, pontenage, gabelle, Alcavala, barra, vigesima, quinquagesima, centesima vænalium, & quæ ejus generis alia sunt: quorum notationem seduló investigat *P. Frid. de mandat. lib. 2. c. 42. n. 2. & 3.* *b*) Analoga vox est vectigal. *Andr. Knieh. de Saxon. non provoc. jur. verb. ducum Saxon. c. 5. n. 78.* in genere omnem censum & proventum, *ut ap. Cic. 6. paradox. O Dii non intelligunt homines, quám ma-*

gnum vectigal sit parsimonia: & paulò pòst: Ex tenui meo vectigali detractis sumptibus cupiditatis aliquid redundabit, Tiraquel. de retraict. lignag. §. 1. gl. 6. n. 2. Parlador. rer. quotid. lib. 1. c. 3. n. 1. Bened. Curt. in arrest. amor. 7. verb. ni constitution des rentes p. 195. frequentiùs tamen reditus ex locatione; vel alia quacunque re fiscu illatos denotans. *l. 1. §. his titulus ff. de publican & vectigalib. l un. ff. de loc. pub fruen.* qui obid publica vectigalia appellabantur. *l. 17. §. inter publica. ff. de V. S. par. im. cenel. 3. explicata* Ad ea an referri debent, quę Imp. in feudum dedit? Si in perpetuum concedantur, nomen publicorum vectigalium amittere concludit *Rebuff. in d. l. 17. verb. publica* an desinant esse regalia? *v. quæ in infra dicentur.* Agri vectigales nominabantur hi, qui ita locati consueverant, ut conductori, ejusq; successoribus *Choppin. de privil. rust. lib. 2. c. 2* quoad pensionem Reipub. solverent, in perpetuum utendi fruendi jus esset *tot. tit. ff. si ager. vect. vel Emphyt. Bapt. Aymo de alluv. lib. 2. c. 18. nu. 23. Alvar. Vala. de jur. Emphyt. q. 31. Ioan. Papo. in consuet. Bourbon. tit. 28. §. 392. verb. foncière. Alex. Raudens. de analog. lib. 1. c. 13. n. 23.* & in communi dividundo judicium veniebat, non ut per regiones dividerentur, sed uni pecunia, alteri fundus, causa effugiendæ confusionis præstationum, adjudicabatur *l. communi 7. in princ. ff. com. divid. Natt. cons. 480. n. 5. Iacob. Curt. lib. conject. 2. n. 32. an fin. Franc. de Caldas de Emphyt. extinct. 8. n. 14.* c) Muneris appellatione vectigalia non comprehendi auctor est *D. R. ap. Tilem. de Benign. Sytag. 1. decis. 2. vet. 9. nu. 11.* quod de iis, quæ fiscus ex bonis propriis, puta fodinis publicis, non privatorum bonis percipit, verum arbitror. Sed non una omnium sententia, quibus muneribus adgregenda alii personalibus *Bart. in l. 1. §. 1. n. 5 ff. de publ. & vectig. Bertachin. de gabell. in pralud. n. 16. Ferret. de gabel. n. 191.* alii mixtis adscribunt, *Aegid. Thomat. de collect. pag. 22. nu. 3. Fr. Suares de legib. lib. 5. c. 13. n. 2.* verior eorum sententia est, qui munus reale vectigal dicunt, *Bart. in l. 1. n. 30. C. de mulier. lib. 10. Afflict. in c. un. quæ sint regal. verb. vectigal. n. 101. Chassan. in consuet. Burg. rubr. 1. §. 4. verb. indire. n. 28. Parlador. rer. quotid. c. 3. §. 1. n. 26. Cujac. in parat. Cod. tit. de vectig. Thom. Grammat. cons. 69. n. 6. Bart. Bertaz. cons. crim. 431. n. 7. Ioan. Bologn. cons. 1. n. 122. vers. si igitur ubi rationem reddit. Schöner. disp. feudal. 4. thes. 48. lit. b. &c. facit arg. §.* **Wann zwischen zweyen Partheyen.** *in deput. Ab. de Anno 1600.* An ordinarium vel extraordinarium sit, non convenit inter *Natt. cons. 13. n. 13. & Bertaz. cons. crim. 176. n. 29.* Ut ordinarium aliquod possit dici munus, tria requiruntur. (1) quod ab Imperatore (2) ob causam ordinariam, & successivam *I. Petr. Surd. consil. 146. n. 19.* (3) & uniformiter imponatur. *Alex. Raudens. de analog. lib. 1. c. 40. n. 56.* Si igitur ab Imperatore vectigal certum, ob causam perpetuam, viarum sc. & pontium refectionem, imponatur, quare ordinariis muneribus accenseri non debeat, ratio prohibens vix apparet. Civitatum autem gabellæ, & quæ ob imminentem aliquam necessitatem imperantur, ad extraordinaria referenda sunt *post Bero. Raudens. d. c. 40. n. 57.* Singularem hîc subnexo cautelam *Ioan. Cephal. cons. 553. n. 6. 7. & seq.* qui ut exemptum ab omnibus, & quibusvis oneribus gabellæ, quæ ratione contractus dependitur, obnoxium redderet, non munus sed solennitatem contractus eam esse tradidit: *sequuntur Alder. Mascard. de interpret. statut. conclus. 6. num. 7. Petr. Caballus consil. 24. nu. 10. volum. 2.* onus est, si personas, quæ liberè aliàs contrahere poterant, spectes, *Natta, Bertaz. & Dd. paulò antè cit. loc.* ut tamen solemnitas contractus esse non desinat. d) Hinc vectigalia ἐξαγωγικὰ, & εἰσαγωγικὰ *Strab. lib. 7. Chopp. de doman. lib. 1. c. 9. n. 1. Sixtin. de regalib. lib. 2. c. 7. in princ.* dicta, quod

quod ex mercibus, quæ inveherentur & exportarentur, solvantur: quamv's strictissima sit definitio, quæ pleraq; vectigalia non comprehendit *Salic. in l. vectigalia. n. 1. C. nov. vectig. Bertachin. de gabell. in prajud. Rosenthal. de feud. lib. 5. concluſ. 33. lit f.* & in hoc á tributo, censu, collecta, & reliquis oneribus differt, *Zaſi in l. cúm ſervus. §. heres n. 4. ff. de legat. 1. P. Gregor. ſyntag. jur. lib. 3. c. 4. n. 9. Ioan. Coraſ. in l. illicitas §. ne potentiorum. 13. ff. de off. præſ. Ioan. Gutier. de gabell. quæſt. 3. n. 8.*

8. Imperatori ſoli *a* & ſuperiorem non recognoſcenti *b* ejus imponendi, augendi *c* minuendivé *d* jus eſt.

a) In Romanâ Repub. ſub Coss. Aediles ex hauſto ærario nova vectigalia inſtituebant. *Alex. ab Alex genial. dier. lib. 4. c. 4. p. 187.* Idem cenſores poterant, *Alex. d. lib. 3. c. 13.* Tribunis tamen plebis aſſentientibus, *Iac. Ant. Mart. de jurid. pag. 1. c. 43. n. 3. P. Gregor. in ſyntag. jur. lib. 3. c. 2. num. 5.* translata autem populi poteſtate in Principē. *l. 1. §. cúm autem. C. de jur. vet. enucl. §. ſed quod Principi. Inſt. de jur. Nat. G. & C.* facultas hæc quoq; in illum tranſiit *l. 10. ff. de pub. & vect. l. 3. C. nov. vect. c. 10. de conſtit. c. ſuper quibuſdam. §. præterea de V. S. poſt plurimos á ſe allegatos Farin. de furt. q. 172. num. 68. Trentacinq. var. reſol. lib. 1. tit. de jur fiſc. reſol. 5. n. 1. Parlador. rer. quotid. lib. 1. c. 3. n. 2. Lancell. Conrad. in templ. om. jud. lib. 1. c. 1. §. 4. verb. collectas & gabellas n. 1. Corſet. de pot. reg. in 4. part. q. 48. Horat. Carpan ad ſtat. Mediolan. p. 2. c. 328. n. 3. Ioan. Kopp. dec. 50. n. 3 Corn. conſ. 199. n. 11. vol. 1. Hier. Gabriel. conſ. 156. n. 7. Knich. de Sax. non prov. jur. verb. ducum Sax. c. 5. n. 68. Chopp. de doman. lib. 1. tit. 1. n. 6.* & hanc ob cauſam Frid. I. Imp. vectigal inter regalia *c. un. quæ ſint regal.* collocavit. *Henr. Roſenth. de feud. c. 5. concl. 33. n. 1. & gl. lit. A. Schrad. de feud. p. 3. c. 4. n. 38. & ſeq. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 6. n. 14. Peregr. Tanin. de citat. real. lib. 1. c. 1. n. 188. Cardin. Thuſc. pract. concl. lit. G. concl. 1. & lit. P. concl. 204. nu. 1. Cravet. conſ. 701. n. 30. Weſ. conſ. 109. n. 43. Alciat. conſ. 136. n. 1. lib. 5. Pet. Ant. Anguſol. conſ. 13. n. 33. lib. 3. Vber. Zuchar. conſil. 7. n. 26. Ant. Quett. conſ. 3. n. 1. Henr. Bocer. juriſd. c. 1. n. 43. Matth. Stephan. de juriſdict. lib. 2. p. 1. c. 1. memb. 2. n. 93 quo facit text.* im Schwabenſpiegel Landrecht. *c. 12. num. 4.* Alle Zöll/ vnd Mäuten/ die im Römiſchen Reich ſeynd/ die ſeynd eins Römiſchen Königs/ vnd wer ſie haben will/ er ſey Pfaff oder Ley/ der muß ſie haben vom Römiſchen Reich/ vnd dem Röm. König/ vnd wer das nicht thut/ der frevelt am Röm. Reich. *& n. 3. end. c. 12.* Wir verbieten allen/ die in vnſerm Reich ſeynd/ daß ſie keinen Zoll nemen ohn vnſer vrlaub. Non ſolúm autem vectigalium imponendorum jus, ſed etiam ea, quæ jam inſtituta ſunt, inter regalia referuntur: quia indiſtincté *d. c. un. quæ ſunt regal.* loquitur, & tam nova, quám jam inſtituta complectitur. Ergo nec nobis diſtinguendum eſt. *Sixtin. d. c. 6. n. 40.* ubi ex mente Feud ſtarum *contra Alc. Rol. á Vall. & P. Gregor.* verera á novis ſeparantes diſputat. Fatendum tamen eſt vectigalia nova inſtituere excellentius quid eſſe, quám jam inſtituta exigere *vid. concl. 25.*

b) *d. cap. ſuper quibuſdam §. præterea, ib. Regum de V. S.* idque Galliæ Regi tribuunt *Henr. Boic. in c. cum te. de re jud. Farinac. de furt. d. q. 172. n. 78. Choppin de doman. lib. 1. tit. 9. num. 1. P. Gregor. de Repub. lib. 9. c. 1. num. 30.* denegant ii, quos citat *Hyppol. Rimm. conſ. 26. num. 1.* Hiſpaniæ Monarcham eandem facultatem habere. *Abbas in c. novit. de jud. Corſet. de pot. reg part 4. q. 49. n. 13. Alphonſ. Azeved. ad conſt. Regn. lib. 9. tit. 17. l. 1. num. 5. & 6. Parlador. rer. quotid. lib. 1. c. 3. num. 3.* ea ratione demonſtrati, putant, quod regnum ex faucibus infidelium eripuerit, & propterea ſuperiorem non habeat;

habeat; quæ non satisfacit *Schrad. in repetit. l. un. C. de cond. ex L. n. 66.* nam Hispania antequam á Mauris invaderetur, Romani Imperii fasces agnovit: pulsis ergo inde hostibus postliminió vetera jura Imperii revixere *arg. l. si captivus § 1. ff. de capt. & postlim. revers.* Summum Pontificem (de cujus calamo in ore omnium esse, dicebat Legatus Venetus, nullum eo in toto terrarum orbe esse opulentius vectigal utpote cujus simplex ductus quãtumvis immensam pecuniæ vim momento pariat. *Thuan. lib. hist. 49. pag. mihi 600.*) quatenus Dominus supremus est in suo territorio directo, *Fr. Suares de ll. lib. 5. c. 14. n. 3.* in aliis autem regnis ad spiritualem finem, pro exstirpatione hæreticorum per indirectum vectigalia indicere posse *idem Suares d. loc. auctor est.* Cujus assertionis prius caput, si vera est *Salic. in l. vectigalia nu. 3. vers. verum & c. C. de vectigal.* doctrina: sc. non recognoscentem de facto superiorem, portoria instituere posse, parum dubii habet. Sed quia fando vix auditum Summum Pontificem in alieno territorio eam licentiam usurpasse: nec etiam Principes terrarum passuri sint eam servitutem ab alio imponi: an juri ea potestas innitatur, meritó dubites. Ecclesiastica siquidem potestas á seculari separata est, ut quamvis ambo à Deo sint, *Rom. 13.* tamen in alterius fines neutri Imperium. *c. duo sunt. 10. c. 6. distinct. 96. c. novit. 13. de jud. c. per venerabilem. qui fil. sint legitim.* Neque fas est Ecclesiæ in terris Imperium tenere, neq; Imperatori Thymiamatum, & sacrorum potestatem habere, *Hos. in Epist. ad Constant. Arrian. Bernhard. ad Eugen. Pap. lib. 1. de consider. c. 6.* adeó ut ne quidem fine subordinentur. Illius enim æterna salus, hujus felicitas humana finis est. *Paul. 1. ad Timoth. 2. Navar. in c. cum novit n. 90. de jud. Guil. Barclai de potest. Pap. c. 14. Henning. Arn. de distinct. dupl. potest. c. 1. n. 3.* Deficiente igitur Papa in terrena regna imperio, facultas quoq; imperandi nova vectigalia deficit: deinde, quando Ecclesiastica potestas sufficiens est in ordine suo ad finem suum, non debet media, suæ conditioni inconvenientia, conquirere. *Rob. Bellarmin. lib. 5. de Rom. Pontif. c. 7. vers. 2. ratio. roger. Wigriton apol. pro jure Princip. n. 203. & seq.* Sufficiens autem est in ordine ad suum finem, si gladio spirituali hostes fidei enecet, alium non habet, nec enim occidit, sed vivificat, *c. inter 33. q. 2.* arguit, obsecrat, imperat 2. *Timoth. 4.* nec verberib. exegit fidem, *c. 1. dist. 54.* sinit crescere zizania, usque ad messem Domini. *Matt. 13.* quid ergo vectigali unde militi truci stipendia solvantur opus? Plura dici possent, sed alii segetem hanc demetant, quos ad *Barclai de potest. Pap. Emund. Richer. de Eccles. potest. Ioan. Barclai. vindicias, & alios antiquiores summo studio per Melch. Goldast. Monarch. tom. 3. congestos,* ablegn. c) Etsi augmentum naturam sui principalis sequatur, *l. si ex toto. l. quod in rerum §. si quid post. ff. de legat. 1. l. etiam C. de jur. dot. l. si fundus. in crin. l. Paulus § si domus ff. de pignor. & hypoth.* non tamen possidens antiqua vectigalia ea augere potest: cúm in illa materia omnis innovatio pro novo vectigali reputetur, *l. locatio 9. § 8. ff. de publ. & vectig.* & novorum institutio præcisé prohibita sit *tot. tit. C. nova vectig. instit. R. I. de Anno 1236. c. 10.* Wir setzen vnd bieten/ daß alle Zolle so mit vnrecht gehoben seyn/ anders dann sie vors erst auffgesetzt seynd/ daß die hebung ab sey/ vnd der Zoll bleibe als er zu recht soll. *Goldast. in constitut. Imp. Carol. Magn. usq; ad Car. V. & R. I. de Anno 1576. §.* Weiter seynd wir/ ꝛc. Dann Zoll steigern gehöret zu Kays. Maj. sonder hoheit/ vnd reservaten. *Ioseph. Ludov. com concl. 15. n. 4. Aug. Bero. cons. 37. lib. 3. Farin de furt q. 172. n. 76. Knich. de Saxon. non prov. jur. verb. ducum Saxoniæ c. 5. n. 64. Val. Forster. de jurisdict. Roman. l. 2. l. 4. n. 42. Wesenb. cons. 45. n. 45. Feder. Scot. respons. 1. n. 131. lib. 1. tom. 1.*

ubi

ubi id limitat. in vectigali. quod præstari ad tempus desitum, nondum verò usu captum sit, nam postliminiò revocare, cùm non sit prohibitum, appellatio novi vectigalis einon congruit, *Alex. cons.* 34 *n.* 1. *lib.* 1. *d) l. vectigalia* 10 *ff. de publ. Cujac. in parat. C. nov. vect.* Sed de vectigalibus, quæ in publicum ærarium inferuntur, hoc verum autumo, cur eam, quæ privati juris sunt facta, diminuere, vel tollere publico bono non liceat?

9 Hodie quidem Cæs. Maj. ante coronationem, hæc potestas nonnihil restringitur, ita ut aliter quám approbantibus, & consentientibus PP. Electoribus ejus exercitium non habeat; unde tamen Majestati ejusdem nihil detrahitur, nec alteris adjicitur.

Tenor capitulationis refertur apud Goldast. Reichssatzung *p.* 2 *p.* 183. *in Capit. Carol. V. art.* 18. Wir sollen vnd wollen auch insonderheit/ dieweil Teutsche Nation vnd das H. Röm. Reich zu Wasser vnd zu Land/ zum höchsten vor damit beschweret/ nun hinfüro keinen Zoll/ von newem geben/ noch einigen alten erhöhen/ ohn besonder raht/ wissen vnd zulassen der bemeldten sechs Churfürsten. & in pactis inter Div. Imp. Rodolphum II. & PP. EE. initum, Vnd damit jemand bey vns vmb new Zoll begnadigung/ oder erhöhung der alten vnd vor erlangten Zöllen *supplicirens* vnd anlangen würd/ so sollen wir jhme keine vertröstung/ *Promotoriales* oder schrifftliche schreiben nit geben oder außgehen lassen. *Tob. Faurmeist. tr. de jurud. c.* 4. *n.* 16. Servari hanc conventionem, cùm vim contractus habeat, juris ratio, *Boer. dec.* 204. *n.* 42. *Zas. cons.* 10. *n.* 6. *vol.* 2. *Ioan. Bologn. cons.* 6. *n.* 27. *Mynsi. cons.* 24. *nu.* 19. *Hier. Cavagnol. cons. decis.* 23. *n* 8 *p.* 1. *Gail. obs.* 41. *n.* 4. *lib.* 1. *in in terminis Capitulationis Caspar. in l. fin. n.* 2. *C. de transact. Nic. Rucker cons.* 14. *n.* 23. *inter cons. Claud. Cantiuncula.* & juramenti religio, contra quam Principes venire non debent, postulat, *Rol. á Vall. cons.* 61. *n* 5. *vol.* 2. *Bellug in spec. Princip. rubr* 7. *nu.* 4. Atq; seposita jam allegata conventione æquitatis norma Imperatorem ad Electorum consilium deliberationem-quod duceret. Cui siquidem incognitum, Principem si á justa causa imponendi vectigalis aberret graviter in Deum & subditos suos peccare, *Roland. á Vall. cons.* 34. *nu.* 16. *vol.* 3. *Azeved. ad const. Regn. lib.* 6. *tit.* 11. *leg.* 1. *n* 3. Vectigalibus Imperium jam an eplus æquum gravarum, *d Capitulat.* tum exactione omnes forenses etiam premi. *Vasq. de succes. progress. in præf. lib.* 1. *n.* 115. ut meritò difficulter concedi, & inter arduanegotia referri debeat, *arg. auth. qua res. C. commun. de legat.* Sed atdua cum Procerum & Magnatum consilio sunt expedienda, *Iason. in l. placet. nu.* 10. *C. de SS. Eccles. Paris de Pute. de Syndic. tit. de Reg. excess. n.* 18. *Knich. de Saxon non prov. jur. verb. Elect. c.* 5. *num.* 83. *Sich. cons. feud* 6. *n.* 31. *Ioan. Neviz. in t. cons. Brun.* 12. *n.* 156. *Ferdin. Vasq. ill. controv.* 2. *n.* 20. Indignumq; Principe Christiano absoluta potestate operari velle, *Covarr.* 3. *var. resol. c.* 6. *n.* 8. *Azeved. ad const. Regn. liq.* 4. *tit.* 1. *leg.* 1. *n.* 24. *Ant. Fab. jurisprud. Roman. tit.* 2. *princip* 8. *confut.* 8. *adde Ioan. Dauth. in l.* 3. *n.* 2. *C. de testam.* Imò Principes Electores in partem Curarum Imperatoriarum vocati, *Aur. Bull. tit.* Von der wahl eines Röm: Königs. *& tit.* von der Churfürst. versamblung/ ut non sine eversione Imperialium legum inconsulti præterire possint. Adeó autem exinde Majestas Imperatoris non minuitur, ut justa & legitima illa existimetur, quæ viribus modum imponit. *Suares de ll. lib.* 5 *cap.* 17. Pontificum Romanorum, quibus immensa à Canonistis tribuitur potentia, in gravioribus negotiis, semotis Cardinali-

bus, acta gesta rata non habentur, *Nicol. Everhard. jun. cons.* 1. *n.* 11. *vol.* 1. Hispanica lege, *lib.* 6. *nov. recopil. tit.* 6. *leg.* 1. Rex non convocatis Regni procuratoribus, illis consentientibus & acceptantibus, novum vectigal imponere prohibetur, *Girond. de gabell. in pralud. n.* 25. *Parlador rer. quotid. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 13. *Azeved. ad const. reg. lib* 9. *tit.* 17. *leg.* 1. *num.* 24 *Suares d. c.* 17. cùm Rex Philipp. II. non salutatis Regni proceribus *anno* 1558. Ianis & vellcribus in exteras Regiones devehendis vectigal indixisset, non valuisse legem, donec ex communi placito robur acciperet, testatum reliquit, *Vasq. de succes. creat. lib.* 2. §. 17. *n.* 102. Ita Galliæ, *Frossart. vol.* 1. *c.* 155. *Bodin. de Repub. lib.* 6. *c.* 2. *n* 656. *Gerhard. Maynard. decis.* 58. *n.* 1. *lib.* 2. Hungariæ, Angliæ, *Heig. q.* 18. *n.* 7. *p.* 1. Regum, potentia, quoad hoc onus certis finibus inclusa: Siciliæ Rex quatuor casibus vectigalia imponit, eaque annua solùm, alia si emergat necessitas, abdicata ei est hæc facultas. *Ioan. Bolognet. cons.* 11. *n.* 11. & 13. Nemo autem existimet, ex quo vectigalia sine PP. EE. consensu, & approbatione institui nequeunt, jus eadem imponendi his communicatum esse, ut enim jurisdictionis supremæ EE. capaces non sunt, ita nec effectus ejusdem inseparabilis, vectigalium scilicet imponendorum jus, in eos cadit. *Facit text. in R. A. de anno* 1576. §. Weiters/ ꝛc. *ibi.* sondern weil auch das alles/ zu vnser Kay. Maj. besondern (nota particulam exclusivam hochheit vnd *Reservaten*, so wol auch zu vnser Kayser: vnd der Churfürsten *reputation*, verachtung/ vnd schmelerung *de facto* durchbracht werden will. & §. Derhalben. Imperator supremam potestatem sibi reservat. *Regner. Sixtin. de regal. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 43. & *seq.* Diss. *Tob. Paurmeist. in tr. de jurisdict. c.* 4. *n.* 26. & *seq. novissed it.* In auctione vectigalis quo ad consensum Electorum idem jus esse scribit *Henric. Rosenth. de feud. c.* 5. *concluss.* 44. *lit. G.* An verò præcisè omnium Electorum consensus requiratur, vel majoris partis sufficiat? Dubium reddunt verba *in supr. alleg. Capitul.* Mit raht/ wissen vnd zulassen der sechs Churfürsten: uno dissentiente, non dicitur interven sse consensus sex Electorum, prout in simili argumentatur *post Alex. cons.* 184. *nu.* 2. *p.* 2. *Steph. Gratian. decis.* 183. *n.* 13. Verius nihilominus est contrarium: Quæ jure communi inspecto Imp. non indiget consilio Electorum; sed quicquid ejus rei jam est necessitas, id ex Capitulatione descendit, quam, non ut singuli, sed totum Imperium (quod collegium est, *Iacob. de Aiel. de jure adho. & subsid. n.* 38. sicut quoque Ducatus, Marchionatus pro collegiis reputantur. *Dom. Cardin. Thusc pract. concluss. lit. R. concl* 87. *n.* 7.) repræsentantes *Michael Vleurrinus de regim. mund. p.* 2. *q.* 2. *prin. n.* 20 33. & 100. & *q.* 3. *princ. num.* 79. *Nicol. Cusan. de concord. Cathol. lib.* 3. *c.* 4. proposuerunt. Consensum itaque eorum, non ut singulorum, sed tanquam collegii requirere necesse habet: ne ob qualitatis primævæ defectum, una eademque obligatio contra *l.* 1. §. 2. *ibi: cùm adjecit. ff. de V. O. Steph. Gratian. discept. forens.* 335. *n.* 16. diverso jure censeatur. Juris autem expediti est in actibus collegiorum & universitatis majoris partis consensum sufficere. *l. quod major.* 19. *ff. ad l. municip. l.* 4. *ff. quod quisq. universi l.* 45. *C. de decur. Afflict. decis.* 1. *n.* 4. *Steph. Gratian. discept. forens.* 184. *n.* 17. *Villalob. comm. opin. lit. M. num.* 10. *Alphons. Azeved. cons.* 39. *num.* 2. etiamsi omnium consensus requiratur, cùm id in majori parte verificetur, *Gratian. d. decis.* 183. *num.* 11. 5. & *seq.* Ita omnia ferè Electores, in publicum, collegialiter peragunt. Exemplum in electione. *Gerlac. Buxtorff. ad Aur. Bull. concluss.* 35. *lit. c.* Hinc dicimus, das hochlöbliche Churfürstlich Collegium, Archiepiscopum Moguntinum Decanum ejusdem.

10. Duci-

10. Ducibus, Principibus, & aliis superiorem recognoscentibus hanc potestatem circa vectigalium impositionem, etsi sint qui tribuant; non incoloraté tamen contraria opinio propugnari potest.

Per text. supr. concl. 8. lit. a. alleg. quam communem dicunt *Claud. Bertaz. in addit. ad cons. patr. crim. 281. lit. a. Eman. Suarez. com. opin. lit. V. nu. 4. Rosenth. de feud. c. 5. concl. 44. lit. b.* Haben Weltliche Herren Zöll jnnen/ die sollen sie bekennen/ daß sie jhnen Lehnweiß empfohlen seyn/ sie mögen mit recht nicht sprechen/ daß sie jhr seyn. Weltl. Reformat. Kays. *Sigism. c. 2. n. 3. Goldast. tom. 1. Imper. constit. p. 188.* Cúm Imperatorum absentia, & conniventia Præfecti provinciarum remotiorum, publica jura ad se rapere, suiq; juris facere cœpissent, non defuerunt, qui jus imponēdi vectigalia, in Duces, Marchiones, regalibus investitos translatum esse defensitarent. Idq; de Delphino Galliæ *Ripa cons. 28. lib. 2. Rebuff. in bulla cœn. Dom. art. 3. vers. Secundó fallit, &c.* Duce Allobrogum *Signor. Homod. cons. 108. nu. 8. & seq. Dec. cons. 534. Cacher. decis. 155. per tot.* Duce Ferrariæ *Natt. cons. 661. n. 11. Menoch. cons. 901. n. 50. & seq.* nec, ut apparet prima fronte, sine ratione affirmarunt. Per investituram siquidem his omnia regalia, & in specie vectigalis jus conceditur, facultatem ergo imponendi eadem consecuti sunt. Ea enim, quæ instituta sunt, inter Regalia non connumerantur, *Natt. d. cons. 661. n. 12.* aut si eó referenda; ex eorum numero, quæ Principi summo reservantur, non sunt, *Cuman. consil. 262. in fin.* Deinde Duces, Marchiones, &c. Vicarii Imperatorum perpetui appellantur, & plenitudine potestatis utuntur, *Cravett. cons. 958. nu. 4. post Bald. cons. 262. n. 1. in fin. Cacher. cons. 9. num. 5. Natt. cons. 719. n. 14. Surd. cons. 1. n. 11. Thom. Michael. disp. de jurisdict. conclus. 29. lit. c.* Eaq; in suo territorio quæ Imperator in Imperio possunt, *Cravet. cons. 135. n. 2. Menoch. cons. 601. n. 1. Pacian. cons. 149. n. 13. G. Pancirol. cons. 190. n. 40. M. Ant. Peregrin. cons. 3. n. 44. vol. 2. Zas. cons. 1. n. 21. vol. 2. Wes. cons. 27. n. 29. Modest. Pistor. cons. 24. n. 1.* nova ergo vectigalia imperare queunt, *P. Ant. de Petr. de potest. Princip. c. 8. n. 26. Boss. tit. qui poss. vect. impon. n. 10. Rol. á Vall. cons. 91. n. 108. vol. 3. Farin. de furt. q. 172. num. 80.* tum quoque negari nequit territorium, ejusque utile dominium, iisdem competere: sed ratione soli, & territorii vectigalia imponuntur, *l. 1. §. 1. ff. de publ. ibiq; Bart. Bald. cons. 242. vers. potest enim &c. vol. 2.* & utile dominium habens in se sua facere potest, quæ sibi prosunt. *l. sicuti. §. 5. ff. si servit. vind. l. 1. §. deinde. ff. de aq. pluv. arc. qua ratione post Signorol. d. cons. 108. num. 11. Menoch. d. consil. 901. n. 52. Anton. Quett. consil. 3. num. 5. utuntur.* Sed fragili fundamento hanc opinionem inniti, quivis facilé intelliget. Dato enim, plerosque horum vicarios perpetuos constitutos, an propterea ad reservata Principis manus admovebunt é minimé gentium. *Bald. 457. nu. 3. lib. 5. Aegid. Bossi de Principe n. 88. Alex. Raudens. de analog. lib. 1. c. 28. n. 10. Surd. cons. 210. n. 48. Prosper. Farinac. in prax. crim. q. 29. num. 91.* nisi forté mandatum speciale eam in rem producere possint. *Natta cons. 40. n. 18. Ludolph. Schrader. cons. 37. n. 19. lib. 2.* Id veró, quod ex regalium, & in specie vectigalium concessione, colligitur, generalius est, quám ut exinde de jure eadem imponendi constare possit; ut interea sileam vicariatum istum perpetuum, á Cæsare vel Pontifice constitutum, per se ad dignitatem, neque nobilitandum vicarium efficacem, *Bald. consil. 353. num. 2. volum 1. & ex eo Pacian. de probat. lib. 2. cap. 27. n. 121.* debilioremque esse titulo Ducis. *Alex. Raudens. de analog. d. lib. 1. c. 28. num. 9. & 10.* tum quoque dubiam pleriq; regulam il-

lam, qua'axa Principum inferiorum in territoriis suis potestas stabilitur, magnoque errore introductam *I. Phil. Corn. cons.* 200. *n.* 19. *lib.* 1. *Borcholdt de feud. c.* 5. *n.* 37. magisq; ad pompam dici existimarunt, *Muscatel. in prax. civil prim. instant. p.* 7. *glos. in verb. Sententiam. n.* 66. & rectiùs de ea *Dec. in c pastoralis. nu.* 24. *ibiq; addit. de appellat. Bon. de Curtil. de nobil p.* 3. *n.* 218. *Chassan in catalog glor. mund. p.* 5 *consid.* 14 *nu.* 164. *Pacian. de probat. lib.* 2. *c.* 28. *n.* 21. *Val. Forster. de succes. ab intest. lib.* 6. *c.* 34 *n.* 32. sensére. Proindeq; Duci Allobrogum, uti beneficiario Imperatoris hanc potestatem denegat *Choppin. de doman. lib.* 1. *tit.* 9. *n.* 3. Julius II. Pontifex, Alphonso Ferrariæ Duci, hanc licentiam sine ipsius consensu usurpanti, bellum minatus est, nisi propediém Pado imposita vectigalia tolleret, *Francisc. Guicciard. lib.* 9. *Histor. pag* 823. Et quamvis Vicecomites Mediolani, Imperatorum vicarii perpetui fuerint; Galeatius tamen Vicecomes Majestatis accusatus, quód vectigalia nova absq; Cæsaris voluntate imperasset, *Clapmar. de arcan. lib.* 1. *c.* 21. In Germania de hac sententia ambigendum non esse testatur *D. Henr. Rosenth. de feud. d. cap.* 5. *conclus.* 44. *num.* 1. Exemplum exhibet *Melchior Heimsf Goldast pag.* 2. *constitut. Imper. pag.* 325. Cùm enim I. H. Z. B. novum Weg: & Stetgeld imposuisset, rescriptum ei á Cæs. Rodolph. II. daß jhm oder niemands anders im H. Reich zu jhrer selbst nutzung/ solchs ohne consens vnd verwilligung Kays. Maj. anzurichten gebüre. Multa Cameræ præjudicia in medium producere possem, verúm res adeó clara est, ut ulteriori confirmatione non egeat.

11. Quod autem aliquando civitates, aliævé communitates *a* ob necessariam *b*, & communem causam *c*, publica pecunia deficiente *d* citatis omnibus *e* gabellas, accisias, seu vngeld/ imponere consueverunt *f*, longé separatam rationem habet. *g*

a) Non agnoscentes superiorem, jura Principum quoad vectigalium indictionem habere in confesso est. *Dec. cons.* 534. *ibiq; Molin. in addit. Rol. á Vall. cons.* 91. *nu.* 4. *vol.* 3. *Alex. Trentacinq. variar. resol. lib.* 2. *tit. de jur. fisc. resol.* 5. *n.* 2. aliis verò subjectionis vinculum impedimento est ne illa imponere queant, *Salyc. in l. ubi Cod. de vect. & commis. Bonifac. de furt. §. fraudulosa. n.* 3. *Petr. Ans. de Petr. de potest. princ. c.* 6. *n.* 78. *G. Pancirol. cons.* 23. *n.* 5. At civitates magnas posse facere statutum, ut tertia octavæ vi disputationis *l. exceptis C. de vectigal.* ipsis adsignata, á transeuntibus solvatur. *Bald. secuti Rob. Marant. cons.* 28. *n.* 11. *Ioan. Sichar. in C. d. tit. de vect. n.* 7. statuunt: verúm ratio eorum *ex l.* 1. *& 2. C. nov. vect.* omnino enervatur. *b*) Nam voluntaria causa existente oneribus non nisi consentientes obligantur, *Andr. Barbat. cons.* 7. *in fin. lib.* 1. *Cravet. cons.* 592. *n.* 20. *Burs. cons.* 71. *n.* 7. *Cels. Hugo cons.* 106 *n.* 5. *Ripa cons.* 93. *n.* 14. *Natta cons.* 215. *n.* 4 *Camil. Borell. de Reg. Cathol. præst. c.* 20. *num.* 24. quod secus est in necessariis, & utilibus publicé, ibi enim pars major minorem, *Tessaur. decis.* 257. *n.* 4. *Gylm. decis.* 1. *n.* 211. *Capyc. dec.* 112. *Vinc. de Franc. decis.* 192 *n.* 8. *Gars. Mastril. decis.* 49. *n.* 7. *Fr. Bec. cons.* 163. *n.* 19. *Surd. cons.* 65. *n.* 3. Imó secundùm *Vinc. de Franch. dec.* 2 *n.* 24. minor majorem obligat. *c*) Non quæ singulis commodum pariat, sed quæ prosit omnibus, ut universis, *l.* 2. *C. de muner. patr. lib.* 10. *l. fin. C. de immun. nem. conced. eod. lib. Aldovin. Aldovini cons.* 59. *n.* 10. *Pl. Ant. Peregr. cons.* 102 *n.* 3. *lib.* 1. *d*) Audiendos esse cives, qui bona communia priùs executi, deinde muneris indictionem fieri postulant, *Rebuff. in l. fin. C. quib. muner. vel præst. Ioseph. Lud. decis. Perus.* 43. *n.*

43.n.11.arg.l.2.C.de prad.decur.sine decret.non alien. Losa.de jure universit. part.3.c.9. n.6.& 9. Id tamen recipit sanum intellectum, si habeant de reditibus bonorum, pecuniam in burs. communi, vel nomina debitorum *post Natt. & Cavalcan.novissimè Henr.Boccr.tr.de contrib.c.5.n.18.* non quod teneantur vendere fundos & proprietates, *arg.l.6.cum ib.not.ff de cess.bonor. Alber Brun.cons.209.per tot.* e) *l.de unoquq.47 ff.de re jud.l.39 ff.de adopt. Ioseph. Ludo. d.decis.43.n.7.* f) *l.2.§. viar. sue quid in loc. pub. l.1.§. quod si nemo ff.quod cujusq; universit.nom. Fr.Lucan.tr.de fisc. & privil.p.3.princip.n.3. Bos tit.de princip.n.95. P.Gregor.Syntag.lib.3.c.7.n.10. Borch. de un.qua sint regal.n.51. & seq Losa.d.c.9.n.1. & seq. Coler.de processib.execut.p.2.c.3. n.369. & seq. Florez.de Men pract.quæst.21.nu.72.lib.2. Azeved.ad constit. lib.5.tit.25. leg.1.n.27. Ioh. Bapt. Costa de quæst. & rat.q.27.nu.7. Dom.Cardin.Thusc.pract.concl.lit. V.concl.33.n.9. Gail.de arrest.c.9.n.19. Cavalcan.decis.22.n.4.lib.2. Ioh.Kopp.decis.6.n. 17.& 18. Steph.Gratian.decis 217.n.1.& 2 M.Ant.de Amat.decis.130.n.6. Ruin.cons. 116.n.13.vol.4. Paris.cons.25 n.3.58. & seq. Natt.cons.105.n.6. Var.Germ.cons.1.nu.43. vol.1. Schuf.cons.27.n.26. Col.cons.42.n.21. Cels.Hug.cons.92.n.3.* Adeó ut si eas imponere nolit officio judicis, vel per superiorem cogi possint, *Chass.in cons. Burg.rubr.1. §.verb.des justices.n.47. Steph Bertrand.cons.141.n.8.& 11.vol.1.p.1. Petr.Greg.d.c.7. n.10. Aegid.Thomat.de collect. verb. suprà expositimus. n.22.* g) Vix onera hæc imponi posse, ut nõ etiam forenses, qui ad civitates mercatum, & contractum eunt, gravent ur, *post Firmian. & Vbald.* notat. *Wes.cons.189.n.1.& 7.* generalium autem legum, quibus forenses & exteri ligentur, ferendarum potestatem illæ non habent, *ut in hoc termino concludit D.R.in causa* M. *contra* E. *Symph.tom.1.tit.2.vol.1.n.101.vers. nec dubium intellige; &c.* unde extorsiones gabellas vocavit, *Bald. in l.vectigal.n.2.ff.de & vectig.* quæ civitates jura Principis non habentes instituere non possint. *Nicol. Everhard.sen.cons.42.pag.7.in fin. Capyc. decis.148.nu.9.* Verumtamen ratione contractus quemlibet forum sortiri, & consuetudinibus loci obligari, expediti juris est. *l. sanctum 6.ff.de evict. Bart.in l. de quib.n.27.ff.de legib. Chass. cons. Burg.rub.4.§.2.gl ou duchi.n.3. & gl.selon.n.10. Ant.Gabriel.com.opin.lib.6.tit.de consuet.concl.2.n.4. Capyc. d.decis.148.n.7.* & Accisiæ, seu vngeld onera consecutiva contractus sunt, *Dec.cons. 417. Caval.com.opin.contr.comm.q.733. Garc.Mastril.decis 87.n.14. Thom.Zanchez.Iesuita de Matrim. lib.3. disp.18.num.12.* de quibus idem judicatur quod de contractu ipso. *l.si quis heres.35 ff.de acquir.hered. Petr.Caball.cons.124.n.7.vol.2.* ubi quód forenses ementes & vendentes in civitate aliena, legeillius civitatis circa emptiones & venditiones ligentur, demonstrat *exc.1. & notat.ibid.per Anchor.de empt.vendit.* Quód autem hic modo quodam gravantur forenses, ex accidente fit, quia scilicet illi voluntariè contrahunt; sed statutum quod per accidens etiam clericis nocet, si principaliter, in odium eorum non feratur, sustineri ajunt *Natt.cons.500.n.6. Ruin. cons.111.n.15. lib.5. & alii quos infrà allegabo.* Vel aliter tuendo jam Dd. gabellas, dici potest; eas nihil aliud esse, quám pretium paulò auctius *rectè laudans Castrens. cons. 41.p.2. Compil.Symph.d.tom.1.vot.1.n.100.* Magistratus verò municipalis pretium rebus vænalibus statuere potest, *l.1.§. cura carnis ff. de off. præf urb.*

12. Ejusmodi enim onera interdum vi Regalium & jurisdictionis *a*, aliquando vi pacti & conventionis indicuntur *b*, ut collectis quám vectigalibus propiùs accedere dixeris. *c*

a) Collectationem accisiæ esse regale & competere ei, qui Regalia ex Imperatoris beneficio possidet, tradit *Mynsing. decad. 11. resp. 1. n. 87. junct. num 89. & 90.* Welcher die Reichs: vnd Landstewr einnimpt *Gylman. decis. 37. n. 23. Paul. Wehner. in pract. observat. verb.* Schatzung *& verb.* Vngeld. *Anonym. Advoc. in cons. pro Fuggeris contra Mexelrein edito, c. 4. tit. 9.* Administratores quoq; civitatum, *Gylm. decis. 37. n. 23.* & qui jurisdictionem *Petr. Frider. de mandat. lib. 2. c. 42. n. 3.* etigendarumq; tabernarum (*mixti Imperii tesseram. Thom. Mich. disp. de jurisd. concl. 103. lit. b.*) idem jus habent. *Wehner. d. loc. in verb.* Vngeld. *b*) *l. 1. §. vicinitas ff. ne quid in loc. pub. l. omnes 12. C. de oper. pub. l. 2. C. de imm. nem. conced. Bart. & Dd. in l. 1. §. 1. ff. quod quisq; univers. nom. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. pag. 2. c. 2. num. 40. aliis. praced. concl. lit. f. notati,* & in specie Vngeld & accisiam eo, quo diximus, modo imponi, scripsêre *Compil. Symphor. tom. 1. tit. 2. d. vot. 1. n. 100. Rutg. Ruland. in dec. jur. controv. class. 2. q. 12.* *c*) Collectæ siquidem aliquando vi Regalium *c. un. ibi: extraordinaria collatio &c. qua sint regal. l. placet. 8. C. de excus. mun. lib 10. Menoch. cons. 32. nu. 30. Wes. cons. 27. n. 20. Modestin. Pist. cons. 9. n. 18. vol. 2. Knich. de Sax. non provoc. jur. verb. Ducum Saxon. c. 5. n. 280. Losæ. de jur. univers. it. p. 3. c. 9. n. 2. Florez. de Men. pract. quæst. 21. n. 11.* aliquando jurisdictionis indicuntur. *Wesemb. d. cons. 27. n. 20. Henr. Rosenth. de feud. c. 5. concl. 74. sub lit. f. Ioan. Gutieres. lib. 3. quæst. pract. 15. nu. 20. Ernest. Cothm. cons. 11. num. 43. lib. 1.* Quód verò in causa Teutschmeister contra Brandenb. *apud Meichsner tom. 1. lib. 1. decis. 48. n. 7.* das Vngeld diversum á collectatione statuitur, id de modo impositionis acciperem: regulariter quippe si onus reale incumbat, per æs & libram, *Losæ. de jur. univers. d. c. 9. n. 16.* Si personale in capita collecta distribuitur. *Wesemb. cons. 103. n. 13. Fr. Marc. dec. 803. n. 4. p. 1. Anonym. Advocat. cons. spir. impress. cons. 43. p. 275. col. 2. Inter var. Germ. cons. 1. n. 45. vol. 1. Everhard pract. cons. 45. n. 3.* Instar tamen vectigalium exigere collectam valdè utile esse existimat, *Trentacinq. var. resol. lib. 1. tit. de jur. fisc. resol. 5. n. 5.* modò fraus forensi non fiat. Nuperis annis Cæsarea Maj. dem R. S. B. privilegium deß Vngelds/ haud adhibito Electorum consilio, concessit, ut vectigalium, de quibus nobis hic potissimum sermo est, speciem non constituere has gabellas penè persuadeat. Der Marckt zoll ad eum pertinet cujus forum est. *§. fin. Instit. de contrah. Empt. §. universitas. de rer. divis. Wesenb. cons. 62. n. 67. in Symphor. tit. 2. d. vot. 1. n. 68.*

13. Proinde ex jure conventionis manantes accisiæ, non quidem omnium *a* sed majoris partis *b* collegialiter *c* requisito consensu imponendæ. *d*

a) Cuiquam tamen contrariam videri posset verius, cùm ab omnibus & singulis semel decreta collecta solvatur, & id super quo statuitur, non sit commune pluribus uti collegio, sed potiùs divisum. *l. venditor 13. §. 1. ff. com. præd. Luc. de penn. in l. fin. q. 24. C. de quib. muner. se non lic. excus.* Quod ergo omnes tangit, ab omnibus debet probari *c. quod omnes. de R. I. in 6. l. fin. C. de auct. præst.* & minùs pars major minorem potest ligare *l. per fundum. 11. ff. de servit. rust. Sigism. Loffred. cons. 51. nu. 1. & seq. Fr. Marc. decis. 465. Vincent. de Franch. decis. 2. num. 4. Surd. cons. 65. n. 12.* quàm parem, in quo ei nullum imperium est, *l. ille 13. §. 4. ff. ad Trebel. l. 4. ff. de arbitr. c. innot. de elect. G. Pap. decis. 424. Losæ. de jur. univers. it. p. 3. c. 9. n. 11. Borgnin. Cavalean. decis. 22. n. 4. p. 2. Alphons. Villag. de reb. Eccles. recuper. lib. 1. c. 122. n. 4. Coler. cons. 1. n. 233. & seq.*

Meichsn.

Michsn.tom.1.decis.27.n.20. Braun. Histor. Hand. *Tom.2.sect.1.f.628.* in quam sententiam nonnullos Imperii status concessisse refert *Warem. ab Erenb. de jur. & subdrogn.c.6.n.53.* Quæ vénovissimis Imperii Comitiis in hac quæstione tractata fuerint, nota adeo sunt, ut hic referre non expediat. *b)* finis & causa contributionum potissimùm spectanda venit, & si talis aliqua appareat, quæ publicé, ut universis prosit, ad onus, quod exinde singulis imminet, non respicitur, *Modestin. Pist. cons.11.num.85. lib.2.* quia secundariò, non principaliter commodum, & dispendium rei privatæ in quæstionem venit, *Petr. Surd. consil.67.num.31.* Publica igitur necessitate urgente, quod majoribus votis concluditur, minora discrepantia ligat. *L.l. de anno 1512.* Es sollen *& de anno 1555. §.* Und damit/ &c. *Iohan. Calderin. cons.6. prut.tit.de his quæ fiunt á maj part.cap. Alex cons.68.n.7.lib.2. Cravet.cons.27.in fin. & cons.195.n.8. Elbert. Leonin.cons.24.n.1. & cons.71.n.3. & 8. Schurf.cons.95.cent.1. Sic. Festus.de æstim p.2.c.2.n.21. Fr. Marc.dec.885.n.4.p.2. Thomat.de collect. §.retenta. n.13. P.Gregor.syntag.jur.lib.3.c.4.n.10. Steph.Gratian.decis.217.n.3. Henr.Rosenth.de feud.c.5.concl.75.nu.1. Petr.Bellug.in spec.Princ.rubr.45 §.quamvis.n.6. Gars.Mastril. decis.49.n.7. & 8.* *c)* ipsorum collegarum consensum in collegio intervenire necesse est, alioquin non profecerit collegas omnes seorsim consentire, *Iohan. Teh.in C.de rescind.vendit.n.4.arg.l.2.C.de decurion.lib.10. l. nulli 4.ff.quod quùq; universit.nom.* adeo ut non sufficiat ratificatio, cùm á principio nullum sit: nisi illa fiat collegialiter. *Bald.nov.in tr.de statut.verb.universit.n.1. Nic.Losa.de jur.universi. §.163.n.82. Villagut.de reb.Eccl.recuper. lib.2.c.5.n.104. Ioan.Bolognet. in l.omnes populi.n.83.ff.de jur.Caval.in spec. com.opin.contr.com q.436.* *d)* Cùm ratio diversitatis dari non possit, meritò idem jus observabitur. *l illud.ff.ad l.Aquil.10. Conrad.de decim.quæstionib.disp.1.M.Ant.de Amat.decis.77.nu.13. Steph.Gratian.discept forens.213.n.22. Cas.Barz. decis.20.n.31.*

14. Fideliter impositæ gabellæ solvendæ sunt, *a* & si ex cerevisia & vino in civitate epotis debeantur, statutum fieri potest, *b* quo civibus in fraudem *c* gabellæ alio, etiam extra territorium statuentium *d* potandi causa secedentibus pœna imponatur.

a) Fab.de Mont.de Empt.vend.pag.4.princ.n.51. Petr.de Vbald.de collect.n.37. Bonif.de furt.§.fraudulosa.n.31. Bertach.de gabell.p.9.in pr. Iohan.Gutierrez.de Gabel.q. 3.per tot. *b)* Ordinationes & statuta circa gabellas fieri posse tradidit, *Ioan.de Anic.cons.110.n.12.* quod ita accipiendum est, si solemnitates, quæ aliás in condendis statutis requiruntur, ut videlicet publicé congregetur populus, propositio in ejus præsentia fiat, & desuper omnium vel majoris partis consensus interponatur. *§. lex §. fabiscitum. Instit.de I. N. G. & C.l.2 § eodem tempore.ff.de orig.jur.l.fin.C.de legat.lib. 10. Coler.de proceff.execut.p.1.c.3.n.10.* intervenient *c)* cui occurrendum est. *In fundo 39.ff.de R.V.l.2. in pr.ff sol.matr.l.si cui.9.ff. de servit.* & æquum est, eos qui pro hujusmodi accisiarum solutionem, ab aliis impositionibus, & gabellis, quæ capiuntur pro necessitate Reipub. imponi possent, liberi sunt, bona fide & sine dolo solvere. *Everh.præs.cons.45.n.3.* Minimé verò illud statutum exaudiendum est, quasi ederе bibere cives quo loci velint prohibeantur: sunt enim statuta stricti juris. Ut fraudandi causa eos aliò abiisse probandum sit: nam si aliter intelligatur, speciem monopolii *l.unic.C. de monopol.* tale statutum præ se ferret. *vide aliam rationem*

apud

apud Boer. decis. 125. n. 4. in fin. Ideo in non dissimilibus terminis, statutum, quo subditi ad molendinum civitatis, relictis aliis, tantùm accedere jubentur, non valere concludunt, *Villalob in comm. opin. verb. Dominus n. 114. Boër. d. decis. 125. ubi in fin. ita judicatum refert. Covar. in c. possessor. §. 4. n. 7. de R. I. in 6. ubi communem & veriorem appellat. Bertaz. cons. crim. 419. n. 7. ibiq; Claud. in addit. Menoch. de arbitr. cas. 569. n. 18. Gratian. discept. forens. 89. n. 14. & 15. ubi tamen n. 16. distinctionem Baldi cons. 410. lib. 5. defensam á Cravet. de antiq. temp. p. 4. §. circa præmissa. n. 6. probat.* d) ut ita statui possit impedire videtur, quòd imperium ejus, qui extra territorium legum dicit, impunè spernatur. *l. fin. ff. de jurid. c. fin. de constit. in 6.* tum in specie statutum pœnale non liget subditum extra territorium statuentis delinquentem. *c. 2. de constit. in 6. ibiq; Canonistæ.* etiamsi statuentes velint, quòd subditus extra territorium delinquens teneatur. *Abb. in c. á nobis de sentent. excommun.* His tamen non attentis; sententiam affirmativam veriorem judico. Si enim ex errore Canonist. processit *d. c. fin. de constit.* uti *Anar. Barbatiam* docuisse *refert Everh. prax. cons. 45. n. 13.* pro decisionis fundamento id allegari nequit; aut, si rationem habet, de meré extraneo intelligi debet. *Id. d. cons. n. 24.* nam subdito extra territorium in legem superioris delinquenti (si ita cautum sit) pœnam irrogari posse *tex. est express. in l. fin. ff. de decret. ab ord. fac. Bald. in l. de quib. de legib. Bursat. consil. 77. num. 5.* de quo in materia præsentis statuti eò minùs dubitandum est, quod cives delictum, egrediendo territorium inchoent. Sed inchoatum hîc, alibi verò consummatum delictum judex utriusque territorii punire potest. *cap. 1. de præsumption. junct. c. fin. de for. compet.* quam communem esse opinionem, quicquid in contrarium argumentetur, *Felin. in d. c. fin. num. 14. & seq.* testimonio *Addit. ad eund.* evincitur, *Clar. in §. fin. quæst. 38. vers. item pono. Farinac. cons. 48. num. 6. & 37. lib. 1. Bertaz. consil. civil. 56. n. 42. & in terminis Everh. d. cons. 45. per tot.*

15. Inferioribus tamen á Principe supremo exigendi percipiendive vectigalis facultas beneficio Principis *a* & præscriptione hominum memoriam superante *b* competere potest. *c*

a) *c. super quibusdam §. præterea. de V. S. Spec. tit. de caus. possessionis & proprietat. §. 1. vers. quid de colligentib. Bertachin. de gabel. p. 1. q. 9. n. 23. Robert. Marant. cons. 18. n. 5. Azeved. ad const. regn. lib. 6. tit. 11. l. 1. nu. 6. & 7.* quod adeò verum existimatur, ut ne quidem ab eo, cui concessum est exactionis jus revocari possit. *c. in nostra. de injur. l. quod semel. ubi Bart. ff. de decret. ab ordin. Lud. Molin. de Hispan. primogen. lib. 3. c. 3. n. 16.* An autem ita ejus, cui conceditur, fit, ut in commercio ipsius existat, vendi queat? Jurisdictionalia ex hodierna consuetudine vendi posse notant *Carol. Tap. in rubr. c. 4. n. 19. ff. de constit. Princip. Petr. Ant. Petr. de jur. quæsit. non toll. c. 19. n. 6. Bapt. Aym. de alluv. lib. 2. c. 6. n. 24. Fr. Viv. decis. 126. n. 6.* essèque in patrimonio dominorum loci sicut asinus in bonis rustici *ex Iacob. Aurel. Io. Philip. Monspel. cons. 50. n. 37.* faceté refert, quod tamen de jure exigendi vectigalis, si feudi titulo datum sit, affirmare non ausim, sed domini licentiam exigendam esse, *Bart. in l. diem in fin. pr. nu. 5. ff. de aq. pluv. arcend. Bertachin. de gabell. p. 1. n. 39. cum seq.* nisi esset in concessum pro se, & heredibus quibuscunq;. *Gutier. de gabell. q. 4. nu. 15.* *b*) *vid. concl. 21.*

c) nec verendum est hoc privilegium ex defectu potestatis, quasi Regi regiam dignitatem, & quæ ei adhærent, alienare non liceat, *Ioan. Lup. de pal. rub. in c. per vestras. 2. not.*

2.not.§.1 n.40.de donat.int.vir.& uxor.Vasq.de succeſſ.creat.§.26.num.82.Azeved.ad conſt.reg.lib.4.tit.15.l.1.n.47. impugnatum iri: quia aliud eſt ſupremam juriſdictionem, aliud percipiendi vectigalis poteſtatem tribuere, *Gutier.d q.4.n.21.* illam, niſi homicida ſuiipſius eſſe velit, concedere nequit, at bene hanc poſtremam, ſi inde maximum Imperio detrimentum non creetur, *juxt.trad.concl.5.*

16. Quoties Princeps privilegii hujus cauſa aditur, libello ſupplici omnes circumſtantiæ negotii, etiam quæ in contrariam eum movere poſſent ſententiam, inſerendæ ſunt *a*, &, ſi res ita exigat, commiſſarii, qui in rem præſentem veniendo loca omnia diligenter oculis ſubjiciant, petendi ſunt *b*, hos, ſi partem adverſam citare negligant, nulliter demandatum munus peragere *c*, juri conſonum eſt.

a) Omnia reſcripta Principis conditionem eam tacité in ſe habent, ſi preces veritate nitantur, & modicum jus partis, quod non exprimitur, vitiat gratiam. *c.pen. de reſcript.l.1.§.1.ff.de appellat.l.2.C.ſi contra jus. & util.pub. Bapt.Leonel. tract.de ſubript.reſcript.q.12.art.1.in pr. Georg. Acac. Enenk.de privil.lib.1.c.6.per tot.Maſcard. de probat.concl 1123.n 5. Natt.conſ.636.n.21. Menoch de arbitrat.caſ.201.n.10.G. Pancirol.conſ 90.n.9.Gratian.diſcept.forenſ.283.n.20.* Propterea exprimenda ſunt onera eorum, in quorum præjudicium vectigal imponi petitur, *Albert.de Roſat. in rubr.C. nov.vect.* adeoq́, narrandum, locum ubi vectigalis jus dari poſtulatur, aliis pedagiis gravatum non eſſe, *Mynſ.5.obſ.31.n.1.Roſenth.de feud.c.5.concl.44.n.6. Sixtin.de regal.lib.2.c.6.n.53. Villalob.com.opin.lit.P.n.297. Sichard. in rubr.* C.*nov.vect.non inſt. n.8.Azeved.ad conſt.regn lib.6.tit.11.l.1.n.10.G.Pancir.conſ.161.n.13.verſ.ſed quod eſt fortius, &c.Diſſ.vid.Natt.conſ.340.n.7.* b) *arg.l.ſi irruptione.§.1.ff fin.regund.* & valdé utile eſſe contendit *Roſenth.d.concl.44.n.7.* adó ut prævia hac inſpectione conceſſum privilegium á vicinis impugnari non poſſe arbitretur, cui facilé aſſenſum præbeo, ſi omnia bona fide & legitimé peracta, cauſa illæ, quæ aliás ad Impetrationem neceſſariæ ſunt, concurrant. Si enim obreptionis vitium demonſtrari poſſit, cur hoc privilegium eodem modo, quo alia enervaretur, *Cacher.conſ.9.n.43.* & jam dicam. c) Regulariter quoties commiſſio ad oculatem inſpectionem decernitur, Commiſſarii partis citationem omittere nequeunt, *poſt Caſtrenſ.& Zaſ. Ruland de commiſſ.p.2.lib.3.c.7.n.1.Hect.Felic.de ſocietat c 39.n.32 & ſeq.* qui notabiliter ſcribit, *locorum uſitationes ita eſſe deſcribendas, ut judicis voluntas & animus non declaretur: quod ante ſententiam illi facere non licet, & cavendum ipſi eſſe, ne ſcribat parte adverſa præſente, & conſentiente eſſe factam viſitationem, ſi verè non fuit præſens,* & in examine teſtium ad perpetuam rei memoriam, aliisque probationibus faciendis, quæ præjudicium alteri pariunt, pars adverſa citari debet, *Gail.1.obſ.94.n.4.* An non autem ab hac regula caſus privilegiorum excipiendus erit? Conceſſio enim eorundem actus ſupremæ Majeſtatis eſt, quem contradicendo nemo impedire poteſt, *Natta conſ.636.n.153.& conſ.509.n.10.* & donum, ſeu liberalitas ſuperioris *c.ſi cui 7.de prabend. in 6.* cui fænum injici non debet, *Bald.in l.nam ita Divus.ff. de adopt. Albert.Brun.conſil.1.num.71.* Citatio ergo partis adverſæ minimé neceſſaria videtur, *P.Rebuf.in tr.de lit dilator.gl. n.8.& tract.de evocat.in præſat.n.76.Ioan.Bapt.Aſin.in prax.jud.§.7.c.5.lim.3.n.1.Pet.Ant.Petr. de poteſt.Princ.in clauſ. de plenit.poteſt.*

n. 3. *fol.* 652. *Conrad. Lancell de off prator. in civil. tit. de citat. limit.* 5. *n.* 66. & 67. *Surd. cons.* 552. *n.* 10. *Andr. Knich. Entyclopad. c.* 9. *n.* 3. *Ioan. Bapt. Costa cons.* 19. *n.* 11. *Seraphin. Oliv. Raz. decis.* 104. *n.* 1. In proposita separanda mihi videntur privilegia, quæ Principem absoluta potestate concedere velle apparet, ab aliis quæ cum causæ cognitione tribuuntur, de prioribus vera esse possunt quæ jam recitavimus, vix ac nevix quidem de aliis, *d. l.* 38. & 39. *ff. de adopt. l.* 4. *C. de emancipat. liberor. l.* 2. *in fin ff. de natalib. restit. l. fin. C. de author. prast. Aug. Bero. cons.* 72. *nu.* 2. *lib.* 3. *Zas. cons.* 16. *n.* 3. & 18. *lib.* 2. *Albert. Brun. d. cons.* 1. *n.* 74. *Ant. Galeac. Malvasia cons.* 116. *n.* 42. *vol.* 1. *Georg. Acac. Ennenk. de privil. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 8. Hodie autem absoluta potestas Imperatoris circa vectigalium institutionem restricta est, *ut concl.* 9. *dixi.* Imó cùm ad oculare inspectionem commissarii deputantur, certissimo indicio est, beneficium non nisi causa bene cognitâ concessum iri, locum ergo invenient quæ post *Tiraquel. Asin. d. c.* 5. *lim* 3. *n.* 4. *notat.* Præterea in omni actu judiciali & extrajudiciali hi, quos res tangit, & quorum interest, citandi sunt, *Natt. cons.* 242. *in ffn. & cons.* 204. *num.* 7. *Bertaz. cons. crim.* 316. *num.* 3. *Fr. Monald. cons.* 17. *n.* 12. *vol.* 1. idem quoque in juris in priv legiis tertium gravantibus, *Casiren. in l.* 2. *n.* 4. *C. de temp. appel. Rol. á Vall. cons.* 3. *n.* 149. *vol.* 1. *Asin. d. lim.* 3. *n.* 4. *Iac. Thoming. cons.* 34. *n* 53. Sed vectigalium exigendorum privilegia semper cum damno alterius conjuncta sunt, præcipué verò vicinorum interesse in eis versatur.

17. Per Investituram *a* si quis sibi ab Imperatore *b*, una cum territorio vectigalia illic existentia concessa contendat, in specie de iis in investitura dictum *c*, aut omnium *d* vel quorundam regalium cum adjectione clausulæ generalis *e* concessionem sibi factam, ut demonstret necesse est.

a) Per eam regalia feré omnia, *Rosenth. de feud. c.* 5. *concl.* 10 & vectigalia *id d. c.* 5. *concl.* 33. *n.* 6. inferioribus communicantur. *b* Hunc solum nomino, quia in recognitione vectigalium (quam decennio quovis faciendam putavit Sigismundus Imp. in Weſt. Reform. *c.* 2. *n.* 5. ut animadverti posset, an ex usu Reipub. esset, ea augere vel minuere) vel nova concessione eorum, quæ Imperio aperta sunt, PP. EE. consensum non exigo. Quod enim in rebus Ecclesiasticis, locari, & infeudari solitis receptum, ut denuo locari, *Seraph Olivar. decis.* 1490. *n.* 1. & reversa ad Ecclesiam sine ulla solemnitate rursum in feudum dari possint, *c.* 1. *in princ.* 1. *Feud.* 26. *Guid. Pap. dec. if.* 100. & *ibi Ferrer. Iason cons.* 155. *lib.* 2. *Covarr. lib.* 2. *Var resol. c.* 17. *n.* 4. *Guil. Redoan. de reb. Eccles. non alien. tit* 1. § *similiter dare in Emphyt. n.* 23. *Natt. cons.* 414. *n.* 2. *Bertaz. cons. civil.* 105. *n.* 18. *Mynsi. decad.* 11. *resp.* 9. *n.* 1. *Fr. Monald. cons.* 38. *n.* 21. *p.* 1. *Galeac. Malvas. cons.* 116. *n.* 1. & 2. id meritó hoc casu observatur. *N. Everh. jun. cons.* 1. *n.* 13. *vol.* 1. *c*) In generali siquidem jurium concessione regalia non expressa haud veniunt, *c.* 4. *de off. deleg. c.* 1. *de capitan. qui cur. vend. c. fin, de off. vicar. in* 6. *Natt. cons.* 661. *n.* 7. *Rol. á Vall. cons.* 42. *n.* 7. *vol.* 2. *Wes. cons.* 46. *nu.* 21. *Mynsi. cons.* 39. *n.* 2. *M. Ant. Peregr. cons.* 3. *n.* 3. *vol* 4. *Schrader. de feud. c.* 1. *n.* 27. *d*) Generalis dispositio omnes casus includit, *Sign. Homod cons.* 9. *n.* 26. *Dec. cons.* 5. *n.* 2. & *cons.* 48. *n.* 2. & Regalium omnium appellatio comprehendit quoq; vectigalia, *Rosenth. de feud. lib.*

lib.5.concl.14 n 4. & gl.in lit.d.Octav.Cacher.conſ.31.n.5.Boſſ.tit.de regalib.n.23 Rol.á Val.conſ.1.n.17.& ſeq.vol.2.I.Cephal.conſ.539.num.17.& ſeq. e) cúm primùm præcedit ſpecialis enumeratio, generalis ſubſequens clauſula ea complectitur, quæ ſunt ſpecialiter expreſſis ſimilia, licet non majora, *c.ſedes. 15. de reſcript.l fin.§.1.ff.de rit.vin.& ol.leg.Roman.conſil.271.n.2.Peregr.de jur.fiſc.rubr.2.n.100 lib.1.Molin.in conſuet.Paril.§.1 gl.5 n 60. Mozz. de natural.feud.n.25.*

18. Etenim ex territorii cum juriſdictione *a*, jurium omnium *b*, & pertinentiarum *c* conceſſione tale nihil evincitur: niſi perſonæ cui conceditur qualitas *d* & conſuetudo concedentis, qui forté cum vectigalibus territorium concedere ſit ſolitus, *e* id ſuadeat; aut alia jura præter vectigal ibi dominus non habeat. *f*

a) Contrarium *Schrad.de feud. p.3.c.4.n.38.* hac ratione perſuadere conatur, quód vectigalia inter juriſdictiones, feudo cohærentes referantur, *Bald.in l.ſtipendia.C.de execut.rei jud.* neq; infrequens ſit, ut cum territorio nonnulla alia regalia, flumina videlicet & bona damnatorum transferantur, *Alex. conſ.35.lib.5.* Cui receptam Dd. ſententiam oppono, Regalia & Principi reſervata, per quæcunq; verba generalia, & generaliſſima non cenſeri translata, *Boſſ.tit.de regal.n.25.Molin. in conſuet.Pariſ.§.1.gl.5.n.53.& 55.Rol.á Vall.conſ.42.n 7.vol 2. D.Herm.Vult.de feud.lib.1. c.5.n.7.Quetta conſ.5.n.3 qui feré omnes de communi ſententia atteſtantur.* & in ſpecie quod in generali & generaliſſima conceſſione non veniant vectigalia, *Bald. ſibi ipſi contrarius docet conſ.238.virſ.in contrarium.vol.4.Roman.conſ.271.n.1.Ioh.Vincent. de Anna ſingul.587.Tap.in l.fin.p.1.c.2.n.52 ff.de conſtit.Princip. Cacher.conſ.31.n.16. & 19.Bertaz conſ.crim.281.n.5.& ante hos Bertachain.de gabel.p.1.n.14.Rot.Rom.dec. 31.n.1.p.1. in noviſſ.Camil.Borel.de præſtant.Reg.Cath.c.11.n.47.* Ex quo fit, ut exemplis de fluminibus, & bonis damnatorum adductis tutó credere nõ liceat, quinimó contrarium in fluminibus *ex Capoll.& Boſſ.Sixtin.de regal.lib.2. cap.3.n.22.* & bonis damnatorum ſtatuendum erit, *Id Sixtin.d.lib.2.c.12.n.9.& 97.* b) *per authoritates prac.conel.lit.c.* adeó ut ex tali conventione, ne titulũ quidem ad præſcribendum vectigalia habilem naſci dixerit, *Steph.Bertr.conſ.130.n.1.vol.4.* c) *Bertaz conſ.crim.281.n.6. rectè laudans Ferrar.in form. libel. ad revocat. feud. in gl.cum omnibus juribus & pertinentiis.* Obſervatu quoq; dignum, ſi ædes vectigali deſtinatæ, in feudum dentur, jus exigendi vectigalis minimé tranſire, *Afflict.in rubr.de capit.qui tur.vend.n.7. Henning.Göd.conſ.fin.n 58.Molin.in conſ. Pariſ.§.1 gl.5.n.45.& hic bene citatis Schrad.de feud.p.3.c.4.n.16.* Cúm jus vectigalis de territorio ſit univerſaliter, non de loco particulari *ſecundúm Bart.in l.fin.ff.de juriſd.* Quomodo itaq; intelligendum ſit quod *Anonym.Advoc.in conſ pro F.contra M.c.4 tit.3.n.4.* adſtruit, die Zollheuſer/ſo zu jmmerwehrendem gebrauch der Zöll erbawt ſeynd/werden für ein Regalſtück gehalten. cuivis patet. Rationi autem conveniens eſt, ut dominus, ſi ædibus in feudum datis uti velit, juſtum pretium vaſallo rependat. d) utpote ſi illuſtri perſonæ concedatur territorium, tum regalia aliqua venire, docuerunt *alleg. á Roſenth.de feud, d c.5.concl.14. in lit.b.* Et in individuo de vectigalibus idem determinavit, *Rot.Roman.d.dec.33.n.1.p.1.in noviſſ.* e) *Roſenth.de feud.d,c.5.concl.44.*

num. 8. f) *arg. l. fundus.* 24 *ff. de fund. instr. Zas. de feud. pag.* 5. *num.* 11. *vers.* 2. *Sonsbec. de feud. p.* 8. *n.* 18. Si dominus in feudo vectigalis colligendi jus non habeat, sed id á vasallo præscriptione, vel alio titulo acquiratur, dubium suboriri solet, num aperto feudo jus illud ad dominum transeat? si ratione feudi acquisitum sit, vectigal ad dominum pervenire, si alio respectu, resoluto jure vasalli evanescere, *cum Molin. de Hispan. primogen. lib.* 1. *c.* 26. *num.* 6. *Iohan. Gutier. practic. quæst.* 70. *n.* 35. *lib.* 3. affirmarem.

19. Absq; solo sive territorio proventus vectigalium in feudum dari, tralatitium est *a*, cæterúm non exiguam controversiam patitur, utrúm quis vectigalis colligendi jus in alieno territorio, renitente Domino ejusdem, á Cæsar. Majest. impetrare, deq; eo investiri possit? innegantium castra transire, forté tutius fuerit. *b*

a) Res mobiles in feudum dari non possunt, nam directum dominium penes concedentem manere debet, quod iis datis fieri non potest, *Zas. de feud. p.* 8. *nu.* 21. nam aut usu consumuntur, & feudum expirat: aut si servantur, nullam utilitatem Domino adferunt, *Schrad. de feud. p.* 3. *c.* 2. *n.* 59. at reditus vectigalis perennes sunt, & renascuntur, quare immobilium loco habentur, *Vinc. Caroc. de excuss. bonor. q.* 44. *n.* 1. *p.* 2. *Fr. Milanens. decis.* 10. *n.* 16. *lib.* 1. *Peregrin. cons.* 43. *n.* 12. *lib.* 1. in iisque dominium directum abuti discerni potest, ut ratio prohibens cesset, *Sonsbeck. de feud. p.* 8. *n.* 1.

b) frustra de hoc quæri dicat aliquis, cúm jam asseruerim, non infrequens esse, vectigal absque territorio in feudum concedi: sed qui intelligit, aliud esse vectigalis reditus in feudum dare, seu beneficium ex Camera & Cavena constituere, aliud tertió colligendi pedagii facultatem in alieno territorio elargiri, discrimen facilé animadvertet. In hemate autem proposito vix videtur ambiguitati locus esse: Cúm ex absoluta potestate, Imperator jus quæsitum alteri tollere, *Natt. cons.* 63. *nu.* 10. & *cons.* 160. *n.* 4. *Bertaz. cons. crim.* 476. *nu.* 22. nedum ergo quærendum, vel quod nunquam speratur auferre possit, *Thoming. cons.* 5. *nu.* 104. præcipué ratione universalis domini, quod Imperator in toto Imperio habet, *l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de jact.* non videtur prohibendus esse arbitrum & moderamen, quodcunque velit rei suæ adhibere, *l. in re mandata Cod. mand.* servitutemque eidem imponere, *l.* 1. *ff. com. prad.* §. *ideo Inst. de servit.* Cùm & alias non inconvenire videamus, ne alius dominus territorii sit, alius jurisdictionem in eo habeat, *Bald. in cap.* 1. §. *é contrario de invest. dere alien. facta. Abb. cons.* 82. *n.* 4 *lib.* 1. *Rol. á Vall consil.* 1. *n.* 142. *vol.* 2. *Pruckm. tr. de regal. ad rubr. quæ sint regal. c.* 5. *n.* 8. *Borch. c. de regal. n.* 20. P. *Caball. cons.* 98. *n.* 4. *vol.* 2. & in individuo, ut sit jurisdictio penes unum, & beneficio Principis vel præscriptione, jus vectigalis penes alium, *Cravet. cons.* 673. *n.* 16. *Capyc. dec.* 96. *n.* 9. *Sixt. de regal. lib.* 1. *c.* 4. *num.* 82. Mihi in hac difficultate duæ videntur occurrere quæstiones, prima; an unus territorium, alter jus recipiendi vectigalia habere possit? altera; an vectigal sine territorio sit & consistat? ad primam si affirmativé responderis, non existo decisio alterius quæstionis dependebit: quia prioris dubitationis cardo principaliter in eo versatur, an territorii jura, jurisdictiones, & vectigalia inter diversas personas dividi possint, ut interim non negetur, sed præsupponatur, ea jura omnino territorio cohærere, *ut post Capyc. perpendit Gratian. discept. forens.* 396. *n.* 16. *& seq.*

Cæte-

Cæterúm in casu nostro, si Imperatorum reluctante Domino territorii directo, tertium quendam nihil juris in eo habentem de jure vectigalium investire posse affirmaverimus, aut ex plenitudine potestatis rem tertio auferre, seu rei alienæ servitutem imponere, aut vectigalia sine territorio concedere eum posse necessariò statuerimus. Priori distinctionis membro, sepositâ causâ publicæ utilitatis, omnia jura mundi reclamare, docent *Innocent. in c. innotuit de elect. Angel. in l. benè á Zenone. C. de quadr. præscript. G. Pap. cons.* 195. *n.* 4. *Natt. cons* 268. *nu.* 4. ut ne quidem utile dominium auferre, *Bart. Socin. cons.* 10. *n.* 22. & quod longé debilius est, jurisdictionem & regalia á se concessa supprimere aut alio modo ex plenitudine potestatis deteriorare queat, *Alciat. de præs. reg.* 3. *præs.* 8. *n.* 9. *in fin. Coler. de proces. executiv. p.* 2. *c.* 2. *num.* 138. *G. Panciro. cons.* 185. *n.* 14. *Lancellot. in templ om jud. lib.* 1. *c.* 1. §. 4. *verb. feud. non revoc. num.* 10. Posterius quoq; manifestæ Interpp. traditioni, quando vectigalia territorio inesse, *Bald. cons.* 289. *n.* 2. *vol.* 4. & *in c.* 1. *quæ sint regal. Afflict. in c* 1. §. *sciendum n.* 1. *de feud. cognit. Iason. cons.* 81. *n.* 16. *vol.* 3. *Fr. Becc. in addit. ibid. lit. i. Tiraquel. de ret. p.* 1. *gl.* 7. *n.* 36. *Menoch. cons.* 901. *n.* 52. *Dom. Cardinal. Thusc. pract. concl. lit. p. concl.* 103. *n.* 2. *Schrad. de feud. p.* 3. *c.* 4. *n.* 38 eiq; cohærere, tãquam nebulam paludi, tradunt, & *alii Steph. Gratian. d. discept.* 396. *n.* 17. é diametro adversetur: Coarctanda itaque potestas Imperatoris hoc casu est. Eamq; sententiam decisione, quæ reperitur bey der bestendigen außführung / vnd bericht / auß was vrsachen M. H. J. B. die F. Erbsch. anzunemen bewegt / sub. N. 3. confirmo: Consulti enim Cæs. Majest. consiliarii super hac ipsa quæstione, responderunt, daß die Zollgerechtigkeit kein ligender grund vnd gut / besondern ein jus vnd herrlichkeit / welche von dem grund vnd eigenthumb gar nicht / oder nicht ohn sonders hohe præjudicium, auch immerwerend gezänck / vnd vneinigkeit / der eigenthumbs junhaber / vnd der belehnend abgesondert werden möge? A. q; ut ex eo fundamento vectigalia, quæ in der herrschafft M. dominio alioquin allodiali Imperio aperta fuerunt, F. A. A. in feudandum non esse existimantes, si de his quempiam investiri oporteat, Dominorum proprietatis potiorem rationem habendam, *vid. in d.* außführung *sub. n.* 4. *S. Viheus. Vicecancel. Imp. literas quæ ejusdem feré sunt argumenti.* Sic ex vetusto more Andium, non licere Regi terris Baronum nova vectigalia, sine consensu eorundem imponere, scriptum reliquit *Choppin. de jurid. And. lib.* 1. *c.* 49. *n.* 2. Jus tamen vectigalis dividuum esse á territorio, sicut chordam á palæstra ait *Petr. de fideicommiss. q.* 13. *nu.* 486. quo sensu, ex hactenus dictis liquet.

20. Investitus autem de vectigalibus, ab imperio eorum respectu subditus immediatus censetur *a*, & commodum ea percipiendi plené solus nanciscitur: *b* ita ut juris Saxonici dispositio Landr. *lib.* 3. *art.* 56. Daß in welche Statt der Keyser komme / da sey jhm ledig Müntz vnd Zoll / jure evilu erit. *c*

a) *Gail.* 1. *obs.* 21. *num.* 9 *vers.* 2 *Noê Meurer in proces. p.* 20 *rubr. item* ein Fürst *eximirt. art.* 3 *in terminu vectigalis* Grundl. bericht der H. Reichs Statt Fridb *p.* 25. *n.* 103. Satis nota quorundam, als jũhaber der Reichs regalien der Herrschafft M. ad Comitia Imperialia evocatio est. R. *I. de Anno* 1594. *& sequentium annorum.* faciunt, quæ notat *Cravet. cons* 952. *n.* 7. b) Pro regula traditur, Vasallos, qui

feuda titulo oneroso, ob servitia dominis inde præstanda, habere creduntur, privativé, non cumulativé censeri investitos, *Surd.cons.*152.*n.*2 *Cacher.decis.*29.*num.*8. *Tessaur. decis.*132.*n.*2.*Grammat.decis.*30.*num.*11.*Petra de jur.quæsit.non tollend.c.*8. *num.*61. *Marcabr. ab Anguil. cons.*13.*n.*125. *Bero.cons.*47.*n.*8 & 11. *lib.*1. *Aegid.Boss. tit.de Princip.n.*218. in terminis vectigalis, *Roland. Cavagnolius decis.consult.*5.*n.*9.& 10.*lib.*1. quod licet de omnibus vectigalibus dici nequeat, *post Rol.à Vall.Rosenth.de feud.c.*5.*concl.*15.*n.*1. de his tamen quæ dominium utile in accipientem transferunt, & quorum usus per usum Principis impediretur, ut in vectigalib. nullum proflus dubium remanet, *Bertach.de gabell.p.*1.*n.*4.*Schrad.de feud.p.*10.*sect.*5.*n.*176.*Rosenth. d.loc n.*2. Regulare enim est, dominium utile directo quoad fructus, præferri. *Cravet.cons.*411.*n.*36. *c*) Romanorum Impp. ante Carol. Magnum temporib. quibus Comites, Præsides & alii Status erant nudi officiarii, jurisdictionemq; nomine Imperatoris exercebant, *arg.c.*1. §. *& quia videmus. de his qui feud. dar. poss. c. unic.in fin. de alien. feud.* Imperatore præsente jurisdictiones patebant, *arg.l.judicium solvitur* 58.*ff.de jud.Restaur. Castald.de Imp.q* 105.*nu.*7.*Sebast.Vant.de nullit.ex defect.juriid.n.*138. *Afflict.ad constit.reg.lib.*1.*rubr.*37.*n.*34. *Coler.de process.p.*2.*c.*1.*nu.* 140.*Bodin. de Repub.c.*10.*n.*182. *Thom.Trevisan. decis.*11.*n.*4.*lib.*2.*glos.in supr.alleg. text.jut.Saxon.* Ex quo autem scissum imperium, juraq; superioritatis communicata fuêre, longé alia facies Imperii apparuit, *glos. in rubr.* C. *de stud. lib. urb. Rom. lib.*11.*Ioh.Dauth.de testam.in pr.n.*86.*vers. hac ad Principes Afflict in cons. regn.lib.*1. *in prælud.q.*2.*n.*7. *Nic.Boër.tract.de custod.clav n.*69. nec manuales amplius sunt jurisdictiones, & revocabiles ad nutum, ut adulatores aulici, & forenses quæstuarii blaterant *secundùm* Molin. *in cons.Paris.*§.1.*gl* 5.*in verb.le fief.n* 49.& 59.

21. Sed hi effectus tum sequuntur, si veré aliquis investituram accepit; nam recognitio nuda, quâ quis in feudum se tenere vectigalia fatetur, titulum legitimum exigendi eadem non subministrat.

Beneficio Principis & præscriptione immemoriali destiturus, si soli recognitioni innitatur, audiri non debet. Licet enim in necem vasalli, quoties res inter Dominum, & illum agitatur, inde feudale esse vectigal aliquando probetur, *l.publica* 26.§.*ult.ff.depos.Tiraquel.de retr.convent.*§.1.*seront preferez n.*7 *Flamin.de Rubr.cons.* 67.*n.*48.*Cravet.cons.*1000.*n.*431.*G.Pap.decis.*272.*per tot. Boer decis.*211.*n.*25.*latis. P.Ant. de Petr.de fideicommis.q.*13.*n.*301. *& seq. Peregr.cons.*26 *vol.*1.*Meichsner.tom.* 3.*decis.*18.*n.*55. *Seraph. Olivar. Raz.decis* 869.*n.*2. P.*Caball.cons.*95.*n.*26 *vol.*2.*Wes. cons*124. *num.*11. Jus tamen vasallo quo ad tertium, quem oneri vectigalis subjugare conatur, *l qua quùq;* 64.*ff.de acquir.rer dom. l.censuali* 7.C.*de donat. Andr Barb. cons.*50.*col.*10.*lib.*1.*Brun.cons.*127.*in* 12.*probatione.& cons.*184.*vers qua verò.& vers. item ex quo. Cacher.consil.*6.*n.*48.P.*Caball. d.cons.*95.*n.*25. non adijcit, *terminu post Alex. cons.* 68. *n.*3 *vob.*3. *Hotom. cons.*11.*n.*9. non enim probat feudi concessionem, nec novam ejus dationem, *Natt.cons.*634.*n.*11 Sed jus quod invenit tantùm fovet, *Laur.Sylvan.tract.de feud recog. q.*34.*n.*1. *& seq Molin. in cons. Paris. tit.*1.*des fief.*1.§. 1.*gl.*5.*in verb.le fief.n.*26.*&* §.51.*gl.*1.*n.*9 *& tract.de usur.n.*203.*Felic.de Sol.de censib. lib.*3.*c.*6.*n.*4.& actũ executionis, seu possessionis feudalis tantùm demonstrat, *Cassr. cons.*147.*in fin.lib.*2. *Seraphin. Olivar.decis.*1387. *n.*7. nuda autem probationis possessionis in materia privilegii vectigalium nihil juvat, *Fulvi.Pacian.de probat.lib.*2.

*c.*2.

c.2.n.50. quin imó abſq; titulo vitioſa eſſe cenſetur, *c.ad decimas.de veſtit.ſpol.* Cùm qualitas ſtatus in cujus poſſeſſione quis conſiſtit, non ſit apta ab origine inceſſe poſſeſſori, *N. Everh. Praſ. conſ.3.n.3.* & vectigalium extorſio odioſa eſt, *Garz. Maſtril. deciſ.87.n.26. Fab.de Anna ſing.661. Gratian. diſcept forenſ.18. num.17. Cravet.conſ. 111. in fin Rimin.jun.conſ.26.n.16. Fr.Bec.conſ.96.n.19.* in quo odioſo argumento, ſi probationes luce meridianâ clariores deſint *l.4 C.und.cognat.c.in præſentia 8.de probat.* immunitatis cauſa potior eſt, *Hor.Rovat. deciſ.Lucenſ.94. verſ.quod autem ſumus.*

22. Præſcriptionem *a* mortalium memoriam excedentem *b*, alterum vectigalis acquirendi modum eſſe *c* ſuprá dicere antevertimus.

a) Potentiores ſi titulum juris exigendi probaturi ad præſcriptionem convolent, non videnter audiendi; cùm tempus immemoriale vitium impreſſionis, quod præſumitur quoties inferior patitur aliquid in rem ſuam committi ſuperiorem, non excuſet poſſidentem, vel ei pro titulo inſerviat, niſi alius, vel alia aliqua tituli adminicula prohibentur, *Vaſq.illuſt.controv.c.83.n.37. Coler.in repet.c.4.n.32. de præſcript. Papa conſ.91.n.4.& conſ.150.n.4. in fin. Io. Bapt. Coſta de fact. ſcient. & ignor. diſſinct.29.n.6 & ſeq. Ant.Padil.in l ſi aquam.n.30.C.de ſervit.& aq.* P. *Ant.de Petr.de ſubcomm.q.12.n 238. Pacian.de probat.lib.1.c.30.n.80. Aug.Morl.in empor.jur tit.de ſervit.q.4.n.24. Ioh.Vincent.Honded.conſ.100.n.72.vol.2.* quæ tamen de præſcriptione immemoriali accipi non poſſunt, illa ſiquidem vicem legitimi tituli eſt, unde vis & extorſionis præſumptio ceſſat, *in puncto G.Papa conſ.65.in pr.& conſ.1.n.10. Cov. in poſſeſſor.2.p §.4.n.5. Burg.de Paz.conſ.15.n.31.& 33. Gutier pract.quæſt.lib.1.quæſt. 92.n.3.* *b)* non convenit inter interpretes noſtros, quanti temporis dicatur immemorialis præſcriptio: Aliqui certum annorum ſpacium illi præfiniunt; alii paulò majori tempore eam includunt, *Farin.in prax.crim.q.47.n.112. Cavalcan. deciſ.45 in addit.p.1.& deciſ.29.n.27.p 2. ubi communem dicit ſententiam. Afflict.deciſ. 145.n.4. Burſat.conſ.17.n.56.& ſeq. Sim.de Prat.de interpret.ult.voluntat.lib.5.dub.4.n. 31.& conſ.75.n.3.vol.1. Ant.Gabriel.cum opin.tit.de præſcr.concl.1.n.71.& 73. Molin. in conſ.Pariſ.§.5.n.63. Cravet.de antiq.temp.p.4.§.abſolutiu.n.2 & §.materia iſta.n.42.* quod in præſcriptione vectigalium quoq; ſufficere arbitratur *Mod. Piſtor.conſ.12.n. 34.lib.1.* ſed centenaria præſcriptio, ſi ei jus adverſetur, tituli probationem requirit, *Covar.in c.poſſeſſ.p.2.§.3.n.8.de R.I.in 6. Lud.Molin.de Hiſpan.primogen.lib.2.c.6.n.45.* quod in immemoriali ſecus eſt, ſecundùm communem, *Cravett.d.§.abſolutiu.n.49.* Unde quàm plurimi arbitrati ſunt, ſi in infinitum ſurſum verſum ita obſervatum probari nequeat, quia per inſtrumenta, per literas, & alia documenta contrarium extet, immemorialem non dici præſcriptionem, *l.ſi arbitr.28.ff.de prob. Olrad conſ. 274.num.18. Franc.in c.1.n.15.de præſcript.in 6. Alex.conſ.16.num.17.lib.5. Corn.conſ. 21.num.5.lib.1. Garz.de Expenſ.c.9.n.34. Molin.d.c.6.n.64. Bertaz.conſ.crim.366.n. 20. Natt.conſ.636.n.106.* Quos tamen redarguit *Weſenb.conſ.2.n.82.* quia ea ratione nec mundus, nec diluvium nobis eſſet immemoriale. Ideoq; *Molin. Ieſuit.de Iuſt.& Iur.diſput.76.* non impediri immemorialem ait, ex eo, quòd conſtet poſſeſſionem aliquam cœpiſſe poſt longiſſima quædam tempora, ut ducentorum, ſexcentorum annorum modó initium illius, memoriam ſuum, qui modó ſunt, etiam ex auditu & traditione ſuorum antecceſſorum excedat, *vid. quid ad hoc reſpon-*

respondeat Ludov. Molin. de Hispan. primog. c. 6. n. 61. & seq. c) c. super quibusdam § præterea. de V. S. c. innovamus. de cens. ubi Cc. Stephan. Bertr. cons. 76. nu. 1. vers. quo supposito feré. vol. 2. p. 2. Roland. á Vall. cons. 91. n. 12. vol. 2. Dec. cons. 538. in pr. & cons. 638. in pr. Alex. cons. 6. n. 1. vol. 1. Natt. cons. 665. per tot. Fr. Purpurat. cons. 42. n. 19. Guid. Pancirol. cons. 23. n. 3. Tob. Non. cons. 47. n. 8. Claud. Bertazz. in addit. ad cons. patr. crim. 281. lit. a. Mynsi. 1. obs. 30. Chopp. de Iuriud. And. lib. 1. c. 9. n. 2. Capyc. decis. 148. n. 2. Gylm. de c. 14. nu. 32. lib. 2. Cardin. Thusc. in pract. concl. lit. c. concl. 840. num. 5. quod adeo aliqui ampliant, ut etiam si quis aliquando privilegio de exigendis pedagiis renunciasset, adhuc immemoriali tempore jus exigendi vectigalia recuperari possit, Alex. cons. 7. n. 1. vol. 1. Boss. tit. qui vect. impon. impon. poss. n. 3. & 5. Mod. Pistor. cons. 12. n. 23. Tob. Non. cons. 47. nu. 3. & 5. ratio, quare minori tempore præscribi non possint, hactenus relata est: aliam, quòd vectigalia sint instar servitutum, discontinuam causam habentium, Bald. cons. 370. num. 1. vol. 3. recenset: discontinuæ autem servitutes non præscribuntur aliter, quàm tempore immemoriali, Aug. Morl. in Empor. p. 1. tit. 6. de servit q 4. per tot. Flam. de Rube. cons. 13. n. 55. p. 1. quam non probo: Servitutes enim reales discontinuam tantùm causam habere dicuntur, Wes. in parat. ff. de serv. n. 5. Sed gabellarum exactio est jus, quod personæ á persona debetur, & animo perpetuò retinetur, Lipsens. in resol. quæst. insig. q. 36. n. 1. & 2. Rosenth. de feud. c. 5. concl. 17. n. 3. discontinuam ergo non habet causam. Non semper autem immensum hoc tempus exigitur, quid si enim vectigalia privilegio vel præscriptione quæsita sint, majoris cujusvis intervallo, ad acquisitionem juris alteri, quàm Imperatori competentis, non est opus, Henr. Bover. singul. jur. verb. præscriptio. n. 5. Paris. cons. 25. vol. 4. Thom. Gram. decis. 105. n. 24. Alvar. Valasc. dec. 132. n. 33. Petr. Gilken. de præscript. p. 3. c. 8. n. 4. De eo verò, Andr. Knich. de jure territor. c. 1. n. 148. & in velit. sua apol. n. 15. & 120. calamum in civitates stringens, ansam quærendi præbuit, an & illæ præscriptione vectigalis jus acquirere possint; Si enim privatorum loco habentur, Boër. de custod. clav. nn. 38. & seq. Capel. Tholos. decis. 344. Gail 1. obs. 57. n. 8. Losæ. de jure universit. lib. 1. c. 2. n. 34. & regalium quæ sine regali aliqua dignitate possideri nequeunt c. 1. post princ. de his qui feud. dar. poss. c. 1. in verb. aliqua regali dignitate de feud. March. omninò incapaces, nec immemorialis præscriptio incapaces capaces reddet. Crav. de antiq. temp. p. 4. 6. materia singularitatu n. 93. Cavalc. de 27. n. 32. M. Ant. Peregr. de jur. fisc. lib. 6. tit. 8. n. 18. Bertaz. cons. civ. 46. n. 44. Fr de Clapp. decis. 35. q. 2. n. 7. Surd. cons. 301. n. 54. Carol. de Graf. de except. ad mater. stat except. 4. n. 5. Sed hu cargumentationi tanta vis tribuenda non est, ut non contrarium tanquam verius amplectendum: Quicquid enim olim fuerit, hodie Civitates, quæ propriam jurisdictionem & merum Imperium exercent, jura Principis habere, gl. in l. fin. C. de præscript. long. temp. M. Ant. Amat. decis. 145. n. 4. Vant de nullit ex def. juriud. & provinciam constituere separatam existimantur, Molin. de Hisp. primogen lib. 1. c. 13. n. 55. Nic. Losæ. de jur. Vniversi. Bart. Novel. de jur. Protomyss. in pr. 72. & seq. Non ergo privati, nec ulla incapacitas; & quod de immemoriali præscriptione dicitur, eam incapacibus non esse profuturam, tum obtinet, si talis incapacitas sit, quæ nullo unquam tempore sanari possit, qualem laicis in præscribendis decimis Ecclesiasticis, communiter Canonistæ adscribunt, Vasq. illustr. controv. c. 89. n. 6. & seq. & lege Hispanicâ privatis de præscribir las alcavalas contra el Rey. Ioan. Gutierrez. de gabellis q. 5. n. 6. Sed hoc modo inhabiles civitates non sunt, cùm & privatos quosvis ad jura hæc publica tempus immemoriale habilitet, Bald. cons. 289. nu. 1. vol. 4. omnes in hoc concordare adstruens.

23. Quæ

23. Quæ instrumentis *a* & testibus, *b* etiam ex universitate jus vectigalis percipiendi sibi adserente, productis, *c* qui, quód ipsi viderint, & audiverint á senioribus, vectigalia illic loci citra cujusquam contradictionem exigi, & exacta fuisse semper, de eoq; fuisse communem famam, nec contrarium observatum unquam, *d* deponunt, evidenter probatur.

a) Acquisitio possessionis instrumentis probatur, *Albert. in l. cúm res. C. de probat. Mascard. de probat. concl.* 1184. *n.* 30. *l. Capt. Cost. cons.* 78. *nu.* 5. *Wesenb. cons.* 124. n. 10. præscriptio ergo indé demonstratur, cum de præterito præsumatur in præsens, *Menoch.* 3. *præs.* 93. *num.* 7. imó in antiquis plus instrumento quám testibus creditur, *Cravet. cons.* 54. *n.* 15. *Ferrer. in not. ad G. Pap. decis.* 357. b) Si verò testibus ea stabilienda est, ætatis in his habetur ratio, ut senes sint ad minimum 54. annorum, qui de 40. annis attestari queant, *Chassan. in consuet. Burg. rubr.* 13. §. 2. *ad fin. Cravet. de antiq. temp. p.* 4. §. *absolutu. num.* 20. *Covar. in reg. possessor.* 2. *pag.* §. 3. *num.* 7. *Molin. de Hispan. primog. lib.* 2. *c.* 6. *n* 40. *Viv. com. opin.* 898. *n.* 19. *Rot. Rom. decis.* 1328. *p.* 3. *lib.* 3. *ex Franc. in c.* 1. *de præscr. Paul. Aemil Verall. decis.* 71. *n.* 2 *p* 2. c) Tritâ tamen, & vulgatâ illâ distinctione adhibitâ, utrúm ex testimonio ut singulis, an verò ut universitatibus accedat, priori casu meritò repulsam ferunt, *Menoch. de arbitr. cas* 106. *n.* 11. *Cæsar. Barz. decis.* 140. *n.* 24. *Ant Gal. Malv. cons.* 45. *n.* 4. Sed posteriori admittendum, *Afflict. decis.* 400. *& ibi in addit. Cas. Vrsil G. Pap. dec.* 193. *Capyc. decis.* 152. *n.* 4. *Ioan. Vinc. Honded. cons.* 17 *n.* 30. *vol.* 1. *& cons.* 29. *n.* 39. *& seq. eod. volum.* non solúm in solidum, sed etiam directó, *Covar. pract. quæst.* 18. *n.* 4. *Marcabr. ab Anguil. cons.* 28. *n.* 1. & 2 *Rim. Sen. cons.* 313. *in fin. Boneton. in not. ad G. Pap. decis.* 573. & cúm ex vectigali quod Civitatibus dependitur, cives non sentiant commodum particulare, pro asserendo jure universitati competente, eos in specie nostra admittunt, *Rimin. Iun. cons.* 16. *n.* 39. & 40. *Mod. Pistor. cons.* 6, *n.* 29. *vol.* 2. *Guid. Pancir. cons.* 23. *n.* 8. *ubi tamen* omni exceptione *majores non esse. Iason. cons.* 81. *n.* 19. *lib.* 2 quod in concursu aliorum & parium non existentium, in civitate verum esse potest, *Bursat. consil.* 235. *n.* 61. nam cúm exactio pedagii in plurium notitiam veniat, non modó ex civitate & vicinia, sed aliundé testes peti possunt, *Nicol. Everh. jun. cons.* 39. *n.* 14. & 15. *vol.* 1. In paritate tamen testimoniorum deponentium pro vectigalis jure & contra id ipsum, præferendi ii, qui pro libertate deponunt, *l. Iulia patronia* 24. *ff. de manumiss.* quód si alicui ob regulam, quâ affirmantibus duobus plus, quám mille negantibus, credendum esse disponitur, mirum videatur, cogitet, regula de negativa non coarctara loco & tempore, concepram esse, *Iason. d. cons.* 81. *num.* 28. & 30. d) *l. si arbitr.* 28. *ff. de probat. gl. in c.* 1. *de præscript. in* 6. *Alex. cons.* 136, *nu.* 13. *vol.* 2. *Ferrar. in form. libell. action. confess. in verb. servitiu. n.* 20. *in fin. Paris. cons.* 17. *n.* 12. *vol.* 1. atque de his singulis ut fidem faciant conjunctim, necesse est; ut si testis deposuisset, quod semper viderit & audiverit dici á senioribus, & quod sit publica vox, de immemoriali tempore non concludat: quia non dicit, quod unquam viderit, vel audiverit contrarium, & quod communis sit vox & fama, nec dicit quod memoria non extet in contrarium, *Cacher. cons.* 1. *num* 93. *Rebuff. de decim. quæst.* 13. *n. num.* 99. *Rimin. Iun. cons.* 26. *num.* 46. *Balb. de præscript.* 2. *p. p.* 5. *princ. q.* 7. *n.* 4. *Boër. decis.* 264. *num.* 19. *Natt.*

conf.226.n.7.Iacob.Marchisell.recollect.q.122.n.13.Molin.de Hispan.primogen.lib.2.c.6 n.31.Ioan.Vinc.Honded conf.29.n.36.vol.1.Garz.de expens.c.9.num.9.Gabriel.com. opin lib.5.de præscript.concl.1.Seraph.Razal.decis.1102.& decis.1367 n.1 Georg.de Cabed.decis.109.n.6.p.2.in terminis pedagii G.Pap.cons.150 n.4. Et quamvis quilibet ex testibus non deponat omnia illa requisita, sufficit tamen quòd unité omnes de illis testificentur, *Molin. d.c.6.n.34. & 35.Ioan.de Anna sing.526.Zas.conf.6.per tot. vol.2.* Jam olim cùm Bojorum universi Episcopi, Prælati, Præsules, Proceres, Nobiles & Cives, publicanorum rapacitate civitates & vicos expilari quererentur, Imperator Ludovicus IV. Arnolphi filius, hunc probandi vectigalis modum elegit, Ariboni Austriaci limitis præfecto negotium dando, ut á senioribus, quo pacto portoria tempore Caroli & Ludovici exacta fuissent, inquireret, qui quadraginta amplùs nobiles jurare fecit, *Ioan.Aventin.Annal.Bojor.lib.4.p.372.*

24. In qua præscriptione scientiam *a* Principis, ejusque Officialium, *b* aut bonam fidem, *c* cum vice privilegii *d* & legitimi tituli *e* talis usucapio fungatur, minimé necessariam plerique arbitrantur. *f*

a) In incorporalibus patientia loco possessionis est, *l.quoties.§.fin.ff.de servit.l.1.in fin ff.de aq.pluv.arcend.l.3.§.si iter.ff.de act.emt.l.1.§.fin.ff.de servit.præd Col. de process.execut p.1.c.3.n.91.Bursat.conf.277.n.3.P.Gilk.de usucap.pag.1.c.6.n.20.P. Ant.de Petr.de fideicom.q.12.n.132.Ioan.Castill.de usufr.c.12.n.27.* Patientiam autem sine scientia præstare quis nequit. Ergo in immemoriali præscriptione scientia probanda est, *Cacher. decis.401.n.19.* nisi absq; possessione præscriptionem subsistere posse, concludere malimus, uti in hac materia ratiocinati sunt, *Ias.conf.81.n.5.vol.3. Steph.Bertr conf.24.n.7.p.1.vol.1.Corne.conf.333.n.42.vol.1.Farin.de furt.quæst.173. n.92.Iacob.Put.in alleg pro comm.Valent.n.40.Petra d.q.12.n.276.Chassan.in consuet. Burg.rubr.1.§.2.verb.& la preve.n.14.Car.Ruin.conf.163.n.6.vol.5.Fr.Viv.com.opin. 692.n.7.in fin.* *b*) Principis autem ipsius scientiâ opus esse autumant, quia á non domino patientia præstita nullius momenti est, *l.2.C.de serv.& aq Bertach.de gabel.p.1.nu.28.* Unde officialium, qui & aliás rem dominorum deteriorem facere non possunt, *l.1.C.de pasc.privat.lib.11.Ant.Corset.sing.51.vers. consuetudo num.1.* scientia parùm obest, nam quod *l.3.C.nov.vect.* ad curam judicis spectat, vetare ne quid in debitum exigatur, sic ó extendendum est, quasi ejus scientia Principi obsit, cur non etiam judicis, qui vetat, ne per agrum alterius quis invito domino proprietario eat, agat, ducat, scientia servitutem in prædio alieno contra *d.l.2.C.de servit.ad aq.* constituit? quemadmodum benè replicuit, *Betr.conf.61.vol.6.* *c*) Malam fidem immemoriali præscriptioni officere cõmunis omnium procul dubio est sententia, *Menoch.conf.90 n.75 Burs.conf.23.n.19.Tib.Dec.conf.2.n.196.vol.1.Surd. conf.28.n.69.Mynsc conf.48.n.17.Cacher.conf.2.n.11.Fr.Bec.conf.225.n.18 Wesenb. conf.8.n.44.Pancirol.conf.179.n.12.Peregr.conf.28.n.20.vol.11.Cov.inc.possess.p.2. §.8.nu.5.de R.I.in 6.Fr.Cald.in l.si curatorem.verb.sua facilitate. n.74 & seq.C.de Integr.rest.minor.Molin.de Hispan.primog.lib.2.c.6.n.67.Ferd.Vasq.lib.2.ill.controv.c.81. num.20.* sed qui eam objicit, probationis onus subire tenetur. *d*) *Menoch.3. præsumpt.31.n.43.Molin.de Hispan.primog.lib.2.c.6.n.13.Cacher.decis.29.n.7.& dec. 30.n.15.Hart.Pistor.quæst.feud.lib.2.q.46.nu.22.Hier á Laurentiis decis.128.n.23.M.*

Mant.

Mant. conſ. 282. n. 3. Caſpar. Ant. Teſſaur. quæſt. forenſ. lib. 2. q. 27. n. 17. e) *l. hoc jure. §. ductus aquæ ff. de aq. quotid. & æſtiv. c. 1. de præſcr. Mynſ. conſ. 48 n. 13. & ſeq. Pac. conſ. 20. n. 59. Io. Garz. de expenſ. c. 9. n. 16. Ioh. Philip. Monſpel. conſ. 50. n. 40. Fr. Bec. conſ. 180. n. 28. Nic. Everh. jun. conſ. 9 n. 6. & conſ. 41. n. 19.* Imó æquipollet quoq; veritati, poteſt, quantum Imperator cum cauſa, *Burſat. conſ. 150. num. 30. Garz. de expenſ. c. 9. num. 19.* mutat quadrata rotundis, *M. Anton de Amatis deciſ. 169. num. 26.* & in eadebona vel mala fide non curatur, *Caſp. Ant. Teſſaur. quæſt. forenſ. lib. 2. d q 27. n. 9. & 10.* de effectibus immemorialis præſcriptionis plena JC. reſponſa, quæ cum faſtidio deſcribere non libet, nec licet. f) Atque hactenus adducta in mera præſcriptione quidem obtinent, ſed in immemoriali, quæ terminos ſimplicis uſucapionis notorié egreditur, & vim conſtituti, & privilegii, ut mox dicetur, habet, non poſſunt non eſſe falſa, quemadmodum in ipſiſſimis noſtris terminis, ex communione Dd. ſuffragio retulerunt, *Alex. quem patrem veritatis nominant, conſ. 6. n. 4 vol. 1. Cacher. deciſ. 101. n. 22. Crav. de antiq. temp. p. 4. §. abſolutis differentiis. n. 4. Affl. in c. un. quæ ſint regal. verb. vectig. n. 5. Alex. Trentacinq. var. reſ. lib. 1. tit. de jur. fiſc. reſol. 5. n. 2.* verſ. alii verò. *Coſta de facti. ſcient. & ignor inſp. 67. n. 9. Fr. Bec. conſ. 15. n. 7. & ſeq. Rim. Iun. conſ. 26. n. 17. Capyc. deciſ. 148. n. 2. Iacob. Ant. Rube. conſ. 21. n. 6. Azeved. ad conſt. Hiſp. lib. 4. tit. 15. leg. 1. n. 52.* qui plures hujus communis opinionis rationes inveſtigare cupit, *ad Balb. de præſcript. 2 part. part. 5. princ. verſ. 4 q n. 4. & Alex. d conſ. 6. n. 4. vol. 1.* Aliqui cautelâ evitandæ hujus controverſiæ, *quam Salyc. in l. 2. n. 6. verſ. putarem. C. nov. vectig.* propoſuit, commendant, ut ſe. allegetur titulus, ad eundemque probandum inducatur tempus immemoriale, tùm enim quæſtionem de ſcientia Principis non inventuram locum: ſed eâ nequaquam opus, *Rob. Marant. conſ. 103. n. 24.* Concurrente autem ſcientia Principis, quadraginta annis præſcribi vectigalia, tradidit *Peregr. de jur. fiſc. lib. 6. tit. 8. n. 14. Coſta de facti ſcient. & ignor. d. inſpect. 67. n. 9.* quod ita demum admittitur, ſi titulus aliquis concurrat, nam cùm malæ fidei præſumtio exigentes prægravet: certé ſola ſcientia Principis, abſq; alio titulo, bonam fidem non tribuet, *Azeved. ad conſt. reg. lib. 6. tit. 11. leg. 1. n. 11.*

25. Jucundæ autem indaginis quæſtio eſt, An, quemadmodum jus colligendi percipiendivé vectigalia, ita pariter jus eadem imponendi, præſcriptione acquiratur?

Non parùm enim differre videntur, conſuetudinem immemorialem, exigendi tributum, & conſuetudinem imponendi nova habere. hæc poteſtas dominativa eſt, quæ ad plures actus, & novas impoſitiones faciendas porrigitur: altera jus eſt perpetuandi perceptionem vectigalis. Præſcriptionem tamen utrumque jus tribuere, inde videtur concludendum: (1) Quòd ratio impediens jus imponendi vectigalis uſucapi, ſi qua eſt, hanc eſſe oporteat, quòd Principi in ſignum dignitatis reſervata non præſcribantur, ſed ea non impedit, quin jus exigendi, quod non minus eſt reſervatum Principi, in ſignum dignitatis, *per trad. concluſ. 8. lit. a. in fin.* præſcribi queat, *c. ſuper quibusdam. de V. S. Covarr. in c poſſeſſor. p. 2. §. 2. num. 10. de R. I. in 6. Anton. Corſet. ſingul. 265. Zaſ conſil. 16. n. 2. lib. 1. Balb. de præſcript in 2. p. p. 5. princ. q. 2. Cavall. com. opin. q. 46. n. 2. tom. 1. Farinac. deciſ. Rot. Rom. 642. n. 3.* (2) Quæ

privilegio sunt transmissibilia, præscriptione immemoriali quoq; transferri possunt, *concl. prac. lit. d.* Jus verò imponendi vectigalis privilegio, licet raró fiat, communicari potest: quia ex potestate, in qua consistit essentia Majestatis, non profluit, sed ad fiscum augendum refertur, & Imperator sibi institutionem vectigalium, ut avaritiæ multorum magistratuum repagulum objiceret, reservavit, non quòd ex sua natura separabile non sit, *Henn. Arnisæ. de jur. Majest. lib. 2. c. 7. n. 7. circ. fin.* (3) In eam sententiam quàm plurimi JCti descenderunt, quorum catalogum videre licet apud *Farin. oper. crim. crim. pag. 4 quæst. 173. n. 92. Rob. Marant. cons. 28. num. 3. Iacob. Philip. Port. cons. 28. n. 27. Bursat. cons. 138. n. 3. Bertaz. cons. crim. 281. n. 3. Capyc. dec 148. Corn. cons. 199 num. 2. vol. 1.* (4) Nec exempla desunt. Carol. IV. Imp. cùm in Delphinum Galliæ Regnum Arelatense transtulisset, adjecit insuper facultatem indicendi nova vectigalia, *Bodin. de Repub. lib. 1. c. 8. n. 128. & in confirmat. stat. Reg Bohem.* Idem Imp. Regi Bohemiæ, ut telonea á præterito instituta seu indicta percipere, & nova rationabiliter instituere possit, singulari privilegio indulsit, *Goldast. const. Imp. tom. 1. pag.* 350. Sic in confirmatione privilegii domus Austriacæ á Carol. V. facta, *art.* 35 cautum, **daß die Ertzh. in jhren Fürstenthumben Maut vnd Zöll zu gleicher weiß/ als die Röm. Keyser vnd König im Reich/ machen vnd auffsetzen mögen.** *Idem Goldast.* **Reichsatzung** *p. 2. pag.* 195. Si quis tamen præscriptioni, circa jus imponendi vectigalia, locum non esse contendere malit, rationibus sequentibus id poterit: (1) Quia vectigalia prædia respectu directi dominii adversus Principem, non possunt usucapi, *l. cùm sponsus. 12 § 2. ff. de Public. in rem. act. ibiq; Gotofr. in not. Bertach. de gabell part. 2. n. 31. Azev. ad const. reg. lib. 9. tit. 17. leg 1. n. 66. Iason. in § sed ista num. 13. Inst. de action.* Asimiliter ut ducendo argumentum, nec jus imponendi telonea præscribi poterit, quia hoc modo directum dominium eorundem transiret. (2) Jus nova vectigalia imponendi quandocunque libet, expressis seu nominatis, *d. c. super quibusdam.* tantùm, non aliis competit, Sed consuetudini seu præscriptioni immemoriali, *in d. c. super quibusdam.* non tribuitur facultas imponendi, sed exigendi tantùm, quæ instituta jam sunt, *ait enim, illa esse legitima pedagia, quæ apparent Imperatorum, &c. largitione vel ex antiqua consuetudine, cujus non extat memoria, introducta,* vel ita formando argumentũ; Præscriptio est odiosa, & iniquissimum præsidium, *Nov. 9. in pr. Angel. in l. 1. de negot. gest. Natt. cons. 166. n. 21. Cravet. cons. 29. in fin. Paris. cons. 27. n. 30 lib. 1. Marsil singul. 370.* nec extenditur de casu ad casum, ne quidem ex similitudine rationis, *d. c. super quibusdam.* dicit, præscriptione acquiri posse tantũm facultatem vectigalis percipiendi: ergo non debet extendi ad jus instituendi, *Fr. Suarez. de legib c. 14. num. 10. & seq.* (3) Suprema jurisdictio, & ea, quæ Principi in signum supremæ potestatis competunt, non possunt præscribi, *Covarr. in d. c. possessor § 2. n. 10 Alvar. Valas. de jur. Emphyt. q 8. nu. 25.* vel si in terminis privilegii versari placet, (cùm ad patia privilegium & præscriptio judicentur, *c. cùm contingat. de for. compet. Albert. Brun. cons. 16. n. 14.*) supremam jurisdictionem & Majestatem non potest Princeps á se abdicare, *Covar. pract quæst. c. 4. n 1. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. § 2 n. 17 & 18. Gregor. Cabed. decis. 40. n. 8. p. 2.* cùm non sint in ejus marsupio, *ex Baldo Peregrin. cons. 1. n. 8. vol. 1.* nec superiorem in Principatu, vel parem habere possit, *Rol. á Vall. cons. 1. n. 115. vol. 2.* Imò nec partem ejus alienare potest: cùm de parte idem judicetur, quod de toto. *D. R. in vot. W. contra O. wand.* Der Pf *n. 33. Everh. in top. in loc. á tot. ad part.* Sed vectigalia á solo Principe instituuntur, *l. 1, l. vectigal. l.*

non

solent. C. nov. vect. gehören zu Kayserlicher hochheit vnd Reservaten. R. A. de anno 1576. §. dadurch. & Majestatis propria sunt. *Bodin. de Repub. lib. 1. c. 10. pag. 170.* Iisdem erectio est maximi Imperii, *Cardin. Thusc. in pract. concluſ. verb. vectigalia concl. 32. n. 1. & concl. 33. n. 6.* Effectus universalis jurisdictionis, *Thom. Michael. de privil. concl. 11. lit. c.* Lex generalis, quæ etiam ad non subditos porrigitur, *D. Ref. in causâ M contra E apud Compil. Symphor. tom. 1. p. 1. tit. 2. nu. 101. v. atq;* referuntur ad jura Majestatis, non quód Respublica sine vectigalibus stare non possit, sed quód urgente necessitate non nisi á summo Principe institui queant, *Dn. Rich. Dieter. nunc Adjutor. Cam. digniſſ. de ſumma ſummi Imp. poteſt. concluſ. 137.* A quibus instituendis Principes inferiores arcentur secundúm magis communem & veram opinionem, *Farin. ſp. crim. p. 4. q. 172. num. 69. Ioſeph. Ludovic. com. concluſ. 15. n. 3. & 5 Thob. Non. conſ. 47. num. 8.* ac quoties eam sibi usurpant licentiam, Majestatis læsæ rei fiunt, *R. A. Anno 1576. d. §. dadurch. Arniſ. de jur. Majeſt. lib. 2. c. 7. n. 6.* Quemadmodum ergo effectus nondum in actum deductus, sine causa non est: ita sine Majestate, tanquam substantiali fundamento, jus vectigalis imponendi esse nequit. (4) Jus exigendarum, non imponendorum vectigalium Vasallis in feudum dari potest, *Cabed. conſ. 31. num. 56. verſ. & primó. Claud. Seiſel. in ſpec. feud. tit. qui feudum dare poſſ. verſ. quadam verò. Zaſ. de feud. p. 5. n. 13. Schneid. de feud. p. 2. n. 77. Rot. Rom. deciſ. 34. n. 2. & 1. p. 1. in noviſſ.* Sed si præscriptione jus imponendi acquiri potest, quid vetat, quo etiam investiturâ concedatur? (5) Hanc opinionem suadere videtur utilitas publica, ne in perniciem Reipub. admissa præscriptione circa jus imponendi, novi vectigalia ubivis instituantur, *Suarez. de legib. d. c. 14. n. 11.* Plura in utramque partem dici possent, sed hîc subsisto; in congressu disputationis, an discrepantes opiniones fœdere distinctionis conciliari possint, vel quæ sit verior, inquirenti diximus.

16. De personis porró, quibus onus solvendi vectigalis incumbit, differendum est; ubi regulam affirmativam constituo, omnes ad præstationem ejusdem teneri, *a* nisi qui specialiter reperiuntur exempti, ut Clerici, *b* quorum exemptio tamen juri divino *c* accepta ferri non potest. *a*

a) l. omnium 9. & l. ſeq. C. de vect. & comm. tot. tit. C. de immunit. nem. conced. Vectigalia imperanda omnibus. Justum enim, æquumq; est, neminem horum, neque privatum hominem, neq; populum immunem esse, cùm ex æquo ad omnes utilitas eorum quæ insumuntur, redeat, *Dion. lib. hiſt. 52. Cicer. Offic. lib. 2.* & beneficium quibusdam dare plebis injuria est, immunemq; cives ab æ sui, *l. 9. C. Theodoſ. de ſuper. collat. Guil. Forner. ſelect. lib. 1. c. 20. Peregrin. de jur. fiſc. lib. 6. tit. 5. n. 18. Sixtin. de Regalib. lib. 2. c. 6. num. 98. & ſeq.* b) Quia tamen singulare jus interdum, contra rationem jur.s authoritate constituentium, propter aliquam utilitatem inducitur, *l. 16. ff. de leg.* ideó factum est, ut Ecclesiasticæ personæ huic oneri quoque subtraherentur, *auth. item nulla communitas. C. de Epiſc. & Cler. l. placet C. de SS. Eccleſ. c. quanquam. 4. de cenſib. in 6. Clem. fin. eod. tit. c. 1. de immun. Eccl. Rol. á Vall. conſ. 51. num. 1. vol. 4. Fr. Burſat. conſ. 42. n. 3. Iacob. Ant. Marta de juriſd. p. 4. cent. 1. caſ. 3. n. 14.* etiam in annis probationis existentes, *c. relig. §. 1. de ſent. excom. in 6. Ioh. Parlador.*

A vectigalibus &c. Standis exemplo ordinis teutonici Equites.

ver. quotid. c. 3. §. 1. n. 21. quibus Splendidissimum Ordinem Equestrem S. Johannis in Hierusalem, qui egregiâ operam Christianæ Reipub. contra Turcas strenuè navat, rectè adscripseris, cùm Equites veré religiosi sint, *Papon. en son recueil tit. des Chevaliers de Hierusal. 10. lib. 1. Azeved. ad const. reg. lib. 3. tit. 5. nu. 1. & 2. Gratian. discept. forens. 363. n. 22. Gerh. Maynard. decis. 17. n. 1 lib. 1. quicquid de ea re apud Vasq. de succes. creat. lib. 3. n. 396. in contrarium disputetur.* quamvis etiam vigore privilegii Friderici I. de Anno 1185. nemo (ut verba privilegii sonant) in pontium, navium, aut portarum transitu vectigal, aut in foris teloneum ab illis capere possit—Teutonicos milites eodem privilegio gaudere, *ex Meichs. tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 5. Sixtin. d. c. 6. n. 115.* testatur. Clerici autem conjugati, cum præter privilegium fori canonis nihil habeant, gabellarum solutioni sunt obnoxii, *c. un. de Cler. conj. in 6. Guid. Pap. decis. 383. & ibi. Matth. in addit. Covar. pract. quæst. 31. n. 9. Ioan. Gutier. de gabel. quæst. 91. n. 4. Azeved. ad const. regn. lib. 1. tit. 4. leg. 2. n. 2.* Rationi autem contraria est opinio, quæ ne quidem á volentibus, & sponté offerentibus, vectigal accipere permittit, *ex c. 2. ibi: á volente. de censib. in 6. Natt. cons. 203. n. 8.* cùm quilibet favori suo renunciare possit, ut meritó contrarium, *per c. dilectus. 30. in fin. de Simon. Bertach. de gabell. p. 7. n. 23. Fr. Personal. eod. tract. n. 86.* amplexi sint. c) In terminis vectigalis, *Bertach. de gabell. p. 7. n. 8. & 11. post Abbat. in c. non minùs. n. 17. de immunit. Eccles. Azev. ad const. reg. lib. 1. tit. 3. leg. 5. n. 6. Bursat. cons. 42. n. 2. Ioan. Gutier. de gabel. q. 92. per tot. & n. 20. ubi communem sententiam esse scribit. & forté in Canonistis non reperitur dissentiens.* d) *Cardin. Bellarm. tom. 1. controv. lib. 5. de Cleric. c. 28. Covarr. pract. quæst. lib. 31. n. 5. Boër. decis. 69. in pr. Amad. de Ponte tr. quis sit judex fund. n. 132. M. Ant. Peregrin. in respons. pro decret. Reipub. Ven. in decis. 3. art. §. nam licet in causis spiritualib. Hieron. Cavall. com. opin. q. 550. in fin.* qui adeó in sacris literis hujus exemptionis vestigium reperiri negant, ut potiùs subjectionis apertissimè extent argumenta, 1. *Reg. c. 1. & c. 2. Matth. 17. c. magnum quidem. 11. q. 1. Actor. 23. vers. 11. 1 Petr. c. 2. ad Rom c. 14.* Ne tamen erroris Bonif. VIII. *qui in c. quanquam. de Censib. in 6.* humano & divino jure Clericos exemptos esse dixit, arguatur, (quamvis ejus dictum *Bellarm. d. c. 28.* aliter excuset, de exemplo in jure divino expresso sentire eum, vel referre sententiam Canonistarum, non certi quid definire) exemplum *ex Genes. c. 47.* Dictum Salvatoris nostri ad Petrum, *Matth. 17.* edictum Ahasveri, *Esdræ lib. 1. c. 7.* immunitatem á vectigalibus, Sacerdotibus, Levitis, janitoribus &c. largientis, & alia in medium producunt, quæ singula referre & refellere mei non est instituti; hoc indicâsse sufficiat: absurdé Clericalis libertas principium ad Sacerdotes Ægyptiacos Ethnicos, & Idololatras referri, qui immunes ab oneribus impositis non erant, sed annona, quam fundis propriis alii redimere cogebantur, his gratis dabatur, quòd prædia, quæ vice pretii Josepho tradenda erant, non jure proprio, sed beneficio Pharaonis possidebant, *P. Molin. de Monarch. tempor. cap. 18.* tum quoque valdé detorto sensu immunitatem á didrachmæ solutione ad Ecclesiasticos applicari. Cùm de jure suo Salvator illic loci disserat, si filium æterni esse, & Regem constitutum super Sion: minimé verò de Petro, ejusque successoribus, *vide pulchrè hæc exponentem Chemnit. in harmon. Evangelic. cap. 91. num. 2.* Denique pro jure divino, minimé quicquid in scripturis continetur, sed quod á divina institutione profluit, existimandum est, *Henning. Arnis. in tractat. de exempt. cleric. c. 3. ubi plura ad proposit.*

Item Clerici

27. Cæte-

27. Cæterúm iidem Clerici á præſtatione vectigalium, quæ pro reparatione murorum, viarum, pontium *a* exiguntur, immunitate non donantur, quemadmodum & ſi ob ſummam neceſſitatem Reipublicæ collectam vel gabellam Princeps indicat, *b* privilegio innituntur; & quid vetat, ut id modificari vel tolli non poſſit omnino? *c*

Clerici ad onera tenentur

a) *l. ad inſtructionem. C. de SS. Eccl. l. ad portus. C. de oper. pub. l. abſit. C. de privil. dim. Aug. l. fin. C. de quib. mun. nem. ſe lic. excuſ.* Cúm enim hac de re utilitatem capiant, partitio ſuadet, ut & onus ferant, *l. fin. §. ſed cum C. de furt. l. ſecundum naturam ff. de R. I. l. fin. C. de auth. præſt. Fr. Perſon. de gabell. n. 89. qui communem dicit. Flor. Diaz. de Men. var. quæſt. lib. 2. q. 21. num. 220. latiſſimé. Fulv. Pacian. conſ. 7. n. 8. Natta conſ. 280. in fin. Surd. conſ. 515. n. 17. Corn. conſ. 72. lib. 3. Carol. Ruin. conſ. 219. n. 11. lib. 1. Rim. Iun. conſ. 10. n. 13. & ſeq. Carol. Molin. conſ. 11. n. 3. Inter var. Germ. conſ. 37. n. 33. lib. 1. ubi n. 42. aſſeritur, quód á tempore Maximil. I. uſq; ad hæc tempora, in gemeinen anlagen Eccleſiaſticis nunquã parcitum ſit.* De ripatica, ſeu pontium vectigali tractans *Burſ. conſ. 142. nu. 3.* & quód privilegium & præſcriptio immemorialis, in pontibus nihil operetur, *Idem d. loco. n. 5. Ferrer. addit. ad G. Pap. dec. 78.* inculcant, cujus rei in ponte Argentinenſi obvium exemplum: *text.* in Sax. Landrecht *art. 27. lib. 2. &* in Schwab. Landrecht *c. 214. n. 4.* Pfaffen vnd jhr Geſinde ſollen zollfrey ſeyn/ ſie führen/ reiten oder gehen/ wo ſie Schiffs vnd Brucken nit bedürffen. Et in ſpecie vom Weggeld/ quod pro refectione viarum penditur, *Bald. in tit. de pac. Conſt. verſ. munitione civitatis, n. 29. Caſp. Cald. de conſib. conſ. 2. al. 443. verſ. quandoq; fit conſtruct. Fr. Marc. dec. 457. n. 28. vol 1. Ant. Gal. Malvaſ. conſ. 26. n. 9.* quia cauſa publicæ utilitatis ad excubias, & perſonalia munia tenentur, *c. pervenit. de immun.* quantó magis ergo ad realia, *Diſ. Abbas in c. nõ minús. de immun. Eccleſ.* qui *per illum text. & c. adverſ. addit.* leges civiles correctas arbitratur. Sed in cauſis meré profanis, qualis hæc exemptio eſt, *Bellarm. d. lib. de Cler. c. 28.* Sacri Canones non dedignantur imitari leges civiles, *c. 1. de oper. nov. nunc.* & communis opinio tenet contr. *Abbat. & Felin in c. Eccleſia. n. 106. de conſt. ſecundúm Ripam de Peſt. rubr. pe remed. ad conſervan. n. 234. Natt. d. conſ. 280. inf. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 11. lim. 7. n. 18. Vinc. Caroc. de locat. p. 2. tit. de collect. n. 11. verſ. declaratur.* b) Legem enim neceſſitas non habet, *l. ut gradatim, §. 1 ff. de muner. & honor. l. Rut. Polla 69. de contrah. empt. l. un. C. ut nem. lic. ſe abempt ſpec. excuſ. l. 10. C. de SS. Eccl. l. 2. C. de patr. qui fin. diſtrax. c. diſcipulos de conſecr. diſtinct. 5.* & ad opera pia Eccleſiæ bona deputata ſunt, *c. ſacrorum. c. ſicut. c. aurum. 12. q. 3. Chaſ. in conſuet. Burg rubr. 1. §. 4. n. 23. Molin. conſ. 11. & 12. Med. tr. de caſ. fort. p. 2. §. 1. n. 6. ubi commun. Villalob. com. opin. lit. e. n. 3. Caſp. Baet. de inop. debit. cred. ad dic. c. 18. n. 12. & 13. Cacher. dec. 68. per tot. Azed ad conſt. reg. lib. 1. tit. 3. l. 11. n. 2.* adeó, ut ſi ob ejuſmodi cauſam civitas debitum contraxiſſet. Clerici ad diſſolutionẽ ejus pro rato teneantur, *Comp. Symph. p. 1. t. 2. vol. 1. n. 208. Natt. conſ. 203. n. 1. Trentac. var. tit. de jur. ſiſc. reſ. 5. n. 14. verſ. ratio eſt.* Dura autem *c. adverſus. & c. non minús. de imm. Eccl.* diſpoſitio eſt, quando Epiſcopis & Clericis arbitrium contribuendi cõmittit, & ampliús gratiarum actionem laicis, ſi per Clericos ipſis aliquid conferatur, injungit; quaſi verò proprio jure, & non beneficio laicorum, exemptionem, & bona omnia, quibus

gau-

gaudent, possideant, & non ipsi, si hæc onera recusent, maximam ingratitudinis notam incurrant; ut meritó, propter absurdam consequentiam (nunquam enim Clerici, si liberum eis foret arbitrium, onus subirent) horum cc. authoritatem in dubium revocet, & contraria observantia in desuetudinem abiisse existimet, *Nicol. Bald. in cons. suo. n. 34. & 39. post decis. & Cacher. 68. impresso.* Sanè in casu summæ necessitatis & utilitatis communis, Episcopi arbitrio & recursu ad Rom. Pontif. opus non est, *Cacher. d. decis nu. 21. post Luc. de Penn. in l. cùm ad felicissimam. C. de quib. muner. nem. selic. Azeved. d. l. 11. n. 16. Florez. Diez. de Men. pr. quæst. lib. 2. quæst. 21. num. 214. Ioan. Gutier. pr. quæst. lib. 1. quæst. 3. n. 4. & 5. Iac. Ant. Marta de juriúd pag. 4. cent. 1. cas. 10. per tot. ubi tamen in diversam secedit sententiam.* c) Dubii siquidem expers, Principem concessum á se privilegium tollere posse, *l. qui fundos. Cod. de omn. agr. desert. c. in nostra. de injur.* etiam sine causa, *Covarr. p. 3. var. resol. c. 6. n. 1. Molin. de Hispan. primog. lib. 4. c. 3. n. 8. 16. & 17. Guer. Pison. Soac. in pralud. feud. c. 15. nu. 7. Natt. cons. 512. n. 16. & inferiús latius confirmabitur.* nedum si justa adsit causa, utpotè ingens Clericorum numerus, quem ipsi Canones pro legitima dissolvendi privilegii immunitatis ratione reputarunt, *c. suggestum 9. de decim. Ferrar. in libell. de hered. div. verb. omnis commun. Guil. Bened. in c. Raynut. verb. uxorem nomine Adelasiam. n. 250. Rutg. Rul. de invocat. utriusq; brachii. c. 13. n. 29. in terminis immunitatis á vectig. versantes. Rol á Vall cons. 1. 172. vol. 1. Fulv. Pacian. cons. 7. n. 125. cum seqq. Sigism. Loffred. cons. 7. n. 60. Aug. Bero. cons. 76. n. 7. vol. 3. Fr. Marc. decis. 528. num. 8. lib. 1. unde Natta cons. 66 n. 15. privilegium Dd. fortius quám Clericorum asserere non est veritus.* & aliás apertí juris eum, qui causam beneficii negat, beneficium perdere, *l. sed hoc ita 12. §. 1. & ibi Bart. ff. de rejud. Georg. Acac. Enenck de privil. c. 17. n 45. lib. 3.*

28. Cúm etiam Clericis tam per se, *a* quám alios *b* negociari *c* sit vetitum, quoties res negociandi causâ vehunt, *d* nulla præcedente monitione, *e* vectigalis solutioni obnoxii fiunt, *f* adeó, ut ob retardatam solutionem, vel fraudem circa vectigal commissam, etiam in foro secu-

Clerici p se vel per alium negotiationem exercentes, à vectigalibus non sunt immunes

lari conveniri possit. *g*

a) *c. fin. de vit. & honest. Cler.* *b*) Id non adeó inhibitum esse Clericis, dicat quispiam, cessante siquidem ratione prohibitionis, ipsa cessat prohibitio, *c. cessante, de R. I. in 6.* Negotiatio autem ideó interdicitur Clerico, ne animum ejus occupet, & quia sine peccato vix est, *c. qualitas. de pœn. distinct. 5. Natt. cons. 530. n. 52.* Si autem per alium expediatur, nec ipse distrahitur, nec alterius peccata ei imputantur, *ex Modin. de restit. q. 30. art. 2. Ioan. Gutierr. de gabell. q. 93. n. 29.* & quamvis venari non liceat Monacho, *tot. tit. de Cler. venat.* per alios tamen venationem exercere potest. Rectè nihilominus contrarium *Gutier. d. loco. n. 30.* ex vulgari axiomate: Quod meo nomine exercere non possum, id neq; per subjectam personam, *l. 2. §. 1. de administr. rer. ad civit. pertin.* adstruit, nam in Clerico omnis lucri aviditas turpis est, atq; qui per alium mercimonia gerit, fœdo quæstui inhiat, *Molin. Iesuit. de just. & jur. disp. 342. in 1. concl.* nec fieri potest, quin ejus animus cogitationibus eventus, & lucri alió ducatur, *Gutier. d. loco. n. 35.* c) Negotiari quis dicitur, quot es rem emit, ut integram lucrando revendat, *c. ejiciens. 88. dist. c. Cleric 91. distinct. Abb. cons. 6. circ. fin. lib. 1. Azeved. ad const. reg. lib. 9. tit. 17. leg. 7. n. 4. Bertaz. cons. crim.*

crim. 256. n. 7. Bursat. cons. 42. n. 9. Ioh. Parlador. rer. quotid. lib. 1. c. 3. §. 1. n. 8. & 9. non fiemit rem, ut ei sit materia operandi, & quam sua opera mutatam vendat, d. c. ejiciens. quemadmodum Paulum Apostolum fecisse, ex Actis Apostol. c. 20. patet. Marcabrun. ab Anguill. cons. 18. n. 60. Vid. tamen Köpp. decis. 50. num. 36. Unde, si res patrimoniales Ecclesiæ, frumentum, vina, & similia, in fundis Ecclesiasticis nata vendant, negotiari minimé dicuntur, & á solutione pedagii liberi sunt. Affl. in c. un. quæ sint regal. verb. vectigal. n. 93. Rol. á Val. cons. 71. n. 10. vol. 4. Rebuff. ad l. eum qui vectigal. vers. vectigal proprié. ff. de V. S. Alvar. Valasc. decis. 131. n. 8. Marta de jurid. p. 4. cent. 1. cas. 3. n. 7. Gutier. d. q. 93. n. 37. d) Mercator quidem ex uno actu negotiationis non dicitur, l. 1. §. 1. & ibi gl. ff. de tribut. act. Chass. in cons. Burg. rubr. 4. §. 1. si elle n' est marchande. n. 3. Castr. cons. 285. n. 3. vol. 1. Corn. cons. 30. lib. 3. Ant. Ciosius cons. 104. per tot. vol. 1. Marq. Freher. de existim. lib. 2. c. 3. n. 17. Marcabrun. ab Anguil. cons. 18. n. 252. At Clericus si semel negotietur, vectigal solvit, quia omnis negotiatio, etiam licita, ei interdicta est, c. 1. ne Cler. vel Monach. se sec. c. fin. de vit. & honest. Cler. & negotiatio ex unico actu dicitur, ut denotat generalit. d. c. ejiciens. 88. distinct. Gutier. d. q. 93. n. 43. ubi Paris. de synd. Azev. & alios confutat. post Lasarte & Salzed. Flor. de Men. lib. 2. q. 21. n. 131. e) Ter monitum esse oportere Clericum, antequam ad solutionem vectigalis cogi possit, primo aspectu innuere videtur, d. c. fin. de vit. & honest. Cleric. quem sensum ejus esse crediderunt Dd. communiter, Natt. cons. 495. n. 18. Marcabr. ab Anguill. d. cons. 18. n. 245. & n. 247. Sed in puncto juris vera ita crediderim, etiam sine monitione gabellam á Clerico negotiante deberi: tantum enim abest, ut c. fin. de vit. & honest. Cleric. defendat negotiatores á statutis gabellarum, ut etiam adjiciatinsuper, si ter monitus non desistat, privilegium Clericale in totum, quoad tributa in bonis reliquis amittat, ex Molin. Ioan. Gutier. de gabell. d. q. 93. num. 10. & seq. Florez. de Men. lib. 2. q. 21. n. 232. Azeved. ad Const. reg. lib. 9. tit. 17. leg. 7. in quam sententiam ferè Hispani omnes, suffulti insuper lege patriâ, descendunt. f) c. quanquam de censib. Clem. præsenti. eod. tit. d. c. fin. de vit. & hon. Cler. Bertachin. de gabell. p. 7. n. 8. Personal. de gabell. n. 87. Rol. á Vall. cons. 72. n. 10. vol. 4. Car. Ruin. cons. 112. n. 6. vol. 5. Burs. cons. 42. n. 9. Simon. Pistor. cons. 3. n. 12. inter cons. Modest. & Modest. ipse cons. 43. n. 1. vol. 2. Gutier. d. q. 93. n. 2. Mart. de Iurid. p. 4. cent. 1. cas. 3. per tot. Caspar. Baet. de emptore debitor. credit. addicend. c. 16. n. 38. g) res quæ ob non solutum á Clerico vectigal in commissum cecidit, á publicano per rei vindicationem, ubicunq; locorum repera fuerit, avocari potest, ut infra dicemus, quæ actio cùm realis sit, Clericus fori privilegium allegare non potest, secundùm eam opinionem, quæ Germaniæ & Galliæ consuetudine recepta est, Carol. Mol. cons. 12. nu. 8. Gail. 1. obs. 37. n. 4. Mynsi. 1. obs. 44. & 4. obs. 97. Ioan. de Amic. cons. 14. n. 11. Borch. de feud. c. 10. n. 21. Schon disput. feud. 2. th. 4. Farinac. quæst. crim. 8. n. 21. Gratian. discept. for. 16. n. 24. qui tamen frigidis rationibus eam consuetudinem infringere conatur. Imó si condictione ex privilegio, vel statuto, ab eo vectigal petatur, ne tum quidem fori privilegio gaudet Clericus, etiamsi personalis videatur actio: nam propter negociationis delictum, Ecclesia cum á jurisdictione secularium non defendit, d. c. fin. de vit. & honest. cler. Gutier. de Gabel. q. 94. nu. 6. Strach. de mercat. p. 3. tit. quom. proced. sit in caus. mercat. n. 9. Ioh. Parlad. rer. quotid. lib. 1. c. 3. §. 1. n. 12. in f. Azeved. ad const. reg. lib. 9. tit. 17. leg. 7. n. 13. ubi contra se volentem defendere clericos judicatum refert. Trentacinq. var. resol. lib. 1. tit. de jur. fis. resol. 5. n. 8. Florez. de Men. d. q. 21. n. 232.

29. Abutuntur hoc privilegio, qui ad emptores fructuum, item colonos Ecclesiæ immunitatem extendunt; *a* tum, si ab his personis quidquam exigatur, judicem Ecclesiasticum, quasi libertas Ecclesiæ pessumdetur, officium suum interponere posse contendunt. *b*

a) Personæ enim mutatio trahit secum mutationem status rei, *l.1.C.de imponend.lucrat.descript. Ripa de Pest.tit.de remed.ad conserv. ubert. num.*128. & privilegium personale non egreditur personam ejus cui concessum est, *l.quia tale* 13.*ff.sol. matrim.* Clericorum autem privilegium personale est; ideo eis datum, ut in cultu Dei frequentiores sint, *c. non minùs. de immun.* Rol.*á Val. consil.*61.*num.*13.*volum.*4. *Fr.Bursat.consil.*258.*num.*24.*Gutierr.de gabel.quæst.*87.*num.*11. *Mod.Pistor.consil.*48. *num.*7. Et in dubio omnia privilegia personalia cr·duntur, *l semper* 5.§.4 *ff de jur. immun.Carol.Bardell.cons.*31.*num.*12. Realia tantúm ad emptores transeunt, *l.* dolia 76.§.1.*ff. de contrab.Empt.* Sic ementes á fisco vel Principe immunes non sunt, *l.*9. §.1.*ff.de publican.arg.l.*34.*ex quib.caus.major. Peregrin.de jur.fisc.lib.*6.*tit.*5.*num.*16. *Gratian.discept.forens.*182.*n.*39. Neque á collectis coloni Ecclesiæ liberi, *Natt.cons.* 114.*num.*18. idem ergo in vectigalibus concludendum: cùm hæc onera fructuum sint, & fructus á solo separati in dominio coloni sunt, *l.*1.*C.de Agric.& censit.l fructus* 44.*ff. de R.V.* & ubiq; terrarum hanc opinionem servari pluribus allegatis scribit, *Tiraquel.de retr.lignag.*§.1.*gloss.l' achapteur.*13.*n.*12. *G.Pap.consil.*151.*num.*3 Rol. *á Vall.d.consil.*61.*per tot. Pacian.cons.*98.*num.*14. & 15. *Marcab.ab Anguil cons.*18.*n.* 17. *Mod.Pistor.cons.*52.*num.*3.*vol.*1. *Alvar.Valasc.decis.*131.*num.*16. *P.Ant.Angus. cons.*2.*in fin.lib.*7. *Bursat.cons.*25.*n.*3.*& cons.*42.*nu.*14. *Anonym.Adv.cons.Spir.edit. resp.*45.*p.*278 *col* 1. *Tap.in l.fin.p.*2.*c* 3.*n.*73. *Petr.Ravenn.sing.*851. *Renat.Choppin.de privil.rust. lib.*1.*c.*12. *Aemyl.Ferret.cons.*6.*num.*1. *Parlador.rer. quotid. lib.*1*c.*3.§.1.*n.* 14. Nec refert, quód cùm ad vectigalia pensi anda coguntur emptores, cl rici vilius fructus suos vendant, *l.si venditor.*6.§.1 *ff.de serv.export. Bald cons.*496.*n.*1. *vol.* 4.& per indirectum non debeat admitti ratio, qua Ecclesiæ libertas imminuatur, *l.P.Surd.cons.*301.*n.*30.*& decis.*101.*n.*10. velipsi clerici, bonorumq; Ecclesiasticorum administratores, reddantur timidiores, *Rol.á Val.cons.*29.*num.*16 *vol.*2. Nam gravamen Ecclesiæ hìc consistit in majori lucro, quám damno: quoties autem Ecclesia per indirectum lucrum amittit, id non attenditur, *Bald.d. cons.*496.*n.*3 *Ripa á remed. de conserv. ubert. n.*128. & valet statutum officiem clericis in quærendis, utpote ne bona immobilia in eos alienari possint, *Natt.cons.*280.*n.*3. post quám plurimos, *Bardel.d cons.*31.*num.*16 *Peregrin.in respons pro decret. Reipub.Venet in* 1 *punct. ration decid per tot. ubi ex edict. Prat.quod quisq; jur. ejus modi statuta defendit. Rut.Rutland de invocat.utriusq; brach.c.*13.*n.*5.6.17.*& seq* Non me latet quorundam in hac controversia distinguentium opinio: Emptorem quidem privilegio venditoris, si vectigal immediatè cum clerico gesto contractui imponatur, frui; minimè verò tùm, si ob actum separatum á primo contractui exigatur, *Bald.cons.*31.*n.*2.*lib.*1 *M. Brun.ab Anguil d.cons.*18.*n.*31. *Bardel d.cons.*31.*n.*20.*& ultra allegatos ab eo Hier.Gabriel cons.*161.*n.*7. *Menoch.cons.*112.*n.*19. *Tap.ad l.fin.p.*2.*d.c.*3.*n.*74. *Peregrin de jur. fisc.lib.*6.*tit.*5.*n.*26 sed subtilem magis, quám veram esse hanc distinctionem, utpote quæ *text.& gloss.in l.*1.*&* 2.*C.de privileg.dom. Aug.lib.*11.*&* d.*l.*9. adversetur, tradidit *Ioan.de Amic. consil.*18.*n.*15. Manusque placet consilium, *Personal.de gabell.*

num.

*num.*81. *Burſat.conſ.*42.*n.*21. *Roland.á Vall. conſ.*61.*n.*20.*vol.*4. *Surd.conſ.*305.*nu.*9. quando emptori ſuadent, ut cum clericis de deferenda re empta ad locum domicilii ſumptibus eorum conveniat, fore enim eam liberam á vectigali. Perniciosa hæc cautela fiſco eſt, & proinde non attendenda, *l.*4.*C.de annon. & tribut lib.*10. *l.quicquid*12 *C.de vectigal.* & per pactum aliorum non poteſt præjudicium inferri illi, quem res tangit, niſi conſenſerit, *l.*2.*l fin. C. de reb. alien.non alien. l.cùm á matre.* 14. *C.de R. V.* Reſtatim onere vectigalis afficitur, *l.*1.*C. de navicul.non excuſat. lib.*11. quem admodum expoſita jam dicta cautela docent, *Bald conſ.*241.*n.*2.*vol.*4.*Mod.Piſtor. conſil.*48.*num.*10. & 13.*vol.*2. *Fr.Marc.deciſ.*528.*num.*5.*lib.*1. *Ioan.Kopp. deciſ.*50. *num.*20. *& ſeq.* b) Si de libertate Eccleſiæ quoad juriſdictionem, inter Eccleſiaſticum, & ſecularem contentio ſit, tum propter majorem authoritatem, judicem Eccleſiaſticum cognoſcere ajunt, *Covarr. pract. quæſt. c.*33.*num.*1.*Farinac. quæſt.crim.*8 *n.*33. Libertatem Eccleſiæ tum quoque imminui, quando privilegium á Papa vel Principe conceſſum infringitur, *Cravet. de antiq.temp.p.*4.§. *circa præmiſſa.num.*17. Hic nullatenus privilegium ſubeſt, ſed de re meré profanâ agitur, deſignatig tur judex Eccleſiaſticus mittere falcem in alienam meſſem, *Bardel. d. conſil.*31.*n.*21. *&* 23.

30 Principibus, Comitibus, & Illuſtribus Germaniæ aliqui immunitatem á vectigali tribuunt; quam tamen nec ex jure communi, aut conſuetudine derivari poſſe, opinor.

Quód enim jure communi Reſpub. Romana & Imperator á vectigali exempti ſunt, *l.*9.§.8.*ff.de public. & vect.* ad alias civitates, *Bertachin.de gabell.p.*8.*n.*25.*&* 26.*Signor.de Homod.in l.vectigal. C.de nov. vect.* & Principes inferiores extendi non debet, *Burſat.conſ.*335.*n.*7. Neq; conſuetudinem Germaniæ his immunitatem dare, colligo *ex Ordin* deß Regim zu Augſp. *rubr. & tit.* alſo in deß H. Reichs Regim. ubi Imperator Principibus ad Regimen Imperii ſelectis hoc privilegium dat, ut ſine vectigal nottürfftigen proviant advehere poſſint. Fruſtra autem id factum fuiſſet, ſi conſuetudo generalis eos jam antè exemiſſet: Deinde *in* Br. Hiſt. hand. *p.*2. *rubr.* Gegr. vnd vnwiderleg. vrſ. *verſ.* Wiewol *p.*1587. *& d.p.*2 *c.*1. *pag.*114. *verſ.* daß Herren vnd Fürſten/ hæc immunitas ad ea mercimonia, ſo zu Fürſtl. Hoffhaltungen vnd Tafeln geführt werden / reſtringitur. Id verò privilegium, & jus ſingulare non eſt: nam quivis privatus, ſi res uſus neceſſarii cauſa comparet, á vectigali liberet eſt, *l.univerſis. C. de vectig. & commiſſ.* Quód autem certa quantitas vini aliquibus, maximé in Rheno flumine, liberé dimittitur, id ex curialitate, ut ita loquar, ſeu indulgentia quadam fit, ſi reciprocé eâdem immunitate in alterius ditione, vel provincia frui queant: & memini aliquando deliberatum fuiſſe, an immunitas Septentrionalib. PP. & Comitib. ſervari debeat? Imó quibuſdam prorſus denegatam: quod fieri non potuiſſet ſi generali conſuetudini dicta libertas inniteretur: ut mihi in Illoſtriſſ. & Illuſtres Germaniæ, quod de Italiæ Princip. *Burſ. d. conſ.*335. *n.*9. dixit, *eorum, ſi per civitates & provincias ſibi non ſubditas ducantur, nulla gaudere immunitate, niſi ſpeciali reſcripto ad tempus fiant immunes,* optimo quadrare videatur. Penitus verò dubio caret, eos vectigal ſolvere ſi negocientur, *l.*7.*C. de vect.* quia Imperator tali caſu videtur munificus, *l.*1.*C. de commerc. & ibi Salyc.* & de Galliæ Rege idem reſpondit *Ripareſp.*175. *Ant.Sol. ad conſt. Subaud. decret. Carol. gl.*2. *adde* Br. hiſt. hand.

p 2. *pag.* 1158. §. vnd ist vors dritte. *& pag.* 1588. Res tamen eorum, ob omissam professionem in teloniis civitatum sibi subditarum, commissi pœna non affici, *arg. d. l.* 1. *C. de commerc.* videtur affirmandum.

31. Nobiles tamen Imperii immediati, deß Reichs freye Ritterschafft/ ex consuetudine *a* & privilegiis DD. Impp. *b* exemptionem habent: & cúm non ita diu extensionem & declarationem eorundem obtinuissent, controverti cœpit; an Dominis, teloneorum privilegia exigendi vectigalis ab unoquoque antiquiora habentibus, ea extensio obsit? *c* Quod affirmo.

Nobiles immediati à vectigalibus immunes.

a) Ex militia privilegium obtendere nequeunt. Quod enim Nero cavit, ut militibus immunitas á vectigali servaretur, nisi in his, quæ væno exercerent, brevi servatum, deinde frustra habitum est, *Cornel. Tacit. annal. lib.* 13 posteaq; munificis adscripti sunt, *l.* 3. *l.* 7. *in f. C. de vectig.* & multorum opinio est, milites omnibus oneribus subjugari, *Bertachin. de gabell. p.* 7. *n.* 58. *Ferret. de gabell. n.* 187. *Menoch. cons.* 609. *fer. per tot. Petr. Gregor. Tholos. syntag. jur. univers. lib.* 19. *c.* 16. *n.* 19. P. *Antibol. demun. p.* 3. *n.* 78. *P. de Vine. lib.* 5. *epist.* 113. *Fr. Marc. decis.* 440. *n.* 2. *vol.* 2. quamvis species aliqua veteris libertatis in eo remanserit, ut á vectigali, quod in nundinis penditur, liberentur, *l.* 1. C. *de Veteran. lib* 12. *ibiq; Luc. de Penna.* & pœnam commissi ob solam professionis omissionem non patiantur, *d. l.* 3. C. *de vectig.* Ex consuetudine autem immunitatem suam Nobiles stabiliunt, *Mind. de Mand. lib.* 2 *c.* 42. *n.* 6. *Ioan. Koppen. dec.* 61. *n.* 5. *Ioan. Bidenbach. qq. nob.* 18. *n.* 1. *facit text. in* Sachs Landrecht *artic.* 27. *& in* Schwaben Landrecht *c.* 124. *n.* 4. Welti. Reform. Rayß *Sigism. c.* 2. *n* 4. quâ tamen pluribus in locis evaluisse constat. De consuetudine, qua liberi sunt á solutione vectigalis Nobiles immediati, fidem facit sequens privilegium Carolinum. *b)* Rhenani & Wedderavici circuli Nobilibus immediatis á Carolo V. Anno 1547. 3. Decembr. concessum, daß sie alle jhre eigne Früchte vnnd Wein/ vnd was jhnen auff jhren Gütern/ Zinsen/ Gülten vnd Zehnden erwechst/ oder gefelt/ oder sie zu jrer Haußhaltung erkauffen/ an allen Mauth vnd Zollstätten frey vnbeschwert werden, iisdem confirmatum á Rodolpho II. Anno 91. declaratum & extensum anno 1605. 9. Jul. daß solche Freyheiten/ von allen andern zu jhrer Haußhaltung vnd Bawgehörigen nottürfften/ so sie auß andern Herrschafften/ zu Wasser oder Land/ durch jhre selbst eigne Leuth/ Roß/ Fuhr/ vnd Mann/ oder auch andere führen lassen/ verstanden/ vnd sie dieser jetztgehörten sachen eben so wenig/ als wegen Wein/ Getraids/ mit einigẽ Zoll/ Mauth/ auffschlag/ beschwert werden sollen/ &c. Similia privilegia Nobiles Fränckisch: vnd Schwäbischen Kraiß tenẽt. Quid opus autem fuit, speciali privilegio Clericos & Nobiles é numero munificum eximere, cúm mercatorias artes exercere prohibeantur? *l. milites. l. ult. C. de locat. l.* 3. C. *de commerc. tot. tit. X. ne Cler. vel Mon. secul.* & earum rerum, quas quis propriî usus causâ vehit, vectigal non solvitur, *l.* 5. C. *de Vect.* Latius est horum privilegium, quod non certo genere mercis circumscribitur: privatorum immunitas, ad fruges ex propriis fundis annuatim perceptas, domumq; deductas, & alia quæ ad familiam alendam coëmerunt, tantúm extenditur, *Choppin. de jurid. And. lib.* 1. *c.* 55. alios privilegii hujus effectus recitant, *Fr. Marc. decis.* 286. *n.* 3. *vol.* 1. *Ruin. cons.* 112. *n.* 8. *lib.* 5. videlicet consue-

consuetudine & statuto fieri non posse, ut hi exemti ad gabellas teneantur, nec proinde eos res vectas necesse habere, quæ, an ita se habeant, inf á latiús excutiam. Nunquam enim est de intentione Principis præjud care tertio, *l. 2. §. si quis á Principe ff. ne quid in loc. pub. c. super eod. de off. deleg. Abb. cons. 57. vers. sed his non obstant.* sed privilegium præjudicium tertii tangens, quantumvis specie pietatis concessum, stricté est interpretandum, *Iacob. Marchisell. recollect. lib. 2. q. 59. n. 2. cap. 1. de rescript. ubi Dec. n. 46. & 52.* adeó, ut non censeatur sublatum prius, nisi in posteriori ejus mentio fiat. *Roder. Suarez. alleg. 9. n. 8. & alleg. 28. n. 10. Scipio Rendina in prompt. recept. sentent. tom. 1. tit. 92. n. 1.* non quidem in genere sed specie, *ex Castrens. consil. 116. Tilem. de Benign. decis. Camer. Syntag. 1. decad. 2. n. 4. & Syntag. lib. 3. decad. 1. vol. 7. n. 1. Fr. Viv. decis. 207. n. 4. Alex. cons. 125. n. 3. & 11. vol. 2. Aug. Bero. cons. 148. n. 6. vol. 1. Modestin. Pistor. cons. 12. n. 18. vol. 1.* Hoc modo autem in specie seu nominatim, Ducum, Principum, aliorumque statuum privilegia, quorum vigore á quocunq; transeunte vectigal exigere possunt, in his novioribus Nobilium immunitatibus sublata non sunt, in quam sententiam præjudicia, *apud Chopp. de doman. lib. 1. c. 9. num. 7.* accommodari possunt; cúm enim de vera interpretatione immunitatum Mercatoribus Ligerim amnem frequentantibus á Rege concessarum, quæreretur, conclusit Parlamentum, Dominis inferioribus legitimum exercendorum vectigalium titulum demonstrantibus, ea privilegia nihil obesse. Æquiorem nihilominus Nobilium causam existimo: privilegium si quidem concessum super eo, quod aliás competebat (ut Nobilibus consuetudine jam præscripta immunitas á vectigalibus) valet etiam in præjudicium alterius, nec potest conqueri is, qui sentit damnum, *l. 3. §. pen. ff. de trin. act. privat. Bellon. cons. 2. n. 16. Colleg. Perus. inter cons. Nonii. 72. n. 27. Menoch. cons. 36. nu. 27. Sigism. Loffred. cons. 14. n. 63. Seraphin. Seraphin. de privil. juram. privil. 49. n. 10. Tiber. Decian. cons. 74. n. 54. vol. 3. & respon. 23. n. 77. vol. 1. Brun. cons. 1. num. 56. & 57.* Túm quoq; maximé differunt, habere jus in re, & ad rem, cui privilegio jus ad rem concessum, illi privilegio posteriori, etiam non faciente mentionem prioris, id ipsum in totum auferri potest, *l. si sponsus. 5. §. maritus. ff. de donat. int. vir. & ux. l. 6. in pr. ff. quæ in fraud. credit. Dec. cons. 147. n. 5. Inter var. German. cons. 8. n. 6. vol. 5. Gylm. decis. 10. n. 39. lib. 1. Menoch. cons. 36. n. 4. Ex magis recepta Dd. opinione Scip. Rendina in prompt. recept. sentent. tom. 1. tit. 92. n. 1.* Sed Domini vectigalium non nisi jus in spe habent, neq; par ratio est, debita amittere & lucra capere, *l. fin. C. de Codicill. l. un. C. de imponend. lucrat. descript.* Nobiles agunt de damno vitando, alii de non omittendo lucro: potior autem in privilegiatorum hujusmodi concursu, ejus causa, qui de damno vitando agit, *per doctrinam Barth. in auth. quas actiones. C. de SS. Eccles. quæ infallibilis creditur á Dec. d. cons. 147. n. 5. Gutier. pract. quæst. lib. 4. q. 3. n. 7.* cúm ea intentio privilegiorum, non vergere in alterius injuriam, *l. impuberi. 40. ff. de administ. tut. l. cúm filius 28. ff. de testam. mil. M. Mant. sing. 554.* Et ultima declaratio privilegio Nobilium Anno 1605. annexa, §. der gestalt/ rc. tollit omnia privilegia & confirmationes in contrarium, quæ jam concessa sunt, & in futurum concedentur, quod sufficit ad enervandum privilegium anterius clausulam derogativam habens. *Hier. Cavall. com. opin. contr. com. q. 611. Modest. Pistor. cons. 12. n. 53.* qui in vectigali loquitur.

32. Eâdem prærogativâ Cameræ Imperialis Senatores integerrimi, & Camerales reliqui *a* perfruuntur, amplissimæ autem immu- Camerales itidem exempti

nitatis, his ab Imperio concessæ, occasione, controversiam nondum sopitam, attingere libet: an Magistratus loci, ubi jam Camera domicilium fixit, bonis ad Camerales devolutis, nova vel auctiora tributa indicere possit? Negativæ subscribere juris ratio me cogit. *b*

a) *Papon. de arrest. lib. 5. tit. 11. n. 13. Frider. de Mandat. lib. 2 c. 42. n. 6. Rul. de Commis. p. 4. lib. 2. c. 5. n. 28. tex.* in Cammerg Ord. *p. 1. tit.* 49. Vnd sollen Cammerrichter/ Vrtheiler/ Advocaten/ Redner/ Schreiber/ vnd alle andere Personen/ zum Cammergericht gehörend/ so lang sie jhr heußlich anwesen bey/ vnd an dem Kays. Cammergericht haben/ sampt allem jrem Haußgesind/ auch jhren verlassenen Witwen/ Vngelds/ Datz/ Zolls/ vnd aller beschwerung frey seyn. & ablq; specifica illa expressione verba aller beschwerung/ quæ tám realia, quám personalia onera, & omnium onerum species includunt, *post Alex. Natt. & Rol. Pet. Denais. in adsert. jur. Cam. p. 5. Ioan. Ceph. cons. 553. n. 1. & 15.* immunitatem á vectigalibus immunitatem, *Choppin de doman. lib. 2 tit. 15. n. 7.* Exassessores, qui dignitatem alia ex causa quám crimine deposuerunt, non excludo: quia Assessores Senatoribus similes, *Gylm. decis. Camer. 46. n. 156.* qui de posita dignitate gaudent immunitate & privilegio dignitatis, *l. un. C. de Com. qui prov. reg. lib. 12. l. eam legem* 14. *C. de excus. mun. lib.* 10. *l. 2. C. ut dignit. ord. servit. P. Gregor. Syntag. lib. 3. c. 8. n. 9.* Et non ita dudum cúm D. I. W. D. abdicato assessoratu patriam repeteret, literas, quibus cavebatur, ut á nemine in teloneis, quæ transiturus esset, molestaretur, ex Cancellaria haud difficulter obtinuit. Nec officiunt verba illa, so lang sie jhr heußlich wesen bey/ vnd an der Cammer haben: quia cúm in aliis ibi enarratis personis verum sensum assequantur, interpretanda non sunt, ut juris communis correctio sequatur. De viduis quod adjectum est, summam habet æquitatem: si enim inhoneste non vixerint, *l. quæ adulterium. 29. C. ad adulter.* retinent dignitatem viri, *l. cúm te. 10. C. de nupt. l. fœmina. 8. de senator Guid. Pap. decis. 379. Guil. Bened. in c. Raynutius. verb. qui cum alia. n. 140. de testam. vid. concl. 88. infra.*

b) Non novum interpretum nostrorum litigium est, an statuto civitates cavere possint, ut bona in ipsorum territorio sita, futuris contributionibus subjaceant, sed ut uno verbo efferam, tributaria fieri prædia; nonnulli, quos citat, probatq; *Caro. Ruin. cons. 117. n. 4. vol 4.* ideo negarunt: quód Imperatoris solius in potestate sit, munus extraordinarium in ordinarium convertere: quos tutó si sequi liceat, in herba, quod ajunt, quæstio proposita opprimetur. Sed bonâ, ni fallor, jam olim ratione his, *Casp. Calder. tit. de censib. cons. 7. §. potuit enim.* occurrit, pacto inter privatos tale onus perpetuum possessionibus imponi potest, quid ni ergo ab his qui jurisdictionem habent, *atq; eum sequuntur Bald. cons. 208. vol. 2. Curt. Iun. cons. 68. in 1. col. Iohan. Ceph. cons. 515. num. 18. Marcabrun. ab Anguil. consil 4. n. 61. & seq. quia omnium á me visis in hac quæstione uberrimus est, Sim. Pist. consil. 2. num. 24. inter cons. Modest. Pist. vol. 2. int. var. German. cons. 44. num. 13. vol. 4.* hac tamen adjecta restrictione, si, quæ sunt in territorio prædia, reverá jurisdictioni statuentium subsint quid si enim ideó onus injungatur fundis, ut huic legi exemtæ possessiones subjugentur, nihil valere statutum, *censuit Calderin. consil. 443. circ. fin. Angel. consil. 24. num. 1.* Quid juris autem, si ad Camerales bona illa tributaria devolvantur, an ita affecta manent, & num volente Magistratu tributa eis imposita de novo augeri possunt?

sunt? Evanescere onera eo ipso, quo Camerales accedunt bona, hinc concludi posset: (1) Quód ordinatio utatur verbis, asser beschwerung. quo casu liberatio omnibus oneribus contingit, *per alleg. supr. lit. a.* (2) & Princeps ex certa scientia, per viam legis generalis, illam immunitatem dederit, dubium autem non est, Principem, etiam ab onere reali, in præjudicium tertii aliquem eximere posse, *Dens. in d. adsert. p. 5. Ant. á Glauburg inter var. Garman. cons. 45. n. 9. vol. 4.* (3) Magistratui nulla hic de causa infertur injuria, utpote qui scivit, Cameræ ejusque personis talem immunitatem competere, & nihilominus eam ad se transferri instanter postulavit. (4) Maximé tùm conquerendi causam legitimam non habet, si caeroso emtionis titulo, bona tributo obnoxia ad Camerales transeant, pretium enim, quod sine onere erat apud liberam personam, rediens ad civem censui inferat. wûrd schoßbar/ quam rationem *post Iasonem in l. placet. num. 21. C. de SS. Eccles.* prependit *Vasqu de succes. §. 10. num. 656. & seq. lib. 1.* (5) Multi Dd. in ea sunt opinione, bona muneribus realibus subjecta, per interventum sacerdotii fieri libera. *Spec. in tit. de censib. §. nunc dicendum. l. 3. §. fin. de censib. l. 3. §. 1 de muner. Abb. cons. 9. vers. nec apparet. lib. 1. Vasqu. d. §. 10. num. 654. post alios plures Mant. de jurisd. pag. 4. cent. 1. cas. 11. num. 28. & 29.* Verùm transactione hoc negotium Anno 1568. à Visitatoribus ita sopitum, daß die Cammergerichts Personen jhrer Heuser vnd Gûter halber/ die sie jetzt haben/ vnd künfftig bekommen/ mit steweren/ höher vnd ferner nicht/ als von alters herkommen/ beschwert werden & clarius inter ipsas partes Anno 1585. daß die Cammergerichts Personen/ auß den Gûtern/ so sie auß Bürger vñ vngefreyeter hand an sich erkauffen/ dem ersten Kauffschilling nach/ vnd allein in Reichs- vnd Krayßhülffen/ die steuer erlegen sollen: ergo quoad onera, quæ jam rei incumbunt, litem resuscitare non oportet, *l. cauſ. 16. C. de transact.* Id nihilominus ex prædictis rectè evincitur, nova & auctiora tributa, ad quæ transactione minimé se devinxerunt Camerales, bonis illorum Senatum imponere non posse: quod insuper ex eo manifestum fit, bona sequi conditionem & status personarum, illisq; cohærere, *arg. l. in pecudum. 28. ff. de usur.* & minus dignum sequi majus dignum, *c. quod in dubiis. de consecrat. Eccles.* Si ergo personis non possunt imponere onus, consequenter idem videtur dicendum de bonis: ne una eademque res diverso jure censeatur, *l. rerum mixtura 30. ff. de usurpat.* Deinde si emburum debet prædiis imponi, citandi sunt hi quorum interest, & legitimus eorum adeundus est magistratus, per authoritates, quas cita *Ernest. Cothm. cons. Acad. 27. n. 87.* Magistratus autem illegitimus personarum Cameralium judex, imó frustra citarentur, qui comparere necesse non habent, *ut idem Coth. d. cons. 27. num. 107. ex aliis probat.* unde *Bald. in l. 1. ad fin. C. de mulier. quo in loc. lib. 10.* de Clericis ait, quòd tùm munus reale & patrimoniale potest ab eis exigi, quando res ad eos transivit cum onere, si autem pervenit liberé, non potest eis amplius imponi, & *in omnes. C. sine cens. vel. reliq.* patrimonialia munera non posse indici nisi subditis, *refert. eum. & sequitur Simon Pistor. cons. 2. num. 37. Anonym. Advocat. in consil. Spir. edit. resp 277. col. 2. circ. fin. Plures consentientes refert Cothm. d. consil. 27. n. 49.* qui cùm eam in terminis similibus amplissimé decidat, non est opus transcribendi onus molestiis subire. Quid si autem Camerales munus debito tempore non inferant censui, an Magistratus bona debiti nomine prehendere ac immissionem in ea decernere potest? quod *arg. l. de hu. 3. C. de Ep. & Cler.* videretur adstruendum, nisi ejus legis alia

plané

planè ratio, & communis omnium Doctorum opinio esset, Clericos seu exemptas personas, etiam si in publicum aliquid conferre debeant de rebus suis, per suum judicem cogendos esse: *auth. item nulla communitas. C. de SS. Eccles. adversus. c. minus. de imm. Eccles. Alber. de Rosat. in l. ad contributionem. n. 3. C. de SS. Eccles. Covarr. pract. quæst. 33. n. 2. vers. Clericus verò. Prosper Caravit. sup. rit. mag. Cur. rit. 65. n. 1. Farinac. quæst. crim. 8. n. 17.* nec in actione reali fortiri forum judicis, ubi res sita est, quæ itidem communis est opinio, *teste Coth. sapè alleg. cons. 27. n. 54.* á qua licet consuetudine, quoad Clericos, recessum sit, in aliis tamen exemtis personis, quin adhuc ratio, quâ Dd. unanimiter ducuntur, militet, ambigendum nihil.

23. Huc referendi Legati exterarum gentium, *a* Doctores, *b* Scholares *c* & navicularii. *d*

a) *l. á legatis. 8. C. de vectigal.* quorum immunitas ita restringitur, ut quidem nihil solvant pro rebus, quas exportant: de iis verò, quæ de propriis locis unde veniunt deportant, octaviarii vectigal accipiunt. *Petr. de Vinea lib. 5. epist. 155.* Ambasiatores hostium ab immunitate hac exclusi sunt, *Trentacinq. var. resol. tit. de jur. fisc. resol. 5. n. 20.* b) *l. medicos 6. C. de professor. & med. l. b. 10 qui tex. in munere reali loquitur, secundùm communem. Andr. Fach. cons. 82. n. 3. & seq. lib. 1. arg. l. decurionib. 3. C. de silentiar. lib. 12.* Postquam enim pro servitio Reipub. laborant, debet onus cum servitio compensari, *l. in rebus. 18. §. possunt. ff. commod.* In terminis vectigalis, *Jo. Bapt. Cost. de fact. scient. & ignor. inspect. 98. n. 7. Ioan. P. Surd. cons. 325. n. 8. Casp. Baët. de inop. debit. addic. c. 16. n. 144.* quod non tantùm verum est de Doctoribus actu legentibus, sed etiam Advocatis, quia & ipsi instruendo Clientulos satis docere intelliguntur, *arg. l. 2. §. juris civilis. ff. de orig. jur. & §. fin. in proœm. Inst.* & tantò majori honore digni sunt, quòd hi rem ad praxin deducant, & in ipso opere, & veris, & fictis quæstionibus versentur, M. *A. Natt. cons. 1. n. 2. ubi SC. Parisiense & Taurinum allegat. & cons. 65. per tot. Scip. Rendina in prompt. recept. sentent. tit. de miscellan. n. 12. qui communem contr. Bart. adstruit. Baet. d. tr. n. 148. Flor. de Men. lib. 2. q. 21. n. 252.* ut tamen togati vultures, juridici illi canes & rabulæ exeludantur, *Baët. d. lo. n. 147.* c) horum privilegium aliqui, *ex l. univers. C. de vect.* quasi ibi expressus sit textus, deducunt; sed non conveniunt Codices, quidã pro juris, turis legunt, quæ fortè melior & correctior est lectio, ut privilegium agriculturę referatur; argumento tamen illius text. sententiam hanc probari posse, *Sixt. de regal. lib. 2. cap. 6. n. 117.* demonstrat: rectiùs privilegium, *in auth. habita. C. ne fil. pro patre.* fundatur, quòd enim ibi dicitur, veniant & habitent securè, operari aliquid debet, ultra communem sensum, *arg. l. 1. ff. ad municip. l. si quando 109 ff. de legat. 1. Ioan. Sich. in d. auth. n. 7. C. ne fil. pro patre. P. Rebuff. in tr. de priv. Scholast. privil. 146. faciunt quæ notat. Signor. de Homod. cons. 70. n. 11. Aegid. Boss. tit. qui vect. solv. ten. n. 6. Aug. Bero. cons. 24. n. 14 lib. 3.* restringenda tamen immunitas tantùm ad eos, qui studiis incumbunt, *b sub prætextu. 9. C. de SS. Eccles. l. un. C. de Tyron. l. scriniarios. C. de test. Acac. Enenk. de priv. lib. 3. c. 17. n. 47. Steph. Grat. disceptat. forens. 186. n. 57.* Quòd si negent aliquem Scholarem Publicani, se talem esse, literis matriculæ probare debet, *Chass. in cons. Burg. rubr. des justices. in gl. sont. creuz. §. 6.* Præsumitur quoque talis, si in habitu Scholarium deprehendatur, *c. si judex. 12. de sent. excom. in 6. l. item apud. §. 15. ff. de injur.* unde honestè & decorè vestiatur, ut quam artem profiteatur, exinde cognoscatur, *Rebuff. d. tr. privil. 94.* ad jurameatum quoque

quoque asserendæ hujus qualitatis causa admittitur, *Id.d.tr.priv.*147.*§.fin.* Nec statim revertens in patriam cum libris, solutioni vectigalis sit obnoxius, nisi per longum tempus studium deseruerit, aut ad aliud munus animum applicuerit, *Claud. Bertaz in addit. ad cons. patr. crim.* 179. *lit. b. Fr. Person. de gabel. n.* 75. *d) l.* 6. *C. de vectig.* & hoc ideó, quia annonæ urbis magno periculo & labore serviebant, quos hortari præmiis placuit, *l semper* 5. *§.* 3. *ff. de jur. immun. Guil. Forner. select. lib.* 1. *c.* 20. *Cujac. in parat. C. de vect. Peregr. de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 5. *n.* 23. *Fr. Marc. decis.* 41. *n.* 4. *vol.* 2. Hinc Ludovici XI. & Francisci I. Galliæ Regum Edictis mercatores, qui urbis Lutetianæ annonam juvant, vectigalibus exemti, & statutis urbis Romæ, ut annonam illuc liberé deferre liceat, cavetur, *Chopp. de doman. lib.* 1. *tit.* 9. *n.* 8. Societas quoque Emptorum Hansiaticorum ob utilem, quam plerisq; regnis navant, operam, immunitatem multis in locis meruêre. In Galliâ autem nova vectigalia solvere non tenentur, *Idem d. lib.* 1. *tit.* 11. *n.* 22.

34. Domini quoq;, qui in feudum concessêre vectigalis percipiendi jus, *a* ~~aut locaverunt~~, *b* á solutione ejusdem immunes sunt.

a) Deterrima sané dominorum foret conditio, si vectigal, á quo, antequam beneficium conferrent, exempti erant, Vasallo solvere cogerentur: & sic beneficio in præjudicium ejus, á quo habuit, contra manifesta jura, *Vinc. Caroc. de excuss. bonor. quæst.* 10 *princ.* 10. *n.* 27. vasallus uteretur, & licet vectigalis jus, non tamen beneficio domini, possideat, adhuc dominum immunem crederem, idq; ex vi juramenti fidelitatis, quod eum ad possibile, utile & facile obstringit, cui hac licentia concessa contravenire videretur, *Ant. Quett. consil.* 3. *n.* 8. & ejusdem juramenti potestate Dominum per fundum feudalem transeuntem tecto & hospitio suscipere gratis tenetur, *Afflict. decis.* 265. *num.* 11. Ergo & rebus devectis libetum præstet transitum, *Schrad. de feud. part.* 6. *c.* 6 *n.* 124. *b)* Non mediocriter controverti solet, an locans gabellas, ab iisdem immunis sit, in qua lite Bart. sibi ipsi non constat. Distinguendo rem clariorem reddi posse arbitror. Si Princeps vel fiscus locet gabellas, immunis est, *l. locatio.* 9 *§. fiscus. de pub. & vect.* Si alius jus fisci non habens, eadem videtur esse ratio, quia á se ipso nemo exigere potest, cúm nemo sibi ipsi serviat, *Ioh. Philip. Monspel. cons.* 57. *n.* 9. *Bald. cons.* 123. *n.* 3. *vol.* 4. & in generali sermone non comprehenditur persona loquentis, *l. obligatione generali.* 6. *ff. de pignor. l.* 30. *§. fin. ff. de loc. & cond. l. inquisitio C. de solut. Gabriel. com. concl. lib.* 6. *de regal. concl.* 9. *Rol. á Vall. consil.* 86. *n.* 42. *lib.* 1. *Peregr. de jure fisc. lib.* 6. *tit.* 5. *n.* 24. *vers.* 1. *Boër. decis.* 213. *num.* 2. *ubi veriorem Schrad. de feud p.* 2. *part. pr.* 9. *sect.* 3. *n.* 147. *Scip. Rendin. in prompt. recept. sentent. tom.* 1. *tit.* 120. *n.* 3. *Alex. Trentacinq. var. res. lib.* 1 *tit. de jur. fisci. res.* 5. *n.* 23 *qui veram & communem ait, sive locator jura fisci habeant, sive non.* Non incongruè tamen his *Bart. consil.* 226. replicuit, si fiscus hac sola ex causa, quód alii locavit gabellas, immunis est, quid opus fuit dispositione illius *§. fiscus?* Cúm autem specialiter fiscus exemptus sit, relinquitur, alios privatos locantes teneri, *Bertachin. de gabel. p.* 7. *nu.* 26. *Ioan. Parlador. rer. quotid. lib.* 1 *c.* 3. *n* 32. *Petr. de Raven. singul.* 580. *Aegid. Boss. tit. de vect. n.* 4. quó facit quód contra eum, qui legem potuit dicere, apertiús *c. contra eum de reg. jur. in* 6. & adversus stipulatorem, quia verba latè non concepit, fiat interpretatio, *l. quicquid adstringendæ.* 99 *ff. de V. O. l. in contrahenda* 172 *ff. de* R. *I.* Nec hîc refragatur ratio, quód nemo á se ipso vectigal exigat. Etsi enim mihi ipsi non sim,

obligatus, tamen possum me alteri obligare, *Bart. d. cons. 226. in fin.* tùm quoq; non est usquequaq; vera regula, in generali sermone non venire personam loquentis, cujus contrarium adstruit *Bart. in l. Paulus. § fin. ff. de pig. Boër. decis. 213. n. 18. ubi usum ejus monstrat. Parlador. d. c. 3. n. 35.* Quia tamen à receptis semel sententiis facilè non est recedendum, me à communi opinione ideò divelli non patiar; quòd ratio d. § *fiscus.* non ea sit quam *Bart.* notat, sed hæc, quòd nemo contra se ipsum possit cedere actionem, *Gutier. de gabell. q. 85. n. 3.* actio enim & passio non compatiuntur se invicem, *l. si uxor. 7. C. de bon. auth. jud. possid.* nec in cessione aliud jus venit, quàm quod cedens habuit, *l. venditor. ff. de hered. vel act. vend.* sed contra se ipsum cedens jus non habet, *per jur. alleg.* Largiendum *Bart.* est, posse quem alteri se obligare, etsi sibi ipsi non obligetur: verùm id contractu vel stipulatione al qua fieri necesse, simplici cessione actionis jam natæ, in qua de obligatione personæ cedentis nihil exprimitur, fieri non potest. Limitanda nihilominùs hæc communis opinio est; ut in dominis, jure proprietatis vel utilis dominii vectigalia possidentibus, & posteà aliis elocantibus procedat. Si verò is, qui jus gabellarum locat, non est verus dominus illius juris, sed ab alio conductum habet, & id sub locet alii, prout fieri potest, nec sibi pacto aliquo de exemptione caveat, certè is ducendo rem vectigali obnoxiam, nullo munitus est privilegio, *Gutier. d. q. n. 18.* quam uti veriorem commendat, *Alph. Azevd. ad const. reg lib. 9. tit. 17. leg. 3. n. 8. in fin.* cujus rationem, cùm obvia sit, non exprimo.

35. Præter hos Princeps & aliis, licèt regulariter non soleat, *a* ex certa scientia *b* immunitatem largitur: Quod & Publicanis, *c* pro tempore *d* quo actioni præsunt, licet: ita tamen, ut simpliciter ab his concessa liberè transeundi facultas, ad reditum non extendatur. *e*

a) *l. omnium. C. de vectigal. & commiss.* nam subreptitia censentur rescripta fisco damnosa, *l. 3. C. de precib. Imp. offer. c. nec damnosa. 25. quæst. 2. l. 1. & 2. C. de petit. bon. sublat. lib. 10. Iac. Concenat. quæst. jur. singul. 21. num. 10. Fr. Marc. decis. 41. num. 6. lib. 2. & decis. 259. num. 14. eod. Petr. Greg. Tholos. de Repub. lib. 3. c. 9. num. 21. Car. Tap. in rubr. c. 4. n. 108. ff. de constit. Princip. Claud. Bertaz. ad cons. crim. patr. 331. lit. b. Rim. jun. cons. 29. n. 20. Ioan. Sich. in tit. C. de vectig. n. 9. Gars. Mastril. decis. 116. nu. 4. & 5.* Idem est si alius ex privilegio Principis jus exigendi vectigalis habeat, *l. ejus milites. 34. §. 1. ff. de test. mil. Guid. Pap. cons. 65. n. 15.* maximè tùm si concessit Imperator vectigal, ut à quibuscunq; possit exigi, *latè Men. cons. 312. n. 3. & seq.* Hinc PP. EE. ab Imperatore stipulati consueverunt: Demnach die Churfürsten am Rhein mit grossen vnd vielen Zollbefreyungen/ vber jre freyheit/ vnd herkommen offtmals durch fürderung vnd brieff/ vnd in ander weg ersucht vnd beschwert worden/ daß jhr Maj. solchs/ als vnträglich/ abstellen/ vnd zumal nicht verhengen/ vnd zulassen wöllen fürter mehr zu vben vnd zu geschehen. *in Capit. Carol. V. art. 18.* b) *Bertach de gabell. p. 7. n. 28. Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. tit. 5. n. 19. Molin. de just. & jur. de tribut. disp. 662. n. 12. Cacher. decis. 39. n. 11. 12. & seq.* adeò ut sufficiat clausula derogatoria generalis, quia exactio odiosa est, & contra jus commune; immunitas autem favorabilis, *Guid. Pap. d. cons. 65. num. 17. Bertaz. in addit. ad d. cons. 331. lit. a.* Privilegium autem immunitatis verbis his [Damus licentiam eundi, navigandi, liberè absque omni

omni molestiâ] concessum intelligitur, *Signor. de Homod. cons.* 70 *num.* 11. *Boss. tit. qui vectig. solv. tenentur. n.* 7. *Lancell. Gall. cons.* 94. *num.* 26. quia verbum OMNI inter similia ac dispositivé, *Aug. Bero. cons.* 24. *num.* 14. *lib.* 3. nisi tamen statuto esset prohibita mercium certarum extractio, obtenta siquidem licentia eas liberé extrahend; á vectigali immunitas obtenta non censetur, *Corn. consil.* 89. *num.* 11. *vol.* 1. Portó in notitiam ejus, cui concessum est privilegium, venisse oportet, aliás nihil prodest, *Natt. cons.* 242. *n.* 7. *c.* 1. §. *exparte de concess. præb. in* 6. *Ioan Bapt. Cost. de fact. sci. & ignor. dist.* 86. *n.* 1. *cent.* 1. c) Officialis extra officium suum non potest fieri debitum remittere, *l. omnes* 4. *C. de annon. & trib. lib.* 10. *l. præses* 12. *C. de transact. Imperatores.* 37. *ff. de pact.* ut distinguendum sit, an publicanus exactor ad sui utilitatem & commodum sit, quia vect gal conduxit, ut ium remittere non prohibeatur, *l. fin.* §. *si quis professus. ff. de public. Mascard. de prob. conclus.* 834. *n.* 13. *Afflict. dec.* 119. *n.* 9. *Surd. decis.* 148. *n.* 4. *& decis.* 181. *n.* 2. *& cons.* 470. *n.* 24. *Bero. cons.* 74. *n.* 26. *vol.* 1. *Marcabr. ab Angul. cons.* 10. *n.* 12. Secus si nudum tantúm præstet ministerium, *jam dd. jurib. l. mandato generali.* 60 *ff. de procur. Ferret. de gabell. num.* 163. *Bald. cons.* 79. *num.* 6. *vol.* 2. *Ceph. cons.* 515. *n.* 27. Quód si autem ejusmodi exactor veniam transeundi dederit, dominus ad pœnam commissi agere nequit: in bona fide enim per hanc licentiam constituitur debitor, qui alias solvere paratus erat: Exclusio autem doli pœnam commissi cessare facit, *Surd. d. decis.* 148. *in fin. Farinac. de furt. q.* 172. *n* 40. *ubi plúres allegat. Card. Thusc. in verb. Gabella. concl.* 23. *num.* 3 *& Bald. cons.* 211. *vol.* 3. d) *Bald. cons.* 137. *vol.* 3. *Bero. d. cons.* 137 *n.* 4 *&* 7. *vol.* 3. *Bursat. cons.* 329. *num.* 9. *&* 411. *n.* 2. *& 3. Surd. d. decis.* 181. *n.* 2. *Ioan. Bapt. Cost. de fact. sci. & ign. inspect.* 43. *num.* 6. adéoque si sæpiús ab ipsis fiat immunitas concessio, ne quidem vi consuetudinis nocet: neque enim non introducitur ab his, qui jus universitatis non habent; & faciunt actus ut singuli, *post Abb. in c. fin. col.* 9 *vers.* 8. *de consuet. perbellé Bero. d. cons.* 137. *n.* 5. 6. & 11. nec etiam á priore gabellario, pro tempore secundi, data immunitas, ullarum est vitium, *l.* 81. *ff. pro soc. l.* 68. *de leg.* 2 *melior. text. in l.* 35 §. 1. *ff. de locat. Castrens. cons.* 310. *circ. fin. lib.* 2. *Georg. de Cabed. decis.* 187. *vers. & adducebatur. p.* 1. e) In salvo conductu quidem reditus includitur, *l.* 1. *C. de navic. l. utimur.* 5. *ff. de sepul. violat.* cùm plena securitas non videatur dari, si quis non possit eo modo, quo accessit, recedere, *arg. l. si ita stipulatus* 111. *ff. de V. O. l.* 2 *ff. de jurid. Menoch. de arbitr. cas.* 335. *n.* 11. Sed malè inde colligit, *idem d. cas. n.* 12. privilegium concessum euntibus ad nundinas, ne gabellas solvant, intelligi quoque pro redeuntibus, Nam effectu non caret hoc privilegium, etsi tantúm de prima vice intelligatur, *Alex. consil.* 46. *n.* 9. *lib.* 2. & in conventionibus casus omissus habetur pro non expresso, *l. si cùm dotem* 22. *ff. solut. matr. l. quicquid adstringendæ ff. de V. O. l. cùm inter.* 26. § 2 *ff. de pact. Farin. d. q.* 172. *n.* 42. non expresso autem certo tempore, immunitas septem diebus tantúm durat, *Afflict. in c. un. qua sint reg. verb. vect. n.* 106. *Bertach. de gabell. p.* 9. *n.* 4. *Mascard. de prob. concl.* 834. *n.* 17. *Ant. Corsei. singul.* 130. *Guazz. de consic. bon. concl.* 13. *ampl.* 82. *num.* 5. *vid. Personal. de Gabell. n.* 58.

36. Undé eó minús dubitandum, civitates, quæ exigendi vectigalis jus privilegio, vel præscriptione quæsiverunt, immunitatem ab eo elargiri posse: *a* quæritur autem, si molendina plura in flumine aliquo, quorum unum ad civitatem, alia ad alios pertineant, sita sint,

civitas autem á quibuscunq; molendi causâ portâ frumentum educentibus, gabellam, quam Accisis dicimus, accipiat: an his, qui ad suum accedunt, remittere possit? *b* Affirmantibus rationes non deesse relevantes, audiemus.

a) Nam qui immunitatis dationem de reservatis Principum esse docent, *per text. in l. 1. & 2. C. de decret. ab ord fac. l. ambitiosa ff. eod. l. vacuatis. 19. Cod. de decur. lib. 10. l. 1. C. de imm. nem. conced. Tap. in rubr. c. 4. n. 30. ff. de constit. Princ. Ioseph. Ludov. decis. Perus. 3. n. 4. lib. 1. Ruin. cons. 105. n. 1. lib. 5. Peregr. de jur. fisc. lib. 6. tit. 5. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. membr. 2. n. 150. Henr. Bocer. eod. tr. c. 1. n. 43.* ita exaudiendi sunt: Si ab onere, in quo ipsis jus nullum est, in præjudicium Principis liberare vellent, in sui præjudicium, immunitate donare cur non possent? *Losa. de jur. univ. p. 3. c. 10. n. 6. & 7. Natt. cons. 431. n. 22. Chass. in consuet. Burg. rubr. 9. §. 18. verb. taillables haut & bas. n. 17. & ante eos Abbas cons. 61. vers. sicut. vol. 2.* maximè si justa causâ, ob benemerita sc. *Pancir. cons. 158. Roll. á Vall. cons. 5. n. 8. vol. 1.* ad id faciendum moveantur, vel in longissima consuetudine eximendi repertiantur, *Cachet. decis. 57. n. 13. & seq. Losa. d. c. 10. n. 13.* *b*) Immunitatem euntibus ad molendina civitatis tantúm dari posse, hinc videtur negandum, quód indé aliorum molendinorũ introitus, cúm perpauci eo accessuri sint, reddantur deteriores; malitiis autem hominum non est indulgendum, *l. 1. §. deniq; Marcell. ff. de aq. pluv. arcend. l. in fundo. ff. de rei vind. l. sed & qui data opera. ff. ex quib. caus. maj.* & statutum vel constitutio debet esse generalis, non concepta in aliquorum odium, *Crav. de antiq. temp. p. 4. vers. circa præmissa. num. 12. vers. & tenendo.* secus si fiat, ab eo appellatur, & exceptione doli succurritur, *l. 1. in fin. ff. de except.* In odium autem conceptum est: quia finalia molendina non essent, nunquam data fuisset immunitas, *Iason. in l. quóminús. num. 175. ff. de flumin. uói posl. Alber. in 2. part. stat. quæst. 2. & alios dicit communem. sequitur Boer. decis. 125. num. 4.* á qua tamen opinione, saniore consilio ductus, recessit *Iason. consil. 39. in fin. lib. 3. Curt. Iun. consil. 147. in fin. hos & alios referens. Cravet. d. §. circa præmissa. n. 3. Ferdinand. Vasq controv usufreq. c. 4. num. 1.* licitum namque est invigilare proprio commodo, licét ex eo damnum aliis inferatur, modó non fiat animo nocendi aliis, *d. l. 1 §. denique. ff. de aq pluv.* & charitas incipit á se ipsa. *§. 1. Instit. de donat. l. præses. 6. C. de servit. & aq. c. non licet. 23. quæst. 5.* Hinc receptum, ut in æmulationem alterius ædificare liceat, si principaliter commodum nostrum, non autem alterius damnum respiciamus, *Capol. de S. V. Prad. cap. 61. num. 2. Gail 2. observ. 69. num. 18. Cravet. consil. 876. num. 7. Menoch. de arbitrar. cas. 156. num. 9. Pacian. consil. 211. num. 14. Honded. cons. 80. num. 8. Aldovin. Aldovin. cons. 10. n. 2. Camil. Borel. cons. 3. n. 40. cons. 130. n. 15. lib. 1. Vasqu. d. c. 4. n. 2.* & si quæ in hujusmodi immunitatis concessione iniquitas forté ex eo est, quód cives ab aliorum molendinis jam abstinent; sed molendinum adire, res liberæ facultatis est, cui nullo unquam tempore præscribitur, *l. 2. ff. de via public. l. Proculus. ff. de damn. infect.* Nondum autem datâ á gabellis immunitate contra cives, ad civitatis molendinum venientes, alias non erat prodita actio. Ergo nunc quoque actione destituuntur, *Vasqu. d. n. 2.* Deinde ex concessione hujusmodi immunitatis plurium commodum, & privati damnum consequitur. Sed in concursu damni privati & utilitatis communis, causa publica potior est.

37. Quæ

37. Quæ privilegii, eadem & præscriptionis *a* quadragenariæ *b* circa acquisitionem libertatis á vectigali potestas est: quæ etiam absque scientia ejus, contra quem præscribitur, procedit, *c*

a) Eó quorundam processit superstitio, cúm non solvere dacium, mortale esse peccatum perciperent, *Bertaz.cons.crim.76.n.33.& addit.lit f.* ut præscriptionem etiam in hac favorabili libertatis causa, tanquam publicæ utilitati, obedientiæque contrariam, *l.comperit. C. de præscript.* & nutritivam peccati admittere vererentur, *Iola in Const.Subaud.antiq.gl.fin.nu.11.Carol.Bardel cons.96.n.30.* quos vel hæc sola ratio redarguit, quód contrariorum eadem sit disciplina, §.1. *Inst. de his, qui sunt sui vel alien jur.* Exactio autem vectigalis, quæ odiosa est, præscriptione quæritur, *secundúm communem, de qua conclus.22. Viv.com.opin.634.n.1.* Ergo & libertas, quia res faciliús redit ad primævam naturam, *c. ab exordio distinct.35. l.si unus.27.§.2. in fin.ff.de pact.* nec homines ut vectigal pendant, *Ant.Rub.cons.22.num.3.* nascuntur, *Bric.in c.innovamus.de censib. Natt.cons.486.num.3.Nicol.Everhard.Præs.cons.3.n.17. & cons.91.n.16.Steph.Betr.cons.130.n.10.vol.4.Castrens.cons.314.n.2.vol.1.Flam.de Rub.cons.99.n.36.vol.2.Menoch.cons.887.n.33.Modestin.Pistor.cons.4.n.28.vol.2.Perege.de jur.fisc.lib.6.tit.5.n.23.* Et hoc eó usq; *Rub.d.cons.21.n.3.in fin.* extendit, ut etiam sine bona fide, favore libertatis, præscriptionem currere crediderit: quod licet affirmare non ausim; cúm demonstrata mala fide, centenaria vel immemorialis præscriptio de jure Canonum, quod meritó sequimur, *Gail.2.obs.18.num.10.* corruat, *Paris.consil.26.n.31.vol.2.Ruin.cons.150.n.13.vol.4.Pancir.cons.179.n.12.Surd. cons.28.n.69.Fab.Turret cons.59.n.9.Fr.Becc.cons.225.n.18.* ita ut exceptio malæ fidei ad decem millia millium opponi possit, *Laur.Calcan.cons.6.n.9.* Illud tamen apud omnes in confesso, ex lapsu quadraginta annorum, in incorporalibus juribus, quando agitur de libertate præscribenda, bonam fidem in dubio semper præsumi, *Menoch.in recup poss.rem.13.n.72.ubi ex Paris.in c.si diligenti n.24.de præscript.communem testatur.Ant.Padill.in l.1.n.37.C.de servit. & aq.Gutier.pr.qq.lib.3.q.14.nu.19.* quæ tamen traditio *secundúm Rim.jun.cons.589.n.33.Curt.jun.cons.60.n.17.Lancel. Gail.cons.25.n.55.* restringenda erit, ut non obtineat locum, quando statuto expresse vectigalium solutio unicuiq; injungitur; cúm enim statutum cives omnes scire debeant, & præsumantur, *l.leges. C. de legib.* prætendentes præscriptionem non possunt non esse in mala fide, *add.Cravet.cons.134.n.16.* *b*) Tempus immemoriale, cúm inter regalia numerentur vectigalia, exigunt *Cyn.in l.2.C.nov vectig.n.21. Ceph.cons.528.n.45.& cons.176.n.26.Alex.cons.6.lib.1.Dec.cons.85.n.1.Bero.cons.25. n.13.vol.1.Bursat.cons.142.n.19.Ioh.Philipp.Monspel.cons.31.n.21.Hyppol.Rim.in addit.Rim.sen.cons.31.lit.i.* quadraginta annos sufficere verius est, *l.fin.C.de feud.patr. lib.11.Steph.Bertr.d.cons.130.n.9.vol.4.& cons.95.n.3.vol.5.Balb.de præscript.2.p.p.5. pr.q.5.Cravet.cons.311.n.12.Ceph.cons.129.n.5.Castr.cons.314.n.2.lib.2.Corn.cons. 268.n.19.vol.4.Petr.Raven.sing.849.* & regulariter immunitas 40. annis præscribitur, *Bertaz.cons.civ.21.n.31.Fab.de Anna cons.59.n.59.* *c* Ordinarié quidem in jurium incorporalium præscriptione, ea requiritur, ob rationem, quam *concl.24. lit.a.* reddidi: sed, quod mirum, in libertatis præscriptione, patientia adversarii non est necessaria, *per text.in l.si partem.18.§.fin.ff.quemadm.serv.Covar.in c.possessor.part. 2.in præfat.n.10, ubi communem ait.*

38. Nec tituli allegationem, *a* vel si quis allegatus sit, ejusdem editionem *b* requirit, prout & testes, si in certo initio & fine conveniant, *c* negativam, non esse solutum vectigal, *d* probare haud tenentur.

a) *post plures alios Bursat. cons.* 138. *n.* 43. Ut á mala fide se liberet, immunitatem prætendens, tituli allegationem exigit, sed in præscriptione longissimi temporis titulo non est opus, *l. omnes C de præscript. long. temp. Lancell. Gall. cons.* 54. *n.* 22. sufficitq; jus commune, quo satis tituli præstat, *Myns. ing. resp.* 19. *n.* 29. tum quoque bona fides favore libertatis præsumitur, *ut præced. concl. lit. a. dixi*, quis ergo allegationis effectus futurus sit, non video, *Gylm. decis.* 17. *n* 160. *lib.* 1. *post Cravet. de antiq. temp. part.* 4. §. *absolutis. n.* 49. *b*) Instrumentorum productorum copia in judicio danda est parti adversæ, ut defensiones suas contrá parare possit, *c. cætera* 3. *quæst.* 9. fiunt enim pars actorum communium, *Asin. in prax.* §. 22. *c.* 8. *n.* 3. & instrumenta non solúm ratione proprietatis, *l. si quæ cautiones* 4 *ff. fam. herciss.* & negotii, *Gratian. discept. forens.* 188. *n.* 33 Sed quoq; ratione utilitatis communia edenda sunt, *Ruig. Rul. in thesaur. jur. Emphyt q.* 8. *n.* 5. adeó, ut secundúm quosdam particulæ, quæ ad rem facere videtur, editio non sufficiat, de quo *vid. apud Cæsar. Barx. decis.* 89. *per tot.* quod tamen non est extendendum ad instrumenta quæ nudé tantúm in judicio allegantur: his enim uti quemvelle, non statim existimandum est, *Cognol. in l.* 1. *n.* 57. & 58. *C. de edend.* Quemadmodum igitur superjure eligendi pedagii controversiam patiens, si privilegio id sibi competere asserat, & ad illud probandum tempus immemoriale deducat, ad editionem privilegii amplius cogi non potest, *Rosfred. quæst. Sabbathin.* 32. *num.* 26. *Dec. cons.* 271 *num.* 6. cùm tempus faciat, ut sit quod aliquando esse potuit, *Barbatia cons.* 10. *n.* 4. *Menoch.* 3. *præsumpt.* 151. *nu.* 47. *Majcard. de probat. concl.* 1372. *num.* 33. *Rol. á Vall. cons.* 66. *num.* 49. *vol.* 2. *Bursat. cons* 127. *n.* 29. *Iacob. Pute. decis.* 466. *n.* 6. *lib.* 2. *Ferdin. Vasqu. ill. contr. c.* 81. *num.* 12. & 15. *Fr. de Clapper. caus.* 22. *q.* 2. *num.* 3. & 4. *Gutierr. pract. quæst. lib.* 3. & 4 *q.* 14. *n.* 59. Ita patiter privilegium immunitatis in judicio allegatum, statim edi non oportet, nam cùm tam ex vero, quám præsumpto titulo seu præscriptione, libertas á solutione acquiratur, alterutrum præstitisse sufficit, *Caspar. Ant. Tessaur. qq. forens.* 76. *num.* 10 *qui Senatum Pedem. ita judicásse refert.* *c*) Singulares quidem testes possessionem probant, cúm possessio generis vice fungatur, quæ ex pluribus speciebus constituitur, *Cravet. de antiq. temp. p.* 4. § *siquidem. num.* 11 *Bertaz. cons. civil.* 123. *n.* 36. Præscriptionem autem non probant, quia est acquisitio dominii per continuationem possessionis temporis lege definiti, §. 1. *Instit. de usucap.* in certo ergo initio & fine temporis eos convenire oportet, *Rim jun. cons.* 26 *n.* 45. *Ioan. Vinc. Honded. cons.* 82. *num.* 45. *vol.* 1. *Bardell. cons.* 94. *n.* 11. *Lancell. Gall. cons.* 25 *n.* 43. *in puncto Bursat. cons.* 124. *n.* 17. nisi aliqui de majori, quám 40. annorum spatio deponerent, cúm in majori etiam minus insit, *Ruin. cons.* 92 *n.* 8. *lib.* 4. *d*) quia non est adeó facilis probationis *l. actor. C. de probat. c. quoniam contra. eod. tit.* & ex libris publicanorum, fisco non reperiantur immunes descripti, ostenditur *l.* 1 *C. de exact. trib. lib.* 10 *l. fin. C. de reb. cred. Natt. cons.* 486 *n.* 4 *Menoch. cons.* 75. *n.* 1. *Fab. de Anna cons.* 59 *n.* 46. *Crav. cons.* 57. *n.* 9. *Surd. cons.* 525. *n* 11. *Dec. cons.* 496. *n.* 7. & 8. *And Gylm. dec.* 10. *n.* 1. *in f. lib.* 2. *Gall. cons.* 94. *n.* 27. *Burs cons.* 138. *n* 48. Item per publicam vocem & famam, *arg. l.* 5. §. 6. *ff. de re*

dert milit. Natt.d.conſ.nu.6. & ſi de negativa hoc caſu deponerent, eorum teſtimonium redderetur ſuſpectum; vectigalium ſiquidem ſolutio, actus reiterabilis eſt, cui ſemper nec adſunt, nec adeſſe poſſunt, ut ſit negativa non coarctata loco & tempore veroſimili, *Corn.conſ.105.num.14.vol.3.Rim.Iun.conſ.589.n.30.& 31.& conſ.26.n.59. & ſeq. ubi plures accumulat.*

39. Maximé autem controverſum inter juris interpretes, num præterea teſtes de interpellatione Domini, ſubſecutâq; denegatione fidem facere cogantur? Diſſentientes ex utraq; parte communi Dd. ſuffragio ſe ſuffulciri credunt; ego tamen negantium opinioni, utpoté receptiori & veriori, accedere non dubitarem.

Rationibus non levis ponderis pugnant, qui interpellationem neceſſariam arbitrantur; Ajunt enim, jus exigendi vectigalis eſſe unum adverſus omnes, non diverſa jura contra ſingulos, *l.ſi plures 10.ff.de aq.pluv.arcend.* Cùm ergo ab omnibus aliis exigitur vectigal, conſervatur etiam jus exigendi adverſus non ſolventem, *Bart.in l.licitatio.§.earum.verſ.quæro quid ſi privatus.n.4.ff.de public. Natt.conſ.431. n.24.Roſenth.de feud c.5.concl.46.n.2.& lit.b.ubi citat.l placet l.iu qui uſumfructum.ff. quib.mod.uſufr.amit.Rol.á Vall.conſ.5.n.77.vol.1. Peregrin.de jur.fiſc.lib.6.tit.8.n.30. Gratia in addit.ad deciſ.ſuam 148.n.2.Surd.conſ.323.n.44.Mynſ.reſp.19.n.57.* cui adſcribit *Bardell.conſ.96.nu.17.* & hanc, quòd conſuetudo appelletur ſive univerſitas contra privatum, ſive pravatus contra univerſitatem præſcribat, *l.venditor.13.§.1. ff.comm.prad.c.fin.ff de offic.Archidiac.* in terminis immunitatis *Natt.conſ.406.num. 9.& conſ.431.num.13.* conſuetudo autem non introducitur ex actibus difformibus. *Fr.Bec.conſ.7.n.27.Burſat.conſ.360.n.52.* Ideoq; aliquibus ſolventibus non ſolventes conſuetudinem pro ſe allegare nequeunt. Deindé non ignoti juris, in actibus meré voluntariis non currere præſcriptionem, niſi quis eam exercere volens prohibitus ſit, & tempore ad acquiſitionem horum jurium ſufficiente, tacuerit, *gl. & Dd.in l.hac autem jura.ff.de S.V.Prad.* Vectigalium autem impoſitio eſt actus meré voluntarius, poteſt enim Dominus imponere & non imponere, exigere vel non, *Rim.Iun.conſ.10.n.34.* ſic in non diſſimilibus terminis Vaſallus non acquirit, etiam per mille annos libertatem à ſervitiis domino debitis, niſi interpellatus ſervire recuſet, & domino poſſeſſionem intervertat, *Paris de Put.feud.redintegrat.c.65.num.6. Zaſ.conſ.15.n.6.vol.2.Schrad de feud.c.6.concl.82.lit.a.* Ex quibus fundamentis quæſtionem noſtram affirmativé definiunt, *Alex.conſ.136.n.18.& 20.vol.2. Boër.deciſ. 264.n.19. Gram.conſ.69.n.13.& 14. Brun.conſ.32.n.8. Chaſſan.in Conſuet. Burg.rubr. 14.verb.nouvelle Chevallerie.n.14.Garz.de Expenſ.c.8.n.43.Pyrrh.Engleber.in conſuet.Aurel.tit.de præſcript.c.4 in fin. Villalob.com.opin.verb.præſcriptio.n.221.& 256. maximé Rim.Iun.conſ.10.n.30 & ſeqq mult.& conſ.34.n.19. & conſ.589.num.52.& ibi nominatim Crav.& alios reprehendit. Lancell.Gallia conſ.25.num.47.& 49. ubi Cravetta opinioni, ex quo in cauſa propria judicarit, non eſſe deferendum ait. Burſat.conſ. 141.n.24.& 25. qui itidem non obſtante Cravetta & aliorum opinione, veriorem & communiorem dicit. Fr.Becc.conſ.230 n.41. Nic.Everh.Iun.conſ.10.n.11.lib.1. Mand.conſ. 62.n.38. Hor.Carp.ad ſtat. Mediol.p.1.c.218.n.18. Mich.Nizol.all.48.n.6. Comp.Symph. am.4.p.1.vot.30.n.129. Rol.Cavagnol.deciſ.21.n.30.lib.1.* Sed nimis præcipiti curſu,

in hanc

in hanc sententiam prolapsos tantos viros, qui fundamentorum, quibus innituntur, vix expenderit, facilé animadvertet; quod enim de conservatione juris exigendi, adversus omnes, per exactionem ab aliquibus factam ad pergitur, ita intelligendum, si jurium illorum possessionem nemo intercipiat, sed quando possessio est vacans, *post Dec. cons.* 271. *n.* 17. *Ferd. Vasq. illust. contr. c.* 2. *n.* 6. *vers. & Accursius. & sumus in individuo.* Ex quo autem nihil ab aliquo exigitur, statim favore libertatis possessio domini, sine aliquo facto interrumpitur, *concl.* 37. *lit. c.* quin ergo tempore á lege definito ea confirmari queat, ut deinceps domino exigendi jus in futurum nó competat, dubium non patitur: Idq; ratio ab absurdo petita suadet; foret siquidem haec amissa regula, ut nunquam privatus onera imposita usucaperet, dominis aliquos á quibus exigerent, semper retinentibus: undé dictum *Bartol. post Angel. Natt. cons.* 431. *num.* 24. explicat de nondum completa præscriptione, non autem quando aliquis cessasset solvere tanto tempore, quoad præscriptum fisset, *per bon. text. in l. olim causam. de censib. c. quarta. de præscript. ubi non attenta ratione jam allegata præscriptio admittitur.* Pariter cúm hic non agatur de jure quærendo publico, sed privato; & ita in terminis præscriptionis nudæ versemur, *Rol. á Vall. cons.* 5. *n.* 76. *vol.* 1. non potest in discrepantia actuum, quæ consuetudinem, non præscriptionem impedit, fundamentum poni: ut reliqua maneat difficultas, quomodo intelligendum sit, quód in actibus voluntariis non admittatur præscriptio, nisi facta contradictione. Et quidem assertio hæc in actibus meræ facultatis, non in iis quæ ex contractu descendunt, *Albert. Brun. cons.* 95. *n.* 8. vel cum quibus actio nascitur. *Crav. de antiq. tempor. p.* 4. § *circa præmissa. n.* 35. vera putatur. Pro solutione autem vectigalis contra detrectantes eandem dependere domino, condictio ex lege, vel privilegio, quemadmodum infrá firmabimus, competit. Consequens ergó est, ut 30. 40. annorum jugi silentio ab eadem petitione excludatur, *l. sicut. l. omnes. C. de præscript.* 30. *vel.* 40. *annor.* Quod unicum argumentum tantæ efficaciæ est, ut plerosq; á jam citatis divellat, *Id. Cravet. cons.* 111. *Ruin. cons.* 117. *n.* 13. *vol.* 1 *Covar. in c.* 2 *p.* 2. § 2. *n.* 8. *Ceph. cons.* 528. *n.* 51. *Rol. á Vall. cons.* 5. *n.* 61. *vol.* 1. *Renat. Chopp. de jurid. And. c.* 10. *n.* 3. *Ioseph. Ludov. dec. Perus.* 3. *n.* 1. *lib.* 1. *Pancir. cons.* 23. *n.* 10. *Surd. cons.* 525. *n.* 9. & 10. *Florez. de Men. pract. quæst.* 21. *n.* 266. *Menoch. cons.* 887. *n* 33. & *n.* 54. *ubi triginta Dd. pro hac sententia adducit. adde Gratian. discept. forens.* 89. *n.* 21. *Sim. de Prat. cons.* 170. *n.* 55. & *seq. Coth. cons.* 11. *n.* 97. *Ant. Sola ad const. Subaud. tit. de jure Emphyt. p.* 3. *glos.* 2. *n.* 12. *Gabriel com. opin lib.* 1. *de probat. concl.* 6. *n.* 38. *Iacob. Marchisell. lib. recollect. q.* 122. *n.* 9. *P. Gilken. in auth. quas actiones. n.* 11. *C. de SS. Eccles.* In primis verò interpellatione tum minimé opus, si aliquis ab immemoriali tempore non solvit vectig. l. *Cravet. cons.* 111. *num.* 25. *Mynsing. resp* 6. *decad.* 15. *num.* 68. aut titulum aliquem licet vitiosum ostendat, *Rol. á Vall. cons.* 5. *num.* 62. *vol. Modest. Pistor. cons.* 4. *n.* 34. *lib.* 1. *interminiu, Castr. cons.* 314. *n.* 2. specié tamen in rem loquentem, non diversam, *Rimin. Iun. cons.* 258. *n.* 40 *Gallia cons.* 25 *n.* 61. 62. & 80.

40. Privilegia immunitatis in favorem immunium latè interpretanda sunt, *a* unde pro se, heredibus, & descendentibus data immunitas, non solúm ad primum, sed & ad sequentem gradum heredum, *b* tam masculos, quám fœminas porrigitur. *c*

a) *Ioan. Parlador. rer. quotid. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 30. *in prine.* distinctione hâc rem explicare

plicare satagit: aut civitas aliqua, vel Princeps vectigalia indicit: hoc casu odiosa non sunt, *l. 1. ff. de loc. pub fruen. ibi: tuetur enim vectigalia.* & imponuntur ut regalia, ut Princeps inde victum sumat, justitiamq; administret, *Rim. Iun. cons. 72. n. 34. &* 41 illo ve ó contrarium asserendum, *Parlador. & Rim. dd. loc. Gallia cons. 25. n. 96. Bardell. consil. 94. n. 2. & seq.* Absque tamen limitatione illa, verius est: vectigalia, quoad personas quibus imponuntur, odiosa esse: continent enim diminutionem patrimonii, libe umq; rerum commercium, contra jus gent. nonnihil impediunt: Omnis autem recessus á jure communi est odiosus, *post Tiraquel. de retr. lignag. Guior. de gabel. q. 6 n. 4. & 7. Angel. cons. 385. n. 1. Rol. á Vall. cons. 42. n. 25. lib. 3. Cacher. decis. 4. n. 7. Surd. decis. 305. n 45. ubi mirum esse ait, quòd Rim. ausus fuerit contrarium asserere contra omnes Dd. Gratian. discept. forens. 17. n. 17. & seq. ex Ruino tradens, causam quidem vectigalium favorabilem esse, cùm fiat ob utilitatem publicam; sed actualem impositionem nunquam. Claud. Bertaz. in addit. ad Patr. cons. crim. 6. lit. b. hodie omne dubium cessare asserens, Pacian. cons. 131. n. 35. Kopp. decis. 50. n. 1. Personal. de gabell. n. 38. Hor. Rovat. decis. Lucens. 94. vers. quod autem sumus. Mastril. decis. 87. n. 26* Unde firmatur elicitur conclusio, Immunitatem á vectigali in dubio latissimé interpretandi *l. servitium 18. q. 2. Surd. d. decis. n. 45. in pr. Natt. cons 274. n. 8. Bertaz. cons. crim. 491. n. 10. Alciat. cons. 18. n. 5. vol. 4. Rol. á. Vall. cons. 42 n, 22. vol. 2. Bero cons. 70 n. 30.* vid. b) Vox heredis subsequentes quovis denotat, *l. heredis appellatione 170. ff. V. S.* in puncto, *Bertran. cons. 95. n. 1 & 3. vol. 5.* & generalem *Acac. Enenk. de privil. lib. 2. c. 4. n. 65. post Bart.* notat regulam, nomen heredis, si non apponatur tali materiæ, quæ sui natura cohæreat personæ, omnes sequentes comprehendere: & hinc rectè privilegium immunitatis á vectigali, clausulam *pro se, eorum heredibus, & successoribus continens,* ad emptores & successores particulares *per l. fluminum 24. §. 1. ff. de dam. inject* extendit *Alciat. cons. 18 n. 2. lib. 4.* c) *c. 1. in pr. Novel. 118. l. fin. C. de fu. & legit. hered. in terminis Claud. Bertaz. in addit. ad cons. 191. lit. c.* ubi non solùm ad fœminas sed etiam ex iis natos extendit, *Natt. cons. 64. n. 8. Diff. Bardel. d. cons. 94. n. 3. citans. Alciat. cons. 7. n. 77. M Brun. ab Anguil. cons. 54. n. 27. per l. 1. ff. de jur. immun.* Verùm his respondetur, immunitatem non semper esse contra utilitatem publicam. *l. un. C. de impon. lucrat. descript.* maximé si Princeps non contra, sed præter jus de bonis fiscalib. largiatur, *arg. l. 2. C. de bon. vacant. G. Pap. decis. 489. vers. & quia beneficium. Ar. Pinel. in l. 3. C. de bon. matern. n. 31. vers. hoc autem addendum.*

vectigalia jure odiosa.

41. Civibus *a* concessa immunitas ad cives futuros, *b* [non tamen negotiatores illius loci *c*] tum quoq; ad augmentum vectigalis *d* extenditur: quemadmodum quoq; á vectigalibus, Principis alicujus territorio impositis exemptus, ab his, quæ in terris noviter acquisitis solvenda sunt, liber censetur. *e*

a) Intellige de his, qui domicilium in civitate fovent, non nudum nomen originis, quod non attenditur, *l. 2. §. sed hi sunt. ff. ad SC. Tertyl.* jactantibus: cùm non sint civitate, qui perpetuâ consuetudine se ab illa separavit, *l. ex facto 35. §. 3. ff. de hered. instit.* & originarius, qui onera non sustinet, habetur pro forensi, *Castrens. consil. 89. num. 3. lib. 2. Rol. á Vall consil. 79. num. 29. & 30. lib. 3. Bertaz. cons. crim. 109. num. 14. Natt. consil. 139 num. 14* quamvis multa *ex Bertaz. cons. civil 55. & consil 56. per tot.* contra argui possent. Originarius, qui in loco originis, & alibi domicilium fo-

vet, privilegio utriusq; loci gaudet, *Bertr. cons. 150. per tot. vol. 3. p. 1.* *b*) *l. forma 6. §. 3. ff. de cens. l. si grege 21. de leg. 1. l. 3. ff. de R. V. Anchoran. cons. 204. n. 8.* *c*) Cur excludis, si immunitatis privilegia largam interpretationem recipiunt? Privilegia ita interpretanda esse, ne absurdus inde sequatur sensus, penè tristissimum: Sed clerici si negocientur, á vectigali immunes non sunt, *c. quanquam. de consib. in 6.* Deinde indefinita oratio non æquipollet universali, quando omnium in indefinito comprehensorum non est par ratio: diversa autem ratio est non concedendi immunitatem negotiatoribus, sicut reliquis: quia illi de lucro non omittendo, hi damno vitando agunt, unde illi faciliùs gravari possunt, *Natta cons. 139. n. 4. 5. & seq.* Nec effectu privilegium, negotiatorum respectu caret: quia nata in prædiis, etsi usus causa non portentur, vectigali non subjiciuntur. *d*) Cùm augmentum sequatur naturam sui principalis, *l. inter 26. §. 2. ff. de pact. dotal.* qui immunis est ab ipsa impositione, ab auctione quoq; immunitatem meretur, ne per indirectum admittatur, quod ob eandem rationem directo fieri prohibetur, *Menoch. cons. 105. n. 8.* & vectigal universum quid est, quod cum augmento & diminutione transit; semelitaq; data ab eodem immunitate, augmentum, cujus non extat principale, exigi non potest, *Menoch d. cons. n. 27. & seq.* *e*) Indefiniti sermonis ne luminibus officiatur, hic effectus est, ut luminibus, quæ nunc sunt, & postea fuerint offici nequeat, *l. si servitus 23. ff. de S. V. P.* & quæ de toto regno dicuntur, intelliguntur quoque de villis & castris, *c. cùm in partib. de V. S.* etsi per augmentum accedant, *Fr. Marc. decis. 425. n. 8. lib. Tap. in l. fin. p. 1. c. 4. n. 7. ff. de constit. Princ. Tib. Decian cons. 123. n. 71. vol. 3. Horat. Carpan. ad stat. Mediolan. p. 2. c. 66. lit b. Sixtin. inter cons. Marp. cons. 14. n. 98. Natt. cons. 340. n. 25. Menoch. cons. 201. n. 148. & cons. 1105. n. 8. Fab. de Ann. cons. 61. n. 18. vid. tamen Bursat. cons. 138. n. 12.*

indefinita locutio non æquipollet universali quando omnium in indefinito comprehensorum non est eadem ratio.

42. Quin autem Princeps, ex pacto familiæ jus succedendi in alterius Ducatu habens, qui futuris subditis contra eorum immunitates non facturum, neq; nova onera se imposiurum promisit, in proprio suo Ducatu, in quo illi subditi liberé negotiari consueverant, permittente Cæsar. Majest. nova vectigalia exigere possit, *a* non est hæsitandum. Veré quoq, subditi ex privilegio immunitatis, in casu inopinati belli, *b* nisi illud ex contractu oneroso acquisitum sit, *c* & verba amplissima vel negativa complectantur, *d* haud tueri se poterunt.

a) Pacta enim & obligationes conditionales non perficiuntur nisi impleta conditione, *l. hac venditio ff. de contrah empt. l. cedere diem 213. ff. de V. S. c. fin. de sponsa. in 6. Ant. Tessaur. decis. 96. num. 4. Fr. Milan. decis. 4. num. 38. lib 2. Mart. vot. decis. 84. num. 6. Caball. cons. 141. n. 291. vol. 1. Monald. cons. 77. n. 2. vol. 2. Gal. Malvas. consil 61. n. 28. Rol. Cavagnol decis. 12. num. 4. lib. 1.* Hic autem sub incerta die, qua in Ducatu alterius succedet, se non impositurum nova onera promisit, quod idem est ac si sub conditione promisisset, *l. sub conditione 16. ff. de cond. indeb. l. 1. de condit. & demon. Theming. cons. 39. n. 49.* Unde subditi ex obligatione nondum impletâ, tanquam sine actione agentes á limine judicii, *Alex. Ambros. decis. 3. num. 34. Paul. Duran. de cond. & mod. imposs. pag. 5. c. 1. n. 6. Barz. decis. 90. num. 7.* repelluntur; Deinde licitum cuivis est

viscst lucro suo inhiare, *l.1.§.denique.ff de aq pluv.* damniq; infecti actio non competit, h jure tuo aquam mihi abducas; maximé enim interest, utrum damnum quis patiatur, an lucro quod adhuc faciebat prohibeatur, *l. Proculus 26.ff.de damn infect.* Subditi autem ducatus, in quo Principi jus in spe est, negociando liberé in territorio quod ipsius proprium est, pro lucro reputare id ipsum debent, cùm omnes negotiati ni interesse volentes ad præstationem vectigalis obligentur, *l.exprestatione.l.omnium.C.de vectigal.& commiss.* Unde si, Cæsare â benignitate favente, Princeps vectigalia exigat, non pro novo onere & diminutione patrimonii, sed amissione lucri intelligere id debent, *Thoming.d cons.39.num 55.& seq.* b) *l.unic. C.ut nem. lic. se ab empt. spec. Marc, decis. 458. num.19. pag.2. Natt.consil.63. num.1. Ripa de pest.remed.præservat.num.23. Gail.2.obs.52.num.17. Mynsi.4.obs.70. in pr. Sebast.Medic.de casib fortuit p.2.q.1.num.4. Losæ.de jur.universi.p.3.c.10.n 28. Plot.de inst.jur §.1.n.17. l. Philip. Port.cons.143.n.7. Cæs.Vrsil.in addit.ad Afflict.decis.125.num. 5. Alex.Raudens.de analog.lib.1.c.22.num.30.* c) In contractibus enim non subauditur regula rebus ita stantibus, & quod in iis omissum est, pro non apposito habetur, *l. si repetendi 7. C. de cond. ob caus. Menoch. cons.156.n.33.& in termin. cons.105.num.14. Roll.á Vall.cons.76.num.23.lib.2. Schrader.de feud p.10.sect.1.num. 130. Cæsar Maxent. cons.84. num.31. Lancell. Gall. consil.44. num.37.* d) utpote ab omnibus oneribus, tam cogitatis, quàm incogitatis daretur, *Cacher.decis.91.n.12. Natt.cons.310. nu.2.* quia in genere de casu necessitatis cogitatum est, *l.qui jure milit.7.ff.de test.mil. Petr Fontanella de pact.nupt.claus.3.gl.2.n.11.* qui in audientia Cathaloniæ ita judicatum refert: & verba universalia in materia odiosa non restringuntur, *l.35.ff de pact.* maximé igitur in immunitatis materia favorabili cõprehendent similia, & majora expressis, *Rol.á Vall.cons.5. n.45.vol.1. Cephal.cons. 367.per tot. Alciat cons.3.n.1 & 2.lib.4 Ripa in l.heredes.n.51.ff.sol.matrim. Dec.cons. 11.per tot.vol.1. Gall.cons.44.n.17. in immunitate á vectigali loquens Burs cons.138.n.27.* In primis autem hæc locum sibi vindicant, si verba adsint negativa, quæ non verificantur in primo actu, sed in infinitum extenduntur, *l boves.89.§.1.de V.S. l.si in qui dotata 13.§.2.& 3.ff.de reb.dub* post quàm plures *Menoch.d.cons.1105.n.12.* Si tamen necessitas tanta sit, ut nullatenus ei provideri possit, nisi exemti conferant, cessabit privilegium, *l.11 §. quoties ff. de mun.& honor. Fontanel. d.claus.3.glos.2.n.13.& ante eum Roland.á Vall.cons.5.n.52.vol.1.& cons.80.n.27.vol 3.*

43. Perduntur hæc immunitatis privilegia per actus contrarios, *a* & abutendo. *b*

a) Non utens privilegio decennio regulariter id amittit, *l.1.ff.de nund. Bass. t.de Princ.n.39. Gail.2.obs.60.n.1. Fab.de Ann.cons.59.n 75. Malv.cons.60.n.23. Enaeck.de priv.lib.3.c.15.n.27. A.Fab in C.lib.7.t.13.defin.10.n.1. P.Henriquez.cons.67.* n.1 quod in his quæ faciendo consistunt, uti privilegio exigendi vectigal, quàm verissima; modò tamen voluntarié usus non sit, nam si occasio utendi se non offerat, nemine timore belli, pestis, vel alia ex causa ad locum exactioni destinatum accedente, non amitti apparet, *arg. l. Et Atilicinius.35 ff. de S.P.R. Bald. de præscript. in 4. par par. 5 pr. quæst.4 n.3. Ant. Padil. in l. falso.n.4. C. de div. rescrip. Decian. cons.66.n.65. vol.3. Vasqu. quæ infr. c.2.n.2.* ne quidem mille annis, *Malvas. cons.92.n.80. Bernh. Grav. præt. conclus. lib.2. concl.60. consid.2. num.2.* quemadmodum quoque non usu

minimé perditur, quando facultas utendi, in arbitrium privilegiati formaliter collata est; aut ut alii explicant, facultas utendi tempus, non ipsum privilegium respiciat, *Tap. in l fin. p. 2. c. 1. n. 13 ff. de constit. Mastril. decis. 96. n. 7. Balb. de præscript. d. q. 4. n. 3.* Quia autem privilegia immunitatis in non faciendo consistunt, ex actu contrario horum amissio, & renunciatio inducitur, *c. cúm accessissent. 8. & c. seq. de constit. l. commissa. 4. C. de pact. int. empt. l. 2. C. de jur. dom. impet. Brun. cons. 99. n. 8. Meichs. dec. 6. n. 4. tom. 3. Enenck. de priv lib. 3. c. 15. n. 14. Grat. discept. forens. 302. n. 2.* non quidem unico, sed pluribus. Juridica enim, & communis Dd. distinctio est, aut privilegia continent actum momentaneum, aut successivum. Priori quidem casu uno actu contrario perduntur, *Bart. in l ult. ff. de constit.* Sed immunitas á vectigali continet actum successivum, ut ita ad abolitionem ejusdem plures actus requirantur, *l. 2. & 3. C. de his qui spont. mun. subier. l. voluntariæ 12. C. de excus. muner.* & demum si 30. vel 40. annis onus subierit privilegiatus tenetur, *c. accedent. c. de terra. de privil. G. Pap. dec. 387. n. 1. Sol. adnov. const. Subaud. tit. de jur. emphyt. gl. decretorum. n. 12. Ioh. Phil Monsp. cons. 31. n 3. Tessaur. dec. 293. n. 3. Flor. da Men. quæst. var. 21. n. 260. Tap. in l. fin. p. 2. c. 2. n. 29. ff. de const. Princ. P. Fontan. de pact. nupt. d. claus. 3. gl 2. n. 17. Bertaz. cons. crim. 394. n. 14. in individuo, Alex. cons 33. n. 2. vol. 5. Personal. de gabell. n. 74. Fran. Pfeil cons. 196. n. 27. Burs. cons. 25. n. 17. Cors. sing. 268.* ratio est, quia ut privilegium perdatur, actus debet esse omnino contrarius, & incompatibilis cum eo, *Enend. d. c. 15. n. 19. Gylm. dec. 14. n. 48. lib. 2.* Sed immunitatis privilegium est generale, quod ad omnes exactionis casus extenditur, & qui semel solvit vectigal, facit actum in particulari, *Tiber. Dec. cons. 43. n. 29. vol. 3.* In possessorio tamen, si decennio solvat, quem sibi præjudicare tradit, *Festas. de æstim. p. 4. c. 4. n. 31.* Quód si clausulam irritantem, & annulantem adjectam habeat privilegium: infici ajunt possessionem ejus, qui contra libertatem præscribere nititur, *Menoch. cons. 348. n. 48. Verall. decis. 134. n. 4. Rot. Gen. decis. 18. n. 8. & alii quos congerit Grav. d. concl. 60. consid. 5. n. 6.* Universitati, cui immunitas á vectigali competit, non nocent solutiones á particularibus personis factæ, immunitas enim ad plures, ut universos, non singulos pertinet; & quod est universitatis, non est singulorum, *§. universitas. I. de rer. divis. l. in tantum. 6. §. 1. ff. eod.* nec quod cujusquam est, sine facto suo illi debet adimi, *l. quod nostrum. ff de R. I. Ias. cons. 81. n. 3. vol. 3. Natt. cons. 274. n. 13. Myns. resp 19. n. 30. Modest. Pistor. cons. 12. nu. 12. vol. 1. Fortanel. de pact. nupt. d. claus. 3. gl. 2. n. 18. Gail 2. obs 60. n. 10. & seq. Rimin. jun cons. 26. num. 10. & 11. Gram. decis. 100 n. 24.* Sed hanc doctrinam notabiliter limitat, *Abb. cons. 61. vers. sed ad majorem. vol. 2.* ut tum non inveniat locum, si pluries solverint vectigal privati, ut verosimiliter in notitiam omnium civium, vel majoris partis venerit, túm enim per consuetudinem contrariam videri recessum á privilegio, *Bertaz. cons. crim. 349. n. 18. Mod. Pistor. d. cons. 12. n. 18.* Necesse autem est insuper non intervenisse actus difformes, id est, aliquos transiisse sine solutione pedagii: quia ex illis non introducitur consuetudo, *in puncto Ruin. cons. 217. n. 8. vol. 1. Dec. cons. 215. n. 8.* actus plures palám factos, & alia requisita intervenisse, de quibus *ap. Dec. d. loc. Alex. cons. 173. vol. 6. & Dd. passim.* b) *c. ut privilegia. c. cúm & plantare. de privil. c. sic decet. 25. q. 2. l. qui sine usuris 38. ff. de negoc. gest. l. Christianis. 6. C. de pagan.* Ideoq; si immunis sub specie suarum rerum, alterius bona vectigali obnoxia deferat, privilegium amittit *arg. l. si sub prætextu. C. de SS. Eccles. P. Duenn. in reg. in verb. gabel. n. 3. Boss. tit. de fraud vect. n. 3. Ant. Corset. singul. 127. verb. gabell. Pfeil. cons. 196. n. 28.* quia contra finalem causam

sam privilegii agunt, quæ est, ut ipsi soli, non alii, hoc jure utantur, *l. fin. C. de spect. Ludaos* 11. *C. de Iuoa. Malvas. cons.* 35. *n.* 12.

44. Generali quidem novorum vectigalium impositione privilegia libertatis non tolluntur: *a* expressé tamen, *b* si præcedens contractus *c* non impediat, ea revocare Princeps non prohibetur.

a) Tralatitium est, legem generalem, etsi propter publicam seratur utilitatem, nunquam tollere privilegia, quæ é diametro ei adversantur, *l.* 1. § 4. *C. de Iustinian. Cod. confir. Carens. ibid n.* 5. *c. erit lex.* 4. *distinct. P. Barbos. in l.* 1. *pag.* 1. *n.* 5. *vers. & quoad primam. ff. sol. matr.* quia consuetudines & privilegia particularia Imp. ignorat. *c.* 1. *de constit. in* 6. ideo nec eis derogare intelligitur, *l. cum Aquiliana* 5. *ff. de transs. Suarez. alleg.* 28. *num.* 10. *Gabriel. com. concl. de* R. *l. conclus.* 9. *num.* 6. *iidem bene citatis Barbos. d. loc.* Si tamen privilegia corpori juris sint inclusa, Princeps ea scire, & lege contraria tollere creditur, *d. c.* 1. *de constit.* Inter generalem autem impositionem novorum vectigalium, & quibusdam datam immunitatem talis non reperitur contrarietas, ut simul stare nequeant, *Sim. de Prat. cons.* 69. *n.* 1. *vol.* 1. *Menoch. de recuper. possess.* 14 *n.* 13. *Port. cons.* 28. *n.* 40. *Viv. decis.* 207. *n.* 5. ut recté placuerit, civem, qui a vectigali per speciale privilegium immunis est, adhuc exemptum censeri, quamvis novum vectigal omnibus indicatur, *l.* 3. *C. de silent. Bart. in l placet. n.* 6. *C. de SS. Eccles. Vasq. de success. resol. lib.* 1. § 9. *vers. infertur. Scip. Rendin. in prompt. recept sent. tom.* 1. *tit.* 92. *n.* 6. *in individuo versantes Castrens. cons.* 313 *n.* 5. *lib.* 1. *Burs. cons.* 138. *n.* 52. *Natt. cons.* 274. *n.* 2. & 10. *b*) Princeps ex pacto obligatur, *l. donationes.* 3. *C. de donat. int. vir. & uxor.* nec donationem simplicem, pro quâ non intervenit pretium, potest retractare, *c. intellecto. de jurejur. Fr. Card. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib.* 13. *tit.* 40. *n.* 5. & *seq.* At in immunitatibus, quæ stant in terminis privatæ legis, lex non ligat concedentem, *Natt. cons.* 512. *n.* 16. nam jus civile seu positivum sine causa, *Brun. cons.* 1. *n.* 33. *Dec. cons.* 390. *n.* 13. *Cravet. cons.* 119. *n.* 2. & *in tr. de antiq. temp p.* 1. *in pr. n.* 38. *Alex. cons.* 2. *in fin. vol.* 1. *Petr. de potest. princ. c.* 24. *n.* 7. ergo & privilegia Princeps tollere potest, *Alex. cons.* 101. *in pr. vol.* 2. *Lancel. Conrad. in templ. om. jud. lib.* 1. *c.* 1. § 4. *verb. privilegia revocare. num.* 1. Maximé autem hæc immunitatis privilegia, cùm non veré, sed fictè, *Guer. Pison. in pralud. feud. c.* 15. *n.* 7. *Natt. d. consil.* 512. *n.* 16. ob actum successivum, dominium tribuant; vel, ut planiùs dicam, in contractum juris gentium non transeant, *Felin. in c. novit. n.* 8. *de jud. Viv. decis.* 207. *n.* 6. *Molin. de Hispan. primogen. lib.* 2. *cap* 3 *n.* 21. *c*) Contractus qui juris gentium sunt, non possunt aliqua ratione immutari, § *sed hac naturalia Inst. de l. N. G. & C.* quibus, si se subjecerit Princeps, conveniens est, ut ex iis obligetur, *l. est receptum.* 14. *ff. de juriid.* Cùm nihil sit quod lumine clarius præfulgeat in Principe, quàm recta fides, *l. inter claras. C. de sum. Trin. secundùm communem, Gabriel. com. concl. lib.* 3. *concl.* 6. *num.* 5. *Rol. á Vall. cons.* 5. *n.* 8. *vol.* 1. *Bertaz. cons. crim.* 331 *n.* 6. *ubi Claud. in addit. lit. a. Mod. Pistor. cons.* 12. *n.* 47. *vol.* 1. *Malvas. cons.* 35. *n.* 13. *Natt. cons.* 310. *n.* 1. & *cons.* 397. *n.* 10 *Thoming. cons.* 24. *q.* 2. *n.* 4. *Hier. Maril. in repetit. l. quoties. n.* 15. *C. de R. V. Cas. Manent. cons.* 84. *n.* 54. *Azeved cons.* 17. *n.* 8. *Rim jun cons.* 323. *n.* 3. Obiter hìc attingere liber, quomodo intelligendum sit, quod *Bald. in l. qui se patris. n.* 14. *C. und. liber.* valdé singulariter limitando jam dictam regulam destruit: Principem privilegio oneroso concessam jurisdictionem, non solùm singularium personarum, sed etiam com-

munitatum, supprimere posse, *Boss in tit. de regalib. n.* 31 & 34. *Bellug. in spec. Princip. rubr.* 22. § *quia. n.* 31. *Natt. cons.* 636. *n.* 54. Contrarium siquidem hoc ipsum hactenus traditæ assertioni: Principem pactis conventis obligari, *Camil. Borell. in addit. ad Bellug. in spec. rubr.* 1. *n* 12. *Men. cons.* 264. *n.* 216. *Cravet cons.* 241. *n.* 12. & privilegia, quæ sui natura sunt revocabilia, si pecunia intervenit, *Rol. à Val. cons.* 13. *n.* 32. & *seq. vol.* 3. *Cephal. cons.* 254 *n.* 21. & in specie jurisdictionem, per pactum, vel pecuniam mediante, concessam, non posse revocare. *Cravett. cons.* 592. *per tot. Menoch. cons.* 104. *per tot.* verè nihilominùs locutum fuisse Baldum ex eo animadvertere licet, quòd non de jurisdictione, cujus dominium utile vel directum translatum sit, *Boss. d. tit. de regal. num.* 32. *Natt. d. cons. num.* 54. *in fin.* vel pactum de non revocando jurisdictionem adjectum sit, disserat, in quo rectè Menoch. & Cravett. proximè à legatis consiliis responderunt, Principem circa revocationem nihil posse: verùm in eâ specie versetur, qua conventio fit super solo exercitio jurisdictionis, nec de revocatione quippiam exprimitur, cùm enim jurisdictio sui naturâ, hanc habeat innatam proprietatem, utpotè à concedentis voluntate dependeat, ab eoque possit quandocunque revocari, *l. judicium solvitur.* 58. *ff. de jud. l. un. C. de Metrop. Bery lib.* 11. *Menoch. 2. præsumpt.* 10. *n.* 14. *Natt. d. cons.* 636. *n.* 52. Si ergò pactum de non revocando jurisdictionem omittatur, intelligitur juxta subjectam materiam, & naturam suam concessa. Suprà tradita autem regula eatenus vera est, quatenus Princeps justâ revocandi causâ destituitur; nam si ut litas publica, vel similis alia causa id exigat, etiam immunitatis privilegia, quæ in contractum transiverè, tollere non vetatur, *c. suggestum. de decim. l. quod semel.* 5. *de decret. ab ord. Iason. cons.* 56. *vol.* 1. *Natta consil.* 30. *num.* 2. *Lancell. in templ. om. jud. lib.* 1. *c.* 1. § 4. *verb. privilegia potest revocare n.* 3. & § 8. *seq. num.* 6. *Thom. Gramm. cons.* 100 *num.* 100. *latiss. Barz. decis.* 118 *num* 10 quo casu tamen justum pretium refundendum, *arg. l. si quando.* 9. *ff. de oper publ. l. venditor.* 13. § 1. *ff. com. præd. l.* 2. *C. Quib. ex caus. serv. pro præm. lib. Tap. in l. fin. pag.* 2. *c. fin. n.* 33. *ff. de const. Princ.* & hactenus dicta in summo Principe procedunt: inferiores ab eo privilegia, quæ in contractum transiverè, revocare nullo pacto queunt, *Cachet. dec.* 139. *num.* 72.

45. Idem de privilegio immunitatis ob merita indulto dicendum, utpotè à concedente, ne quidem ex causa ingratitudinis revocari possit: *a* malè autem exinde vulgus interpretum colligit, hæc privilegia ad descendentes in perpetuum propagari. *b* Contraventum esse privilegio, & aliquem immunitate cecidisse, Principi, qui eam concessit, *c* non aliis, *d* competit opponere.

a) quia terminos simplicis donationis notissimè egreditur, & genus quoddam permutationis censetur, *l. sed etsi lege.* 25. § *consuluit ff. de petit. hered. l. Aquilius* 27. *ff. de donat. l. si pater.* 34. § *fin. ff. eod. l. si verò non remunerandi.* 12. *ff. mand. l. quod autem.* § *si vir ff. de donat. int. vir & uxor. Gratian. disc. forens.* 202 *n.* 2. *Tiraq. in l. si unquam. verb. donatione. n.* 11. *Fr. Personal. de cabel. n.* 71. *Fr. Viv. decis.* 141. *Burs. cons.* 138. *n.* 34. *communem attestatur Fr. Card. Mant. de tac. & ambig. convent. lib.* 13. *t.* 2. *n.* 9. Remuneratoriam autem non dici immunitatem, si subdito concessa sit, *ex Pinel. in l.* 1. *p.* 3. *num.* 64. *vers. infertur* 14. *C. de bon. matern.* tradunt *Tap. in d. l. fin. n.* 10. *ff. de const. Prin.*

Prin. Card. Mant. d. lib. 13. tit. 15. n. 22. quia ratione officii servire Principi jubentur, nec is ex obligatione efficaci ad agendum remunerare tenetur, *Affl. decis. 307. n. 5.* cùm cùm dubium non sit, quin subditi, qui Reipublicæ, & Principibus serviunt, illorum ex naturali instinctu debeant remunerari, *l. semper 5 §. negociatores. ff. de jur. immun. l. 1. C. de privil. eor. qui in sacr. Palat. milit. lib. 12. l. cùm navarchorum. 6. Cod. de navic. lib. 11.* certè si solvat Princeps quod naturaliter debet, non repetit, *l. quod pupillus. l. natural. ff. de cond. ind. l. 1. ff. de novat. Cabed. dec. 115. n. 5. p. 1.* Quòd præterea quidam annotant Dd. donationem remuneratoriam non dici, si merita non accedant dimidiũ valoris rei, ob benemerita concessæ, *Tap. d. c. fin. n. 7. Surd. cons. 469. n. 17. Decian. cons. 25. n. 77. vol. 1.* & in ea, quod excedit meritum, revocari posse, *Oliv. Rxal. decis. 518. n. 2. Barz. decis. 118. n. 12.* vix scio an immunitis privilegiis á Principe concessis, applicari possit, ejus enim liberalitas fræno non subjacet, *c. 1. de donat. post quam plurimos Card. Mant. d. lib. 13. tit. 15. n. 35.* & nunquam intelligitur excedere *Mon. cons. 101. n. 31. & cons. 307. n. 11.* ejusq; assertioni circa merita standum, *secundum communẽ Rimin. cons. 323. n. 4. Natt. cons. 367. n. 16. Burs. cons. 138. n. 36. Cabed. d. dec. 115. n. 2. p. 1.* propterea onus probandi, gratiam præponderare meritis, affirmantibus injungendum scripserunt, *Rol. á Vall. cons. 13. n. 64. lib. 3. Tiraq. d. l. si unquam. verb. donationa. n. 341. C. de revoc. don.* b) Vim contractus habere privilegia propter benemerita, jam dixi: non conveniens igitur videtur illud dicere reale, cùm contractus quilibet ad hæredes sint transitorii, *l. 1. C. ut act. ab hered. l. veteres. C. de contrab. & com. stip. facit l. 1. §. 1. ff. de Inst. l. ut virtutum. C. de stat. & imag.* attamen hîc advertendum est, privilegium concessum ob merita, dari ob qualitatem inhærentem personæ, quæ in hæredibus cessat, *l. sordidorum 13. C. de excusat. muner. l. si actionum 14. C. de pact.* & si persona est causa immediata concessionis, privilegium reputatur personale, *Crav. cons. 239. n. 4. Pacian. cons. 142. n. 6. 7. & 8. & cons. 143. n. 1. Jac. Aur. Marta vot. decis. 60. n. 9. & 12. Gratian. discept. forens. 276. n. 68.* In contractum quidem privilegium transire negari nequit, sed in talem, qui restrictus sit ad personam, cui hærent benemerita, *l. 26. §. personale. ff. de pact.* & quia remuneratio non procedit ex aliquo juris præcepto, sed instinctu naturali, ut ita propriæ obligationis nomen non mereatur, non potest ad hæredes transmitti, *Barbos. in l. quia tale n. 9. ff. solut. matr.* fateor nihilominus, si meritum perpetua commensuratione dignum esset, puta quia ut alteri subveniret, in mortis periculum incidisset, *l. si Pater. 34. §. si quis aliquem á latrunculis. ff. de donat. Afflict. decis. 370. n. 16. Boër. decis. 218. n. 12.* ad hæredes privilegium transmitti, *Barbos. á. loc.* uti de Anton. Garsia refertur, quod Regem ex præsenti mortis periculo eripiendo, á vectigalibus, & reliquis muneribus exemtus sit: idque privilegium descendentibus auferri non posse, constans apud Hisp. opinio est, *vid. Azeved. cons. 17. n. 9. & 10.* c) Ad quem etiam, si directo privilegio controversia incidat, cognitio pertinet. *l. fin. C. de legib. arg. c. ut nostrum de appellat. Alciat. cons. 1. n. lib 4. Gutier. pract. quæst. lib. 3. q. 28. nu. 3.* Incidenter verò judex ordinarius de eo cognoscere potest in terminis, *Elbert. Leonin. cons. 64. inpr.* d) Quia, si Vasallus ipso jure feudo cecidit, privabitur eo, si dominus voluntatem suam declaratit; ea verò non apparente, tertius de commisso opponere non potest, *Bart. in l. 2. q. 1. C. de jur. Emphyt.* Ita quoque observabitur hoc casu, ut publicani, vel alii de amisso privilegio immunitatis nihil opponere queant: cùm jus illud cohæreat personæ concedentis, *Natt. cons. 274. n. 14. & seq. qui tanquam*

funda-

fundamentale commendat. Illud denique circa amissionem privilegii immunitatis ad instar notandum, quód non censeatúr revocatum, revocato privilegio relato, *Afflict. in c. un. verb portus. n. 19. qua sint regal.* si per modum causæ factæ, non fieadæ concessum sit, *Azeved. conf. 36. n. 4. in fin.*

46. Exactioni vectigalis præpositas personas publicanos *a* appellamus, genus hominum olim rapacissimum, *b* quorum improbitatem singulari edicto refrænare necessum fuit? *c* hodié autem integræ existimationis *d* sunt, & vel nudum præstant ministerium in collectione ejusdem, *e* aut á Republ. vel Dominis ea conducunt. *f*

a) á publico sic dicti, quia á Populo Romano vectigalia conducebant, *l. 12. §. fin. ff. de publican.* & omnes, qui á fisco conducunt, eo nomine possunt appellari, *l. 1. §. 1. ff. eod.* Eos autem, qui á municipiis conducta habent, impropriè publicanos dici, *arg. l. 13. §. 1. ff. jam d. t.* nec directum, sed ut le edictum in his locum habere, existimat *Bertach. de gabel. in præl. num. 38.* Erant quoq; publicani equestris ordinis, qui principem apud eos locum obtinebant, & quorum ordine flos Equitum Romanorum continebatur, *Cicer. pro Planc. Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 2. c. 29. pag. 107.* quos malé redemtores vectigalium fuisse, *Alciat in l. 1. n. 19. C. de edend. Ioan. Ferrar. de feud. lib. 5. c. 7. verb. vectigal.* opinati sunt: & aliis nominibus redemptores vectigalium nuncupabantur: Mancupes, quód manu leva á se emptura significarent, *Cujac. in tit. C. de vectigal. & Fest. Pomp. Guil. Forner select lib. 1. c. 20.* Ansuri, quorum denominationem investigat, *Lazius de repub. Roman. c. 13.* Alabarchæ, qui á Rom. Cæs. officio publicanorum & exigendo vectigali á pecuariis, in Ægyptum ex Arabia devectis, præficiebantur, *l. usurpationem. C. de vect. & com. Alciat. pretermiss. lib. 1. verb. Arabarches. Chopp. de doman. lib. 3. tit. 24.* & Antonium M. Tull. Cic. ad Attic. lepidé Alabarchen dixit, quód nimium vectigalibus Ægyptios premeret, & esset quasi propositus exactioni, *Cujac. d. tit. de vectig. & lib. 8. obs. 37.* Gallicé *fermiers du Roy*, Arrendatores, Daciarii, Gabellarii, Octaviarii, Vicesimarii, Decumarii, *Molin in cons. Paris. tit. 1. de cens. §. 73. n. 26.* Telonæ, *Valas. de jur. Emph q. 31.* Zöllner/Mauttner/munus eorum telonium, *l. fin. § patrimonior. ff. de mun. & honor.* *b*) Quantæ audaciæ & temeritatis sint publicanorum factiones, nemo est, qui nesciat, *d. l. 12. ff. de publ.* Exemplum M. Posthumi publicani *vid. ap. Liv. lib. 25.* unde publici canes, *Farinac. de furt. q. 173. n. 1. Ioh. Ludov. com. concl. 15. n. 24.* Latrones publici, de die & nocte furantes, appellantur, *Ferret, de gabell. n. 216. Stracch. de naut. p. 3. n. 8.* qui Mercatores pacis, prout milites belli tempore, exuant, *Petr. Matth. Histor. Henr. IV. lib. 2. p. 199.* Deo hominibusq; invisi, *Luc. de Penna in tr. de priv fisc. q. ult. Rebuff. in l. 16. vers. Quanta audacia. de V. S.* ut Salvator noster apud Judæos gentem superstitiosam, ob commercium, quod ipsi cum publicanis, & peccatoribus intercedebat, malé audiret, *Matth. 9.* Hinc quoq; factum, ut personas non solventes vectigal, carceri mancipare non possint, quia nulli concedenda est incarceratio, quám judicibus molestis, *Ianin. de citat. real. lib. 1. c. 2. n. 11.* *c*) cujus verba *in l. 1. in pr. ff. de pub. & vectig.* referuntur, *de quo suo loco fusiùs.* *d*) factiones enim publicanorum lex odiosas habet: cùm boni conveniunt, curia est, *Tertul. in apologet.* & moribus nostris

noſtris honeſtum cenſeri ordinem Publicanorum, teſtis eſt *Alciat. in d. l. 1. num. 19. C. de eden.* e) Quemadmodum hodié feré in Germania Principes, & ſtatus telonia habentes, á Publicanis accepti rationem exigunt, raró eas elocant, Italo tamen cuidam legato in relatione ſua viſum, plus lucri eos elocando captaturos, cui non repugno, ſi modó addidiſſet, & plus litium habituros. f) Vectigalia Pop. Rom. menſe Martio publicanis á Cenſoribus locati ſolebant *ex Macrob. lib. 1. Saturnal. Paul. Pitha. adv ſubſe. lib. 2. c. 4.* accito tamen populo. *Barnab. Briſſon. de formul. lib. 6. pag. 521. & ſeq. M. Ant. Surgens de præſ. prator. c. 16. num. 19. Cuiac. in tit. Cod. de vect. ut Guil. Forner. ſelect. lib. 1. cap. 25. in l. 15 ff. de pub.* pro Cæſar, Cenſor *reponendum exiſtimaverit.* Sine peccato autem conduci & exigi vectigalia poſſe non eſt dubitandum; ſi enim Principi ex juſta cauſa imponere, cur non alii eadem exigere licet *gl. in Landrecht lib. 2. art. 27.* nec exactor tenetur ſcrupulosé inquirere, juſtine ſint, vel injuſta. *Afflict. in c. un. qua ſint regal. verb. vect. num. 4. Ant. Quett. conſ. 3. num. 4.* Quod ſi tamen notorié de iniquitate vectigalis conſtat, ad id extorquendũ nemo miniſterium præbeat, *Andr. de Iſern. d. c. un. qua ſint regal. & Affl. d. loc.* In Emphyteuſim autem dari vectigal non poſſe, certiſſima, *Alvar. Valaſc. de Emphyt. q. 12. n. 9. verſ. Cæterùm in prædictis,* ſententia eſt, quia Emphyteuſis non niſi in rebus ſoli conſiſtit, *l. 1. 2. & 3. C. de iur. Emphyt. §. eden. Inſt. locat. Dd. in c. potuit. de locat.* nec licet á feudo, quod non ſolùm in rebus ſoli, & ſolo cohærentibus; ſed & juribus incorporalibus conſtituitur, *Curt. de feud. q. 6 num. 10. p. 1.* ad Emphyteuſim argumentari: cùm enim expreſſum habeamus textum de jure communi loquentem in materia Emphyteuſis, non neceſſe eſt ad feudi leges recurrere, *gl. in c. 1 junct. tex. de feud. cognit.* ideoq; ſi Emphyteuſis, ſuper talibus juribus conſtituatur, teſtitui quem poſſe tradit, *Alvar. d. q. 12. n. 8.*

47. Antiquis moribus obſervabatur hæc ſolemnitas, ut non niſi ſub haſta plus offerenti locaretur, a quæ uti & multæ aliæ, jam in deſuetudinem ferè abierunt: ex quo infero, publicanum ab officialibus mandatum de eo non niſi cum cautione fidejuſſoriâ recipiendo habentibus, ſine ulla cautione admiſſum, pro legitimo conductore habendum. b

a) *l. 4. C. de vect. l. 9. ff. de publ.* & quidem ſub conſpectu & præſentiâ officialium Principis, in publico, *l. 4. C. nov. vectig.* pluraq; alia ad hoc requirebantur, quæ ſingula, ſi quis curioſiús rimari velit, ad *integr. tr. Damhouder. de ſubhaſtat. Eertach. de gabell. p. 2. n. 17. & ſeq. Azeved. ad conſt. Hiſpan. lib. 9. tit. 11. leg. 2. per tot. Gutier. de gabell. 135.* recutrat; illud tamen in concurſu licitantium utilem habet indagationem, an per ſecundum majorem ſummam offerẽtem liberetur primus? & non liberari dicendum videtur, quia venditori, qui rem in diem addixit, meliorem cõditionem abjicere, & primam quaſi meliorem ſequi licet, *l. Sabinus. 9 ff. de in diem addict.* unde idem ſtatuendum eſt hoc caſu, *Bart. in l. licitatio quæſt. 1. ff. de publ. & com. Salyc. in l. penes, num. 1. C. de vectigal. Damhoud. d. tr. c. 4. n. 8. quib. adde Cepol. cautel. 37 Vinc. Caroc. de locat. p. 1. tit. de vectig. n. 1.* Sed omninó eum liberari verius eſt, quia in cõtractu addictionis in diem, venditio cum priori facta, perfecta eſt, quare inconveniens non debet videri, ſi non oblata conditione meliore, vel allata, quę tamen non placet, contractus perſiſtat: in licitatione autem contractus manet in ſuſpenſo, & ex

qualitate & consuetudine semper acceptari videtur is, qui plus offert, *d. l. penes, Ant. Pinel. in l. 2. p. 2. c. 2. num. 31. C. de resc. vend.* Per secundum igitur actum rem perfectam videtur discessum á primo, *l. Valerianus*, 10 *ff. de pretor stip. l. stipulatus est*, 44. *ff. de fideiussor. l. cùm plures*, 60. §. *lege*, 3 *ff. de locat. Fr. Cremens. singul.* 41. *num.* 2. quem auctorem suæ opinionis dissimulat, *Pinel. iam alleg. loc. Fab. de Monte empt. vend. vers. de forma subhastat. n.* 93. *Ioan. Sich. in tit. C. de vectigal. nu.* 5. *gutier. de gabel. q.* 134. *n.* 2. *ubi receptiorem dicit, vid. Asin. de execut.* §. 6. *c.* 11. *per tot.* b) quod enim nonnulli, *arg l.* 1. *C. de pasc. pub. & privat. lib.* 11. tradunt, officiales, si præter morem solitum datia locent, contractum peragere nullum; *Felin. in c. M. Ferrarien. n.* 6. *de const. Corset. singul.* 51. *verb. consuetudo. n.* 1. id intelligere oportet, si ultra morem solitum eadem augeant, quippe auctio vectigal novum dicitur, quod nemini imponere sine expresso consensu Principis, licet, *Bart. in d. l. Cod. de pasc. priv.* Obsoletis autem plerisque in locando vectigali adhibitis solemnibus, & fidejussionis exactionem pené evanuisse; vel si aliquibus adhuc opus, certé pro forma contractus locationis non requiri, concludendum est. Nam *l. locatio, in pr. ff. de public.* in concursu licitatorum fidejussionem exegit; ubi ergó talis concursus non est, cessare videtur legis dispositio: deinde in ea subaudiri debet, quod in omnibus aliis locis, ubi cautio necessarió præstanda est, subintelligitur: ut non aliter præstare cautionem quis cogatur, quám si petita fuerit, *Gail. 2. obser. 46. num. 9. per text. in l. 2 §. quod ait pretor. ff. quod leg. l.* 1. §. *non exigit, ff. ut in possess. leg. nom. Bardel. cons.* 39. *num.* 45. Si itaq; omissa fuerit fidejussionis exactio, hoc fraudi non erit conductori, ne sub publico nomine decipiatur; & Principi contra officiales, si ex facto eorum lædatur, competit ordinaria actio, *l. fin.* §. 4. *ff. de administr. rer. ad civ.* quâ utatur, hocq; eó fortiùs obtinet tùm, si conductor vectigal aliquoties exegerit, & á Principe pro conductore habitus fuerit, *per trad. Bardellon. d. cons.* 39. *n.* 11. *& seq.* vel aliâs contractus Principi non fit inutilis, quia tùm mandatum ad unguem servandum non est, *l.* 1. *C. de solut. debitor. civ. lib.* 11.

48. Ad conducenda fisci vectigalia, omnes, qui non inveniuntur expressé prohibiti, ut Clerici, *a* Tutore, *b* minores, *c* Judæi, *d* & similes *e* admittuntur. *f*

a) *c.* 1. *de oblig. ad ratiocin. c.* 1. *de postulando, Bertachin. de gabell. p.* 3. *n.* 1. *Gutier. de gabell. q.* 132. *n.* 8. adeó, ut ne quidem fidejubere possit, *Bertach. d. loc.* Si igitur mentiendo se laicum, ad conductionem admissus fuerit, coram judice seculari non secus, ac Clericus negotiator convenitur, *per adducta, concl.* 28. & in carcere detinetur. *Cassp. Baët. de inop. debitore cred. addic. c.* 17. *n.* 15. *b*) *l. un. C. ne tut. vel cur. vectigal. cond. peregrin. de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 5. *n.* 12. *Fr. Muncz. de Escob. de ratione in c.* 4. *in fin. Azev. ad const. reg. lib.* 9. *tit.* 10. *leg* 6. *n.* 14. *Gutierr. de tutel. p.* 1. *c.* 20. *n.* 17. in tantum, ut si de facto conducat, in pœnam falsi, eó, quód bona in solidum pluribus obligavit, incidat, quód singulare est in hac materia, cùm aliâs crimen stellionatus cõmittat: *Gutierr. d. l. c. n.* 19. quando autem jam conductores sunt, non prohibentur tutelam suscipere, *text. in d. l. un. C. ne tutor. rect. concel.* legitimam tamen eis hęc conductio præstat á suscipienda tutela excusationem, *l. in honorib.* 8. §. 1. *ff. de vacat. muner.* nõ quod honori id eis datum sit, sed ne facultates, quæ fisco tacito jure sunt obligatæ, *l.* pœn. §. *conductores, ff. de jur. immun.* imminuantur, *Cujac. in com. ad l. Spadonem, ff. de ex-*

excusat.

excusat. tutor. Undé civitatum vectigalia conducentes, quia bona tacitè non habent obligata, ab onere curæ & tutelæ non excusantur, *per text. in d. l. 15. ibiq; Gothofred. ff. de excusat. Petr. Vander. de privil. cered. c. 8. n. 6. Vinc. Caroc. de locat. p. 1. tit. de vectig. n. 7.* c) *l. sin fraudem, 45. §. fin. ff. de jur. fisc. Azeved. ad const reg lib. 9 tit. 10. l. 6. n. 5. peregrin. d. tract. & tit. nu. 8.* idq; propter metum restitutionis in integrum, *Iohan. Gutier. d q. 132. num. 17.* Si tamen de facto admittantur, non sunt omninó inhabiles, sed obligantur prout de jure obligari possunt, *l. si curatorem, 3. C. de in integr. restit. minor.* Tutius autem fuerit eos cum sacramento accipere, quia non restituentur, *auth. sacramenta puber. l. si adversus vendic. Azeved. d. l. 6. n. 4. Gutierr. d. q. 132. n. 18. in fin.* Obiter noto: jure Canon. per juramentum confirmari actum nullum, *c. cùm contingat. de jurejur. c. quamvis, de pact. in 6. Covar. in d. c. quamvis, de pact. p. 2 §. 1. n. 7. Curt Iun. cons. 47. num. 4.* ubi communem dicit. Sed jure civili actus nullus juramento non confirmatur, præterquam si actus sit nullus ob minorennitatem, *l. non dubium, 5. Cod. de legib.* Prævalere juri civili, dispositionem juris Canonici egregiè demonstrat, *P. Barbos. in l. 1. part. 5. num. 74. ff. sol. matr.* Porró ne quidem admitti debet minor, ut deponat conducentem esse idoneum: Cùm enim affirmare aliquem divitem esse vicem fidejussionis obtineat, *l. 4. §. fin. ff. de fidejussor.* certè minor, ob restitutionis beneficium, jure repellitur, *Azeved. d. l. 6. num. 3. Gutierr. lib. 1. pract. p. 132. num. 9.* Beneficio tamen restitutionis non gaudet, si mentiendo se majorem dicat, *l. 2. & l. 3. C. si min. se major. Sfort. Oddo de restit. in 1. part. q. 24. art. 1. & 6.* In dubio, si non constat de dolo, actor probabit, eum sciviſſe se minorem esse, *Odd. d. q. 24. art. 8. num. 56.* d) *c pen. de Iudæ. & Saracen.* officium quippe publicum gerere non possunt, *l fin. C. de Iudæ. & Cœlic.* quamvis alii inter ipsos Judæos hoc fieri posse admittant, *l. 3. §. fin ff. de decur. Vincent. Caroc. de locat. p. 1. tit. de vectig. nu. 9.* nihil tamen obesse, quin per alios vectigalia conducere possint, ait *Azeved. ad const. lib. 9. tit. 10. l. 3. n. 1. & remissivé Gutierr. d q 132. n. 6.* e) Magistratus, cujus præsentia in locatione vectigalium requiritur, *Nov. 120. §. œconomi l. 5. C. de contrah. empt. Azeved. d. lib. 9. tit. 10. l. 4. n. 12.* ratione officii enim non licet ei emere, *l. non licet, 46. l. qui officio, 62. ff. de contrah. l. pen. C. si cert. pet.* quæ jura in perpetuo Magistratu cessant, *l. 34. ff. cert pet.* nec attenduntur si sit in loco originis, *Bertachin. de gabel. p. 2. num. 10.* De aliis prohibitis conducere vectigal, *peregr. d. lib. 6. tit. 5. an. 8. ad 14. & Sixt. de reg. lib. 2. c. 6. n. 91.* videantur.

49. Pœnæ fraudantium vectigal his conductoribus, *a* & quidem statim quando commissæ sunt, licèt deinde sententia *b* desuper feratur, applicantur; eodem tamen jure, quo fiscus, *c* nisi expressé dictum *d* sit, in exigendis pœnis uti nequeunt: augmentum *e* quoq; sicut & damnum ad eos spectat. *f*

a) *l. si quis, 11. in fin. C. de vectig. l fin. §. Divi, 10 ff. de publ. & com.* sunt enim hujusmodi pœnæ in fructu, *Bald. in l. 1. C. de fruct. & lit. expen.* licèt in contractu locationis nihil de eo dictũ fuerit, *Bald. cons. 256. n. 1. vol. 4. Bald. Nov. de stat. verb. exigere, n 1. Rebuff. in l. senatus, ff. de edend. Ioh. de Amic. cons. 110. n. 20. & 21. Dec. cons. 4. n. 4. Ioan. Sich. in C. tit. de vectig in fin. Chassan. in cons. Burg. rubr. 2. §. 1. in fin. Surd. cons. 57. n. 12. Boss. tit. de fraudantib. vectig. n. 17. & quoad hoc jura fisci habere ait Peregr. de jur. fisc. d. tit. 5. n. 33. Losæ. de jur. univers p. 3. c. 8. n. 5. Chopp. de iurisd. And. lib. 1. c. 50. n. 3. Ioh.*

Saison in cons. Turon. tit. 7. art. 1. ubi tamen stylo Curiarum in sede Turonensi contrarium receptum tradit. Æmyl. Ferret. in l. si ex toto, n. 21. ff. de leg. 1. b) Si famosis actionibus conventus provocavit, pendente judicio inter famosos non habetur; injusta autem si ejus appellatio visa sit, hodie non retrò notatur, *l. furti, 6. §. 1. ff. de his qui not. infam.* ex quo *Peregrin. d. tit. 5. in fin.* pœnas inter fructus pendentes referre non dubitavit, quæ conductori á die sententiæ tantùm debeantur, ideoq; primum, cujus tempore casus commissi extitit á posteriori publicano, cujus tempore sententia lata est; excludi. *G. Pap. dec. 535. Ferrar. in addit. ibid.* Verùm hæc jura ad præsentem casum nõ quadrare, inde manifestum redditur, quòd factâ fraude vectigali, res statim, ipsoq; jure committantur, quare priori conductori eo ipso jus fuit quæsitum, *Ant. Marta de claus. p. 1. claus. 213. nu. 3.* Etiamsi igitur sententiâ declarativâ requiratur, tamen ea jus de novo non tribuit, sed quod antè fuit explicat, *l. 1. §. 4. ff. ad Turpil. l. haredes palam, 21. § 1. ibi: & puto posse, ff. qui testam. fac.* & fertur, non ut puniatur, & condemnetur; sed ut declaretur ipsum jam fuisse condemnatum, *in termino Bero. cons. 20. n. 19. vol. 3. Ioh. de Amic. cons. 110. num 25.* tum quando finis habet necessariam consequentiam ad principium, respiciendam id ipsum; non finis, *l. 3. §. 1. ff. de minor. l. 3. C. ad SC. Maced. l. 1. C. de impon. lucrat. descr. Chassan. in cons. Burg. rubr. des justices, §. 7. num. 7. qui hu contra G. Pap. d. decis. pronunciatum refert. Simile praiud. videre est ap. Surd. cons. 57. nu. 19. in fin. Parlador. rer. quotid. lib. 1. c. 3 §. 3. num. 33. Boss. tit. vectig. quo loc. solvend. num. 6. sequitur in laudemiu A. Fab. decad. 10. error. 4.* Si autem inter dominos duos territorii jurisdictio divisa sit (quam quoad administrationem dividi posse expediti juris est, *arg. l. servitutes, 14. in fin. cum l. seq. ff. de servitut.*) emolumenta quidem ad eum, qui pro tempore juri dicundo præest, pertinent: quia verò jurisdictione divisâ, vectigalis percipiendi jus divisum non intelligitur; commodum ex vectigali proveniens, commune ambobus judicandum est. c) Debitorum prehensione & detrusione in carcerem, *Iohan. Imbert. Rupellan. in Enchyr. jur. Gall. verb. conductores vectigalium, p. 47. Iohan. Sais. in consuet. Turon. tit. 7. art. 3. in f.* consequuntur enim jus personæ, quod illi competit in re commissa, non alia quę personæ locantis cohęrent, *Marcabr. ab Anguil. cons 18. n. 14.* Mulctarum quoque jurisdictionalium redemptores nihil juris sibi vindicant, in pœnis speciali provisione Principis impositis, *Boër. decis. 180. num. 8. in fin. & 10. Ranchin. Boneton & Ferrer. in addit. ad G. Pap. d. decis. 208.* d) id est, emissent, ut simili privilegio, qua fiscus, gauderent. *l. si eum, 10. § qui injuriarum. ff. si quis cau. Rebuff. in d. l. senatus, ff. de edend.* e) Vulgariter ita distinguere solent: aut ipsarum mercium fit auctio, quia hę quæ vetitę erant extrahi, jam liberè evehuntur, & lucrum pertinet ad conductorem; cùm proprié vectigalis, sed commercii sit auctio, *Rosenth. de feud. c. 5. conel. 40 n. 2.* aut ipsum vectigal augetur, ut pro antè solutus est florenus, jam duo solvuntur: & tum subdistinguitur, an sub certa formâ, vel simpliciter venditum sit datium; priori casu augmentum pertinere ad fiscum; altero, ad conductorem, *Boër. dec. Peregr. & alii quos citat Rosenth. d. loc.* f) *c. qui sentit. de R. I. in 6. Gilken. in § si quis à non domino, c. 4. n. 26. l. de R. D.*

Sententiæ declaratoriæ effectus.

50. Cæterùm quæ de augmento & diminutione diximus, ita rectiùs percipientur, si adverterimus, an emerit, vel conduxerit Publicanus vectigal: *a* nam priori casu commodum, & damnum indistinctè ad

eum

eum spectat: *b* posteriori, damnum notabile *c* locatori adscribitur, *d* prior & commodum. *e*

a) Utid cognosci queat, axiomata quædam *Bart. in quæst. 4. incipit, publicanus, &c.* præscribit: Si hoc agitur, ut dominium rei vel usucapiendi conditio transferatur pro certo pretio, emptio est, *l. 65. l. 80. §. fin. ff. de contrah. empt.* si, ut aliquid præstet vel operetur, locatio conductio, *l. 22. §. 1 ff. de locat.* Interdum agitur hoc, ut aliquid præstet vel det; tum si dare venit principaliter, emptionis vendit. contractus censetur celebratus, *d. l. 65.* Aliquando dubium est, an dare, vel præstare patientiam principale, tum in dubio præsumitur locatio: *Boër. decis. 249. n. 11. Alciat. cons. 513. n. 1. Boss. de remiss. merc.* maximé si vectigal, quod verbum magis de reditu, quám dominio & jure intelligitur, *l. 1. §. 1. ff. de public. Ripa de privil. caus. pest. num. 64.* pretio in singulos annos constitutio, transferatur, *Iacob. Concenat. quæst. singul. 13. n. 5. Angel. Bald. cons. 16. n. 2. Bursat cons. 81. n. 4. Cravett. cons. 214. n. 3. Bero. cons. 143. n. 11. vol. 2. Boss. d. loc. n. 5. Menoch. 3. præs. 104. n. 6. & cons. 27. nu. 42. Rendin. in prompt. sent. tom. 1. tit. 120. n. 1. Gerh. sing 94. n. 2. Saiss. in cons. Turon tit. 7. art. 7. verb. poches harnois. Horat. Capan. ad stat. Mediolan. p. 2. c. 394. n. 303. Chass. in cons. Burg. rubr. de gabell. in fin. oper. verb. Sous les seaux. n. 32. b*) *l. id quod, 7. l. seq. in pr ff. de peric. & com. re. vend. l. 1. C. eod.* videtur enim futurum eventum emisse, *l. si iactum, 12 ff. de act. empt. Ripa d. loc. nu. 46. Sebast. Medic. de casib. fortuit. p. 2. q. 10. n. 32.* adeó si venditum sit vectigal, quod postea vincatur, emptor non possit ratione evictionis agere, *l si nomen, 4. ff. de hered. vel act. vend. Bart. in d. q. 4. vers. secundó sufficit, Bec. cons. 105. num 13. Casp. Roder. de censib. lib. 1. q. 21. num. 9. Surd. decis. 326. n. 42. & seq. Pacian. cons. 50. n. 2.* Nisi bonum jus vectigalis facere promittat: bonum namque non est, quod exigibile non est, *l. 1. in fin. pr ff. ad Maced. Roderic. d. loc. n. 21 post Magon. & Cels. Hugon. Barz. dec. 110. n. 3. & seq.* vel Dominus vectigalis non sit, *l. servus quem, 30. §. fin ff. de act empt.* aut dolus ipsius argui possit, *l. si plus 74. in fin. ff. de evict. Cacher. decis. 24 n. 4. Surd. cons. 13. n. 16. & 17.* Quibus casibus venditorem de evictione teneri verius est. *c*) Non propter omne damnum, quod contingit, remissionem consequitur conductor: quia contractus bonæf. est locatio, in qua uti & emptione, se licet naturaliter circumscribere, *l. item si, 22. §. 1. ff. locat. Sichard. in l. licet certis, n. 13. C. eod.* Sed tale esse debet, quod absorbeat ita fructus, ut dimidium justæ pensionis non supersit, *l si merces, 25. §. 6. ff. locat. Covarr. pract. quæst. c. 30. n. 1. Bero cons. 143. n. 14. vol. 2. Pac. cons 100. n. 26. Surd. cons. 507. n. 8. & cons 34. n. 5. quæ hodie communis evasit opinio. Boss. de remiss. merc. n. 1. & 2. Ioseph. Ludov. decis. Perus. 50. nu. 8. lib. 1. Kopp. decis. 27. n. 9. Fr. de Clapper. caus. 44. q. un. num. 5.* unde æstimationem ex lucro cessante inundam non esse apparet, *Surd. d. cons. 34 n. 6. & 8.* Ratio autem nulla habetur ejus damni, quod fructibus jam perceptis accidit, nam id conductorem, tanquam dominum, tantúm sequitur, *Nait. cons. 184. n. 10. Paris. cons. 40. n. 11. vol. 1.* Quod verò advenientem ejusmodi necessitatem, *Rim. Iun. cons. 40. num. 32. Bursat. cons. 11. n 29.* domino denunciandam existimant; id consilii magis, quám obligationis est, *Gall. cons. 22 num. 16. & seq. d*) *l. ex conducto, 15. §. 1. & 2. d. l. 25. §. 6.* transfertur enim usus ipsius rei, qui si non præstatur, periculum pertinet ad locatorem, *Clapper. caus. 43 q 1. nu. 1. &* patientia debet esse successiva, *Bec cons. 45. nu. 19. Vrsil. in addit. ad Afflict. decis. 258. n. 4. Ludov. dec. Perus. 25. n. 3. Coler. decis. 7. n. 12. Marta vot. decis. 58. n. 3. e*) uti redarguendo, *Bald. in d. l. licet, Sich. ibid. n. 1.* bellé demonstrat, *Nait. cons. 442. nu. 8.*

Surd cons 458.*n*.15.*Gail*.2.*obs*.13 *n*.27. *Viv*.*com*.*opin*. 133. Pontibus ergo vicinis vi fluminis dejectis, si publicanus in illo, qui furorem fluminis sustinuit, insolité lucretur, commodum ei auferetur, *Bertach*.*de gabell*.*p*.3.*n*.39.

51. Damnum tamen, casusq; fortuiti pacto *a* in conductorem possunt derivari; atq; eos præstabit, si aliquos in specie enumeravit, aut generaliter omnes suscepit. *b*

a) Quod impossibile, quasi mens humana casibus fortuitis obviare nequeat, *l*.*qua fortuitis*, 6.C.*de pign*.*act*.*l*.1.§.*si eo tem ff*.*de administ*.*tut*. non continet; quia beneficiis, quę ob casus fortuitos concedi solent, quis renunciare intelligitur, *l*.4.§.4. *ff*.*si quis caut*.*jud*.*caus*.*l*.9.§.*Iulianus*, *ff locat*.*Gall*.*cons*.11.*n*.3.*Magon*.*dec*.*Florent*.67.*n*. 5.*Surd*.*cons*.339.*n*.17. *b*) In eo parificari specialem, & generalem casuum fortuitorum susceptionem, ut quemadmodum is, qui in specie se ad certos adstrinxit, illis advenientib. non excusatur: ita quoque qui in genere ad universos se obligavit, *d*.§.*Iulianus*. Neq; á promissionibus judicialibus specialem renunciationem, *d*.*l*.4. §.4. ob æquitatem prætoriam, & ne sub involucro verborum quis decipiatur, *l*.*cum Aquiliana*, 5 *ff*.*de transact*. exigentibus, ad contractum locationis licet argumentũ ducere, *Ias*.*in d*.*l*.4.§.4.*n*.14. *Pinel*.*in l*.2.*p*.1.*c*.3.*n*.16.C.*de rescis*.*vend*. *Vasq*.*illust*.*controv*.*c*.54.*n*.7: *Valasc*.*de jur*.*Emph*.*q*.27.*n*.34. Et generali renunciatione ita pro sufficienti admissâ, consequenter illud concedendum erit, expressis quibusdam casibus, subnexaq; clausula renunciationis generali, similes casus, & minores expressis comprehendi, *c*.*ad agendum*, 4.*de proc*.*in* 6.*Clem*.*non potest*.*eod*.*tit*.*I*.*Phil*.*Port*.*cons*. 143.*nu*.15. Sané juramentum contractui locationis adjectum, non efficit ut ad casus fortuitos quispiam teneatur, quippe confirmat, non veró ampliat consensum jurantis, *l*.*fin*.*C*.*de non num pec*. & consensus suscipientis periculum non extenditur ad casus fortuitos, *l*.1.§.35.*ff*.*depos*.*l*.*inter stipulantem*, 83.§.5.*vers*.*sed hæc dissimilia*, *ff*.*de V*.*O*.*Alex*.*cons*.78.*n*.9.*vol*.1.*Port*.*cons*.144.*n*.9. *Ancharan*.*Nov*.*q*.36.*nu*.7.*& lib*.3.*Asin*.*de execut*.§.9.*c*.319.*n*.3.*M*.*Ant*.*de Amat* 141.*n*.5.

52. Ut nihilominus valdé insoliti, *a* & qui culpâ, occasionevé locantis contingunt, *b* vel rei locatæ substantiam in totum auferunt, *c* excipiantur.

a) *l*.*fistulam*, 83.§.*frumenta*, *ff*.*de contrah*.*empt*. *Alex*.*cons*.28.*n*.14.*lib*.1.*Ripa de Pest*.*tit*.*de priv*.*caus*.*pest*.*n*.108.*Crav*. *cons*.92.*n*.2. *Gail*.2.*obs*.23.*n*.18.*Cavall*.*com*.*opin*. *q*.702.*n*.4.*& de conductore vectigalis tractãtes*. *Corne*.*cons*.128.*n*.12.*lib*.2.*Colleg*. *Mant*. *ap*. *Surd*.*dec*.326.*n*.52.*Surd*.*cons*.61.*n*.65.*Cabell*.*cons*.102.*n*.11.*vol*.2. *Grat*.*discept*.*for*. 195 *n*.8.*Valasc*.*de jur*.*Emph*.*q*.27.*n*.35.*Kopp*.*dec*.27.*n*.14.*Diss*.*Bald*.*dec*.*Ias*.*allegati à Fachina*.1.*contr*.86.*Pinel*.*in l*.2.*p*.1.*n*.34.*Gutier*.*de jur*.*confirm*.*p*. 1.*c*.24. quos vulgó ita conciliari videmus, ut negantium opinio in casu insolito, de quo nec in genere vel specie fuit cogitatum, affirmativa in casu horum modorum aliquo cogitatio procedat. Quam conciliationem optimam dicit *Corn*.*cons*.12 *lib*.4.*Ripa de privil*.*caus*. *pest*.*num*.99. *Bec*.*cons*.82.*num*.13 *Gallia cons*.11.*n*.11.*Valasc*.*d*.*q*.27.*nu*.35.*vers*.*sed illud*.*Grav*.*concl*.24.*consid*.4.*n*.6.*Raudens*.*var*.*resol*.*c*.26.*n*.2. Quis autem dicatur casus insolitus, apud interpp. maximé controvertitur? Arbitrio judicis res definienda erit, *Bec*.*d*.*cons*.82.*num*.13.*Ludov*.*comm*.*concl*.12 *n*.76.*Menoch*.*de arb cas*.80.*n*.8. *Gratian*.*d*.*discept*.195 *n*.11. Inopinatum casum esse belli ab amico illati dicit, *Burs*. *cons*.

cons. 81. *n.* 6. vel si Peregrinus, ut Turca in faucibus Italię, rupto pacis fœdere bellũ concitet, *Colleg. Mant. d. loc. n.* 54. Qui autem tempore belli conducit, non auditur, si casum improvisum, & insolitum allegare velit, *Paris. cons.* 38. *n.* 11. *lib.* 1. *Ludov. decis. Perus.* 106. *n.* 30. *Barz. decis.* 110. *n.* 10. nisi pactò remissionem sibi stipuletur: quod sine effectu esse non debet, *Fr. de Clapper. dec. caus.* 43. *n.* 5. *ubi res iudicata.* *b)* *l.* 2. *C. de naut. fœn. l.* 62. *§. fin. ff. de contrah. empt. quas leges Roman. singul.* 435. *octo ducatis vendidisse gloriatur, l.* 22 *§. culpa, ff. locat.* Ideoq; si bellum moveat locator, tenetur ad omne interesse publicano, *P. Ant. Angusol. cons.* 8. *n.* 3 *lib.* 2. Imó si omni prorsus culpa careat, ipsius tamen respectu inferatur bellum, adhuc tenebitur: maxima siquidem ęquitas est, ut quod propter te sentio damnum, tu resarcire cogaris, *l.* 1. *§ si reus, ff. per quem fact. er. d. l.* 2. *Cod de naut. fœn. l. si servus,* 64. *§* 5 *ff. de furt. l.* 1. *C. de lib. caus. Castrens. in d. §. culpa, n.* 2. *ff. locat. Ripa de pest. tit. de priv. caus. pest. nu.* 89. *Corn. cons.* 23. *n.* 8. *&* 11. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 671. *n.* 5. *Bonifac. Ruger. cons.* 7. *nu.* 51. *&* 71. *vol.* 1. *c)* Utpote si pontis alicujus, qui fluminis rapacitate auferatur, conductum sit vectigal: nam casus insoliti susceptio nocet quoad damnum datum in fructibus, *Rol. á Vall. cons.* 13. *n.* 8. *lib.* 1. non si substantia rei conductę pereat, *l. ex conducto,* 16. *ad fin. ff. locat. Surd. cons.* 197 *n.* 16. *Caroc. de locat. p.* 2. *tit. de reb. dub. n.* 8. *Herc. Marescot. var. resol. lib.* 2. *c.* 32. *n.* 18. *Gratian. d. discept.* 195. *n.* 3. Ut Parlam. Delphin. *apud Marc. decis.* 552. ei, qui vectigal annonæ extrahendæ, cum renuntiatione casuum fortuitorum, redemerat, ob præceptum superioris annonam evehi vetantis, remissionem faciendam rectissimé judicarit; quippe forma vivificans locationis-conductionis, ipsa res, ex qua vectigal capi debebat, aberat, *Raudens. var. resol. c.* 26. *n.* 41. *ubi alia præjudicia.* Quamvis *Marc. d. decis.* non hanc, sed aliam decidendi rationem adferat, præceptum sc. superioris casui insolito adnumerandum esse, *l. si fundus,* 33. *in fin. ff. locat. Cravett. cons.* 95. *n.* 5. *Menoch. cons.* 27. *n.* 31. *Afflict. dec.* 55. *nu.* 2. *ibiq; Vrsil. Gallia cons.* 22. *n.* 13. *vid. tamen Bero. cons.* 143. *num.* 21. *vol.* 1.

53. Singulari jure in conductoribus vectigalium fiscalium receptum, ut ante diem cessæ solutionis, necessitate aliqua fiscum urgente conveniri, *a* in futurum ea reconducere cogi queant: *b* societas si inter plures contracta sit, ea morte socii non solvatur, *c* quilibetvé in solidum, nisi ex concessione fisci divisissent, teneatur. *d*

a) Regulariter debitor in diem, ante cessam diem non potest conveniri, *l. si mandavero,* 22. *in pr. ff. mand. l. eum qui, ff. de V. O. §. plures Inst. de act.* Sed debitor fisci id incommodi patitur, ut occurrente necessitate fisci possit ab eodem flagitari, *l.* 1. *C. de cond. ex L. & ibi Salyc. n.* 2. Frequenter eam l. contra conductores gabellarũ practicari scribit, *Afflict. in c. un. verb. vectig. n.* 20 *quæ sint regal. Ias. in §. sed hæc quidem, n.* 9. *Inst. de act. & ibi Surd. in addit. Marsil. sing.* 355. *Ant. Trigon singul.* 7. *n.* 3. *Steph. Daoys. in indice jur. civ. verb. gabella* ut tamen inter usurium medii temporis publicano solvatur, *Asin. de execut. §.* 6. *c.* 4. *n.* 3. *b)* Olim in quinquennium fiebant locationes, *l.* 4. *§. cum, ff. de jur. fisc.* quia tanto tempore censura durabat; *Cuj. in l.* 4. *C. de vectigal.* postea triennium conductioni præfiniebatur, *d. l.* 4. *Boer. decis.* 249. *nu.* 1. hodie id arbitrium esse Principi puto. Invitus autem tribus his concurrentibus ad reconductionem cogi potest: si in præteritum conduxit, maximos fructus percepit, in futurum non reperiatur conductor, *l. cotem,* 11. *§. fin. ff. de public. & vect.*

vect. ubi horum unicum deest, invitus cogi non debet, *Natt. conf.* 100. *num.* 7. & 8. *Peregrin. de iur. fisc. lib.* 6. *tit.* 5. *nu.* 6. *Choppin. de doman. libr.* 3. *tit.* 13. *Fr. Card. Mant. de tacit. & ambig. conv. lib.* 5. *tit.* 3. *num.* 30. Præterea, si propria industria majores fructus fecisset, *Afflict. in d. verb. vectigal. n.* 61. aut privatum vectigal esset, *Roman. in d. l. contem.* redemptor justam haberet excusationem. *c*) Collegia á Principe & Senatu confirmantur, *l.* 1. & 2. *ff. de colleg.* & sociis vectigalium corpus habere permittitur, *l.* 1. *ff quod quisq; univ. Bertachin. de gabell. p.* 3. *num.* 11. cujus societatis jura sunt, communem arcam habere, syndicum creare, *d. l.* 1. quæ aliis, qui contractum societatis inire valent, non rectè accommodâtur, *Eguin. Baro ad d. l.* 1. Maximè autem differre societatem vectigalium á natura simplicis societatis, inde patet, quòd morte unius socii regulariter finiatur societas, *l. actione.* 65. § 9. *ff. pro soc.* § *solvi. Inst. eod.* adeó ut ne quidem pacto liceat eam in hæredes derivare, *l.* 59. *ff. d. t. Ciof. conf.* 59. *n.* 2 *vol.* 2 Rationem reddit *Mantic. de tac & ambig. lib.* 6. *tit.* 24. *n.* 12. quamvis ratione lucri, ante mortem quæsiti socius ad hæredes transmittat actionem, *l.* 63 § 8 *ff. sep d. tit. Thoming. decis.* 4. *Alvar. Valasc. decis.* 63. *in fin.* In societatibus autem vectigalium contrarium receptum est, ut possit, si ita conveniatur, ad hæredes transmitti, *l.* 57 *ff. pro soc.* Plura verò ad hoc requiruntur: (1.) Ut expressè ita conventum sit, *Valasc. d. decis. n.* 5. 29. & *seq. Ruin. conf.* 90. *n.* 8. *lib.* 1. *Curt. de arrest. amor.* 13. *verb. dissoit outre, p.* 311. (2.) Ut contineat pro majori parte publicam utilitatem, *Dec. conf.* 212. *nu.* 1. (3.) Ut quoque cum domino vectigalis de transmittenda societate ad heredes conventum sit, *Ruin. d. conf.* 90. *n.* 11. *Dec. d. conf.* 212. *n.* 7. *Surd. conf.* 20. *nu.* 5. Ideoq; si unus conducat, dein super vectigali jam conducto cum aliis societatem ineat, heredes, quamvis dictum sit, non admittuntur, *Mantic. d. tit.* 24. *num.* 27. *d*) In dubio plures conducentes vectigal in solidum tenentur, nisi de consensu domini administrationem diviserint, *argum. l.* 7. *ff. commun. divid. P. de Vbald. de duob. fratr. q.* 13. *in* 1. *p. pr. Ferret. de gabel. n.* 140. *Bursat. conf.* 190. *num.* 10. *probabiliorem vocans opinionem, Vinc. Caroc. de locat. tit. de duob. reis, num.* 6. *p.* 1. *Gratian. discept. forens* 276. *nu.* 27. á quib. divertit sibi contrarius, *Carec tr. de excus. bonor. q.* 2. *p.* 2. *num.* 1. *per l.* 11. § 1. *ff. de duob. reis, l.* 1. *C. si plur. un. sent.* De eo non oportet ambigere, si sociorum aliqui non sint solvendo, pro non idoneis idoneos conveniri, *l. aufertur,* 46. § *fin. ff. de jur. fisc. Peregrin. de jur. fisc. lib.* 6. *t.* 5. *n.* 38. & si unus pecuniam solus recipiat, á Domino exceptionem alterius, ut suis sumptib. recipientem excutiat, admittendam esse, *l.* 65. § 14 *ff. pro soc. arg. l.* 2. *C. si tut. Caroc. d. q.* 2. *n.* 5.

54. Post tractatum de personis, quæ vectigal dependere tenentur, & quæ exactioni ejusdem præficiuntur, ad res vectigales deveniendum est: & eæ, quæ commercii causâ, loco aliquo evehuntur, *a* aut invehuntur, *b* huic oneri obnoxiæ sunt. *c*

a) Cuilibet Domino, etiam magistratui inferiori, statutum facere permissum, ne frumentum, aliævé res ex ipsis territorio ad exteros devehantur, *l.* 1. § *cura carnis. ff. de off. praf. urb. t.* 1 *Cod. quæ res expor. non poss. l.* 2. & 4. *de commerc. tex. in* Policey-Ordnung *de Anno* 1577. *rubr.* 22. si ejus intentio sit, avertere annonæ caritatem, & providere ne subditi indigeant, *Rip. de remed. præserv.* § *de venio nunc, nu.* 42. *Burs. conf.* 138. *nu.* 9. *Alciat. conf.* 14 *per tot. vol.* 4. *Cravet. conf.* 973. *n.* 45. *Menoch. conf.* 1061. *num.* 20. *Bertaz. conf crim.* 87. *n.* 4. *Rim. lun. conf.* 8. *n.* 18. *Leffred. conf.* 24. *n.* 10. G.

Pap.

Pap. decis. 373. n. 1. Cacher. dec. 71. n. 8. Gramin. dec. 100. n. 7. Marc. decis. 236. n. 1. vol. 2. Hier. de Laurent. dec. 40. nu. 4. Mastrill. dec. 17. num. 1. & seq. Petra de potest. princ. c. 6. §. servitutes, n. 58. & c. 13. n. 17. Chopp. de iurisd. And. lib. 1. c. 9. n. 1. Viv. com. opin. 765. n. 18. & forenses hoc statutū, si originaliter extrahant, ligat, adhibita tamen distinctione, *Marc. dec. 328. p. 2.* an videlicet prohibitio, in personā, vel rē dirigatur, ut priori casu non stringatur lege municipali, *sequitur Ranchin. ad d. decis. G. Pap. 373.* Ad farinam quoque statutum debet extendi, etiamsi de frumento loquatur, *l. in venditionib. §. fin. & l. sep. de contrah. empt. l. item, 7. §. 3. ff. ad SC. Maced. l. nominis, 6. de V. S. Ripa, d. §. devenio nunc n. 46. Marc. decis. 539. vol. 1. & decis. 162. nu. 6. Malvas. cons. 35. num. 20.* Quòd si inferiores ea intentione statutum facerent, ut pro licentiâ extrahendi aliquid acciperent, dicendum esset, prohibitionem sapere vectigalis novi institutionem, *Brun. cons. 151. col. 2. v. nec est dicendum.* *b*) Statuto quoq;, Invectionem mercium peregrinarum, frumenti, vini, prout evectionem earum prohiberi posse, in cōfesso est, *Bald. cōs. 198. lib. 2. Boër. dec. 177. n. 9. Crot. in l. filiusf. 114. §. Divi. 14. col. 24. ff. de leg. 1. Covarr. in c. possess. p. 2. § 4. n. 7. Mod. Pist. ill. q. c. 132. n. 8. Viv. d. q. 765. n. 6. Menoch. cons. 890. n. 29. Stracch. de mercat. p. 4. n. 49.* Imò valere statutū, si homines municipii conveniant, ne alterius municipii deferant frumentum in mercatum, donec Dominus loci, vel ipsi vendiderint, *Afflict. in const. regn. lib. 1. rubr. 85. nu. 1. & 2. Bursat. cons. 41. n. 18. Vasq. quæst. usufreq. 4. n. 17.* Sed cautè hîc versandum, ne vitium monopolii contrahatur, id enim si apparet, nullius est momenti statutum, *Socin. cons. 272. col. 3. vers. 4. lib. 2. Azeved. ad const. Hisp. lib. 8. tit. 14. l. 4. n. 22.* *c*) *l. 6. C. de vect. & comm. Chass. in cons. Burg. rubr. 1. §. 4. verb. indire & imposer. n. 4. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 6. in prin. supr. concl. 7. lit. d.*

55. Utcunque verò pro rebus, quæ invehuntur, vel transitum ducuntur, moderatum vectigal exigi possit; *a* injurium tamen foret merces omninó aditu prohibere *b* aut dominum cogere, ut invitus illic eas venumdaret. *c*

a) Intervenientibus requisitis illis, quę majori ex parte hactenus explicavimus. *b*) Siquidem innoxius transitus unicuique præstandus, *c. ult. 23. quæst. 2. ubi Augustinus Israelitas contra Amorrhæos transitum denegante, jure pugnâsse scribit, l. 1. C. de navicul. lib. 11. qua secundùm Menoch. 901. num. 8. non modò de privato, sed summo quoq; Principe acipienda est. l. 11. C. de servit. & aq. l. 2. §. Idem var. 9. ff. de aq. pluv. arcend. Natt. cons. 139. num. 8. Choppin. de iurisd. And. c. 0. num. 1.* Licèt igitur Domini territorii prohibere possint, ne quis frumenta ac merces extrahat: non tamen per transitum ire volentes, rectè prohibuerint, *l. si quis, 5. C. de ædif. privat. Bertachin. de gabellin. p. 8. num. 2. Alber. de Rosat. de statut. p. 2. quæst. 3. & seq. Rip. de Pest. tit. de rem. præscript. §. devenio, num. 114. Boer. decis. 178. num. 12. & 13. Bertaz. cons. crimin. 388. num. 7. lib. 2. Cornaz. decis. Lucens. 127. num. 9. Menoch. d. cons. 901. num. 11. Alberic. Gentil. Hispan. Advocat. lib. 2. cap. 6. in pr. Elb. Leonin. consil. 56. Caball. cons. 111. num. 12. volum. 2.* ubi benè Bald. Alvarot. Ruin. Principis potestatem eó extendentes, ut transitum extero omninó denegare queant, explicat, intelligendos scilicet esse de eo casu, quo peregrini territorium ingredi volunt, ut in eo incommodo subditorum negocientur, *Nov. 39. c. 1. Decian. cons. 25 n. 62. lib. 1. Stracch. de mercatur. in 2. part. n. 13.* Innoxius autem transitus unicuiq; præstandus hoc operatur,

ratur, ut jure municipali impositæ accisiæ á transeunte ideó peti nequeant, quod vanè leges rebus & personis non subjectis imponantur, *l. fin. ff. de iurisdict. l fin. ff. de offic. proconsul. Cæsar. Surd. decis. 160. num. 8. Gail. 2. observ. 124. num. 5. Afflict. in c. unverb. vectigalia, num. 12. qua sint regal. in terminis Ruin. cons. 112. n. 4. lib. 5.* Transiens autem non est in loco propter celerem motum, *l. fin. C. de ad. priv.* cui non obest dictum, *Alex. cons. 52. n. 6. lib. 5. relatum à Symphor. Compil. tom. 1. tit. 2. vot. 1. num. 100. circ. fin.* quia de alio quám summo Principe intelligi haud potest, prohibente præcipué *R. I. de Anno 1576. §.* **derhalben damit** / inferiores sub prætextu **Vngelds/ Auffschlags/ Bruggengelds/ Weggelds/** vectigalia exigere. *c)* Gravis censetur injuria, quæ inani honestatis colore velatur ut homines inviti de rebus suis facere aliquid cogantur, quod secta nostrorum temporum non patitur, *l. fin. C. de pact. l. 11. & 14 ff. de contrah. empt. l. nec quasi, 70. ff. de R. V. Valasc. decis. 22 n. 1. Covar. var. resol. c. 14. num. 1. Molin. de iust. tom. 2 disp. 341. n. 3. Vasq. ill. controv. c. 17. n. 4. Morl. in Empor. jur. tit. 9. q. 1. num. 2. Cabed. decis. 92. nu. 2. p. 2.*

56. Nisi forté summa annonæ caritas adesset; *a* aut Cæsareo privilegio, *b* præscriptione que immemoriali *c* jus Emporii, seu stapulæ, die Staffelgerechtigkeit / oder Niderlag / is, cujus territorium transitur, acquisivisset.

a) l. 1. & 2. C. ut nem. lic. se ab empt. spec. l. 1. C. de Ep. aud. l. 12. in pr. ff. de relig. & sumpt. fun. & in ea necessitate egeni possunt divites spoliare, *c. si quis propter de furt. c. discipulos de consecr. dist. 5. Afflict. in prælud. ad const. q. 3. nu. 6. addit. ad Capel. Tholos. q. 446. Marc. decis. 539. nu. 20. lib. 1. Menoch. cons. 1061. n. 19. Viv. com. opin. 1027. n. 2. l. Philip. Monsp. cons. 57. n. 4. Cabed. d. decis. 92. in fin. p. 2. Gutier. pract. qu. lib. 4. q. 49. nu. 2.* Si tamen habeat, quo se & familiam tantúm sustentare queat, id non cogitur aliis in ea necessitate vendere, *l. præses, C. de serv. Menoch. d. cons. 1061. n. 24. b)* Jus gentium ab Imperatore aliquo modo restringi, *l. 2. ff. de flum. l. 14. ff. de injur. l. 13. in pr. ff. com. prad. Ioan. Bologn. in l. omnes populi, num. 89. ff. de just & jur.* & in specie, ne quis certa loca cum victualibus præternavigare, sed ea vænum exponere cogatur, indulgeri potest, *Mynsc. cons. 19. n. 4 & 32. Leonin. cons 67. num. 1. & seq. N. Everh. prac. cons. 9. n. 34. Azeved. ad const. Hisp. lib 7. tit. 10. l. 2. n. 3. post Ias. cons. 161. n. 2. lib. 2. Gutier. pr. qq. lib 4. q. 34. n. 1. Thom. Michael. disp. de iurisd. th. 12. lit. a.* videant autem Principes, ne hoc modo dirando unum, alios subjectos destruant, *Gutier. d. loc. nu. 2. c)* De effectu immemorialis præscriptionis jam anté disserui, videlicet, eam obtinere vim legitimi tituli, *Bec. cons. 180. n. 29. Chassan. cons. 54. n. 51.* habere potestatem privilegii, *c super quibusdam, de V. S.* ut mirandum non sit, si quoq; jus stapulæ conferat, *Everh. d. cons. 9. n. 4. Gutier. d. q. 34. n. 8. & Dd. jam anté citati,* ita tamen, ut præscriptio, prout quoq; privilegium, ad alias quám consuetas, & nominatas merces non extédatur, *Georg. Obr. disp. de regal. th. 295. & seq.* Advertant autem hi, qui non nisi memoriam hominum superanti præscriptioni innituntur, ne præscriptionem tantúm in nudis actibus depositionis fundent; sunt enim hi voluntarii, in mera facultate accedentium, & deponentium consistentes, ex quibus actus possessorius elici nequit, *l. 1. §. denique, ff. de aq. pluv. arc. Covar. in c. possess. 2. § 4. n. 6. de R. I. Tessaur. dec. 16. num. 2. Cravet. de antiq. temp. 4. p. §. materia ista, n. 98. Surd. cons. 127. n. 21.* Sed insuper actum prohibitivũ demonstrare necesse habent, *c. significante, de appell. Gutier. d. q. 34. n. 14.*

Prohi-

Prohibitionem aliquibus factam sufficit, dummodo verosimiliter in omnium notitiam venerit, *Cravet. d. §. materia, n. 86. Everh. d. cons. 9. nu.* 70. & si prohibitio, quæ 30. seu 40. annis litem motam præcessit, probetur; præsumitur á prohibitione præscriptio incepisse, *Cov. d. §. 4. n. 6.* dummodo fama antiquior prohibitionum simul deducatur, *Gutier. d q. in fin.* Jus hoc stapulæ in Imperio Romano ad Rhenum, Colonia Ubiorum, Moguntia, Spira: Danubium, Ratisbona, Ingolstadium, Patavium, Visurgim Brema, Albim, Magdeburgum, Hamburgum, & aliæ nonnullæ civitates ex jam dictis titulis quæsiverunt, eoque adhuc utuntur.

57. Res, quæ in usus proprios devehuntur, immunes sunt. *a* Dicantur autem proprii usus causâ vehi, quæ victus, *b* aut corporis tuendi colendivé *c* causâ, quamvis mutato consilio vendantur, *d* comparatæ sunt: ex quo apparet, eas, quæ reparandi ædificii gratiâ adducuntur, simile privilegium non habere. *e* NB

a) l. 5. C. de vect. & commiss. l. 4. §. 1. ff. de pub. & vect. tex. in capitul. Ludov. lib. 5. tit. 11. Nemo de his, qui substantiam de unâ domo in aliam vehunt, nullatenus telonium exigat, *Rol. á Val. cons. 34. nu. 15. & cons. 42. n. 28. vol. 3 & cons. 71. n. 15. vol. 4. Surd. cons. 41. n. 3. & cons. 307. n. 1. Idem tr. de alimen. tit. 8. priv. 91. n. 3. Bursat. cons. 42. n. 4. Bertaz. cons. crim. 207. n. 4. Claud. in addit. ad cons. 36. lit. a. Hotom. cons. 11. nu. 7. & 8. N. Everh. jun. cons. 2. n. 24. Fr. Marc. dec. 214. n. 2. p. 2. & dec. 285. nu. 3. lib. 1. Ant. Sol. in const. sabaud. in proë. gl. 5. n. 13. peregrin. de jur fisc. lib. 6. tit. 5. n. 23. personal. de gabell. n. 103. Paul. Fuscus sing. in utr. iur. lit. G. n. 2. Mart, Benenkd. in addit. ad Seraph. privil. 14. n. 1. Villalob. in comm. opin. verb. gabella.* Ideoque privilegium de solvendo vectigali frumentis, equis, &c. simpliciter loquens recipit interpretationem á jure communi, ut pro iis, quę usus proprii causa ducuntur, nihil solvatur, *Rol. á Vall. cons. 71. nu. 16. vol. 4. Marc. decis. 14. n. 4. p. 2. Ald. Mascard. de statui. interpret. concl. 2. nu. 21. & seq.* *b)* Usus nomen quàm latissimé patet, *t. t. ff. de us. & habit.* Sed quia publicanorum generi illudere, & insidiari palmarium plerique putent, si usum privatum ampliore significatione caperemus, verendum erat, ne vectigalium proventum inanem redderemus, *Guil. Forner. lib. 1. select. cap. 20.* Ideoque JC. Alsen. interrogatus, quomodo *L. Censoria portu Siciliæ scripta* (servos quos ducit suo usu, pro his portorium ne dato) intelligenda esset, *in l. in L. Censoria, 203. ff. de V. S.* respondit; Usu suo esse, quód victus causa paratũ sit. Usus autem proprius & usum familię includit, aliis non concedit qui simul cũ ipsis utitur, *l. plenum, 12. § si usus, ff. de us. & hab. l. pen. de precar. Chopp. de iurisd. And. c. 57. n. 2. in fin. P. Greg. Syntag. lib. 3. c. 9. nu. 5. R. Sixtin. de reg. lib. 2. c. 6. n. 130. cui ll. ab ipso allegatæ non adstipulantur, Boer. dec. 213. nu. 8. & 13. Peregr. de l. F. lib. 6. tit. 5. n. 21.* *c) d. l. 203. ff. de V. S. ibi: qui ad eius corpus Rebuff. ibid. in §. item servi, Azzved ad const. Reg. lib. 6. tit. 11. l. 7. n. 3. ubi usus gratia vehi dicit, quicquid pro quotidiano usu, & cultu personæ, & familiæ defertur, ut esculenta, poculenta & vestes. Asin. de exec. § 9. c. 55. n. 1. P. Duenn. in reg. iur. verb gabella, n. 6. Alc. in d. l. 203. n. 13.* quare ob fardellum & valisiam, quam quis secum ducit, non solvitur vectigal; *Rol. Vall. cons. 71. n. 19. vol. 4. Trĕtacinq. var. res. lib. 1. tit. de l. F. resol. 5. n. 18. Steph, Daoys. in indi. jur. civ. verb. gabella. Ald. Mascard. d. concl. 2. n. 25.* nec ob annulos, armillasq; ornatus causa gestas, *Castrens. in l. 2. § tũm eadem, nu. 3. ff. ad l. Rhod. Ranchin. in addit. ad G. Pap. decis. 4.* Ex quibus facili negotio discernere licet, an duplex singularitas

concurrat, si quis in proprio fundo nata domum deducat, ut annotavit, *Gylm. decis. 8. num. 5. in fin. lib. 1.* d) *l. 1. §. 9 ff. de exercitor. act. l. catera, 41. §. sed si paravit ff. de leg. 1. Rol. á Vall. d. cons. 71. n. 19. vol. 4. Clar. §. fin. q. 82. stat. 7. vers. sed pone. Fr. Marc. decis. 283. n. 3. lib. 1. Ald. Mascard. de statut. interpr. d. concl. 2. n. 26.* quia semel incidit in perfectum casum immunitatis, á quo recedere non potest, *Surd. cons. 41. n. 4. Gylm. d. decis. 8. n. 15. personal. de gabel. nu. 104.* Sed ita vera, si de primo proposito constet; eo siquidem non apparente, ex proximiori actu id præsumitur, *l. item. 7. §. 12. ff. ad SC. Maced. Alb. de statut. p. 1. q. 79. Ripa, d. §. de venio nunc, n. 113. Chopp. d. c. 57. nu. 2.* e) Nihil domesticis usibus verius applicatur, quam quod in fulturam ædium habitationemq; confertur, proindeq; á vectigali immunes has res existimarunt, *Sich. in tit. C. de vect. n. 10 Ranchin. d. dec. in fin. Fusc. singul. in utr. jur. lit. G. n. 2.* qui id æquitati valdé propinquũ arbitratur, quod de creberrima illa, *de qua Ant. Fab. in jurisp. Roman. tit. 1. pr. 2 illat. 6.* concedi potest: sanè *d. l. in l. Censoria*, aliud præscribit, ideoq; in Parlam. Delph. olim munifica habita, *G. Pap. d. dec. 4. Chopp. d. c. 57. nu. 2. Fr. Marc. decis. 285. lib. 1. Viv. com. opin. 765. n. 15.*

58. Usus proprii causa duci, rem juramento, *a* si aliæ præsumptiones id non impediant, *b* probatur. Quare de eo, qui Principis, vel alterius immunis nomine se merces vehere professus est, atq; in eam rem literas requisitoriales Principis, einen Paß oder frey Zettul / producit, postmodum verò in aliis teloneis, ut suas eas profitetur, & vendit, quæstio suboritur; num si alia vice reversus fuerit, haud attentis literis jam dictis, á domino vectigalis juramentum, quo suas non esse merces adseveret, eidem deferri possit? *c*

a) gl. in clem. un. de censib. Bal. in l. 3. C. de naut fœn. Ferrar. in form libel. pro sol. pedag in v. panni. n. 1. Ferrat. de gabell. n. 128. & seq. Seraph. Seraph. de priv. iur. pr. 14. n. 3. Asin. de exec § 9. c. 55. n. 1. Affl. in c. un. verb. vectigalia, n. 10. Fr. Marc. dec. 286. n. 1. vol. 1. & dec. 162. n. 2. vol. 2. Viv. com. opin. 765. n. 13. & 14. b) forté quia ea quantitas mercium sit, ut verosimiliter plurium usui sufficiat, vel personæ qualitas, & tẽporis ratio contrarium suadeat, *Sich. in C. de vect. & com. N. Everh. jun. cons. 2. nu. 25. vol. 2 Gall. cons. 94. num. 38* Imò si contrarium quis probare nisus fuerit, non admittetur jurare paratus ad sacramentum retrectabile, *Wesemb. in parasit ff. de iureiur. nu. 11. Menoch. de arbitr. cas. 86. in fin. Ioh. Wamms. cons. 137. n. 5. in fin. c)* Aut in vim juramenti litis decisivi, aut purgationis hoc jurament. defertur & neutro casu præstandum videtur. Non in vim litis decisivi: quia etiamsi id in omnib. causis, sive in rem, sive personam dirigatur actio, statim initio litis, *l. 3. §. 1. ff. de iureiur. l. manifesta, 38 ff. eod.* quando ab Actore nihil probatum est, deferri possit, *Ias. in d. l. manifesta, per tot. Rimin. Sen. cons. 413. n. 1 & 2. Peregrin. cons. 21. n. 11. lib. 2. Flam. de Rub. cons. 71. n. 14. vol. 2. Boër. dec. 95. n. 5. Cacher. decis. 97. per tot. Surd. cons. 111. nu. 1. & 5. Modest. Pistor. cons. 45. n. 25. vol. 2.* tamen id tum demum obtinet, si juramentum veré sit litis decisivum, quando enim finem controversiæ non imponeret, licité recusatur, *Alex. in d. l. manifesta, nu. 6. Wesemb. cons. 131. nu. 127.* Utcunq; autem juramentum, is qui merces devehit, præstet; litem, quæ in eo versatur, an merces vectigali sint obnoxiæ, nec ne, haud ditimet: cùm elisâ fide literarum Principis, possint esse alterius munici-

nifici,

nifici, & ita vectigali suppositæ, *Prosp. Farinac. decis. 323. nu. 1.* Nec quoque juramentum purgatorium videtur obtrudi posse, cùm id reo deferri haud queat, antequam probatio, quæ aliquam suspicionem contra eum pariat, præcesserit, *Bologn. in l. admonendi, nu. 18. ff. de jurejur.* Dato verò, ex eo aliquam præsumptionem oriri, quòd alibi mercet. ut suas professus fuerit, vendideritq;, nihilominus fortiorem præsumptionem & elisivam alterius videntur gignere litteræ illæ. Quippe si Princeps vel Rex asserat, bona esse suę coronæ, ei credendum est, *Valasc. decis. consul. 167.* Quod in inferiore Principe eatenus verum est, quatenus contrarium, & rem aliter se habere haud probetur. *Ruin. cons. 175. nu. 15. vol. 1.* & dominium difficilis probationis, quod conjecturis, *Rot. Rom. dec. 611. n. 4. p. 2. in noviss.* maximè si per viam exceptionis deducatur, *Æmyl. Veral. dec. 280. n. 4. p. 1. Ant. de Pratovet. cons. var. Italor. cons. 70. n. 19. & 28. vol. 1. Tob. Non. cons. 73. per tot.* demonstratur: magisq; ad speciem, quòd apodixa & literis, quas aurigæ secum ferunt, probetur dominium mercium *post Salyc. in l. cùm proponas, nu. 5. C. de naut. fœn. tradit Milanens. decis. 11. n. 3. lib. 1. Mod. Pistor. cons. 48. n. 3. & 4. Mascard. de prob. concl. 1051. n. 1. Flam. de Rub. cons. 37. nu. 11. vol. 1.* maximè si concurrat, quòd merces ex fodinis Principis erutæ sunt, *Elb. Leonin. cons. 55. vers. his omnibus.* In contrarium, præsuppositio in facto fraudem aliàs vectigali à mercatore factam, militare videtur. Quòd reo suspicionibus gravato juramentum purgationis deferri possit. *d. l. admonendi, 31. auth. novo jure, Cod. de pœn. jud. qui mal. iud. c. fin. de iureiur. Castrens. in d. l. admonendi, n. 3. Marant. in Spec. p. 6. de iurej. n. 18. Consult. Saxon. in controv. lib. 1. q. 6. n. 7.* & in terminis non dissimilibus: Si quis suspicione aliqua, se ducere rem contra prohibitionem, & devetum, ut ajunt, gravetur, huic semper posse deferri juramentum, *per l. un. C. de lit. & itiner. custod.* adstruit *Ioan. de Plate. ibid. & eum referens Everh. præs. cons. 45. n. 7.* Si exceptis, hæc vera esse si in judicio ab ipso judice deferatur juramentum, *Iohan. Bolognet. in d. l. admonendi, num. 18.* dominos autem vectigalium, semper non esse judices in causa fraudati vectigalis; non incongruè fortè replicabitur, contrarium in hac materia, ob periculũ, quod in mora est, si res judicis arbitrio ordinariè definiẽda foret, statui debere, *arg. d. l. un. & l. 3. C. de naucler. lib. 11. qua non ad iudicem, sed custodes, & stationarios litterũ diriguntur, Chopp. de iurisd. 2. nd. c. 50. n. 2.* Tum verò consuetudinem Germaniæ (*de qua fidem infra faciemus*) hoc dominis vectigalium tribuere, ut propria authoritate rei commissæ possessionem apprehendere possint. Competere itaq; & illis delationem juramenti & alia, sine quibus apprehensio illa legitimè fieri non potest, dicendum est, *l. 3. ff. de iurisd. appositè Fran. Pfeil cons. 196. n. 25. vers. sive igitur sac. qua notat Surd. cons. 465. n. 6. Gratian. discept. forens. 4. n. 28.* ut reliqua maneat difficultas, quæ in robore literarum collocatur. Sed cui non obrepitur? & quę fraus circa literas tales committi non solet? Qui semel illis instructus deceptit, in eodem genere semper malus præsumitur, *Menoch. cons. 1108. n. 6.*

59. Adeò autem, quas quis usus gratiâ ducis res, á vectigali nonnulli eximunt, ut ne quidem consuetudine contrarium induci posse, ac eam, si qua extet, exterminandam esse, contendat; á quibus rectè divortium feceris.

Fundamenta eorum breviter recensebo. (1.) Consuetudinis ea non est vis, ut legem vincat, aut rationem, *l. 2. C. quæ sit long. consuet. Cacher. dec. 22. nu 3. Ant. Fab.*

in Cod. lib. 9. tit. 30. defin. 14. n. 5. & in iur. pr. Roman. tit. 2. pr. 11. circ. init. Cavalc. dec. 11. n. 47. p. 3. Abversatur autem hæc consuetudo, *l. univers. C. de vect. & comm.* & dispositioni juris Canon. *Clem. præsenti, de censib. Rol. á Vall. cons 34. nu. 20. vol. 3.* (2.) *d. l. univ.* pœnalis est, capitaliter plectens milites & stationarios: contra ejusmodi leges non admitti consuetudinem in contrarium, *Hostiens. in c. 1. de treg. & pac. Traq. in l. si unquam, verb. revocetur, n. 350. C. de revoc. donat. Alphons. de Castr. de leg. pœn. lib. 2. c. 12. in pr. relati á Claud. Bertaz. in add. ad cons. patr. crim. 267.* affirmant. (3.) Consuetudinem ratio sustinet, quæ mala inventa est, nomen consuetudinis amittit, *l. quod non ratione, 39. ff. de ll. c. 1. & 4. dist. 11. Novel. 134. c. 1. ibiq; Angel. Malvas. cons. 2. n. 36.* Impositio autem onere rebus, quæ usus necessarii causâ vehuntur, non servatur justa distributio oneris, inter divitem & pauperem, per rationem, quam *ex Caiet. refert Suares de ll. lib. 5. c. 19. n. 2.* (4.) Ac si quæ forté ratio aut æquitas huic consuetudini affingi potest, nemo tamen inficias ibit, legem res proprii usus causâ vectas eximentem, æquiorem esse. Sed si consuetudo non sit rationabilior lege, eam non tollit, *ut post Andr. de Isern. arguit Rob. Marant. cons. 71. nu. 3.* (5.) Ex usu compertum est, subditos & peregrinantes metu ac vi ad solvenda vectigalia utplurimùm cogi: ex actu autem meticuloso non inducitur consuetudo, *Natt. cons. 179. nu. 20.* imò murmuratione subditorum interrumpitur consuetudo, *Mynsi. 4. obs. 6. & supr. dixi.* Cui nonnulli adspergunt pro (6.) Consuetudinem ex actibus difformibus non induci, *Cavalc. decis. 10. n. 82. p. 3. Mynsi. resp. 50. nu. 15 Menoch. cons 246. n. 44. Peregrin. decis. 78. n. 2. Mastril. decis. 121. n. 31.* Actus verò uniformes hîc non adesse. Sed, ut statim moneam, argumentum hoc quæstioni juris commodè adhiberi nequit, nisi insuper discrepantia actuum demonstretur, idq; ob præsumptionem uniformitatis, quæ in consuetudine subesse intelligitur, *Barz. dec. 95. n. 7. Olivar. Raz. dec. 624. n. 4.* Ex his rationibus suffultam hanc opinionem defendêre, *Host. in c. super quibus. de V. S. Boic. in c. innovamus, n. 4. de censib. Marsil singul. 81. Natt. cons. 655. n. 3. ubi communè Rol. d. cons. 34. n. 20. & seq. Ludov. com. concl. 15. n. 58. sola in const. Subaud. in proœm. decr. gl. 5. & ult. n. 13. Saison in cons. Turon. tit. 7. art. 2 in pr. Nigr. in cons Andegav. de droicts des chasses, p. 1. art. 43. n 3. qui eó prorumpit, ut Diabolicam cõtrariam appellet, Surd. cons. 41. n. 3. & cons. 307. n. 2. Gall. cons. 94. n. 6. Bec. cons. 96 nu. 9. Fœminac. in frag crim. verb. bannimentum, num. 56. Vrv. com. opin. 765. n. 15. Trentacinq. 1. var. resol. tit. de iur. fisc. resol. 5. n. 25. Marc. dec. 41. n. 3. vol. 1. personal. degabell. n. 105. Marchis. recoll. q. 7. nu. 2.* Pro faciliori resolutione hujus ambigui passus notandum, argumenta ex defectu facultatis imponendorum vectigalium, causę finalis, item abusu petita, huc congerenda non esse, monente *Rol. á Vall. d. cons. 34. n. 28.* Deinde prœmittendum, consuetudinem quidem in genere suo non vincere legem, & majorem eâ ipsâ potestatem habere, *d. l. 2. C. quæ sit long. Duar. tit. de legib. c. 12. vers. verum, Donel. comm. jur. Civ. lib. 1. c. 10. c. fin.* sed si legitima consuetudo contraria sit, ut simul stare non possint, á recentiori consuetudine, antiquiorem legem tolli; *l. de quib. 32. ibiq; Ant. Fab. ff. de ll. Cravet. cons. 238. n. 6. Surd. decis. 334 n. 11. Rim. Iun. cons. 51. n. 3. Monter. á Cuev. decis. 15. n. 29. Gratian. discept. for. 153. num. 14.* ne jus Canon. adeó fixum, & immobile, ut consuetudine non tollatur, *c. fin. de consuet. Cravet. de antiq. temp. p. 4. §. transeo nunc. n. 10.* nisi in jure naturali, & divino fundatũ sit, *Dom. á Soto. lib. 1. de just. & jur. q. 7. art. 2. vers. ad primum, Caroc. decis. 111. n. 12. Cabal. cons 177. n. 7. vol. 1.* Imó quęvis lex scripta, etiam pœnalis, *Claud. Bertaz. cons. in add. add. cons. 267. secundùm veriorẽ,*

quid-

quidquid in contrarium argumẽtetur Castro jam cit. loc. Gratian. disc. 14. n. 12. nisi clausulam derogantem consuetudini annexam habeat, *Gratian. dec. 16. n. 9.* per eam vincitur; nec bona fide, aut tituli alicujus allegatione, ob mutuum omnium consensum, opus est, *Cravet. d. §. transeo, n. 16.* Omnis ergo apparatus argumentorum jam adductorum in hoc solo puncto residet; an ratione materiæ hæc consuetudo iniqua, seu irrationabilis sit? Et sané in veteri testamento Deo O. M. iniquum visum non fuit, ut tenuissimus quivis ex fructibus agelli in proprium usum satis decimam solveret, *Molina. de just. & jur. disp. de tribut. 669. nu. 2.* Nec iniquum judicant leges, mercatori pauperi, & diviti idem vectigal indicere, cùm tamen hic lucri & quæstus; ille sustentandæ vitæ ergó negocietur. Quid ergo vetat rebus victui paratis vectigal imponere? *Suares de ll. d. c. 16. n. 7. in fin.* In aperto quoque est, etiamsi rebus negociationis causâ devectis imponatur, pauperes eas á negociatoribus refuso auctiori pretio, in usus suos necessarios emere, & ita in effectu vectigal ex rebus necessariis solvere. Quod itaque per indirectum fit, cur directo fieri non admittetur? *Molin. d. loc. in fin. & hac Dd. Scholast. communiùs est opinio, ut videre est ap. Suar. d. c. 16. num. 3.* Hinc consequens est, Germanię nostræ consuetudinem, quæ indifferenter ex rebus commercii & usus necessarii causâ transvectis portorium exigit, *Kopp. decis. 50. n. 34. Gylm. decis. 8. n. 5. lib. 1.* optimo jure inniti, Eamq; decennio tam de jure civili, *Marant. d. cons. 71. n. 8. Natt. cons. 98. n. 6. Oliv. Raz. decis. 1159. n. 3* quàm Canonico, *ut nuper Maresc. 2. var. resol. c. 100. n. 31. egregiè demonstravit,* introduci posse. Hinc quoq; privilegium EE. Palatinis á D. Maximiliano I. Anno 1518. concessam, **daß sie von einem jeden Fuder Wein/ so durch oder auß jhren Fürstenthumb/ Landen/ vnd Gebieten der Pfaltz/ auch den Flecken/ vnd Gebiethen/ so sie mit andern in gemeinschafft haben/ zu eignem gebrauch/ od̃ auch zum verkauffen geführt/ geschleifft/ oder getragen würdt/ einen gulden/ oder w̃ des minder oder mehr/ dañ ein Fuder were/ nach viel oder anzahl des Weins/ auff vnnd abzusteigen/ zu Zollgeldt/ zu Wasser vnd zu Landt auffheben/ oder einnehmen mögen/** vires capere intelligitur. An ad alia loca, quę Palatinatui post impetratum privilegium accesserũt, beneficium hoc extendi debeat, alterius loci quæstio est. Primo aspectu videtur dicendum, duorum specialium concursum circa idem admittendum, *l. 1. C. de dot. promiss. las. in l. si quis pro emptore, num. 336. ff. de usucap. Philip. Monspel. cons. 3. nu. 10. & cons. 10. n. 10.* & privilegia multiplicanda non esse, *Pacian. cons. 134. nu. 46.*

60. De pecunia sæpiús agitata quæstio, Sitné ea vectigalis censenda, nec ne? Immunem eam existimo.

Cùm Anno 1568. institores quidam Itali specie liberi commercii magnam monetæ summam ad A. secundo Rheno exportarent, P. contra Imperii decretum Anno 1559. de monetâ non importandâ, nec vetita invehendâ hæc facta, tum vectigal defraudatum arguens, M. navim inhiberi curavit; quæ res graves contentiones peperit, *Thuan. histor. lib. 43.* nec ita diu similes, ob pecuniam minimé professam, subortæ fuerunt controversiæ. In priori facti specie consultus *Leonin. cons. 56.* rectè quidem respondit, in legem monetariam Imperii de Anno 1559. §. **Auff daß/** ubi disponitur: **Im fall aber einer oder mehr über diß vnser Gebott die einführung** (monetę sc. reprobatæ) **thun wird/ der od̃ dieselben sollen nicht allein dz eingeführte Geld/ sondern auch jhr Leib vñ Gut/ nach gestalten dingen/ verwürckt vnd verfallen haben/** peccatũ non fuisse: cùm constitutio eos tantùm comprehendat casus,

quan-

quando quis parvam monetam invehit, ut bonam rursum evehit; aut destinetur in in Germaniam, ut ibi expendatur; vel argentea moneta corrumpatur, *d. R. l. §.* **nachdem &** *R. l. de Anno* 1566. *§.* **dieweil aber.** Pecuniam autem illam venisse in Germaniam, ut per eam ad loca, quæ edictum monetarium non obligat, transmitteretur: & statum de non importando, vel extrahendo frumento, non comprehendere id, quod ducitur per transitum, *per notata concl.* 55. In eo tamen labitur, *Leonin. d. const.* quód edictum monetarium nunquam usu receptum ait. Firmiter enim summum Imp. Tribunal ei inhærere testis est, *Sixtin. cons. Marp.* 12. *n.* 161. *vol.* 2. & status Imperii pecuniam in Camerę sustentationem ordinatam secundùm valorem *in d. edicto* taxatum, **in groben vnverbottenen Sorten** solvere coguntur: imó & in taxatione expensarum eum valorem servādum; obstinaté quosdam contendisse memini. Nec refert, quód pœna confiscationis ibidem præscripta usu hodierno raró frequentetur: nam quod *Monter. decis.* 15. *num.* 29. *& seq.* in quæstione haud dispari (utrumné ad pœnam jure civili adulterio indictam in Regno Aragoniæ agi possit, eó, quód ibi nunquam auditum sit, adulterum pœnâ juris punitum fuisse?) respondet; si præter desuetudinem allegari nihil, nec actus implicité contrarius, ex qua consuetudo contraria elici possit, demonstretur, intrepidé jus commune servandum esse, id ego hîc replicari posse putarem. Quid si autem, (ut ad principalem quæstionem digrediar) pecuniam quis professus non fuerit, an ea instar reliquarum mercium in commissum cadet? Duo hîc occurrunt dubia: (1.) An pecunia immunis habeatur? (2.) An ob omissam professionem rei immunis, pœnæ commissi locus sit? Posteriori ad locum suum reservato; in primo videtur affirmativé concludendum, quód de omnibus rebus, quæ commercio subjacent, solvatur vectigal, *l. 6. Cod. de vectig.* Sub rerum & quidem mobilium appellatione comprehenditur pecunia, *N.* 22. *c.* 5. *vers. Si verò Gratian. dec* 95. *num.* 8. maximé si ad mercaturam data sit, *Pinel. in l. 2. p.* 2. *nu.* 44. *C. de bon. mater. Mantic. de conj. ult. vol. lib.* 9. *tit.* 3. *n.* 2. *inf.* & sufficit ut destinatione cum ea negocietur, licét expensa nondum sit, *Guil. Redon. de reb. Eccles. non alien. rubr.* 15. *num.* 8. Deinde, á pari procedunt collecta & vectigal. *Alciat. cons.* 84. *n.* 1. *& 2. lib.* 5. *Bursat. cons.* 161. *n.* 38. Pecunia autē collectationi subjacet, si otiosa non sit, *Flor. de Men. q.* 21. *n.* 6. *Sixt. de regal. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 140. *Casp. Klock patruelis meus disp. de contribut. concl.* 19. *lit. c.* Præterea, domini territoriorum, si pecunia transeunti auferatur, non minùs ad restitutionem tenentur, ac si in aliis mercibus vectigal obnoxiis damnum passus fuisset: Utrobiq; autem militante eâdé ratione, idem jus servandum quoq; *l. illud, ff. ad l. Aquil.* Speciosa hæc quidem fundamenta: sed si ad regulam in materia vectigalium receptam, portiorum scilicet ex iis rebus exigi tantùm, ex quibus consuetum est, *l* 4. *in fin. l.* 9. §. 6. *ff. de pub. & vect. Bec. cons.* 96. *n.* 6. *Mastril. decis.* 87. *n.* 25. *Pacian. de probat. lib.* 1. *c.* 34. *n.* 10. conferantur, sunt apparentia magis quàm concludentia. Nam de pecunia non solvitur vectigal. Assertio hæc negativa est, á cujus probatione me natura negationis, *l.* 10. *C. de non num. pec.* tùm quoq; præsumptio juris, quæ pro libertate militat, *l. altiùs, C. de serv. & aq. Surd. cons.* 74. excusat. (Nec audiendi sunt qui exactionem de genere permissorum asserunt: quorsum enim JCti *in l. fin. §. species, ff. de public. & vect.* operosa specierum ad vectigal pertinentium enumeratio tenderet, si omnes omninó merces vectigali essent suppositæ?) Si tamen molestum probationus onus subeundum mihi fuerit, rem literis Cæsareæ Majest. ad C.D.K.X.Y. 25. Novemb. An. 1603. scriptis,

scriptis, daß man vom Geld nirgends im gantzen Reich Teutscher Nation einigen Zoll zu bezahlen pflege / optimé absolvisse videbor. Si enim Doctori illustri testanti de consuetudine, saltem præsumptivé & in dubiis, *Alex. cons. 55. n. 27. lib. 4.* præsertim si de consuetudine loci & curiæ, in qua versatur, attestetur, *Hercul. de probat. neg. nu. 103. in 5. restrict. M. Ant. de Amat. dec. 11. n. 36. Cravet. cons. 325. n. 1. Wesemb. cons. 13. n. 100. Mascard. de probat. concl. 42. n. 12. Monald. cons. 11. n. 8. & seq. vol. 1.* quantó fortiùs Imperatori asserenti consuetudinem se ita habere credendum est, cùm ejus assertioni regulariter stetur, *Capyc. decis. 86. nu. 2.* præcipué si in verbis enunciativis se fundet, *Affl. dec. 305 num. 14. & 16.* Hîc autem Imperatori credendum est, quod de consuetudine generali totius Imperii, quæ vice legis generalis est, deponat, leges in scrinio pectoris habere & consuetudines vulgatas scire præsumatur, *Natt. cons. 98. n. 8. Nic. de Ian. de verb. enunciat. lib. 2. q. 2. num. 5.* Eadem consuetudo, cùm in causa N. contra P. L. P. mand. de relax. arrest. Anno 1595. pro N. definita allegaretur, adeo eam D. Reus non est inficiatus, ut potissima inde decidendi ratio petita fuerit. Rationem si petiveris, cur pecunia magis exempta sit, quám merces, eam hanc dabo: quód pecunia nunquam commercio eximatur. Si itaq; Dominis teloneorum exindevectigal dependendum est, paulatim tanquam hamo ad se omnem pecuniam trahent, aut facient ut ipsa commercia tollantur. Consuetudo autem exigendi non valet. quod ita capitur vectigal, ut annis ducentis res annihiletur, *Gôden. cons. 7. n. 2. vers. deniq.*, eamq; rationem movisse Hisp. ut *nov. recopil. reg. lib. 9. tit. 8.* caverit, *que no se pague alcavala de la moneda amonedada*, verosimile est.

61. Eadem libertate navis vi ventorum & tempestatis in portum delata, *a* item ruris exercendi causa, *b* & ad exercitum devectæ res *c* fruuntur.

a) l. Cæsar, 15. ff. de publ. & com. l. fin. §. 8. ff. eod. peregr. de jur. fisc. lib. 6. tit. 5. n. 3. Leonin. cons. 7. n. 1. qui n. 11. illam de navi vi tempestatis in portum delata, non de ea, quæ occasionem tempestatis approbans in portu remanet, intelligendam putat, *Marc. de if. 424. n. 1. & 2. lib. 2.* Plura autem *ex d. l. 15.* inferunt Dd. sed pauca hæc annotâsse sufficiat. Eos, qui hostium metu ad vicinam urbem confugiunt, nihil prorebus convasatis vectigalis nomine dependere, etiamsi publicani amplissimam exigendi facultatem prætendant; succurrendum enim his, qui ex necessitate actum faciunt, *l. 7. §. 1. ff. qui satisd. cog. l. 1. C. de patr. qui fil. distrax.* effrenisq; potestas æquilibrio rationis cohibenda, ut excipiantur hi, quos leges ipsæ singulari misericordiâ dignantur, & ex quorum calamitate luctuosâ compendium sectari vetant, *l. 1. C. de naufrag. lib. 11. Hier. de Laur. dec. Avinion. ult. nu. 5. & seq.* Eadem ratione vicini á pedagio, si ob nimiam inundationem fluminis, & hostium insidias molendina nostra vilitent, excusantur, *Saison in cons. Turon. tit. des droits des peages. art. 3. circ. med.* & sic de quovis animali intrante civitatem vigore statuti solvenda gabella est, immmunis evadit Dominus, á quo equus aufugit, *Rol. á Vall. cons. 60. n. 13 vol. 2.* *b) l universi, C. de vect. & com. Ferret. de gabel. n. 129. & n. 534 Bertaz. cons. crim. 256. n. 6. ubi ad rotas hoc extendit, Guil. Forner. solert. lib. 1. c. 20.* comprehenduntur quoq; fructus ad seminandum, & quævis instrumenta rustica, *Chopp. de privil. rust. lib. 2. c. 3. vers. est & alia differentia Sixt de Regal. 2. c. 6. num. 127.* *c) l. locatio, §. res. exercitui, ff. de public. & vectig.* refert *Goldast. in collect. consuet. & constit. Imper. p. 119. ex Lothar. l. Capitulari,*

art. 13. Caroli Magni legem, quâ cavetur, ut nullus de his, qui substantiam suam ad Palatium, aut exercitum ducunt, teloneum exigat, quę *in R. l. de A.* 1530. §. **Ferner auch/** his verbis repetitur, **daß mit dem Proviandt ein freyer Marck / wie Kriegs gebrauch vnd herkommen / gehalten / vnnd daß solch Proviandt / Zoll vnd Mauth frey an allen Stätten / Zöllen vnd Orthen / gelassen werden soll** / *Fr. personal. de gabel. n.* 75. *Peregrin. d. tit.* 5. *nu.* 23. libello tamen hi, qui exercitibus præsunt, id quod transiturum est, significare debent, ut si quid amplius quàm mandatum sit, transferatur, munificum sit, *l. si Publicani*, 4. § 1. *ff. d. tit. ex qua Bald. cons.* 496. *vol.* 2. *Menoch. cons.* 312 *n.* 9. *Boss d. tit. pro quib. reb. solvat. vect. n.* 3. *& Bursat. cons.* 335. *n.* 1. colligunt, si quis sponte ad exercitum annonam & vectualia ferat, ea non esse immunia: nota quoq; , hæc procedere in rebus ad exercitum Roman. per loca Imperii advectis; si enim per provinciam non subditam eundem esset, legis dispositio haud obtineret, *Burs. d. cons. n.* 13. *vers. secundo.*

62. Post rerum mobilium, commercii causâ ductarum, absolutam explicationem, de vectigali hereditatum, quod nonnullis locis adhuc in usu esse videmus, occurrit disquisitio, an id ex hereditate á parentibus filiis, & econtrá delatis, debeatur? Et de legatis si solvendum, an heres vel legatarius id præstare teneatur? In priori quæstione verba statuti inspicienda existimo, quæ, si in specie paternam hereditatem non designent, filii erunt immunes. *a* In posteriori æquum est, ut Legatarius onus sentiat. *b*

a) De validitate statuti, quo hereditatibus á parentibus filio delatis onus imponitur, dubitare non oportet: quamvis enim hæc successio juris naturalis, gentium vel civilis sit, ita ut in totum filii ab ea excludi non possint, *per ea quæ remissivé Bolognet. in l. omnes populi, num.* 99. *vers. quartó quærit. ff. de legib.* quin tamen á statuto onus ei imponi queat; cùm in genere receptum jus gentium per Civile corrigi & restringi, *argum. c.* 6. *ff. de just. & jur. Alphons. Modit. var. dubitat.* §. *lex dubit.* 74. *num.* 23. non convenit ambigere, imó, cùm in nondum delatis successionibus heredibus jus quæsitum non sit, statutum fieri potest, quo in totum eæ auferantur, *Vasqu. de succes. lib.* 1. *de testatoris potentia*, §. 1. *num.* 13. *&* 14. *& post Dec. cons.* 33. *n.* 1. *Alciat. in l. nihil aliud. circ. fin. ff. de V. S. Rauchbar. quæst. Iur. civil. & Saxon.* 15. *num* 8. Exquibus defenditur justitia statuti Susatensis, quod vicini Episcopatus subditos á successionibus civium excludit: nescio tamen, an non majori justitiâ, legitimo sc. retorsionis jure, cives Susatenses vicissim á successionibus in d. Episcopatu sibi obvenientibus arceantur? Sic statuto legitima liberorum minui potest, *Tessaur. dec.* 263. *n.* 4. *Mynsi. cons.* 10. *n.* 44. *Suarez. com. opin. lit. L. Surd. cons.* 357. *num.* 3. Cur non igitur modica gabella hereditati paternę ad eos devolutæ imponi? Quòd si autem indefinitè statutum de hereditatibus loquatur, non exprimendo in specie hereditates paternas, æquius est, ut liberi hereditatem liberè & sine onere percipiant, cùm non tám hereditatem, quám liberam bonorum administrationem consequi, *l.* 11. *ff. de liber. & posth.* retinere hereditatem, non acquirere, *l. un. in pr. C. de imponend. lucrat. descript.* & unam eandemq; personam cum defuncto repræsentare dicantur, *Rauchbar. d. q.* 15. *num.* 27. *& quamplurimi ab eo allegati*, quib. addo *Dec. cons.* 262. *n.* 6. *Petr. Duenn. in reg.*

in reg. fur. verb. gabella n. 8. Gomez. ad l. Tauri. 45. nu. 55. in fin. Guil. Bened. in c. Raynut. verb. mortuo itaq; testatore, 2. n. 52. ubi id quoq;, si turbato mortalitatis ordine parentes liberis succedant, verũ opinatur, Alc. in l. in suis, n. 12. ff. de lib. & posth. Molin. in conf. Paris. tit. 1. §. 3. gl. 1. n. 3. & ante hos Rim. Sen. conf. 566. num. 2. Kopp. dec. 6. n. 4. Scip. Rendina in prompt. recept. sentent. com. 1. tit. 120. n. 6. Detrahitur etiam hęc gabella ex rebus, quæ in collationem veniunt; cũm enim communio illa sit realis, rectè dicitur, rem collatam esse hereditatem, *l. si soror. 8. C. de collat. Kopp. dec. 6. per tot. & n. 9.* *b)* Quæ vectigalia & tributa tempore testatoris imposita sunt, quamvis post mortem primùm deberi incipiant, rectè tamen á Legatario petuntur, *l. Imperatores, 7. & ibi gl. de publ.* quicquid tamen hoc nomine solvit, id omne ab herede defuncti repetit, *l. cùm possess. 5. de censib.* quę post mortem testatoris imponuntur, ad Legatarium, non heredem, pertinent, *l. quaro, 28. ff. de usufr. legat. l. hactenus, 8. & l. 33. §. Cloacarii. ff. de usufruct.* & qui lucratur, ex contractu dependet vectigal, ut hic legatarius. Et post mortem testatoris legatarius statim dominus efficitur rei legatæ; *l. 64. in fin. de furt. Rauchb. q. 16. per tot. ubi contrarium respondet*, si tamen pro pia causa quis legaret res, oneri gabellæ non subjaceret, *Parlad. rer. quotid. c. 3. §. 1. n. 17.* ratio est, quia in piis causis tantùm juris divini & naturalis ratio habetur: sed nullo jure imponitur gabella. Deinde, ejusmodi legata non admittunt deductionem Trebellianicæ. *l. 49. §. 1. C de Episc. & Cler. auth. similiter, C. de Cler. Novell. 131. c. 12. Boss. tit. vectigal. pro quib. reb. solv. num. 19.* Eodem modo pro malè ablatis legata libera sunt, cùm non præstet beneficium qui debitum reddit, *Tiraq. in l. si unquam, n. 88. C. de revoc. donat. Guil. Bened. in d. c. Raynutius, verb. si absque liberis moreretur. sect. 1. num. 29. p. 1. junctis tex. in l. si servo, 84. in pr. ff. de hered. instit.*

63. Decima quoq; illa bonorum, der Abzug/ oder die Nachstewr/ Abfahrt/ Abschoß/ á subditis alió migrantibus, Magistratui vi statuti vel consuetudinis pensitanda, speciem vectigalis habet: *a* qualia statuta juri consentanea, *b* & ad omnia discedentis *c* tùm etiam ejus bona, qui religionis amore lares patrios relinquit, *d* extendi arbitror.

a) Ernest. Cothm. conf. Academ 19. n. 13. *b)* Domicilium originis neminem mutare posse constat, *l. assumptio, 6. in pr. l. ordine, 15. §. fin. ff. ad municip. de incol. Rom. conf. 39. circ. fin. & conf. 69. n. 9. Alex. conf. 34. n. 3. vol. 5.* ut si se alió conferat habitatum, non desinat esse civis suæ civitatis, sed apud utraq; civitates munera subire cogatur, *tex. in l. 1. C. de mun. & orig. lib. 10.* cùm quasi hypothecarius suæ civitatis nascatur, *post Ioan. Crot. ad rubr. sol. matr. n. 33. Bertaz. conf. civil. 56. nu. 14. & seq.* More Romano olim non licuit ex una civitate in aliam injussu Principis commeare, *Panegyr. Flav. ad constant. Imperatorem*, & bona Metœcorum colonorum, qui sine rescripto sedem mutabant, fisco vindicabantur, *l. certa, 4. de jur. fisc.* Hinc promanâsse legem de Pfalburgeris, plurib. locis domicilium foventibus, verosimile fit, de quib Henr. Rom. Rex in Constitutione Wormat. Anno 1232. publicat, *ut refertur in Constit. Imp. collect. per Goldastum tom. 1. fol. 79. c. 6.* edicit, die do Pfalburger genandt sind/ sollent gantz abgelegt werden/ &c. 6. Der Fürsten/ der Edlen/ vnnd der Kirchen Leut/ sollent in vnsern Stätten nit angenom̃en werden. Quã Carol IV. in aur. bull. c. 16. renovans, vertẽtes solùm non aliter quàm si realiter domicilium figant, onera sustinent, & dominis integrum in personas & bona jus servetur, recipi verat. Atq;

ideó statutum fieri posse, quo subditi emigrare prohibeantur, *arg. l. 4. C. de commerc. & l. fin. ff. de decret. ab ord. fac. tenent Abbas cons. 17. in secundo dub. vol. 2. Rom. cons. 59. n. 1. ibiq; Mandos. in addit. lit. a. Bertaz. cons. civ. 56. num. 18. Petr. Cabal. cons. 209. per tot. vol. 2.* ubi insuper *in fin.* pœnam cõfiscationis bonorum, & aliam maximam pœnam imponi posse, statuit. Quamvis sepositio statuto de jure cõmuni subdito liberé, quó velit, abire licitum, *l. postliminii, 5. §. fin. ff. de capt. & postl. & in R. I. de An. 1555. §.* Wo aber/ quos textus cum allegatis suprá jurib. ita conciliat *post. Honded. cons. 5. nu. 43. Grav. concl. 36. n. 5. & seq lib. 2.* ut quidem qualitas originaria mutatione domicilii minimé, sed effectus ex naturali & ingenita illa civilitate pro creatus benè tolli possit. Ex prædictis colligitur, de viribus statutorum, quo liber abitus non impeditur, sed solúm solutione decimæ restringitur, dubitandum haud esse, quæ & in specie comprobantur, *á Zas. in l. 2. ff. de orig. jur. Gail. 2. obs. 36. n. 9. Thoming. decis. 27. nu. 37. & seq. Kopp. decis. 11. n. 3. & seqq. Chopp. de doman. lib. 1. tit. 11. nu. 29. Ernest. Cothman. d. cons. 19. Tilem. de Benig. decis. Camer. Syntag. 4. decad. 3. vot. 2. n. 13.* e) Si veram præsupponas Doctorum opinionem, subditum non tantúm pro bonis in domicilii loco, sed etiam alieno territorio sitis collectari posse, de qua *Ant. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 30. def. 2. n. 4. Florez. de Mena pract. q. 21. n. 55. Gail. 2. obs. 53. n. 10. Villalob. com. opin. verb. collectari,* & in hac decima res expedita erit, eam ex mobili sive immobilire extra territorium statuentium posita, solvendam; cúm etymon vocabuli Nachsteuer collectæ accessorium eam esse, *Anonym. Advocat. in cons. pro* Fugg. *contra* Meyelrein/ *c. 4. tit. 1. num. 16.* proindeq; eodem jure cum illa censendam esse evincat, *l. qui ades. ff. de usurpat.* sed quia prior sententia sine contradictione adeó non procedit, ut etiam á contraria in consulendo & judicando recedere non oporteat *secundúm Dec. cons. 314. n. 7.* & omnia judicia & Curiæ in sententiis ferendis eam observent, *ut post Paris. Molin. & alios atteştatur Cothm. cons. 11. n. 122. & seqq. per rationes, n. 36. & plur. seq. adductas,* in omnibus bonis territorio statuentium subjectis conclusionem veram intelligimus. Admissa autem posteriori opinione, de teb. mobilibus in alieno territorio existentibus dubium suboritur, an ex his detractio fieri queat? Et breviter respondendo, si alibi repositæ, non ut ibi perpetuó maneant, non ejus loci patrimonio, quó translata sunt, sed ubi paterfam. domicilium fovet, annumerantur, *l. ex facto, 35. §. rerum autem de hered. instit. l. hares absens, 19. §. 2. ff de iud. l. debitor. 32. ff. de pign.* ideoq; defalcatio nulla competit, *Rauchb. q. 17. per tot. ubi contrarium respondet.* In eo autem non possum assentiri Rauchbario, quód *in d. n. 13.* decimã hanc de annuis reditibus alibi existentibus, eó quód immobilium loco habeantur, peti non posse tradit; nam hi reditus ex sui natura propriè non computantur inter immobilia & mobilia, sed tertium genus constituunt, *l. á divo Pio, 15. §. 2. de rejud. l. quã tuberonis, 7. §. pen. ff. de pecul. l. 3. ff. pro soc.* Et propterea, si non simus in casu ubi necessarió ad mobilia vel immobilia bona ea referre necesse sit, non computantur inter immobilia, *Tiraquell. retract. lign. §. 1. gl. 7. nu. 9. qui communem dicit,* nos autem non versamur in casu, in quo cogamur istos reditus ad mobilia vel immobilia referre, sed tantúm quæritur ad effectum illos collectandi, seu decimandi, & propterea remanent sub tertia specie, *Steph. Gratian. discept. 29. n. 23. & seq.* Jura autem & actiones dicuntur esse de loco, de quo est persona creditoris, cujus ossibus sunt affixæ propter effectum exactionis. *l. fin. vers. quid enim prodest. C. de long. temp. præscr. d l. 3. ff. pro soc. l. quia ergo casus, 16. ff. de pecul. ibiq; Gotofr. lit. n. pulchré Felician. de Sol. de censib. lib. 2.*

lib.2.c.6.n.12. verſ. tertium argumentum. d) *R.I. de Anno* 1555. §. Wo aber vnſer/*ib.* denn ſolcher Ab- vnd Zuzug/auch verkauffung jhrer Haab vnd Güter/gegen zimlichen Abtrag der Leibeigenſchafft vnd Nachſtewr/wie es eins jeden Orts/von Alter her üblich herbracht/vnverhindert männiglich zugelaſſen vnd bewilligt worden/ſed cùm pax Religionis, unicum hodierni Imperii fulcrum, undiq; labefactetur,& contra ſalutarem illam conſtitutionem, quæ emigrationem in arbitrium non ſuperiorum, ſed ſubditorũ *clariſſimis d.§. verbis:* An andere Orth ziehen/vñ ſich widerlaſſen wolten/(nota verbum non præcepti, ſed merę facultatis) confert, ſubditi ſedibus avitis lugubri exemplo pellantur, æquum eſt, eos onere der Nachſtewr minimè gravari, *per ea quæ concl.61.lit.a.dixi,* quibus addo *Iaſonem in l.fin.n.17.C.de jur.emphyt. Capel.Tholoſſ.q.75. Chaſſan.in conſ.Burg.rubr.*10.§.9. *nu.*3. *Cald.Peyer.de emphyt.lib.4.c.16.n.61. qui Emphyteutam ex neceſſitate rem Emphyteuticam alienantem, non perdere Emphyteuſin docent. Parlador.rer quotidian.lib.*1.*c.*3.§.2.*n.*18. *qui vendentem ex neceſſitate non teneri ad gabellam tradit, & in terminis Ioh.* Kõpp.*d.q.*11 *num.*15. Semel autem figendi, refigendiq; conſtitutionum publicarum poteſtate arreptâ, non mirabere ſi á juris beneficio, & hac in parte excludaris.

64. Sic multorum locorum conſuetudinibus & ſtatutis *a* Emptiones-venditiones rerum immobilium á gabella vectigalis quadam ſpecie immunes non ſunt, quæ in loco contractus etiam á forenſi *b* non tamen deſtinatæ ſolutionis, *c* ſolvenda eſt.

a) Quod novum commentum non eſt, nam olim Romæ ducenteſima pars rerum venalium pendebatur, *Dion. Caſſ. lib.* 58. quam Tiber. ad centeſimam reſtringi, & ærario militari inferri juſſit: de ea extat reſponſum, *Vlp. in l. debet,* 27. *ff. de V. S. Alphonſ. Azev. ad conſt. reg. lib.* 9. *tit.* 17. *leg.*1. *n.*10. Spiræ Nemetum, ubi ſummum Imperii Germanici Tribunal, facta venditione rerum immobilium, tum quoq; conſtitutione annuorum cenſuum, Magiſtratus civitatis ex ſingulis pretii florentis. tres nummos, quorum unum venditor, reliquos duos emptor dependit, á tempore, cujus memoria non exiſtit in contrarium, gabellæ nomine exigere conſuevit; cujus, cùm contractus coram Senatu actis inſinuatur, ſolvendi neceſſitas imminet, & ſimile vectigal fori Marckt zoll in illuſtrioribus Germaniæ urbibus debetur. *b*) Ratione enim contractus quilibet forum ſortitur, etiam extraneus, *l.* 19. *ff. de jud. l. fundus,* 6. *ff. de evict. Bart. in l. de quib. n.* 27. *ff. de legib. Corn. conſ.* 64. *vol.*3. *Chaſſan. in conſ. Burg. rubr.*4.§.2. *gl. ou duche. n.*3. *& gl. ſelon. n.*10. *Capyc. dec.*148. *n.*7. *Gab. com. concl. lib.*8. *tit. de conſuet. concl.*2. *n.*4. Gabella autem acceſſorium eſt, ſeu onus conſecutivum contractus, *Bald. inl.*1. *n.*3. *&* 4. *C. de contrab. empt. Ferret. de gabell. nu.*377. *Roman ſing.*478. Quod autem judicatur de contractu, idem quoque de acceſſorio illius judicandum eſt, *Vaſq. q. uſufreq.*52. *n.*1. *Caball. conſ.*124. *nu.*7. *& ſeq. vol.*2. *c*) *text. in l.*6. *ibi: ex conſuetudine eius regionis, in qua negotium geſtum eſt, pro evictione caveri oportet. ff. de evict. l.*2.§.4. *& l.* 8. *ff. de iud.* ex quibus apparet, omnes, ubi contraxerunt, rectè conveniri, nec revocandi domum jus habere, & ne quidem legatum durante legatione contrahentem. Sed ſi in legatione conſtituit ſolvere, quod ante legationem debebat, in loco deſtinatæ ſolutionis conveniri non poteſt. Ergo. *Felin. in c. licet ratione, n.*18. *de for. compet.* Deinde, gabella eſt onus contractus, & ſolennitas ejuſdem, *Ceph. conſ.*58. *n.*33. *& conſ.*553. *n.*9. confirmatio contractus, *Affl. in c. un.*

verb. vectigalia, n. 18. *quæ sint regal.* Confirmatio autem novi nihil tribuit, *l. Aurelius,* 28. §. 1 *ff. de lib. legat. Rol. à Val. cons.* 100. *n.* 14. *lib.* 3. *Dec. cons.* 457. *n.* 1. *Alex. cons.* 143. *n.* 5. *lib.* 6. *Morl. in Empor. de contrah. empt. tit.* 8. *n.* 54. *Coler. de proces. execut. p.* 2. *c.* 1. *n.* 75. *Caval. com. opin. q.* 733. *Barbos. in l. heres absens, §. proinde, n.* 77. *ff. de jud. Ant. Angusol. cons.* 30. *n.* 24. *lib.* 2. *Felic. de Sol. de cens. lib.* 2. *c.* 6. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 1. *tit.* 13. *n.* 54. *Caball cons.* 124. *n.* 1. *& seq. vol.* 2. *Mastril. dec.* 87. *n.* 14. *Diss. post Bald. Bertach. Parlad. rer quotid. p.* 1. *c.* 4. *n.* 50. *Claud. in add. ad cons. patr. crim.* 519. *lit. b.* Limit. communem illam, si statutum in rem loquatur, tum enim nihil obest, si contractus alibi fiat, *Alc. cons.* 28. *n.* 2. *lib.* 1. *Diss. Natt. in addit ad Alex. cons.* 16. *lit. a. in verb. non aliis, vol.* 1. tuetur *Alc. Claud. Bertaz. d. loc. lit. a. n.* 12. *Bursat. cons.* 307. *n.* 58. (2.) Lim. Si in fraudem gabellę contractus alibi celebretur, *M. Brun. ab Anguil. cons.* 69. *in fin.* quę fraus facta præsumitur, quoties subditus cum subdito contrahit, *Bertaz. d. loc. vers. nisi.*

65. Ex venditione, quám primúm de re & pretio inter partes convenit, debetur: *a* neq; ut traditio subsequatur necesse est: Sed hoc ad promissionem de vendendo extendi non potest: *b* Ea venditio, quæ sub conditione celebrata est, pendente conditione, *c* & quæ nullitatis vitio laborat, *d* á gabella omninó immunis est.

a) Essentialiter enim perfecta est, *in pr. Inst. de empt. pr. Inst. de oblig. quæ ex cons. §. perficiũtur. I. de donat. l.* 1. *§. fin. ff. de contrah. empt. l. alienatio,* 67. *ff. de V. S.* Quoties igitur statuta simplicem actum vẽditionis requirunt, traditione non est opus, *Azev. ad const. reg. lib.* 9. *tit.* 17. *l.* 1. *n.* 28. *Gutier. de gabel q.* 7. *n.* 18. Eaq; ad emptiones annuorum redituum quoq; extendenda sunt, *post alios Felic. de Sol. de censib. lib.* 2 *c.* 6. *n.* 1. plurima enim cõtractui emptionis similia habent, *Gail* 2. *obs.* 7. In eo tamen differunt á simplici venditione, quód non nisi interveniente pretio perficiantur. *Idẽ Felic. d. tr. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 9. *quem secutus est D. R. in cauf. N. contra L.* Quare ante traditionem gabellã non deberi existimarem. *b*) In his gabellis strictissima adsumi debet interpretatio, ut non extendantur de uno contractu ad alium: maximé a. differunt promissio de vendendo & ipsa venditio; hæc contractus bonæf. est, *l.* 11. § 1 *ff. de act. empt.* illa stricti juris, *Ludov. com. opin. concl.* 15. *n.* 36. *Rol. á Val. cons.* 69. *nu.* 20. *vol.* 3. *Marsil. singul.* 469. *n.* 3. *Azeved. cons.* 32. *n.* 7. *Hor. Carpan. ad statut. Mediolan. c.* 328. *nu.* 7. Præsumitur promissio de vendendo facta, si pretium statim non solutum, nec certum tempus solutioni præfixum, nec res incontinenti tradita, *Mantic. de tacit. lib.* 4. *tit.* 2. *n.* 1. *in fin. c*) *l. qui promisit,* 48. *ff. de cond indeb. Rimin. Iun. cons.* 163. *num.* 2. *Azeved. cons.* 32. *n.* 2. *& ad const. reg. lib.* 9. *tit.* 17. *l.* 1. *n.* 96. *Fr. de Cald. quæst. forens.* 12. *n.* 26. *Asin. de execut. §.* 6. *c.* 55. *num.* 3. *&* §. 7. *c.* 269. *n.* 9. Pendente itaque conditione, si partes á contractu resiliant, nulla debebitur gabella, *Gutier. de gabell. q.* 8. *n.* 3. *d*) Perinde enim est ac si nunquam celebrata fuisset venditio, *l.* 2. *C. de Eunuch. Rimin. Sen. cons.* 565. *n.* 1. *Rimin. Iun. cons.* 616. *n.* 7. *Garf. de expens. c.* 18. *nu.* 47. *personal. de gabel. nu.* 137. *Cald. in l. si. curatorem, verb. infra legitimum, nu.* 14. *C. de in integr. rest. minor Coras. dec. Thol. c.* 96. *Chass. in cons. Burg. de gabel. in fin. oper. verb. soue les seaux. nu.* 3. *Gutier. pract. qq. lib.* 1. *q.* 129. *n.* 2. Fiscus itaq; ex venditione nulla perceptam gabellam restituit, adeó quidem, ut si quæstio nullitatis contractus moveatur, cum citare non sit necesse, cum legitimus contradictor non existat, *Molin. in cons. Paris. tit.* 1. *§.* 22. *nu.* 34. quamvis adsistere, & videre possit, ne litigantes colludant, *Cald. de Emphyt. lib.* 4. *c.* 16.

t.16.nu.70. Quòd si venditio contractus ex eo fundamento annullari petatur, quia dolus causam contractui dedit, gabellam dolosum repetere non posse *post Padil.in l.transactione,n.5.C.de transact.Gutier.de gabel.q.9.n.9. & 10.arg.l.13.§.29.ff.de act. empt.l.non eò minùs.14.Cod. de procur.* insinuat: de marito vendente prædium dotale uxoris, idem tradit *Parlad.rer.quot.c.3.§.3.n.36.*

66. In venditionibus, quæ revocationi subjacent, distinguitur, ut ex his, quę per beneficium restitutionis in integrum, *a* aut pactum addictionis in diem, legisq; commissoriæ, resolutæ sunt, *b* fiscus petere, aut retinere vectigal non possit: quod secus fuerit, si beneficio l. 2. C. de rescind. vendit. aut per redhibitoriam *c* contractus rescindatur.

a) Minor etiamsi læsus sit in hoc, quod vendidit, cùm magis ei expediret rē habere; attamen postquā vendidit, solvendo gabellam læsus non est, cùm jure communi usus sit, *l.fin.C.de in integr.rest.* Sed verendum est, ut hoc fundamentum subsistat, si restitutionem ad jura, tertio immediatè ex causa resolutâ quæsita, *cùm Molin. in consuet.Paris.tit.1.§.22.n.3.Gutier. de gabel.q.13 n.8.* porrigamus, & quid ni ita fiet, cùm gabella fisco soluta, revocabiliter quæsita sit, & restitutione concessâ omnia in integrum restituantur, *Ioan. Mar. Rimin. Rimin. cons. 306. post Bald. & communiter scribentes, in l.1.C.de rescind. vend.* *b)* Singularem cautelam *post Rom. cons. 78 notat Rain. Corsi. indag. libr.2. c.10.* ut sub pactis hujusmodi resolutoriis venditio ineatur, semper enim eo modo fiscum illusum iri: de qua differendi occasio alibi se offeret. Hoc dubio caret, pactum legis commissoriæ, & addictionis in diem, contractum ipso jure resolvere; facereq; ut gabella non debeatur, *Rim.Sen.cons. 86.num.8. Pinel.in l.2.c.2.p.2.c.3.n.36.C.de resc.vendit. Parlador.rer quotid. lib. 1.c.3 §.4.n.6.& 7. Gomez.var.resol.lib.2.c.2.* Pacta tamen de retrovendendo non sunt resolutiva cōtractus, proinde gabella ex contractu, cui illa adjiciuntur, debetur *Parlador.d.§.4. n.8. Felic.de censib.lib.1.c.6.n.4.* Ex retrovenditione verò non debetur, quia pactum correspectivum, & conexum est cum priori contractu, *Rim.d.cons.86.nu.14.& cons. 367.n.1. Molin.in cons.Paris.d.§.22.n.15. Caldas de Emphyt.lib.4.c.16.n.35. Morla.in Empor.tit.9.q.14.n.11.vers.quare* *c)* His casibus non fit rescissio ipso jure, sed actione propositâ, & jus fisco semel perfectè quæsitum, quod à partibus tolli amplius non potest, *Affl.in c.un.verb.vectig.n.26.quæ sint regal.Parlador.d.c.3.§.5.nu.2. & 3. Ludov.dec.Perus.113.n.2. Gratian.discept.for.343.num.22. & 24. Vasq.de success. tract.p.1.lib.3.§.25.n.5. Gutier. de gabel.q.12.n.3.*

67. Gabellæ hujus solutio jure communi emptori incumbit; *a* sed consuetudine diversum sæpiùs disponitur. Absurdum autem fuerit, emptori, de onere contractui inhærente, non certiorato restitutionem ex clausula generali concedere. *b*

a) *l.debet,27.ff.de Ædil.edict. P. de Greg. de conces. feud.p.8.q.16.nu.25. Roman. sing.588. Capel.Tholos.dec.452.n.1.* Acquirens enim commodum habet ex contractu, ex quo nemo nisi necessitate compulsus intelligitur vendere, *Surd.de alim.tit.1. q.86.n.2. Asin.de exec.§.4.c.72.n.2. Gozad.cons.65.nu.2. Thoming.cons.39.n.56 Bursat. cons.56.n.16. Peregr.cons.101.n.2.& 3. Saison. in cons.Turon.tit.7.des droicts des peages. art.7.verb.poches, in med. Kopp. decis.50.num.15.* Peregrinum tamen esse d. l. sen-

sum,

sum, cùm facti relationem, non juris necessitatem, contineat, tradidêre *Capol. in l. 2. in 2. notab. C. de resc. vend. Molin. in cons. Paris. tit. 1. § 23. n. 7. Duenn. in reg. jur. verb. gabel. n. 1. Pinel. in d. l. 2 p. 2. c. 3. n. 40 Azev. ad const. regn. lib. 9. tit. 17. l. 1. n. 72.* *b*) Nam qui eam in rem theoricâ *Innoc. in rub. X. de consuet.* (quâ docet, forensem quidê cogi contractui cum cive inito stare, verùm si ex consuetudine sibi non notificatâ læsus sit, restitui in integrum ex generali edicto *prætor, si qua mihi, &c*) abutuntur, rem haud videntur benè percipere: restitutio enim non conceditur aliter, quàm si quis enormiter læsus sit, *l. 2. C. de resc. vend. Alex. cons. 37. nu. 10. lib. 2.* Vix autem est, ut ex gabellæ solutione ita quis lædi possit, *peregr. d. cons. 101. nu. 11. & 12.* Neq; etiam ex empto actionem habet, quia latentia vitia emptori á venditore edicenda sunt, *l. quaro, 39. ff. de act. empti. l. quaritur, 14 § 9 ff. de Ædil edict.* De vitiis autem manifestis, quale est onus gabellarum, cum commonefacere haud tenetur, *d. l. 14. § 9.*

68. Vectigalis nomine olim octava pars *a* pendebatur, hodie quantum solvi oporteat, ex cujuscunque regionis consuetudine addiscendum est. *b* Non autem in ipsis mercibus, sed pecuniâ numeratâ vectigal solvitur. *c* Ex quo fit, ut jure exigendi vectigalis inter duos Imperii status controverso, precia ablata, quæ quantitatem vectigalis non excedunt, constitutioni pignorationis locum non faciant. *d* Irrationabilis quoq; censetur consuetudo illa, quando ex vasis vivariis Publicani nomine aliquid depromunt. *e*

a) *l. ex præstatione, 7. C. de vect. & commiss. l. 2. C. de Eunuch l. si cum Hermes, 7. C. de locat.* Conductores olim Octavarii appellabantur *l. á legatis, C. de vectig.* Sed uniformis omnium vectigalium præstatio non fuit: Ex mancipiis enim venalibus quinquagesima, *Tacit. lib. 13. annal. ibiq; in not. Iust. Lipsi. Dion. hist. lib. 55.* reliquis venalibus rebus ducentesima, centesima, *Tacit. Annal. lib. 1. & 2.* hereditatibus vicesima, *Plin. in Paneg. Trojan.* litib. quadragesima pars summæ de qua litigabatur, *Tranquil. in Calig. c. 40.* de jure scripto decima, qui temerè litigasse convincebatur, *§. hac autem, Inst. de pœn. temer. litig. Nov. 112. c. 2. Cabed. decis. 16. n. 2. p. 1.* Dividebatur olim ita hæc octava, ut duæ partes fisco inferrentur, tertia in ditione urbium, municipumque remaneret, *l. fin. C. de vect.* sed eam legem vacante Imperio obtinere, *Albor. ibid.* dixit, & stultos fore Principes, si eam attendant, *Ioh. Sich. in rubr. C. de vect. n. 7.* ob fisci avaritiâ malè servari, *ex Luc. de Penna* insinuat *Rol. à Vall. cons. 84. n. 18. vol. 2.*

b) *l. locatio, 9. § earum rerum, l. si publicanus, § fin. ff. de publ. l pen. C. nov. vect. Geden. cons. 8. n. 1. & cons. 7. n. 18. in fin. Bursat. cons. 138 n. 42. Rol. á Vall. cons. 79. nu. 80. vol. 3. Bertaz. cons. crim. 256. n. 8. Crav. cons. 96. n. 4. Bec. cons. 96. in pr. & nu. 6. Menoch. cons. 178. n. 28. Fred. Scot. resp. 13. in f. lib. 3 tom. 1. Iul. Ferret. de gabell. n. 236. Chopp. de iurisd. And. c. 8. n. 6. Guib. Costan. quæst. jur. lib. 1. c. 17. n. 26. Gars. Gastril. dec. 87. num. 25.* nec mutatur hoc jus ex eo, quòd auctionem vectigalis consuetudine introduci non posse, *concl. 8. in fin.* firmarim: jus enim exigendi novi & auctioris vectigalis, non nisi immemoriali, sed declaratio quantitatis solvendæ benè decennali consuetudine inducitur, *Alciat. cons. 22. nu. 5. & 6. lib 5.* *c*) *per tex. in l. universi, C. de vect. ubi dicitur, pro reb. præstari debere,* aliud igitur quâ res ipsa solvitur, *gl. in d. l. si publicanus, § 1. verb. munificũ, ff. de publ.* tùm ob non solutum vectigal merces in commissum cadunt:

cadunt: aliud igitur & separatum quid est vectigal á mercibus ipsis, *Sixt. de regal. lib. 2. c. 6. n. 82. Schn. in apostil. ad l. universi, C. de vect. Chopp. de jurisd. And. c. 54. n. 4.* Consuetudine autem diversum interdum servari exemplis comprobat; *Six. d. loc. d)* Inter alia siquidem constitutio illa requirit, quód res alia capiatur pro alia, & quidem innocens, *Gail. de pignor. c. 1 n. 3 & obs. 3. num. 8.* at quia vectigal illud ipsum est, quod inter status controvertitur, & quidem res nocens, mandatum vigore *recess. Dep. de Anno 1600. §.* Von zwischen zweyen Partheyen/ decerni non potest, *vid. Denais. in jur. Camer. tit. 138. §. 25.* ac licet in dubiis, post jam d. recessum, á Camera exhibitis, nonnulli ex DD. AA. quoque eum casum, quo aliud quidem loco pecuniæ vectigalis, non tamen quantitatem ejus excedens, pignoratum acceptumvé esset, d. R. decisum putarent; majoribus tamen votis his contradictum est, ut hodié, si cerevisia, vinum, & frumentum vectigali obnoxia auferantur, ex pragmaticâ const. pignorat. agi possit. *e)* Communis utilitas in vectigalibus attendi solet, *Salyc. in l. C. nov. vect. inst.* Ideoque si vectigal ita exigatur, ut inde contrarium sequatur, eam impositionem non valere in aperta est: tum quoque omnes leges & consuetudines ad tria illa juris præcepta (honesté vivere: neminem lædere: jus suum cuique tribuere:) accommodari debent, *God. cons. 7. nu. 84.* & officio prætoris incumbit providere, ne fiant, quæ in perniciem & periculum corporum tendunt, *l. 1. §. curavit ff. de Cloac.* Sed in consuetudine prædictâ contraria eveniunt, fit enim edulio vino, ut potus concussionem ac fractionem ad latera vasis patiatur, aut mixtum alieni liquoris suscipiat, ex quo naturalis vini bonitas corrumpitur, sed si res commodé dividi non posset, aut ex divisione sequatur ejus corruptio, judex divisionem fieri non admittat, *§ 6. Inst. de off. jud.* Deinde ne vasa aperiantur, in eo magna utilitas ducentis, nulla autem vel saltem modicum in commodum publicani, qui de lucro tantúm, quod ei abest, certat, versatur. Quando autem duæ rationes sunt, quarum una prodest, & altera nocet, assumenda est illa, quę prodest, *Göden. d. cons. 7. & 8. per tot.* ubi ex pluribus contra irrationabilitatem jam dictæ consuetudinis disputant, & eam reprobant, *Schneid. §. capite 3. nu. 13. Inst. ad l. Aquil. Sixt. de reg. d. c. 6. n. 81. Becer. de regal. c. 2. nu. 196.*

69. Hic pertutilis incidit quæstio, si certa aliqua moneta vectigalis nomine solvenda sit, quam in bonitate intrinsecâ mutari contingat, an valor qui tempore impositionis ejus monetæ erat, an veró, qui jam solutionis tempore existit, attendendus sit? Juxta priorem æstimationem puto solutionem faciendam esse.

Ex hereditate in M. B. ad extraneum devolutâ, ex lege provinciæ illius, ad exemplum Romanę vicesimæ, 4. grossi Magistratui, & 12. grossi judici solvendi sunt, sed novi ærosiores facti, ut 18. vix ad valorem 12. veterum grossorum ascendant, cujus igitur valoris ratio ineunda? Valorem, qui tempore solutionis currit inspiciendum, seu novos illos grossos solvendos esse, ex eo fundamento, *Ioh. Kop. dec. 5. nu. 6.* adstruit, quód hîc in dispositione legis versemur, in quâ debet attendi pecunia pro tempore currens, seu quando legi cõtravenitur, nec reduci ad tempus quo dispositio edita est, *c. fin. in fin. de malef. c. olim, 7. de inj. Bald. in l. illud n. 13. C. de SS. Eccl. & in l. fin. n. 4. C. comm. de leg. Rom. cons. 123. n. 1. qui ad statuta & privilegia illud extendit. Castr. in l. 3. n. 3. C. com. de leg. Brun. in tr. de monet part. 12. nu. 2. & 3. & est originaliter*

opinio Specul. in §. nunc aliqua vers. fin. de solut. quam communem plurimù allegatù adseverat. Surd. cons. 335. num. 16. Curt. jun. de monet. nu 19. *Rener. Budel. de re num. c.* 19. *num.* 4. *qui Cameram Imperialem ita judicasse refert*, *Cassp. Ant. Tessaur. in tract. de augment. monet p.* 2. *n.* 75. & ratio est, quia lex dat formam negotio non secundùm præterita, sed futura, & semper loquitur, quando casus venit, de quo lex disponit, *Mynsing. á Thess. d. loc. rectè alleg.* vel lex debet esse æqualis, & clara, qualis non esset, si ad pecuniam veterem & jam mutatam esset facienda æstimatio, *Gratian. discept. forens.* 51. *num.* 6. & 7. ac licet interdum in dispositionibus legalibus aurei, qui hodiè sunt minores, reducantur ad æstimationem veterum, *l. quotiescunq;* 5. *C. de suscept. & arcar. libr.* 10. *l.* 1. *Cod. de veter. numismat. potest. toll.* tamen hoc in solemnitatibus, seu quando lex eo ipso quod constituitur, obligationem format, verum est. (Exempli causâ, donationem quingentos solidos excedentem, insinuatione egere, ex *l. sancimus, C. de donat.* apertum est, sed cùm aurei hodié in bonitate intrinsecâ ita decreverint, ut 72. qui olim in libram computabantur, *l.* 5. *Cod. de suscept.* ex notissimâ Imperii cõsuetudine marcam, quę semis libræ est, tantùm constituant, donationẽ quæ quingentos aureos excedit, sine insinuatione, cùm ad legales aureos æstimatio & valor referendus sit, valere ajunt, *Gail.* 2. *obs.* 39. *n.* 3. *Ioh. Aquil. de monet, potest. c.* 2. *v. inde elicitur, lib.* 1. *p.* 1. *cuius opinionẽ magis probatam adserit Graua. in suis notis ad d. obs. consid.* 2. *n.* 5.) Secùs si mediante contractu & actu aliquo, obligationem producat *Martin. Laudens. in tr. in tr. de monet. num.* 27. *& Cur. jun. eod. tr. nu.* 19. quos probè retulit, *Tessaur. d. tr. p.* 2. *n* 76. Nos autem versari in posteriore casu, cùm mediante actu extractionis mercium, seu aditionis hereditatis, legis dispositio eveniat, existimat, *Köpp. d. decis.* 5. *n.* 9. In eadem quæstione consultus, *Surd. cons.* 344. contrarium respõdit, fundamentum in generali & recepta Dd. opinione collocans, quòd mutato valore monetæ intrinseco, solutio facienda sit de antiquâ, vel de novâ secundùm valorẽ antiquæ; *Bart. in l. Paulus, n.* 6. *ff. de solut. Cavalc. dec.* 16. *nu.* 46. *p.* 2. *Mynsing.* 4. *obs.* 41. *Andr. Knich. de Sax. non prov. jur. verb. Ducum Sax. c.* 5. *n.* 403. *Mastril. dec.* 7. *n.* 1. *Marescot. lib.* 1. *var. resol. c.* 94. *n.* 7. *& seq. Petr. Cavall. cons.* 103. *n.* 1. *& 2. vel.* 2. quæ non solùm in contractu, ultimis voluntatibus, *Surd. d. cons. nu.* 8. *& 9.* sed etiam in dispositione legis obtinet, *c. conquerente cum gl. ibid. de off. ordin. & c. olim. de censib.* quæ cc. non possunt intelligi de pecunia ex contractu debita, cùm loquantur de cathedratico, quod ex dispositione legis debetur, *d. l quotiescunque*, 5. *de susceptor. lib.* 10. quæ generalis est secundùm, *Abbat. cons.* 56. *vers. tertiò videtur, lib.* 2. Ergò tam de contractu quàm lege intelligenda, *Ias. in l. cùm quid, num.* 29. *ff. si cert. pet. Sais. in cons. Turon. tit.* 36. *de crimin art.* 1. *col.* 4. ratio inevitabilis, & cui non responderi potest secundùm *Surd. d. cons. n.* 13. quia conditor legis, statuti, & privilegii intelligitur semper sensisse de moneta, quæ tunc currebat, cùm intellectus verborum sumatur secundùm tempus prolationis, non secundùm id, quod postea contingit, *l. sita*, 7. *ff. de aur. arg. leg. l. fin. §.* 1. *ff. de leg.* 2. *Iohan. Aquil. de monet. potest. lib.* 1. *p.* 2. *theorem.* 4. Deindè si de alia eam sensisse dixeris, fiet, ut statuta vel privilegia sint incerta, & ex futuro eventu dependeant, quod directò naturæ legis & statutorum adversatur, *Surd. d. loc. nu.* 14. & quòd in delictis, quæ post constitutionem editam committuntur, pœna secundùm valorem legalem debeatur, ex bona ratione *ab Abbat.* contra *Spec d. cons. vers. pratereà contra* adducta evincitur; Ait enim, legislatorem statuendo pœnam delicto, ea commensuratse invicem, *l. perspiciendum*, 11. *ff. de pœn.* at si valor

lor intrinsecus non attendatur, potest in tantū imminui moneta, ut audaciam delinquendi præbeat, aut in tantum augeri, ut debitam vindictam excedat, qualis absurditas in materia pœnali vitanda est; Et proindé si certa monetę species statuto, lege, vel rescripto expressa sit, tam in causis pœnalibus quám fiscalibus aliis, non attento, an obligatio statim, vel postea nascatur, hanc posteriorem observandam esse opinionem tradit *Tessaur. d. tr. de monet. p. 2. num. 6. eoq; jure Sennt. Pedem. uti.* Admissa autem priori illa sententia in nostro themate, vectigal secundùm veterem monetæ bonitatem ideó solvi debet, quód in contrarium citati Dd. tùm etiam intrinsecum valorem attendēdum dicant, quando lex tempore promulgationis habeat quē obliget, *Abb. d. cons. 56. vers. pratereá præsupposito quod dictum spec.* obligatio autem oriri dicitur, si cùm lex emanat, habeat quem sibi obliget; sed vectigali instituto jussus Principis statim afficit totum populum, *Surd. d. cons. nu. 25. Gratian. d. discept. forens. 51. n. 8. adde Thess. dec. 214. ubi nu. 2. in eam sententiam transivisse senatum testatur.* Quam tamen cum eodem limito, non procedere, si ita diu per longum tempus solutum sit de moneta currente, ut generi solvendi sub ea forma præscriptum reperiatur, *c. olim de censib.* res judicatas *filius Thess. in addit. ibid.* adducit, & laté de præscriptione solutionis in certa aliqua specie tractat, *Fr. Bec. cons. 151. num. 10. & cons. Colleg. Papiens. in tr. variorum de monet. editio Taurini. Anno 1609. n. 5.* requisita suppeditat *Surd. d. cons. 454 n. 37. & seqq.*

70. De loco, cui vectigal imponi solet, sciendum, terræ, fluminum marisque usum jure gentium esse liberrimum: *a* ob publicam tamen causam á Principe, *b* & præscriptione immemoriali *c* usum prohiberi, quantó fortiús vectigalia iisdem imponi posse, *d* in tantum, ut si maritimum quis habeat vectigal, intra centesimum milliare, id á præternavigantibus exigi queat.

a) *§. riparum Inst. de jur. N. G. & C. l. un. ff. ut in flum pub. navig. lice. l. 4. & l. 5. ff. de rer. divis. Boër. cons. 24. n. 13. Menoch. cons. 909. n. 27. Marc. decis. 385. n. 1. p. 1. Everh. jun. cons. 9. n. 2. lib. 1. Cothm. cons. 34. n. 2. & seq. lib. 1. Gylm. dec. Cam. 33. n. 2 lib. 1. Bertr. cons. 14. n. 1. vol. 1 p. 1. Flam. de rub. cons. 49, n. 54. Elb. Leonin. cons. 9. n. 4. Rosenth. de feud. c. 5. concl. 21. n. 2. & concl. 23. n. 3. peregr. de iur fisc. lib. 1. tit. 1. n. 22. in fin.* adeó ut Principes, qui flumina territoria eorum interlabentia, ad se jure regalium pertinere adserunt, *interdicto ff. ut in flum. publ. navig. lic.* si usum & navigationem impediant, conveniri, & ex hodierno Imperii stylo mandata sine clausula, contra eos decerni queant, *Sixtin. de regalib. lib. 2. c. 3. num. 42.* quod mirum alicui videri non debet, quasi per *l. un. qua sint regal.* Principib. flumina in totum vindicari cœperint, nam in iis considerandа sunt, proprietas, jurisdictio, & usus. Duo priora Principis & populi sunt, sed usus communis, *Ioan. Bapt. Aym. de alluv c. 15. n. 11. 12.* nec inconvenit, ut in iis, quæ Principi conceduntur, populo, & Reipub. adhuc quædam reliqua maneant, *post Bodin. & Hotom. rectè allegates Heig. quæst. 40. n. 95.* *b*) Adeó fixum & immutabile jus gentium est, ut á Principe summo ex plenitudine potestatis, sine justa causa tolli non possit, *Cravet. cons. 103. n. 15. Cov. in c. peccatum, p. 2. §. 11. nu. 3. Tiber. Dec. cons. 2. n. 49. vol. 1 Vasq. illustr. controvers. 5. num. 15. & seq. Molin. de Hisp. primogen. lib. 1. c. 8. n. 31. & seq. Ant. de Petr. de pot. princ. c. 6. nu. 6.* Si verò publica prohibendi causa eum moveat, totum fluminis & maris usum interdicere potest, *l. venditor. 13 ff. com. prad.*

l. 15. § 2. *ff. de R. V. l. Lucius*, 11. *ff. de evict. post Men. Natt. Ceph. & alios Caball. conf.* 11. *n.* 25. *& 30. vol.* 2. publica utilitate deficiente qui obstinatè contra Principem, fluminis usum publicũ impedientem, interdictum, *ut in flum. pub. navig. lic.* dandum non esse contendunt, *Iaſ. in l. ex hoc jure, n.* 27. *ff. de iust. & iur. Boss. de aq. & flum. n.* 37. *Thoming. cons* 39. *n.* 88. duram, juriq; contrariâ videntur effingere propositionem, *peregr. de iur. fisc. lib.* 1 *c.* 1. *Heig. d. q.* 40. *n.* 25. *ubi ex Boss. refert*, Philippum Mediolensium ducem, omnium fluminum usum ad se trahere volentem, iniquissimis Edictis propositis, coactum fuisse ea tollere, *Rosenth. de feud. c.* 5. *concl.* 24. *in fin.* c) Ordinaria præscriptione usum maris, prohibendo alios, quis soli sibi adquirere nequit, *l. fin. ff. de usuc. l. diligent.* 9. *inf. C. de aquaduct. lib.* 11. sed benè immemoriali, *l. sanè si mari*, 14. *ff. de inter. Covar. in c. peccatum, p.* 2. § 8. *n.* 10. *ff. de R. I. in* 6. *Cravet. de antiq. temp. p.* 4. §. *materia, Surd. cons.* 127. *n.* 16. *Everh. iun. cons* 9. *nu.* 36. *lib.* 1. *& anteeos Salyc. in l.* 3. *n.* 5. *C. de naut. fœn. Ang. cons.* 290. *n.* 3. *Azeved. ad const. Hisp. lib.* 7. *tit.* 20. *l.* 2. *n.* 3. *Caball. d. cons.* 111. *n.* 17. *& seq. Mynſ. decad.* 11. *resp.* 1. *n.* 165. Sed Principi eam potestatem, sine publica & legitima causâ nõ largimur; Ergoné major potestas taciti quám expressi? & præscriptio plus ipso Principe, lege animata in terris, operatur? d) Non enim ex eo impeditur usus, sed libertati aliquatenus derrahitur, *Fr. Hoto. cons.* 93. *n.* 8 estq; vectigal jurisdictionis & proprietatis (quas jure gentium hodié communes non esse dixi) fructus, quos summi Principes in suo percipere non vetantur, ideó in mari id indici ab iisdem posse voluêre, *Capol. de S. R. P. c.* 26. *nu.* 20. *Affl. in c. un. qua sint. regal. verb. vect. n.* 50. *Fr. Marc. decis.* 39. *n.* 3. *vol.* 2. *Heig. d. q.* 40. *n.* 124. *& in §. & quidem naturali, nu.* 16. *Inst. de rer. divis. Cabedo decis.* 46. *nuu.* 4. *& 5. p.* 1. constitutione tamen Carol. Magni in capitulari, quod sub Lotharii nomine circumfertur, *libr.* 4. *art* 47. telonea in media via, ubi nec aqua, nec palus, nec aliquid tale fuerit, unde justus census exigi queat, & in flumine, ubi nullum obstaculum est, auferri jubentur. e) *in terminu Casher. decis.* 155. *nu.* 4. *Ravenn. singular.* 854. cùm Princeps, qui jurisdictionem habet in terra, eam in mari quoq; terræ adjacenti, *l. un. C. de Classic. Capol. de S. R. P. tit. de mari, n.* 12. *&* 13. *Roder. Suarez. cons. de usu mar. post tract. Stracch. de mercat. n.* 1. *Petr. Gerhard. singul.* 15. *r.* 2. *Fr. Caldas cons.* 23. *nu.* 7. *Garſ. de Expens. c.* 21 *nu.* 34. usq; ad centesimum miliare habeat, *Castrensis in l. Cæsar. n.* 5. *ff. de publ. Hier. de Monte de fin. regund. c.* 7. *n.* 12. *arg. l.* 14. *C. de Ep. & Cler. Forst de iurisd. Rom. p.* 2. *leg* 4. *nu.* 58. *Alber. Gentil. Hisp. Advocat. c.* 8.

71. Quia autem certo loco circumscribuntur, *a* non deberi antequam ad eum perveniatur rationi conveniens est. *b* Si tamen privilegio cautum sit, ut territorium ingressus ad solutionem vectigalis teneatur, *c* manens in via limitropha Domino territorii, cum alio communi, & deinde ad vicinum territorium, in quo sine onere commeare licet, deflectens, privilegio se obnoxium minimè reddidit. *d*

a) Jus exigendi vectigal servitutis realis, cùm prædium serviens, quod in ea servitute requiritur, § 3. *Inst. de serv.* non adsit, uti nec personalis, cùm in persona dominorum exigentiũ, illud emori non velint, *l.* 8. § 3. *ff. de lib. leg.* aut etiã in genere servitutis nomine, cujus non est agere, sed pati, *l. quoties*, 15. §. *fin. ff. de servit.* venit appellanda. *Capoll de serv c.* 48. *nu*, 5. *Affl. in d c. un. qua sint regal. verb. vectig n.* 82. unde ad instar servitutum, *Bald. cons.* 370. *nu.* 1. *vol.* 5. vel rectiùs, esse jurisdictionem circumscriptam

scriptam loco dixêre, *Chass. in cons. Burg. tit. 1. § 4. verb. indire impos. n. 7. & Dd. Lips. in resol. insign. quæst. q. 36. n. 1. & 2. Thom. cons. 18. nu. 54. & alii supr. concl. 19. lit. b. allegati.* b) Quia omnia loca naturaliter libera sunt, ubi ergo imposita non reperitur gabella, ibi eam non deberi ratio ipsa dictitat, *l. si locus, 14. § fin. ff. quemad. servit. amitt. Bec. cons. 96. n. 5. Gall. cons. 94. n. 2.* & si privilegio inserta sint verba, Durch oder Auß/ actus consummationem significant, *l. urbana, 166. § 1. ff. de V. S.* oportetq; pro minimo ad locum exactioni destinatum perventum fuisse, *D. R. in causa S. contra P. ap. Gylm. decis. 8. n. 1. in fin. lib. 1.* c) in porta, si debeatur vectigal, si eam solùm intraverit, obligatio contrahitur, *arg. l. in leg. Censoria, 203. l. pen. § 1. ff. locat. Guazzin. consil. bonor. concl. 13. ampl. 82. n. 3.* & qui unum cespitem terræ, ubi gabella solvenda, fuerit ingressus, totam terram ingressus fuisse censetur, *arg. l. 3. § 1. ff. de acquir. poss. Bald. cons. 372. n. 6. vol. 1.* d) Nam utcunq; in legatis, in quibus larga fieri solet interpretatio, *l. in testamentis, 12 ff. de R. I.* quod commune est, interdum dicatur proprium, *l. 5. § 1. l. si domus, 71. § 5. ff. de leg. 1.* vix tamen & ne vix quidem in materia vectigalium odiosa, *l. vectigalia, C. de vectig. c. super quibusdam, § præterea, de V. S.* sensus fictus & imperfectus, *l. 3. § hæc autem verba, ff. de negoc. gest.* qui tum veritati, ubi æquitas id postulat, solùm æquiparatur, *Seraph. Olevar. Raz. dec. 827. n. 8. Cæsar Barz. dec. 70. n. 68.* admittetur, *Natt. cons. 339. n. 9. Bero. cons. 15. n. 7. vol. 1. Rimin. Iun. cons. 300. n. 54.* Quod autem commune est, proprié non est meum, *l. pupillus, 239. § f. de V. S. illud, 46. ff. de rit. nupt.* si videl. res communis sit dividua, non si sit individua, ut jus patronatus, & servitus, quæ jura totaliter sunt in toto, & qualibet ejus parte, *l. si quis duas, 6. § si quis partem, ff. com. prad. Fr. Ripa in l. Labeo ait, n. 10. ff. de leg. 1. Dec. cons. 249.* Tum quoq; potestatis defectus impedit, ne vectigal in via communi debeatur: sive enim dominus imponendi pedagii jus in suo territorio habeat, sive ab Imperatore exactionis facultatem consequatur, ea tamen ad loca communia non porrigetur, cùm immunitas concessa castris, non extendatur ad castra communia, *Bart. in l. legatu uxori, de legat. 2.* & unus ex dominis communibus non possit disponere de re ad usum non destinatum, *l. per fundum, 11. ff. de S. R. P.* prout in individuo formaliter scribit *Nic. de Tudesc. cons. 83. per tot. vol. 2.*

72. Ex eodem principio deducitur, si in ponte *a* solvi consueverit, eo destructo amplius exigi non posse, *b* & eundo per vadum vectigal evitari. *c*

a) Pontium constructio in flumine publico ad Principem spectat, *l. 2. § merito, ff. ne quid in loc. pub. peregr. de iur. fisc. lib. 1. tit. 1. Azev. ad constit. regn. lib. 6. tit. 17. l. 9. n. 2.* ubi tamen contrarium legibus Regni receptum ait *Grat. discep. forens. 84. n. 24.* & hodie cum Principes flumina sua fecerint, puto non solùm ex interdictis. Ne quid in loc. publ. & ne quid in flum. publ. sed etiam ex Edicto novi operis nũciationis eos agere posse. b) Cùm enim extinctum sit principale, omnia accessoria, jurisdictiones, merum & mixtum Imperium & similia intereunt, *l. usus fructus, 21. ff. quib. mod. usus fr. amittat, l. servitutes, 20. § si sublatum, ff. de S. P. V.* prout in destructo castro argumentantur, *Alex. cons. 43. n. 2. lib. 1. Paris. cons. 101. nu. 32. vol. 1. Gail. 2. observat. 61. in pr. Car. Tap. in l. fin. p. 2. c. 4. n. 28. ff. de const. princip. Schrader. de feud. p. 2. p. 9. n. 74. Afflict. in c. un. verb. portus, n. 10. qua sint regal. quo loci de portus destructione agit, & in specie de ponte destructo, quòd in eo jus exigendi vectigalis pereat. Bald. in l. si plures, num. 14.*

C. de condit. infert Capol. in l. 3. in fin. C. de priv. fisc. Bertachin. de gabell. p. 6. n. 11. Fr. Ripa in l. quò minùs, n. 106. ff. de flum. quæ vera sunt, si castrum, pons, &c. ob delictum destruantur, secus si vi hostium devastentur, chasmate incendio aut inundatione pereant; nam hæ calamitates titulum & nomen non auferunt, *Bald. in sua margar. verb. civitas, in fin. probè relatus á Sixt in. de regal. lib. 1. c. 6. n. 51.* & ideó ponte refecto, vectigal, ut ante destructionem exigi potest, *l. 14. ff. quem serv. amitt. l proponebatur. 76. ff. de Ind. Bald. in d. l. si plures, n. 14 in fin. Rebuff. in l. 16. §. Item si Princeps, de V. S. Molin. cons. 13. n. 5. Gratian. d. discept. 84. n. 14.* Notandum hoc loco, si constet de destructione, non tamen ex quâ causâ illa provenerit, semper censeri amissam jurisdictionem, ut asserenti non adesse causam amissionis, incumbat onus probandi, non hac ratione, quasi in dubio ex causa delicti destructio facta præsumatur; sed quia iurisdictio, & jus exigendi pedagii loco tanquam nebula paludi inhæreant, ideó destructo ponte, tanquam principali, jus exigendi pedagii, tanquam adjunctum ejus inseparabile regulariter considerari nequeat, *post Olrad. de ponte cons 121. n. 15. Hier. de Mont. de fin. regun. c. 24. n. 15. Gratian. discept. forens. 386. n. 6. & seq.* Quód si pons in totum destructus reædificetur, pontenagium non reviviscere, exinde videtur arguendum, quód in operis novi nunciatione, quando quæritur an vetus ædificium reficienti nunciari possit, creberrimé distinguatur, an ex toto corruerit, vel non: priori casu nunciationem impuné, non autem posteriori casu, ob hanc rationem sperni posse, quód ædificium non dicatur idem, sed novum, *l. inter stipulantem. 83. §. 5. vers. sed hæc dissimilia. ff. de V. O. Castrens. in l. 1. §. opus novum facere, n. 3. ff. de nov. op. nunciat. Grat. d. discept. 84. n. 16.* ubi id pontibus applicat. Quid dicendum? an separata ratio in operis novi nunciatione? an Imperator, ut in novum pontem vetera jura transferat, adeundus est? *c)* de quo *in Capitul. Lothar. lib. 4. art. 31.* singularis prodita lex est, ut nemo cogi debeat pontem transire, si juxta pōtem vado flumen transire velit: & de jure communi, *Bald. cons. 140. n. 4. vol. 5. Iacobin. in investitura, verb. mero. in fin. Schneid. p. 2. de feud n. 114. Boss. tit quo loc. vectig. solvend. nu. 1. R. Chopp. de jur. And. c. 49. n. 3. in marg.* id verum putant.

73. Deinde ex eodem fundamento invertur, Principes quoq; & status Imperii ex uno ad alium, prout libuerit, locum *a* transferendi telonei facultate destituti. *b*

a) Mutato siquidem loco, privilegiū concessum loco variatur, *c. 2. de Iuda. arg. §. 1. Inst. de excus. tutor. Boss. tit. quo loc. & temp. sit sol. vect. n. 1. Mynsi. dec. 11. resp. 1. nu. 78. Gylm. dec. 8. nu. 1. vol. 1.* Cùm ergo in Parlamento Delphinatensi quæstio de eo, qui exigendi vectigalis jus in flumine habeat, moveretur, an etiam in novo alveo, quem idem flumen relicto veteri quæsierat, habere putaretur, rectè ex hoc fundamento conclusum fuit, ei non competere, *per tradita Petr. de Vbald. de societ. 5. part. quæst. 28. Fr. Marc. decis. 110. n. 1. p. 1.* Et si per alluvionem tantum adjicere flumen, ut terra duci posset, quod anteá navigio vehere oportebat, certè facultas percipiendi eó haud extenderetur, cum alluvio non operetur circa ea, quæ sunt publici juris, *l. altius, 38. ff. de acquir. rer. dom. Iason. cons. 146. n. 16. vol. 2. Corn. cons. 287. n 4. & 11. vol. 3.* qui pro stabili fundamento hoc commendat, *facit, l. 16. ff. d. t.* quæ in agris limitatis juri alluvionis locum non esse ait, *Rim. Sen. cons. 460. nu. 15.* Vectigali autem adscriptus locus limitatus est. *b)* Adeó, ut si tale quid tentent, mandatum sine clausula

clausula contra eos decerni possit, ut in causa Cöln contra Churfürsten zu C. Anno 1586.9. Decemb. factum esse, *Frid. de mand. lib. 2. c. 42. nu. 4.* testatur, secundùm quem tamen hæc ita crudé accipienda non sunt, quasi interesse vicinorum exiguo vel plané nullo, in mutatione telonei versante (forté quia de alio conqueri non possunt, quám quód mercatores, qui portorii exsolvendi causa per civitatem maximo ipsorum incolarum commodo transire solebant, facta translatione pedagii, illac transire desinant) statim mandatum pœnale decerni possit. Attendendum namque esse, vectigalium concessionem beneficium summi Principis esse, quod latissimam recipit interpretationem, *l. fin. ff. de constit. princ.* ut beneficiarius pro utilitate sua beneficio, eo loci, quo velit, uti possit. (2.) Commodum vicinorum decedere & in æmulationem eorum loco solito vectigal moveri putatur, si id nullo commodo domini mutantis fiat, *Capol. de serv. V. P. c. 62. n. 2. Padill. in l. altius, n. 22. C. de servit. Honded. cons.* 80. *n.* 8. *lib.* 1. *Gail. 2. obs.* 69. *nu.* 8. secus si aliquale emolumentum inde sentiat dominus, *Vasqu. q. usufreq. c. 4 num.* 4. (3.) Si ita facilé mandata pœnalia concederentur, præsupponeretur vicinos servitutem negativam in alieno territorio habere, quæ tamen in actu facultatis (qualis est translatio vectigalium) non nisi á prohibitione concurrente intervallo temporis immemorialis præscribitur, *Covar. in pesessor p. 2. §. 4. n. 6. de R. I. in 6. Wesenb. cons.* 67. *nu.* 19. Ideoque attendendum existimat, an majore vel prolixiore via in loco mutato præstare vectigal transeuntes cogantur, vel ea sit locorum conditio, ut periculum solutionis immineat his, qui antea immunes erant, quibus concurrentibus locum fore mandato pœnali, quale *Bocer. de regal. c. 2. num.* 195. *ad petit. C. contr. A. G. in Cam. Imp.* decretum refert. Subdubito tamen, cùm omnia loca libera sint naturâ nisi servitus iis imposita probetur, tùm mutato loco privilegia mutentur, *ut h. concl. lit. a. dictum est*, & Statuum Imperii adeó circa vectigalium impositionem & innovationem coarctata sit potestas, ut eam sub nullo prætextu usurpare possint, *R. I. Anno* 1576. §. Weiters/ *Denaiss. jur. Camer. tit.* 221. An non ob solam usurpationem potestatis illicitæ, quæ ita jure & sanctionibus Imperii prohibita est, ut statim, citra causæ cognitionē, pœnam mereatur, vi Ord. Cam *p. 2. tit.* 23. mandatum S. Claus. decerni queat. Plané ita mutatio telonei exosa est, ut in Parlamento Paris. translatio ex rescripto Principis permissa, in dubium revocaretur, nec priús quám super commodo, & incommodo informatio plena susciperetur, procuratorq; Regius assentiret, alio licité transferri potuerit, *R. Chop. de jurisdict. And. lib. 1. c. 58. n. 1. in not. margin.* & ab E. P. contra D. B. mand. S. C. den newen auffgerichten Zoll betr. Anno 1595. 18. Jan. impetratū, quod ex uno loco in alium vectigal transtulisse; & licet ex parte D. B. in excep. sub. & obr. hoc factum eo fundamento excusaretur, quód non novi telonei exigendi causa, sed ut obviaretur fraudibus, quas transeuntes in loco priori communiter solebant, mutatio facta esset; non improbabiliter tamen Advocatus P. replicuit paucorum delictum relevantem causam esse, ut in loco libero inauditum vectigal exigeretur, in eam rem antiquissimum laudum de Anno 1435. quo D. B. eadem attentanti remissio vectigalis injuncta fuit, producens. Simile mandatum E. M. contr. C. O. obtinuit, cui D. C. ultró paruit.

74. Modus, qui in exactione servandus sit, ex consuetudine addiscitur. *a.* Dominos autem portoriorum ordinationes particulares, quibus

quibus utilitati vectigalis contra fraudatores succurratur, condere posse, *b* juris ratio suggerit; verúm cauté in iis versandum, ne qua innovatio, & reformatio vectigalis introducatur. *c*

a) *l.4.§.earum rerum ff. de pub l.pen. C. de vect. & jam pluribus confirmavi*, & is pro diversitate locorum varié observatur. Spirę Publicanus non in civitate, sed suburbiis, **den Jagzoll** petere potest: quód si portorium illic dependere aurigæ nolint, cogitur eos R. sequi, ubi præter vectigal *un' & d' mi* bacios viatici nomine recipit; *Chron. Spir. lib. 4. c. 24. rubr.* **Von des Zöllers Eydt.** Et publicanus colligens ibidem **den Pfundzoll**/ cavere sibi debet ab ædibus mercatoriis, ne eas intret, aliâs acceptũ vectigal perdit, *Chron. d. loc.* Similis feré consuetudo S. in B. viget: nam P. ibi præternavigantes, factâ professione, in loco telonei non appellant, sed P. usq;, sine impedimento navigant, ubi Publicanus eos sequitur & vectigal inspectis mercibus, quas prætervexêre, accipit. Et cúm in ea consuetudine á D. B. turbarentur, E. P. mandatum sine clausula contra D. de non impediendo libero transitu impetravit, cui audito hinc indé negocio Anno 1601. 29. Aprilis, D. B. parere jussus est. *b*) *ex Alex. cons. 7. vol. 3. Dec. cons. 660. Elbert. Leon. cons. 7. n. 8. in fin. Ioan. de Amic. cons. 110. n. 12* Domini terrarum, civitatesq; per se regentes non solúm in loco consueto, sed in introitu Regni, seu territorii per stationarios illud colligere possunt, *Angel. cons. 290. Lud. Fachs. inter cons. Mod. Pist. 11. n. 56. vol 2. Gylm. dec. 8. nu. 6. lib. 3.* cúm exigendi modo non novetur vectigal, *secundúm Bald. in §. conventiuncula, q. ult. v. soluto*, & quamvis actus eundi meræ facultatis sit, cui præscribi nequeat, *l. 2. ff. ne quid in loc. pub.* Domini tamen si prohibuerint transeuntes compendiosiore viâ uti, & longo tempore ita obtinuerint, alió euntes non secus, ac si fraudassent vectigal, punire possent, *l. si quis, 10. ff. si servit. vind. l. hæc autem, 6. ff. de S. P. V. l. divus, 16. ff. de S. P. R. Fachs. d. cons. n. 61.* Ex quo optimé defendi potest consuetudo P. quæ non permittit, ut mercatores F. tendentes aliâ quám regiâ viâ, **auff der Land- vnd Glaidstrassen/** incedant, & secus facientibus gravem pœnam imponit, cujus præteradductam, hanc rationem reddere possumus, quód iis locis milites, qui viam & mercatores ab omnibus insultibus tueãtur, dispositi sint, ut si publicâ securitate gaudere velint mercatorem, ad devia deflectere non debeant. *c*) Vectigal n. sine consensu Imperatoris reformari, illi addi, aut detrahi nequit, *l. vectigalia. ff. de publ. Gylm. d. dec. 8. n. 12.* adeó ut de aliis rebus quám olim consuevisset, exigi non possit, mutaretur enim exactionis forma, *Fr. Scot. resp. 1. n. 131. lib. 1. tom. 1.* Hinc inferunt, habentem privilegium levandi telonei in pluribus locis territorii sui, si longo tempore usus sit in certo loco, quoad reliqua privilegium amittere, *arg. l. nam satis, 6. §. 1. vers. cæterúm si ita constitutum, ff. quemad. servit. amitt. Everh. prax. cons. 3. n. 35. & seq. Henr. Bocer. de regal. c. 2. n. 195. vers. Et licet.* Item exigentem 30. annis minus vectigal, quám ei ex privilegio competeret, quoad reliquum exclusum esse, *c. 2. de Capell. Monach. l. ult. qui, 20. l. placet, 25 ff. de usufr. l. qui semisses, 13. ff. de usur.* nam modus, quo quis usus est privilegio longo tempore ligat privilegiatum, ut in posterum non possit aliter uti, *c. cùm dilectus de cons. Elber. Leonin. cons. 64. n. 2. vers. & ad confirmationem, Bursat. cons. 141. n. 14. Alex. cons. 35. vol. 5. Balb. de præscript. 4. part. p. p. 4. q. 4. n. 15.* Neohîc valet regula, quód utens jurisdictione in parte, conserver eam in totum, *Ias. in l. Imperium, n. 23. ff. de jurisd. Molin. de Hisp. primogen. lib. 2. c. 6. n. 18. P. Ant. Angusol. cons. 22. num. 21.*

lib. 3.

lib.3. Gutier.quæst.Canon.lib.2.q.21.nu.108. quia illa in individuis procedit; *Vasqu. quæst.usufr.c.2.n.6. & seq.* vel si nemo est, qui partem vacantem occupet. Hoc casu quasi possessio libertatis apud transeuntem fuit & permansit, ergo de conservando eo quod non est, fruitrá quæritur. *Everh.d.cons.3.n.36.*

75. Semel si præstitum sit vectigal, nemo ad iteratam solutionem cogi debet.

l.Titia,34.§.qui in vita,ff.de legat.2.c.bona fides,de R.I.in 6. l.pen. in fin.C.de consul.lib.12.Rom.sing.230.Ioh.Bapt.Asin.de exec.§.7.c.269.Castr.cons.457.n.3.lib.1.Alex. uns.143 n.6.lib.6.Corn.cons.106.n.4.vol.3.Göd.cons.7.n.2. Fab. de Anna cons.59.nu. 70.& seq.Fr.Caldas q.forens.12.n.4.lib.1.Azeved.cons.33.n.6. unde si quis per viam duobus communem transeat, tenetur ad gabellam unicam, dividendam inter utrumq; dominum, *Bertach.de gabel.p.5.num.23.& p.6.num.10.Alex.cons.148.in fin. vol.6.Bursat cons.190.n.54.Bertaz.cons.crim 207.n.3.* & si de contractu emtionis-venditionis solvatur gabella, & plures res in grosso, ut ajunt, emtæ sint, debetur unica gabella, nec de rebus singulis nova exigi potest, *Steph. Aufrer. in addit.ad decis. Capol.Tholos.451 Fr.Marc.decis.570 n.6.vol.1.* multum tamen interest, an in universis, vel singulas constitutum sit pretium: priore namque casu una, posteriore plures censentur celebratæ venditiones. *l.cúm ejusdem,34.l.si plura,36 ff.de ædil.ed.l.quod saþ,35.§.in iu,ff.de contrah.empt.Fr.Cardin.Mant.de tacit.& ambig.convent.tit.3.n.13. lib.1.* Eodem modo si de promissione de vendendo depensum sit vectigal, non debetur postea de ipsa venditione, *Boër.dec.48.n.9. Claud.Bertaz.in addit. ad cons.crim.n. 519.lit.c.Ioseph.Ludov.com.concl.15.n.36* Et secundùm jam dictã regulam *I.P. Anch. q.fam.70. lib.* 3. statutum Rhegii, quo cavebatur, ut ex omnibus rebus in introitu portę solveretur gabella, explicans, fabrum ferrarium, qui æs, pro quo jam solverat in introitu gabellam, rursum evehit ad laborandum, & in diversis formis vasorum reducit, ad vectigal pro vasis invectis non teneri, cúm in rudi materiâ jam antè portorium dependerit, nec una res duplici præstationi sit obnoxia; idq; eò securiùs asserendum, quod alio statuto ejusdem loci disponatur, frumentum in farinâ revectum, ne bino onere eadem res gravetur, esse á vectigali immune. Quamvis autem statuta stricti juris sint, *c.Rodolphus de rescr.l.1 § si is qui navem, ff. de execut.l.3.§.hæc autem.ff.de neg.gest.* tamen cúm eadem sit hoc casu, quæ est in alio ratio, statuti faciendam esse extensionem ad casum non expressum, quamvis exinde sequatur legum correctio, ut latiús per *Anchor. d.q.per tot.*

76. Vectigalia autem eo potissimúm fine instituuntur, ut Domini territoriorum peregrinantes eó melús ab injuriâ latronorum, & grassatorum defendere, *a* & vias *b* publicas *c* construere valeant, ad quos reficiendas, si nemo vectigal percipiat, in ipsâ civitate vicinas ædes habentes, *d* extra civitatem omnes de universitate, impósita collecta per æs & libram, *e* tenentur.

a) Ratione jurisdictionis sustineri onera illa pacto nullo possunt, cúm certissimum sit, leges & statuta non ligare res & personas extra jurisdictionem statuentium positas, *post Alber.de Rosat.de statut.p.2.q.3.Cavalc.dec.2 n.13.p.1. Surd.dec.160. num.8.& cons.257.nu.23.Valasc.decis.152.nu.7.* & ne quidem ab Imperatore leges

ferri possunt, quę ligent non subditos, *l.1.C.de sum.Trin.Ceph.cons.662.nu.14.lib.5. Gail.2.obs.124.n.5.* maximè si in præjudicium tertii tendant, *Bero.cons.65 n.99.lib.1.* Transeuntes verò adeò non fiunt subditi, ut ne quidem forum in alieno territorio, nisi ibi contrahant vel delinquant, sortiantur, *Soc.in c.liceat ratione,n.45.de for.competent.Gail.2.obs.36.n.10.Hart.de Epp.in pract.lib.2.tit.50.obs.6.n.3.* Ideoque publicam utilitatem esse oportet, quę vectigalis impositionem tueatur, proindeque jure securæ viæ transeuntibus præstanda est, *Reb.in Bull.Cœn.Dom.Paul.3.art.13.P.de Audlo de Imp.Rom.lib.2.c.18.Azeved.ad const.Reg.lib.8.t.9.l.fin.n.1.*

——— *Patrium vectigal solvere gaudet*
Immunis qui clade fuit. ——— Claud.Poët.

Alle die Zölle nemmend/auff Wasser oder Landt/ die sollen den Wegen vñ Brücken jhr recht halten/mit machen/vnnd mit besserung/vnnd von denen sie die Zölle nemendt/sollen sie beleyten nach jhr macht/als fern jhr gewalt gehet/daß sie nichts verlieren. *R.l.Frider.II.de Anno 1236.c.10.n.3. Goldast.constit.Imper.tom.1.p.82.* & pœna adjicitur: **Wer diß dreymahl bricht/der Zoll soll dem Reich ledig seyn/** *vid. Goldast.Reichssatzung/2.par.p.19.* & *p.27.* ubi à successoribus hanc constitutionē repetitam invenies. Quòd si in portu exigatur vectigal, Regi, non expectatâ adjacētium vicinorum cōtributione, navigantium defensio incumbit, etiamsi classis contra piratas paranda foret, *Ioan.Garc.de expens.c.21.n.35. Fr.Munoz.Escob de ratiocin. c.25.n.22.* ubi tamen subditos non excusat, si Regii sumptus minimè sufficiant, *P.Ant.de Petra de potest.princ.c.4.n.41.* b) *per tex.d.const.Frider. Capoll.de servit. R.P.c.3.n.50.* & *c.4.n.91.Chopp.de jurisd.And.lib.1.c.59.nu.1.* & *de doman.lib.1.tit.7.num.7.* Concilio Gallicano Anno 1560. coacto legem renovatam, ut quibus vectigalium jus sit, terrestres vias reficiant, & ad instantiam Mercatorum Ligerim frequentantium dominis teloneorum injunctum, ex vectigalibus perceptis aggeres fluminis fulcire, & curare ne navigatio deterior fiat, *Chop.d.c.59.in notu margin.* sumptibusq; percipientis vectigal portus purgandos esse tradit, *Ruin.cons.116.n.17. vol.4* Quòd autem *Anonym.ille in cons.edit.in causa F. contra M.c.4.tit.3.num.7.* & *seq.* pro amico, ut ajunt, respondendo domino telonei proximè adstantes arbores, refuso pretio earundem cædere licere ait, ratio ab eo adducta, **dieweil die Erbawung der Zollstrassen/dem gemeinen Nutzen zu gutem gereicht/** non arguit: singulari siquidem jure receptum, ut Princeps summus ex justa causa ob publicam utilitatem rem invito tertio eripere queat, *P.Gilken.in l.causas,nu.11.C.de transact.Mon. de arbitr.jud.cas.48.n.9.Gail.2.obs.56.n.1.* quod ad inferiores ipso & quovis domicellos beneficiario jure jus percipiendi vectigalis habentes non debet applicari, *Gabr.com.concl.lib.3.tit.de jur.quæsit.non tollen.concl.2.n.11. Boss.tit.1.de principe,§. Princeps solus in pr.* Si tamen generalis consuetudo, *de qua ibid. Anonym.* probari posset, de quo valdè dubito, ex alio capite d. assertio vires caperet. c) Publica via ut dicatur, requiritur quòd solum publicum sit, relictum ac certis finibus distinctum ab eo, qui jus publicādi habuit, *Bertaz.cons.crim.470.n.3.* quòd per eam publicè eatur, & ad civitatem ducat, *l.2.§.viam publicam.ff.ne quid in loc.publ. Idem d.loc.num.5.* & *seq. Cavale.dec.3.n.66. Knich.de Sax.non provoc.jur.verb.Ducum Saxon.c.5.num.180. Surd.decis.42.nu.3.* & *4. Cas.Barz.dec.156.nu.1.* Libera autem ita via publica relinquenda est, ut nemini sine consensu Principis in ea aliquid ædificare, aut alios occupare sit licitum, *Castrens.in l.fin.ff.de usucap. Boss.tit.de via publ.n.3.* ut nec præ-

Publica via q.s

scriptio

scriptio longissimi temporis (secùs enim de immemoriali *post Bero. cons. 136. vol. 3.* concludit *Barz. d. dec. 156. n. 2.*) eam libertatem mutare possit, *Bertaz. cons. crim. 393. num. 7.* cùm viæ in commercio privatorum non sint, *arg. l. præscr. C. de oper. pub.* hinc quoq; fit, ut ab universitate vendi non possit, *Fr. Bec. cons. 15. per tot. Claud. in addit. ad d. Bertaz. cons. 393 lit. b. Alex. Raudens. dec. 11. n. 17. & 26.* si tamen destructa sit, ager vicinus servitutem transeundi debet, cujus dominus invitus cogi potest, *Natt. cons. 42. n. 6. Barz. d. dec. 156. nu. 17.* hoc tamen adhibito moderamine, si alibi via commoda licet prolixior non pateat, *Boër. decis. 322. n. 11.* & domino pretium solvatur, *Cabedo decis. 105. nu. 7. p. 1.* d) Florente Repub. censorum ea functio erat, ut vias sternendas in urbe silice, glarea curarent, extra urbem substruendas, marginā dásvé locarent, *Liv. lib. 1. decad. 5. P. Greg. Syntag. 3. c. 13. nu. 4.* & olim propriis magistratibus cura viarum, qui obinde curatores earundem dicebātur, *l. ad curatoris, 46. qui vias, 31. ff. de damn. inf. l. 2. §. sed & si curatores, ff. ad municip.* commissa fuit: postmodum totam illam cognitionem & curam Principes sui juris fecére, *c. 1. qua sint regal. Bologn. cons. 55. nu. 2. Camil Borel. de reg. cathol. præstant. c. 7. nu. 10.* quia nullo exhibente vectigali, in urbe, quilibet secundùm propriam domum reficere viam compellitur, *l. 1. §. 3. ff. de via pub. Bart. in l. per Bythiniam C. de imm. nem. conced. Cap. de S. R. I. 15. n. 46. Chassan. in consuet. Burg. rubr. 1. verb. droicts d' icelles, nu. 38. Horat. Carpan. stat. Mediolan. p. 2. c. 251. n. 8. Sais. in cons. Turon. tit. 7. art. 4. circ. princ. Æmyl. Ferret. cons. 57. n. 4. Gerh. Maynard. decis. 59. nu. 1. lib. 4* á quo onere nec Ecclesia, *l. ad instructionem, C. de SS. Eccl. Novel. 131. c. 5.* nec prædia Principis, *l. absit. C. de priv. dom. Aug.* cùm reale sit, *Bart. in d. l. ad instructionem, per tex. in l. si pendentes, 27. §. 3. ff. de usufr.* immunitatem habent, ideoq; usufructuarius, *d. l. 27.* Emphyteuta, *l. 2. ibi: publicarum functionum, C. de jur. Emphyt.* Maritus qui ædes dotales juxta viam habet, *l. 5. ff. de impens. in rem dotal. fact.* & conductores ædium, qui tamen dispendium hîc factum in mercedem domino computant, *l. 1. §. 3. vers. quandocunq; ff. de via pub.* non merētur excusationem, & si proprietarius tantâ laboret inopiâ, ut oneri refectionis impar sit, domum capi & arrestari posse scribit, *Chopp. de jurisd. And. lib. 1. c. 59. circ. fin.* In refectione pontis á *Capol. de S. V. P. tit. de ponte quem communiter omnes sequi ait Chopp. d. loc. n. 3.* sic distinguitur: aut pons talis est, qui debet custoditi á Toparcha civitatis, & conveniens est ut sumptibus Toparchæ reficiatur: aut in viatorum commodum, trajectumvé comparatus est, tunc, si omnes eo utantur, omnium impensis reficiendus est; si autem unius tantúm vicinię usibus inserviat, sola vicinia refectionis sumptum feret. *l. secundùm naturam, ff. de R. I.* e) *l. fin. C. de imm nem. conced. Choppin. d. c. 59. n. 3 in pr. M. Ant. Peregr. cons. 92. n. 7. vol. 1. Viv. dec. 488. n. 13.*

77. Quid autem in ardua illa quæstione: num Domini territoriorum recepto vectigali damnum, quod á prædonibus passi sunt transeuntes, resarcire debeant, statuendum? Sunt enim qui speciosé propugnant, dominum non aliter, quám si salvum conductum concesserit, teneri; quos tamen contra hactenus receptam sententiam sequi non possum.

Gravissimæ causæ sunt, quæ dominos ad restitutionem damni, quod peregrinantibus in territorio ipsorum illatum est, obligant. (1.) Quæcunq; obligatio jure civili prodita est, ea pro valida & ad producendam actionem habili reputatur. Talis est obligatio, qua Domini ad refusionem damni transeuntibus per eorum ter-

ritorium illati adstringuntur. Minor propositio inde probatur, quód ex obligationes firmæ sint, quæ ad aliquam quatuor causarum ab Imp. *in §. sequens divisio, Inst. de obl.* enumeratarum referri possunt. Sed hæc ex quasi delicto promanat. Ad quã obligationem inducendam duo conjunctim requiruntur: 1. Negligentia. 2. Quód ex ea negligentia á jure civili sit introducta obligatio. *tot. tit. Inst. de obl. quæ q. ex del. nasc. l. illam, 19. C. de collat. Bocer. de regal. c. 2. n. 157.* Negligentiam committunt domini, qui latrones & prædones impunè grassari sinũt, *l. 3. ff. de off. præs. l. 1. § in summa, ff. de hu qui dejec.* & diligenter invigilandum Ducibus, & militibus, ut provinciæ, & subditi in securitate & pace serventur illæsi, *l. 2. §. 3. & 4. C. de off. præf. prat. Afr. l. 1. C. de lits. & itin. cust. l. 1. C. de fals. mon.* Hęc culpa omissionis adeó in jure nostro exosa est, ut delinquentes ad restitutionem damni occasione culpę illius illati obligentur, *c. dominus, 23. q. 2. l. ne quid, 7. ff. de incend.* Et quamvis ad textum *d. l. 7.* responderi possit: ibi ob delictum non in omittendo, sed committendo, quia scil. possessores naves diripuerint, puniri: velideó possessores obligari, quód expresé ita jure cautum reperiatur. Obicẽ tamen hunc facilé removebimus tritâ illâ Interpp. regulâ: Omnes in administratione publicâ delinquentes omittendo teneri parti lęsæ ad interesse, *l. 1. C. de admin. rer. pub. lib. 11. l. quemadmodum, 29. § fin. ff. ad L. Aquil. l. un. ff. furt. adv. naut. caup. l. fin. ff. de Var. & extraord. cogn. Soc. sen. cons. 273. n. 6. vol. 2. Burs. cons. 193. n. 1.* Domini autem territorii ratione officii ad tuitionem territorii devinciuntur, *jam dd. jur.* quadrat itaque in illos jam memorata regula. (2.) Qui non facit id, ad quod ratione officii tenetur, in dolo esse putatur, *l. dolus, 44. ff. mand. c. 1. distinct. 86. Cravet. cons. 132. n. 4.* Dolus autem nemini patrocinari debet. (3.) Si non tenentur Domini refarcire damnum, non datur ab eis plena securitas, utpote quæ in casu spoliationis omninó inutilis est, *Anonym. in cons. 75. p. 511. col. 1. Spir. impress.* Qui autem securitatem promittit, efficere debet ut omninó á læsione securus quis reddatur, *Ant. Corset. singul. 333.* & imperfecta dispositio á jure abhorret, *l. 4. §. fin. l. in executione. 85. inpr. & §. 4. ff. de V. O. l. 4. ff. si ex noxal. caus. agat. Zas. 15. num. 13.* (4.) Æquitatis norma ubiq; servanda, nec pœna delicto gravior imponenda est, *Deut. c. 25. Chass. in cons. Burg. rubr. 4. §. 8. verb. sera tamené, & reducit. n. 4.* Pœna autem commissi, quã omnes merces transeunti ob factam fraudem circa minimũ vectigal auferuntur, gravior est delicto, nisi domini hoc incõmodo afficerentur, ut in casu spoliationis peregrinantibus pretium rei ablatæ restituere cogerentur. (5.) Si dominus, qui salvum conductum dedit, ad restitutionem damni tenetur, aut id ex eo fit, quód stipulato eam promisit; aut ob non servatam securitatem ea pœna afficitur. Sed inter Domiaũ & eum der dz Gelaidt nimbt / de rependendo damno nihil agitur. Igitur ob securitatem non præstitam cõdemnatur Dominus. Securitatem autem præstare debet, etiamsi ea in pactum deducta non sit, *d. l. 1. §. in summa, Zas. d. cons. 15. n. 38.* Abundantior saltem cautela est, cũm petitur salvus conductus. (6.) Huc facit communis Dd. assertio, Dominiũ ob receptum vectigal ad restitutionem condemnans, *Bart. in d. l. ne quid Bald. in c. 1. § March. de his qui feud. dar. poss. Capol. de serv. R. P. tit. de via. n. 50. Chass. in cons. Burg. rub. des justices, § 4. verb. indire. n. 12. Saiss. in cons. Turon. tit. 7. art. 1. Paris de Puc. de Synd. verb. robaria nu. 2. Coler. de proces. exec. p. 1. c. 2. n. 296. Schneid. in apostil. ad tit. C. de vect. & comm. Petr. de potest. prin. c. 10. n. 38. & tr. de fideicom. q. 13. nu. 583. P. Gregor. Symag. lib. 3. c. 3. n. 7. Forst. de iurisd. Roman. p. 2. l. 4. n. 4. Camil. Borel. de Reg. Cathol. præst. c. 11. n. 55. G. Pap. cons. 65. nu. 3. Brun. cons. 127. fol. 23. Dec. cons. 534. num. 6.*

n.6. Corn. conſ. 181. *n.* 15. *vol.* 3. *Zaſ. conſ.* 14. *n.* 8. *Æmyl. Ferret. conſ.* 2. *n.* 5. *G. Pap. dec.* 413. *n.* 1. *Gram. dec.* 893. *n.* 1. *vol.* 2. *Cacher. dec.* 138. *n.* 24. *Wurmbſ. tit. fin. obſ.* 6. *Mynſ.* 5. *obſ.* 70. *Gail.* 2. *obſ.* 64. *n.* 4. *ubi hanc opinionem, ſi vectigal ſolutum, & ſalvus conductus petitu non ſit, veram exiſtimat, Henr. Roſenth. de feud. c.* 5. *concl.* 22. *qui ait, ſe meminiſſe ſecundùm eam in Camerâ Imperiali ſæpiùs judicatum, Chopp. de iuriſd. And. lib.* 1. *c.* 59. *n.* 1. *ubi arreſtum antiquiſſimum Parlamenti Pariſ. refert*, & Imp. Frider. III. in Reform. Mogunt. An. 1441. Statibus exhibita *in declar.* 4. *art.* 9. non prę viâ ſolutione vectigalis, dominos ad damni reſtitutionem condemnandos cẽſuit, *Diſſ. latiſſimé Henr. Boër. elegantiſſ. tr. de regal. c.* 2. *n.* 156. *& ſeqq. quem, licet ſub obſcuré, ſequi videtur Andr. Knich. de Sax. non prov. jur. verb. Ducũ Sax. c.* 5. *n.* 185. *& ſeq.* fundamentum præcipuũ collocantes in R. I. de An. 1559. §. **Damit dann die Obrigkeit** / ubi diſponitur: **Wo fer von Churfürſten / Fürſten / Ständen / oder einiger Obrigkeit / die ſey wer ſie wölle / jemands Geleid gegeben / vnnd der jenig darüber auff derſelbigen Churfürſten / ꝛc. Geleidſtraſſen thätlich ergriffen / vnnd beſchedigt würdt / daß der Standt / ſolch Geleidt gegeben / nach geſtalt ſolchs Geleits / dem beſchedigten ſeines ſchadens erſtattung zu thun ſchuldig ſeyn ſoll.** Conſtitutionem hanc novam, proindeq; adalios caſus haud extendendam eſſe ajunt, maximé cùm conditionaliter concepta ſit, conditioneq; deficiente, ampliùs non ſubſiſtat, *l. quib.* 40. §. 2 *ff. de cond. & demon.* Sed quomodo nova conſtitutio eſt, quæ jus commune repetit? ex quâ argumentum â contrario ſenſu, ad correctionem alterius juris, nectere non licet, *Dd. in l.* 1. *ff. de off. ei. cui mand. eſt juriſd. Corn. conſ.* 42. *n.* 15. *vol.* 2. *& conſ.* 133. *num.* 14. *vol. eod. Maiva. conſ.* 52. *n.* 53.

78. **Indifferenter tamen Dominus ad reſtitutionem condemnandus non eſt. Quid ſi enim ea ſit potentia latronum, ut iis reſiſti nõ poſſit, *a* vel mercator viam inſolitam *b* tempore inſolito *c* capeſſat? Æquum erit dominum ſervare indemnem; licet recepto vectigali ignorantia, quód neſcivit deprædationes illic loci fieri conſueviſſe, ei patrocinetur.**

a) Impoſſibilium enim nulla obligatio, *l.* 185. *ff. de R. I. Bald. in l. ſi ideõ, C. de his quib. ut indign. Paris de Put. de Synd. verb. robaria, n.* 1. *l.* 1. §. 1. *ff. ſi fam. furt. feciſſ. dic.* idq; communiter probari *ex Panor.* docet *Coler. de proceſſ. p.* 1. *c.* 2. *n.* 297. unde tẽpore belli actio contra dominum ſilet, *Carpan. ad ſtat. Mediolan. c.* 375. *nu* 85. *p.* 2. nihilominus ad exonerationem conſcientiarum Domino omni vi adnitendum eſt, ut reſiſtat irruptionib. prædonum, aliâs de damno tenetur, *Perſon. de gabel. n.* 51. *b*) *Maſcard. de probat. concl.* 473. *n.* 3. *& concl.* 834. *nu.* 23. *l.* 1. §. 1. *ff. de his qui dejec.* indeque deciſam fuiſſe controverſiam Florentinorum, & Ubaldinorum, qui promiſerant vias ſecuras tenere, ut de damno in viis inſolitis illato non poſſit ea promiſſio intelligi, *Mynſ. obſ.* 70. *lib.* 5. *Gail.* 2. *obſ.* 64. *n.* 11. *Marcel. Cal. de mod. art. gl. un.* §. 2. *n* 659. *Aſin. de execut.* 8. 9. *c.* 55. *n.* 3. *c*) Nihil intereſſe, an de die, vel nocte damnum patiatur, *arg. l.* 2. §. 4. *C. de off. præf. Afr.* adſtruere conati ſunt, *Ripa de peſt. tit. de præſerv. remed. verſ. accedo nunc. n.* 46. *Corn. conſ.* 81. *n.* 5. *vol.* 2. *Marſil. de bannit. verb. villa, n.* 10. & 41. Sed benignior videtur ſentẽtia dominis territoriorũ favens, *arg. l.* 1. § 18. *ff. ad SC. Silan. l.* 3. §. 6. *Pariſ. in d. verb. Robaria. n.* 4. *Rom. conſ.* 7. *n.* 5. *& 6. Cacher. dec.* 88. *nu.* 11. *ubi Barbat. Dec. & alios videre licet. Hornt. Carp. ad ſtatut. Mediolan. p.* 2. *d. c.* 375. *n.* 20.

& 77. de se enim queri debet, qui nocte obscurâ se latronum insidiis exponit: vetustissimum rei judicatę exemplum videre est apud *Chopp. de iurisd. And. lib. 1. d. c. 59. n. 2.* ubi Curia Parisiens. determinavit, Comitem non teneri mercatori, qui post occasum Solis se viæ commisisset, ablatam restituere pecuniam, idq; congruere juris authoritati *ex Bart. & Capol. ibid. alleg.* probat. d) De eo qui scivit, nec prohibuit, cùm facultatem prohibendi haberet, res est expeditissima: is enim prædones fovere, & culpæ eorum particeps esse videtur, *c. dilecto filio de sent. excom. in 6. l. 1. v. domus verò, C. de falsi. monet. Novell. 134. c. 4. Bocer. de regal. c. 2. nu. 159. vers. est & alius Boss. de dam. dat. num. 6. Azeved. ad const. Regn. lib. 8. tit. 9. l. fin. n. 8. Coler. dec. 189. n. 4.* Cæterùm si ignoravit ibi committi rapinas, excusationem meretur, non percipiens vectigal, *post Antibol. Schurf. cons. 2. n. 2. cent. 2. Wes. cons 170. nu. 5.* Hoc soluto, culpæ suæ adscribat, qui vias regias diligentiùs tutatus nõ est, *ex Parid. d. tr. de Synd. verb. robaria, n. 2. Schneid. § item si num. 4. Inst. de oblig. quæ ex delict. Ioh. Kopp. dec. 37. num. 9.* quam æquiorem dicit, *Coler. de process. exec. p. 1. c. 2. n. 297. Advocat. Anonym. cons. 73. col. 2. p. 532.* Ideoq; ad fines finia territorii custodes mittendi sunt, *Azeved. d. loc. num. 14.*

79, Aliquando in facto contingere solet, ut in Principis, Comitis, & Status Imperii ditione damnum passus ad restitutionem ablati contra dominum territorii agat, antequam verò sententia feratur, aut quæ lata est, executioni mandetur, Reus in fata relictis agnatis successoribus concedat; ubi gravissima movetur dubitatio, an instantia in successores transmittatur, vel contra ipsos executio fieri possit? Et licet negativa opinio æquitatem præ se ferat, affirmativæ tamen quamplures rationes adstipulantur.

Lucem quæstioni nostræ præferet, si paucissimis, quatenus heres ex delicto defuncti teneatur, recensuero. Jure civili heres regulariter non tenetur ex delicto defuncti, *c. un. C. ex del. defunct.* nisi ipso jure â lege viventi sit imposita pœna, *l. 3. §. quod autem, 5 ff. quod quisq; jur.* vel ex dolo defuncti ad eum aliquid pervenerit, *d. l. un. l. si ipsa res, 18 ff. quod met. caus. Cas. Bargal. de dol. lib. 2. c. 1. divis. 7. n. 14. & seq.* aut lis cũ defuncto contestata sit: quæ enim morte vel tempore pereunt actiones, judiciis inclusæ perpetuæ fiunt, *l. omnes actiones, 139. l. non solet, 86. de R. I, Bargal. d. loc. n. 17. Viv. dec. 6. n. 8.* In publicis autem judiciis si lis contestata cum defuncto, & condemnatio secuta sit, heres defuncti obligatur, exceptis Majestatis, & repetundarum judiciis, quas etiam mortuis reis, cũ quibus nihil actum, in heredes exerceri placuit, *l. ex judiciorũ, 20 ff. de accus.* Jus Canonicũ heredẽ, licet ad eum nihil pervenerit, ad restitutionem compellit, *c. fin. de sepult. c. literis, de raptoribus, c. tua nos de usur.* non tamen ultra vires hereditatis, *Viv. d. dec 6. n. 1. Cav. com. contr. com. q. 646. v. sed contrarium, Grat. discept. forens. 34. n. 8. Cov. lib. 3. var. resol. c. 3. n. 8. vers. sed nihilominus*, & manifestè hîc â jure civili discrepat, quicquid in cõtrarium post *Molina* tradit *Covar. d. c. 3. nu. 7. vers. vel quod forsan verius est*, quem reprehendit *P. Barbos. in l. 15. nu. 92. ff. de jud.* Et in terris Imperii jus Canonicum civili hac in parte præferendum existimant, *Ioan. Fab. in § pœnales, n. 8. Inst. de perpet. & tempor. act. n. 8. Fr. Viv. dec. 56. n. 4. & 5. Bertax. cons. crim. 363. n. 3.* cùm tangat animam & liberationem illius, *Vasqu. ill. controv. 196. nu.*

196.n.27. In themate igitur proposito, si constaret, successores Principum, Comitum, &c. heredes defunctorum esse, ad restitutionem ablatorum obligarentur: cùm in heredem omnia jura & actiones defuncti tam activè, quam passivè transeant, *l. cùm heres, 12 ff. de d. verf. & tempor. l. hereditas, 62 de R. I. l. veteru, 13. C. de contrah. & comm stip.* Sed si in bona feudalia tantum succedant, restitutio damni, quod in itinere passus est mercator, tanquam onus hereditatis, non pertinet ad successorem feudalem, prout in puncto determinat, *Iacob. Thoming. conf. 18. n. 90.* neq; etiam tenetur ad es alienum defuncti, *l. si certarum, 17. §. Iulianus, ff. de test. milit. Afflict. in c. 1. qui succes. ten. n. 24. Peregrin. conf. 9. n. 6. Marta de iurisd. p. 1. c. 29. num. 25.* (ubi tamen notabilem in successore Regis subjicit limitationem, eum teneri, si antecessor cum summo Pontifice contraxerit, ob successionis jus, quod Papa in regnis vacantibus habet, quæ singularis doctrina non carebit effectu, modó edictum prætoris, quo hæc successio continetur, integritati restituatur.) Æri autem alieno hæc restitutio adnumeranda est. In diversam sententiam, si in Principatu, Comitatu & Baronatu quispiam etiam ex pacto & providentia majorum succedat, concedere, ex subsequentibus fundamentis quispiam posset. (1.) Quód communis doctrina sit, successorem in Ducatu, imó Castro & villa esse universalem successorem, *Bald. in c. 1. nu. 5. de Capitan. qui cur. vend. & conf. 202. verf. ampliùs est subditus, vol. 2. Rom. conf. 444. n. 7. & 8. Boer. decis. 204. num. 45. Capyc. decis. 20. num. 29. Petra de fideicom. q. 13. nu. 386. Everh. praf. conf. 3. n. 31. in fin. Tiraq. de jur. primog. q. 35. n. 17. & 18.* In universalem autem successorem omnes actiones, tám activè, quám passivè transeunt, *Guid. Pap. dec. 631. Petr. Barbos. in l. 25. § fin. num. 8. ff. sol. matr.* Et quamvis eversionem hujus fundamenti exinde moliatur, *Thoming. d. conf. 18. n. 86. quód Andr. de Isern. in c. 1. in fin. pr. quid sit Invect. Matth. de Afflict. in pralud. feud. n. 155.* Castrum & villam esse quidem universitatem, sed facti, non juris tradant; tamen, ut videre est, pauci hujus doctrinæ sunt assertores, quos contra communem sequi haud licet: tùm expressé ea confutatur *per text. in c. 1. de solut.* ubi Pontifex successorem Prælati comparat filio, qui patris debita solvere tenetur; filium autem non singularem successorem, aut successorem universalem facti, sed juris esse, quám expeditum est. Quód verò ea debita, quę in utilitatem Ecclesiæ non sunt conversa, minimé obligent successorem, non eó fit, quód successor universalis non sit, sed quia antecessor nudum tantùm usum in fructibus habet, quos nec per directum vel indirectum obligare potest, *Alciat. resp. 14 n. 7. & 8. lib. 1.* tum quód antecessoris contractus nocivus Ecclesiæ, sine authoritate superioris, non valeat, *c. de catero, 5. de transact.* Sed dicere, Principes, Comites nudum tantùm usum in territoriis habere, eorumq; contractus nullitatis vitio subjacere, omninó fuerit absurdum. (2.) Quâ, quæso, ratione Principes per electionis viam in Imperio, & Regnis succedentes, conventa & capitulationes Antecessorum servare coguntur? *Fr. Bec. conf. 140. n. 18. Menoch. conf 181. n. 6. Rim. jun. conf. 102. n. 30.* de Principibus, Comitibus, & Dominis castrorum loquens, *Kirchov. com. opin. tom. 2. cent. 1 concl. 96. eumq; referens Bertaz. conf. crim. 420. nu. 17.* Certè si universales successores non sunt, quomodo jura obligationes prædecessorũ eos adstringere poterunt? (3.) Magisq; in specie arguendo: Antecessoris factum, qui sub nomine dignitatis deliquit, præstandum esse à successore *per text. in c. dilectus, de ordin. cognit. c. delictum, de R. I. in 6.* demonstratur, *Bald. in l. 1. ff. de privat. delict. Fr. Marc. dec. 763. p. 1. Ruin. conf. 21. num. 7 vol. 4. Fr. Ca!d. in l. un. C. ex delict. defunct.*

& inter-

& interdictum de vi, etiamsi nihil pervenerit ad successorem in dignitate, moveri contra eum posse, tradit *ex Abbat. in d. c. cùm dilectus, n. 57. Menoch. in recup. remed. 1. n. 160. vers. limitatur tertiò, ex Hostiens. in d. c. cùm dilectus, nu. 17. & 18. Seraph. Oliv. Razal. dec. 1514. n. 6.* quæ opinio in Cam. Imp. in causa K. contra B. spolii, An. 1608. 24. Novemb. confirmata fuit. Et in curia Franciæ si cum Prælato lis contestata sit, cogi successorem procedere *ex Fabr. in §. pœnales, Inst. de perpet. & temp.* scriptum reliquit *Marc. d. dec. 765.* Sub nomine autem dignitatis delinquere eum, qui transeúntibus securitatem non præstat, dicendum est, cùm ipsa securitas pro connexo jure **Landsfürstlichen vnd Oberherrlichkeit** reputetur. (4.) Pro hac sententia expressus est *tex. in c. ad versus. 7. de imm. Eccl.* ubi Pontifex interminatur consulibus & rectoribus civitatum, ne Ecclesias & Ecclesiasticos viros taliis & exactionibus gravare admitantur; quód si contrá fecerint, successores in regimine ad satisfactionem compellit, optimâ additâ ratione, quód cùm in honore substituantur, in onere quoque meritó succedant, *add. Afflict. in c. 1. qui succes. ten. num. 4.*

80. Edicta & proclamata, quæ Domini terrarum quibusdam in locis promulgare solent, ut communitates damna in eorum confinibus data resarcire cogantur, juri consentanea esse, partim ex jam dictis conficitur. *a* Sed damnum hìc quemadmodum, etiamsi contra Dominum, qui vectigal percepit, agatur, claré probandum est, nec juramentum in litem sufficit.

a) Ea quorundam habitantium in municipiis, & vicis præcipué rusticorum solet esse malitia, & rapacitas, ut manus furaces in viatores innocuos eorumque bona sæpiùs injiciant: interdum innato odio ita vicinos persequuntur, ut nullum non offensionis genus in eos prætermittant. Quorum improbitatem si superiores eo pacto, ut dictum est, retusum eant, iniquo edicto se gravari queruntur pœnam imponi communitati sine culpa, contra *c. 2. de constit.* & alienum delictum eam luere, cùm divini humanique juris sit, patrem non portare iniquitatem filii, & animam, quæ peccavit mori debere, *Deut. c. 24. v. 8. & Ezech. c. 18. v. 10 t. t. C. ne pat. pro fil. C. ne uxor. pro mar. C. ut null. ex vican. pro alien. vican. deb. lib. 11.* tùm verò progrâmatibus hujusmodi saluberrimam juris sanctionẽ, quæ delictum non imputat universitati, nisi deliberato, & communicato consilio, & convocatis solemniter omnibus, id perpetret, *Gail. 2. de p. pub. c. 9. n. 4. Mynsi. 4. obs. 79. Cavalcan. dec. 1. n. 1. & 63. lib. 5. Bertaz. cons. crim. 45. nu. 2. & 4. Tob. Non. cons. 46. n. 10.* Quæ singula non levem injustitiæ videntur continere speciem, nisi certum esset, utilitatis securitatisque publicæ causa ita potissimùm statui: tantus autem favor est publici, ut privato commodo & incommodo semper præferatur, quemadmodum defendendo hæc edicta ratiocinatur, *Castrens. in l. omnes pop. in fin. ff. de just. & jur.* tùm certé, qui semel malus, semper præsumitur talis, & ex quo incolæ alicujus communitatis furtis, rapinis, &c. semel se dedêre, mala præsumtio contra eos generatur, & præsumtivé aliquem delinquentem puniri posse in terminis docet *Cacher. decis. 88. nu. 27.* quemadmodum & in alia quæstione occisum quem præsumimus á vicinis, ubi cadaver reperitur, *Menoch. de arbitrar. cas. 394. num. 54. Gomez. ad L. Taur. 80. num. 56. Gutier. pract. quæst. lib. 4. q. 27. num. 5.* & suprá asseruimus, aliquem pro damno illato puniri, si sciat, & nõ prohibeat, *add. Clar. in prax. crim. §. fin. q. 83. ad primum statutum*

tutum, in pr. sed damnum ab ipsis habitantibus datum censetur, *l. iure provisum*, 5. *C. de Fabric. lib.* 11. *l. fin. Cod. de navic. eod. lib. Rim. Sen. cons.* 391. *n.* 13. vel saltem ipsorũ negligentia contigisse *ex Calcan. cons.* 63. *n.* 3. *Menoch. cas.* 345. *n.* 15. cùm curæ habitantium committatur securitatem loci servare, *per Bart. in l. ne quid. ff. de incend. ruin. naufrag.* & valere statuta, de quibus nobis sermo est, pluribus adductis probant, & communem dicũt, *Ias. in l. de quibus, nu.* 56. *& seq ff. de legib. & alii, quos allegat & sequitur Cacher. d. dec.* 88. *n.* 18. *Bero. cons.* 213. *n.* 20 *vol.* 3. *Menoch. de arbitr. d. cas.* 345. *n.* 14. *& seq. Horat. Carpan. d stat. Mediolan. p.* 2. *cas.* 375. *nu.* 11. *&* 12. Quia tamen rigorosa esse non desinunt, *Menoch. d. loc. num.* 17. ideoque strictè interpretanda sunt, ut ad damnum resarciendum absentes, & quibus negligentia imputari non potest, minimè obligentur, *l.* 3. *C. de tabular. lib.* 10. *l.* 40. *ff. de pœn. l.* 1. *C. de fals. Rom. cons.* 7. *n.* 9. *&* 10. Deinde, si specialiter quis custodiri faciat in quo damnum contingit, nõ potest illud repeti ab ipsa communitate, qui enim tenetur ad custodiam rei alienę, relevatur per specialem custodiam domini, *Bald. in rubr. C. de pos. l. fin. C. de pact. conv. l. maritus*, 21. C. *de procur.* unde si viator deponat valisiam apud hospitem, civitas non tenetur pro ablata ea, *Marant. cons.* 42. *num.* 10. quem benè ad propositum citat *Cavalcan. decis.* 21. *num.* 12. *lib.* 5. *b*) Idque propter culpam omissionis, quæ tantùm his imputari potest: juramentum autem in litem affectionis tum, quando dolus concurrit, locum habet, *l.* 1 *ff. ex fact. tut.* adeò ut si in libello non exprimatur, dolus omninò exigi nequeat, *Plot. de in lit. jur.* §. 50. *n.* 64. *Schurff. cons.* 2. *nu* 4. *cent.* 2. *Gail.* 2. *obs.* 4. *n.* 8. *&* 9 *Ioh. Köpp. q.* 37. *nu.* 14. ubi communem profitetur, *& Anonym. ill. Spir. cons.* 75. *p.* 553. *col* 2. Contrarium tamen, si damnum inferri sciat, nec prohibeat, rectè cum *Bocer. de regal. c.* 2. *nu.* 160. asserueris; est enim tali casu quasi socius criminis, ut juramento probare possis, ac si contra ipsos prædones ageres, *l. si quando, C. und. vi.* & nisi ita diceremus, delictum domini impunitum maneret contra, *l. si longius*, 18. §. 1. *ff. de jud.* Quòd si vi statuti probatio hæc irregularis damni, contra dominum & civitatem admittatur, non admittuntur ad jurandum, nisi qui sint omni exceptione majores, *post Ias. in l. admonendi, n.* 109. *ff. de iureiur. Hyp. Marss singul.* 539. *vid. ad hanc mater. Carp. ad stat. Mediol. d. p.* 2. *c.* 371. *n.* 1. *Bero. cons.* 213. *n.* 6. *vol.* 3. *Asin. de execut.* §. 9. *c.* 55. *num.* 6.

81. Circa causam finalem vectigalium hoc deniq; observandũ, non nisi publicæ utilitatis ergò institui, *a* & cessante, seu remota impositionis causa, ipsum quoq; vectigal removeri debere. *b*

a) Quod jam antè in principio hujus disput. *concl.* 4. insinuavi: hoc adjiciẽdum, vectigalia injusta non censeri, etiamsi ad summi Principis utilitatem saltẽ instituantur; cùm enim nemo propriis sumptibus militare tenetur, *c. ita nunc illud*, §. *fin.* 28. *q.* 1. & secundùm naturam sit, onerum fastidium, alicujus commodi fruitione lenire, *l. un.* § *pro secundo, C. de cad. toll. lib.* 10. *l. fin.* §. 3. *de furt.* & eum qui pro omnibus vigilat, præmii loco ab omnibus aliquid accipere, *c. cùm ex officii sui de præscript. P. Greg. Syntag. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 1. ubi dicit Principem sponsum esse Reipublicę, qui meritò fructus dotis lucretur, *l. pro oneribus. C. de iur. dot.* nec minùs ob publicam causam hoc vectigal, quàm si ob causas, *d. concl.* 4. recensitas solveretur, institutum dicitur, *Suarez. de legib. c.* 15. *n.* 2. *lib.* 5 *Mut. Surg. in annot. ad M. Ant. Surg. de præf. prat. c.* 16. *num.* 25. *p.* 340. & quod notandum est, hujus vectigalis justitia non pendet ex

usu, ut si malè expendat id Princeps, peccet, quamvis ea, quæ ad opera communia destinantur, debeant converti in talia opera, aliàs in acceptione & retentione committetur injustitia, *Idem Suar. d. loc. num. 5.* *b*) Causa legitima omninò requiritur ad essentiam vectigalis, & quidem quę ex indigētia profluat, proportio n. inter quātitatem vectigalis, & ipsius causæ exigentiam, justitia vectigalis est, ut si necessitas cesset, ipsum vectigal, utpote cujus justitia in proportione ad causam consistit, cessare necesse sit, *c. cum cessante de appell. Tiraquel. integr. tr. cessante causa, Dd. in l. cùm pater, §. dulcissimi, ff. de legat. 2. in terminis Gu. Pap. cons. 150. n. 5. Bonif. de furt. §. fraudulosa, n. 28. Paul. Fusc. singul. in utroq; jur. lit. T. n. 145. Acac. Enenk. de priv. lib. 3. c. 1. n. 7. unde Capitul. Loth. art. 13. apud Haimsfeld. collect. cons. & const. Imp. p. 119.* Nova & injusta telonea appellantur, ubi funes tenduntur, & cum navibus sub pontibus transitur, seu his similia, in quibus nullum adjutorium itinerantibus præstatur. **Wann einer Zoll anderswo hin thut/ daß er von Rechtswegen gehört/ der geneust Wucher/ vnd wann man seiner nicht bedarff/ soll man jhn abthun. Welt.** *Reform. Rayf. Sigism. c. 1. n. 1. & 2.* Ne quis autem generalitate regulæ hujus decipiatur, planiùs negocium explicandum est, interdum vectigal ad determinatā causam, ut exstructionem pontis, imponitur, & tum si ad Principem summum illud pertineat, & alia causa legitima subintret, non dicitur vectigal desiisse, quia posset de novo aliud ob illā causam instituere, *Fr. Suarez. d. c. 15. n. 7.* Sed si inferior ab eo ad actum unicum exigendi potestatem habeat, absoluta causa cessare debet effectus: Quemadmodum Adolphus, Comes Holsatiæ, cùm vectigal Henrico Leoni Sax. D. in ostio Travenę, quoad ostium pararet, Cæsareo beneficio indultum, licentiùs continuaret, rectè ab Imperatore exactionem remittere jussus est, *Kranz. Histor. Wandal lib. 6. c. 26.* Interdum causa permanentior, cùm tamen actualis necessitas pro aliquo tempore cesset, ut si causa imponēdi fuit securitas itineris, & viarum refectio, à qua licet aliquamdiu cessetur tamen quia periculum subest, ut occasio citò renascatur, ex continuatione vectigalis injustitia nulla resultat, sed subintrat regula, quòd cessante causa in communi cesset dispositio, non autem si ex accidenti, vel in personā particulari cesset, *arg. l. nam ad ea, 5 ff. de ll. l. si frater & ibi Castrens. C. quitestam. fac. poss. sola de iust. & iur. lib. 4 q. 5. art. 3. Suar. d. c. 15. n. 7. Tiraq. in tr. cessante caus. lim. 32. Covar. in c. possess. 3 p. §. 2 n. 2 de R. I. in 6. Vasqu. ill. controv. q. 87. n. 23.* Aliquando notum est causam primam cessavisse, sed ignoratur, ob tempus longissimum, vel ultra memoriale, utrum legitima causa rursus subrogata sit, & tùm æquius est vectigal manere, utcunque causa non appareat, quæ censetur fuisse legitima, *c. super quibusdam, § præterea, de V. S. Theming cons. 39. n. 94. Bonifac. d. §. fraudulosa, n. 32. Suarez. d. loc. n. 9. & seq. qui plenissimè hac examinat.*

82. Rité autem rectèq; *a* constitutum vectigal hoc operatur, ut quisquis ad solutionem ejusdem obligetur, & in foro conscientiæ, qui id defraudare adnitatur, graviter peccet. *b*

a) Hocideó exprimo, ne conscientias transeuntium, quando apertè vectigalia injusta esse deprehendunt, ligâsse videar. Fraudare enim vectigal permittitur, si imponatur ab eo, qui jus imperandi non habet, *G. Pap. singular. 726.* quod pro clericis notari jubet, *Abb. in c. innovamus, num. 5. de censib.* si quando á laicis vectigalibus premantur, deinde quando nimis est excessivum, ut potiùs in extorsionem so-

net,

Bet, *P. de Vbald. de duob. fratr. in 5. par. pr. num. 37. Raudenſ. var. reſol. c. 23. n. 39.* vel ſine cauſa exigatur, *Abb. in proœm decretal. verb. Rex pacificus, num. 5.* vel deniq; exigatur ob cauſam, veluti cuſtodiam itinerum, reparationem viarum, quam tamen ex ſua parte dominus non adimpleat, *Felin. in c. 1. n. 41. de conſtit.* Ratio horum omniũ eſt, quód Princeps injuſtè extorquendo vectigal, in ſubditos ſuos graviter peccet, eoſque defraudare conetur, fraudem autem fraude repellere licet, ſi intentio ſimulantis ſit damnum evitare, *l. cùm pater. 77. § 31. ff. de leg. 2. Bargol. de dol. lib. 1. c. 7. n. 49. & in terminis, præter jam allegatos, loquentes Fab. de Mont. de empt. vend. q. 4. princ. num. 5. P. de Vbald. de collect. n. 37. Everh. præſ. conſ. 45. n. 11. Socin. in regul. jur. verb. gabella. Saiſen in conſ. Turon. tit. 7. art. 2. in fin. Cacher. dec. 31. n. 22. Thoming. conſ. 93. nu. 107. Dec. tr. crim. lib. 1. c. 5. n. 15. Farin. quæſt. crim. 172. n. 9. Tiraq. de retr. lignag. in præf. n. 69. & ſeq. Benif. de furt. § fraudulosa. n. 31. ubi ait, Chriſtianum eſſe, ſi ſcandalum timeatur, vectigal iniuſtum ſolvere, cui conſentit Gutier. de gabelq. 2. n. 27. per text. Matth. c. 5. v. 40. Manta de iuriſd. p. 1. c. 24. n. 48. Rend. in prompt. recep. ſent. tom. 1. tit. 120. n. 4.* Cavendũ tamen eſt *á Fr. Mar. Plot. in addit. ad conſ. Mart. Laudenſ. 39. nu. 8.* ajente vectigal fraudari poſſe, ſi ex rebus uſus proprii cauſâ ductis exigatur: Si enim conſuetudine introductum ſit ex ejuſmodi rebus vectigal petere, ſanè conſcientiam decipientes lędent, *per trad. concl. 29.* Nec in foro conſcientiæ tutus eſt, qui mentiendo iniquum exactorem eludere præſumit, *Gutier. d. q. 2. n. 26.* *b*) Novum planè dogma *Ang. in ſumm. verb. pedagium*, inculcat: quaſi lex vectigalis non obligaret in conſcientia; inde colorem abſurdæ opinioni mutuans: quód legislator addendo pœnam temporalem videatur excludere æternam, *c. nonne. de præſumpt.* tum quód in pœnalibus humanior interpretatio adſumenda ſit: Benigniorem autem eſſe ſententiam, ſi ſtatuatur legem in foro animæ non ligare, *Suar. de legib. lib. 5. c. 3. n. 5.* ſequuntur *Angel. Dec. in c. nam concupiſcentiam, de conſtit. Iaſ. in l. 2. nu. 143. C. de iur. Emphyt. aliiv́e, quos allegat. Cov. in c. peccatum. p. 2. §. 5. n. 2. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 28. n. 228. qui tamen pedem non figit in ea opinione.* Sed inevitabilis argumenti loco nobis ſit, humanam poteſtatem á Divina ordinatione pendere, omnemq́; animam ſubjectam eſſe poteſtati, & qui reſiſtit poteſtati, eum reſiſtere ordinationi Dei, *ad Rom. c. 13. v. 1. & 2.* Inſuperq́; dato Ang. ſequaciumvé opinionem veram eſſe, tota legum vis facili negocio peſſum iret; ac adjectio pœnæ, quę ideó fit ut majus robur legibus concilietur, contrarium operaretur, & redderet eas imbecilliores, prout rejectâ jam dictâ opinione ex mente Theologorum *Cov. d. §. 5. per tot.* Canoniſtarum *Suar. d. loc. n. 6.* Juriſtarum *Gutier. d. q. 2. n. 22. in fin.* atteſtantur, *adde Parlador. rer. quotid. c. 3. in pr. Caroc. de lotat. cond. vect. quæſt. 1. Marchiſel. recollect. quæſt. 7. num. 1. quib. iungi poſſunt Dd. paulò antè citati per inductionem á contrario* Ex quo elicitur, bené dici á quibuſdam, fraudatores vectigalium committere furtum; quod tamen *gl. in* Sachſ. Landr. *art. 27. num. 4. lib. 2* eatenus intelligit verum, ut ſuſpendio necari non poſſint: cui non aſſentior.

83. Ideoq́; non admonitus viator ad ſolutionem paratum ſe oſtendat, *a* mercesq́;, quas ducit, profiteatur; *b* cùm autem profeſſio eó tendat, ut cognoſcatur quantum vectigalis nomine pendendum ſit, ſanè ſi aliunde publicanus mercium quantitatem noverit, ſcrupulosâ profeſſionis ſolemnitate ampliús non eſt opus. *c*

a) Non petita vectigalia an quis solvere cogatur, inter Canonistas, & Theologos Scholasticos non convenit: ut tres discrepantes inde extiterint opiniones: quarum prior minimé petita haud deberi statuit; eamq; *Iaſ.* & *Angel.* á fortiori tenent, dum legem pœnalem circa vectigalium solutionẽ omninó non obligare contendunt. Altera inter antiqua, & nova distinguit pedagia, prioris generis cùm justa præsumantur, ab omnibus solvenda esse. *arg. c. ſuper quibuſdam, §. præterea de V.S.* In novis si notoriè justa sint, idem esse servandum; sed quando nec de justitia, nec injustitia eorum certi quid constat, quilibet potest præsumere de injustitia, & non petita, haud solvere, cùm in dubio melior sit conditio possidentis. Tertia opinio, sine distinctione concludit legem vectigalem obligare ad solutionem, etiamsi nihil exigatur, quàm reprobatâ mediâ opinione sequitur *Hoſt. in ſum. tit. de cenſib. §. ex quib. cauſis in fin. Bertach. de gabel. p. 9. n. 1. & 3. Covar. in c. peccatum, 2. part. § 5. n. 5. de præſcr. Suar. de legib. lib. 5. c. 18. n. 6. ubi magis communem Cc. opinionem aſſerit, & magis receptã, inq; foro animæ magis ſecuriorem Gutier. de gabel. q. 3. nu. 6. in fin.* Quam communem tamen limito non procedere: (1.) Si certó injustam esse legem constet. Cùm enim lex minimé obliget, nec ipsa petitio, quæ lege fortior non est, obligare potest. (2.) Lim. Si consuetudine contrarium introductum sit, ut sc. publicanus trãseuntem admonere cogatur, tum enim in animę judicio non obligatur viator, antequam interpelletur, *Gutier. d. q. 3. Raudenſ. var. reſ. c. 23. n. 7.* Ratio dependet ex traditis *Gram. deciſ. 50. n. 3. Menoch. conſ. 98. n. 34. Bertaz. conſ. crim. 263. n. 19.* aliæ limitationes videri possunt apud *Gutier. d. q. 3. per tot.* *b*) Profiteri, est designare publicano, quid quantumq; vehatur, *Rebuff. in l. 16. §. profiteri, ff. de V.S.* Quare in loco exactioni destinato publicanum esse oportet, ut ei designatio fieri possit, *Alex. conſ. 172. nu. 1. vol. 2. Bertach. de gabel. d. p. 9. n. 3. & 22. Ioſeph. Ludov. com. concl. 15. nu. 25. Maſcard. de prob. concl. 834. n. 12. Guaz. de conſiſc. bon. ampl. 82. n. 3.* aliâs res non cadit in commissum. Dura autem videtur conditio, transeuntibus **in Schwäb Landr** *c.* 214. præscripta: **Iſt niemandt da/der den Zoll fordert/der Kauffman ſoll drey Stundt ruffen nach dẽ Zöller/ſo er aller lauteſt mag/vnd iſt niemands da/ſo ſoll ers Gott ergeben/vnnd ſeine Straß fahren:** quamvis verè ibidem disponatur, obligationem debendi, ex absentiâ redemptoris vectigalium minimé tolli. *c*) Quando denunciatio ad obligationem, liberationemq; inducendam requiritur, vaga rei notitia non sufficit, *l. denunciaſſe, 17. ff. de adult. Chopp. de iuriſd. And. c. 9. nu. 4.* quod terminis nostris applicans, *Accurſ.* nihil prodesse putavit, si publicanus aliunde mercium quantitatem, qualitatemvé sciat. Verùm ex denunciatione non contrahi obligationem solvendi vectigal notum est, sed eo fine fit, ut quid quantumq; debeatur cognosci queat unde si semel sciat, necesse non est ampliùs ei in memoriam revocare, *l. 1. in fin ff. de act. empt. l. fin. ff. de tranſact. l. 1. § 6. ff. de ædil. ed. Bero. conſ. 164. nu. 14. vol. 3. Gutier. de gabel. q. 38.* & si præsente publicano merces redæ, aut navi impositæ sint, & eas singulas vidit, ampliùs ei non significandas esse dixit *Raud. var. reſol. d. c. 23. n. 3.*

84. Tam per alium quàm se ipsum quis mercium designationem expedire potest, *a* easque in genere, *b* factâ relatione ad merces, *c* professum fuisse satis est; ut publicanus minus vectigal petens, quod postea ex inspectione mercium majus apparet, ad commissi pœnam agere non possit. *d*

a) Est

a) Est enim onus reale vectigal, ut nihil interſit, á quo ſolvatur, dummodó ſolvatur, *l. Imperatores, 7. ff. de pub. & vect. l. ſi fideicommiſſum. 50. § 1. ff. de jud. l. qui fundum, 12. ff. quemad. ſervit amit. Affl. in c. un. qua ſint reg. verb. vectig n. 33.* *b*) Generali conſuetudine Italiæ obtinuiſſe, ut non ſpecificé omnes merces, ſed in genere exprimantur, tradit *Crav. conſ. 969. num. 3.* Et in Germania, ubi exactè & odioſé omnia, prout in aliis Regnis, hæc non rimantur, ſimilem obſervantiam demonſtrare difficile non foret. Imó jure communi inſpecto genericam ſufficere profeſſionẽ, *vel. l. § 3. ff. de agnoſcend. lib. l. 5. ff. de reb. cred. Crav. conſ. 971. n. 5.* concludit. *c*) ut ſi literit, Ecce merces, quas veho: cùm enim relatio fiat ad merces, quæ ſenſui oculorum ſubjacent, omnium clariſſima fieri reputatur deſignatio, *l. minor, 32 ff de minor, l. ſi irruptione, 8. § 1. ff. fin. reg l. 3. C. eod.* Sic licét nominatim heres inſtitui & exheredari debeat, *l. jubemus, 29. C. de teſt.* ſufficit tamen per relationem ad ſcripturam aliquem heredem nominari, *l. inſtitutio, 10. ff. de cond. inſtit. Crav. d. conſ. 969. n. 19.* Si in materia exheredationis odioſa, relativa expreſſio pro ſufficienti admittitur, quantó magis in hoc negocio, ubi de liberatione á pœna agitur? & paria ſunt, quod publicanus intellexerit, vel intelligere potuerit, *l. qui cũ aliquo ff de R. I. in terminis Mareabrun. ab Anguil. conſ. 10. n. 3. & ſeq. & Signor. de Homod. Corſet. Ruin. á Cravet. conſ. 966. n. 6. allegati.* *d*) Per publicanum enim ſtetit, quó minús deſignatio omnium mercium fieret ſpecifica, cùm ei oblata fuerit; pro facta igitur in odium ejus habetur, *l. jure civili, 24. ff. de cond. & demonſt. Crav. ſupé d. conſ 969. n. 10.* nec pœnâ commiſſi quiſpiam affici poteſt, qui dolo caret; abeſſe eſſe is præſumitur, quoties quis factum ſuum paratus eſt defendere, quamvis res morâ patiatur, *l. 3 § 10. ff. quod vi aut clam.* & ſanè publicanus, qui vectigal exigit antequam merces introſpexit, & poſtea inſpectionem urget, ut in exitium præcipitem daret tranſeuntem, id facere intelligitur, *Caſtrenſ. in l. dolum, in pr. ff. de dol. Crav. d. loc. & d. conſ. 971. nu. 6. & ſeq.*

85. In ipſo autem actu deportationis quem profiteri oportet, *a* quod ſi omninó non profitendo, locum ubi eum profiteri oportuit prætergreſſus fuerit, vel falsó rem unam pro alia deſignarit, *b* moræ purgatio, & pœnitentia nihil opitulantur, *c* ſed merces fiſco ipſo jure committuntur. *d*

a) Non deberi antequam res in locum, ubi vectigal dependendum, pervẽtum ſit, *ex Bald. conſ. 372. nu. 2. vol. 1. ſupr.* notavi: cujus ſequela eſt, jus publicano in actu deportationis, & cùm res loco movetur, primùm quęri, & profeſſionẽ tum primùm faciendam eſſe, *arg. l. fin. §. divus, 9. ubi. duxiſſet ff. de publ. & vect. Rim. iun. conſ. 616. n. 20. ubi Bertach. authoritate id comprobat.* *b*) Vitioſa namque profeſſio habetur pro non factâ. *l. quoties, 6. ff. qui ſat. ud. cog.* & falſa res, actus falſus, rei, & actus nomen, quemadmodum nec nummi, falſus nummus, merentur, *Hypp. Marſil. l. un. nu. 12. C. de rapt. virg.* & in terminis, quód non ſit differentia inter nõ profiteri, & profiteri, falsó docet *Bald. conſ. 34. n. 11. vol. 5. Bertaz. conſ. crim. 94 n. 21. & 22.* quod notabiliter limitatur. Pone enim cuprum, pro ſtanno, & plumbo; pannos ex lino, pro pannis ex lana confectis deſignatos, ex quibus ſingulis æquale vectigal ſolvitur, pœna falſi locum non habet; quia ut ea detur, tria requiruntur: 1. Dolus, *l. nec exemplum, C. de falſ. Natt. conſ. 314. n. 10. Lud. Pegner. dec. 80. n. 16. Ber. conſ. 78. nu. 16. Gramm. conſ. 30. n. 8. in crim.* 2. Mutatio veritatis, *Ioſeph. Ludov. dec. Luc. 13. n. 5. 3.* & quod alAd falsi crimen requirantur.

teri exinde damnum inferatur, *Cacher. conſ. 66. n. 8. Marant. conſ. 38. n. 7. & 8.* Sed dolus hic nullus, *Crav. conſ. 75. n. 16. & 17. Rol. á Vall. conſ. 15. n. 55. vol. 3.* nec quiquam fiſco ex erronea hac deſignatione decedit; Ideoq; & commiſſi pœna ceſſare videtur, *poſt Crav. conſ. 3. n. 25. Bertaz. conſ. crim. 15. n. 24.* Nec moramur falſitatem quæ actualiter nõ nocet, ſi potentia nocere poſſit, extra ordinem ſaltem puniri, *Men. de arbitr. caſ. 306. n. 15.* hęc enim falſitas ne quidem potentiâ nocere poſſe videtur, unde pœna ceſſat, *Ludov. dec. Luceſ. 93. n. 47.* & forté in puncto juris verior eſt opinio, ut falſitas, quę potentiâ nocere poteſt, extraordinarié non puniatur, *Rol. á Val. conſ. 33. nu. 22. & 44. lib. 4. Vinc. Caroc. dec. 66. nu. 27.* ubi nuncupatim *Menoch. & Clar.* contrarium aſſerentes, perſtringit. c) Similis feré controverſia eſt, quando ſtatuto frumentum territorio evehere prohibitum eſt: an repertus in via puniri poſſit, ac ſi jam delictum conſummaſſet? in quâ variantes occurrunt Interpp. opiniones; aliqui eum non aliter quám ſi egreſſus fuiſſet, puniri debere arbitrantur, eó quód fraus non facilis ſit probationis, ut præſumptivé eam probâſſe ſufficiat, *Afflict. dec. 44. n. 4.* & ubi ipſo jure imponitur pœna, delictum inchoatum habetur pro perfecto, *Paul Fuſc. ſingul. 145. Clar. in pr. crim. q. 82. ſtat. 7. verſ. ſi d pone quod ille.* Sed fortiſſimé huic refragatur, quód in atrocioribus delictis tantúm conatus puniatur pro effectu, *l. item apud, 15. §. ſi curaverit, c. 10 ff. de injur. l. ſi quis non dicam, 5. Cod. de Ep. & Cler.* quas tamen leges propter acerbitatem in uſu ampliús non eſſe, *poſt Gramm deciſ. 74. num. 9. & ſeq.* tradit *Farinac. conſ. 36. n. 1. vol. 1.* Alii itaque verba ſtatuti attendenda eſſe monent, ut ſi loquantur de actu perfecto, deprehenſus in itinere non puniatur, vel ſaltem leviter arbitrio judicis, *Perſonal. de gabel. n. 129. poſt Stracch. de mercat. Suar. alleg. 8. Alber. Gent. Hiſpan. Advocat. lib. 1. c. 20. p. 76. Farinac. de furt. q. 172. n. 23.* Si autem in actum inchoatum ſonent, puniendum repertum in via, *Nic. Everh. conſ. 45. n. 5. & 6. Perſon. d. tr. n. 130.* Sed hanc diſtinctionem ex conſuetudine hodiernâ non ſervari dixit *Ripa de Peſt. de præſerv. remed. §. de venio nunc. n. 75. verſ. ego.* Imó poſterius diſtinctionis membrum prorſus iniquum arbitratur, *Gutier. pr. qq. lib. 4. q. 37. n. 18.* cúm ita ſæpiſſimé puniretur, qui animum exeundi non habet: unde ille ad circumſtantias alias primarió reſpiciendum eſſe ait. Verúm quęſtio hæc, ab illa, an morę purgatio, fraude circa vectigal commiſsâ, locum habeat? differre videtur: cúm ibi de delicto nondum conſummato, hîc de perfecto diſquiratur: niſi á majoritate rationis argumentum ſumere, inſuperq; illi & hanc rationem ſubtexere quis vellet, quód pœnitentia in delictis conſummatis non admittatur, *Menoch de arbitrar. caſ. 360. n. 9. & ſeq. Bertach. de gabel. p. 4. n. 13. Ceph. conſ. 57. n 8. aliaq; fideliter á Farin. tract. crim. q. 31. num. 65. & 66. congeſti. M. Ant. de Amat. deciſ. 103. num. 5. & ſeq.* quæ traditio in delictis in faciendo conſiſtentibus, actumvé momentaneum, non ſucceſſivum habentibus, procedit, *Bart. in l. ſi inſulam, nu. 21. ff. de V. O. Menoch. recuper. poſſ. remed. 9. n. 246.* verúm hîc in non faciendo conſiſtit, in quo faciliús, quám aliis delictis, moram purgari dixit idem *Bart. in l. ſi ſervum, §. ſequitur videre, n. 2. ff. de V. O. addit. ad Bart. in d. l. ſi inſulam, d. num. 21. lit. F. Cacher. deciſ. 71. num. 38. qui plurimos congerit.* Ne tamen in hoc delicto in omittendo conſiſtente mora purgari poſſit, facit quód fraudato vectigali, lex dominium mercium ipſo jure fiſco abſq; ullâ traditione tribuat: quoties a lex executionem facit, morę purgatio non admittitur, *l. in cui, 19. ff. de leg. 2. l. apud Auſidiũ, 20. ff. de opt. leg. l. qui ob rem, 35. ff. de cond. indeb. Aſſn. de exec. § 6. c. 32. n. 17. Hier. Magon. dec. Lucenſ. 25. n. 17. Cap. conſ. 63. n. 15. Farin. in pr. crim.*

g. 11. n. 102. *vers ampl. hanc quintam in terminis Rim. jun. conſ. 72. nu. 58. vol. 1. Modeſt. Piſt. conſ. 48. n. 33. & ſeq. vol. 2. Nicol. Everh. jun. conſ. 2. n. 40. vol. 2.* cum quib. tranſeo, illud cum *Piſtor. d. loc.* addens, diverſam rationem habere, quód in emphyteuſi ipſo jure commiſsâ, Emphyteuta celeri ſatisfactione moram purgare poſſit; nam caducitas non incurritur per ſolam moram, niſi dominus animum ſuum declararit, *Bero conſ. 98. n. 32. lib. 1. Cravet. conſ. 212. n. 1. Rota deciſ. 28. p. 2. in noviſſ.* Sed tali declaratione hoc caſus opus non eſt, *Piſtor. d. loc.* Tum quoq; minús rectè applicatur, quod de extrahente contra prohibitionem ſtatuti aliqui tradunt, eum, ſi pœniteat, ſponteq; revertatur, effugere pœnam, *Boër. dec. 178. n. 32. Rip. de Peſt. § devenio nunc. 2. 75 in fin. Gutier. pr. qq. lib. 4. q. 37. n. 11. Bero conſ. 164. n. 12. lib. 3.* hæc enim accipienda ut mitiús ex æquitate judicis cum illo agi poſſit, non quód pœnitentia cum á pœna eximat, *Fr. Perſon. de gabel. n. 135. d) l. 11. § dominus, l. 14. §. 6. & 10 ff. de publ. Bald. conſ. 256. n. 2. vol. 4. Fr. Marc. dec. 528. n. 2. lib. 1. Rim jun. conſ. 8. n. 32. Cuiac. in parat. C. de vect. & commiſſ. Hart. Hartm. pr. obſervat. tit. 48. obſ. 1. Coler. deciſ. 190. n. 1. Val. Forſter. de juriſd. Rom. lib. 2. leg. 14. n. 41. Guazz. de confiſc. bonor. concl. 13. ampl. 82 num. 1.* & dominium ipſo jure in fiſcum tranſit, *Joh. Sich. in C. de vect. num. 11. Schoner. diſp. fud. th. 59. lit. b.* quod tanquam ſingulare in vectigalibus notandum monet *P. Ravenſingular. 852.* cúm aliâs traditionibus, non pactis rerum dominia tranſeât, *l. traditionib. C. de pact.* unde fiſcus de iis, ut propriis rebus diſponere, *Crav. conſ. 115. n. 6* & tertius ſalvâ conſcientiâ rem á fiſco emere poteſt, *Fab. de Mont. q 4 pr. nu. 50.* Imóis, cujus res commiſſa fuit, eam redimere. *ex Matth. de Affl. in c. un. qua ſint reg. verb. vectig n. 51. Alb. Gentil. Hiſpan. Advoc. lib. 1. c. 13. p. 48.* & fiſcus á tertio poſſeſſore eam vindicare non prohibentur, *Sich. d. loc. n. 11.* vel, quod fortius eſt, ſi poſſeſſor rem vendiderint, pretium ab eo condici poſſe, *arg l. ſi me & Titium, 32. ff. ſi cert. pet. junct. l. 18. ff. quod met. cauſ. tradit Modeſt. illuſt q 156. n. 2. quod infrá dilucidiús explicabitur,* ita tamen, ſi dominium reverâ ejus fuit, cui ob omiſſam profeſſionem res abſata fuit. Quid ſi enim fur rem furtivam non profiteatur: in concurſu á domino vero publicanum vinci æquum eſt, *Quintil. decl. 341. Chopp de juriſd. And. lib. 1. c. 53. l. 31. ff. depoſ.* Jure Hiſp. mitior pœna in mercatores improfeſſis mercibus tranſeuntes conſtituta eſt, ut quadruplicatum vectigal ſolvant, *Azev. ad conſt. reg. lib. 6. tit. 11. leg. 7. n. 9.* & jure Saxon. Wer Brucken oder Waſſerzoll entführt/ der ſoll jhr vierfältig vergelten/ Sachſ. Landr. *lib. 2. tit. 27. in pr. &* Schw. Landr. *c. 214. Col. de proceſſ. execut. p. 1. c. 3. n. 15.* hodié tamen in Saxonia jus commune obſervari teſtatur *Kopp. deciſ. 50. n. 5. Mod. Piſt. d. conſ. 48. n. 16 vol 2.* Fidem non meretur *Affl. in d. verb. vectig n. 52.* quando præter pœnam commiſſi, etiam ipſum vectigal ſolvendum exiſtimat: nam *l. cúm proponas, C. de naut. fœn.* & alii, quos conglomerat, textus hoc non dicunt, & benignius eſt graviſſimæ huic mercium confiſcationi etiam ipſum vectigal includi, *§. ex maleficio, §. quadrupli. Inſt. de act. Coler. d. c. 3. n. 69.* Atq; hęc vera ſunt, ſi omninó nõ denuncientur merces; qui enim eas profitetur, quamvis vectigal non ſolvat, commiſſi pœnam haud ſuſtinet, *l fin. §. 12. ff. de publ. Rom. á Vall. conſ 42. n. 8. lib. 3. Hartm. pract. obſ. tit. 48. obſ. 1. n. 1. Farin. d. q. 172. n. 31. Trentacinq. var. reſol. 1. de jur. fiſc. reſol. 5. n. 13. Kopp. d. dec. 50. n. 7. Steph. Daoys in ind. jur. verb. vectigal. n. 5.*

86. Quod quidem de dominio ipſarum mercium verum; cæterum quód publicano ſine authoritate judicis, rem propriâ authoritate occu-

occupare non liceat, communis Interpp. est conclusio; *a* á qua hodié per generalem consuetudinem Germaniæ recessimus: *b* quam consuetudinem optimo maximo juri inniti certum est. *c*

a) Nemo suâ possessione privandus, qui citatus non est, *c. licét Episcopus, de prab. in 6. l. defensionis facultas, 7. C. de jur. fisc. l. fin.* C. *de bon. vac. lib.* 10. etiamsi prædo sit, *c. redintegranda, 3. q.* 1. vel crimen læsæ Majest. commiserit, *c. cùm secundum, de har. in 6.* Simile itaque judicium in hac quæstione ferendum, ne frustrá rei vindicatio publicano in casu commissi applicata videatur, si passim sine judice ipse sibi sententiam dicere potest, *Bald. cons.* 256. *n.* 1. *vol.* 4. *Bertach. de gabel. p.* 4. *q.* 16. *n.* 25. *Ferret. cod. tr. n.* 193 *Rol. á Val. cons.* 42. *n.* 5. 6. *lib.* 3. *Gram. dec.* 105. *n.* 56. *Trentacinq. var. resol. lib.* 1. *tit. de jur. fisc. resol.* 5. *in fin. Coler. de proces. exec. p.* 1. *c.* 3. *n.* 84. *Ludov. com. concl.* 15. *n.* 75. *Borch. in c. un. qua sint regal. n.* 45 *Schon. disp. feud.* 4. *th.* 53. *lit. c. Steph. de iurisd. p.* 1. *c.* 7. *membr.* 1. *n.* 250. *Person. de gabel. n.* 2. *Sixt. de regal. lib.* 2. *c.* 6. *nu.* 171. *I. Bapt. Cest. de fact. scient. & ignor. cent.* 1. *distinct.* 46. *n.* 5. Quód autem *Bart. in d. l.* 7. C. *de jur. fisc. n* 4. & 5. *Ias in l* 2. *n.* 17. *ff. de iurisd.* hoc eó usq; extendunt, ut ne quidem sequestrationi locus sit, id rectè in dubium revocat, *Coler. de proces. d. c.* 3. *n.* 84. *& dec.* 190 *nu.* 5. *& bellè Gentil. Hisp. Advocat. lib.* 1. *c.* 13. *p.* 52. explicat, ut si alibi rectè conveniri possint defraudantes portorium, in loco ubi commissum factum proponitur, non cogantur se defendere. Sed quia plerumq; advenæ sunt, timorque subest ne res mobiles alió transportentur & personę aufugiant, quas suspectas præsumimus, quando immobilia non possident, extranei sunt, & pedes in stapedio habent, *Coler. d. p.* 1. *c.* 2. *n.* 86. sequestrum rectè decernitur. Datis autem vadibus hoc sequestrum solvitur, *Benenkd. in addit. ad Seraphin. de priv. juram priv.* 14. *num.* 3. *vid. Grat. discept. forens.* 398. *n.* 23. *b*) de qua attestantur *Hartm. Hart. pr. obs. lib.* 2. *tit.* 48. *n.* 14. *Mod. Pist. cons.* 48. *n.* 18. *vol.* 2. *Kopp. dec.* 50. *n.* 11. *Sixt de regal. lib.* 2. *c.* 6. *nu.* 173. *N. Everh. jun. cons.* 2. *nu.* 41 *Claud. in addit. ad Bertaz. cons. crim.* 7. *lit. a. c*) Vulgare est, constitutionem, quâdo loquitur per verba præteriti temporis, aut per dictionem, (Mox, ipso facto,) non requirere sententiam declaratoriam, nec ministerium hominis, *c. hoc consultissimo de reb. Eccl. in* 6. *Bart. in l. Imperator, ff. de jur. fisc. Rol. á Val. cons.* 96. *n.* 25. *lib.* 4. Idem est, si in futuro loquatur, addendo verbum Mox. *Matthes. singul.* 111. *in l. commissa,* 14. *ff. de publ.* JC. utitur verb. præsentis temporis, desinit, quod per se inducit privationem ipso jure, *Fr. Crem. sing.* 7. *n.* 1. *relatus à Coler. loc. jam citando.* adjicitque verbum, statim, quam gemination hoc operari convenit, ut sine judice bonorum possessio á publicano apprehendi possit, *Coler. cons.* 42. *n.* 37. Sententia autem declaratoriâ tum minimé opus, si circa rem ipsam delinquatur, *Gentil. Hispan. Advocat. lib.* 1. *d. c.* 13. hîc circa rem ipsam delinquitur, *Coler. d. loc.* Tralatitium quoq; est, furem cũ rebus nostris aufugientem nos persequi, remq; ab eo recuperare posse, *l. si explagio,* 52. §. 1. *ff. ad l. Aquil.* Furi autem non dissimilis est, qui fraudandi vectigalis gratia, se cum mercibus subducit, *Fr.* Pfeil *cons.* 196. *nu.* 25. Neque in contrarium facit communis illa Dd. opinio, etiam in casu, quo ipso jure dominium in aliquem transferatur, sententiâ declaratoriâ ad avocandam possessionem opus esse: ea enim tum obtinet, quando dubium est, an casus legis evenerit, aut aliquo reperto in flagranti fraudis delicto, nulla supereat dubitatio, *Coler. d. cons.* 42. *num.* 48. Et hic discursus eo conducit, ut in Cam. Imp. mandatum sine clauf. fundatâ jurisdictione *in ordin. p.* 2. *tit.* 23.

Sententia Lex Curatoria quòd non Leg Salz.

*tit.23.*vel citationis proceſſ.ex interd.unde vi impetraturi, diligenter caveat, ne tale quid narrent, ex quo defraudatio vectigalis colligi poſſit. Apprehenſio enim poſſeſſionis, vectigalis domino permiſſa, ergo pro facto omni jure illicito non debet cenſeri; & intereſt Reipub. delicta non manere impunita, ut conſideratio illa libertatis commercii, ſecuritatisq;, quam pleriq; ſupplicationibus inſerere ſolent, in hoc caſu meritó non attendatur. Facit *bon.text.in R.I.de A.1594 §.* **Vnd ſo viel die vngleiche meinungen/** ubi arreſta ex juſta cauſa privilegii, conſuetudinis, **der nachſtewr/** & vectigalis impoſita; locum conſtitutioni Arreſtorum non facere dicuntur. Tum, quod ſimplicem ſpolii proceſſum attinet, expediti juris eſt, ſpoliatũ, quoties vel ex ipſius confeſſione, *Menoch.recup.remed.1. n. 212. Grat.diſcept. 142.n.1.* inſtrumentis publicis, actis judicii, & ſententiâ de dominio ſpoliantis conſtat, non audiri, *Coler.d.conſ. 42.n.86. Menoch.d.remed.n.332. Capyc.dec.77.n.4. Natt.conſ.563.n. 30. Cavalc.deciſ. 36.n.460 p.2. Lancel.de attent.p.3.c.24.q.1.n.66.*

87. Sæpiús autem in quæſtionem venit, an pœna commiſſi, & proſcriptionis mercium, fraudatori vectigalium á lege impoſita, ad alios caſus per ſtatutum extendi queat; vigent enim in multis Germaniæ civitatibus leges particulares, municipum bona, quæ in cenſum doloſé non retulêre, fiſco tanquam commiſſa adjudicantes, quas aliqui uti ambitioſas eliminandas eſſe putant; cum quibus, ſi civitatib. jus fiſci competat, non ſentio.

Qui horum ſtatutorum vim infringere conantur, oggerunt, ſeveritatem legibus incognitam meritó odio haberi. Nullibi a. cõmiſſi pœna ob non rectè ſolutas contributiones indicitur, ſed detectus competenti Principis indignationi tantúm ſubjacet, *l.2.C.de cenſib.& cenſitor.lib.11.* & in contributionibus Turcicis favorabilibus valdé, & publicé Chriſtiano orbi utilibus, pœna dupli non exceditur, *R.I. de Anno 1544.§.* **Vnd damit ſolche anlangen.** Inferiores ergo hanc metam ne tranſgrediantur. Quia ſtatuta condere ſupremæ juriſdictionis effectus, quem civitatibus noſtris Imperium agnoſcentibus adſcribere non poſſumus, ut noviſſimé reſpondendo ad *l.omnes,ff.de juſt.& jur.* concludit *Paurmeiſt.tr.de iuriſd lib. 1.c.8.nu.12.verſ.ſed hiſce, lib.1.* maximé autem, ſi jus commune evertere tentarent, *Carl de Graff.ad mater.ſtatut.c.1.n 6.&7.* & in ſpecie magis propinqua, quotieſcunq; á lege expreſsé, vel generaliter non invenitur pœna ob delictum impoſita, gubernatores, & alii judices, qui non ſunt poſiti in ſupremo magiſtratu, ſine juſſu Principis contra juris diſpoſitionem, confiſcationis pœnam inducere nequeunt, *l.un. Cod.ne ſin. iuſſ. princ. Bertaz. conſ.crim.347 n.3. Lancet. Conrad.de off.prator.in crim.tit.de public. bonor. nu.1. eumq; referens Farinac.in prax.crim.q.25.num.19.* Lubrico tamen fundamento eam opinionem inniti, ex eo manifeſtum redditur, quód quaſi per manus traditum ſit, Principes, Comites, & Civitates ſuperiorem recognoſcentes ſtatuta, contraria etiã juri ſcripto, condere poſſe, *tex.in ord. Cam.p.2. t.1.in pr.& p.1. tit.13.in pr. l.1.C.de emancipat.lib.l.fin.in fin.ff.de decret.ab ord.fac.l. Antiochenſium. 37.ff.de reb. auth.iud.. poſſ.l.3.§ 4.ff.quod vi aut clam. d.l. omnes populi & ibi Ioh. Bologn. qui contrariũ abundè reſpondet, & quem ſanior & communis Dd ſchola tuetur, Caſtr. in d.l.omnes nu.4. Imol. conſ.54.vol.1. Maſcard.de prob.concl.946.nu.23. Natt.conſ.12.nu.1 Bero.conſ. 28.n.32.*

vol.3.Dec.conſ.19.n.95.vol.3.Caſp.Ant.Put.in conſ.u.poſt Odd.conſ.n. 100.*Bec.conſ.*231. *n.*24.*Feder.Scot.conſ* 11.*n.*18.*lib.*4.*tom.*1.*Ioh.Gutier.lib.*1.*Can.q.c.*4.*n.*7.*Tap.in l.fin.§.* 1.*c.*2.*n.*5.*ff.de conſt.princ.Horat.Carp.ad ſtat.Mediol.in pralud.p.*1. *nu.*16.*Malvaſ.conſ.* 10.*n* 12.*& conſ.*7.*n.*12.*Cabal.conſ.*128.*n.*5.*vol.*2.*Monald.conſ.*83.*n.*7.*vol.*1.Ex quo firma,meo judicio, naſcitur concluſio, Civitates ſtatutum ſuprá memoratum condere poſſe, ſi præterea jus fiſci ipſius competat, nam tum materia, de qua diſponunt, non eſt extra commercium ipſorum, ut evenire ſolet quando de reſervatis Principis ſtatuere intendunt,*Ioh.Bolog.d.l.omnes populi*, *n.* 105. Nec officiunt quę *ex Farin. & Lancel.* pauló anté adducta fuêre, ea enim intelligenda ſunt ſecundúm *d.l.un.C. ne ſin juſſ.princ.* ab ipſis allegatam : ibi judices inferiores proſcriptione totius ſubſtantię aliquem percellere vetantur, majores excipiuntur. Civitates autem Imperiales, & eæ, quæ jus fiſci habent, minoribus judicibus conferri non poſſunt, ſed majoribus, cúm ſuperiorem tantúm Cæſarem, & juriſdictionem propriam habeát. Deinde *d.l.* intelligunt Dd. ſi contra leges alicujus bona confiſcare velint: contra leges fieri dicitur, quod fit lege prohibente: nullibi autem lege confiſcatio bonorum in caſu, quo quis falsó ſua bona profeſſus ſit, prohibetur Imó indignatio Principis, de qua *in l.*2. *Cod.de cenſib. & cenſ.* gravior eſſe poteſt confiſcatione bonorum, & in auxilium prohibitionis ſuperioris inferior, apponendo ei pœnam jure communi non expreſſam, ſtatuere, *Cravet.conſ.*314. *nu.*2. & extra caſus legis bona aliquando confiſcare poteſt, *Alb.in* 3.*p.ſtat.q.*18. *totum mundum ita ſervare aſſerens. Rol.á Vall. conſ.*97.*n.*2.*vol.*2.*Lancel.d.loc.nu.*1. *& in terminis loquentes Anonym.in conſ.Spir.impreſſ.*43.*p.*261.*col.*1.*Coler.conſ.*42.*n.*47.

88. De eo quoque dubitari ſolet, num rei immunis omiſſa profeſſio commiſſo locum faciat? quod plures affirmant, *a* communiter veró ita diſpungunt, ut rem notoriè immunem abſque periculo improfeſſam tranſvehere liceat, non eam de cujus libertate certó haud conſtat, *b* annon rectiús dicetur, publicanum in poſſeſſione vel quaſi denunciandi exiſtentem, per immunem turbandum non eſſe, *c* ut tamen interim, ſi id fiat, turbans commiſſi nullam ſuſtineat pœnam. *d*

a) *tex.in l.fin.*§. *quotics, ff. de publ.* fraus n. appoſitis mercibus munificis fieri poſſet, ideoq; gravi pœna cohibendus tranſiens, ne fraudem committere tentent, *Zab. in clem.fin.de cenſib. Maſcard.de probat.concl.* 834 *n.*5.(2.) Privilegia non proſunt niſi allegentur, *c.ult.de præſcr.l.*1.*in pr.ff de vacat.mun. Acac.Enenk.de privil.lib.*3.*c.*17. *n.*31. unde improfeſſus abiens cenſebitur jure reliquôrum munificorum, *Æmyl.Ferret.conſ.*23.*n.*1.(3.) An res immunis, vel vectigali obnoxia ſit, indiget aliqua inquiſitione. *d.clem.fin.de cenſib.* imó ipſis apodixis, ſeu bullettis non creditur, ſed portantes eas verificare debent, *Fr.Marc.dec.*128.*lib.*1.*per tot.* Profeſſio igitur ne quidem ab immuni prætermittenda eſt, *Everh.iun,conſ.*2.*n.*30.*vol.*2.(4.) Ipſi clerici, qui ampliſſima in jure noſtro habent privilegia, ſub periculo, ne bona perdant, ea deſignare tenentur, *Ferret.de gabell.n.*209. *Petr.de poteſt.princ.c.*5.*n.*4. *Trentacinq.var.reſol.*1.*tit.de iur.fiſc.reſol* 5. *n.* 9. cur igitur eadem pœna aliis immunibus haud immineat? (5.) Domini vectigalium, tam ad rei vectigalis præſtationi obnoxiæ, quàm immunis reſtitutionem obligati ſunt, ſi ea viatoribus á prædonibus eripiatur. Ergo ut eó

ut eó cautiús invigilent, omnia manifestanda sunt: & ut fiat periculi & commodi proportio, res fisco addicenda est, *Bald. cons. 79. n. 4. vol. 2. Petr. Rav. sing. 862. Marc. dec. 214. nu. 3. lib. 2. Saison. in cons. Turon. tit. des droits des peages, art. 3. circ prin. Ludov. com. concl. 15. n. 50. Kopp. dec. 50. n. 13. Gratian. dec. 148. n. 21. & seq. & discept. forens. 17. n. 7. Mindan. de proces. lib. 2. c. 43. n. 10. Guaz. de confisc. bon. concl. 13. ampl. 81. n. 2. Losa. de iur. univ. p. 4. c. 1. n. 90. Ruin. cons. 25. n 9. vol. 1. Rol. à Val. cons. 79. n. 81. lib. 2. & cõs. 80. n. 48. lib. 3. cons. 71. n. 22. vol. 4. Rim. iun. cons. 57. n. 1. & cons. 8. n. 37. Pacian. cons. 98. n. 8. 12. & 13. Men cons. 1061. n. 4. Steph. Daoys in ind. iur. verb. vect. n. 4. quorum opinionem sequi videtur D. R. in caus. M. contra E. Symphor. p. 1. t. 2. p. 121. col. 1. & 2.* b) Cum *in d. l. fin. § quoties*, usualia mancipia, si professa non fuissent, in commissum cecidisse Marcian. JC. dixisset, & tamen veterana mancipia non professa, á commissi pœna eximeret, *Bar ib.* duos casus distinguendos putavit: an videlicet liqueat publicano vectigal solvendum non esse, vel liquidó non constet, priori casu omissam professionem nihil, sed posteriori præjudicare, *Bertachin. de gabel. p. 9. nu. 32.* Liquet autem publicano, si res sui natura immunis sit, non si ex accidenti, ratione personæ immunitatem habeat, *Ioh. Cephal. cons. 451. n. 259.* exemplum adferunt in libris Scholasticorum, *Peregrin. de iur. fisc. lib. 6. tit. 5.* addere possumus hodiernis moribus in pecunia, *supr. concl. 60.* & persona, quam publicanus cum omnibus suis bonis immunem novit, *Grat. ad d. decis. 148. n. 7. Castrens. in d. §. quoties, Rol. à Vall. cons. 79. nu. 8. vol. 3. Bertaz. cons. crim. 6. num. 1. & cons. 191. nu. 1. ubi Claud. ita judicatum refert. Hartm. tit. 48 obs. 1 n. 9. Personal. de gabel. n. 107. Steph. de iurisd. lib. 1. p. 1. c. 7. memb. 1. nu. 152. Flores de Men. var. q. 2. q. 21. nu. 210.* hanc distinctionem in praxi observari dicens, *Boss. tit. de fraud. vectig. num. 10. Menoch. d. cons. 1061. num. 12. & seq* quæ etiam in causa N. contr. P. L. P. considerata fuit. c) In qua constituitur, si voluntarié immunis denunciarit. Quod enim de immuni dicitur, eum, si decennio solvat, sibi præjudicare in possessorio, *Festas. de æstim. p. 4. c. 4. n. 3. & 30.* annis in petitorio *per not. concl 43. lit. a.* id pluribus citatis huic casui applicat, *Claud. in addit. ad cons. patr. Bertaz. crim. 191 lit. b.* ubi tamen rectè monet, coactè denunciantē sibi præjudicium non creare, *G. Pap. cons. 91. n. 3. Nat. Rol. Cov. ib. citat. locis.* Et in hoc casu verè loquitur præjudicium illud Camerale. Nam cùm E. immunes á vectigalibus cõsuevissent denunciare publicano M. & postea id facere desinerent, rectè decisum fuit, A. M. in possessione suâ vel q. denunciandi turbandum non esse, **sondern daß ein Raht seine Fronwagen gebürlicher weiß den Zöllnern solle anmelden lassen.** De pœna commissi negry quidem dicitur. d) Quod ut manifestiús evadat, notandum mancipia venalia, ideó munifica fuisse, quia commercii causa ducebantur, nec usualia huic oneri indistinctè subtrahebantur, sed veteranis saltem ob peritiam, & usum rerum hic honor tribuebatur, *Cujac. 14. obs. 3.* vel ut rectiús idem *Cui. sub tit. C. de vect. & comm.* sentit: usualia mancipia ad cultum agrorum partim nutriebantur, veterana autem, quę in urbe serviebant, magis ad usum, & cultum corporis familiçque comparata erant, ideoq; hæc á vectigalis præstatione eximebantur, *l. in L. censoria ff. de V. S.* Si autem opinio Dd *lit. a.* allegatorum vera est, argumentari potest: Omnia mancipia etiã libera á vectigali, profitenda sunt, & si non profiteantur, in cõmissum cadunt: veterana autem nomine mancipiorum continentur. Ergo. Sed ita manifestæ JC. *in d. l fin. §. quoties*, mendacii argueremus, qui ob omissam professionem veterani servi immunis, locum non esse commisso dixit. Si autem distinctio

Bart. & assecl. rum ejus vera est, liquidó constitisse publicanis, aliquem veteranum, non novitium servum fuisse, concludendum est. Verúm de eo text. fidem non facit: neque etiam veteranus ex facie, aut spacio serviendi, sed genere & causa, id est, ministerio, cui præponebatur, nomen accipiebat, ita ut novitius, quám primúm ex venalitio emptus, & alicui ministerio præfectus esset, veteranus diceretur, *l. fin. §. fin ff. de ædil ed.* Magis itaq; juris rationi convenit, rem sive notorié, sive obscuré immunem, si professa non sit, minimé committi, *Æmyl. Ferret. d. cons. 23. num. 4.* Quæ sententia & exinde corroboratur, quód sine dolo commissi pœna non possit infligi. Quomodo autem dolus in non profitente rem immunem considerari potest? ut rejiciendo distinctionem suprà positam, argumentantur, *Bec. cons. 96. n. 10. Bertaz. cons. crim. 336. nu. 8. & cons. 193. n. 1. & 8.* eosq; referens *Grat. d. dec. 148. in fin. M. A. de Amat. dec. 35. per tot.* qui majoribus votis hanc sententiam approbatam fuisse testatur. Argumenta in contrarium allegata facili negocio refutantur: marimâ enim ex parte eó tendunt, æquum esse ob periculum fraudis, rem quoq; liberam designari; verúm inepté inde concludetur, æquum esse, si non fiat professio, ut res committatur. Et quæ de privilegio dicta sunt, ita demum obtinent, si privilegium omninó non allegetur: quis enim contra receptam Dd. opinionem, quæ probationes, privilegia, instrumenta, testes usq; ad sententiam exclusivé produci permittit, *Asin. in pr. iud. §. 13. lim. 9. sublim. 1. n. 2.* affirmaverit, instrumentum, si in limine judicii non allegetur, postea produci, aut ex eo litis decisionem peti non posse.

89. Professio, & vectigalis solutio Domino incumbit. *a* Ideoó; si nauta, auriga, aut mulio, qui mercium vehendarum, & vectigalis solvendi negocium in se suscepit, negligentiús hoc administret, culpa ejus domino oberit: *b* qui tamen vectore non existente solvendo in integrũ restitui solet. *c* Pendente mãdati judicio inter aurigam, & dominum, cujus culpa pœna commissi acciderit, inspicitur; *d* si uterque in culpa sit, damnum dominus solus ferat. *e*

a) l. cùm in plures 60. §. 8. ff. locat. arg. l. 27. §. 3. ff. de usufr. Bertach. de gabell. p. 7. n. 3. nisi consuetudo aliud disponat, *Ferret. de gabel. e. 87. & 89. Rip. in tr. de post. tit. de præs. §. de venio nunc. n. 132. Boer. dec. 173. nu. 24. Marc. dec. 285. nu. 1. lib. 1. Bursat. cons. 331. n. 56 Bertaz. cons. crim. 93. num. 11. & cons. 325. nu. 1. Ioseph. Ludov. decis. Perus. 31. n. 7. Stracch. de naut. & navig. n. 3. Daoys in indic. iur. verb. mulio.* adeó, ut ex solutione vectigalis dominus mercium quis præsumatur, *Elb. Leonin. cons. 55. vers. quib. accedit.* *b)* Cui tamen assertioni objicitur, culpam unius in perniciem alterius non trahi, *l. non debet, 74. ff. de R. I. arg. l. ex duob. ff. de negoc. gest. cum concord.* Si autem dominus proscriptione merciũ mulctetur, culpa vectoris ei imputatur, imó vector rem non suam contra æquitatis dictamen onere aliquo afficere potest, *Ale. cons. 54. nu. 1. lib. 2.* & socius quo ad partem suam pœnâ non afficitur, si in solutione vectigalis pro re communi socius fraudem commisit, *l. fraudati, 8. §. 1. ff. de publ.* durior ergo erit domini, quám socii conditio, *Alciat. d. loc. n. 3.* & in specie hanc opinionem probari, *l. cotẽ ferro, 11. § 2. l. fin. § 4. & 11 ff. de publ. & vectig.* testatur *Crav. cons. 696. n. 3.* pro ea judicatum referens *ex Bertach. p. 9. n. 14. vers.* Quin imó nec unquam quempiam se legisse ait, qui cõtarium defenderit: unde procul dubio communis est opinio,

nio, *G. Pap. sing. 21. Alc. d. cons. per tot. post Affl. Angel. Forret. Rip. & Bannocss. Casp. Ant. Tessaur. dec. forens. 52. n. 1. lib. 2. Vinc. Caroc. de locat. p. 2. tit. fraud. gabell. n. 1. ubi communem profitetur, Bocer. de regal. c. 2. n. 211. Steph. de iurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. membr. 1. nu. 258.* Eam quoq; præjudicio Camerali in cauſ. N. & conſ. contr. B. appellationis 10. Decemb. Anno 1604. publicato, **daß A. S. Kinder Vormünder / die von vorbeklagten übergebene Caution / des vmbgefahrnen Zolls / würcklich zu vollenziehen ſchuldig ſeyn ſollen / doch daß dieſelbe auff den Fuhrman allein / vnd nit der Kauffleut Güter zuziehen ſey /** confirmatam arbitrantur. Maturiús tamen re deliberatâ contrariúm verius videtur. Hoc enim probavimus non vectorem, ſed dominum, de jure cõmuni ad ſolutionem vectigalis teneri: quotieſcunq; igitur negocium ſolvendi in ſe ſuſcipit vector, procuratorem ſe pro domino mercium conſtituit, *l. 1. ff. de procurator, Weſ. in parat. ff. eod. n. 1.* Procuratores autem omittendo id, ad quod mandatũ eos obſtringebat, domino nocent, *l. cum mandato, 23. in fin. ff. de minor. l. fin. § 4. ff. naut. caupo. c. ſi compromiſſarium, 37. in pr. de elect. in 6. Alex. conſ. 95. n. 11. vol. 1. Natt. conſ. 564. n. 15. Pfeil conſ. 177. n. 3. Honded. conſ. 19. n. 25. lib. 1. Monald. conſ. 54. n. 5. lib. 1. Cach. dec. 17. n. 7. Gail. 1. obſ. 45. n. 1. Surd. deciſ. 181. n. 3. Gratian. diſcept. forenſ. 357. n. 16. Rebuff. in conſt. Regn. tr. de contumacia. in præf. n. 24. Lancel. de attent. p. 2. c. 12. lim. 50. nu. 96. & ſeq. Sigiſ. Scacc. de appellat. q. 12. num. 118. Mareſcot. 1. var. reſol. c. 87. num. 37.* qui licét in procuratore judiciali loquantur, eadem tamen ratio eſt in procuratore extrajudiciali, *Menoch. 2. præſ. 38. in fin.* Deinde quámplures Dd. quando ductor mercium pauper eſt, reſtitutionem in integrum largiuntur domino, *poſt Imol. Roman. Alexan. Farinac. q. crim. 172. num. 50. Fetret. de gabel. num. 57. Rol. á Vall. conſ. 42. nu. 30. lib. 3. Lud. comm. concl. 15. num. 74. Bertaz. in addit. ad conſ. patr. crim. 37. lit. a.* Reſtitutio autem non injuſtitiam ſententiæ, ſed venię petitionem erroris proprii continet, *Gail. de p. p. lib. 2. c. 18. n. 22. Oddo de reſtit. q. 39. n. 34. p. 1. & q. 72. n. 61.* non ſententiam nullam, ſed reſcindendam arguit, *Odd. d. loc. q. 35. n. 77.* nulla autem eſſet ſententia, qua dominus condemnaretur ob culpam vectoris, quia manifeſtum errorem juris contineret, *l. 1. §. 2. ff. quæ ſent. ſin. appel. reſc.* & ita reſtitutione minimé foret opus. Hùc quoq; facit ratio ab abſurdo: ſi culpa aurigę non obeſt Domino, ſequitur pactis interhunc illum initis fiſcum obligari, contra *l. 17. § ſi pactus, ff. de pact.* & jus quæſitũ ei auferri poſſe, *Kopp. dec. 50. n. 22.* Porró poſterioris partis *tit. ff. de publ. & vect. & com.* nullus hodié uſus eſſet, cùm raró ipſi domini merces vehant, ſed aliorum operâ utantur. Quam opinionem tuentur *Henr. Roſenth. de feud. c. 5. concl. 39. lit. d. Mindan. de mand. lib. 2. c. 43. n. 8. Sixt. de regal. lib. 2. c. 6. n. 165. Kopp. d. q. 50. n. 22.* quibus ego calculum apponere mallem; tum quód in Imperiali Camerâ, cùm hæc quæſtio incidenter moveretur, in poſteriorem hanc opinionem Dominos Judices inclinâſſe, fide digna relatione acceperim: tum quód ad contraria, & quidem regulam illam, unius culpam non obeſſe alii, facilé reſponderi poſſit, eam verâ eſſe, ſi huic, qui culpę omninó expers eſt, imputetur: dominus autem mercium culpâ non omninó vacat, ſuæ enim levitati adſcribat, cur non potiús ipſe duxerit merces, vel fideliori commiſerit, aut in eventum fraudis, cautione ſibi proſpexerit, *Mind. d. loc. Gail. d. obſ. 45. num. 2.* Ita quoque, *l. 11. § 2. & ll. ſuprá allegatæ* á noſtra facti ſpecie differunt: ibi enim faciendo ultrá quám mandatum ſervis erat, nocere domino non poterant, quamvis omittendo potuiſſent, *Surd. d. deciſ. 181. num. 16. Rebuff. d. tr. de contum. in præfat. num. 22. Weſemb. conſ. 77. n. 8. Mareſcot. 1. var. reſol. c. 86. num. 15.* & appoſité,

Castrens. in l. 7. n. 4. C. de transact. d. loc. magis Prælatum negligendo, quam contrahendo Ecclesiæ nocere ait. Præjudicium á Cravetta *d. loc.* malé allegatur, quia in aliis terminis loquitur, nec in eo de negligentia circa mandatum unquam quæstio mota fuit. Sententiæ verò illius Cameralis decisio non ex erronea illa opinione petita fuit, quasi fraus vectoris non obsit domino; sed ex transactione inter S. N. & B. N. mediatore F. C. P. Anno 1386. celebratâ, cujus vigore D. B in loco, ubi vectigal commissum prætendebatur, pro equis aucto minutové pretio, pro diversitate mercium, quas trahant, tantum portorium exigere licuit, & sic vectigal, quod fraudatum prætendebatur, erat ein Roßzoll. Lege autem vectigalis ita distinctâ, ut pro rebus portatis solvatur, tum tenetur dominus mercium; si pro animalibus portantibus, tum onus incumbit domino eorundem, *d. l.* 60. §. 8. *ff. locat. Vinc. Caroc. de locat. p. 2. tit. ve vectigal. in pr.* proinde cautio de sistendo, & judicatum solvi, ad bona mercatorum, quæ erant immunia, contra jus non debuit extendi. *c*) *l. itaq; sullo*, 12. *ff. de furt. Gail. d. obs. 45. n. 6. Farin. & alii supra citati. vid sing. dec. Mart. Vot. decis.* 101. *n.* 3. & 4. *d*) Duo actionis mandati requisita: Mandatum non impletum; aut extra fines perperám, dolo, culpâ, aut negligentia aliquid commissum esse, *l. si procuratorem*, 8. §. *fin. ff. mand. & ibi in parat. Wes. n.* 10. *e*) *arg. l. videamus*, 11. § *pen. ff. locat. Bald. cons.* 417. *vol.* 1. *Bertaz. cons. crim.* 94. *per tot.*

90. Socius verò, sine voluntate socii rem communem celans, eam pro suâ tantúm parte committit: *a* & qui plures res vehit, quarum aliquæ sunt immunes, aliquæ vectigali obnoxiæ, & quasi immunes omnes profitetur, munificas tantúm amittit. *b*

a) *l. fraudati*, 8. § 1. *ff. de pub. & com. Ferret. de gabel. n.* 182. & 241. *Farin. d. q.* 172. *n.* 34. Novum hic plané dogma obtrudit *Frid. de mand. d. c.* 43. *n.* 8. Culpam socii officere socio, ita tamen, ut hoc casu, innocenti omnem causam præstet, *l. cũ duobus*, 52. §. 2. & 3. *ff. pro soc.* quod certé contra expressum text. *d. l.* 8. est, ut rectè *Bocer. de regalib. c.* 2. *n.* 210. diversas esse quęstiones dixerit, an pars socii committatur, & an ob damnũ hoc culposus socio suo teneatur? cui posteriori locus esse nequit, nisi priùs ex jure eam committi demostretur. Quidni autem eadem mihi cum Frider. subeunda alea est, qui paulò antè domino, cujus merces auriga professus non est, damnum adscripserim? Alia ratio in utroque est, dominus mercium si mandatum denunciandi, solvendique vectigal non dedit, in culpa est; si diligenti non commisit, itidem culpa non caret. Verùm socio, qui alteri rem profiteri non mandavit, talis culpa imputari non potest, eó, quód ratione dominii communis onus profitendi socio incũbat. Occasione hujus quæri posset, an immunitas concessa socio, prosit alteri socio? quod affirmat, *gl. in l. fin. § fratribus, C. de mun. & honor. Polyd. Rip. de tempor. noctur. c.* 4. *n.* 102. Sed gl. in rebus individuis tantúm defendi posse, post *Pad. in l.* 1. *n.* 5. *C. de diverf. rescr. scribunt Gutier. pr. quæst. lib.* 1. *q.* 6. *nu.* 12. *Nic. Everh. cons.* 2. *num.* 22. *vol.* 2. De socia vitæ uxore expeditum est, eam gaudere privilegio mariti, & immunem esse á vectigali, á quo eximitur maritus, *Iohan. Bapt. Ferret. cons.* 167. *num.* 8. Clariús rem sic habeto: aut vir ratione dignitatis immunitatem habet, & eodem privilegio fruetur uxor vidua, cùm nobilitas mariti communicetur uxori, *mulieres*, 13. *C. de dignit.* aut privilegium datur viro ob administrationem, quæ adjuncta habet dignitatem, tunc quoad vivit maritus, eo utetur fœmina, *l.* 2. *in fin. Cod. de Ep.*

de Ep. & cler. Milanenſ. deciſ. 9 n. 9. & ſeq. lib. 1. Si adminiſtratio dignitate caret, nullatenus uxor immunitate gaudebit, *Barboſ. in l. 14. n. 31. ff. ſol. matr.* Sed forté hic tractatus ad ſuperius caput, ubi de immunitatum interpretatione dictum eſt, rectiús referetur. *b)* Gravis hac de re altercatio, quibuſdam omnia, aliquibus munifica ſaltem committi exiſtimãtibus. Ego rem diſtinctione, *Salyc. in l. cùm proponas, C. ſol. matr.* expediri poſſe puto. Aut verſamur in rebus, quę licité portari poſſunt, non tamen ſine vectigalis ſolutione, & tum certâ quantitate profeſſa, ſi quædam celentur, merces non profeſſę in commiſſum cadunt, *l. 4. §. 1. ff. de publ. l. 1. § 15 ff. de aq. quot. & eſtiv. Alber. de Roſat. 2. part. ſtat. q. 4. Bertachin. gabel. p. 9. n. 14. Bertaz. conſ. crim. 6. n. 4. & conſ. 15. n. 10. Affl. in c. 1. verb. vect. n. 49. qua ſint reg. Sich in C. tit. de vect. n. 13. Farin. quæſt. crim. 172. n. 34. Everh. iuv. conſ. 2. nu. 26. vol. 2. Trentacinq. 1. var. reſol. tit. de iur. fiſc. reſ. 3. n. 1. Fach. 1. contr. c. 98.* Aut res non poſſunt portari licité, etiam cum vectigalis ſolutione, & ſi domino licitarum merciũ inſcio ea illicitis conjunctæ fuerint, cum illicitis non afficiuntur commiſſo, *d. l. 11. §. dominus, ff. de public. Alb. Gent. Hiſp. Advocat. c. 20. add. Trentacinq. d. reſol. 3. verſ. primus eſt, Gutier. pr. q. lib. 4. q. 41. n. 2.* Aut dominus fuit cõſcius, & propter dolum licitis quoq; mulctatur, *Coſta de fact. ſcient. & ignor. diſt. 46. n. 1. & 2.* in quo ſenſu vera ſunt quæ ſcripsêre, *G. Pap. deciſ. 572. Boer. deciſ. 178. n. 24. Perſon. de gabel. u. 145. Guaz. de confiſc. concl. 13. ampl. 81. n. 3. vid. Clar. §. fin. q. 82. ſtat. 7. n. 9. Crav. conſ. 6. n. 97.* Animalia quoq;, & navis, quę alterius ſunt, committuntur, ſi ſcienter ad uſum illum accommodantur, *Gutier. q. 2.* Et hęc quoties lege illicitâ exportari vetantur, procedere dicunt: cæterùm ſi jure municipali illicitæ fiant res aliquę, etiamſi ſcienter licitis admiſceantur, non faciunt eas cadere in commiſſum, *Affl. in d. verb. vect. nu. 65.* ubi veritatem appellat, ſi modó commodé ſeparari poſſint, *Azev. ad conſt. lib. 6. tit. 8. l. 25. nu. 21. Chopp. de iuriſd. And. c. 14. in fin.* Hodié autem leges illas de quarundam rerum prohibita evectione non ſervari, ex aliis tradit *Gent. Hiſp. Adv. d. c. 20.*

91. De Actionibus poſtrema ſupereſt diſquiſitio. Aliquando inter duos ſtatus Imperii de jure exigendi vectigalis *a* controvertitur: quód ſi uterq; ſe in ejus poſſeſſione vel quaſi eſſe contendat, *b* timorq;, ne partes ad arma deveniant, ſubſit; *c* judex ex officio, vel ad inſtantiã partis, *d* ſummariè, & ſine forma judicii, *e* uter interea, dum poſſeſſorii cauſa plenè definiatur, *f* poſſidere debeat, interdicit. *g*

a) Neq; de hoc tantùm, ſed & ampliús, ſi unus libertatis, alter ſervitutis poſſeſſionem, vel q. prætendat, *l. liberis, 7. §. fin. ff. de liber. cauſ. Cov. pract. q. 17. n. 1.* ita obſervatum in Camera Imp. in cauſ. Augſpurg contr Augſpurg/in terminis collectarum 16. Mart. An. 1581. definita: *adde Jul. Ruginel. de appell. § 2. c. 3. n. 692. & ſeq.* Porrò momentario poſſeſſorio etiam locus eſt, ſi lis incepta ſit, *Barz. dec. 47. n. 6.* vel in ſecunda inſtantia ventiletur, *Capyc. dec. 96. num. 10. & deciſ. 209. n. 1. Menoch. remed. ult. retin. n. 1. Caſp. Roder. de an. redit. lib. 1. q. 17. nu. 32. Seraphin. Olivar. Raz. deciſ. 299. num. 2.* *b)* Cavendum eſſe in hoc interdicto, ne quis adſeveret, ſe ſpoliatum fuiſſe, monet *Cov. d. q. 17. n. 3.* Nam ſimile eſt interdicto Uti poſſidetis, *Bec. conſ. 21. nu. 10. Botta conſ. 76. num. 3.* ut non detur niſi poſſidenti, *l. 1. §. 2. & 4. ff. uti poſſid.* & cùm non tam reſpiciat veram poſſeſſionem, quàm illum ſtatum rei, qui erat tempore litis motæ, *Cornaz. dec. 43. n. 16.* ſufficit probare ſolam inſiſtentiam, & detentationẽ,

Rol.

Rol. á Val. conſ. 8. n. 28. & ſeq. lib. 4. Fab. de Anna conſ. 20. n. 33. & in eo præfertur poſſidens naturaliter, poſſidenti civiliter, *Corna. d. dec. 43. n. 31. Barz. d. dec. 47 n. 3.* ſi tamē nullus naturaliter poſſideat, ſed ſuper jure aliquo incorporali controverſia ſit, dātur hoc momentaneum civiliter tantūm poſſidentibus, *Razal. d. dec. 299. n. 9.* Quòd autem naturaliter poſſidentem præferri diximus intelligendum eſt, ſi non agat adverſus eum, á quo de recenti, vi, clám, aut precariò habet, *Plot. de in lit. jur. § 3. n. 30. verſ. fallit tamen. Vrſil. ad Aſſl. dec. 351. n. 2. in fin. Achil. perſon. de adipiſc. poſſ. nu. 40. & 49. Cornaz. dec. 57. n. 1. Vinc. Caroc. de ſequeſt. p. 1. q. 6. n. 3.* quāvis adverſus alium obtineret, *Perſonal. d. loc n. 41. Milanenſ. d. dec. 3. n. 197. p. 1. c) Ord. Cam p. 2. tit. 21. in pr. & §. Ob auch in Conſult. Cam. de An. 1576. dub. 26. Denaiſ. jur. Cam. tit. 22. n. 6. Plot. d. § 3. n. 28. Contard in l. un. C. ſi á moment. poſſ. in 5. rat. dubit. num. 10. Vinc. Caroc. de ſequeſtr. p. 1. q. 6. n. 63.* qui in caſu decernendi ſequeſtri loquuntur. Rota enim ſine timore ſcandali dat ſummariiſimum, *Olivar. d. dec. 299. n. 12.* An, ut informatio ſuper rixa, & ſcandalo haberi queat, citatio partium requiritur? In praxi Imperii invaluit, non requiri: *vid. Perſon. d. loc. n. 24. Pet. de Benintend. dec. Bonon 37. num. 14. in fin. Vrſil. ad Aſſl. dec. 351. nu. 5. d) Ord. Cam. d. tit. 21. in pr. d. §. Ob auch in. loh. Betta conſ. 76. n. 2. Bec. conſ. 21. nu. 10. e) c. cùm veniſſent, de Inſtit. d. l. liberu. ff. de lib. cauſ.* Inde quám plurima deducuntur, in hoc judicio non dari libellum, nec admitti capitula, interrogationes, & poſitiones, *Cavale. deciſ. 23. num. 105. p. 2.* item probationes plenas non requiri, *Iacob. Menoch. rem. itin. ult. n. 32.* fidem teſtibus, ſtante rergiverſatione adverſarii, nulliter examinatis, tribui, *Oliv. Raz. deciſ. 1144 num. 2.* neque articulos, aut probatorialia communicari parti adverſæ, ſed obſignata judicialiter produci, *And. Gail. 1. obſ. 6. nu. 3.* & procuratoribus communicationem petentibus per ſententiam reſponderi ſolet, **Iſt D. G. ſeyn/wegen der probational Artickl beſchehen begehren/abgeſchlagen:** uti factum in cauſ. N. cont. M. Z. B. litig. poſſ. Anno 1598. 7. Febr. In ſumma ſententia præcipitanter fertur, hoc eſt, intra breve tempus, *Cavale. d. deciſ. 23. n. 105. & dec. 19. nu. 4. p. 1.* nec admittitur appellatio ad effectum devolutivum, nedum ſuſpenſivum, *Contard. in d. l. un. in intell. num. 4. C. ſi de moment. poſſ. Perepr. de fideicomm. art. 46. num. 44. ex receptiori Honded. conſ. 22. num. 45. & ſeq. vol. 2 Gail. 1. obſ. 7. n. 1. & obſ. 147. n. 9. Mynſ. 6. obſ. 13. nu. 6. Seraph. Raz. dec. 1295. n. 3. Barz. dec. 71. n. 1. Fed. Scot. conſ. 11. num. 6. lib. 6. tom. 1. Scac. de appell. q. 17. lim. 6. memb. 2. n. 2.* nec quoq; reſtitutio in integrum minoribus conceditur, *Covar. d. q. 17. n. 4. verſ. Sextum. Contard. in d. l. un. lim. 8. n. 22. C. ſi. de mom. appel. Menoch. d. rem. ult. nu. 53. & 54. f)* in eoque differt á plenario poſſeſſorio, ibi enim ſententia effectum ſortitur, donec in proprietatis cauſa aliter pronunciatum ſit. Differunt & aliter hæc duo poſſeſſoria. In ſummario ſententia eſt interlocutoria, in plenario definitiva; illud expeditur officio judicis, hoc jure actionis vel interdicti: in illo requiritur ſummaria cognitio, in hoc plena, *Bec. d. conſ. 20. n. 10. Coſta d. conſ. 76. num. 4. quos conſule.* g) Formulæ ſententiarum in ſummario poſſeſſorio latarum *ex ſent. Barthi* videri poſſunt: præcipuè eæ, quæ Anno 1552. ult. Jun. in cauſ. **Churpf.** contra die **S. Speyr.** & Anno 1584. 18. Novemb. in cauſ. **Ottingen** contra **Brandenburg** promulgatę ſunt. Digna autem mihi viſa eſt ſententia illa, quæ non ita pridem, videl. 3. Febr. Anno 1615. publicata fuit, ut hîc inſereretur. **In ſachen B. vnd N. der Statt N.** contra G. F. jetzo I. E. M. Z. B. litigioſæ poſſeſſ. **das entgegen reiten/vnd empfangen frembder Herrſchafft betr. Iſt allem fürbringen nach zu recht erkent/daß gedachten**

dachten Clägern/die possession vel q. des zu/oder von gemeldter Statt N. reisender Herrschafft entgegen reitens/empfangens/belegtens/ jedoch/ꝛc. einzugeben/vnnd berührten beklagten/ sie daran nicht zu turbiren (biß in possessorio ordinario, oder petitorio ein anders erkennet werde) zu inhibiren sey/ als wir sie hiemit respectivé eingeben/vnd inhibiren, compensat. expens.

92. Cessante armorum periculo, inter duos de possessione vel servitutis, vel libertatis â vectigali contendentes interdictum Uti possidetis, *a* vel actio confessoria, & negatoria, dari solent, *b* in quibus actionibus si unus ex universitate succumbat, sententiam jus facere quoad omnes G. Pap. docuit, *c* cujus opinioni absoluté adhærere non possum. Interdictum quoq; Unde vi, & similia recuperandæ possessionis remedia aliquando competunt. *e*

a) Cujus requisita: possessio ex parte producentis, & turbatio ex parte adversarii, *Wes. in paratit. ff. uti possid. nu. 5. Menoch. 3. remed. retin. n. 556.* & jure quidem civili superior in hoc interdicto existit, qui tempore turbationis & litis contestatæ possedit, §. 4. *vers quorum, Inst. de interd. Menoch. d. rem. n. 714. Cacher. dec. 43. per tot.* sed jure Canonico sufficit probatio antiquioris possessionis, *c. licet de prob. Mascard. probat. concl. 1193. per tot. Cacher. dec. 55. per tot.* & quia sine titulo jus exigendi pedagia haberi nequit, maximé á privatis, ideó titulus unâ deducendus est, *c fin. de resit spol in 6. Bursat. cons. 190 n. 3. Everh. prax. cons. 3. n. 3. vid. tam. Rim. iun. cons. 26. nu. 23. Cur iun. cons. 124. num. 9.* Publicanis autem litigantibus hoc interdictum denegamus, quia nudo detentatori, *arg. l. 3 §. 8 ff. uti possid. l. 1. §. 9. ff. de vi, & vi armat.* & alieno possidenti non datur. *Cujac. in paratit. C. uti possid. Menoch. d. remed. 3. n. 46.* b) Pedagium jus esse, quod solo cohæreat, suprá diximus: quemadmodum igitur pro defendenda jurisdictione solo cohærente actio confessoria, & negatoria competit, *Innocent. in c. conquerente, 16. ff. de off. ordin. Ferrar. in form. lib. act. confess. §. plenam. num. 7.* ita etiam pro adstruendo jure vectigalis, *Modest. Pistor. cons. 6. num. 44. vol. 2.* & si quis exigat ab eo, qui anteá non solvit, huic competit negatoria utilis contra exigentem, *Symphor. p. 1. tit. 2. de reconvent. vot. 1. n. 19. Thoming. cons. 39. nu. 108. Gomez. in §. aqué. num. 12. Inst. de act. Bertr. cons. 76. in pr. vol. 3 p. 2.* Qua actione autem experietur Dominus, si vasallus in ejus feudo pedagium exercere præsumat? Negatoria illum prohibere nequit; siquidem illa locum habet, quando quis meo prædio servitutem imponit, *l. 2. in pr. ff. si servit. vind.* sed per collectionem pedagii non imponitur servitus prædio. Eoque minús actio hæc competit, quando in via publicâ portorium colligitur, ob defectum dominii, *l. 2. §. ait prator, ff. ne quid in loc. publ.* & licèt negatoria interdum detur, quando per indirectum servitus imponitur prædio meo, *l. fistulas, 13. ff. si serv. vind.* tamen nec respectu prædii, nec hominum vectigal ibi solventium, domini quicquam interest. *Ex interdict. ne quid in loc. pub. vel itin.* agere nequit, quia edictum requirit opus manufactum, quod transeuntibus noceat, *l. 1. in pr. ff. d. tit.* Utile tamen interdictum eidem dari putat, *Roffred. quæst. Sabbath. 32. n. 16. vid. Bald. cons. 340. n. 3. vol. 5.* imó nec denegabuntur actiones, de quibus mox dicemus. c) *decis. 549. nu. 3. Matth. in addit. ibid.* Rationes sunt: quia prohibere ne exigatur vectigal, est tueri jus publicum, *Marcabr. ad Anguill. cons. 28. num. 6.*

Bertaz. consil. crim. 476. n. 9. In populari autem actione (eam dicimus quæ jus populi defendit, *l. 1 ff. de pop. act.*) recepti juris est, quód sententia pro veritate habeatur, & jus faciat quoad omnes, *l eum qui*, 30 §. 3. *ff. de jurej. l. 3. ff. de pop. act. l. 45. §. 1. ff. de proc.* Deinde hæc super statu quodammodó fertur, *Bertaz. d. consil. 476. nu. 6. & 7.* Definitio autem quæstionis status, nocet aliis, *l. ingenuum*, 25. *ff. de stat. hom.* d) Nam in popukari actione juris, ut utilitas, quam quis prosequitur, sit publica, non particularis, *Gotefr. in l. fin. ff. de pop. act. lit. e. Bart. in l. 1. n. 26. ff. sol. matr.* Sed ut liberé per viam publicam ire, agere, ducere liceat, primarió utilitatem privatam, secundanó utilitatem publicam respicit, *l. Petr. Anchar. q fam. 27. n. 6. lib. 3.* Posito autem, hoc fundamentum Papæ & aliorum opinionem non evertere, tamen ut in populari actione sententia omnibus obsit, requiritur. 1. Ut actor non tanquam privatus sed ut quilibet de populo agat, petendo prohiberi, nec exactor á transeuntibus quicquam exigat, *Spec. in tit. de caus. propr. & poss. § 1. vers. quid de colligentib. Anch. d. q. n. 5.* 2. Ut agat ad vindictam, & pœnam sibi applicandam, *l. 1. ff. de iur. fisc. Donel. ad tit. de act. in pr. n. 12.* 3. Ut judex qui sententiam fert, potestatem imponendi nova vectigalia habeat, ea enim si destitueretur, ferret sententiam ex defectu jurisdictionis nullam, quæ vé nunquam in rem judicatam transiret, *Bero. consil. 137. num. 26. vol. 3. ubi plur. ad propos.* Non obest quód super statu quodammodó feratur; nam ibi sententia non nocet jus æquale habentibus, *l. Papinianus*, 8. §. 16. *ff. de inoff. test. l. cum duob.* 13. *Cod. eod. Bertaz. consil. crim. 523. num. 3.* Sed in hoc casu æqué principaliter interest cujuslibet privati, *Anch. d. q. 27. num. 9.* e) Dantur enim pro recuperatione q. possessionis jurium incorporalium, *l. 3. §. unde vi*, 13 & 17. *ff. de vi & vi arm. l. 1. in pr. ff. uti poss. id. c. querelam de elect.* unde non est mirum, si & hoc casu concedantur, *post Bertach. Menoch. 1. recup. rem. nu. 82. Coras. in l. naturaliter, §. nihil commune, in 2. p. n. 118. Mod. Pist. d. consil. 6. num. 24. v. 2.*

93. Instituentes, exigentesque nova vectigalia, in crimen ex l. Julia de ambitu, *a* de vi publica, *b* & in alias gravissimas pœnas incurrunt. *c*

a) Non semper in crimen ambitus incidit instituens, sed tum si eo fine faciat, ut conmplacendo Principi extorqueat dignitates, *l. 1. § 3. ff. ad l. Iul. de amb. Tib. Dec. in tr. crim. lib. 8. c. 22. n. 17.* aut ut hoc modo ditando fiscum, animam Principis capiet. *Idem Decian. d. lib. 8. c. 23. n. 5.* & actio *ex d. l. Iul. de ambit.* descendens, contra instituentes competit, etiam exegerint nihil *Gram consil. 69. num. 22. Steph. Daoys in ind. jur. verb. vectigalia, nu. 5.* *b*) Ut hanc legem quis violasse dicatur, oportet vectigal cum armis, *l. 3. § 1. ff. ad l. Iul. de vi pub* convocatisq; hominibus, *l qui dolo*, 10. §. 1. *ff. eod.* á transeunte captũ fuisse, *ex Cepol. consil. 63. Gram. d. consil. 69. n. 21.* Armatum a. accessisse sufficit, licét arma non extrahat, *l. 3. § 5 ff. de vi & vi armat.* vel ea projiciat *Honded. consil. 105. n. 4. vol. 1.* Pœna *l. Iul. de vi publ.* deportatio & confiscatio bonorum est, *d. l. 10 § fin.* Quid ergo juris, si vasallus in feudo novũ vectigal instituat, vig; exigat? an á Domino eo privari potest? Ita videtur, *ard. c. ad Apostolicæ. de sent. & re iud. in 6.* & traditorum *á Bero. consil. 81. nu. 19. vol. 1.* tum quia malé tractat subditos hoc modo, eoq; casu domino integrum est feudum vasallo auferre, *Boer. dec. 304. nu. 7. Parlador. rer. quotid. lib. 1. c. 3. n. 10.* Contrarium tamen adstruere forté tutius fuerit, cùm pœna *d. l. Iul.* hodié arbitraria *secund. Clar. in pr. crim. §. fin. q. 38. vers. vim publi-*

cam,

cum, & illa publicationis bonorum *per auth. bona damnatorum, C. de bon. pfoscr.* sublata sit; *Bertaz. conf. crim. 281. n. 10. qui id latissimé discutit.* c) *l. fin. C. de vect. nov. instit.* quæ est exilii, *Farinac. q. crim. 173. n. 54. Personal. de gabel. n. 31.* item in pœnã concussionis & falsi, *l. 1. & ibi gl. C. de exact. tribut. lib. 10. Antibol. de mun. p. 3. §. 1. n. 44.* capitis, si veteris consuetudinis in exactione limites prætergressi fuerint, *l. universi, 5. C. vect. nov. Farin. d. q. n. 56. Gram. d. conf. 69. n. 25.* combustionis, *l. universi, 9. C. ubi cus. fiscal.* quas pœnas tamen *Rebuff. tr. de priv. Schol. priv. 148.* nonnihil mitigandas putat, *arg. l. si præses, 32. ff. de pœn.* Quã religiosis viris exigunt pedagia, si privati sunt, excommunicantur; universitati autem interdicitur, donec exacta restituerint, & de transgressione satisfecerint, *clem. fin. de censib. c. quia plerique, de im. Eccl. Farin. d. q. 173. n. 60. Rol. à Val. conf. 71. nu. 27.* & quidem nulla præcedente monitione, *c. quanquam censib.* quæ tamen, si imponantur collectæ, requiritur, *c. non minus, de imm. Eccles.* rationem diversitatis reddit, *Zabar. conf. 12. n. 6.*

94. Tum quoque præcedentibus seculis, in usurpantes jam memoratam licentiam severé animadversum fuit: *a* Hodié ex constitutione Imperii mandata pœnalia contra eos decernuntur. *b* In publicanos, si vel ipsi *c* aut eorum familia aliquid extorqueant, *d* singulare proditum est edictum. *e*

a) Nobilis, qui inscio Imperatore vectigalia nova imposuerat, **mit dem würde** vmbs **Pferdt turnieret / vnd auff die Schrancken gesetzt** Turnier Ord. *Henr. Aucupart. 9. Goldast.* **Reichssatz** *tom. 1 p. 6.* maximũ olim nobilitatis dedecus. R. Imp. *de A. 1236. c. 10. ap. Gold. const. Imp. p. 81. disponitur*, **daß niemandt keinen Zoll nehme / wann zu recht / wer das breche / den soll man halten für einen Strassenrauber** / & Weltl. *reform.* **Reys.** *Sigis. c. 2. n. 2.* **Wer den Zoll mit gewalt nehmen wolt / ist er ein Herr / so mag jhn jederman angreiffen.** Item bona ipsius privilegiis, immunitatibusque exuuntur, *Refor. d. loc.* An 1379. Wenceslaus, ignavus alioquin Imperator, Archiep. Moguntinensis Adolphi novũ vectigal in pago **Höchst** instituentis, temeritate commotus, Civitatib. Moguntiæ, Wormatię, Spiræ, Francofurto & aliis, his exactoribus maturé occurrendi, & nõ obstante honore, & qualitate instituentis, portoria tollendi potestatem dedit, *Chron. Spir. lib. 7. c. 58. in fin.* Ob vectigalia, quę Electores ad Rhenum propria authoritate imposuissent, Alb. Imp. arma induit, & cũm precibus, monitisq; non liceret, vi eosdem, exactiones remittere coëgit, *Münster. in Cosmograph. lib. 3. in vit. Albert.* Ipsæ civitates quoq; has novitates aliquoties amovere admixi sunt. Cũm enim Car. IV. ad complacendum Principibus Rheni, quorũ suffragio ad Imperii fastigium conscenderat, nova vectigalia posuisset. Argentinenses Rhenum catenis & lignis ita clauserunt, ut naves neq; ascendere, neq; descendere potuerint: vidẽtes itaq; Principes, se tam novi, quám veteris portorii proventibus spoliari, concordiam cum Argentinensibus inierunt, & veteribus contẽti novis renunciarunt, *Trithem. in Chron. Spanheim. Anno 1351 p. 324.* Non multo post fata Wenceslai tempore, sexaginta Civitates Rheno contiguæ fœdus inivêre, ut nova vectigalia, quæ Dynastæ Rhenani commenti erant, abrumperent, *Ioh. Avent. lib. 7. Annal. Bojor. pag. 558.* Et cũm Luneburgenses aliquando ab Imper insolitum vectigal obtinuissent, grave id aliis civitatibus visum fuit, & suos sale Luneb. uti vetarunt, unde factum est, ut citó evanescceret, *Krantz. Hist. Wand. lib. 13. c. 6.* Simili

cautelâ Gallus adversus Regem Hispan. usus. Quia enim Hisp. omnigenis mercibus vectigal insolens imposuisset, Gallus suis cum Belgis commercium interdixit, futurum sciens, cùm frumento, aliisque mercibus Gallicanis diu carere non possent, vectigal brevi dimissum iri, *Ioh. Botor. Historiopoliticograph. lib.* 11. *p.* 390. Et de jure civitatem iniqua vectigalia instituentem, ab alia civitate, impositio civibus gravissimo vectigali, in ordine cogi posse tradit *Thom. Gram. conf.* 69. *n.* 16. *& seq.* cùm dolus contra dolum solertia sit, *l.* 1. *ff. de dol. l. cùm Pater*, 77. § *Titio*, 31. *ff. de leg.* 1. *l.* 1. § 11. *ff. si quadr. paup.* & delicta mutua compensatione tollantur, *l. si ambo*, 10. § 2. *ff. de compens.* Quod consilium ego civitatibus Imperio nostro subditis non datem. Repressaliæ enim pro odioso & subsidiario remedio habentur, *c. dominus noster*, 23. *q.* 2. & in defectum justitiæ, si superior eam facere recuset, conceduntur, *Bursat. cons.* 138. *nu.* 17. *& seqq.* accedente authoritate ejus, qui aliâs bellum indicere potest, *Covar. in c. peccatum*, § 9. *num.* 4. *vers. hinc deniq; in fin. de R. I.* Si itaque neglectis salutaribus Imperii sanctionibus eo modo se vindicaret, non minùs ac illæ, quæ occasionem præbuerunt, delinquerent, fiscoque Imperiali in utrasque animadvertendi jus esset, cùm in publicis delictis non admittatur compensatio, sed utrumque sontem sua pœna maneat, *l.* 1. § *qui hoc dicit*, 4. *l. si uxor*, 13. § 5. *ff. ad L. Iul. de adult. Abb. in c. intelleximus, de adulter.* b) Etiamsi Electores sint, *Rosenth. de feud. c.* 5. *concl.* 13. *num.* 12. Idem est si vetera augeant, *Mynsing. 6. obs.* 29. *&* 31. Plurimis præjudiciis id evincere possem, sed res adeò nota, ut noctuas Athenas deferret operam in his colligendis impendens. c) In publicanos primùm Prætores ex edicto Neronis extra ordinem jus reddidêre, *ex Tacit. Cujac. in paratit. ff. de publ.* Deinde Prætores ipsi ordinariam actionem dederunt, & quidem in duplum ejus quod admitit intra annum, *l.* 1. *in pr. ff. de publ.* post annũ in simplum. In duplo rem ipsam contineri puto, *l.* 5. § 1. *ff. l.* 1. *l. ult. C. de sponsal. Duaren. in tit. de publ. c.* 1. Multis autem delinquentibus non multiplicatur pœna, sed quod ab uno solvi non potest, ab aliis præstatur, *l. si multi*, 6. *ff. d. tit.* Concurrit hæc actio cum furti, & vi bonor. rapt. actione, si scienter ultra debitum quis exegit, *d. l.* 1. § 2. *&* 4. *Marc. dec.* 421. *nu.* 1. *vol.* 2. *Marcab. ab Angul. cons.* 10. *in fin.* De jur. Sax. publicanus centum florenos extorquens suspenditur, *consil. Aug. tit.* 41. Qui rem restituit, ex Edict. amplius convenire nequit, *l.* 5. *in pr. ff. de publ.* d) Gravis in eo videtur actio de edicto, ut si non exhibeant publicani familiã, ipsi teneantur, sine noxæ deditione, *d. l.* 1. *in fin.* sive potestatem exhibendi habeant, sive non: ratio est, quia publicani bonos servos administerium adhibere tenentur, *l.* 3. *ff. d. tit. de public. & vect.* & colludere cum furibus, quos in familia habent plerumque creduntur, *Eguin. Baro ad l.* 7. *ff. naut. caup. stabul.* non tamen omnes servos debere, cogi publicanum ait, *Duar. ad d. tit. de pub. c.* 1. *in fin.* e) *d. l.* 1. *ff. de publ. & vect. & comm.*

95. De jure exigendi si controversia non sit, sed agatur pro consequendo vectigali, quod prætervehens res se debere confessus fuit; datur condictio ex lege, vel privilegio, *a* in quo judicio si debitum liquidum sit, executivè proceditur, *b* & debitores in carcere detinentur, *c* quam molestiam cedendo bonis aliquando evitant. *d*

a) Quoties lex nova obligationem introducit, nec cautum sit eadem lege, quo genere actionis experiamur, ex lege agendum est, *l. un. ff. de condict. ex leg.* Sed si ex sta-

exſtatuto & conſuetudine municipali ſolvenda ſit gabella, actio in factum naſcitur, *Coſtal. in d. l. un. ff. de cond. ex L.* b) Conductores, etiamſi eis reſcribatur, à Principe, ut debitores ad ſolvendum omni coërcitione, qua ipſis videbitur, compellãt, remedium executivum non habent, *Aſſl. in c. un. quæ ſint regal. verb. vectig. n. 39* niſi adſit confeſſio, vel liquidum inſtrumentum, *Rebuff. de ſentent. exec. gl. 16. n. 37. Gutier. lib. 1. pr. q. 132. n. 9. Azeved. ad conſt. Reg. lib. 9. tit. 7. l. 14. n. 2. & 3. Loſa. de iur. univ. p. 3. c. 9. n. 29. & ſeq. Cacher. deciſ. 86. per tot.* quin tamen judex à præcepto inchoare poſſit, non patitur debitum, *l. 9. §. cum eo alias, l. 10. ff. ad l. Iul. pecul. l. 2. C. de exact. tribut. Bald. conſ. 434. n. 1. vol. 3. & conſ. 256. n. 3. vol. 4.* c) Debitores executos eo uſque in carcere detinendos eſſe, quoad bona vendantur, generalis in quocunque fiſci debitore videtur regula, *d. l. 9. §. fin. ff. ad l. Iul. pecul. d. l 2. C. de exact. tribut. Bald. conſ. 90. vol. 5. Peregr. de priv. fiſc. lib. 7. tit. 7. n. 5.* ut ne quidem ſub fidejuſſoribus relaxentur, *Flor. de Men. var. q 21.* quod in tantum quidam extendunt, ut ne quidem immunitate Eccleſiarum eos gaudere velint, *per Nov. 17. c. 7. §. 1.* cujus rigori per jura canonum derogatum opinantur hi, quos refert *Azeved. ad conſt. d. leg. 14. nu. 7.* De heredibus, qui ſine inventario ſucceſſerunt, idem judicandum, *Vaſq. de ſucceſſ. creat. § 6. n. 11. Rebuff. in tr. de lit. oblig. art. 3. gl. 2. per tot.* quia debitores ſunt, *l. 108. de V. S.* Et hæc vera quoties lex debitorem prehendi jubet; cæterũm ſi quis ſe & bona obligavit, injuſtâ heres, quem defunctus ad carcerem obligare nequit, caperetur, *Rebuff. d. gl 2. n. 11.* In minore hanc legum ſeveritatem mitigant, *Angel in d. l. nemo carcerem, Rom. conſ. 120. quos citat Azev. ad conſt. lib. 4. tit. 21. leg. 19. n. 86 & ſeq.* Quid juris, ſi mulier debitrix ſit? In concurſu privilegiatorum, privilegium allegari non poteſt, proindeque mulier hanc auſteritatem non expaveſcat, *l. ſed & 8. in pr. ff. de excuſat. tut. Vaſq. d. § 6. n. 38.* d) Vectigalis fraudator, qui dolo merces ſuppreſſit commiſſas, cedendo bonis nihil commodi cõſequitur: cum regula ſit, quód debitor fiſci ex delicto vel q. non admittatur ad bonorum ceſſionem, ſed pecuniaria pœna commutetur in corporalem, *l. 4. § 2. ff. quod cum eo qui in alien. pot. l. ſi rerum, 52. ff. de re jud. Rot. deciſ. 349. n. 8. Pyrrh. Englebre in conſ. Aurel. tit. de exec. inſtr. c. 7. in fin. Fr. de Clapper. conſ. 39. q. un. n. 1.* Aliud eſt, ſi profeſſus merces, & ſic dimiſſus ſit, poſteaque ob inopiam vectigal ſolvere non valeat: vel ſi ex hereditate adita debeatur, eaque debitoribus cum omnibus bonis heredis ob non confectum inventarium addicenda ſit, *argum. d. l. 2. C. de exactor. l. 1. Cod. de ceſſ. bon. G. Pap conſ. 61. Fr. de Clapper. d. q. in fin.*

96. Si præterea merces commiſſas arguat publicanus, rei vindicatio ei competit. *a* quæ non exiſtente re, nec dolo ſuppreſſa, *b* item quinquennii lapſu *c* perit.

a) Fraude circa vectigal commiſſa dominium mercium ad publicanum, dominium vé vectigalis ipſo jure devolvi, *concl. 85. lit. d.* pluribus authoritatibus demõſtratum; quæ ergo pro recuperanda re ſua domino vero datur actio, publicano quoque non denegabitur, *Marc. Cal. de mod. act. 1324. Capyc. deciſ. 77. nu. 7. Marc. deciſ. 422. n. 1.* & ita actionem commiſſi induere naturam realis actionis, ut ubicunq; res invenitur, intentari poſſit, *ex Alex. conſ. 113. vol. 4. & conſ. 163. n. 5. vol. 5. ſcribit Burſat. conſ. 649. n. 10.* *b) l. 2. C. de vect. & com. ibiq; Gotofr. lit. o. G. Modeſt. Piſtor. conſ. 48. n. 21.* ubi merceatorem, qui ſciens vinum non fuerat profeſſus, ratione pretii con-

veniri posse ait, quia ad ejus alienationem sine dolo non potuerit procedere. Hinc infertur, si pluries quis easdem merces sine professione transtulit, semel præstando rem liberari, ubi n. pœna consistit in certâ specie, non datur ejus multiplicatio, *arg. l. Lucius. 88. § impuberem, 7. ff. de leg. 2.* & ejusdem criminis iteratio, ante prioris actus à lege, vel judice factam punitionem, circa eandem personam, vel rem, quantum ad punitionem, & publicam vindictam, unum & idem delictum censetur, *Cov. 2. var. resol. c. 10. n. 8. vers. quintum est hoc, Gomez. 3. var. resol. c. 5. n. 9. Gutier. pr. quæst. 4. q. 41. n. 9.* In heredes actio commissi transit, si res ad eos pervenit, *Bertachin. de gabel p. 4. n. 39. Personal. n. 7. Guazz. de confisc. bonor. concl. 13. ampl 82. n. 8. c) d. l. 2. G. Pap. sing. 875. Bov. in singul. verb. præscriptio, n. 9. Oldend. tr. de præscr. tit de commiss. in pr. Chopp. de doman. lib. 3. tit. 9. n. 7.* Imó & tacitè tollitur hæc actio, si post commissum publicanus recipiat portorium, aut admittat professionem, *l. Æmilius, 38. ibi: dicebam ff. de minor. Bald. cons. 256. n. 4. vol. 6.* Sed ut ad præscriptionem redeam, quomodo is tueri potest, qui vectigal defraudavit, cùm in malâ fide sit, quæ omnem præscriptionem excludit de jure Canonico? *c. possess. de R. I. in 6.* In pœnalibus actionibus præscriptioni locus est etiam cum mala fide *arg. c. fraternitatis, 12. q. 2 c. suam, 9. de pœn.* quia præscriptio cum mala fide prohibita est ex causa peccati; enimverò peccatum remitti non potest, nisi restituatur ablatum; sed id quod pœnæ loco imponitur, ablatum non est: vel Princeps in rebus fiscalibus certam obligationem inducere, & spacio certo constituto eandem abolere potest, *P. Gilk. de præscript. pr. membr. 1. c. 3. n. 34. & seq. ubi contrariù respondet.*

97. Cùm autem in rei vindicatione dominium ab Actore probandum sit, *a* vectigalis sibi jus competere, remq; non fuisse professam, ostendere debet: *b* assertio quoq; sola publicani aliquem in legem vectigalis peccâsse, si compendium ex pœna percipiat, non relevat. *c* Quod & de libro illius asserrem: *d* quamvis non ignorem, magnam ei fidem aliàs tribui. *e*

a) Duo siquidem requisita hujus actionis, dominium ex parte actoris, & possessio ex parte rei, *l. 2. de probat. l. officium, 9. ff. de R. V. l. ult. C. de alien. jud. mut. §. omniù Inst. de act.* adeó ut si alterutrum non probet actor, reus etiam nihil præstans absolvatur, *l. 4. C. de edend. l. fin. C. de R. V.* *b*) Ut non sufficiat quasi possessionem per aliquot actus exactionis probâsse, facultas etenim exigendi sine permissu Principis haberi nequit, neq; lex sine titulo de possessione sola benè præsumit, *Men. cons. 612. n. 18. Curt. jun. cons. 90. n. 2. Men. cons. 1125. n. 17. Cala de mod. art. d. n. 1324. & Capyc. d. decis. 77. num. 7. & 8.* *c*) Quòd enim dicitur, officiali credi in pertinentibus ad ejus officium, *l. magiù puto, 5. § ne tamen, 13. ff. de reb. eor. l. fin. C. de ponder. & aur. il. lat. Ruin. cons. 56. n. 5. vol. 1.* limitationem videtur recipere, ut non procedat si publicanus actor sit, cùm grave reputetur, aliquem actoris, & testis partibus defungi, *Alber. in l. 1. §. quies quoq;, num. 1. ff. de off. præf. urb.* maximè si compendium vectigalis ad eum pertineat, ratio enim commodi cuilibet attestanti fidem adimit, *l nullus, 10. ff. de testib. l. 10. C. eod. Pacian. de probat. lib. 1. c. 48. n. 4. Alex. cons. 128. nu. 2. vol. 2. Everh. jun. cons. 2. n. 33. vol. 2.* fortè si res tota fisco applicatur, assertio publicani fidem aliquam merebitur, *Bald. in l. ictus fustium, n. 3. ff. de his qui not. in fam.* aut stabitur ejus dicto ad inquirendum, non ut super eo fiat condemnatio, *Bald. cons. 34. nu. 7. vol. 5.*

d) Ob

d) Ob eandem rationem, quę utrobiq; militat, *l. illud ff. ad l. Aquil.* *e)* Quando igitur libero ejus, qui publica authoritate electus est, *l. quædam, 9. §. 2. ff. de edend. Harim. pr. observ. tit. 17. obs. 4. in fin.* tum in specie publicani libro fides adscribitur, *Personal. de gabel. n. 36. Tilem. de Benig. Syntag. 2. decad. 4. vot. 1. n. 18. Farin. dec. 618. n. 2. Corn. cons. 333. n. 34. lib. 1. Mod. Pist. cons. 6. n. 30. vol. 2. Anonym. cons. 43. p. 268. col. 1. Spir. impress.* superior distinctio in memoriam revocanda erit. Porró regula illa quoad actum solutionis procedit, adversús tertium nihil probat, *Menoch. de arbitr. cas. 91. num. 25. Bertaz. cons. crim. 15. nu 13.* Ideoq; si quivis in collegium Lanificorum receptus, pro licentia texendorum pannorum certum vectigal dependat, descriptus in libro publicani quód illud solverit, non propterea probatur esse de collegio. *Ant. Coif. cons. 103. n. 1. vol. 1. & ab eo alleg. Alex. cons. 36. vol. 5.* Fides quoque dicti libri imminuitur, si error in eo commissus sit, *post Ferret. de gabel nu. 139. Bertaz. d. cons. 15. num. 23.* Obiter noto, Publicanos cogi edere libros rationum suarum, non propter odium ipsorum, & ne fraudes illicitas committant, *ut arg l. 3. §. illicitas ff. de off. præsid. Bald in l. dissoluta, C. de cond ex L. Felin. in c. 1. nu. 21. de probat. Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 5. nu. 17.* arbitrati sunt, honestus enim est publicanorum ordo, ut suprá demonstravi, & singulari jure in usurariis receptum, ut ipsi cogantur edere, quod ad alios casus non est extendendum, *Æmyl. Ferret. in rubr. C. de edend. n. 48. Ias. in l. 1. n. 13. Alciat. n. 19. C. d. tit. Pacian. de probat. lib. 1. c. 63 n 90. Raud. var. resol. c. 23. n. 15.* An autem publicano agenti vicissim egi oportet? Fiscus quidem privilegium habet, ut quilibet ei teneatur edere, *l. 2. §. divus, ff. de iur. fisc.* si civiliter, non autē criminaliter agat, *d. §. divus*, quem sensum ejus, §. esse verissimum, testantur *Marcabr. ab Anguil. cons. 18. n. 198. & seq. Everh. jun. cons. 51. n. 28. vol. 1.* Sed privilegium illud personale non videtur tribuendum publicano, *Pacian. d. c. 63. nu. 52.* tum ad publicam vindictam videtur spectare illa pœna, seu judicium commissi esse criminale, *Bart. in l. fin. n. 3 ff. de priv. delict. Ias. in rubr. C. de iud. n. 2.*

98. Præterea cúm pœna commissi fraudem perpetratam præsupponat, *a* ampliús sciviss: transeuntem illic loci vectigal dependendum fuisse, publicanus probabit. *b*

a) *l fraudati, 8. ff. de pub. & vect. R. I. de A. 1530. §.* Wiewol auch der Abschied/ *ibi:* fürsetzlich vnd muhtwilliq verfahren/ *Abb. cons. 68. n. 2. vers. sed ita non obstant. vol. 1. Crav. cons. 969. n. 1. Rol. á Vall. cons. 42. n. 10. vol. 3. Ang cons. 337. n 4. Bero. cons. 164. n. 4. vol. 3. Bec. cons. 96. n. 5. Menoch. cons. 98. n. 22. Gall. cons. 10. n. 5.* *b)* Cúm scientia est de substantia delicti, ea probanda est cum suis qualitatibus, *Ias. in l. si per errorem, n. 10. ff. de jurisd. om. jud.* in specie, non in genere, *Natt. cons. 225. n. 4.* & aliás præsumptio ignorantię fortior est præsumptione scientiæ, *Cacher. decis. 72. n. 35.* Quod ut có rectiús intelligatur, duos casus distinguamus: An videlicet civis, aut forensis sit, qui ignorantiam prætendit. Priori casu, si vigore statuti gabella solvenda sit ignorantiæ allegatio non transfert regulariter onus probandi scientiam in adversariū, cúm statuta quivis scire teneatur, & præsumatur, *Ias. in l. ut potest. n. 72. ff. de acquir hered. Ceph. cons. 720. n. 7. Bursat. cons 222. n. 4. Rol. á Val. cons. 3. n. 101. lib. 1. Person. de gabel. n. 18. Asin. de exec. §. 6. c. 38. Bec. cons. 59. nu. 1. & 2. Gal. cons. 36. num. 18. &* 19. quod etiam in forensi quidam verum esse volunt, si frequenter in loco statuti cōversetur, *Rim jun. cons. 323. num. 1.* sed mica salis hîc adhibenda, si continuó ibi sit:

Viv.com.opin.v.statutũ prohibens,n.13. Marcel.Cala de mod. art.gl.un.§ 2.n.1140. nam occasione certarum nundinarũ biennio in loco versans,statutorum ignarus creditur, *ex ore omnium Pacian.cons.75.n.13.* Ignorantia tamen præsumitur,si tempore publicationis civis gravi morbo detineatur,vel absens sit,*post Affl.dec.290.n.30 Serap. Seraphin.de priv.jur.priv.4.n.174.* congrua dilatio statuto data, *Asin.d.c.38.n.11.* aut volumini statutorum insertum non sit, *Seraph.d.priv.4.nu.177.* Item si civis novissimé ad locum habitandi causâ venerit, *Bec.cons. 60.nu.9.& 10.* Posteriorem casum quod attinet,notum est,forensem non ligari statutis locorum quæ transit, cùm nõ dicatur in illis cõmorari, *l.quæsitum, 76.§.fin.ff.de leg.3.l.84.ff.eod.c.nam & ego, ubi gl. de V.S.Spec.in rubr.de const.nu.7. Elb.Leonin. cons.7.in pr.vers primo. Sanchez.de matr. lib.3.disp.18.n.4.& seq.* Dicendum igitur videtur,parùm interesse sive sciverit, vel ignorarit,cùm utroq; casu non teneatur.Verùm in distinctè ea non procedunt,nam in delictis, etiam forensis extra domicilium suum forum sortitur, neq; ignorantia ei quidpiam opitulatur,*per not.in c.ut animarum, de const.in 6. Socin.in c.postulasti,n. 16.de for.compet. Alb.de Rosat.de statut q.1. Farin.crim.q.24.n.164.* maximè si lex loci illius puniat, quod de jure communi punibile est, *post quamplures Iohan. Gutier.lib. 4.pr.quæst.29.num.2.15.24.& seq Farinac.d.q.24. nu.164.* Communis autem consuetudo est, ut omnibus territorii dominis vectigal solvatur, & secus facientibus pœna imponatur, *Gutier.d.lib.4.q.41.num.* 1. Crassa ergo & supina ignorantia est, si de consuetudine portus & loci, quem quis accedit, se non informet, *gl.in c.illa autem, verb.veneris, 12. distinct. arg.l.ult.§.divi quoq;, ff. de public.* & ignoret ea quæ publicè nota sunt, *Bec.d.cons.50.per tot.& cons.96.n.3. Rol.à Val.cons.53.n.3.lib.1.Person.de gabel.n.9. Seb.Guaz.de confisc.bonor.concl.13.ampl.82.n.9. Kopp.dec.50.n.26.* aiunt quæ notat *Cravet.cons.346.num.1.& 2. Bargal.de dol.c.3.num.22.& seq.lib.2.* quæ eõ magis tùm obtinent, si in loco vicino eadem consuetudo vigeat, *Rimin.sen. cons.161.num.9. Rim.jun.cons.26. num.19.* Limita autem hæc, si consuetudinae loci solvatur de iis rebus vectigal, de quibus jure communi non solvitur, ut rebus, quas usus proprii causâ coëmimus, *Rol.à Vall.cons.42.num.26.vol.3. Alber.de Rosat. d.q.1.n.15.lib.2. Cravet.cons.115.n.4. Bec. d.cons.96.nu. 11. Lancell.Gall.cons.94.nu.8. Alex.Raudens.var.resol.c.23.n.33.* vel novum prorsus exigatur vectigal, quod omnibus notum esse non possit, *Gail.2.obs.48.nu.23.* Hujus autem disputationis prævendæ causâ domini vectigalium rabulas suspendere solent, quę viatores officii admonent, & edicto Senatus Paris.postulante Procuratore Regio sancitum, *que tous les Seigneurs peagiers seroyent tenuz faire chascun un tableau, & y mettre ce que leur appartient.tant pour le regard des denrées,& marchandises subjects aux peages, que des sommes, que leur sont deuës. Choppin. de iurisd. And. c.43. num.6.* Ast Caligula Imp. vectigalia, quæ indicebat nova, minimé proponebat, ut per ignorantiam scripturæ multa commissa fierent. *Sueton.in ejus vit.* Ignorantia autem per juramentum probatur, cùm conscientia aliter probari non possit, quàm indiciis, *c.4. de except. Asin.de exec. §.9.n.57. Ioh.Petr.Anch.q.63.n.3. Person.de gab.n.28. Cala de mod.art.n.600. Odd.de restit.in integr.q.38.art.6.n.52.* quod tamen eatenus verum, quatenus præsumptio scientię contra jurare paratum non militat, *Menoch.de arbit.cas.186.n.7. vers.2.& recuper.remed.16.n.36. Raudens.var.resol.d.c.23.nu.11.* utpote si ignorantia verosimilis non sit, *Cacher.decis.71. nu.2.& 3. Saison.in cons.Turon.tit.7.art.1.verb.en jurant la dite ignorance.* Quin imò si infamia laboret, debet expurgatores secum habere.

Asin.

Aſſu. d.c.57. v. ſecundò limitatur, quod notandum, ne mercatores juvenes & rudes ab hac innocentiæ probatione excludantur, *Raudenſ. d.c.23.n.36.*

99. Verúm enimverò cúm dolus & fraus directó ſemper probari non poſſint, *a* ad conjecturas recurritur, *b* & inter præcipuas eſſe ſolet illa, quæ ex conditione perſonæ deſumitur. *c* Vice verſâ autem & innocentiæ præſumptiones inde depromi ſolent, *d* ſi minores, *e* milites, *f* mulieres, ruſticique *g* ſint, qui vectigal dolo defraudaſſe arguuntur.

a) Fit autem interdum, ut directó probentur: nam ſi dominus, vel vector mercium fateatur, quód ſine ſolutione pedagii territorium tranſierit, licét ſciverit, eo loci vectigal ſolvendum eſſe, res expedita eſt, *c. conſtitutus de reſcr. Cal. de mod. art. glun. §.2.n.658. Crav. conſ.115.n.1. ubi clariorem probandi modum vix eſſe dicit.* Quód ſi extrajudicialiter fateatur, illa confeſſio ſemiplenam, ſæpiús autem iterata plenam inducit probationem, *materiam noſtram tractans Menoch. conſ.1108. num.2. & 3.* De illa confeſſione, ſe portorium non ſolviſſe, ſed cum licentia publicani, quid dicendum, an ea pro negativa habenda, vel dividenda eſt? Dividi eam debere, cúm in genere prohibitorum verſemur, *poſt Bald. conſ.79.num.2.vol.2. tradit Pacian. conſ. 38 in fin.* *b)* Qui per allegantem dolum probandum eſſe ſtatuunt, *l. quoties, 18. §. qui dolo, ff. de probat. Ioh. Vinc. Honded. conſ.105.nu.19. & 20. Farin. quæſt. crim.89.nu. 4. & 5. Fr. Mant. de conj. ult. volunt. lib.2.tit.7.n.1.* ita ſe explicant, ut, cúm dolus quid latens in animo ſit, etiam pro conjecturas, & præſumptiones hæc probatio perficiatur. *l. dolum, 6. C. de dol. c.2. de renunc. l. non omnes, 5. § á barbaris, ff. de re milit. Farin. d.q.89 n.16. Iacob. Phil. Port. conſ.95.nu.9.* & in ſpecie hoc privilegium ex jure communi habere datiarios, ut poſſint per conjecturam fraudem vectigalis probare, docent *Hypp. Marſil. ſingul.168. ex Alex conſ.188.n.2. vol.7. & conſ.143.num.7.volum.6. Sum. de prat. conſ.55.num.5.vol.1. Viv. deciſ.157.n.11. Marcabr. ab Anguil. conſ.18.n. 181. Anonym. conſ.43 p.268.col 1. Spir. impreſſ.* Quid? Criminale eſt hoc judicium, & quidem de jure Canon. publicum, *Peregr. Ianin. inter conſ. Farinac.8. num.40.vol.1.* Ergoné aliæ quám luce meridianâ clariores probationes recipientur? *Famian. Cenuin. in addit. ad conſ. Farin.50. lit.a.* Ita ſané, cúm ad pœnam corporis afflictivam nó agatur, *Cacher. dec.117.n.7. Natt. conſ.633.n.8. Farinac. d. conſ. num.2.* *c)* Qui enim ſemel fraudavit gabellas, in poſterú idem feciſſe creditur, *Tiraq. de pœn. cauſ. 10. num.6. Maſcard. de probat. concl.531. num.118.* & malus præſumitur non ſolúm in eodem genere delicti, ſed & in alio connexitatem cum eo habente. *Ripa de Peſt. §. devenio nunc. nu.96. & eum referens Menoch.1108. nu.6.* *d)* In homine bonæ conditionis & famæ tollitur omnis ſuſpicio, & errore potiús, quám malâ intentione impegiſſe in legem vectigalis creditur, *Caſtrenſ. conſ.412.nu.3. vel.2. Rol. á Val. conſ. 11. nu.45. & 75. vol.3. Bec. conſ.60. nu.25. & conſ.96. num.18. Farinac. d. quæſt. 98. nu. 44. Menoch. de arbitr. caſ.309. num.10. Bero. conſ.164. num.7. vol.3. Rimin. iun. conſ. 616. nu.17.* quæ præſumptio coadjuvatur, ſi á domino, cujus vectigal defraudâſſe arguitur, recenter beneficio affectus ſit, *Menoch. conſ.98. num.13.* nam malam gratiam velle rependere non putatur. *e)* *l. ſi ex cauſa, 9. §.5. ff. de minor.* Ideoque reſtitui ſolet in integrum, *Boſſ. tit. de fraud vectigal. num.20. Rim. jun. conſ.26. nu.14. Perſon. de gabel. num.69. Maurit. de reſtit. in integr. c.248.* at minori in delictis non

succurritur, *tot.tit.C.si adverſ.delict.* Vectigalia autem non ſolvere, delictũ eſt, *conſ.* 82. Placet diſtinctio *Odd.de reſtit.q.*82.*art.*4.*nu.*38. aut delictum conſiſtit penitùs in omittendo, aut penitùs in committendo. Priori caſu minori ſuccurritur, non poſteriori, ſi deliquerit circa ea, quæ communiter jure gentium prohibentur. Sed non profiteri, vel vectigal non ſolvere, delicta omiſſionis ſunt. Ipſo tamen jure tutum eſſe minorem putavit, *Alber.in d.l.*9.§.5. *Rebuff.de reſtit.in integr.art.*1.*gl.*3. quia currit quædam præſcriptio temporalis, *l.Imperatores,*7.*in fin.ff.de pub.& vect.* Præſcriptiones autem contra minores ipſo jure non currunt, *l.fin.in quib.cauſ.reſtit.in integr.* Reſpondet *Odd.d.loc.n.*50. Communem ſententiam Dd. his adverſari, nec ſemper verum eſſe, præſcriptionem temporalem dormire minori ætati, *vid.Odd.d.loc.* Si culpa tutoris incidat in pœnã, tutor minori ad intereſſe tenetur, *Burſat.conſ.*8.*n.*4. *& conſ.*61.*num.*5. *Rol.á Vall.conſ.*10.*n.*22.*lib.*1. *f*) quibus proſpectum eſt, ne ob omiſſam promiſſionem pœnâ commiſſi tenerentur, *l.*3.*C.de vect.& com.* quia errore juris magis, quàm negligentiâ eam neglexiſſe creduntur, *l.quod adhibitum,*5.*C. de his qui ſib.adſcripſ.Farin.d.q*89.*n.*54. *g*) *Bald.conſ.*229.*n.*1.*vol.*5.*Perſonal.* 5.*de gabel.n.*65. quare ad juramentum doli purgandi cauſâ admittuntur, *Bero.d.conſ.* 164.*n.*8. De rufticis tamen ſagacibus adeó benè lex non præſumit, *Ceph.conſ.*108. *n.*12. *Hier.Caval.com.opin.q.*58.*nu.*5.

100. Qui in via inſolitâ deprehenditur, animo fraudandi vectigalis eam ingreſſus fuiſſe præſumitur, *a* ſi juſtam cauſam divertendi à recto itinere non habeat. *b* Similes conjecturæ, ex tempore, *c* & modo *d* deferendi merces, præcedenti tractatu, *e* & aliis circumſtantis *f* colliguntur: non unâ autem, ſed pluribus conjecturis *g* dolus convincitur, quæ probationem in contrarium recipitur, ſeu fortioribus præſumptionibus eliduntur. *h*

a) *l.qui fiſcales,*7.*C.de navic.l.*2.*l.*4. *C. de curſ.pub.lib.*2.*l.fin ff.de ver.div.l.*2. *C.de naut.fœn.Ripa de Peſt.d.*§.*devenio nunc.n.*90. *Crav.conſ.*115 *n.*5. *Aſſſ.inc.un.qua ſint regal.verb.vect.n.*52. *Maſcard.de probat.concl.*473.*n.*3.*& concl.*834.*n.*23. *Kopp.deciſ.*50.*n.*25. *Elb.Leonin.conſ.*23.*n.*5. *N.Everh.præſ.conſ.*45.*nu.*7. *Marcabr.ab Anguiſ. conſ.*18.*n.*183. quę præſumptio plurimùm adgravatur, ſi in loco prohibito multoties viſus ſit, *Grammat.conſ.*45.*n.*7 *in fin.* ſi tamen in loco ſuſpecto inveniatur, de quo ad plura loca, & ad locum non prohibitum declinare poteſt, judex vel mitiget pœnam vel inſpectis perſonæ qualitatibus, aliis circumſtantiis reum abſolvat, *Men.de arbit. caſ.*392.*n.*3. *Guaz.de conſiſc.bon.concl.*13.*ampl.*82.*n.*6. *b*) Si enim hoſtes & prædones viam obſediſſent, aquis illa inundata eſſet, vector juſtam recedẽdi haberet cauſam, *arg.*§.2.*in fin.Inſt.de juſt.& iur.l.*2 §3.*ff.ſi quis caut in jud.l.fin.*§*ſi per tempeſt.ff.de publ.Maſc.d.concl.*473.*n.*4. *Marcel.Cal.de mod.art.gl.un.*§.2.*n.*659. *Saiſ.in conſ.Turen. tit.*7.*art.*3.*in med.Ripa,d.*§.*devenio,n.*87. *Laur.de Pinu.conſ.*141.*n.*10. *Gutier.pract.q. lib.*4.*q.*37.*n.*8. *Raudenſ.de anal.lib.*1.*c.*30.*n.*284. *c*) Qui de nocte inventus fuerit, contra illum præſumitur ad malum, *e.conſul.ib.ne verò de off.& poteſt.jud.de leg.Men. conſ.*98.*nu.*35. & econtrà qui palàm ingreditur, non præſumitur animo fraudulento voluiſſe delinquere, *l.non exiſtimo,* 54.*ff.de adminiſt.tut.Farin.d.q.*89.*n.*63. *Rom. conſ.*478. *Lanc.Gall.conſ.*94.*n.*10. *Ioſeph.Ludov.concl.*15.*n.*89. *in fin. Bec.conſ.*96.*nu.*12.

Manoch.

Menoch.d.conſ.& n.Bertaz.conſ.crim.193.n.1.Bero.conſ.164.n.7.vol.3. d) utpote ſi vector habeat ſocios armatos ſecũ,tum enim præſumptio oritur, quod voluerit reſiſtere publicano,poſſeſſionem mercium ob omiſſam profeſſionem apprehenſuro. *Perſonal.de gabel n.108. Gutier.d.q.n.16.ubi in fin.* dicit,in ruſticis,quibus arma deferre vetitum,hanc præſumptionem maximé urgere, quod ante eum docuit *Rip.d. § devenio nunc n.99.* e) *Crav.conſ.115.n.6.* quia nemo præſumitur dicere, quod non velit exequi,*l.3 ff.de probat.l.Labeo,7.§ 2.ib. id Tubero,ff.de ſuppellect.leg.Rip.d.§. devenio, n.93.Gutier.d.q.37.n.12.Farinac.conſ.30.n.95.Leonin.conſ.23.num.5.* f) puta,ſi aliquis vir bonus tranſeunti dixiſſet,non ſolvi gabellam:*pulchré Bec.conſ.60. n.14.& conſ.96.n.16.Curt.iun.conſ.19.n.5.* Item ſi cauſa deficeret, & excogitari nõ poſſet,ex qua ad fraudem perpetrandam commotus fuiſſet viator,*Farinach.d.q.89. n.55.*Ideoq; ubi lucrum & commodum non eſt, *Maſc.de prob. concl. 531.nu.4 Ruin. conſ.8.n.5.lib.4 Farin.conſ.50.n.41.lib.1.* velcerté modicum, *Farin.d.q.89.n.52* ceſſat doli præſumptio, *Raudenſ.var.reſol.c.25.n.24.Menoch.conſ.98.num.27.*Præſumptionem innocentiæ quoq; gignere ajunt, ſi quis ultrò ſe non ſolviſſe vectigal fateatur,*Bec.d.conſ.96.n.15.* cũm negardo omnem moleſtiam evitare potuiſſet. g) Duas conjecturas ſufficere tradit,*De.conſ.32.n.4.lib.3.Crav.conſ.153.n.11.inf.& n. 12.*quod eatenus admittit *Farin.dq.89.n.23.*ſi præſumptiones graves, non leviuſculæ,*l.dolum,*C.*de dol.* adſint. h) *Crav.conſ.8.n.9. Hier.Magon.dec.Lucenſ 33.n.6. Surd.dec.216.n.44. Idem conſ.531.nu.5.& 6.M.Brun.ab Anguil.conſ.18.n.189.ubi in materia juris vectigalis verſatur.*

XXVI.

DE CAUSIS EXEMPTIONUM IMPERII, D. ZACHARIÆ VIETORIS.

Conclusio I.

QUicquid hic vel alter orbis complectitur, Romani quondam Imperii faſces amplexum eſt.

Sic ait Cæſar: Summa Reip.tuitio ſtirpe duarum rerum, armorum & legum, veniens,vimq́ue ſuam exinde muniens,felix Romanorum genus omnibus anteponinationibus, omnibusq; gentibus dominari, tam præteritis effecit temporibus, quàm Deo propitio in æternum efficiet,*l.1.in pr.C.de Iuſt.C.conſtr.* Niſi enim his bigis ſubvecti Romulidę, quis credidiſſe eos ex parvis adeoq; minutiſſimis principiis caput mundo dare,totum; terrarum orbem ſibi adjungere, premere, & tueri Imperio potuiſſe? idem *in præfat. Novell.24.* Quod univerſum ne immenſum eſſet & velut Navigium ſine modo apud medullam eloquentiæ Curtium *libr.4.hiſtor.* verſutiſſimus Imperatorum Tiberius limitibus poſt D.Auguſtum ſignare conſtituit Euphrate & Iſtro, *Iulian.in ſatyr.Menipp.de Cæſ.Tabit.2.annal.* & ibi Lipſius, Scipio Amirat.*lib.2.diſcurſ.6.Clap.lib.3.de arcan.Rerumpubl.c.16.* cui poſtea Rhenus & uterq;

Oceanus accessere, *Iust. praf. Nov. 11. & Nov. 30. c. 12. Ioseph. 3. bell. Iud. c. 3. Seneca praf. lib. 1. q. nat. Pancirol. in comm. ad notit. utr. utr. Imp. Lazius lib. 1. comm. reip. Rom. Lipsius d. loc.* Quiescere enim citius victrix aquila nō potuit, quin armis aut armorum terrore percelleret quantū ad Orientem est, & quantum Occidens respicit, & quantum ex utrisq; lateribus est, *Nov. 9. in praf. Nov. 26. c. 2. Veget. lib. 1. de re milit. c. 1. & 8. Pacian. lib. 2. de probat. c. 26. n. 24. & conf. 149. n. 2. Bald. conf. 359. lib. 3.* Donec tandem ominosa imposterum victoriâ cum salute generis humani totius humani generis pax aut pactio adfulgeret, cum victo Marte, pulsa Bellona, ancilibus repositis templum Jani clauderetur, *anno V.* C. 700. *Florus lib. 4 c. ult. Dio lib. 53.* Unde effectum ut non solum Roma caput orbis, Urbs æterna, Domus æternabilis, orbis epitome, *l. 3. C. de Cess. l. 1. C. de priv. corp. urb. lib. 11. l. 3. & 5. C. Theod. de condit. donat. Cicero 3. Catilin. Hier. Magius lib. 4. Miscell. c. 5. Muret. 17. variar. lection. c. 12. Pithaus lib. 2. adv. c. 18.* sed & Imperator totius orbis dominus & arbiter diceretur, *l. deprecatio, ff ad l. Rhod. l. 4. C. de quadr. præscr. l. 2. in pr. Cod. de iurej prop. calum. dand. Iustin praf. Nov. 30. Leo Nov. 59. c. in apibus. 7. q. 1. c. futuram, 12 q. 1.* Synechdoche certe nō nimis hyperbolicâ, quâ de re vide Dionem. *lib. 53. Senec. 7. de benef. c. 4. 5. 6. Lipsium in admirand. lib. 1. c. 2. & 3.* Steuchum de Imp. Rom. *Cusanum lib. 3. concord. cath. c. 6. Dantem Aligh. lib. 2. de monarch. Sylvium de ort. & aut. Imp. c. 8. Hubert. Goltz. in thes. rei antiq. cap. 5. Petr. de Andlo lib. 1. de Rom. Imp. c. 10. 15. lib. 2. c. 8. 12. Hier. Balb. de Coron. Car. p. 19. Castal. dum de Imp. q. 12. 52. Guerrer. in spec. pr. c. 55. Zoanit. de Rom. Imp. n. 149. Mich. Vlcuran. de reg. mund. q. 3. part. 2. ut sileam alios omnes.* Hinc inter sacra Imperii Καμήλια globus præfulget aureus velut tessara, Principem nostrum mundi dominum olim fuisse, hodie ipso jure esse, *Petr. de Andlo lib. 2. c. 8. Freher. 1. de orig. palat. cap. 15. Hier. Balb. de Coron. Carol. V.* ritu ab ævo Augusti retento, cujus statua Romæ cum pomo visitur, *Codin. n orig. Glab. Rodol. lib. 1. hist. Franc. c. ult.* cui Christiani salutare signum imposuerunt. *Lipsius 3. de cruce, c. 5. Greiser. lib. 1. eod. c. 20.* quod Justiniano acceptum fertur á Procopio *de edif. Iustin. lib. 1. orat. 1. P. Gregor. 6. de rep. cap. 13. num. 14. Knich. comm. de non provoc. c. 1. n. 146.*

Conclusio II.

Fatiscere cepit ista majestas, cum Aquilâ divisâ nobilia sæpè membra avolsa sunt.

In Parcarum adamante sculptum est.

——— ——— *In se magna ruunt,*
Summisq; negatum stare diu.

Ad finem enim properant, quæ ad invidiam perducta sunt: ut merito lamentari possimus cum Poëta vetere Claudian. *de bell. Gild. vers. 44. & 2. Ruffin. v. 50.*

Hei mihi quo Latia vires, Vrbúq; potestas
Decidit?

Cecidit autem cum relictis auspiciis, relicto æternante Palladio sedes Imperatoria Byzantium transferretur, *Iust. praf. Nov. 43. Aug. 5. de civit. Dei, t. 15. Blondus de inclin. Imp. Chalcondyl. lib. 1. de reb. Turc. Andlo lib. 1. c. 11. Sibran. de Sicama lib. 1. de ritumv. jud. Eryc. Putean. lib. 1. hist. Insubr. p. 18.* quę propterea nova urbs, nova & melioribus auguriis condita Roma, ecclesiarum & orbis caput passim Jactatur, *l. 1. § 10. de vet. iur. enucl. l. 3. § quod si, C. de nat. lib. l. 24. C. de SS. eccl. l. 3. C. de consul. & non spar. Nov. 70.*

Nov.70.c.1.Nov.131.c.2.l.5.C.de oper.publ. Mutius Surg.ad tr. Ant. Surg.de præf.prat.c. 21.*n.*14.ipſaq́; Thracia Romania dicta, *Iornan.in Get. c.*25.45.50. Sub quod ipſum tempus Aquila biceps facta perhibetur, cum Conſtantinus M.ſacroſanctum Imperium diſcinderet trifariamq́; inter filios diſpertiretur, *Niceph.* 8. *hiſt. Eccl.*53.*Euſeb. lib.4.de vit.Conſtant. Zoſimus p.2.hiſt.Socrates III.hiſt.Eccl.c.ult. Naucl. vol.2.gen.*11. *Cuſpin.de diviſ.Imp.Chopp.lib.2.de doman. Franc.tit.2.n*11.*P. Greg.VI.de Rep.c.*13.*nu.* 18.19.*lib.*25.*c.*1.*n.*7.idq́; factũ An.311.aliis 331.vide prę aliis ubertim decus literarũ, *Ioſ.Scalig.lib.*5.*de emend.temp.*quamvis iſtâ diviſione fiſſam Aquilæ imaginem vetuſtiorem cenſeat Lipſius *in analit.ad lib. de milit. Rom. Freher.in nobis ad Andlo lib.*2.*c.* 5.*&* 14.*aliiuq;*. Diſparatis ſic provinciis vires diſperſæ ſunt, faciliorq́; ruinæ via præſtructa. Hâc enim ſpe allecti Cimbri, Hunni, Gothi, Vandali, ipſum regni pectus Italiam aggreſſi ſunt tanto cruore tamq́; dubio Marte, ut non minus difficile fuerit deſtrui rem Romanam quám evectam eſſe: *de erruptione videantur media ætatis hiſtoriciomnes.* Et ſané quãtum barbara arma præſtiterint, horridum illud Tyranni programma patefacit: Africã, Iberiam, Gallię non minimam partem, quæ omnia Rom. parebant Imperio, nunc hoſtis habet, Pannonia, Myſia, Thracia, Macedonia, Illyria aliæ orientis regiones Romanis ademptæ barbario nunc parent imperio: *Attila flagellum Dei metus orbis,* extat apud Nicolaum *in Attila,c.*13.*Goldaſt. tom.*3.*conſt. fol.*601. Toleranda tamen iſta adhuc fuiſſet interruptio (nam paulatim barbarum iſtud jugum gemens Italia reliquusque Orbis ſenſim depoſuit Juſtiniano auſpiciis Beliſarii triumphum ultimum ducente, *de quibus paſſim in præfat.inſtit. l.*2.*&* 3.*C. de vet.jur. enucl.l.*1.*in pr.C.de offic.præf.præt. Afr. Procopius de bello Vandal.* Cedrenus, Paulus Aquilienſis, &c.) niſi haut ita pridem immanis iſte hoſtis Anno Chriſtiano 1420.(aliis 1543.)ſedem Graji Imperii Byzantium crudeliſſimo exitio populatus ex oriente toto duodecim regna, pluſquam 200. urbes in ęternam ſervitutem mancipaſſet: ſicuti hoc plangunt Andlo *lib.*1.*c.*11.*Ligurinus* 3.*Auſtriad.Ioſ.Scal.*5.*de emend. temp.tit.de anno Conſt.á Mahom.capt.Marſil.Patav.de transl.imp.c.*5.6.7. *Guido Papa dec.*84. *Æneus Sylv.Epiſt.*130.155.*Rodulph.de Colum.tr. de transl. imp. Chalcondyl.lib.* 8.*rer.Turc.Leonclav. in pand.Turc. Theod. Zygomala de clad.Conſtant.&c.* Corporis igitur, ut ante retuli, rimas eximiorum deinde artuum ruina ſecura & grandis iſta Imperii moles fruſtillatim diſcerpta velut Pentheus á Bacchis. Irruptione enim barbara invitatus impatiens orbis ad vindictam conſurrexit, & velut humani generis manubias á Cæſaribus repopoſcit.

ITALIAM Romanus Pontifex ſibi vindicavit, donationis, ſi ullius certé valda inofficioſæ prætextu, *c. Conſtantinus, diſt.*96. *Steuchus & Albanus tract. de donat. Conſt. Corſettus de poteſt. reg. quæſt.*4. *Bullup.in ſpecul.princ. rubr.*9.*num.*7. *Baronius tom.*3.*annal.Anno* 323.*Bzevedo lib.*1.*Conſt. Hiſp.tit.*2.*leg.*5.*&* late *Marta de juriſdict. part.*1.*cap.*30.31.

HISPANIAM primo invaſerunt Gothi pro libertate contra Romanos, *Parlad. 1.rer.quotid.cap.*3.*& lib.*2.*c.* 21. *Alphonſ.Moditius in* §. *Principum placita dub.*1.*nu.*12. quibus exactis ſibi ſuæq́; ſtirpi arripuit Alaricus. Sanchus memorabili Maurorum exterminatione, Anno 714. *Roder. Toletan.lib.*2.*rer.Hiſp.Franciſc.Taraſa lib.*9.*de regn.Hiſp. Alphonſus á Carthag.anaceph. regn. Hiſp.c.*1. *Mariana lib.*9.*rer.Hiſp.cap.*5. *Ioh.Garſia de nob.Hiſp.Bod.*1.*rep.cap.*10.*Corſettus de excell.reg.* Cathol.*q.* 104.*Covarr. c.pec.*2.*p.rel.*§.9.*n.*9.*& qq.pract.c.*1. *Cabedo dec.*7. *n.*3 *p.*2. *Petra de iur. q.c.*4.*num.*15.

quamvis hoc Cęſaris Honorii juſſu & gratia factum inficiari nemo poſſit, *Vaſquius 1.controv.c.22.n.15. Carol.de Graſſal. lib. 2.reg. Franc.quos fruſtra mendacii inſimulat, Gutierrez. in qq.*

GALLIAM Caroli nepotes retinuere, cum familię herciſcundæ judicio cultiſſimorum regnorum triada fecerneret: quæ Caroli M. conſtitutio extat in Goldaſt.*tom.1.conſt.f.*145. *Krantz.3. Sax.metrop.c* 35. *Babenberg.de jur. imp c.2; Chopp.2. de domanio,tit.2.n.*11. ipſamque Galliæ exemptionem tuentur, *Bodin.* 1. *rep.cap.*8. *&* 9. *Carol.de Graſſal.*1. *reg.Franc.c.*6. *Piſardus ad dec.Papæ* 114 239. *Cuiac.1.feud.tit.*1. *Chaſſ.cat.glor.p.*5. *c.*30.

Britannia á Claudio primum Imperio juncta, *Suet.Claud.Sen. in Medea.* Semperq; Imperatorem feudataria ſalutavit, *Cujac.tit.*1. *lib.*1. *de feud. Steuchus libr.*2. *de don.Conſt.p.*189. hæſitq; firmiter cum á Ludovico Bavaro Edvard. III. Imperii vicarius ordinaretur, itemq; cum Conſtantes, Gratiani, Aurelii ex Britannorum ſanguine creti Cæſares conſtituerentur, *P. Divau in hiſt. Brab. Bodin.*1. *c.*9. *n.*129. *Froſſardus* 1. *c.* 33. donec Gallorum regis metu Innocentio III. oſcitante Cæſare tributaria obferretur, *Pol.Virg.lib.*1. *&* 13 *hiſt. Angl. Blondus lib.*6. *decad.*2. *Ant.Flor.p.*3. *hiſt. tit.*9. §. 15. *Gilken.de præſcr p.*3. *c.*6. *n.* 56. *Caſtaldus q.*53. *n* 14.

HUNGARIA quoq; á rege Stephano in papæ clientelam delata eſt, *Steuch. lib.*2. *donat.p.*186.

DANIA, Norwegia reliquaq; ſeptentrionis regna ab Otthone Imperio ſubjecta, *Adam Bremenſ.lib.*1. *c.*2. *Knich.p.*2. *de veſt pact.c.*5. *n.*77. permanſerunt in fide ad tempora Lotharii, cui Canutus Dux Daniæ fidelitatis obſequium præſtitit, *Hermoldus lib.*1. *hiſt.Scla.c.*50. 91. *Trithem.c.*17. & Friderici I. qui Petrum Danię regem eſſe juſſit, *Trithem d.l. Bod.*1. *rep.c.*9. *n.*111. *Cujac.init feud.fol.*654. *Chopp.*3. *doman.tit.* 26. *n.*5. temporis tandem progreſſu paulatim diverterunt, *Ottho Friſing.*7. *Chron.c.* 19. *Bodin. Krantz.*6. *Daniæ, c.*17.

POLONIA ſuberat Imperio, cum Carolus M. victrices inferret aquilas & in extremam uſq; Scythiam faſces propagaret, *Bodin.*1. *rep.c.*9. *n.*112. cum Ottho III. Boleslaum regis titulo augeret, *Carion.*5. *chron. Guaginus. lib.rer. Polon.* poſtea cum Lakoldus relicto Ludovico Imp. á Papa Johanne coronam poſceret, *Cromerus* 3. *hiſtor.Polon. Krantz.*8. *Vandal.c.*2. tacite Imperio repudium miſit, *Friſing.lib.*1. *cap.*17. *Royzius* 3. *dec.Litvan.n.*3.

NEAPOLIS & Sicilia ſimiliter adempta, *Borellus de compromiſſ.*§. 3 *gl.*1 *num.* 47. *Matth. Aſſl.dec.*128. *nu.* 4. cum ultimus Suevorum Conradinus innoxiam cervicem infando ſcelere carnifici porrigeret, *Münſter.in coſmogr.de Ital.c.*73. *Theod.Niem de priv.imp.tit.de reg.Sicil. Colinius hiſt. Neap.fol.*186 *Cæſar Caracius hiſt. Neapol.tom.*1. *Thuanus lib.*1. *hiſt. Coccinus de imp. transl. Marta de iuriſd.p.*1. *c.*26. *n.*28. *Bodin.*2. *rep.* 5. *in fin.*

BORUSSIAM vellicavit Sarmata, cum ei Albertus Brandeburgicus invito Cæſare clientelare præſtaret obſequium, etiamnum ob id proſcriptus, *Sleidan.*7. 8. *Bod.*1. *c.*9. *n.*130. *Schonb.*5. *pol.c.*7. *R. M An.*1500. §. von wegen des Hochmeiſt. articulos capitulationis Polonicæ recitat *Münſterus lib.*3. *coſmogr.tit.de Boruſſ.* Quæ deprædatio Dantiſcum etiã & Elbingam involvit, quantumvis oratori Polono Lasko Anno 48 in comitiis reſponſum fuerit, Imperii albo relinqui debere, *vide Goldaſt. tom.*2. *conſt.fol.*241. *& á capite ad calcem in ejuſdem* Reichsſatzungen.

LIVO-

LIVONIA á Libone Rom. copiarum ductore sic vocata, *Cromerus 3. rer. Polon.* tempore Frider. I. ad Christianum cultum traducta, *Krantz. 7. Sax. c. 14. Chepp. 2. de sacr. polit tit. 4. n. 17.* eadem nuper inundatione Poloniæ accrevit, *Chytraus lib. 20. Sax. Paurm. 2. jurisd. c. 4 n. 28.*

INSUBRIÆ civitates tremebant Imperium, cum pace Constantiæ rebellionis gratuita venia in gratiam reciperentur, *sicuti ex transactione deducere proclive est cum Paurm. 2. c. 5. n. 55.* hodie tamen lenta iterum libertate tumescunt, *Sigon. 4. de reg. Ital. Boterus lib. 2. Cosmog. p. 2. Bozius lib. 3. de stat. Ital. Vantius de null. ex def. jurisd. & unde n. 37. Martap. 1. c. 33.*

CAMERACUM contra pactum cum Clodio II. Franc. Rege initum. *Ne quicquam rerum Imperii attingeret aut visceraret*, ereptum est, *Frossard. 1. hist. c. 33.* postea á Philippo Valesio, *Bod. 1. rep. nu. 129.* nunc Belgio iterum unitum.

METIM, TULLUM, VERDUNUM eodem numero habe, vulnere satis recente, *Thuanus lib. 9. aliiq., Bodin. 5. rep. n. 584. Schonb. 5. polit. c. 7.*

HELVETI & Rheti cum feri ac ferini præfecti insolentiam ferre non possent, libertatem (quam ne bestias quidem ignorare natura voluit) fortiter inclamârunt & adhunc usq; diem animose tutati sunt, Lavaterus & Simler. *lib. 1. de repub. Helu. Lipsius 2. de const. c. 9. Bodin 1. repub. c. 9. n. 125. & 5. c. 5. n. 558.*

VENETI Caroli M. Nicephoriq; ævo indultis privilegiis exemptos se jactitant, *Festas. de æstimo c. 4. n. 30. Alb. de Rosat. l. 1. C. de sum. Trin. Contarenus tr. de repub. Venet. Bozius de statu Ital. 3. c. 3. n. 15. Petra de jur. quæs. c. 3. q. 4. n. 34. Martap. 1 de jurisd. c. 33. Moditius §. plebiscitum dub. 34. n. 6.* ubi addit, nisi obstaret præscriptio, revocari precariam istam libertatem ab Impp. posse.

PISARUM dominatus 12000. aureorum Gambacurtæ væniit á Carolo IV. *Marta de jurisd. p. 1. c. 33. n. 108.*

SENENSES 10000. coronatorum ab Henrico V. libertatem comparârunt, *Bodin. 1. c. 9. n. 15.*

FLORENTINI 6000. á Rodolpho, *Platina in vita Honor. Natta cons. 637. n. 23. Sigonius lib. 20. de regn. Ital.*

LUCENSES 12000. vel, ut Choppinus, 25000. aureorum nummûm ab eodē, *Platina d. l. Castaldus q. 54. n. 12 Decius cons. 528. Fulgos. cons. 212.* Cæsarum hac incuria vel desidia abusi reliqui domicelli sensim Imperatorem agro Italico exuerunt: ut Scalæ Verona, Gonzagę Mantua, Bentivolii Bononia, Fregosi & Doriæ Genua, aliisq; id genus dynastiis. Et quis omnes numeret? qui partim vi aut dolo, partim cōtractu aut pacto, partim præscriptione aut privilegio redemptos vel exemptos se jactitant: ita ut hanc alienationem (qualis qualis tandem sit) & violentam exemptionem verē dicamus causam concisæ nostræ Monarchiæ, cum Onuphrio Panvinio *de comitiis Imperat. Hotom. quæst. ill. 1. Mich. Coccinnio lib. de imp. transf. Zoannetton. 120. Krantz. 10. Sax. c. 3. & 11. c. 1. Choppino 2. doman. tit. 1. & 14. Petra de jur. quæs. c. 3 q. 4. n. 15. Cothmanno cons. 52. n. 380. vol. 2.* Quis abnuat? cum de 90. gradibus Roman. Imper. in longitudinem & 45. in latitudinem ab æquinoctiali Septentrionem versus, hodie vix 10. tam in longitudinem quàm latitudinem restent: sicuti docte hunc calculum ponit Marq. Freherus *in not. ad lib. 2. Petr. de Andlo c. 18. adde Bodin. 1. c. 9. nu. 129.* Difficilius nimirum est provincias obtinere quàm facere: viribus parantur, jure retinentur, *Florus 4. hist. c. 12.*

CON-

Conclusio III.

Manſit tamen aliquod adhuc Imperii ſchema, vel ut improbis placeam, ſceloton in modicis etiamnum reliquiis reliquo Orbi formidabile: idque quó cohæreret tenaciús, varii ſtatus utriuſque ordinis & ſexus conſtituti ſunt.

Quamvis aquilæ plurimæ plumæ evulſæ, *Albert. Krantz. 10. Saxon. cap 8. P. Gregor. 25. de rep. c. 1. num. 15 Andlo lib. 2. de Rom. Imper c. 18. Münſterus ſæpius libr. 2. & 3. Coſmograph.* Imperiumq; hodie non ſit niſi tenuis magni corporis umbra *Sleidanus lib. 3. de 4. Monarch.* & palea é pingui culmo, manſit tamen manebitque (fidenter dicam) propitio fato quamdiu hic Orbis: cum Tertullian. *lib. ad Scap. Æneas Sylvio de ort. & auth. imper. c. 8. Andlo 1. c. 7. & 2. c. 20.* Quid enim eſt quod cavillari poſſitis? Principis ſummi ſumma poteſtas, in ſumma humani faſtigii dignitate unitas, ſuprema provocatio, jus privatum & publicum, contra hoſtes & ſuos invicta ſemper authoritas, ſplendor præ regibus exteris, juſſa, imperia, interdictiones baſilicæ, aliaque omnia Cæſari noſtro ſuppetunt, quibus non niſi ſumma imperia metiri ſolemus; ſicuti hanc Monarchiam Romano-Germanici Imperii ſatis lecta ingenia adſeruêre, *Dreſſerus orat. de 4. Monarch. Paulus Merula 2. Coſm. libr. 1. cap. 6. Raud. de anal. cap. 15. nu. 56. Monſ. de la Nove diſc. 12. Andlo lib. 1. c. 4. 5. 6. 7. Barclay. 4. contra Monarchom. 13. Elias Reuſnerus libr. 1. Iſag. de aquila Roman. Sturcius de imp. Ger. c. 1. Puteanus lib. 6. hiſt. Inſ. inf.* Quis ergo improbos iſtos patienter audiat, quales ſunt Andius ſine Bono *lib. 1. reip. c. 8. n. 87. c. 9. n. 122. lib. 2. c. 6. nu. 223. lib. 4. c. 2. circa fin. & in meth. hiſtor. cap. 6. 7. P. Gregorius 6. reip. cap. 13. & lib. 11. P. Coſtalius lib. 1. adu. p. 1. ad l. 32. ff. de ll.* qui non modo authoritatem Imperii furcillant, ſed & eodem quo cadaver loco habent. Hic enim impurus Fernandi Vaſquii vomitus eſt, dum Rom. Imperium emortuo Orlandi furioſi jumento æquiparare ſuſtinuit. *in præfat. lib. 1. qq. ill. n. 62.* Ignoſce tamen, pulcerrimum Imperiorum, & luteos pedes intruens ruinam Orbis cum tua lamentator. Urbs cum Urbe, Princeps cum Principe, hi cum iſtis capita arietant ut nemo dubitet ex his diſcordiarũ favillis brevi oriturum tremendum iſtud incendium, quo omne hoc quod oculis uſurpamus in perpetuos ignes iturum eſt. Interim in aliquali unione ordinũ ſalus conſiſtit; qua rupta, (humanitus loquendo) univerſum collabaſcat, *ſicuti nõ vaneominatus eſt Carol. IV. in præf. Aur. Bulla.* Coite ſolum, viri Principes, & trepidabunt vires veſtras exteri, quib. ob inteſtinas liticulas vileſcere cepiſtis. Tollite Thuſca illa jurgia, & videbitis neq; terrarum orbem neq; cunctas gentes conglobatas movere, aut contundere imperium hoc poſſe, *veluti Criſpus orat. ad Cæſ. vero augurio præſagivit.* Quinãm vero & quotnam imperii ſtatus ſint, omnes politicorũ libri farti ſunt, tenorque matriculę cujus hodie in manu. Origo talis: Sicuti libera & florente Rep. populus Roman. regem eſſe jubebat, ſic poſteriore ęvo Princeps, Dux, Comes extitit; quem Cæſar talem fecit, *Schönborn. 5. polit. cap. 15. Choppinus 3. doman. Franc. tit. 26. Cravetta conſ. 982. nu. 11.* cum enim tituli iſti adminiſtrationis primitus eſſent, vertente ſeculo patrimonii nomina effecta ſunt, jurisdictioque ipſa patrimonialis, *Ioach. Stephani lib. 1. de juriſdict. cap. 3. num. 37. Coleri de proceſſ. execut. p. 2. c. 1. num. 140. Matth. Stephani 1. juriſdict. cap. 38. num. 40. Knichen de ſubl. jur. terr. c. 1. num. 34. & 2. de veſt. pact. c. 5. n. 129.*

quod

quod idem Knichen Ottoni III. imputat. *d.c.* 1. *n.* 104. vide Helmold. 1. *Chron. Sclau. c.* 10. *Krantz. lib.* 2. *Sax. c.* 29 *lib.* 4. *c.* 16. verius Carolo Magno, quem constans scriptorum consensus est, maluisse certas dare provincias, ut sibi magis devinciret, quam omnia retinendo semper de summa Imperii periclitari, *Vulteius præfat. lib. de jurisd. Cujac. lib.* 1. *de feud. tit.* 1. *fol.* 658. Status autem isti duorum ordinum sunt, ecclesiastici & seculares, *Knich. de non provoc. c.* 2. *num.* 1. Etenim quia firmissima Christianæ politiæ præsidia sunt Sacerdotium & regnum, *Choppin.* 3. *doman. tit* 29. *num.* 3. maximaq; Dei dona, *Novell.* 6. *in princ.* ideo à sacri Imperii regimine sacer ordo excludi non debuit, eó quod utraq; qualitas eidem simul & semel inesse possit, Rex Aarius idemque sacerdos, *Gregor lib.* 2. *hist. Rom. fol.* 191. P. *Aerodius libr.* 1. *rerum judic. t.* 4. *c.* 12. *Minadous in constit. regn. verbo, comitum. n.* 48. *Raudens. de analog. c.* 3. *A. Robertus lib.* 3. *rerum judic. c.* 1. *Gail* 1. *O.* 30. *Heigius* 1. *q.* 4. *nu.* 57. *Hen. Goden. cons.* 30. *n.* 16. *Mod. Pist. cons.* 49. *vol* 2. *Surdus cons.* 275. *& præcipuè Bertrandus de orig. jurisd. eccl. & secul. q.* 3. non secus ac Franciæ Patritii (les Pairs vocans) ex eadem mixtura atte perantur, *de quibus vide Choppinum lib.* 2. *de sacra politia, tit.* 1. *n.* 9. *& t.* 6. *n.* 19. *lib.* 3. *de doman. tit.* 7. *&* 8. *Tilium lib.* 2. *de reb. Gall. Hotom. in Francogall. c.* 17. *Lupanum de magistr. Franc. lib.* 1. *Pasquier. lib.* 2. *des recherc. Guagin. lib* 4. *histor. c.* 1. *&c.* considerantutq; non ut puré eccl siastici sed ut principes Imperii, *Gail.* 1. *O.* 3. *&* 1. *P. P. c.* 8. *n.* 7. *Mynsing.* 5. *O.* 58. *Ioach. Steph.* 4. *de jurisd. c.* 2. *n.* 55. *Choppin.* 2. *de sacr. polit. tit.* 1. *n.* 7. *Molin. cons. Paris. tit.* 1 *in princ. n.* 71. *Quetta cons.* 71. *n.* 2. *Zasius cons.* 14 *n.* 114. *lib.* 1. *M. Ant. Peregr. cons.* 1 *per tot. Boër. decis.* 264. *n.* 4. Hinc onera Imperii portant & collectas solvunt, *Sixtin.* 2. *regal. c.* 14. *n.* 127. *Chassan. cat. glor. mund. p.* 5. *cons.* 24. *n.* 162. *& ad cons. Burgund. tit. de justic. n.* 8. Cæsallos *commun Q.* 415. 576. *Molin. cons.* 11. *&* 12. homagium ut alii Imperatoris vasalli præstant, *c si episcopus. dist.* 18. *Gail.* 1. *p. p. c.* 8. *num.* 8. *Alv. Valasco consult.* 100. *n.* 6. *Schurff. cons.* 72. *vol.* 1. *Chopp.* 2. *doman. tit.* 10. *n.* 9. convenium & conveniuntur in Camera, *Gail.* 1. *O.* 30. *n.* 2. *&* 37. *n.* 10 *lib.* 1. *d p p. c.* 8. *n.* 8. *Mynsing.* 5. *O.* 58. ibidem ad pœnam sanguinis & vindictam agere possunt, *Mynsing.* 2. *O.* 51. *Gail.* 1. *p. p. c.* 8. *n.* 12. appellaturq; ab iis ad Cameram, non Romam indicta aliquoties 100. marcarum auri mulcta, *Ord. Cam. p.* 2. *tit.* 1. *&* 7. *Gail.* 1. *O.* 30. *Mynsing.* 5. *O.* 93. *Symph. tom.* 6. *fol.* 242. 253. *Cacheran. decis.* 30. *M. Ant Eugen. cons.* 40. *n.* 15. *Jason. cons.* 123 *vol.* 1. *Ruckerus inter cons. Cantiunc.* 14. *Quetta cons.* 71. *n.* 2. *Natta cons.* 487. *num.* 37. *Benbellona lib.* 1. *de pace relig. c.* 15 *pag.* 169. *Guilh. Scipio lib.* 1. *decis. cam.* 59. 60. *Til. de Benig. pentec.* 1. 1. *O.* 39. Ordini sacro sexum fœmineum adde, quia antistitæ principes pro statibus Imperii vigore matriculæ habentur, *late Hering. de fideiuss. c.* 7. *n.* 58. *Ruland de commiss. p.* 1. *l.* 1. *c.* 29. *n.* 6. nec desunt magni numeri & nominis scriptores & sequioris hujus sexus capacitatem etiam in summo dominatu decore tu ntur, *Casus* 1. *Sph. civ. c.* 3. *&* 8. *Greg.* 7. *Rep. c.* 11. 1. *Rolbach. de sex. fœmin. c.* 16. *Tiraq. de jur. prim. q.* 15. *Chopp.* 3. *doman. tit* 1. *Camill. Borellus de comprom. §.* 2. *glos.* 4. *n.* 13. 14. 15. *Mynsing. dec.* 4. *cons.* 32. *n.* 20. *Oldend. consil.* 5. *n.* 105. *vol.* 2. *inter Marp.*

Conclusio IV.

Hi enim quamvis in suo territorio summa vi polleant, decoré tamen ab eodem capite dispensantur velut magni corporis invicti artus.

Dignitas certe Imperii procerum ingens est, & quot status tot gemmas in ista Imperii purpura habes. Circumsident nimirum medium suum Solem radiantia ista lumina velut per singulos orbes siggillatim dispersa. Hinc frequentes istæ & parietariæ formulæ. Principes, Comites, Civitates tantum posse in suo quantum Cæsar in universo, *Alph. Moditius §. lex dub. 101. n. 16. Borell. de compromiss. §. 3. glos. 1 nu. 45. Scipio Gentilis 3. de jurisdict. c. 18. Rauchbard. 1. q. 11. n. 28. Nic. Fassas. de astim. c. 7. num. 37. Anton. Sola ad cons. Sab in procem. glos. 3 num. 9. Pancir cons. 9. n. 2. Menoch. cons. 75. 250. 302. 305. 604. Surdus consil. 127. num. 4. Barbat. consil. 34 vol. 2. Natta consil. 179. 454. 587. Cacheranus decis. 88. 139. 155. M. de Afflict. decis. 361. n. 3.* Salva tamen majestate & reservatis Imperatoris, ohne Schmälerung der Kays. Hoheit vnd Reservaten. R. A. *anno 76. §.* dadurch denn. *Arnisæus de jur. major. 1. 65 num. 20. Sixtin. 1. de regal. c. 5. n. 121. Forster. de succes. ab intest. c. 34. num. 32. Randens. resp. 1. num. 263. lib. 2. Parlador. 2. rerum quotid. c. 1. num. 17. & seq. P. Ant. de Petra de jur. quæs. c. 21. n. 29. 36. Bonus á Curtil de nob. p. 1. n. 218. Schonborn. 5. polit. a cap 11. ad 18. Paurmeist. 2. jurisdict. c. 1. num. 38. vide Responsum 1. in caus. Finar. n. 14. Respons. 5. Respons. 4. num. 46. Responsum 5. n. 3.* Superioritas enim ista est quasi innatus character, & ab Imperatore is potestate ut inseparabilis sic incommunicabilis, *Carel. de Grassal. lib. 2. regal. Franc. c. 14. Tapia de const. princ. rubr. c. 4. n. 14. Covarr. pract. qq. c. 4. num 1. Chopp. 2. de doman. tit 9. n. 1. & lib. 1. de ll. Andium c. 3. n. 14. Petra de jur. quæs. c. 17. 22. 32. Arnis. 2. jur. major. cap. 2. Roland á Valle consil. 2. num. 97. vol 1. & consil. 80. n. 2. vol 2. Ancharan. consil. 310. Cabedo decis. 11. 12. 40. 41. p. 2.* quod vel inde liquet, quod per infeudationem plenaq; habent quæ habent, & sic nomine & auspiciis Cæsarem exercent, *per l prohibere. §. plane ff quod vi aut clam. Iohan Vinc. de Anna alleg. 44 n. 6. Moditius §. Senatusc. dub. 5. num. 3. Crav. cons. 20. 615. Menoch. cons. 37. n. 378. n. 66.* Unde suæ se majestatis subjectissimos nuncupant. *Sixtin. 1. regal. c. 4.* ipsique velut pia membra suo capiti congeniculant, als deß H. Römischen Reichs obern Haupt/ deß Reichs wachenden Haupt/ *Aur. Bull. tit. 2. R. A. anno 66. §.* demnach in *anno 76. §.* was dann den ersten. Etenim sicuti Justinianus vir. illustres senatoresq; partem sui corporis agnovit, *l. quisquis C. ad leg. Jul. majest.* ita Cæsar procerum conventum, dum ait: Haben vns mit den Reichsständen gleich als ein Christlich corpus vereinigt vnd vertragen. R. A. *anno 1512. in princ. pulchrè Thuanus in præf. lib. 2 hist.* Cur autem princeps comparetur capiti; *vide Plutarch. lib. de doctr. princ. & Ant. Guevar. lib. 1. horol. princ. c. 36.*

Conclusio V.

Definio eos qui Imperii matricula comprehensi, ut Cæsari de usu Imperii in comitiis differenti, consilio consensu pro temporum varietate adsistant.

Finitionem scripsi ex Gailio 1. O. 21. n. 2. *Paurm. 2 jurisd. c. 6. n. 2. 3. M. Steph. 2. p. 1. c. 4. n. 27. Knich. de Sax. non prov. c. 2. n. 1. Spring. de pace relig. c. 10. Schurff. cons. 72. num. 22. vol. 1.* Quisquis enim tabulis imperii publicis comprehenditur, pars regij istius senatus censetur. Plane sicut matricula militem aut cohortalem, *l quicunque C. de hortal. l. 2 3. C. de commeatu. l. 3. C. de falgamo.* itemq; civem & studiosum, *Bart. & Bald. l. fin. C. de rebus cred. Decianus cons. 66. n. 55. vol. 3. Mascardus conclus. 1297.*

sic

sit hic imperii codex terrestrium numinum nomina signat, *vide P. Fiderum 2. de proces. c. 67. n. 4. M. Stephani lib. 2. p. 1. c. 4. n. 37. 45. Til. de Benign. decis. cam. synt. 1. dec. 1. v. 2. n. 1. & synt. 2. dec. 4. v. 1. n. 14.* Sed cum inter fori peritos adhuc disceptetur, quomodo fugitiva aliqua matricula imperii á nativa, germana, justa, distingui debeat, sicuti planissime de hac re loquitur *Cothmannus cons. acad. 47. num. 50.* inquirendum breviter, quænam sit vera matricula, & quidnam ut probet, requiratur. Notæ ejus suar, ut scriptura publica & authentica, *Speculat. tit. de instrumen edit. §. restat. Tilem. de Benign. decad. 4. vot. 1. n. 21.* ut ordinum aut superiorum authoritate facta, *Denais. tit. 191. §. 9. Alciatus reg. 3. præs. 17. n. 5. Mascard. concl. 1037. n. 6. Meichs. tom. 3. decis. 6. n. 11. & 13* ut ex archivo publico deprompta, *c. ad audientiam. de præscript. Hieron. de Monte tr. fin. regund. c. 62 num. 3. Decius consil. 468. Rom. cons. 165. & 344 lib. 1. Nicol. de Passerib. lib. 1. prin script. q. 3. n. 6.* veluti in imperio ex Cancellaria Moguntina, sicuti hujus præjudicia & testimonia in causa exemptionis allegat *Ruland. de commissar. lib. 5 p. 2. c. 4 n. 11. 12 & c. 8 n. 10. c. 24. n. 7. Til. de Benign. synt. 2. dec. 4. vot. 1. num. 24.* Hæc si concurrant, præsumptionem pro se habet onusq; probandi in adversarium amolitur, *Bartol. l. Matriculam. C. de agent. in reb. Iason in l. Barbarius. n. 56. ff. de off. præt. Gail. 1. O. 21. num 9. Wintzler. de collectu. obs. 9. Mascard. concl. 1037. n. 1. Til. de Benig. de dec. 4. vot. 1. n. 15. Gilman tom 1. p. 2. art. 11. vot. 4. n. 14. & tom. 2. p. 1. v. 7. n. 4.* processusq; inde in camera decernuntur, *idem tom. 1. p. 1. tit. 3. v. 3. n. 1. Meichsnerus tom. 3. v. 6. n. 22.* pluraq; refert judicia *Gilman. tom. 3. verb. Matricula. fol. 148. ubi addit anno 507. Octob.* in pleno senatu esse conclusum hujusmodi descriptionibus statuum á fiscali productis standum esse contra eum qui se imperio eximere conatur, & mandatis sine clausula coercendum: nec opus esse ut ad omnes causas repetatur, sufficere semel productam, sicuti idem reperit, *t. 1. p. 2. tit. 11. v. 4. num. 25. & tom. 2. p. 1. v. 7. n. 9. Meichsn. tom. 3. v. 6. num 76. Guil Scipio lib. 3. decis. Spir. 32.* ubi pluta præjudicia, *Til. de Benign. d. dec. 4. n. 25.* Variantes autem video matriculas, nec ejusdem undequaque tenoris. Nam qui vetustissimas descriptiones & postea tempore Friderici consignatim anno 1397. & rursus anno 1467. Norinbergæ, anno 1471. Ratisbonæ, anno 1486. Francofurti, anno 1488. Norinbergæ, anno 1505. Coloniæ, anno 1510. Augustæ, anno 1521. Wormaciæ, cæteraque inter se contulerit, in novum orbem veniss e, novam gentem se invenisse putabit. Quapropter ut in isto labyrintho procurator fisci, & judices Imperii, reliquiq; logographi certa ducerentur via, illa demum (quæ anno 1521. elaborata) velut melior, consilio consensuque Ordinum facta, & unice sequenda commendata est, donec moderatorum judicio emendetur, R. A. *anno* 1551. §. Nach dem auch. *anno 66. anno 76. §.* Wann auch. *anno* 82. §. Wann auch. *anno* 94. §. Wann auch. *&c. Denaisius tit. 191. §. 9. Knichen in Epopsin. 305.* Extat & adhuc alia statuum per quaternas familias divisio, quæ quia crebrius in vitris quam libris cernitur, quando & á quibus facta sit, per temporum nebulam arbitrari non licet, *vide Munsterum 3. cosmogr. c. 18. Goldastum tom. 1. constitut. fol. 35. Knichen. 1 jur. territ. nu. 104. Onuphr. tract. de comit. Imper. Andlo lib. 1. c. 16. Paurmeist. lib. 2. c. 10. num. 24.* Sicuti autem ea ad pompam & ostentationem Imperii facta, sic recentior ista statuum in Circulos redactio, expeditior est aptiorq; ad subitum usum: de qua circulorum institutione, onere, & opere vide R. A. *anno* 1500. §. der erste. *anno* 1512. §. darauff. *anno* 1521. §. die andern, *anno* 1522. *rub.* hernach folgen. *anno* 42. §. dieweil aber, Denais.

tit.62.Ruland.de commiss.p.1.lib.5.c.4 n.54. M.Stephani lib.2.de jurisd.p.1.c.4.n.46.65. Paurmeist.lib 2.c.2.n.58.Knich.de Saxon non prov.c.2.n.2. Secundum matriculæ igitur tenorem ad Comitia Imperii circulorumq; conventus evocantur, & qui in isto sacro consessu pedem figere audet, supra profanum vulgus est & pro statu habendus, *Gail.1.O.21.n.9.Meichsn.tom.3.vot.6.nu.27. M.Steph.2.p.1.c.4.n.45. Ruland.de commiss.lib.5.p.2.c.44.n.55. Fichardus cons.77.n.10.tom.1.* adeó ut unico actu comparendi & consultandi in comitiis, quasi possessio status Imperii acquiratur, sicuti hanc materiam ex professo tractat *Anonym.Cameræ advocatus cons.66 itemq; Gremp.* & zum Lamb *in consil* von der Erbarn Reichsstätt Session vnd Stim/ *Knich.de jur.territ.c.3.n.164. ex Decian.cons.84.n.27.vol.5.* Finis istius conventus est, ut non solum summo principi adsistant, sed etiam consensum suffragentur, *sicuti liquet ex constit. Frid. de incendiar.anno* 1187. *& communi subsequentium diætarum stylo*, wir mit jhnen/ vnd sie mit vns/ *&c.* His enim verbis evocari solent, Jhr wöllet erscheinen neben vnd mit andern Reichsständen / helffen handhaben / rhaten vnd beschliessen Neq; hoc Bodine, Imperatoris nostri majestatem imminutum it. Ne Iovi quidem suum consilium satis esse sine Nemesi, sine Themide voluerunt cœli cives, *Seneca nat.quæst.edit. Lips.fol.702.* Magna negotia magnis adjutoribus egent, neque vitio datum Atlanti, quod Herculem in laboris communionem admiserit: Non Agamemnoni, quod Nestorem: nec Æneæ, quod Palinurum. Verba Henrici IV. Imperat.ad Elector.Colon.pulchra sunt, decora, & intexenda: In maximis negotiis maximorum opus est consiliis: qui & facultatem habent exterius & voluntetem interius, ut rei cui bene cupiunt, consulere & velint & possint: refert Reuber. *tom.vn.rer. German.fol.195.* Tempore Theodosij & Valentini cum sine dubio Romana nostra monarchia orbem in Triumpho ferret, Humanum tamen sanxerunt Impp. ut nulla lex generalis recitaretur priusquam tum Proceribus Palatij, tum universo patrum conscript. cœtui probaretur, *l.8.C. de legib. Clapmar.1. de arcan.cap.14. Iason.ad l placet.C de SS.eccles. Padill.in l.si univers.C.do div. rescript.* Et quid contendimus? Num quid toto jure civili ab omni Rom. ævo Pragmaticas sanctiones, hoc est, consilii consensu facta rescripta legimus? quibus sacra affatus, purpureæ annotationes, & privata proprio Principum motu indulta opponebantur, *l.6.& 7. C.de divers.rescr.l. ult.C.de prox.scrin.l.jubemus, C.de SS. Eccles.l.fin.C. si cont.jus.l.unica.C.de monopol. l.meminimus.C.de præd.tamiacis. l.4 C.de domesticis. l.non aliter.C. de patr.sacr.largit.* Nunquid antequam Senatusconsulta impetrarentur, orationes in Senatu suadelæ causa Principes habuisse palam est? *Brison.1.select.antiq.c.16. Tacitus 2. annal. Gothofred. ad l.16. de ritu nuptiar. lit.b.* Omnium regnorum consuetudine parili firmari posset mos noster, nisi aliorum schedia exipilare verecundaret. Firmissimum certé Imperium est, quo obedientes gaudent. Quid enim definis Imperium? an absolutam istam Belgici incendiarii tyrannidem, Per barbam hanc juro, fiet? Veniet tibi in mentem Franciæ tuæ, ubi simula infelix adolescens curiæ suæ dicebat, *Ie veux estre obei*, quot lanienas, quot parricidia, quotiens undantem per compita sanguinem ipsemet tremuisti? Inverto igitur & Imperii nostri majestatem inde corroboro, ubi Princeps tanto illustrior, quanto liberioribus & melioribus præest, *Novella 15.§.nos igitur. Æn. Sylvius in descr German.cap.30. Scipio Amiratus lib.2. disc.8. Vasquius præf. contr.2.n.26. Arumæus de jurisd.q.1. Knichen.de jur. territ.cap.1.& non prov.verbo, Ducum.c.1.n.27. Natt.cons.637.num.35.& 638.n.11.*

Nevi-

Nevizanus inter conſ.Bruni 12.*n.*58. Quo Maximiliani I.Eʼogium ſpectat,Imperatorem Germaniæ eſſe regem regum; Hiſpaniæ hominum: Galliæ, noſtri reliqua. an verò conſenſus iſte majori ſtatuum parte mentiendus ſit,ſæpe diſputatum fuit, ſed diſſipato ſemper conſeſſu. Vetus equidem Comitiorum formula erat, Numen Senatum, itemque Hæc pars major videtur,*Cic.*8.*famil.*8.*Fabius declam.*385.*Liv.* 7.*V.G.Seneca de vita beata, cap* 2. nec immerito, propter naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem, *l.item ſi unus.*§.6.*ff.de recept.arbit.* quę ſperanda eſſet unquam concordia, niſi parte(præſertim collegii aut univerſitatis,de quo loquimur) majore minor vinceretur? *l.*7.§ *fin.ff.de pactis. l.*17.§.*vlt. & l.*18.*ff. de arbitr. l.*3.*ff.de decret.ab Ord.l.*3.4.*ff quod cujuſq; univ. l.quod major.ff.ad munic.l.*15.*C.de decurion. l.* 160.*de R.I.l.*6.*C.de muner.patrim.Coraſ.*1.*Miſcell.*15.*A.Faber.lib.*1.*C.tit.*7.*defin.*2.3. *Anton.Maria Corat.lib.*2.*com.opin.tit.*8.*n.*26.*Vanius de null.ex def.mand.n.*151. *Bendrus de reviſ.concl.*4.*n.*69.*Wintz.l.de collect.*O.6.*Bern.Diaz.reg.Major.pars.Macagnanus Azzoguid.*3.*comm.opin.c.*6.*n.*5.*c.*7.*n.*21.*c.*10.*n.*16.17.18.19.*Azevedo ad conſtit. Hiſpan.lib.*2.*tit.*4.*leg.*7 *n.*1.*E.Soarez lit.M.n.*10.*Pacian.*2 *probat.c.*43.*n.*72 *Maſtrillus deciſ.*49.*n.*7.*Cacher.deciſ.*39.*n.*2.*Teſſaurus deciſ.*1.*n.*8 *F.Marc.deciſ.*489.*n.*4.*lib.* 1 *Cabedo deciſ.*6.*n.*4 *p.*1.*Vinc.de Franch.deciſ.*179.*Capic.deciſ.*4 148.152.*Guid.Papa dec.*424.*Affl.deciſ.*1.*n* 4.*&c.* Nec generatim hoc ullus abnuit: ſaniorem enim partem ſumilicere Hoc faciunt ſtulti,in ſchola Catonis: id ſolum confœderati conſideradum humillime rogarunt,An in actibus puri puti arbitrii voluntas noſtra alterum nutu ſtringi debat? *gl.cum omnes.de conſt. Moditius* §.*plebeſcitum dub.*54.*n.*4. *Crav.conſ.*379.*n* 7.592.*n.*20.*Natta conſ.*215.*n.*5.*Ceph.conſ.*176.*n.*41. An promiſſiones alienæ aut facti alieni tertium ligent? *Felinus c.cum omnes.de conſt.gl.in l.*2.*C. quæ ſit long.conſ.Gremp.& Aguin.d.conſ de ſeſſione & vot.civ.Imper.* An imponendo onera,collectas,gravamen,inopiæ noſtræ præjudicium creari poſſit? *Erenberg. de rei ſubſeq.c.*5.*n.*53.*Crav.conſ.*379.*n.*3.388.*n.*19.*Loſæus de jur.univ.p.*3.*c.*9.*n.*11. *Anonym.Cam.adv.reſp.*66. *Beſoldus de erario c.*4.*n.*2. An majore parte contra utilitatem aut libertatem publicam ſtatuentem minoris ſententia repudianda? *l.*1. *C. de vet.jur.enucl.Lactant.lib.*2.*c.*20. *Senec.de vit.beat.cap.*2.*Plinius* 2.*epiſt.*12. *Marta p.*4. *de jurid.cent.*1. *caſ.*8.*n.*7. *Ripa p.*2.*reſp. Nevizan.conſ.*12.*n.*116. *Bald.conſ.*318.*vol.*3. Annon in re communi potior conditio prohibent.s? *l. Sabinus, ff. de comm. divid. Coſta tr.de quota & rata quæſt.*55.*n.*8. *Bodin.*3.*rep.cap.*6.*n.*317.*Marta p.*4.*cent.*1.15. *n.*17.*Oldrad.conſil.*34.*Schurff.conſ.*8.*n.*6.*vol.*2. An denique in juſtitiæ & religionis negocio certa ſuffragiorum multitudine tollendum,quod tam tranſactione Paſſavica, quam aliis receſſuum beneficiis indultum eſſet? veluti olim conqueſtus elector Mauritius,Sleidan.24.cum fraus legis ſit,per indirectum admittere quod directo conceſſum, Knich.*de non prov.c.*2.*n.*81. ſed ſatis. Quæ enim ſanctiſſimo orbis concilio definiri non potuere, quis profeſſo ſtilo prolixius ventilet: Pro temporum varietate,in theſi addidi. Cum enim natura novitatis avida ſit, omniſq; ſtatus noſter in perpetuo motu conſiſtat, non erubeſcimus correctiorem prioribus imponere legem? *Novella* 22 *præfat.& Novell.*7.*c.*2.*Novell.*39.*in præfat.Novel.*84. *Novell.*69.*c.*4.§.2.*Novell.*85.*præfat Novell.*127.*præf.Novell.*145.*præf.*ut ſic humanæ naturæ incertum certis regulis concludatur, *l.dedit* §.18.*ff.de conſi.digeſt.l.*12.§.*fin. C.de reb.cred.l.*37.*C.de inoffic.teſt.l.*13. *&* 16.*C. de uſufr.* Sileat ergo viperea Lipſii dictio, dum Germanorum Comitia jam viperas, jam inf.uctuoſa molimina appel-

litat, *in not. ad lib. 3. cap. 5. polit. & cent. 3. ad Belgas epist. 73. adde* Krantz. 11. *Vandal. cap. 7. 35.* Quamvis enim disputent sapientes, An fas sit abrogare leges, *Aristot. 5. Ethic. cap. 7. Patricius lib. 1. instit. reipub. tit. 5.* tamen cum evidens utilitas postulat, quis prohibeßit antiquatis veterum statutis meliora aptare ad præsentem usum? *l. 32. ff. de legib. l. 2. ff. de constit. princ. l. 5. ff. de decret. ab ord. l. 137. ff. de verb. obligat. Rauchbard. lib 2. quæst. 11. num. 119. Æneas Sylvius de ort. & auth. Imper. c. 21.* Nec tamen, audire serpentes Epidaurei, legem Imperii nostri centesima parte æquant Gallorum centmilleloix, Monsf. Montagne *lib. 3. des essais. cap. 3.* nec Hispanorum Partira aut Taurinas, neq; Placaeten van de Ordonance in Belgio tuo. Sic præcedenti spectatur mantica tergo.

Conclusio VI.

Floridum Corpus! & quale futurum nisi pleriq; obediendi tædio plane se abstraxissent, aut etiamnum statuum potentiores reliquos deglutirent ac exemptum irent.

Magna regna magna latrocinia sunt, ait Hipponensis *præsul. lib. 4. de civ. Dei. Petra de jur. quæst. c. 2. n. 5. Marta p. 1. c. 4. n. 28.* quia insita mortalibus dominandi cupido est, & in summâ fortuna æquius, quod validius. Sua defendere privatorum: de alienis certare regia laus cluit, *videris Tacitum 15. annal.* Ius ibi violandum, si violandum, *Sueton. in Iul. Dio lib. 52. Senec. in Theb.* Hinc non solum pisces sæpe minutos magnus comest, ex Varrone Lipsius 1. *de const.* sed & contra Leo quandoq; minimarum avium fit pabulum, *in Curtio lib. 4.* adeo ut hodie verius in quosdam uteretis voce istâ vetere, *Si aliena reddere cogantur, ad casus esse redeundum.* Nam Leo ubi pedes figit, cætera animalia quiescunt. *Arian. 3. dissertat. cap. 1. Catiunculæ cons. 3. n. 19. Knich. de jur. terr. c. 4. n. 37. Reinh. Cors. de privat. reconu. c. 7. §. 22. Cupicius decis. 27. n. 35.* Finium scilicet regundorum actionem instituere quandoque solent Gerytones; sed, ne videantur causidici, sine decempeda Solonis. Conquestus ea junctim est Imperator. Daß das H. Reich an seinen Gliedern nicht allein von frembden Potentaten mercklich geschwächt/ sondern daß sich auch etliche selbst davon absündern/ viel Prælaturn/ Graff. vnd Herrschafften/ auch Fürstenthumben durch allerley mittel davon entwendet/ zertheilet vnd dermassen zertrennt/ daß man jhrer anschlag nicht habig seyn kan/ ja auch gantz auß der Matricul verlohren werden. R. A. Anno 1570. §. als wir dann weiters & Anno 548. §. dieweil auch etliche. Hæc principatuum κενόφωνα Poëta intellexit,

Et fluvios cogunt vndâ coëunte minores.
In nomen transferre suum. Claudian in bell. Getic.

Qui tempore & aquâ turbidâ uti potest, sapiens pol audit: nec é Phœbi cortinâ prodiit oraculum circumspectius isto Orthonis, *Transitus rerum conatibus opportunes esse.* Quocirca Politicorum sancta instructio est, semper vicinos potentes occultissime odiorum semina spargenda, ut ipsis bellorum clade attritis tuis interea rerum tuarum satagas, si non ad potentiam, saltem ad securitatem: *vide Boditum 5. rep. cap. 6. n. 588. Clapmar. 4. de arcan. c. 11. & lib. 5 c. 11.* Scipionem Amiratum *lib. 20. discurs. 10.* Talis animi & indolis Philippus Macedo, qui velut é speculâ omnium libertati insidians civitatũ contententiones alendo, auxilium inferiotibus ferant-

ferendo, victos pariter victoresq; regiam subire servitutem coëgit, *Iustin. lib. 8 hist. in princ.* Et utinam hodie non idem conatus in herbâ! Sed quia factionibus istis non solum res publica læditur, *l. 21. §. 1. ff. de captiv. & postlim. Schönborn 7. polit. c. 11. Lipsius 6. polit. c. 3. Camer. medit. hist. c. 84. Scipio Amiratus lib. 20. disc. 6. Monsd. de la Nove disc. 2. Clapmar 2. arcan. c. 12. P. Greg. 23. de rep. cap. 3. 4.* eleganter *Boërius tr. de seditionis:* sed etiam fama dominantis, si vel minimorum curam seponeret; hinc non solum aut quitus provisum, Ne potentiores reliquos injuria adficiant aut opprimant, *l. illicitas, §. 2. ff. de offic. præsid. l. 9. §. 5 ff. de offic proconsul.* sed & Cæsar optimus augustissimo prætorio mandavit, ut status inferiores in possessione libertatis defenderet & spretâ subiectionis exceptione pro libertate audacter pronunciaret: extat apud *Gilman. tom. 3. verbo, Nobilitas. §. der Fränckischen. fol. 235.* Imitatus auream Divi sui antecessoris vocem, Tam nobis curæ est eorum, qui reguntur libertas, quantum & benevolentia ac obedientia eorum, *l. Imperator. 25. ff. de appellat.*

Conclusio VII.

De prioribus nihil dicam, utpote, qui Imperii habenis excussis, non nisi Imperii stimulis & armis ad obsequium redigi possunt.

Lis hæc est qualis olim Corbis & Corsuæ *in Livio* 38. quæ nullum alium Deorum hominumvé judicem quam Martem ferre poterit. Quid ibi legibus opus, ubi legionibus res futanda? Veniendum ad arma, ubi locum invenire justitia apud adversarium non potest, *cum Cassiodoro lib. 3. var. 117.* Veruntamen cum injusto bello nil fœdius, *c. 23. q. 5. Arist. 3 ethic. c. 7. Lipsius 5 polit. c. 1. 2. P. Faber 2. semestrium c. 2. Bellinus de re milit. p. 2. tit. 1. n. 11. Mornaus de verit. c. 16.* hostesq; imperii, tempore, quod memoriam superat, in possessione libertatis extiterint, pium ne erit temerariis eos stimulare armis, qui tam diuturna quiete contra imperium præscripserunt? Si camus per leges & annalium ætates, inveniemus nullum bellorum dici justius, quam quod pro rebus reputandis suscipitur, *c. 1. 2. caus. 23. q 2. l. 2. C. de his qui turon. l. qua restituere. ff. de rei vindic. Gail. 1. P. P. c. 3. n. 40. Mozius tit. ex quib. caus. feud. amit. n. 89. Covarr. c. peccatum p. 2. §. 9. n. 10. Lips. 5 pol. c. 4.* In Mavortio populo rebus raptis per clarigationem repetitis prima vox erat: Rem pop. Rom. redde, finibus egredere, *sicuti hanc fecialium formulam videbis in Varron. lib. 4. de L. L. Livio lib. 1. Halicarn. lib. 2. Plut. in Numa. Gellio 16. noctium c. 4. Stephano Pighio in fast. consul. fol. 30. 34. 39. 40. 90. edit. prioris. Alex. ab Alexand. 1. genial. c. 26. & lib. 5. c. 3. Coterano lib. 3 de jur. milit. c. 23. Farnesio lib. 3 de simulac. reip. c. 6 Ayala lib 1. de jur. belli. c. 1. Carolo Paschalio in legat. c. 56. Alb. Gentil 2. jur. bell. c. 2. Basio lib. 3. de repub. c. 3.* Nec interest an mox an ex intervallo, *Wesenb. in par. ff. uti poss. d. n. 6. Cujacius parat. C. de præscript. 30. annor. Quotta cons. 12. n. 4.* quia non deserta ob id belli causa, sed suspensa solũ non tempus: cum rem bello amissum bello repetere meræ facultatis, cui nulla præscriptio, ne Platonis quidem anno, opponi potest. Hinc lege Julia & Plautia cautum, ne rerum vi possessarum ulla unquam usucapio detur, *§. 2. Inst. de usuc. l. 33. §. 2 ff. eod. l. fin. ff. v. bonor. rapt.* cui conformis creberrima regula quod malæ fidei possessor nullo unquam tempore præscribat, etiam quot annorum myriadas possedisset, *c. vigil. & c. fin. extr. de præscript. c. possessor. d R. I. in 6.* Nec juvat quod successores in bona fide videantur esse, cum vitia possessionum á majoribus contracta perdurent,

rent, eoſq; autoris ſui culpa comitetur, *l. cum hæres. ff. de div. & temp præſ. l. vitia. C. de acq. poſſ. l. ſi ego §. partus. ff. de Publician. Fachin. lib. 1. contr. 66. lib. 8. c. 25. 27. Tiraq. de retract. conſ. §. 35. gl. 4. num. 35 Covarr. c. poſſeſſor. p. 2. §. 9. Cantiuncula conſ. 22. n. 3. Capra. conſ. 40. Calcan. conſ. 46. in fin. Gozad. conſ. 1. circ. fin. Menoch. conſ. 231. n. 32. Afflict. dec.* 240. Accedit quod ipſo jure civili in turbat one continua & durante nulla currat præſcriptio, ſed ſemper poſſit agi, quia ſemper durat & præſens eſt turbatio, etiam contra eum ad quem pervenit, *l. prohibere §. illud. ff. quod vi. Cujac. 5. Obſerv. 10. Weſ. d. l. Bar. l. 1 in princ. n. 10. & 11. uti poſſid.* Sed quæ vanitas eſt, præſcriptionem pro Imp. ſalutem inventam imperii hoſtibus in peſtem imperii ſubſternere? *per l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff de captiv. D. Dieterus de jumm. imp pot concl. 201. Zoannet. de Rom. imp. n. 114. 128. Alph. Caſtrenſ. de poteſt. leg pœn. lib. 2. c. 14. p. 752. & ſeq* Ut præteream veriſſimas iſtas, non quidem in Platonis politia ſed Romuli hodie tæc ſententias, *Omne utile honeſtum, Privatas injurias publica utilitate penſari, Licitam eſſe vim in ſpicu & manipulis, ut bonum pleno inde horreo protuberet.* Concludo igitur ſicuti in ſervum fugitivum, ſtigmatiam, ſubverbuſtum, manus injectio ſemp terna eſt, *Bartol. ad l ult. ff ſol. matr. Iaſon. l imperium n 4 ff. de juriſdiction.* ita quoq; in omne ævum Divus Auguſtis ſuas ab incubatoribus vindicandi provincias jus erit, *Felinus c. 10. cum non liceat. extr. de præſcr. D. Dieterus conl 206. Zan. de imp. n. 148. H. Gorichius de bell. juſt. prop. 9 Fridericus II. proceſſ. c. 67. n. 4. Schonborn. 5. polit. c. 7. Bodinus 1. de rep. c. 9. num. 125. Herm. Kirchnerus lib. 1. legati, cap. ult. contra A. Gentilem lib. 1. de jur. Bell. c. 23. & tr. de vet. cauſ. non reſuſc. Calefatus de equeſt dign. n. 138. Petra de jur. quæſt. c. 3. q. 4 n. 15. Ferrarienſ. tit. 2. gl. 10. nu. 48. & P. Iacob. in quid. append. rubr.* 34. *n.* 19. *Sixtin conſil.* 9. *Marp. n.* 21. *vol.* 1, Gothi Hunni, Vandali licet Romam longiſſimo ſeculo tenuiſſent, à Juſtiniano tandem i erum exacti ſunt, *l. 1 C. de offic. præf. prat. Novella 8. c. 10 Procopius de bell. Vandalic. lib. 11.* Eadem cauſæ benitate confiſus idem Imperator, Bonam, *ait*, ſpem habemus, quod Deus nobis annuat, ut cæteras gentes quas ſocordia ſua amiſerunt Romani, cum ad utriuſque Oceani terminos tenerent, iterum ditioni noſtræ adjungamus, *Novell. 30. c. 12.* Hoc exemplo ſanctus Magnus ejuſque ſucceſſores, Mauros & Sarracenos poſt 700. demum annum Iberia expulerunt, priſtinæq; imperi Roman. libertati reſtituerunt, *Bodin. 1. rep. c. 8. n. 48. Vaſquius 2. illuſtr. c. 81. n. 19* Nec ceſſavit æternæ famæ heros Gothofridus Bullonæus, qui diuturno veterno preſſa Chriſtianorum arma exacuit & in media Paleſtina ovans collocavit: *Theodor. à Niem de priv. & jur. imper. tit de exped. Hieroſol. Chopp. lib. 1. de priv. ruſt. c. 10. & lib. 3. de ſacra politia, t. 2. n. 11. & lib. 1. de ll. Andium, tit. 1. num. 2.* Quod bellum utinam ſepoſita æmulatiuncula communi Chriſtiani nominis ope reſtauraretur contra animorum ſimul & corporum hoſtem! *uti Iuſt. ait l. 1. C. de offic præf prat de que bello vide ſapientiſſimè M. de la Nove. d. ſc. 21. Achill. Traduc. ium in Turc vincib. Sturm tr de bell. Turc. Valeſco conſ.* 30. *n.* 8. *Cabedo deciſ.* 44. *n.* 15. *p.* 2. *Cacheranum diſp. unic. in fin. deciſ.* Exiſtimulet te, Imperator fortiſſime, Divi Juſtiniani claſſicum; Quousq; diminutam Romanorum terram conſpici concedetis? *Novell. 8. c. 10.* Audiit hoc & audiens fuit Barbaroſſa credens omne id perdere tempus,

Quo nihil adjectum regni proventibus eſſet.

Quid enim rationi convenientius, quàm ut

Cæſaris acciperet Cæſar, Romamq; teneret?

De cu-

De cujus magnanimitate vide Liguri num lib. 3. Otthon. Friſing. lib de geſt. Freder. c. 28. Goldaſtium tom. 1. conſt. imper f. 261. 263. 264. 265. Audiit Conſtant. IV. qui Romam ſibi reddi poposcit, *notante Sabellico Ennead. 8. lib. 8.* Audierunt ſtatus imperii, dum Pont. iugum excutere & á viliſſimi mancipi tyrannide liberare ſe concluſerunt. *Apud Avent. 7. annal. Boi. Goldaſtum tom. 3. conſtit. f. 414. & in replicu pro imperio cap. 20.* 31 Audiit Maxim. I. dum non ſemel in animo habuit jura imperii pontificatum q; eo pertinentem vindicare, *quemadmodum circumfertur epiſtola ad Baronem de Liechtenſtein/ anno 1511. 16. Sept. Erenberg de regn ſubſ. c. 1. n. 22.* neq; ipſa, quod Italia non habeat regem niſi Cæſarem, comprobare: *Bodinus l. c 9. M. Steph. l. 2. pag. 1. c. 1. m. 1. n. 29. D. Dieterus concl 203.* Nec plane obſurduit Carolus, dum Electorum literis inſtigatus ut caput imperii recuperaret, Facerem, reſpondit, niſi me religio deterreret, *vide Anamneſin de pontif. mut. conf. p. 34. Parthenium lib. 2 c. 3. n. 9.* Paulo fortius cum in comitiis conſuleret idem ipſe, Wie dem Reich zu ehren die Kron zu holen/ vnd das jenige ſo dem Reich entzogen vnd lange zeit in frembden handen geweſen/ widerumb zu erobern vnd zum Reich zu bringen/ R. A. *anno 1521.* §. vnd als wir Quod ipſum deliberavit ſæpiuſcule Maximil. II. durch was füglicher mittel anſehnliche Stände/ Land vnd Leute von frembden Potentaten entzogen vnd entfremdet wider herzu gebracht/ auch weitern anſchlägen vnd practicken begegnet werden möge/ R. A. *anno 66.* §. nach obgeſetzten. *anno 76.* §. wir haben auch ferners: *ubi etiam Principes* ein alte teutſche vertrewliche zuſammenſetzung zu leiſten ſich erbotten. Sequutus patris exemplum Rodolphus, ſerio cenſendum ordinibus propoſuit, daß noch andere mehr Lande jhrer Maj vnd dem H. Reich mit der that vorenthalten werden/ R. A. *anno 82.* §. wann nur neben. Viget vera in Capitulatione religio. daß die Güter/ ſo in anderer frembder Nation hände vngepürlicher weiſe gewachſen/ zum fürderlichſten wider darzu gebracht werden ſollen/ §. zu dem vnd inſonderheit. Arma tenenti omnia dat qui juſta negat. Quod problema fortius arbitror praxi archarum eliſivo articulo, *Non oportere revangare mundum.* Quæ enim ab imperio deficiunt, imperii hoſtes fiunt, *l. 14. ff. ex quib. cauſ. maior, l. 3. §. fin. ff. adl. Corn. de ſicar. Bartol. l. hoſtes. n. 15. de captiv. Zoannet. de Rom. imper. n. 85. Roſenth. cap. 10. concl. 35. n. 72.* Adverſus hoſtem autem æterna auctoritas eſto.

Conclusio VIII.

De poſteriori ordine quia in grave imperii præiudicium cedit & ſingula ferme Comitia fatigat, rodam ungues ut eruam.

I. Quid ſit exemptio?
II. An poſſint dari exemptionis cauſæ?
III. Quænam illæ?
IV. Quoniam articulatim probentur?
V. Et viciſſim quomodo fiſcus vindicias ire conſuerit.

Dixi paucis, quomodo exterorum atrocitate imperii purpura lacerata ſit. Præcipua dicendi ſeges jam naſcitur, quo inteſtino ſcelere reſiduus pannus mutiletur. Dum enim privatis quiſq; commodis inhiat, liberaſque provincias ab imperio eximere aut opprimere ſtudet, verendum eſt, ne quod univerſis nulla vi humana

fieri poſſet, ſingulis propria culpa contingat, ut ſe ſuoſq; prædæ alienæ lancinandos exponant, *veluti hoc graphice commemorat Goldaſtus in præfat. tom. 3. conſtit. imper. ad regem Anglum.* Optimi Imperatoris querelam audiamus, qui deplorat, Exemptiones increbeſcere ſanctumq; imperium diſcerpi magno ſuffragiorum & ſubſidiorum, virorum & vitium damno ac peſte: Die Exemptiones wurden zu gar gemein/damit dem H. Reich an ſeinen Gliedern/ ſeſſion, ſtimm/vermögen vnd hülffen groſſe zerrüttung vnd angang erfolgen thue/ R. A. *anno* 1570. §. als wir dann weiters. Ubi præjudicium imperio duplex ex exemptionum fonte ſtatuiens conjunxit. Primo, quod auguſta imperii celſitudo tritis illuſtrium fundorum invaſionibus depreſſa fœde evileſcat, *Zaſius de feud. pag. 9. Choppinus 1. de morib. Pariſ. tit. 2. n. fin. fol.* 116. Secundo, daß die anſchläge abnemen/ quod fiſcus contra ſui naturam tabeſcat, quo nil pernicioſus, cum neque quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque hæc ſine tributis haberi queant, *in Tacit. 4. hiſtoriar.* Unde Divi olim Auguſti non modo decorum cenſuerunt, ne quid fiſcus ſentiret diſpendii, *Novell. 27. c. 1. & 17. c. 1.* ſed & impoſſibile judicarunt, ut ſacris tributis velut nervis non illatis Reſp. conſervetur, *l. 1. §. 20. ff. de quæſtion. Novell. 8. cap. 10. Novell.* 149. *cap. 2. Novell. 161. c. 2. Leo Novell.* 52. Hinc ſevera iſta interdicta: Publicus ac noſter inimicus diverſis immunitatem dederat, *l. 1. C. Theodoſ. lib. 11. tit. 12.* & alibi, Tabulariis flamma erit ſupplicium, ſi cujuſquam ambitu immunitatem injuſtam profiſcantur, *l. 1. C. de immun. nemin conced.* Quam aptis noſtro inſtituto verbis, licet alio ſenſu, Juſtinianus! Lædi Remp. exemptionum multitudine rem ipſam angaſtis admodum terminis concludente, ut pauciſſimi exiſtimant qui publica munia ſuſtineant & agnoſcant, *in præfat. Nov.* 43. Páucitatem hanc Cæſarea propoſitio poſtremis comitiis ſatis decudavit, Daß *anno* 1521. in Wormbs zu dem Römerzug angeſchlagenen 4000 zu Roß vnd 20000. zu Fuß nicht der halbe theil der zeit von den Ständen deß Reichs richtig vertretten worden/ *anno* 1613. 15. *Aug.* §. zum 4. Jure ergo ſingula comitia fatigat, quando de reſtauratione matriculæ tractatur, wie deß Reichs Matricul an ſeinen entzogenen Gliedern/ Länd vnd Leuten ergäntzet/ vnd alſo die gemeine obligende Bürden deſto mehr erleichtert werden möchten/ R. A. *anno* 1541. § vnd wiewol jhr. D. A *anno* 71. §. vnd wiewol. R. A. *anno* 70. §. als wir denn. *anno* 71. §. weiters. *anno* 76. §. ſolchem nach. *anno* 82. §. 3. 51. 52. 56. *anno* 49. §. demnach wir auch zum 5. *&c.* Quibus verbis ſuctus reſtaurationis matriculæ attingitur, ut ſcilicet imperii onera facilliora ſint. Ratio à Juſtiniano relicta: Quod in multitudinem dividitur, onus inſenſibile propemodum facit qui ſuſtinent: quando autem per partes quidem ſe ceperunt albo eximere & occaſiones quærere quomodo liberi efficerentur, hinc privata aucta, publica imminuta, reſp. denique plena defectibus, plena injuſtitia eſt, *præfat. Novell. 38. l. 1. Cod. de immun. nem. conced.* Media ad hunc finem duo propoſita fuere. Primo, ut quidam quæſitores ſacramento ſoluti in conventibus provincialibus ſedulo diſcuterent, quænam ſint iſtæ ſeculorum nube obliteratæ provinciæ, ubi ſitæ & in cujus poteſtatem relapſæ, R. A. *anno* 44. §. damit nun dieſem *anno* 48. §. als auch durch. *anno* 76. §. darumb ſetzen. *anno* 82. §. 53. 54. *anno* 94. §. zum erſten/ &c. Secundo, ut repertæ aut vindicentur & ſecundum veteris cenſus fidem in ſua jura retrahantur, *juxta auram l. fin. C. ne rei dominica:* aut cum onere eximenti adjudicentur, R. A. *anno* 66. §. Wir ſetzen/ordnen/ vnd wöllen. *anno* 48. §. vnd als durch.

anno

anno 67. §. es sollen auch. *anno* 70. §. auff daß auch. *anno* 76. §. wenn auch in dieser/ &c. Et merito! Si enim exempti censum minui vellent, eximentes augeri nollent, quo res reditura esset, ubi certum imperii detrimentum, incrementum aliunde nullum speraretur? R. A. *anno* 70. §. als wir dann. *quod nervose tractat Iohan. Papon. lib.* 5. *arrestor. tit.* 11. *arrest.* 10. Quo demum peracto moderatio ex æquo & bono juxta arbitrium boni viri permissa & promissa est, R. A. *anno* 1524. §. *item* wiewol. *anno* 41. §. vnd nach dem wir auff dem. *anno* 44. § aber den Ständen. *anno* 48. §. dieweil aber. & §. wenn denn die. *anno* 70. §. als wir denn. *anno* 76. § zum dritten. & *seqq.* Æquitas nimirum jubet, ut diminuto territorio minuantur exactiones, & contra, R. A. *anno* 41. §. vnd wiewol jhr bitt. *l.* 2. *C. de alluvion. l* 1. 2. 3. *C. sine cens. vel reliq. fund. Iason l.* & *si contra ff. de vulgari. Costa tract. de quota & rata, quæst.* 103. *n.* 7. *Mynsing.* 3. *O* 34 *Gail.* 1. *O* 21. *n.* 14. 18. *Cravet. cons.* 195. *nu.* 6. Quemadmodum enim in provinciali jugatione collecta indicitur pro modo facultatum ad æs & libram, *l.* 3. *C. de annon. l.* 8 *C. de exact. trib. Bart. ad l.* 1. *n. C. de si perind.* & *l.* 1. *n.* 26. *C. de mulier. Fach. cons.* 11. *n.* 34 *vol.* 1. *R. I. Valle cons.* 66. *n.* 11. *vol.* 1. *Tapia in rubr. c.* 4 *n.* 43. *Fr. de Clapperiis cent. fisc. caus.* 4. *q.* 1. *nu.* 4. ita quoq; in publicis his contributionibus proportione Geometrica nihil justius esse potest, *Alph. Azeved. lib.* 9. *constit. Hisp. tit.* 17. *leg.* 1. *n.* 31. Eamq; ob causam sollicite Cæsar vetuit, ne quis ultra fas publicis tabulis census fiet, R. A. *anno* 48. §. dieweil aber. *l. fin. C. quemadmodum civil. mun. l.* 5. *C. de censit.* & *per aq l.* 1. *C. de immun. nem. Denaisius tit.* 191. §. 1. neve ejusmodi rei causa bis concutiatur. R. A. *anno* 48. §. wenn auch ein. & *anno* 41. §. vnd nach dem etliche. Ne autem gangræna aut herpes exemptionis imposterum depasceret residuum corpus, salutare φάρμακον præscriptum est, ut contra eum? qui se eximere vult, jurisdictione imperii in Camera mandata sine clausula de non submittendo extraneo territorio ac persistendo in obedientia imperii decernantur, R. A. *anno* 1512. §. nemblich welche Stände. *Gilman. tom.* 3. *rer. jud. fol.* 209. §. 6. 7. *Guil. Scipio lib.* 3. *decis. tot. Spir.* 33. *Til. Benign. pentec.* 2. *O.* 27. Carol. V. idem antidea sanxerat, ut status superioritatem Imperatoris, imperii limites conservarent, attentanti resisterent & fiscum tempestive ejus admonerent: *sub dato Bruxell.* 3. *Octob. anno* 1548. *Extat in Scipione* 4. *decis.* 139. *Gilman. tom.* 3. *fol.* 147. *Ruding. lib.* 1. *observ. Benign. pent.* 2. *O.* 25. Ordinum tam eximentium quam exemptorum syllabum, prout editus est é Cancellaria Moguntina, si quis videre volet, ostiatim exemplar inveniet: extatque ex parte typis exscriptus, *part.* 2. *sect.* 2. *cap* 3. *num.* 187. *fol.* 1084. *renat. Brunov.* Ubi jucundus expatiandi foret campus per historiarum Tempe, quando plerique (omnes enim spondere non audeo) exempti aut eximendi adhuc sub imperio, & quando quassari cœpti: sed formulam verior, Hoc Agi.

Conclusio IX.

Est autem exemptio hæc nostra nihil aliud quam vindicatio status ab immediata imperii subjectione.

Æquivoca cum definiri nequeant, *Panorm. in rubr. extr. de judic. Ripa de peste n.* 1. *Baldus ad l. nequicquam ff. de offic. proconsul.* æquum est ad vitandam nominum rerumq; confusionem, *l. fin. C. de legit. tut.* explicare ambiguum, ut quid velimus dicere pateſcat, *Dd. in l. in ambig. ff. de reb. dub. Cagnol. ad l.* 9. *de R. I.* Sicuti ergo verbum

eximendi suo sensu generale dicebat Pomponius, *l. 4. ff. ne quis eum qui in ius.* Sed non minus exemptionis nomen, *teste Gilmanno tom. 2. symph. p. 1. vot. 5. n. 44. Knich. in Epopsi. sect. 7. n. 133.* In jure Canonico exemptio ecclesiastica est sacerdotibus indulta, qua judiciis principum sedibus, tributis, captura, regimine, muneribus eximuntur, *de qua c. 1. de privil. in 6. c. si imperator. dist. 96. can. 11. q. 1. l. 2. & 7. C. de episc. & cler. Nov. 123. Bellar. tom. 1. cont. 5. c. 18. Fr. Suarez. lib. 4. & 5. de immun. eccles. Vasq. de succ. creat. §. 22. n. 58. lim. 17. Papon. lib. 1. arrest. tit. 5. & 6. Almay. de potest. eccl. c. 8. Tapia in l. 1. fin. p. 1. c. 6. de const. princ. Echim. in Enchir. c. 213. Medin. de restit. q. 15. Ioan. Lup. de libert. eccl. 1. p. q. 12. & p. 2. q. 11. Francis. de Clapperiis cent. sis. caus. 42. q. 1. Marta tota part. 4. de jurisd. Covpp. qq. c. 11. n. 5. & cap. 31. 32. in reg. possess. p. 2. in pr. n. 9. Chopp. 2. de dom. Franc. tit. 8. & lib. 1. de sacra polit. tit. 5. arr. 7. 9. Nic. Reus. lib. 1. cons. 2. Fach. cons. 55. 56. 57. vol. 1. Boer. dec. 69. Grillenz. cons. 2. cons. 40. cons. 71. &c.* Secundo, in jure Civili sæpius occurrit exemptio, velut immunitas á muneribus, oneribus, operis, collectis, *l. fin. §. 2. ff. de mun. & honor. tit. ff. de jur. immun. tit. ff. de immun. nem. conc. tit. ff. de vacat. mun. l. 1. C. de veteran. l. 2. C. de re milit. l. fin. C. de his qui non implet. tit. C. de muner. patrim. tit. C. de quib. mun. nemo. tit. C. de privil. dom. august. tit. C. de priv. eor. qui in sacr. Palat. milit. tit. C. de prof. & medic. &c.* sicuti in Imperio Rom. multæ civitates prædictis á tributis exemptæ & liberaræ sunt, *Ruland. de commis. lib. 5 p. 2. c 4. n. 41.* die da exempt vnd gefreyet seyn/ *R. A. anno 51. §.* solche der stände; item die freye vnd vnsteurbare Güter haben/ *R. A. anno 48. §.* deßgleichen sind auch, aut die in possessione vel quasi libertatis seyen/ *R. A. anno 57. §.* damit auch diese. *anno 59. §.* vnd damit gemeine. *anno 66. §.* wir setzen. *anno 76. §.* wenn auch in dieser/ &c. Etiam quibusdam data est exemptio ratione fori & certorum delictorum, *Car Tapia ad l. fin. de const. p. 1. c. 5. Roman sing. 486. 513. Azevedo ad constit. Hisp. lib 8. tit. 16. l. 1. n. 117. & seqq. Denais. in assert. p. 151.* In Francia vigent exemptionis privilegia, quæ vocantur Exemptiones ab appellatione, ubi Rex cognitione controversiarum renunciavit, *si non á defaut de faire droict, ou de mu vais jugement, ou d' autre cas appennas á la souveraine é lu Roy,* nisi per causam negati juris, provocationis á sententia nulla, aut eximii casus Regiæ dignitatis, *Renat. Chopp. 2. de doman tit. 8. n. 4. & lib. 1. de leg. Andium c. 67. 68. 69.* Cui simillima est in Constitutionibus imperii exemptio ordinum quorundam á Cameræ judicio, qua subditi ad aliud tribunal quam sui principis tracti, declinatoria fori se tueatur? *D. Dieterus conclus. 205. Treutl. 1. disp. 3. th. 12. lit. b. Zangerus de exeption. c. 1. p 2. n. 357.* quisque privilegium impetrarunt principes Electores Saxo & Brandeburgicus, *Aur. Balla tit. 11. Symphor. lib. 6. c. 1. nu. 6. copiosissimé Knich. tract. de non prov. Sax.* Bohemia, *Symphor. d. l. cap. 1. § 4. Goldastus tom. 1. constit. fol. 350.* Austriaci, *Gilman. tom. 1. pag. 2. tit. 11. vot. 6. & tom. 6. cap. 2. num. 1. Ruland. de commiss. p. 1. lib. 5. c. 3. num. 23.* Frisia *si files habenda compil. Symph. tom. 3. fol. 36. & tom. 6. fol. 130. 142.* Lotharingus, *Symph. tom. 6. cap. 2. §. 3. Til de Benign. apostas. de imp. proc. observ. 4.* Burgundus, *Mynsing. 5. obs. 58. Til. de Benign. dict. observ. 4. & cent. 1. observ. 64. exerté Goldast. in* Reichssatzungen/ *& nervose de iis omnibus Denaisius in assert. jurisdict. cam. imp. pag 39* quo Brabantia spectat, *Gilhusen in arb. judic. civ. cap. 4. ram. 1. §. 13.* Trajectumque ad Mosam non ita pridem eodem fundamento Prætorii nostri judicio exemptum, *P. Divæus lib. 1. rer. Brabant. cap. 11. 13.* ut præteream multas imperii urbes, *Gail. 1. O. 1. n. 20. Rodingus lib. 1. pand. cam. tit. 4. n. 13.* Cum quæ cognationem habet exemptio quibusdam indulta, ne ad Rottvvilensia rostra, Westphalica

phalica aut alia judicia obtorto collo trahantur, R. A. *anno* 70. §. vnd nach dem vns fürkommen. *Bocer. de jurisdict. c. 7. n. 50. Gail. 1. O. 40. n. 5. Symph. t. 1. p. 2. fol. 246. & tom. 6. c. 3. §. 1. c. 4. §. 12. Scipio lib. 4. dec. Spir. 28.* Hæ ut & aliæ adhuc innumeræ species instituto nostro ineptæ sunt, nec eis, ne arenam sine calce misceam, vel verbo quidem tangam. Illam unicam persequimur, quando princeps provinciam aut urbem libertate imperii nudatam suæ jurisdictioni subjicit & cohercere studet: *sicuti res nota, lites crebræ, verba finitionis perspicua: quam sumpsi ex Gail. 1. O. 21. Knich. in Epopsi, n. 142. M. Steph. de jurisdict. p. 1. lib. 2. c. 3. n. 40. Rodingo 1. pand. cam. tit. 8. §. 16. &c.* Quotquot enim in Orbe Romano sunt, ex constitutione Antonini cives Romani facti sunt, *l. 6. §. 11. ff. de excus. tut. l. 13. ff. de stat. hom. l. 33. ff. ad municip.* sed isto hodie discrimine, ut alii mediati, alii immediati æstimentur, *Meichsnerus tom. 2. lib. 1. decis. 8. n. 60.*

Conclusio X.

Hanc ergo qui volentes contra imperium, nesciunt revera quam injurii in suam & posteritatem & libertatem sient.

Vitium mortalitatis est prurire nova, ac nauseare præsentem, qualiscunque tandem sit, statum & conditionem: *vide quæ divinissimé scripsit Pierre Charon. lib. 1. de la sagesse cap. 38. 52.* Qui in libertate vivunt, regnum expetunt: qui in regno, libertatem. Turbulenta nimirum hominibus data ingenia sunt, qui plenam nec libertatem nec servitutem pati possunt. Ex horum numero eos censeo, qui ut publicum fiscum defraudent, ignobilem domicello suo stipem conferre gaudent: contra simul ac provinciali onere premuntur, inclamant libertatem stolidé amissam. Frustrá Phryges! Nam qua fortuna eximi se passi sint, reipsa experiuntur, dum libertatem sub sacro & mitissimo Imperio cum æterna servitute commutârunt, *Frid. lib. 2. de process. c. 67. n. 4. Schonborner 5. politic. c. 7. in fin.* Post jus amissum, sera pœnitentia, *ajebat Baldus c. 1. tit. quod juris post alien. feud. Curt. jun. consil. 26. n. 4.* Qua ergo voce utar, quam illa Tiberii, *O homines ad servitutem natos & destinatos!* Quoniam primo splendorem amittunt: quanto enim honorius colla subdere principum principi, quam minutulo cuipiam tyranno? nam primus titulus quem inferior dominus iis dat, est quod appellet eos rusticos suos, sicuti acerbo joco scripsit *Rolandus á Valle consil. 1. n. 38. vol. 1.* Secundo, sed & rem suam. Simul ac Imperio pacis spes adfulget, immunitatis quoq; spes superest, Regimentsordn. *anno* 1500. *rubr.* Wo dem Reich Glück zustünde. Sed macilenti isti semper egent famentq;, nec mittit cutem nisi plena cruoris hirudo. Tertio, etiam securitatem. Unde enim seditiones, nisi quod princeps minor esset contemptior? unde persecutiones, nisi quod esset imbecillior? *Cravet. cons. 943. n. 17.* Deniq, libertatem: dum clarissimas olim Imperii urbes exterorum præsidio, militum Coloniis, arcium molibus veluti servitutis compedibus & claustris contineri videmus. Quæ cum ita sint, evellite serviles animo capillos, uti docté Plato *in Alcibiade*, & Imperium sequamini, cui servire summa libertas est; *Pet. Anton. de Petra de jure quæs. non tollend, c. 15 n. 98.*

Conclusio XI.

Quod enim antiqua privilegia retinere confidant, immanè quantum ſpe & opinione ſuâ falſi ſunt.

Quaſdam urbes & ſtatus Imperii olim fuiſſe, non eſſe notiſſimum eſt, poſtquam relapſæ volentes nolentes in arbitrium potentioris; quæritur ergo nullumné veſtigium retineant primævæ libertatis? Et certe, licet videri poſſet manere ſubditorum jura, præſertim ſe unionis formula ſic actum, *per l. 2. C. de diverſ. prad. lib. 11. l. municeps. ff. ad municip. Choppinus 1. doman. 6. n. 19. Caſtrenſ. conſil. 307. lib. 2. Angelus conſil 351. Alexand. conſil. 32. nu. 10. lib. 5. Cacheranus deciſ. 139.* veluti Carolus IV. Hamburgum comitibus parere juſſit ſalva libertate quam ab imperiali culmine promeruerat, *Krantz 10. Saxoniæ. cap. 2.* tamen cum privilegia conceſſa intelligantur, rebus ſic ſtantibus, metuendum eſt ne redacta ſub Principis poteſtatem Rep. ejus foro & roſtris uti cogatur: vide quæ ubertim in utramq; partem ſcripſit, *Covarr. pp. qq. c. 37. n. 7.* (Quod ne temere & ſine fructu dictum videatur, præcavebo infra, *concluſ. 35.*) Quamvis cauſæ jam pendentes non obſtante ſupervenicate exemptione, incœpto ſemel judicio expediantur, *per l. 19. ff. de jurisdict. l. 7. ff. de judiciis l. fin. §. 1. C. de in jus voc. l. fin. C. de veteran. Mindanus 3. de cont. cauſ. c. 5. n. 6. Cujacius lib. 13. obſerv. 11.* Nec nos ab opinione deturbet, quod deprehendimus civitates quaſdam exemptas adhuc directo provocare ad Cameram, *Gilmannus tom. 3. fol. 75.* quia hoc obtinent non tam ratione antiquæ libertatis, quam ratione præſcriptionis, quod forſan in initio ſtatus eximens paulatim (Tiberii vafrities hæc erat) Principem egerit, nihilque de vetere judicii forma immutando liberiora novitiis hoſpitibus fræna reliquerit; quod veluti arcanum dominationis inſtillat *Clapmarius lib. 6. arcan. cap. 5.* qua novitate deterſa credibile eſt eas eandem cum reliquis municipiis fortunam luituras, non ſecus ac inter domeſticas olim gallinas ſolivaga perdix.

Conclusio XII.

Licet veró multi prodiderint, fieri non poſſe, ut quis ab Imperio eximatur, noſtro tamen ſenſu uſus ævi & exemplorum frequentia contrarium ſuadent.

Ut ſocietas humani generis conſiſteret, neceſſaria fuit conjunctio ſubditorum & imperantum. Quicunq; igitur ultimum hoc regnorum majeſtas providentia numiniſq; fato coaluiſſe conſiderant, fieri non poſſe rentur, ut privato ſcelere aut contumacia nexus iſte diſſipetur, divinituſq; conſtitutum imperium vellicetur, vide P. Friderum *lib. 2. de proceſſ. c. 67. nu. 4.* & *Zoannettum in interpr. verbi. de acquir. num. 33.* Hinc nata communis iſta regula, Neminem ullo juris prætextu ab imperio eximi poſſe, *Æneas Sylvius de ort. & autorit. imper. cap. 11. & 13. Andlo lib. 2. de Rom. Imp. c. 8. Bald. l. 2. ff. de operis libert. Tiraquel. de conſt. p. 2. ampl. 32. n. 3. Caval. q. 46. n. 6. Ægid. Boſſ. tit. de priv. Cov. pp. qq. c. 4. n. 1. Treutl. 1 ff. 3 th. 7. lit. c. Marp. conſ. 7. n. 18. vol. 1. Zaſ. conſ. 16. n. 12. lib. 2. Bellamera dec. 669. Cabedo dec. 40. n. 9. p. 2.* Et adſtipulamur dummodo loquantur de exemptione, quæ universum imperii jugum (quod agnoviſſe olim omnes adverſariis præſtruo) excutit, *per c. imperialem.*

rialem ibi, nulla temporis præscript. de prohib. feud. alien. per Fred. adde c. volumus. caus. 11.*q.*1. *M. Steph. lib.* 2.*p.* 1.*c.* 7.*n.* 165. *Daut. in hypotypos. sect.* 3.*n.* 3. *Covar. c. possessor. §.* 2. *n.* 10. *Tilem. de Benign. synt* 2.*dec.* 4.*vot.* 2.*n.* 17. *Mandellus cons.* 62.*n* 25. 64.*n.* 91. *Decius cons.* 307. *G. Papa decis.* 416. *nu.* 7. Omnimoda enim libertas & suprema jurisdictio in æternum præscribi non potest, *per l. fin. C. ne rei domin. l.* 6. *C. de oper. publ. l.* 6. *C. de præscr* 30 *annor. Bodin lib.* 1 *c.* 9.*n.* 129.*c.* 10.*n.* 149. *Acacius Enenck. lib.* 2. *de priv. c.* 5.*n.* 68. *Calefatus de equest. dign. num.* 139. *Purpuratus l. Imperium ff. de jurisdict. Sixtin.* 1. *regal. c.* 5. *num.* 145. *Rosenth.* 5. *concl.* 16. *num.* 1. *Ægid. Boss. tr. de fisc. num.* 56. *Gilman. tit.* 1. *p.* 2. *tit.* 11. *vot.* 5 *n.* 17. *& tom.* 2. *p.* 1. *vot.* 8. *n.* 24. *Marc. Mantua lib.* 1. *loc. com. c.* 12. *Bald. de præscript.* 2. *p.* 5. *q.* 2. *&* 115 *Molinæus in consil. Paris. tit.* 1. §. 3. *gl.* 4. *Parladorius lib.* 2. *rer. quotid. c.* 1. *n.* 15. *Papon. lib.* 5. *tit.* 10. *arrest.* 11. *Pruckm. cons.* 27. *n.* 13. *lib.* 1. *Roman. cons.* 371. *Natta cons.* 179. *n.* 24. 636. *n.* 51. 640 *n.* 16. *Cabedo decis.* 33. *n.* 2. *p.* 2. *G. Papa decis.* 416. *n.* 1. *& ibi Firrerius.* Veruntamen quia in præsenti causa exemptio intelligitur salva suprema jurisdictione Cæsaris, provinciaque exempta manet pars eximentis status sub Imperii fide, tolerabilis quodammodo est, nec cum adeo magna devotionis publicæ fraude conjuncta, *Gilman. tit.* 1. *p.* 2. *tit.* 11. *vot.* 4. *n.* 112. *& tom.* 2. *p.* 1. *vot.* 7. *nu.* 37. *& vot.* 8. *Bodinus* 1. *rep. c.* 9. *n.* 125. *Vasquius* 2. *qq. illustr.* 87. *num.* 11. 12. *Natta cons.* 640. *num.* 16. *&* Resp. 4. *Finarien. s. n.* 50. citius enim res aliqualem diminutionem quam universalem interitum patitur, *Cornetus ad l. tum quæstio. C. de legatis.* Imago quædam similis exemptionis in Imperii quoque primordiis erat. Cum Apameæ, inquit Plinius, vellem reditus cognoscere, respondebant Habuisse privilegium & vetustissimũ morem arbitrio suo Remp. administrandi, *lib.* 10. *epist.* 47. Ratio, quia Romani provincias vel æquo fœdere recipiebant vel vectigales & stipendiarias vel plane liberas efficiebant, *Cæsar.* 5. *bell. Gall. Asconius ad or. in Pis. Gellius* 16. *noctium c.* 13. *Hotom. ad Cæsar. lib.* 1. *Gall. bell. c.* 10. Cum enim unius regionis populi ac civitates, non eodem pacto omnes tractatæ sunt, verum pro meritis leges acceperunt, late *Rosinus lib.* 10. *antiquit. Roman. cap.* 22. Sic subacti Batavi manserè collectis exempti & tributorum expertes, *Tacito teste lib.* 4. *Histor. & lib. de moribus German.* Sic Ilienses, *l. non tantum. §. Ilienses ff. de excus. Livius lib.* 37. 38. *Tacitus* 4. *annal. Plinius* 5. *histor. cap.* 30. *Cujac.* 10. *O.* 5. Cæsarienses, *l. ultim. ff. de cens. Novell.* 103. *Plinius* 5. *histor. cap.* 3. Achæi, *Plinius* 4. *histor. nat. c.* 12. & innumeri alii quibus data immunitas, qui nihilominus æquissime Imperio paruerunt, *Zoannettus num.* 162. Proinde novum videri non debet quod hodie commoda Cæsareæ jurisdictionis præscribantur, quia exemptio ista subalternum solummodo dominium mutilat, cæteras verò Cæsareæ authoritatis notas illustriores non abdicat, non enervat, vide Nattam *cons.* 640. *num.* 16. *ex Baldo in in authent. quas actiones. q.* 3. *C. de SS. Eccles.*

Conclusio XIII.

Quòd verò Imperator pro suâ id authoritate hodie non possit, vel, ut mitiùs & molliùs loquar, non velit, cauta cum septemviris & excepta prohibent.

Quæ vis olim legis Regiæ, quæ potestas Augustorum veterum fuerit ex oratio-

oratione iſta in ſenatu orbis habita claret, *Ego ex omnibus mortalibus placui, qui in terris Deorum vice fungerer: ego vitæ necisq; gentium arbiter, qualem quisque ſortem ſtatumq; habeat, in manu mea poſitum eſt: quas nationes funditus excindi, quas transportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos reges mancipia fieri, quorumq; capiti regium circumdari decus oporteat, quæ ruant urbes, quæ otiantur, mea jurisdictio eſt.* Extat in *Seneca t. de clementia cap.* 1. Exinde cum appareat Cæſares libera integratum provinciarum habuiſſe commercia, dubium non eſt exemptioni hodiernæ locum eſſe potuiſſe: ſubſequenſq; provinciarum diviſio ſatis acclamat. In veteriſſimis etiam multarum urbium privilegiis legimus: *Hanc urbem pro nobis & Imperio duximus retinendam: Hanc urbem à nobis & Imperio nullatenus ſeparare, alienare, oppignorare promittimus: Hoc oppidum immediate nobis & Imperio reſervare volumus, &c.* Et quamvis ſacrilegium cuipiam videatur divinis hodie obviare beneficiis, *l. 5. C. de diverſ. reſcript. l* 5. *C. de paganis*, aut dubitare de ejus judicio, conſilio, potentia, *l.* 3. *C. de crimin ſacril. Cephalus cenſ.* 133. *n.* 104. *lib.* 1. *Cravetta conſ.* 241. *n.* 3. & 196. *n.* 3. *Rubkerus inter Cantiuncul. conſ.* 12. *n.* 21. & 15. *num.* 22. tamen quia domanium coronæ dos regia eſt, *Papon. lib.* 5. *arreſt. tit.* 10. *Ayala lib* 1. *de jur. bell. c.* 6. *num.* 9. *P. Gregor* 3. *rep. c.* 2 *n.* 10. *Gothofr. ad leg. omnia. lit. V. C. de paganis & ſacrif. A. Faber lib.* 3. *Cod. de tit.* 22. *defin.* 11. *num.* 4. *Chopp. lib.* 2. *de doman. tit.* 1 *n.* 2. & thamiaca bona ſancta ſanctorum ſunt; oſſibus cohærentia, coronæ annexa, extra marſupium principis poſita, ſicuti familiariſſimæ Dd. formulæ ſunt, *ex c. intellecto, de jure jur. Hotomann. quæſt.* 1. *Par. de Puteo de Syndic. c* 1. *num.* 13. *Pruckman. conſil.* 13 *num.* 9. *vol.* 1. *Mynſinger. deciſ.* 12. *reſponſ.* 4. *Burſatus conſil.* 160. *nu.* 18. *Menoch. conſil.* 604. *num.* 15. *Cacheran. deciſ.* 139. *num.* 2. *Capicius deciſ.* 121. jam generale plebiſcitum eſt, Principem ſummum in grave Imperii præjudicium quicquam alienare, ſegregare, aut ab omni juriſdictione eximere nequaquam poſſe, *Mantica lib.* 13. *de tacit. conv. tit.* 17. *n.* 17. *Vaſquius* 1. *illuſt q.* 4. *Knich. de non prouoc. c.* 1. *n.* 14. *Longoval. in l. Imperium n.* 256 *ff. de jurisd. Molin conſuet. Pariſ. tit.* 1. *gloſſ.* 5. *n.* 53. *Alb. Gentilis* 3. *de jure bellic.* 22. *Acacius Enenck.* 2 *de privil. c.* 5. *n* 67. *Marta p.* 1. *c.* 29. *num.* 3. *Daut. in hypot. ſect.* 3. *n.* 3. *Tapia l. fin. p.* 2. *c.* 9. *n* 33. *Tilem. de Benign. ſynt.* 2. *dec* 4. *vot.* 2. *num.* 12. & 26. *Gilman t.* 1 *p.* 2. *vot.* 5. *n.* 20. 28. & *t.* 2 *p.* 1. *vot.* 8. ut non immerito æquo & vero diſſimilis videatur Conſtantini prodigalitas, etiam pueris hodieridenda fabella, Dantes Aligher. *lib* 3. *de monarch* Kreniz. 2. *Saxon. c.* 1. *Contius* 2 *ſucciſ. lect c.* 20. *Ioan. de Pariſ. tr. de poteſt. reg. c.* 12. *Eberh. loc.* 11 *n* 15. *Zoannet. n.* 185. *Cuſanus* 3. *concord. cap.* 2. *Alciat.* 7. *Parerg. c.* 19. *Accurſius gl. Novel.* 6. *verb. conferens.* Idem de Venetorum, Florentinorum, aliorumque exemptione cenſeto. Cum enim jura majeſtatis auro venalia non ſint, perſpicuum eſt alienationes iſtas immodicas à ſucceſſore revocari quâvis opportunitate poſſe, Hippolyt. à Collibus *de princ. c.* 33. *Ægid. Boſſ. tit. de regal. n.* 34. *Bodinus* 1. *n.* 125 *Goldaſtus in replic. pro Imper cap.* 20. 31. 32. *Clapmar. de arcan. c.* 12. 13. *Ferrarienſ. tit.* 4 *gl.* 20. *num.* 33. & *tit.* 30. *gloſſ.* 7. *Valle conſ.* 1. *num.* 97. & *conſ.* 2. *n.* 95. *vol.* 1. *Iaſ. conſ.* 7. *lib.* 3. Multorum quoq; vox eſt mundinationes iſtas reſervatâ Imperii ſuperioritate & recognitione factas eſſe, ſicuti ex *Fed. Scoto reſp.* 28. *n* 107. *lib.* 6. *Gerhard. de Roo lib.* 1 *annal. Auſtr. Iovio lib.* 29. *refert Knichen. in velit Apolog. n.* 45. Quomodo enim alias donando aut vendendo ea, ad quæ quærenda tenebantur, remittere potuiſſent? *Bartol. in proœm. inſtit. n.* 14. Nec alio nomine Caroli IV. Cæſaris cæteris laudabilibus, liberalitas labem contraxit, quam quod ſtolido ſtolidi

filii

filii adfectu captus, urbes & vectigalia Imperii oppignoravit, *Coler. de præscript. ad cap. placuit num.* 18. *Iul. Pflug. orat. de Rom. Imp. Naucler. gener.* 46. *anno* 1270. *Munster. lib.* 3. *Cosmogr. in vita Caroli & Wencesl.* ubi sparsim urbes alienatas recenset, quod ipsum docte præstitit, *Nicol. Reusner. lib.* 1. *de urbib. Rom. Imper. fol.* 24. *& seq.* quo tractatu eleganter disserit, quarum urbium recuperatio videatur impossibilis. Ita ut à Maxim. I. Imperii vitricus justo titulo nominatus sit; *Spigel. ad lib.* 5. *Ligurini. Erenberg. de reg. subsid. c.* 5. *n.* 42. Cui incommodo ut iretur obviam, á septemviris jam adstringuntur Cæsares, ut non modo abstineant á pignoratione fundorum Imperialium, sed etiam revocent distractos, daß sie nichts hingeben/ verschreiben/ verpfenden/ versetzen/ oder in andere wege vereussern wöllen/ sondern sich auffs höchste bearbeiten/ das entkommene herzu zubringen. In capitulatione. §. zu dem vnd insonderheit *Choppin.* 2. *doman. tit.* 1. *n.* 9. *Responsum* 4. *Finariense n.* 8. Sub hac alienatione initio prohibita non erat infeudatio, sicuti recte distinguit ea *Gilm. t.* 2. *p.* 1. *vot.* 8. *num.* 35. *Natta cons.* 636. *n.* 48. *Cacher. cons.* 27. *n.* 12. Sed potius utpote salvo directo jure sacri Imperij licita æstimabatur, *Gail.* 2. *O.* 58. *n.* 6. *Zoannet. n.* 169. *Petra de potest. priv. c.* 8. *n.* 26. *Cacher. cons.* 3. *n.* 6. *Alex. nu.* 18. *vol.* 5. *Benign. synt.* 2. *dec.* 4. *vot.* 2. *n.* 28. *Mantica lib.* 13. *de tacit. convent. tit.* 17. *n.* 18. Eoq. jure usi Impp. augustissimi Ducatum Austriæ á tenuibus principiis ad invidendum istud fastigium prospero conatu evexerunt, Rodolphus enim primus Comes Habspurgensis Austriam ab Ottocaro Bohem. Rege velut Imperii feudum morte Friderici Ducis Austriæ sine masculâ sobole defuncti vindicavit, & sibi ipsi dedit, vide *Schardium de elect. orig. c.* 10. *Cujac. de feud. lib* 1. *tit.* 1. *f.* 660. cui (Austriam puto) consilio, uti ajunt, & consensu ordinum temporibus Friderici II. plenissima libertas velut cordi & clypeo Rom. Imperij data scribitur, *anno* 1245. Verba constitutionis extant in *Goldasto tom.* 1. *Constit. Imperial. f.* 302. *& seqq. Acacio Enenk. lib.* 1. *de priv. c.* 10. *n.* 10. *& lib.* 3. *c.* 20. *n.* 29. *Munster.* 3. *Cosmogr. c.* 399. rectene nec ne ultra privata hominis censuram est. Carinthiam itidem morte Henrici Duci ἀνεφαλῆι Ludovicus Cæsar Austriis cõcessit, frustra repugnante Joanne Rege Bohemo, qui gener dicti Henrici. Igitur ne Joannes plane exhæres esset, Tyrolum pro bolo devorat, quo (satis sic volentibus) abeunte ad plures, Alberto Austrio etiam illud syrma accessit. Mediolanum Carolus V. suo filio, Geldriam Fridericus III. suo nepoti, Belgium Carolo audace cæso suo gnato, Imperii jure donarunt. Veruntamen cum largitionibus istis nimium glabresceret Aquila, communi tandem consilio provisum est, ut œconomia Imperii strictioribus legibus arctaretur. Nam cum olim de feudis vacantibus Cæsar pro arbitrio disponeret, vigore Aureæ Bullæ *tit.* 7. *circa finem:* hodie mutata formâ velut in Necessitatis æde sacramento recipit, se bona caduca prædiis Imperii ad scripturam pristinoq; ærario connexurum. Ihr May. wölle die ledig heimgefallene Lehen zu vnterhaltung deß Reichs einziehen vnd incorporiren, biß so lang dasselbe zu wesen vnd auffnemen komme/ *in capitulatione §.* was auch für Lehen: *D. Dieterus conclus.* 122. *Sleidan. lib.* 1. *Rosenth. c.* 10. *concl.* 11. *n.* 11. *& concl.* 38. *n.* 32. *Chopp.* 2. *de doman. tit.* 1. *n.* 9. Sera nimirum, &c.

Conclusio XIV.

Multo minus ergo subditi ob dominantis sævitam eximere se & ad effrenem libertatem proclamare debens.

Indomitum animal homo est, nullumq; quod meliori arte gubernari velit. Eodem enim stercore, eodem etiam æthere orti omnes, cur animum pro paucorum lubidine calcemur? Hinc per omnes humanæ societatis gradus vetita est sævitia, vetita est abusio potestatis. Patronus si clienti fraudem faceret, consortiâ notâ sacer esset, *Halicarnass. lib. 2. Cic. de Divinat.* In herili potestate invisa fuit Iovi sævitia domini, Livio teste, propterea q; servus sævitiâ, fame, obscenitate pressus venire jussus est, *l. 1. & 2. ff. de his qui sui vel alieni. l. 1. §. 8 ff. de offic. præfect. urb. l. 24 ff. soluto. l. 1. C. de emend. servor.* Pater etsi vitam quam filio dederat eripere quondam impune poterat, *l. 11. ff. de liber. & posthum. l. fin. C. de patr. potest.* postmodum tamen ob ferociam emancipare cogebatur. *l. fin. ff. si quis á patr. manum. l. 1. §. fin. ff. de lib. exhib. l. 5. ff. ad l. Pomp. de Paric. l. un. C. de emend. propinq. l. 3. & 4. C. de patr. potest. l. Silenos C. de episc. audient.* Præceptoris animorum parentis, *l. Aquil. ff. de donat.* sævitia culpæ adnumeratur, *l. 5. §. si magister. l. 6. ff. ad Aquil. l. item quæritur. §. Iulian. ff. locat.* Mascard. *concl. 999.* In matrimonii vinculo thorus propter asperitatem scindi[tur], nullo alioquin ense solvendus, *c. literas. ubi Panorm, restit. spol. Borcholt. cons. 16. Facin. 42. vol. 1. Natt. cons. 616. Decianus 26. vol. 4. Grav. lib. 1. concl. 17. consil. 3. Laurentius decis. Avin. 131.* Ipsis judicibus immodice ferocient bus fræni temperies adhibita est, *l. 2. C. de custodia reorum.* Vasallus quoq; ob violenta ludibria patronali Imperio solvitur, *Papon lib. 13. tit. 1. arr. 13. 21. & lib. 23. tit. 5. arr. 4. Bossius tit. de princ. n. 57. Zoannet. de dupl. venat. n. 75. Beust. ad l. admonendi. n. 1114. Chopp. 2. doman tit. 8. n. 10. Ludov. Fachs. cons. 1. n. 20. Hartm. tit. 54 O. 43. Mastrillus decis. 13 n. 18. Vrsil. addit. ad Afflict. decis. 265 n. 17. Grammaticus decis. 104. n. 13.* Quantó magis ergó subditi obsequio, fide Sacramentiq; vinclo liberabuntur, si Princeps concesso dominatu ad sævitiam aut proterviam præpostere abutatur? *per c. scelus. 2. q. 1. Luc. de Penna l. si coloni. n. 11. C. de agric. Bart. & Bald. ad l. 2. ff. de his qui sui. Frider. de proc. 2. c. 13. Mynss. O. 8. Gail. 1. O. 17. Mandosius de inhibit. c. 103. 104. H. Hartm, tit. 54. O. 43. Iac. de Ayello de jur. addit. n. 23. Ant. Faber. 3. C. tit. 18. def. 2. Alph. Moditius § magistratuum dub. 5. Paru de Put. tit. de excess. Imper. n. 12. & de excess. reg. c. 1. & 2. Azevedo lib. 4. ad const. Hisp. tit. 15 leg. 6. n. 5. & lib. 6 tit. 4. leg. 22. n. 8. Petra de jur. quæst. c. 8. n. 76. Husanus de propr. hom. c. 8. n. 27. 28. Lud. Rom. cons. 523. Marpurg. con. 8. n. 113. vol. 3. Curt. Iun. cons. 137. n. 2. pag. 2. Crav. cons. 597. n. 3. Boër. decis. 55. 304. G. Papa decis. 62. Afflict. decis. 265. n. 72. Cabedo decis. 8. n. 1. p. 2.* Unde laudabile Parisianæ Curiæ edictum, *Le Seigneur qui abuse de sa justice, en doit estre privé,* abutens Imperio, privator: *Papon lib. 13. arrest. tit. 2. arr. 5. & lib. 23 tit. 5. arr. 1. 2. Ioan. Gallus quæst. 340 Chopp. 2. de doman. tit. 8. Art. 10. Charondas lib. 2 resp. 17.* Ratio & vox gentium, *Salus Populi suprema lex esto.* Non enim populus est propter Principem, sed Princeps propter populum, ejusque utilitatem: *cap. ecce. cap. 1. quæst. 1. Cic. 1. offic. Aristot. 3. polit. 11. Cels. Mancinus lib. 4. de jur. princip. Ludov. Molin. tom. 3. p. 1. de trib. disp. 667. n. 1. Heigius lib. 1. q. 19.* Garsiade expensis, *c. 21. n. 32. Par de Pluteo de excess. Baron. c. 1. n. 21. Molin. consu. Paris. tit. 1. §. 2. gloss. 5. Vasq. 1. qq. cap. 82 n. 2.* Princeps est factus propter bonum, non ut obsit, sed ut prosit, Alph Modit. *§. magist. dub. 1. num. 5.* malumq; in principe non potestas, sed tempestas est, *Vasq. 1. contr. cap. 1. num. 20. lib. 2. cap. 51. num. 65.* Princeps pastor est, qui pro grege excuber, *H. Albanus de pot. Pap. p. 1. n. 43. Mod. Pistor. cons. 9. num. 10. lib. 2.* pater communis est, qui filios placido sinu foveat, *Bald. cons. 410. n. 5. lib. 5. Natta cons. 445. num. 6, Cravett. cons 933. n. 25.* velut Deus in terris est, *Budæus l. princeps. ff. de legib.*

Boër.

Boër. tr. de auctorit. magn. conſ. n. 128. cui nihil magis proprium quam humanitas per quam ſola Dei imitatio ſervatur, *l. fin. C. de donat. int. vir. Moditius §. principum. dub* 1. *num.* 11. Deumq; habiturus eſt tanto magis benignum & propitium quo diligentius ſubditos illæſos præſtat, *Novella* 149. *in præfat.* Cum ergo Principi legem nemo rogare auderet. DEUS & Natura ſanciebant, Imperia juſta ſunto? Hæc Themis, hæc Nemeſis eſt, quam cuilibet terreno Jovi adſidere volebant Poëtæ. Hoc fænum hoc vinculum, quo turgida ſummæ fortunæ vela contrahi debent. Sed ut rem tangam: Si legitimus Princeps ſui oblitus tractat truculenter ſubditos, quis eos ex met. quis ſervitute eripiet? libertatisné janua patebit, ut non ſolum ipſi ſponte exire, ſed & Tyrannio promiſcuâ manu perire poſſit? ſicuti furiali dogmate vociferati ſunt *Mariana* 1. *de reg. inſtit. cap.* 6. *Bonarſcius in amphit. hon. Boucher. de juſta Henr. III. abdic. Saliberienſ. in polycrat. lib.* 8. *cap.* 19. 20. Apage peſtem! Non enim Rex poſtulatur ut Medicus cujus Imperia dura ut quamdiu placet ægroto. Qua de re vere Imperatoria Valeriani verba ad Prætorianos: Ut me ad Imperium eligeretis, in veſtra erat poteſtate: ſed poſtquam electus, quod petitis, in meo arbitrio eſt, non alieno: pareatis: ego quæ facienda reſtant, ruminabo: *Sozomenus* 6. *hiſtor. eccleſ. c.* 6. *Nicephorus* 11 *hiſtor. cap.* 1. Innuit nimirum, ſubditos quidem immittere in poſſeſſionem, dejicere vero rurſus pro lubidine dominum non poſſe, *Corſetus de poteſtate.* 3. Q. 3. *Molinæus conſu. Pariſ. tit.* 1 § 51 *gloſſ.* 1. *n* 13. *Tiraq. de conſt. poſſ. pag.* 2. *ampl.* 34. *n.* 5. eiſq; propria ſe ſubtrahere autoritate ſuiq; furtum facere non licere: *per l.* 1. C. *de ſerv. fug. Barboſa p.* 2. *rubr. num.* 2. *ff. ſolut. matrim. Moditius. §. plebiſc. dub.* 100. Quid ergo? Si Clodius ad tribunal, Verres ad præturam, Catilina ad conſulatum, Phalaris ad ſceptrum, licebitne viro forti eſſe tam degeneri ut æquis oculis patriæ calamitatem intueatur? Ut injuriam avertas, jus publicum invoca & poteſtate ſuperiori præditum adito, qui vim pati prohibeſſit, *l.* 13. & 23. *ff. quod metus cauſa*, hoc eſt, conqueranſur ſubditi & ſupremi principis opes implorent. *Pet. Gregor.* 16. *de Rep. c.* 7. *n.* 19. *Fab.* 3. *C tit.* 18. *def.* 2. *Zoannet. num.* 110. *Mynſing.* 5. *O.* 8. *nu.* 4. *Peregr. conſ.* 1. *n.* 44. *Fr. Marc. deciſ.* 474. *num.* 1. *p.* 2. Simul ac enim (remediis lenioribus fruſtra tentatis) banni pœna pronunciatur, hoſtis Imperii fit amittitq; omnia quæ juris civilis: *Gail.* 2. *p. p. c.* 12. 15. *Zangerus de exc. p.* 2. *c.* 8 *n.* 17. *Mynſ.* 1. *O.* 90. & 3. *O.* 30. *Scipio deciſ. rot. Spir.* 176. *Menoch. conſ.* 99. *n.* 190. *Tilm. de Benign. in aſpoſ. ſynd. obſ. pr.* 39. *n.* 2. In Imperio noſtro Cæſarem habes, Cameram habes, Status Imperii habes, ubi plangas, *Mynſ.* 5. *O.* 8. *n.* 12. *Gail.* 1. *O.* 17. *H. Hartm. tit.* 54. *obſ.* 43. Horum ſola autoritas eſt, ut non modo á Principum ſubalternorum Imperio ſubditos eximere, *Mynſ.* 3. *O.* 99. *n.* 3. *Vaſq.* 1. *illuſtr. c.* 1. *n* 18. ſed & ſi opus plane Dionyſios expellere, Neranes more majorum plectere, Wenceslaos auguſtalibus infulis exuere poſſint: *vide Daut. de teſtam. l.* 3. *n.* 2. *lit. b. fol.* 398. *Ayalam* 1. *de jur. bell c.* 7. *Grotium de antiq. Bat. c.* 7 *Froſſardum lib.* 4. *c. ult. Avent.* 7. *annal. Iun. Celtam. de Iur. mag. q.* 5. & 6. *in vindic. q.* 2. & 3. *Chopp.* 2. *de legib. Andium c. ult. in fin.* P. *Greg. lib.* 6 *ſynt. c.* 20. *num.* 4. *Capyc. deciſ.* 69 *n.* 37. *Auſanum tr. de homin. propr. c.* 8. *n.* 38. Sic jure Timoleon fratri Tyranno manus non abſtinuit, nec Nero matri Aggrippinæ: an verò Rex in regem, Princeps in principem capitis ſupplicium conſtituere poſſit, vide ſapientiſſimo & ſine pari diſcurſu inter nobilem Gallum & Anglum de cæde Mariæ Stuardæ *lib.* 2. *hiſt. des derniers, troubl. in fin. Amiratum lib.* 7. *diſc.* 17. *D. Dieterum concluſ.* 216. Vos vero privatim ſubditos ad mitia conſilia voco & aureũ patientiæ numen, quod

non nisi seditionum furiæ conculcant. Cogitate sacra ista capita á Deo esse nec profanâ manu immolanda, *vide A.Gentil.lib.de injust.semper vi adu.reg. Scip. Gentilem 2.de conjur.p.219. Bodin.2.rep.c.5.n.212. Gregor.26.rep.c.7. Schonborn.2.polit.cap. 40. Lipsium 1.polit. Casum 4.sph.civit.c.10. Erenberg.de regn. subs.c.11. M.de la Neuv. disc.10.opin.3. Barclayum cont.monarchom.lib.6.c.22.24. & fusissime Mons.Rousset in antimariana c.13.14.15.16. latissime. Zoann. in tract.defens.tripart.part.3.* Cogitate Principis vocem cœli vocem esse nec ejus decreta, modo non palam improba, improbanda, *Nov.105.c.2.in fin.c.92.97.98.101. causa 11.quæst.3. Plato in apol. Socr. Livius lib.39. Iosephus 18.antiquit.c.1. Althus.lib.2.civil.conv.p.276. Parlador.2.var. quotid.c.fin.p.1.§.7.n.7. Martap.1.c.8.n.13. Azevedo lib.8.const. Hisp.tit.5.leg.1.n.10.* Cogitate igneas heroum mentes á Deo in possessionem missas, nec vestro arbitratu expellendas: *per l.1.C.de serv fugit. Nov.82.cap.4. Alber.ad l.bene.C.de quadrien. præscr. Vasq præf.qq.illust.n* 112.113. *Curt.Iun.cons.174.n.38. Bodin.2.rep.c.5.n.212.* ubi Martinum Lutherum eruditissimum Theologum vocat, quod Germanorum Principes ab armis contra Cæsarem susceptis dehortatus fuerit. Fer ergò, quisquis es, tempestatem istam ac imbrem: & ut melior aura aspiret, cœlum implora. Quod ne sic quidem emendatur, ad novercæ tumulum luge: & ut ait Tiberio non nisi apud inferos locus sit, Deos obtestare, Romanorum exemplo apud Suet. *in Tiber. c.penult.* Interim solum verte; unicumq; levamen mali, absentiam á malo censes: γῆν ἀεὶ γῆς, *Cicer.4.fam.2. Lipsius 1.const.1. Seneca epist. 57. Erenberg.de subsid.c.11.* In patriâ enim degit, quisquis cum Dis suis exulat, Durum quidem hoc: sed lex ita scripta, cum Ulpiano *l.12.§.1 ff.qui á quibus manum.*

Conclusio XV.

Sed, esto, durabitné sub Tyranno hujusmodi arrepta vel erepta exemptio?

Marcus Tullius scemma πολιτικώτατον vocat, sitne veniendum in consilium Tyranni, si de re bonâ deliberaturus sit; *lib.10. ad Atticum epist.1.* Non solum enim incertum quid decreturus: sed & anceps, num successor id ratum habiturus Gellius concludit, *Si bonum induxerit, boni sententia maneat, turpis autor mutetur.* Nil usitatius, aut Tullius, quam Tyrannorum acta valere, eorum tamen interfectores in cœlo collocari, 14. *ad Atticum 16. vide Dd.ad l.decernius. C.de SS.Eccles. Gilkenius de præscr.p.2.membr.1.c.7. num.59. Matth.de Afflict.decis.77. Casp. Guil.Scipio 2.decis. Cam.Imp.210.* In Codice Theodosii legimus; Quæ Tyrannus contra jus rescripsit, non valere præcipimus legitimis ejus rescriptis minime impugnandis, *l.3.§. 69.tit.14. lib.15. Acacius Enenck.lib.1.de privil.c.4.nu.32. Bartol.de tyrann.num.23. 24. Laudensis de princip quæst.64. Bodinus lib.2.c.5.n.214. Ægid. Bossius tit de Principe, num.39.43.52.* Sic falsi prætoris auspicio gesta, rata habita fuere; *l.Barbarius, ubi Zas.num.5.ff.de offic.præt. Hotoman.illust.q.17. Contius lib.1.disp.cap.2. Dant.de testam. n.151. Cujac.18.observ.33.* Pacis & otii causâ Cæsaris acta, quibus perpetuum in liberâ Rep. dominatum acquisierat, servata sunt, suasore Marco Cicerone 1.Philip. Et contra in Imperio omnia Wenceslai rescripta & privilegia antiquata Mynsing.1. *decad. consil.19. num.6.* quod confirmat *Laurentius Sylvanus quæst.1. de recogn feud. n.54.* ubi generatim de Imp. deposito loquitur. Anceps ergo dubiumq; dixi, horum robur.

robur. Rem tamen ut finiam: Si libertatem & privilegia contra jus extorserit, restitutionis beneficio pars læsa lædabitur; *Salicetus ad l. respublica. C. ex quib. caus. major. Baldus de præs. 3. p. 5. p. q. 2. Capolla de serv. urb. prad. c. 22. n. 3. Ferrariensis libell. actionis confess. verbo, plenum. n. 11. Reusn. lib. 2. cons. 12.* & ut Paulus ait, Necessitate rerum impeditis subvenietur, *l. 16. ff. ex quib. caus. major.* non solum licet non contradixerint: quoniam tacito consensu non approbatur vis Tyranni, cui resisti non potest; *arg. c. cum dilectus. de relig. Natta consil. 493. n. 9. P. Gerhard. sing. 38.* sed etiam licet pacti quo lammodo fuerint, cum ad populationem & prædam avertendam impune fidelitas tyranno promittatur: *Nevizanus inter cons. Bruni cons. 12. n. 123. Natt. cons. 636 n. 1.* nec tamen interea in urbe pressa per vim suam quicquam acquirit juris, aut jurisdictionis, quia per vim: *Petra de fideicomm. quæst. 12. n. 240. 251. T. Michaelis concl. 66. Alexand. cons. 94. vol. 5. Ferrariens. tit. 30. gl. 7. num. 17. Til. de Benign. præt. obs. 15.* & 47. *Casp. Guil. Scipio lib. 2. decis. rot. Spir. 207. 210.* Hinc lex publica: qui sub tyrannis ingenuitatem amiserunt, restituantur: *l. 1. tit. 6. lib. 5. C. de Theodos. l. 4. C. de ingen. manum. Cujac. 3. obs. 19. Borellus de compromiss. §. 1. glos. 1. n. 43.* Græciæ ocellus Athenæ quotiens á pluribus tyrannis infestæ, libertatem postliminio receperunt? ut de Spartâ, Corintho, nil dicam. Æquum certe erat eritq; ut pristinæ formæ reddantur civitas, juraq; medio tempore tyrannis parta convellantur. Cur hæc dixerim, lugubria in Imperio exempla me permovent, quæ animosior, si vult, ventilet, & ad exemptionem nostram aptet.

Conclusio XVI.

Idem judicii tulero de urbe alio translatâ, aratrumvé immerenter passâ.

Cum urbem Senonibus captâ domicilium gentium, arx nationum, lumen Imperii animam ageret, Vejos ituriebat agens Romula. Et migrassent nisi Furii Camilli oratione retracti, ne Jovis pulvinaria, ancilia, æternos Vestæ ignes, Gradivum patrem, Terminum, Juventam, antiquiora urbis origine sacra, & cum iis libertatem desertum irent. Extat oratio ardoris & spirituum pleniſſima in Livio 5. V. C. Ex quorum verborum consulto quæritur, Desertâ aut translatâ aliorsum Imperii urbe, an privilegia Imperii retineat, secumq; velut raptos ex hoste penates abducat? Quemadmodum junctim profugis deserta urbs privilegia perdit, P. *Faber lib. 1. semestr. 8. Pruckm. c. ult. n. 18. rubr. de regal* sic junctim novam sedem alibi figentibus, privilegia recuperantur & quasi reviviscunt, *l. sicut municipem. §. 2. ff. quod cujus. univ. nom. gl. in l. usufr. ff. quibus mod. usufr. amitt. Ruland. de commiss. lib. 2. p. 4. c. 2. n. 24. Alph. Moditus. 5. Principum placita dub. 237. Car. Tapia l. fin. p. 2. c. 4. n. 25. Alex. consil. 43. n. 2. vol. 1.* Idem de urbe sine culpâ populi depopulatâ. A tyranno enim, hoste, aliâve calamitate eversâ, si vitam & spiritum recipit, redit una in priscam privilegiorum possessionem, *Gail. 1. O. 61. Moditus §. plebescitum. dub 77. n. 6. Pruckm. §. soluta. c. 6. n. 20. Hetom. illust. q. 5. Ioh. Maur. de restit. in integr. c. 404. Sfort. Oddo 2. q. 1. art. 2. Sixtin. 1. regal. c. 6. n. 45. Rosenth. de feud. c. 10. concluf. 4. n. 14. lit. P. Alexand. cons. 193. n. 7. vol. 3. Laurent. decis. Avin. 128. n. 22.* Secus si suâ noxâ:

de quo infra seq. & 38.

Conclusio XVII.

Ad veras exemptionis cauſas venio, quarum licet promiſcuæ, præcipuæ tamen ſunt Principum mortalitas, merita publica, demum præſcriptionis vetuſtas.

Ut rerum omnium, ſic & regnorum ſua mortalitas eſt; provinciæq; velut pilæ datatim de manu in manum propelluntur. Quis cum Manilio, numeret

——— everſas urbes regumq; ruinas?
Inq; rogo Cræſum, Priamumq; in litore truncum?

Omnis ævi fata teſtantur, inclytas familias plane peſſum iiſſe, ac ſtemma nomenq; avitum tumulis & æternæ nocti intuliſſe: Jul. Scaligerum *in admirando poëmate de regnor. everſion.* ita ut hæc non minima cauſa ſit, quod multi Status Imperio avulſi, provinciæ exemptæ, regiones aliorum dominiis intextæ ſint, nec face, nec viatico inveſtigandæ. Volve, ſodes, vetera Imperii ſcrinia, ſubſcriptiones caſeas perlege, reperies actutum ſtemmata & nomina non magis jam cognita quàm Faunorum & Aborigenum genealogiam. Cæſar ipſe comprobat, Daß etliche Stände in deß heiligen Reichs Anſchlägen befunden/aber unbewußt wer dieſelben oder welcher Ende ſie zuſinden/ R A anno 48. §. als auch durch die. Præter communem hanc ſortem neceſſitatemque ineluctabilem, promiſcua Statuum facinora exemptionem ſæpe procreârunt, prout ſcilicet bene vel male de Imperio promeruere. Quemadmodum olim exemptio á penſitationibus publicis ob præmium benè natæ operæ concedebatur, *l. cum navarchorum. C. de navicularia. Romanus ad l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol. mat. fallent.* 48. *Cujacius lib.* 10. *obſ.* 35. *Garſia de donat. remun. n.* 36. *Barbat conſ.* 11. *&* 44. *lib.* 2. ſic ob præclara merita libertas amplior quibuſdam indulta eſt, *late Roſinus lib.* 10. *antiquitat. Roman. cap.* 22. quales exemptiones per privilegia probandas deduxit Pariſius *conſ.* 22. *n.* 7. *vol* 4. Ex quo fonte gratiam uberiorem nactos Principes finitimos Pannonas, Francos, Iberos, Sarmatas, Britannos, Cimbros, ac Imperatoris nutu reges conſtitutos & á communi ordine exemptos multi interpretum arbitrantur, ut P. Friderus *lib* 2. *de proceſſ Cam. cap.* 67. *n.* 4. *alleg.* nec deſunt ſcriptores numero quàm plurimi, autoritate graviſſimi, qui urbes maritimas (quas Anſeaticas vocant) exemptionem & immunitatem partim recepiſſe, partim retinuiſſe ſcribunt: quo l ferarum gentium incurſiones ſtrenuâ manu velut obice & repagulo ſtitiſſent, *de quarum ortu & incremento vide Chytra. lib.* 23. *Saxon. Thuanus lib.* 5. *hiſt. Polyd. Virg. lib.* 16. *hiſt. Angl. Erenb. de fœder. c.* 2. *n.* 44. *M. Stephani lib.* 2. *juriſd. p.* 2. *c.* 3. *Choppin. lib.* 1. *de doman. tit.* 11. *num.* 22 *conſ. Krantz lib.* 2. *Saxon. c.* 22. 23. *Helmolum lib.* 1. *Chron. cap.* 3. E contrario; Uti miſſione ignominioſa exautorabantur quandoq; legiones integræ, *l.* 2. *§.* 2 *ff. de his qui not inf. l.* 13. *§.* 3 *ff. de re milit. l. teſtamento. ff. de milit. teſt. Hirtius lib* 1. *bell. Afric. Tacit lib.* 1. *annal. & hiſt. Dio lib.* 42. *Lamprid. in Sever. Sueton. in Iul. c.* 70. *Briſſonus* 2. *ſelect. antiq.* 5. *Cujac. ad l.* 8. *ff. de excuſat. P. Faber* 1. *ſemeſt c.* 17. *Freherus lib.* 13. *de infamia. c.* 15. *n.* 14. *Acat. Enenckel lib. unic. de priv. veteran. n.* 7. *Lipſius de milit. Rom. paſſim.* ſic multi per infamiam ex matricula Imperii, numeroque ſtatuùm propter ſcelus, rebellionem aut perfidiam, etiam ob religionem nondum acto ſeculo (heu piam, ſed infelicem quarundam *Conſtantiam*, de qua Sleid. 21.) delentur & exterminantur; *Gail. l. O. 21. n.* 21. P.

21. P. *Friderus lib. 2. de proceſ. cam. c. 67. n. 4.* Hinc vidimus urbes proſcriptas, damnatas, vomere preſſas, privilegia honoremq; quemlibet perditum iiſſe, *l. ſi uſuf. civ. ff. quib. mod. uſuf. Gomeſius 3. var. reſol c. 1. n. 53. Hotom. qq. ill. 5. Farinacius pract. crim. lib. 1. tit. 3 q 24. n 107. & ſeqq. C. Tapia p. 2 c. 4. n. 28. ad l fin. de conſt. Gail. 2. O. 61. & 2. p. p. c. 9. n. 29. Ruland. de commiſſ. p. 2. lib. 2. c. 2. n. 24. Sixtin. 2. regal. c. 13. Reuſn. tom 2. conſil. 12. Cacheran deciſ. 90. latiſſime Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. cent. 6. caſ. 498. n. 25.* De aliis exemptionum cauſis animi non angar, quandoquidem unica ferme præſcriptio in proceſſu fiſcali jam attenditur, & ob id longiore verborum luce illuſtranda. Cum enim non ita pridem in celebri exemptionis cauſa omnes rationes rejicerentur, ſola præſcriptionis exceptio, velut relevans ad probandum reſervata fuit, *in cauſa exempt. fiſci contra Holſatum & Hamb.* referente Scipione *lib. 4. deciſ. 126.* Præſcriptionem intell ge legitimam, cum patientia & ſcientia ejus, contra quem intenditur, factam: *per l. 2. C. de ſervit. Innocent. in c. bona. Extr. de poſtul. prel.* Nam Imperio vacante, aut Cæſare abſente vel in caſtris degente, nulla currit præſcriptio vel uſucapio: vide erudite hæc differentem *Matth. Colerum de præſcr. ad c. placuit. n. 18.* Agitatum hoc fuit acriter anno 1370 cum rebus ob diuturnum interregnum turbatis, Electores vectigalia urbeſq; Imperii ad ſe traxiſſent, cecidiſſentq; lite, niſi nimia Caroli IV. indulgentia erga gnatum, geſta iſta confirmaſſet? *de quo plenius concl. 13.* Non repetam autem arduam Dd. controverſiam. An contra Imperium præſcribi poſſit? de qua late Mandellus *conſil. 62. num. 35. conſil. 64. n 91.* quandoquidem alia ratio, alia interpretatio eſt, quando de exemptione omnimoda actitatur, veluti rem theſi duodecima exegi. Noſter labor hic iſte: Quando & quomodo quis poſſit præſcribere, ut Imperatori immediate non ſolvat, non ſubſit, ſed alteri: quod fieri ſolere in confeſſo habemus, ſicuti ex profeſſo diſcuſſit Meichſnerus *deciſ. 61. n. 71. 72. lib. 3. Cravett. de antiquit. temp pag. 4. §. materia. num. 74. Oldradus conſil. 172. 244. Maſtrillus deciſ. 114. num. 20.* Eteni m Cæſar ipſe mandat, Daß das Cammergericht erkenne/ob ein Stand billich außgezogen/vnd wider deß Reichs Anſchläge præſcribiret: R. A. *anno* 48 §. vnd ſoll vnſer Keyſ. Cam. & §. wann auch. *Symphorema tem. 1. part 2. tit. 11. vot. 4. n. 58 &c.* Veruntamen cum non ſufficiat promiſcua præſcriptio, quando de mutatione ſtatus & ſic de maximo præjudicio agitur, *Tomatus de collectis. §. ex actis num. 28. Balbus de præſcr. 2. p. 3. p. q. 10. n. 32. Freherus lib. 1. de fama publica. c. 1 n. 123. G. Papa deciſ. 416. Huſanus tr. de propr. homin. c. ult n. 43.* ſtrictius perſcrutandum, quale tempus contra Imperium deſideretur. Priſco ſane ævo ſicuti omnes actiones fiſcales 30. & 40. annorum ſpatio tollebantur, *l. omnes. l. cum notiſſimi. C. de præſcr. 30. annor. Peregrin. de jur. fiſc. lib. 6. tit. 8. Maſuerius in pract. tit. 22. n. 2. Cujac. de præſcr. c. 28 & 31. Balbus de præſcr. 2. p. 5. p. in princ. Boer. deciſ. 264. n 21.* ita quoq; exemptiones á ſolutionibus contra principem aut fiſcum iiſdem annis, *Bart. l. licitatio. § earum ff. de publican. Ferrarienſ. tit 38 gl. 7. n. 25 Vaſqu. 2 illuſtr. 64. n. 5. Covar. 1. var. reſ. c. 17. n. 10 Pariſius conſ. 25 nu. 27. vol. 1. Laurent. Sylv. conſ. 57. n. 34. Cravet. conſ 111. n. 10. Corneus conſ. 268. n. 19. vol. 4 Natta conſil. 301. in fin. Mynſing. conſil. 1. n. 54. dec. 15.* Ob præſentem Imperii uſum ſancitum, ne præſcriptio procederet, niſi memoriam omnem excederet vetuſtas, Wann gegen jhn nicht dargethan werden könte/ daß er je in Menſchen gedächtnuß in deß Reichs gemeinen vnd nicht privilegierten Hülffen contribuirt, R. A. *anno* 48. §. wann auch ein außgezogner *Arniſæus 2. de jur. majeſt. cap. 2. num. 6. Gail. de arreſt. imp. c. 8. n. 24. Boſſius tit.*

de

de princ. n. 160. Schurff. conf. 72. n. 22. cent. 1. Til. de Benign. synt. 2. dec. 4. vot. 1. n. 59. 96. 114. Nam immemoriale hoc tempus vim contractus, justæ causæ, tituli, veritatis, legis, privilegii juris deniq; plenissimi obtinet, *l. fin. ff. de aqua pluv. l. hoc jure ff. de aqua quotid. Mynsing. 5. O. 29. 30. Men. 2. arbit. cent. 1. cas. 43. & lib. 3. prasc. 130. 131. Gabriel in comm. de prasc. tit. Gutierrez 3. pract. q. 54. n. 51. Tiraq. de nobil. c. 14. Azev. lib. 6. ad const. Hisp. tit. 2. rubr. n. 118. & lib. 7. tit. 4. leg. 6. n. 3. Turettus conf. 71. n. 33. Gozad. conf. 8. n. 13. Ruinus consil. 115. vol. 4. Grammat. decis. 64. n. 34. Seraph. decis. 303. n. 4. 707. n. 3. Afflict. decis. 114. n. 19. Koppen decis. 57. n. 11. Mastrillus decis. 114. n. 19.* ita ut omnis jurisdictio Caccia lupus *l. Imperium. n. 137 ff. de jurisd. Peregr. 6 jur. fisc tit. 8. n 10. Covarr. c. possessor. §. 3. Paris. cons. 16. n. 28. lib. 4. Socin. jun. cons. 49. n. 23. lib. 1. Fab. de Anna consil. 60. n. 7. Papa dec. 514.* omnia regalia & Imperium, *Balbus 2. p. 3. p. q. 6. n. 13. Mynsing. 1. O. 30. Paurm. 1. c. 6. n. 12. Marta p. 1. c. 32. n. 26. Crav. de antiq. temp. p. 4. q. 24. n. 201. Cephal. cons. 16. n. 2. Zas. cons. 15. n. 44. cons. 16. n. 22. lib. 2.* imo non præscriptibilia isto temporis suffragio acquirantur, *Surdus consil. 127. n. 16. Valle consil. 59. num. 6. vol. 4. Cacher. consil. 34. n. 44. Mandellus consil. 64. n. 91. Laur. Syl. consil. 59. n. 9. Natta cons. 222. n. 2. 445. n. 6.* nec opus est possessori allegare titulum, tempore ipso satis munito, *c. 1. de præscr. in 6. Guitierrez. lib. 3. qq. pract. 54. num. 21. Fachin. 8. contr. 33. Bellon. consil. 1. n. 5. Signor. de Homod. consil. 70. n. 21. Koppen. decis. 57. num. 30. Tessaur. decis. 16. n. 4. Meichsn. t. 3. decis. 1. n. 30.* eo quod ex longissimo tempore fides præsumatur, Dd. *in c. 2. de restit. in integr. Bart. l. fin. C. uade vi. Cumanus consil. 83. Alexand consil. 71. n. 1. vol. 1. 203 n. 12. vol. 6. consil. 8. nu. 3. vol. 7.* favorq; & veneratio antiquitatis suppleat probationis defectum, *Ant. Faber. lib. 4. Codic. tit. 14. def. 63. n. 5. ex Afflict. aliuq;.* Quodnam vero dicatur tempus immemoriale, non constat inter omnes. Quidam cum præscriptione centenaria perperam confundunt, ut Carpolla *de serv. urb. c. 19. Gabriel. 5. comm. tit. de præs. concl. 1. num. 71. Molin. consil. Paris. glos. 1. §. 5. n. 65. Curtius jun. consil. 90. n. 2. Mastrillus decis. 114. n. 46.* quos refutant oculatiores, eo quod in jure species istæ ut distinctæ pluries allegentur, *Balbus de præsc. 1. p. 5. p. in princ. n. 27. Covarruv. c possessor malef. §. 3. n. 6. Cravett. de antiquit. temp. p. 4. vers. absolutis n. 5.* Alii novo plane nisu persuadere satagunt, Immemoriale non dici cujus initium quocunq; modo possit ostendi, *Covarruv. c possessor. 2. part. relect. §. tertius. n. 8. Balbus 2. p. 3. p. q. 6. n. 26. Montanus fin. regund. c. 51. n. 3.* sive per instrumenta, sive per literas, sive per alia quæcunque documenta, *Mascardus conclus. 1043. Alexi cons. 74. n. 38. vol. 4.* immemorialis enim ætas supponit & sonat nescio quid infinitum, *Azevedo lib. 6. const. Hispan. tit. 2. rubric. n. 143. ex Oldrado cons. 254. n. 18. adde Seraphinum decis. 1367. num. 3. 4.* quam sententiam laudabili studio nuper præ aliis ornare conatus est M. *Stephani lib. 2. jurud. p. 1. c. 7. pag. 204. & seqq.* quia tamen vulgo videtur Paradoxa, eo quod nec initium orbis, nec diluvium hac ratione superaret vetustatis memoriam, sicuti lepide replicuit *Wesenb. consil. 2. num. 82.* nec ingeniolo nostro par sit novitates venditare: excutere id prolixius non juvat. In foro ut probetur tempus carere memoria, sufficit testes laudare canitie venerabiles, qui nec se vidisse nec homines qui viderint vidisse, sed majoribus semper contrarium audivisse profiteantur, de quo probandi modo videatur, *l. si arbiter. 28. ff. de probat. & late Mascardus conclus. 1042. Chastan. consil. Burgun. tit. des justices. §. 2. Bertach. in repert. verbo, præscriptio. Hercul. de mod. prob. nog. n. 321. Gœden. consil. 1. num. 12. lib. 7. Capicius decis. 193. Mastrillus decis. 114. n. 47. Seraphinus decis. 102. n. 4.* & 1367.

& 1367. n. 1. quæ demonstrandi ratio si vero similis, non absurde scripsit autor consilii 2. Farin. Immemoriale tempus seculo minus esse posse, n. 74. & Crav. de antiq. p. 4 p. 2. n. 2. Mynsi. 1. O. 30. Alex. consil. 208. n. 13. vol. 2. Ad causas exemptionis ut accommodem, necesse est eximentem deducere, se longissimo tempore suprema jura exercuisse, Schurff. cons. 72. n. 22. vol. 1. Til. de Benign. synt. 2. decad. 4. vot. 1. n. 112. statumq; eximendum ab Imperii rationalib. interpellatum non Imperio, sed ipsi, tanquam ordinario principi, tributa pendisse: Gilman. tom. 2. part. 1. vot. 5. & 7. Covar. c. possessor. part. 2. relect. §. 2. n. 9 ex Alex. Curt. Rubeo: quo deficiente salva Imperio actio est, nec præscriptio pro libertate allegari potest, Arnisi. lib. 2. de jur. majest. c. 2 n. 6. Nam qui solvere tenetur, etiamsi seculo n lexsolverit, libertatem tamen usu cepisse non concludet, pulchre Bartol. ad l. 21. n 2. C. de agricolis & censit. Mynsing. cons. 70. num. 4. decad. 8. Cæsaris enim proverb um est: Si necessitas non exigit, patria non remittit, l. in filiis. 35. C. de decurionibus, lib. 10. Forsterus consil. 23. num. 4. vol. 4. Marpurg.

Conclusio XIIX.

Præscriptio tamen ista quia Imperio inimica, sic arctanda est, ne protinus quæ accedunt locis exemptis, exempta putentur.

Cum ex vulgatissimis regulis constet, Accessorium parilem sapere naturam cum principali, Knichen 2. vestit. pact. c. 3. n. 92. Romanus cons. 383. Boërius decis. 50. n. 19. adhærentia ejusdem conditionis esse, l. qua religiosis. ff. de R. V. l. fin. ff. de vin. trit. oleo leg. de connexis judicari æqualiter, Escobar de ratiocin. c. 13. n. 8. Alphons. Modit. 6. lex est. dub. 55. augmentum sua re naturam ejus cui adjicitur, Alb. Brunus tr. de augmen. conc. princ. 5. & 9. Nellus de bandit. p. 1. temp. 2. q. 56. contentum continentis sui legibus æstimari, Zasius consil. 11. lib. 2. Cravet. consil 876. Cothman. consil. 84. n. 10. vol. 2. haut importune quæri potest, an quæ accedunt exemptis, exempta habeantur, & contra. Certe doctorum abunde est, qui censent immunitatem in dubio ad bona etiam postmodum quæsita referri, per l. peculium. ff. de leg. 2. l. si ex toto. ff. de leg. 3. Rod. Soarez alleg. 6 n. 8. Tapia de constit. l. ult. p. 1. c. 4. num. 1. Bart. consil. 59. num. 4. vol. 1. Fabius de Anna consil. 61. num. 18. 23. Alciatus resp. 168. num. 7. Alb. Brun. cons. 94. 103. Bald. consil. 112. lib. 2. cons. 236. 401. lib. 5. Alex. consil. 178. nu. 17. vol. 3. Rol. á Vall. consil. 1. n. 170. vol. 2. Natta cons. 66. n. 13. cons. 160 num. 23. A. Faber lib. 9. C. tit. 28. defin. 19. Franc. Marcus decis. 425. n. 8. lib. 2. Cacher. decis. 136. G. Papa decis 218. 265. 384. 489. & in specie privilegium exemptionis datum ecclesiæ cuipiam extendi ad omnes adjacentes, seu sub ea comprehensas; gl. in auth. ut eccl. Rom. & ibi Bart. Losæus de jur. univ. p. 3. c. 13. n. 12. Marta p. 4 cent. 1. casu 11. Unde itidem concludunt, concessa castro cuipiam immunitate, si in civitatem aut villam excrescat, quod exemptio totum comitatur, Bald. l. cum fundus ff. de leg. 2. Laudensis tract. de castel. concl. 32. Alb. Bev. d. tr. de augmente, concl. 6. Natta cons. 340. n. 25. in concessione enim principum etiam adjacentia & pertinentia comprehenduntur, l. si quando. C. de bon. vacant. Carolus Tapia l. fin. par. 1. cap. 2. de constit. ubi accurate disputat quando in beneficiis principum juri accrescendi locus sit. In privil. Friderici I. Austriacis dato legitur: Volumus ut, si districtus & ditiones vestri ducatus amplientur, hereditate, donatione, emptione, vel alio quovis devolutionum successu prafata jura privilegia & indulta ad augmen-

tum dominii Austriæ plenariè referantur. Refert Acacius Enenckel lib. 2. de privil. jur. c. 4. n. 120. Veruntamen cum in materia exorbitante & minus favorabili non fiat extensio a principali ad accessoriam, *Jason in rubr. ff. de re judic. Eberh. in top. loc. 79 Bart. in l. fin. §. fin. ff. de cond. indeb. Crav. cons. 345. n. 4.* multi æquius censuerunt Exemptionem, velut odiosam & stricti juris, extra suam causam non esse extendendam, *innoc. cap. dudum de priv. Ferrar. tit. 15. gloss. 18. num. 5. I. Bidenbach. qq. nobil. 19. num. 2. Moditius §. plebescitum. dub. 72. n. 4. Panormit. cons. 101. lib. 1. Beroius cons. 24. n. 9. lib. 1. Cravet. cons. 811. n. 14. 851. n. 9.* neque ad postmodum quæsita applicandam; *Moditius §. principum placita. dub. 209. n. 1. Losæus de jur univ. p. 3. c. 13. n. 22. Natta cons. 340. n. 1.* Hinc ecclesiam profanorum bonorum emptione dicatam, immunitatem non mereri, *c. si tributum. 11. q. 1. & c. cap. 23. q. 8. Bart. ad l. munerum. §. patrimon. ff. de mun. & hon. Petra de jur. quæs. cap. 4. n. 57. 103. Meisner. tom. 2. lib. 2. decis. 3. n. 21.* itemque nobilem plebeios agros comparantem ad pristina onera teneri, *per l. si quando. C. de bon. vacant. l. penult. & ult. C. sine censu l. his oneribus. ff. de mun. l. fundi partem ff. de contr. empt. l. pater. in fin. ff. quom serv. amit. Festal. de æstimo. p. 4. c. 3. num 17. 18. 19. Maulius tr. de homag. tit 9. n 68. Gothofredus disp. feud. 1. th. 2. lit. a. & disp. 7. th. 6. lit. a. Modest. Pist. cons. 9. n. 36. vol. 2. Papon. lib. 5. tit. 11. arrest. 39. Koppen quæst. ill. 61. nu. 10. Meisner. tom. 2. lib. 1. dec. 8. n 46.* quin ipsam divinam domum functiones agnovisse cernimus, quas prior dominus dependerat, *l. 8. C. de exact. trib. l. 1. C. de præd. & omn. reb. navic. Ægid. Boss. tit. de principe, num. 110.* Ratio communis, Ne onus commune multis paucis imponatur, *l. actores. C. de exact. trib. lib. 10.* Quo scopo Gallici senatus decreto vetustis privilegiis modus statutus, immunitasqi ad priscæ solum ætatis, non ævi consequentis indictiones restricta est: *extat in Renato Choppino lib. 1. de ll. Andium. c. 8. num. 7.* In his & similibus problematis ut utriq; dissentientium parti placeamus, distinctionis fœdere utar. Primo videndum. An principale & accessorium ejusdem naturæ sint. Si ejusdem, certa est opinio quæ sic connexa sunt, ut separari non possint, eadem fortuna gaudere, *per l. 13. §. 2. ff. de statu liberis. Alb. Meditius §. plebiscitum, dubit. 74. Azevedo lib. 5. constit. Hisp. tit. 7. leg. 6. n. 4.* Sin diversæ probatione unius alterum non infertur; *Mascardus concl. 14. n 19. Feiderus 1. proc. c. 21. n. 25. Gail. 1. p. p. c. 5. n. 26. Crav. cons. 506. n. 3. 602. n. 13. 926. n 5.* Secundo: cum unionis innumeri modi sint, expendendum: an quoad protectionem & gubernationem, *Azev. lib 6. ad constit. Hisp. tit. 2. rubr. n. 215. ex Angelo cons. 247. & Socin. jun. cons. 28. n. 21.* an ut appendices vel utres æque principales, *Franc. de Claperiis cent. cas. sic. 1. q. 1. Cattuncula cons. 4. n. 34. Alex. cons. 14. n. 5. lib. 7. Brun. cons. 54. n. 6. Cacheran. decis. 21. n. 1.* an confusione revocabili vel irrevocabili, *Chopp. lib. 1 de l. Andium. c. 62. n. 3. & lib. 2 part. 3. c. 1. tit. 1. n. 3. & 4.* an deniq; per se vel per accidens sub unius principis imperium venerint, *Peckius ad l. in toto. de R. I. Cravetta de antiquit. temp. p. 4. c. 1. n. 11.* Si enim ista territoria ad idem regimen & superioritatem confluentur, ita ut plane confundantur, tunc illud quod extinguitur, non attenditur, sed lo principalis, cui leges commigrant, *text. in Novell. 8. c. 2. & l. 20. §. tyranno. ff. de in jr. leg. Bartol. ad leg. 36. C. de appellat. in fin. Chopp. 1. de doman. tit. 6. n. 12. Cravett cons. 454. per totum. Meisn. tom. 2. lib. 1. decis. 9. & 14. secuti id exemplo Delphinatus & comitatus Valentinensis firmat Guido Papa decis. 265. & exemplo ducatus Astensis Cacheranus decis. 22.* Sin vero natura, limitibus modo regiminis ita formatam fuerit, aut pacto suggillatum placuerit, ne aliter quam salvo priori jure coadunentur, certum est exemptionem ab u-

Varii unionis modi

ab uno ad aliud non porrigi, *vide utiliter Covar. pract. qq. c. 2. & Alph. Moditium. § plebiscitum. dub. 163. Hieron. de Monte tr. finium regund. c. 3. n. 5.* nec jurisdictionem unius provinciæ ad locum novitèr adjectum prorogari, *Brunus de augmento concl. 5. n. 8. & concl. 17. Cabedo dec. 11. n. 7. p. 2.* illiusvè statutis illa queari, *per l. quoniam. C. de appell. Bart. ad l. si convenerit. §. si nuda. ff. de pignor. act. Losæus de jur. univ. p. 3 c. 14. nu. 5. Alexand. cons. 149. lib. 1. & cons. 151. lib. 2. Pruckman. cons. 27. n. 11. vol. 1. & eleganter Cothman. cons. 84. num. 51. vol. 1.* Æquum enim est ut separata aut separabil a diverso jure æstimen u , *l. ult. ff. de calumn. l sancimus C. de donat. Bartol. ad l. grate. §. illud ff. de fidejuss. Cantiuncula cons. 10. n. 13. & ibi Nic. Rucker. cons. 24. n. 47. Laurent. decis. 53. n. 5.* In comitiis Augustanis cum hæc quæstio Burggravio Misniæ moveretur, jusserunt Ordines, So er ander Herrschafften vnd Lande jtzo jnnen hette oder künfftiglich an sich bringen würde/ die ohne das in deß H. Reichs Registern vnd Anschlägen begriffen/ daß er davon sein Gebühr auch tragen vnd richten solle/ R. A. *anno* 48. §. mit den Gesandten. In transactione itidem Burgundica etsi variis casibus & causis Begium eximer tur, in textum tamen concordiæ legitur: Doch soll dieser Vertrag vnd bewilligung dem H. Reich an denen Landen so denselben hiebevor verwand geweſt/ vnvorgreifflich vnd dardurch nichts benommen seyn. *extat. in Goldasti* Reichssatzungen *anno* 48. Idem in comitatu Henr enb. nuper observatum. Alia exempla quotidiana sunt, In Parlamento Burdegilensi anno 1590. 7. Mart. decretum fuit; Regis Navarræi dynastias, accessione Franciei sceptri, regni provinciis reiq; publicæ nexas non esse; sed pristinam sortem conditionemq; liberam seorsim retinuisse, *sicuti pra alijs graphice hoc repetit Chopp. lib. 1. de moribus Parisien. tit. 2. n.* 27. De ducatu Tholosano quisq. novit quod regiis sanctionibus non subdatur, sed suis statutis gubernetur, *Bart. ad d l. si convenerit. ff. de pignor. act. Cantiuncula cons. 4. n. 34. Cothman. 85. n. 6. vol. 2. Thoming. dec. 41. n. 3.* vnde in istis Gallicæ locis jure civili utuntur, & secundum ejus normam contractus aut testamenta fingunt, *vide Ferron. ad cons. Burdeg. & Renatum Choppin. lib. 3. de sacra polit. tit. 8. n. 19.* Ducatus Mediolanensis Galliæ quondam adjectus fuit, non hujus, sed suis legibus regundus; *uti videre est in Francisco Ripa lib. 1. respons. c. 20.* Idem de Sicilia sua ait Matth. de Afflictis. *ad constit. Neapol. 21.* De Belgio suo P. Peckius, *ad l. in toto. n. 6. de R. I. in 6.* De Batavia sua Hugo Grot. *lib. de antiq. Reip. Bat. c. 5. anno 1549 13. Mart.* Non enim dignitatis adjectione mutatur in deterius rei conditio aut personarum status, *l. ult. C. de nupt. l. 11 ff. de senator. Chopp. lib. 2. de doman. tit. 9. n. 10.* nec inducta ad augmentum, diminutionem operari debent, *Bart. ad l. ult. C. de præpos. agent. in rubr. lib. 12.* Cum in causa appellationis G. contra H allegaretur privilegium Juliacense, replicuit ille, comitatum Marchia accessisse Juliaco propriamq; retinere naturam: & obtinuit. *Extat in Gilm. tom. 3. dec. f. 275. & tom. 6. f. 115.* Quo facit, quod, si exempta dynastia accedat principatui, provocetur ad superiorem non principis, sed dynastiæ, *Bart. ad l. quando. C. de appell. Chopp. lib. 1. de doman. tit. 6. n. 12.* Ex eodem generali fundamento colligant feudalium consuetudinum interpretes, Vasallos Misniæ non posse esse pares curiæ in Thuringia, licet sub eodem Electore, ob separatam provinciarum qualitatem, quæ in ipsa etiam unione non confunditur, *Schrad. de feud. p. 10. s. 7. n. 24. Mynsing. 4. O. 89. n. 14. Goden. cons. 2. num. 33. lib. 5.* Quem usum parergaista habeant, tum demum clarebit, si statui exempto ratione accessionum, meliorationum, pertinentiarum, privilegiorum, familiæq; herciscundæ controversia intentetur.

Conclusio XIX.

Salus enim publica flagitat, ut recisa sit exemptio, quam fieri potest maxime, onusq; non imperio, sed statui eximenti accrescat.

Quæsitum fuit sæpius in omni rep. Primo, an princeps immunitatem, deinde, á quo onere, & demum, cujus malo elargiri possit. Primum affirmat, *l. medicos C. de profess. & med. l. 1. C. de his qui á prin. vac. l. 2. 11. 12. C. de excus. mun. Mauli. de homag. tit. 9. n. 77. Rosenth. de feud. 5. q. 85. n. 1. Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. c. 5 n. 22. Natta cons. 160. n. 38. Quett. cons. 26. n. 1. Ioseph. Ludov. part. 1. decis. Perus. 3 n. 4. Til. de Benign. synt. 1. dec. 2. vot. 9.* sicuti lumine libertatis reddito Afros á violentia tributariorum respirare jubet Imperator, *l. 1. § optamus. C. de offic. præf. prat. Afr. l. sunt munera C. de vacat. mun.* & in matricula imperii exemplorum abunde. Da etlichen Ständen entweder der drittheil/oder auch auff ein gewiß anzahl Jahre jhr ganzer anschlag nachgelassen: quamvis hodie restrictior ista liberalitas, nec nisi ob arduas causas indulgeri possit, R. A. *anno 82. §. 14. Gail. 2. O. 53. T. Michaelis concl. 27. lit. c. Bart. ad l. 6. ff. de jure immun. Tapia in rubr. de const. c. 4. nu. 31. Iacob. á S. Georg. de homagio n. 60. Modest. Pist. cons. 4. n. 5. vol. 1. Barb. cons. 26. lib. 2. Alex. cons. 30. n. 8. vol. 5. Paris. cons. 68. 69. 70 vol. 1. Cacher. dec. 39. n. 18. & 90. n. 7.* Sed á quo onere? Frequentia sane imperatorum jactantur privilegia, *Nec tibi aut posteris tuis ullo tempore gravamen imponatur.* Quæ tamen generalitas non extendenda ad publica, ad insolita, quæq; necessitatis causa imponatur, R. A. *anno 44. §* vnd nemblich. *anno 82. §.* dieweil dann. *l. 4. 5. 10. C. de annon. & trib. l. 8. C. de exact. l. 1. C. de indict. Acac. Enenk. l. de priv. c. 5. n. 75. Gail. 2. O. 52. H. Hartm. tit. 52. O. 6. Rulan. de commis. p. 4. l. 4. c. 6. Mynsi. 4. O 70. & late cons. 1. decad. 15. Natta cons. 63. 66 397 Schurff. cons. 44. n. 17. cent. 1. Tessaur. dec. 134. n. 10. Thoming. decis. 56. n. 22. Cacher. decis. 39. 68 98. Fr. Marc. dec. 458 n. 11. A. Faber l. C. tit. 3. defin. 56.* Da sol ein jeder bezahlen geistlich oder weltlich/*exempt* oder nicht *exempt*, gefreyet oder nicht gefreyet/ R. A. *anno 51. §.* solche der stände *anno 66. §.* weil nun diese. præsertim si necessitas tanta, ut sustineri non possit, nisi perveniatur ad exemptos. R. A. *anno 94. 98. 603. Vasq. lib. 4. contr. 6. Marta de jurid. p. 4 cent. 1 cas. 9. n. 28. Socin. ad l. si ex toto. ff. de leg. 1. Tapia l. fin. p. 2 c. 8. n. 19. & c. 9. n. 37. Bald. cons. 406. vol. 5. Curt. jun. cons. 61. n. 14. Natt. cons. 275. n. 4. Rol. á Val. cons. 80. n. 23. vol 3.* Quod si maxime concessam libertatem princeps tueri velit, cum in præjudicium tertii non possit, ipsemet non ferat onus quos alios levavit, *Alph. Modit. §. plebisc. dub. 157. num. 159 n. 3. Ant. Gabr. lib. 6. tit. immun. concl. l. 2. Franc. de Clapper. cent. fisc. cons. 23. q. 2. Masverius tit. de talio. n. 25. Losæus de jur. univ. part. 3. c. 9. n. 24. Cujac. tom. 3. f. 249. Knich. in epopsin. 154. Marta p. 4. cent. 1. cas. 96. n. 11. Quet. cons. 20. n. 4. Crav. cons. 586. n. 1. 627. 705 n. 3 768. n. 2. 811. n. 13. 945. n. 1. Signor. de Homod. cons. 215. nu. 8. Valasco cons. 12. Purpur. cons. 146. n. 3. Calcan. cons. 101. n. 4. Neviz. cons. 66. n. 4. Mynsi. dec. 11. resp. 1. n. 128. G. Papa decis. 393. Botrius dec. 213. n. 3. Cabedo dec. 113. n. 3 p. 2. Peregr. dec. 85. n. 4. Meisn. t. 2. lib. 1. dec. 6. n. 17.* Et hoc sensu, ut exemptionibus propriis nostris thesin finiam, impetii comitiis dec sum est, ut in eximentis humeros onus exempti redundet, Daß der außgezogene dem gewinnenden außziehet *cum onere scilicet* nues anschlags heimfallen sollen R. A. *anno 48. §.* vnd soll. §. doch soll. §. vnd im fall. §. gleicher gestalt. *anno 66. §.* wir setzen vnd wöllen. §. damit auch diese hülff. *anno 82. §.* wenn auch in dieser. *& in seqq. eodem modo. Meisn. in causa* Maynz *contra* Erffurt/ *tom. 2. lib. 1. decis. 9. fol. 847. 849.*

Con-

Conclusio XX.

A causis exemptionum veris ad falsas aut saltem non necessarias parumper prosiliam, quas rixosi eximentes quotidie comminiscuntur. Ubi primo in celebri causa disputatum fuit, An qui protectionis jure alteri subjacet, exemptus ob id dici mereatur?

Rogante aviculas cuculo, *Cur se fugerent?* quia accipitrem te fore subveremur, *apud Plutarch. 6. apoph.* Vera fictio est clare edocens, quod optimorum principum animi dominationis licentia abripiantur in pejus, & ex laudabili initio finis inclinet, *Plutarch. in Sull. & Pyrrho. Tacitus 15. annal. Cic. 13. Atticum 29. Lipsius 2. pol. c. 5. Grotius de antiq. reip. c. 6.* Æsopæi apologi documento sunt, quomodo rex sæpius hoste magis noceat, *Sigonius lib. 18. de regn. Ital.* nostrique ævi calamitas suggerit multoties evenire, vt quos opis causa evocavimus, metuamus: *sicuti de Alenzonio veracissime refert Lipsius lic. 1. epist. miscell. adde Bodinum 5. rep. c. 6. n. 515.* Moribunda & ex alto pectore Pompeji magni vox,

Domum Tyranni quisquis introiverit,
Haut liber exit, liber etsi venerit.

Periculosum itaque censuere Politici aliorum patrocinium ambire: sive enim subeas sive suscipias conuersio saltem, si non euersio, alterutrius à tergo est, *Bodinus 5. repub. c. 6. n. 587. Gail. 2. O. 54. n. 6.* vel. ut P. Gregorius; Primus post protectionem gradus, invasio, *lib. 11. reip. cap. 11. n. 6. P. Frider. 2. de proceff. cam. cap. 14. n. 2.* Longum foret exempla allegare pro testimoniis, ubi protectionis prætextu aurea libertas pessum iit, *vide Maulium de homag. tit. 11. n. 6.* Habemus præ oculis (ut recentiora & in sinu Germaniæ præteream) clarissimarum urbium fata, Cameraci, Tulli, Verodoni, quæ cum se in clientelam olim dederint, nunc temporum vertente periodo ab imperio avulsæ sunt vano advocatiæ colore, *Choppinus in lib. de comm. Gallic. consuet. part. 2. n. 4. & lib. 2. de Domanio tit. 8. n. 8.* Hinc non solum legibus scriptis vetitum, ut nemo potentiorum patrocinium advocet, *l. 1. C. ne liceat potent. l. illicitum. §. ne potent. ff. de off. præsid. l. 1. C. ut nemo ad suum patrocin. l. Faber. §. præjudiciales. Instit. de action. Jason in l. debitorum. C. de pactis. Bald. cons. 135. vol 5. Surdus cons. 47. nu. 15.* verum etiam novissimis imperii recessibus acriter interdictum, ne alterius protectionem quis ambiat aut subeat, præsertim contra magistratum; R. A. *anno 1529. §.* Wir auch. *anno 41. §.* vnd damit im *anno 55. §.* es soll auch kein Landfried *anno 44. in pr. §.* doch sol auch kein Stand. *Denais. tit. 211. §. 2. & hoc serio examinatur in causa secunda conventionis* Maintz *contra* Erffort/ *in Gilman. t. 1. p. 1. tit. 2. vot. 1. n. 143. 144. Ruland de commis. p. 4. lib. 2. cap. 3. n. 12. &c.* sed ut quisq; suosmet subditos tegat & tueatur, *Ferald. de priv. & jurib. regn. Franc. n. 40. Felinus c. dilecti. extr. de maj. Obrecht de juriſd. 8. n. 97. Natt. consil. 636. n. 59. Alex. cons. 94. n. 4. vol. 5. Rol. á Vall. cons. 18. n. 28. vol. 3. Boer. dec. 179. & 304. n. 6. Capic. dec. 27. n. 1.* Quo decreto tam ambitioni principum quam palantibus subditis (quos inde non inepte Pfalburgeros dictos quis conjecerit) repagula structa sunt. Nec sine ratione: non solum quia stipendio, quod pro advocatia penditur, subditorum opes exinaniuntur; *Bocer. de juriſd. c. 8. n. 97. Zasius cons. 7. n. 5 lib. 5.* sed etiam quia paulatim prioris domini autoritas deteritur, *Faurmeist. lib. 2. de juriſd. c. 6. n. 19. Gail. 2. O. 54. n. 6.* Verumtamen cum

honesta sit omnis ratio expediendę salutis, principesq; ob absentiam, impotentiam, negligentiam tutari quandoq; suos aut non velint aut non possint, *Felin. c cum non liceat n. 12. de præscr. Gigas de les. maj. lib. 1. q. 56. M. Stephani 2 p. 2 c. 1. num. 128. Alph. Moditius § plebe scitum. dub. 35. n. 1. Azevedo tom. 4. const. Hisp. tit. 3. leg. 1. n. 9. Thomin. cons. 13. n. 43. lib. 1.* prudentissimus imperator moti illi morem gessit, daß hiemit den jenigen so hiebevor vor alters schutz vnd schirmherrn anzunemen gehabt/nichts benommen seyn soll/ *R. A. anno 55. §. es sol auch. per l. 23. ff. quod metus causa. l. 2. ff. de hu qui sui. Friderus 2. de proces. c. 14. & 16. Gail. 2. O. 54. Wesemb. cons. 48. n. 23. Ripa cons. 55. Socin. jun. cons. 6. vol. 1. Brun. cons. 86. n. 2. Scurffius cons. 23. vol. 3. Marpurg. cons. 8. n. 104. vol. 3. Crav. cons. 869 n. 2.* Idq; præcipue locum habet in liberis imperii ubibus ex vulgata regula, Quemlibet rei suæ arbitrum & moderatorem esse, *l. etsi §. consuluit. ff. de pet. her. l. 2. ff. si quis á par. man. l. 1. §. & magis. ff. si quid in fraud. patron.* Compilator Symphorematis tanquam orbi manifestum pet functorie indicat. Multas urbes, nobilesve imperio immediate subjectos, se in alterius principis protectionem mit Leib vnd Gut dare posse, indetamen imperio nehilum quidem decedere, *tom. 2. p. 3. tit. 3. supplic. 23. f. 93. Marpurg. cons. 19. n. 14. vol. 3. Mod. Pistor. cons. 43. n. 20. Simon Pistor. cons. 19. nu. 18.* Protectio enim jurisdictionem nullam tribuit, *c. ex parte tua. c. recepimus de privil. Petra de jur. quæs. c. 22. num. 9. P. Gregor. de Rep. 11. c. 11. n. 6. Conr. Brunus lib. 3. de legation. c. 10. Moditius. § principum placita. dubit. 239. n. 4. Gail. 2. O. 54. Mantica lib. 27. de tac. conv. tit. 7. n. 13. Menoch. cent 6. arbitrar. cas. 584. n. 4. & cons. 25. n. 25. Rol. á Valle cons. 1. n. 47. vol. 2. Raudensis cons. 27. n. 39. & 46. vol. 1. Pruman. cons. 17. n. 86. vol. 1. Wes. cons. 48. n. 30. A. Faber lib. 3. C. tit. 12. defin. 5. Meichsn. in causa* Jngelheim *contra* Pfaltz/ *tom. 2. lib. 2. decis. 4. n. 176. Til. de Benignu sent. 1 det. 4. voto 10. n. 3.* nec superioris jurisdictioni eximit, *Frider. lib. 2. proces. c. 14. n. 4. & c. 36. n. 6. T. Michaelis conel. 55. lit. e. f. g. Ferrarien. tit. 15. gl. 18. n. 4. Marpurg. cons. 8. n. 49. & 107. Vol. 3. Honded. cons. 13. n. 57. vol. 1.* aut priscam libertatem imminuit, *Bodin. lib. 1. de rep. c. 9. num. 108. Erenb. lib. 1. de fœder. c. 4. n. 13. Arnisæus lib. 1. de jur. majest. cap. 3. Natt. cons. 301. n. 1. Ruland lib. 2. part 4. de commis. c. 3. n. 12. ubi ait, non posse inde die* Landsfürstliche Obrigkeit *induci, licet dicantur* die oberste schirmherrn: quia potius evidens signum non jurisdictionis est protectio, si peculiaribus pactis impetretur, *sicuti subtiliter consuluit Natt. cons. 636. n. 1. & Sixtin. cons. 8. n. 45. vol. 3.* Quæ quidem autem ex defensione oritur sæpe offensio, cautio erit adhibenda his, qui externi principis præsidia prensant, ut capitula sic componantur, ne subjectionis potius quam protectionis occasio nascatur, *P. Gregorius lib. 11. de Rep. c. 11. n. 6.* Cum enim quivis legem rei suæ, quam volet, figere queat, *c. verum de cond. appos. l. quoties. C. de donat. quæ sub modo. Paris. cons. 32. n. 28. vol. 1.* & contractus primordium inspiciendum sit, *l. si tantum ff. ad senat. Maced. l. si voluntate. C. de rejcind. vendit. l. unic. in fin. C. de impon. lucr. descript.* curiose ac attente signanda erunt capita, quomodo se submiserint aliorum alis: *P. Greg. d. lib. 11. cap. 11. n. 6. Erenberg. de fœder. 1. c. 4. n. 13. Sixt. in 1. regal. c. 4. n. 86. Ruland. de commis. p. 2. lib. 5. c. 4. n. 21. 22. M. Steph. lib. 2. jurud. c. 1. part. 2. n. 23. 76. Gail. 2. O. 54. n. 10. Mynsing. resp. 13. decad. 2. n. 11. Crav. cons. 241. 415. 672. 702. n. 43. Natta cons. 301. Curtius jun. cons. 124. n. 2. p. 2.* Capitulis illis sententiam signavit Bodinus duplicem: Vel ut protectionis literæ à patrono dentur, quibus testatum sit jura pristina salva & integra clientibus futura? Vel patrocinia breviore temporum intervallo terminentur: quo partibus graviora visa mutari: honesta

nesta & proficua continuari possint, *lib. 5. de Rep. c. 6. n. 584. 585.* Sic certa exprimendo ad quæ voluerint teneri, declarant se reliqui vinciri nolle: *per l. quæsitum 12. n. 43. ff. de instr. leg. l. cum de lanion. § cum fundus. ff. eod. Choppin. lib. 1. de doman. Franc. tit. 6. n. 19. Mantica d. lib. 27. num. 17. Surd. cons. 234. n. 16. Nevizanus cons. 66. n. 24. & 52. Rol. à Valle cons. 1. n. 45. vol. 2. Cacher. decis. 139.* Ad cauta ergo obstrictus solum ero, non ultra: aut conditione tua non utar, Patrone: *vide Erenb. lib. 1. de fœd. c. 4. Natt. cons. 636. n. 35. Crav. cons. 463. n. 13. Mynsing. cons. 13. n. 10. dec. 2. aliosq; supra laudatos. in primis Contardum ad l. unic. C. si de mort. poss. lim. 3. n. 25.*

Conclusio XXI.

Quæ de protectione dixi, eadem de confœderatione intelligo. Sicut enim ibi spondet patronus, se tutelari præsidio clientes tecturum: ita hic nihil aliud fœderis arbiter, quam justis se sociorum rebus consilio & opera adfuturum!

Qui bonis malisque suis bellare didicerunt, fatentur dum singuli pugnant, universos vinci, *Tacitus in vita Agricol. & ibi Lipsius fol. 456. 461.* & contra singulorum pericula mutuis viribus propulsari, *Iustinus lib. 34. histor.* De Germaniæ regulis scribit Jovius *lib. 32. histor.* quod mutua ope & sanctissimo liberalis amicitiæ jure seipsos ab injuria & superbia potentiorum facile defendant. Auxilia enim humillimæ confessus facit, *ut ait Publius*, & vel Scyluri tela documento sunt, quanta difficultate juncti fasces disrumpantur. Fœdera igitur recte inventa fuere omni ævo, ut amicis armis hostes terrere, tuos tueri possit. *vide Vbertum Folietam tract. de fœderib. Celsi Mancinum lib. 6. de jur. princip. c. 13. Erenberg. lib. 1. de fœder. cap. 2. nu. 132. Alex. ab Alex. lib. 5. genial. cap. 3. Cameraria cent. 1. succis. cap. 6. & cent. 2. cap. 78. Bodinum 5. reip. cap. 6. P. Gregor. 11. reip. c. 11. Cominæum lib. 2. pag. 360. Manticam lib. 27. de tacit. convent. t. 7. n. 7.* Conspirationes equidem improbæ & coitiones turbulentæ jure vetantur, *l. 3. ff. ad l. Iul. de vi publ. l. conventicula. C. de Episc. Aurea Bulla tit. 15. & in Pace publica de anno 1495. §. auch sollen. Cataldinus de syndicatu, q. 266. Ruland. de commis. p. 3. lib. 5. cap. 10. n. 1. Meisn. nervosa decis. 22. tom. 4.* cum flagitiosæ rei nulla societas sit, *l. 57 ff. pro socio. l. 35. §. 2. ff. de contr. empt. l. 1 § 14. ff. de tutel. & rat. distr.* tamen si pro libertate imperii, pro majestate Cæsaris, pro utilitate sociorum sunt, quis tamen expers humanitatis qui hanc animorum concordiam damnatum iret? *vide auream bullam d. tit. 15. Speculum Saxon. lib. 2. art. 1. Mynsi. 6. O. 2. Eberhard. in top. loc. 131. n. 3. Azevedon. lib. 8. ad const. Hisp. t. 14. leg. 1. n. 5. 6. 7.* Fiunt autem fœdera vel pari vel impari jure, *l. non dubito. ff. de captivis. Cujacius lib. 11. obs. 23. & lib. 27. observ. 33. Bodin. 5. reip. c. 6. n. 578. 579. Gregor. 11. reip. c. 11. n. 4. Mantica d. lib. 27. de tac. conv. tit. 7. n. 10. Moditius § Principum placita. dub. 239. Barnabas Brissonius lib. 4. de formul. fol. 406.* Pari, ubi communio est & æquatio dignitatis. Unica ibi lex, Una salus ambobus erit, *vide Bellinum p. 10. de re milit. tit. 2. Laudens. de confœder. princ. quæst. 7. & 27. Hug. Grotium de antiq. Batav. cap. 5.* Impari, ubi pars altera alterius majestatem comiter observat, *l. 7 ff. de captiv. & postlim. Arnisæus lib. 1. de jur. majest. c. 6. Moditius d. l. n. 7.* quem textum aureis scribendum literis ait *Cagnolus in pr. procem. ff. n. 56.* reverentia scilicet, non obsequio, *Grotius d. loc.* Populus enim non desinit esse liber, licet alterius superioris potestatem comiter observet: quam sententiam

tiam ſcitu dignam liberis Imperii utbibus ait *Gothofredus ad d.l.7.lit.x. cui adde Bodinus lib.1.reip.c,9.n.*108. Et quamvis caput fœderis eſſe præſtet. ne exitiosâ ducum multitudine optimi conatus retardentur, *Erenberg.de fœd.lib.2.c.1.n.47.P.Gregor.6. Reip.cap.*1. libertati tamen hoc moderatore non derogatur, *Machiavell.lib.1.diſcurſ. in Liv.cap.*59. *Arbert.Gent.lib.3.de jur.belli,c.*16.17.18. *Cujac.lib.*27. *obſ.*33. ſed potius libertatis ſignum eſt, eó quód ſubditi alterius nec arma tangere, nec fœdus pangere auſint, *Cujac.d.l.Laud.de confœd.art.*20. *Ruland.p.4.lib.2.c.3.n.2.Gilm.tom.1.p.1. tit.2.vot.*1. Hinc receptæ maximæ, Fœderibus neminem ab ordinaria juriſdictione eximi, *Ruland.de commiſſ.p.4.lib.2.c.3.n.2.* nec ullam juriſdictionem transferri, *Iacob. á S.Georg.in inveſt feud.de adhær. verſ. ſubſequenter. Modit.* §. *Principum placita.dub.* 239.*n.*3. & §. *plebiſcitum.dub.*35. *Bald.conſ.*506. *vol.*5 *Brunus conſ.*86.*n.*3. *Purpuratus conſ.*18. *n.*63 ſed gentem liberam manere, *d.l.*7. *ff. de captiv. Bodin* 5. *reip c.*6.*n.*579. 581. *Valer Max.*5.*c.*2. *Antimachiav. lib.*1.*c.*18. *Hugo Got.de antiq. Bat.cap.*5. *P.Faber* 1. *ſemeſtrium c.*7. *Caſtald.de optuno Imp.q.*109. *Roman.conſ.*444.*col* 2. *Pariſ.conſ.*16.*n.* 25. *lib.*4. privilegia regimenque priſtinum retinere, *Bodin.in meth.hiſt.c.*6. *Erenb.de de fœder.*1.*c.*3. *n.*9. *ex Bald.auth. & omnino.C.né uxori.* ita ut confœderatus Princeps in alterius orbe nil cenſere, *Bodin.*5. *Reip.c.*6.*n.*610. *Modit.*§. *Principum dub* 239.*n.* 25. *Menoch.*1. *arbitr.quaſt.*100. non jus dicere nec collectas indicere poſſit, *Budæus ad l.non dubito.ff.de captiv. Mantica lib.*27. *de tacit.conv.tit.*7 *n.*15. *Manſil.in præt. crim* §. *opportune.n.*36. *Panor.conſ.*51. *lib.*2. *Wintzl.de collectu obſ.*21. Ad hæc idæam ſua majores noſtri fœdera cum Romanis formaverant: Manebat genti honos & antiquæ libertatis inſigne, apud *Tacit.lib.de mor.Germ.* S cultra 50. fœdera Germaniæ Principum cum Francis cõmemorari poſſunt, non ut ſervirent, ſed ne ſervirent, *vid. Bod.lib.*1.*de Rep c.*9.*n.*118. Myſticum id intellexere Spartacidæ, qui Amori ſacra faciebant, quę Eleutheria vocitabantur: quo niſi certo ſigno, ortum libertatem amori & fœderibus mutuis adſcribendam? Cum autem ſæpenumero eveniat, ut ſocij valentiorum opibus atterantur, *notante Tacito lib.*4. *hiſtor.* ſanctiſſimoq; fœderis nomine multi libertate multentur, exempla in Erenberg *de fœd.*1.*c.*4.*n.*4. ab iſtis

——— *qui crebris perjuria miſcent*
Blanditiis: ſociant perituro fœdere dextras:

diligenter (ut theſi priore) verborum aucupia vitanda, formulæ examinandæ; breviter pacta, conventa, fœderiſq; forma intuenda, cum juriſdictio its transferri poſſit, *Erenb.d.lib.*1.*c.*4.*n.*16. *Roſenth.de feud.c.*4.*concl,*14. *n.*4. *lit.d. laté Mantic.lib.*27. *de tacitis convent.tit.*7.*n.*18.19.20. Hæc enim fœderum permanentium una fultura, ut ſine dolo, ſine fraude, ἀνεν δόλυ καὶ ἀπάτης. Quæ ſi miſceas, amice, Pœnus es: divorte ſubito Reſq; tuas tibi habe.

Conclusio XXII.

Crebri uſus hæc quæſtio, An qui feudum ab alio aut bona feudalia obtinet, illius illico exemptus dici mereatur.

Ut amore & dilectione Princeps eſſet tutior, feuda viris fortibus utenda fruenda dedit, *Cujac lib.*8. *obſ.*14. *Choppin.lib.*2. *de doman.tit.*14 *n.*7. *Hotom.lib.*1. *obſ.* 26. *Carol.Tapia in rubr c.*4.*n.*21. *de conſtit. Garſia de expenſis c.*10. ut iſto nexu devincirent, qui parati eſſent pro ipſo promiſcue ſanguinem fundere vel haurire, perdere vel perire: *lib.*2. *feud.tit.*7. & 28. *ibiq; feudiſta. Conanus lib.*2. *Comment.jur.cap.*9.*n.*5. *Borri-*

Bottinius *de Cavalcata part.* 1. *cap.* 1. Unde κτήματα ς ε γ π ω ' π κ & vocantur ab Harmenopolo *lib. epit. tit.* 16. Duaren. 2. *de benefic. cap.* 3. Ex qua tamen recognitione si quis puram subjectionem concludere volet, peccabit contra rationem & sensum communem. Primò: Non enim servitus personalis vel anonyma (uti in feudo) sed domicilium & habitatio subditum facit, *l. domicilium. ff. ad municip. l. si in patria C. de incolis, lib.* 10. Gail. 2. *obs.* 35. 36. & *de pigner. c.* 8. *n.* 5. *c.* 15. *num.* 7. Mynſ. 1. *obſ.* 12. Iac. de S. Georg. *de homag. n.* 32. Knichen. *in Encycl. c.* 3. *n.* 29. 30. 52. Roſenthal. *c.* 6. *concluſ.* 85. *n.* 9. *lit. m.* Colerus *de proceſſ. execut. p.* 2. *c.* 1. *n.* 13. Pet. Ancharanus *lib.* 1. *q. famil.* 11. *n.* 16. ubi ait omnes sic tenere. Alber. Gentil. *lib.* 1. *Hiſp. advocationis cap.* 17. *in fin.* Natta *conſ.* 4. *n* 1. Hondedeus *conſ.* 6. *n.* 3. & 17. *vol.* 2. Surdus *conſil.* 515. *n.* 66. Cephalus *conſ.* 53. *num.* 34. Burſatus *conſ.* 16. *num.* 1. Pariſius *conſ.* 12. *num.* 14. *vol.* 3. Menoch. *conſ.* 692. *num.* 3. & pulcre Meiſnerus in causa **Teutſchmeißer** contra **Oettingen** *tom.* 2. *lib.* 1. *deciſ.* 6 *n.* 129. diſtinctiſſima enim ea sunt, Matth. Steph. *de juriſdict. lib.* 2. *p.* 1 *c.* 7. *n.* 182. & *c.* 4. *n.* 61. Pruckm. *conſ.* 27. *n.* 1. *vol* 1. sicuti vasallagium & homagium, textus est *in cap. qualiter jur. deb. vaſ.* illud enim ratione feudalium bonorum: hoc ratione subjectionis & obedientiæ præstatur, Bidenbach *in nob. q.* 2. *n.* 14. Bocer. *de inveſt. feud. c.* 4 *n.* 7. Roſenth *c* 6 *concl.* 85. Gail. *de arreſtis c.* 7 *n.* 10. Pruckman. *d. conſ* 27. *n.* 8. VVeſemb. *conſ.* 4. *n.* 50. *lib.* 1. Ant, Fab. *lib.* 7. *C. tit.* 3. *defin.* 5. & 6. Knich. *in Epopſi n.* 1. 1. Secundò: Extra territoriū nec jurisdictio nec subjectio permittitur, *l. ſin ff. de juriſdict. l.* 5. *C qui dare tut. vel cur. poſſ. l.* 4. *C. ſi à non competent. l.* 53. *C. de decurion.* Vantius *tit. de def juriſdict. ordin. n.* 100. 107. Ant. de Anatis *deciſ.* 30. *n.* 1. Inveſtitura autem potest fieri extra regnum & provinciolam uniuscujusque. Sylvan. *de feud. recog. q.* 19. Knich. *de jur. territ. c.* 4. *n.* 53. & *inv. pact. p.* 2. *c.* 5. *n.* 111. 141. Contius *c.* 3. *de feud. diviſ.* Roſenth. *c.* 6. *concl.* 85. *lit. m.* Pariſius *conſ.* 101. *nu.* 15. *vol.* 1. Guido Papa *deciſ.* 518. *n.* 2. Capycius *deciſ.* 162. *n* 11. etiam hac libertatis imagine, ut si domini fundus in unâ, clientelaris in aliâ regione situs, serviens prædium regatur more territorii, cui inest, non autem consuetudine feudi dominantis, sicuti hæc doctissime, sicuti omnia sua, elaboravit Renatus Choppinus *lib.* 1. *de leg. Andium c.* 5. *n.* 3. & *lib.* 2 *part.* 3. *c.* 1. *tit* 3. *n* 9. *fol.* 200. Deniq; Major, veluti Papa aut Cæsar, vasallus alterius esse potest; subditus esse non potest, Hotom. *illuſt. q.* 35. Vult. 1. *de feud. c.* 4. *n.* 9. Zasius *p.* 5. *feud. n.* 73. Roſenth. *c.* 3. *concl.* 5. *lit. c.* Vasallus ergo & subditus toto genere distincti sunt, Gail. *de pign. c.* 15. *n* 3. Weſemb. *conſ.* 1. *n.* 57. *vol.* 1. Decianus *conſ.* 18. *n.* 34. *vol.* 1. qu a oppositum consequentis stat cum veritate antecedentis, *per l non hoc. C. unde cognati.* Everhardi *loco à ſeparatis.* Quinimo longe plus est esse subditum, quam esse vasallum. Hic enim feudi tantum respectu dominum cognoscit; ille subjectionis onus sustinet: hic certo tantum servitiorum onere militari vel aulico ligatur; iste secus: ille capite, hic solâre obstringitur, vide Schneidev v. §. *præjud. n.* 23. *Inſt. de action* Matt. Steph *de jur. lib.* 2. *p.* 1. *c.* 7. *n.* 182. 337. Heigium *lib.* 1. *q.* 18 *n.* 5. 12. 14. 22. Choppinum *lib.* 2. *de ll. Andium c.* 1. *p.* 1. *tit.* 1. *n.* 3. Nattam *conſil.* 445. *n.* 9. Eberhard. Jun. *conſil.* 41. *n.* 99. *volum.* 1. unde subditus multo strictius obligatur domino quam Vasallus, Cujac. 2. *feud. tit.* 7. Freccia *lib.* 2. *aucl.* 4 *n.* 7. Burſ. *conſ.* 147. *num.* 33. Rol. à Valle *conſ* 1. *num.* 30. *vol.* 3. Crau. *conſ.* 517. *num.* 3. id quod ex paucis effectis palam liquebit.

Primò: Subditi ad collectas, Vasalli, qua tales, non tenentur, Coppin. *lib.* 1. *de doman. Franc. c.* 14. *n.* 10. Flor. Diaz. *de Mena. lib.* 2. *quæſt.* 21. Clarus §. *feudum. q.* 29.

*num.*2. Knichen. *de pact. vest.*2.*c.*5. *num.*26. Mynsing. *cons.*1.*dec.*15.*n.*26.39. Rolan. à Valle *cons.*61.*num.*8.*lib.*4. Bursat. *cons.*161.*n.*15. Surdus *cons.*135.*n.*12.*lib.*1. & *cons.* 234.*lib.*2. Fabius Arcas *decis.feud.casu* 29. & 30. adeo ut, si Vasallus indebita servitia præstiterit, non præjudicet posteris utpote quæ præsumptione impressionis extorta sint: Heigius *d. quæst.*18.*n.*20. ubi plures. Gatha *de expensis cap.*9. *n.*3. Ratio in promptu, Ne quis duplici onere gravetur, *l. Titia* §. *qui in vita ff. de leg.*2.*l.*4.*circa fin. ff. ad l. Rhodiam.* R. A. *anno* 41. §. **vnd nach dem** Bertrand. *cons.*115.*nu.*2.*vol.*3.*pag.*1. Alex. *cons.*138.*n.*13.*vol.*6. Natta *cons.*460.*n.*16. Fabius de Anna *cons.*6.*n.*22. Carocius *decis.*116.*n.*8.9.12. Oneris autem satis est, quod Vasallus periclitanti domino succurrere, ad nomina respondere, equo & armis pro Principe pugnare teneatur. *c. guerram faciente tit. hic finitur lex Cor. l. qui cum uno testiculo.* §. *gravium. ff. de re milit.* Johan. Garsia *de nobil. gl.*2. Borrinius *p.*3. Cavalcatæ *cap.*2. Bellin. *pag.*2. *de re mil. tit.* 3. Antibold. *de muner. p.*3. Mons. le Bret. *playdey.* 3.*p.*3. Petrus Rat. *comm. in leg. Pictonum art.*289. Choppinus *lib.*2. *de leg.* Andium *p.*1.*c.*1.*tit.*3. Henr. Boguetus *in cons. Burg. tit.*2. §. *nobles. & facundissime* Barnabas Brissonius *in Basil. lib.*6.*tit.*13.*art. Qui en necessité de guerre tous gentils hommes sont tenus de prendre les armes pour la necessité du Roy.*

Secundò: Subditus crimen majestatis committit, Vasallus contra; Marta *de jurisdict. p.*4.*cas.*133.*n.*12. *Clarus* §. *læsæ majestatis.n.*6. Rosenth. *c.*5.*concl.*69.*lit.g.* Cacher. *cons.*64.*n.*11. Fabius de Anna *cons.*67. Capycius *decis.*162.*n.*12.

Tertiò: Vasallus dominum feudi, etiam in controversiâ feudi, sine veniâ non modò in jus vocare: Azevedo *lib.*8. *ad const. Hisp. t.*9.*leg.*2.*n.*1. Mynsi. 4.*obs.*92. Gail. *de pign. c.*15.*n.*4. H. Hartm. *tit.*54.*obs.*44. Husanus *de propr. homin. c.*6.*nu.* 9. Vult. 1. *de feud. c.*10.*num.*22. Laur. Kirchovius *com. concl. cent.*4.*concl.*97. *Clarus* §. *feudum. q.*25. Peregrinus *de jur. fisci lib.*7.*tit.*3.*n.*2. Cantiuncula *cons.*2.*n.*7. Natta *cons.*445.*n.*8. sed etiam edicto, Unde vi adversus eum experiri, latè Vultejus *lib.*1. *feud. c.*11 *n.*27. *lib.*2. *c.*1.*n.*15. Isernia *ad* §. *si vasallus. de milit. vasal.* Virgin. de Bocatiis *de manuten. cap.*2. Mynsi. 4.*obs.*91. Borcholt. *de feud. c.*9.*n* 18. Rosenth. *c.*10. *concl.*23. & *cap.*12. *concl.*14. *Symphorema tom.*3.*fol.*350. imò spoliantem deprædari, proscriptionisq; pœnam urgere potest: Franc. Arias *de bello n.* 44. Treutl. *tom.*1. *disp* 18. *th.*7. *lit. b.* Schrader. *de feud. p.*9.*c.*3.*n.*37. pulcre Fabius de Anna *consil.*7.*n* 24. Marta *decis. Pisan. vote* 166.*n.* 6. & 8. Cur enim prætoriis edictis minus cautum clienti sit in immemorem officii patronum, quam in extraneum quemvis litigatorem? Choppin. *lib.*1. *de morib.* Parisi. *t.*2.*num.*52.

Quartò: Subditus ipsemet in verba domini jurare tenetur, nec alium muneris Vicarium substituere: Vasallus per procuratorem in fidem recipi potest, Bidenb. *nob. q.*2.*n.*14. Moller. 4. *sem. c.*20. Choppin. *lib.*2. *de ll.* Andium *p.*1.*t.*1.*c.*1.*nu.*3. Surd. *decis.*159.*n.*17.

Quintò: Princeps subditi sui Judex jure plenissimo est, nec istam jurisdictionem in præjudicium ordinarii prorogare licet: Asinius *de exeunt.* §:9.*c.*17.*n.*1. Gail. 1. O. 40. Vultejus *ad l.*1.*n.*168. *C. de jurisdict. omn. jud.* Petra. *de jur, quæst. c.*11.*num.*8. Muscatellus *in pract. civ. p.*2. *gl. competentes n.*47. Raudensis *de æquivoc. c.*34. *nu.*301. Lancellot. *de attentatis in præf. c.*20. *num.*9. Sola *ad constit. Sabaud. rubr. de foro comp. adverb. Subditos nostros. gloss.* 1.*n.*9. Laudens. *de princ. q.*33. Surdus *consil.*47.*num.*28. Cacher. *decis.*78.*n.*13. alioquin mandatis pœnalibus, ne alienam curiam adeat, revocare;

vocaretur: Faber § *ferviana. Inſt. de act.* Choppinus *de leg. And. lib. 1. cap. 65. num. 7.* Alp. Azevedo *lib. 3. conſtit. Hiſp. tit. 9. leg. 1. n. 1. 2. 3.* Mandoſius *tr. de inhibit. c. 123. n. 5.* Feudi vero dominus notionem habet feudalium litium ſeptis incluſam, nec egredi audet. *per clem. paſtoralis. de ſentent. & rejud.* ubi Immola, Zabarell. Bonifac. de Vital. Scipio Gentilis *lib. 3. de juriſd. c. 23.* Bocerus *de juriſd. c. 3. n. 55. ad n. 73.* Paurmeiſt. *2. de juriſdict. c. 8. n. 41.* Acacius Enenkel. *lib. 2. de privil. milit. c. 5. nu. 17.* Marta p. 4. *caſu 133. n. 15.* Roſenthal. 5. *concl. 69. lit. H.* Gail. *de pignor. c. 15. n. 3.* Pacianus *lib. 2. de probat. c. 37. n. 36. 37.* M. Stephani *lib. 2. p. 1. c. 4. n. 61.* Fachinæus *conſil. 58. nu. 23. vol. 1.* eleganter & per membra Renatus Choppinus *lib. 1. de legibus. Andium c. 3. nu. 2.* hoc eſt, in rebus quæ ad conſtitutionem, conſervationem, ac privationem feudi attinet. *gl. l. 1. §. fin. verb. ad dominum. de inveſt. in mar. fact. cap. 1. an apud judic. vel cur. dom.* Curtius *de feudis. p. 7. q. 8.* H. Piſtoris *1. q. 15. n. 27.* Paurmeiſt. *2. c. 8. nu. 46. 47.* pulchre Marta *de juriſd. p. 4. cent. 1. caſ. 16. n. 12. & 20.* Alexand. *conſil. 1. nu. 1. vol. 5.* Ant. Faber *liber 3. C. t. 12. def. 6.* G. Papa *deciſ. 42.* ita ut ante omnia conſtare oporteat de iſta rei qualitate, Vantius *tit. de def. juriſd. n 53.* Cravetta *conſil. 633. num. 1.* elegantet Pruckmannus *lib. 1. conſ. 16. n. 4.* Mantica *lib. 23. de tacit. convention. tit. 8. n. 1.* nam negata qualitate fundante juriſdictionem, non poteſt judex iſte cognoſcere num ſua ſit juriſdictio nec ne, quod notandum, D. Marta *de juriſd. p. 4. caſu 145. n. 8.* Hinc regula Dominus vaſalli, qua vaſallus, judex, etiam inter perſonas illuſtres; ſicuti hoc acriter diſputatum in cauſa **Schwartzenberg** contra **Steinßheim** apud Meichſn. *tom. 2. lib. 2. deciſ. 1.* Gail. 1. O. 1 *n. 54.* Schraderus *p. 10. de feud. ſect. 19. n. 160.* non vero quoad actiones perſonales ex contractibus aut delictis aliiſve ex cauſis deſcendentes, *d. clem. Paſtoralis.* Socinus *c. ex tranſmiſſa. n. 9. de for. comp.* Mynſ. 5. O. 75. *n. 7.* wurmbſ. *lib. 1. O. 12. n. 5.* Curt. *de feud. p. 7. q. 5.* Paurm. *lib. 2. c. 8. n. 47.* M. Stephan. *l. 2. p. 1. c. 7. n. 181.* Gilman. *tom. 5. fol. 210.* Natta *conſil. 301. num. 2. & 313. num. 4.* Prukman. *conſ. 16. n. 4. & conſ. 27. n. 84. vol. 1.* Weſemb. *conſ. 1. n. 57.* Socin. *conſ. 27. lib. 3.* pulcrè Alciatus *conſ. 13. n. 6. lib. 7.* Hoc jure Vaſallus etiam in feudalibus fundis religionem, politiam, cæteraque mutare poteſt non attento domini proprietatis permiſſu, aut juſſu, quia privilegia hæc perſonæ adhærent, non glebæ: P. Frid. Mind. *lib. 1. de proceſſ. cam. cap. 32.* nec in iſta juriſdictione perturbari debet, quo minus res pro lubitu verſet, & in omnib. cauſis ſibi ſubjectis tā 1. quā 2. inſtantia cognoſcat, Teſſaur. *inter deciſ. in reſp. pro vaſall. n. 2.* veluti pleniſſime agā *concl. 27.* Repeto igitur: Multum referre, feudalisne rei an perſonæ intuitu ſubditus quis alteri dicatur. Illic mota de beneficio lite patroni cenſura & lege homini aut domicilio præeſt: Renatus Chopp. *lib. 1. de morib. Pariſ. tit. 2 n. 51.* Ex quib. aliisve argumentis concorditer ab omnibus proditū eſt ut Plebiſcitū putes: Vaſallū ratione feudi ſubditū non eſſe; Feudi conceſſionem ſubditū non facere; Feuda Imperiū & in capita juriſdictionē non dare; Gail. *2. p. p. c. 13. & de pign. c. 15. n 3.* Marta *de juriſd. p. 4. c. 133. n. 13.* Choppin. *1. de morib. Pariſ. tit. 2. n. 2.* Roſenth. *c. 5. concl. 78. n. 5.* Paurm. *lib. 2. de juriſd. c. 8. n. 42.* H. Piſtor. *lib. 1. q. 15. n. 13.* Sola *ad conſt. Sabaud. proœm. gl. 2. n. 14.* Hugo Grotius *de antiq. Reip. c. 5. p. 33. 34.* M. Stephani *lib. 2. p. 1. c. 7. num. 224.* Natta *conſil. 445. num. 9.* Tib. Decianus *conſil. 18. n. 340. vol. 3* Weſemb. *conſil. 1. num. 57.* Alb. Brunus *conſi. 157. in fin.* Pruckmannus *conſ. 27. n. 1. vol. 1.* Menoch. *conſ. 99. n. 99.* Lancell. Gallia *conſ. 70. n. 50.* Cacheranus *conſ. 9. n. 18.* Fachin. *conſ. 58. n. 21. vol. 1.* G. Papa *deciſ. 518.* Capicius *deciſ. 162 n. 10. 12.* Neque nos turbet loquendi abuſus, quo vaſalli ſubditi dicuntur, Chaſſan.

de conſ. Burg. rubr. 1. §. 4. *ver. & ſur les hommes. n.* 2. Bartolom. Socinus *conſ.* 272. *n.* 11. *lib.* 2. Mynſ. *conſ.* 7. *n.* 8. *dec.* 11. Reſpectu enim fidelitatis & ſervitiorum irrepſit iſta catachreſis, non ratione ſubjectionis; Friderus Mind. *lib.* 1. *proc. c.* 32. *n.* 2. Paurmeiſt. 2. *c.* 8. *n.* 40. Rol. à Valle *conſil.* 1. *num.* 3. *vol.* 3. latè & eleganter Marta *p.* 4. *cent.* 2. *caſu* 133. *n.* 14. ubi inter ſubditum ratione feudi & ratione juriſdictionis diſtinguit. Idem facit Choppinus *lib.* 1. *de morib. Pariſ. tit.* 2. *n.* 51. Quæ hactenus dixi, de nudis & alienigenis vaſallis dixi. Si enim vaſalli & ſubditi ſimul ſint, formula fidueiæ & obſequii uberior ac ſanctior eſt, quia duplici obligatione devinciuntur; Bodinus 1. *reip. c.* 9. *n.* 114. Cujac. 2. *de feud. tit.* 7. Vultejus *conſ.* 19. *num.* 9. *vol.* 3. *Marp.* atque tum ſine dubio coram eodem domino, velut ordinario, forum ſortientur, M. Stephani *lib.* 2. *jur. p.* 1. *c.* 7. *num.* 182. Accedit, quod inter vaſallum & dominum paritas quædam eſt & obligationis reciprocatio, *c. unic. in fin. de form. fidel.* Intrigolius *qq. feud.* 62. *n.* 1. 2. 3. Marta *p.* 4. *caſ.* 187. *n.* 1. Zaſius *de feud. p.* 10. *n.* 80. 81. Eberh. *in topic. loc.* 10. *n.* 10. 11. Mantica *lib.* 23. *de tacit. convent. tit.* 1. *n.* 22. Gail. 2. *p. p. cap.* 15. *num.* 12. 13. H. Hartman. *tit.* 54. *O.* 40. Vult. 1. *de feud. c.* 10. *n.* 37. Choppinus *lib.* 1. *de mor. Pariſienſ. tit.* 2. *in fin. & lib.* 2. *de ll. Andium p.* 1. *c.* 1. *tit.* 4. *num.* 3. Natta *conſil.* 367. *num.* 3. & 445. *n.* 10. 636. *n.* 48. Cravett. *conſil.* 896 *num.* 24. Symphor. *tom.* 3. *fol.* 305. Matth. de Affict. *deciſ.* 265. 392. 396. iſtiusque rebellio dominii utilis, hujus vero iniquitas privatione directi punitur. *c. un qualiter dom propr. privetur.* Curt. jun. *p.* 6. *feud. num.* 6. Mynſing. 4. *O.* 91. P. Gregor. *lib.* 6. *ſyntagm. c.* 20. *num.* 1. 2. Knichen. *lib.* 2. *de veſtit. pact. c.* 5. *num.* 164. Ferrarienſ. *tit.* 34. *gl.* 7. *num.* 6. & *tit.* 47. *gl.* 1. *num.* 114. Choppinus *lib.* 2. *de ll. Andium p.* 3. *c.* 2. *tit.* 4. Gozadinus *conſ* 9. *n.* 21. Cantiuncula *conſ.* 2. *num.* 6. Bald. *conſ.* 97. *vol.* 3. Nevizanus *conſ.* 12. *num.* 93. Menoch. *conſ.* 99. *num.* 133. *conſ.* 226. *n.* 163. *conſ.* 264. *n.* 27. Sixtinus *conſil.* 7. *n.* 29. 33. *vol.* 2. *Marpurg.* Boerius *deciſ.* 211. nec feudatarius ultra fidelitatis formam adſtringi poteſt; Baldus *conſ.* 410. *n.* 4. *lib.* 5. Brunus *conſil.* 109. *n.* 9. Cavet. *conſil.* 896. *n* 24. Capycius *deciſ.* 69. *n.* 34. Matth. de Affict. *deciſ.* 320 *n.* 4. Hinc jure canonum & gentium præſcripta regula. Cur habeam te ut principem ſi tu me non habes ut ſenatorem: *Extat in cap. ſubditus. diſtinct.* 95. Cum autem perſona domini vaſallo ſacroſancta eſſe debeat, nimis libera & indomita ſunt iſta Domitii verba pro hoc ævo.

CONCLVSIO XXIII.

Sed anne ultro ſuum offerens territorium in feudum principi, perſonam quoque ſuam ſubdere & imperio eximere videbitur?

Cum conſtet apud omnes, quod quiſque rei ſuæ onus legemque, quam velit, imponere, Munoz de Eſcobar. *de ratioc. c* 6. *n.* 35. Cavett. *conſil.* 112 *n.* 118. *n.* 3. 147. *n.* 4. Boerius *conſil.* 50. *n.* 6. Cacher. *deciſ.* 100. *n.* 1. Thomingius *deciſ.* 13. *n.* 27. & *deciſ.* 53. *n.* 19. & quæ allodii jure poſſidet, feudaria conditione ſubjicere domino poſſit, daß einer das ſeine zum Lehen machen könne. Ant. Gotfried. *diſputat.* 3. *theſ.* 3. *lit.* D. Garzonius *de fœm. ad feud. recip. num.* 165. Marta *de juriſd. p.* 1. *c.* 29. *n.* 7. 8. Speculator *de feud.* §. *quoniam. verſ. quinto.* Roſenth. 2. *de feud. concl.* 24. Cantiuncula *conſ.* 3. *n.* 1. Paucirolus *conſ.* 63. *n.* 25. quæri ſolet, An generali rerum ſuarum ſubmiſſione etiã perſona ſubjecta cenſeatur? Incivile certe foret tam benignum advenã bonis nudatum erubeſcendæ præterea ſubjectionis horrore percellere: quo facit pulcer *text. c. ex parte de cenſib.* Equidem per ſtipulationem quivis poteſt gravare conditionem ſuam,

suam, Mascard. *concl.*1405 alteriusve se hominem reddere, Azevedo *ad const. Hisp. tom.4.tit.3.rub.n.3.* Mandellus *cons* 52.54. tamen si expresse nihil actum, nihil quoque de isto onere præsumetur: Natta *cons.*301.*n.*2. *& cons.*694. Nam cum odiosa subjectio stricti que juris, nihil probabitur nisi quod manifesto consensu comprobatum. *per c. quamvis. de præbend. in 6.* aut subsequente aliquo actu jurisdictionali roboratum sit: ex iis quæ scribit Crav. *cons.*118. 211. *&* 425.*n.*47. Anton. de Amatis *decis.*58.*n.*30. ne videlicet homines liberi solis confessionibus aut scripturis ad deteriorem fortunam detrahantur; sicuti elegans textus est *in l. cum scimus.* 22. *C. de agricolis & censitis.* Ant. Fab. *lib.*7.*C.tit.*3. *defin.* 5. Nec verborum universalitas causam prodere potest, cum universalis enunciatio sit coercenda & temperanda secundū qualitatem, natu ā & aptitudinem personarum; de quo subtiliter Zasius *lib.*1.*singul. respons.c.*6. Parisius *consil.* 88.*n.*31. *volum* 1. Carocius *decis.* 59.*n.*19. 21. 34. Quemadmodum igitur in obligatione generali non continentur ea, quæ quis verisimiliter nō esset concessurus, *c. in generali. de R. I. in 6. c. si in generali. de offic. vicar. c. si episcopus de pœnitent: & remiss.* Zasius *de feudis, p.*7 *n.*61 Knich. *in epopsi n.* 374. Peregrinus *de fideicommiss.art.*40.*n.*50. Raudens. *de æquiu c.*28.*n.*129. Gotofr. *ad l.6. ff. de pign. lit.* G. Cravetta *consil.* 3. *num.*14. Alex. *consil* 76.*n* 4. *lib.*4. ut in pignore, *l.*6.7.8.9. *ff. de pignor. l.*1. *C. quæ res pignori. Novella* 39 *c.*1. in legatis, *l.*41.§. 3 *ff. de legat.*3. in administratione rerum, *l.*7 *ff de donatio.* in juramento, *c.* 1. *cum ibi not de jurejur. in 6.* in feudo, Mantica *lib.*4. *de tac. convent. tit.*9. *num.*21. *& lib.*11. *tit.*4. *num.*20. sic quoque in hac concessione semper intelligetur excepta persona loquentis, *l. si mercedem. § ultim. & ibi gl.* Bart. *ff. de act. empt.* Dn. Dieterus *concl.* 155. Raudensis *de æquiv. c.* 28. *num.*63. Azevedo *lib.*9. *ad constit. Hisp. tit.*18. *leg.*3 *num.*4. Cravett. *consil.* 373. *n.* 48. Casalis Manent. *consil.*84. *num.*1. *& seqq.* Nam qualitas personæ ubi repugnat generalitati verborum, verba generaliter non intelliguntur: Raudensis *in acutiss. tr. de analogis c.*22 *n.*203. ex Alvarot. *lib.*1. *de V.S.n.*48. Gallina *lib.*10. *de V.S. cap.* 12. nec clausula generalis extenditur nisi ad specificata, *l.*31. *Cod. de transact.* Zasius *ad l. qui Romæ.* §. *duo fratres.n.*22. *ff. de V.O.* & quæ notabiliter fiunt, nisi speciatim notentur, quasi neglecta videntur, *l.*15.§.26. *ff. de injuriis. c. quamvis de præbend. in 6.* Menoch. *adipisc. possess. remed.* 4. *num.*834. Decius *consil.*272. Anchoranus *consil.*215.*n.*4. ne actus voluntarii, ultra quam arbitrium ferat, extendantur, *l. obligationem.* §. 1. *ff. de oblig. & act. l. non omnis. ff. si cert. pet. l. is qui.* §. *fin. ff. commodati.* Cæpol. *de serv. rust. c.*9.*n.*26. Achil. Personalis *de adipisc. poss.n.*413. Cacheran. *cons.*13.*n.*62. Meichsner. *t.* 2. *lib.*1. *decis.*4.*n.*77. Ant. de Amatis *decis.*1.*n.*34. Carocius *decis.*123.*n.*1. Seraphinus *decis.*890.*n.*7. Magonius *decis. Luc.*28.*n.* 28. Ad quam voluntatis demonstrationem referenda est Doctorum regula: quod in simplici recognitione feudali, sola res: res autem & persona non nisi in feudo ligio obligetur, Choppinus *lib.*3. *doman. tit.*12.*n.* 18. Pacianus *lib.*2. *de probat. c.*37.*n.*36. 37. P. Gregor. *lib.*6. *syntag. c.*2. Garsia *de expens. c.*12.*n.*33. Curtius *de feud. p.*1.*c.*9.*n.*22. Clarus §. *feud. q.*11. Chass. *in cons. Burg. rub.* 3.§.3. Rol. à Valle *consil.*44.*n.*13. *vol.*2. Capycius *decis.*161.*n.*13. Apte ad rem Menochius; Jura ossibus personæ cohærentia non posse in aliū transferri, & ob id Vasallo fundum vendente, jurisdictionem & dignitatem personalem non venire, reliquit, *lib.*3. *præsumpt.*98.*n.*43. 44. ex Bartol. Bal. Barba. Rom. adde Ruckerum inter Cantiuncul. *cons.*23. *n.*111. Aptius compilator Symphorematis: *Solent* (ait) *nobiles allodialia sua à principib. in feudum recognoscere, non quod velint præjudiciū sibi crea-*

re, sed ut abundantiore cautela sibi provideant, tom.1 p.1.tit.4.fol.300. adde Knichen. de jur. terr. c.1.n.226. Aptissime Matt. Stephani: *Status* (inquit) *immediatus potest allodialia sua à principe imperii in feudũ recognoscere, quo tamen ipso nulla conceditur superioritas, aut jurisdictio in personam vasalli, ejus bona subditosve: lib.2. de jurisd.p.1.c.7.n.177. Sixt.lib.1 regal.c.4.n.59.67.68. cujus verba th.27. dabo.* Ex separatis n. nihil infertur. Segregatissima a. sunt feudalis recognitio, quæ patrimonii qualitas: & subjectio, quæ relatio personæ est; *pulcre Choppin. lib.1. de morib. Paris. tit.2.n.2.* Verba Paurmeisteri quia non minus ut superiora, in terminis clara, diserta, pulcra, plenioris lucis causa interponam. *Aliud* (inquit) *est, comitatum una cum jurisdictione universa in subditos per recognitionem principi substernere; aliud vero, se suamque personam simpliciter, tam ratione personalium actionum aliunde quam ex feudo descendentium, quam realium, non ex feudi legibus proficiscentium, ordinariæ ejus potestati ac jurisdictioni subjicere: non ergo sequitur, Comitem, Baronem, vel nobilem directũ dominium tam comitatus quam jurisdictionis in subditos per recognitionem feudalem in principem transferentem personam quoq; suam à jurisdictione immediata imperii eximere, ac simpliciter principi subjicere se voluisse; lib.2. de jurisdict.c.8.nu.48.* Quod etiam locũ habet in feudo ipsius domini ære redempto, vel empto, ob triplicem fructũ. Primo, propter spem successionis in feudo caduco. *c.1. de alien. feud. pat. Rol. à Val. cons.100. n.6. vol.4. Paris. cons.13.n.1. & cons.22.n.25. vol.1. Cephalus cons.133.n.68. Soc. jun. cons.102. vol.2.* Secundo, quia lucratur recognitionem rei alienæ in feudum. *Natta cons.649.n.19. ex Innoc. Bald. Castr.* Tertio, quia adipiscitur onus annexum fidelitatis & servitiorum. *Dd. in c.1. per quos invest. Curt.p.1. de feud.q.8. Wesemb. cons.4.n.3. lib.1. Mantic. lib.23. de tacit. conv. tit.18.n.3. Cantiuncula cons.1.n.146.* Ut uberes istos laudemiorum proventus taceam, quibus domini ex personarum fato & vicissitudine rem suam quandoq; promovent & augent: *de quibus ex professo Amadeus de Ponte in quæst. laudemialibus. Martap.4.cent.1.cas.17. Chopp.2. Andium p.1.c.2.tit.1. Schraderus p.6.c.3.n.26. & p.10.s.2.n.49. Mantic. lib.22. de tac. conv. tit.35.n.4.* Accedit superioribus telum æque lethale, quod vasallus Cæsaris subjicere sealteri, imperioque eximere volens, non tamen possit, *elegans argumentum peti potest ex textu l.7. C. de metallariis. Bruningus de var. univ. spec. concl.16. Sixtin.1. reg.c.4. num.67.68. Paurmeist.2. jurisd.c.8.n.48. Matt. Steph. de jurisd. lib.2.p.1.c.4.n.49. & c.7.n.180.* vel, ut Azevedo ait, quod vasallus se alicui alteri submittens in præjudicium primi domini operam laudat nec hilum agat: *tom.4. constit. Hisp. tit.3. rub.n.2.* Interest n Cæsaris omniumque ordinum ut status imperii integre conserventur, *c.1. de proh. feud. alien. per Frideric.* semelque im imperii matriculam recepti non eximantur, *Dn. Hermannus Vultejus ad l.1. C. ubi causa fiscal. n.30.* Idcirco si habet superiorem, verbi gratia, Cæsarem, pactionata & spontanea ista subjectio nil operabitur, etiam interveniente juramento, *text. in c. ea te credimus. c. veniens de jurejur. Knichen. in Epopsi n.177. Iacob. à S. Georg. de homag in pr. n.21. plures in Mascardo conc.1405.n.22.23.* Et enim in obligatione quantumvis generali non veniunt vel expresse vel tacite prohibita: *l.1. § qui mandatum. & l.2. ff. de officio ejus cui. Bart. l. codicillis, § instit. ff. de leg.3. Cagnolus ad l.81.n.5. ff. de R.I. Alex. cons.16.n.4. vol.2. Crav. cons.106.n.6.170.nu.2.200.n.6. Milanensis decis.1.n.142. lib.2. Carocius decis.117.n.2.* adstrictaq; in tali casu fide, ad ea solum, quæ transferri possunt, voluntas data censetur, *L. Lucius 21. § penult. ff. ad munic. Peregrin. de fideicommiss. art.6.n.11. pulcre Zoannettus lib. rer. quotid. c.5.n.6.*

5.n.6. quia ob medium inhabile generalitas non operatur nisi in quantum potest, ait Eberhard. in top. loc. 5.n.1. Viderunt hoc feudalium consuetudinum conditores, & voluerunt ut vendito allodio imperialis jurisdictio vendita non præsumeretur, factaq; non valeret, c. unic. de allodiis. ubi Laud. Bald. aliiq; Ruckerus inter cons. Cantiuncul. 23.n.111. ne quidem si Cæsaris postea consensus accedat, quia principis resctiptum male gesta non confirmat, l. autoritate. C. unde vi. Peregrin. de fideicommiss art. 52.n.82. sed potius ea, uti cætera omnia fisco damnosa, refutat, l. nec damnosa. l. fin. C. de prec. imp. off. nec damnos. 20.q.2. Duplex hoc conclusionis meæ fundamentum, (nempe vasallum personam suam subjicere nec voluisse nec potuisse) ut emblemate aliquo illustrem, lustremus priscum dedendi modum prout à Livio lib. 1. describitur. Rex primum quærebat legatos, *Missine ut vos populumq; dederetis? Summum. Estne populus iste in potestate sua? Est. Deditisne vos populumq; urbem, agros, terminos, delubra. Deum vi. ensilia divina humanaq; omnia in meam populiq; Romani ditionem? Damus. Et ego accipio,* veluti Falisci, *Liv. lib. 5.* Campani, *lib. 7.* Samnites, *lib. 8. &c.* Duo ibi ad subjectionem necessaria vides: Unum, ut suæ spontis, juris, & potestatis sit. Alterum: ut expressim se & sua submittat, *sicuti acuratissime hoc notatum à nobili & amplissimo Assessore Dn. Richardo Dietero disp. de summa summ. imp. pot. concl.* 145.152.155. Ad perfectionem enim cujus liber actus duo requiruntur, Cōcedentis voluntas & potestas, *c. cum abbatia. in fin. de offic. de leg. Pet. Ant. Petra de pot. princ. in præf. n.4. Vultejus cons. 35.n.180. vol. 3. Marp. Menoch. cons. 103. num. 51. Melanensis decis. 8.n.71. lib. 1.* Si ergo status imperii quis est semperque fuit: præterea suam personā expresse, nominatim, diserte ac articulate non submisit, mascula Ulpiani voce utatur: Quid ad te? liberas ædes habeo. *l. 4 §. competit. ff. si servitus vindicetur, sicuti in casu non nimis dissimili extat præjud camer. in Symph. 3 fol. 120.*

CONCLVSIO XXIV.

Si Cæsar ipse investierit Principem de comitatu, comitisne personam subjecisse: imperioque exemisse tacite credetur?

Evici hactenus quod allodium alterius clientelæ subjiciens, personæ libertatem tacite excepisse præsumatur. Idem procedet si Cæsar liberi comitis baronisve territorium inferiori Principi in feudum dederit. Cæsar enim per infeudationem istam jus exemptionis comiti auferre, alteriusve status subditum facere nequit, *Matth. Steph. lib. 2. de jurisd. p. 1. c. 7. n. 128. Papa dec. 560. Heig. 1. q. 19.* quinimo nec cum electoribus quidem formam pro statu imperii constitutam mutare potest. *vide Bald. cap. licet vitanda. §. fin. extr. de elect. Heig. lib. 1. q. 5. n. 1. Innoc. Gentilet. in antimachiav. con. 1. theor. 1. vers. principi. Zasium. cons. 10. num. 26. lib. 2. Ruckerum inter Cantiuncula cons. 14. Eberhard. jun. cons. 1. n. 27. vol. 1.* Rationes pro conclusione nostra communissimæ: primo, quod jus quæsitum princeps alteri invito nequit adimere: *l. 2. §. si quis à princip. ff. si quid in loco publ. l. 2. C. de precib. imp. Peregrin. de fideicommiss art. 59. n. 119. Tapia in rubr. c. 2. n. 23. Signor. de Homod. cons. 10. n. 4. & 218. n. 21. Honded. cons. 14. n. 30. vol. 2. & 39. n. 42. vol. 1. Quetta cons. 72. n. 2. 74. n. 11. 75. n. 8. Lancellot. de attentatis p. 2. c. 12. l. m. 52. n. 23. Azevedo lib. 9. const. Hisp. tit. 9. leg. 6. nu. 4.* quod privilegia ad alienā injuriā non debeant porrigi, *l. 40 ff. de admini. & peric. tut. l. 8. ff. de prator stipul. Paris de P uteo rubr. officialis. c. 2. Prucman. cons. 39. n. 85. A. Faber lib. 1. C. t. 1, 2. defin. 22. & tit. 11. def. 1. Cabede decis. 65. n. 6. p. 1. Seraphin. decis. 351. n. 7.*

quod

quod omnia imperatoris rescripta, beneficia, largitiones, hanc tacite habeant clausulam annexam, *Sauf en tout nostre droict & d' autroy*, salvo jure imperii & cujusque, *Bodinus* 1. *Reip. cap.* 8. *num.* 104. *Mansilius singul.* 483. *Arnisæus lib.* 1. *de jure majestatis. cap.* 5. *num.* 20. *Gail.* 2. *O.* 58. *n.* 6. *Knichen. in Encyclop. c.* 10. *num.* 16. *Maranthæ consil.* 28. *num.* 2. *Wesemb. cons.* 21. *num.* 5. *Gilman. t.* 1. *p.* 2. *tit.* 11. *vot.* 7. *num.* 14. 20. 44. *Straphinus decis.* 827. *n.* 1. *Mantica lib.* 23. *de tacit. convent. tit.* 19 *n.* 23. quod Princeps inscium & invitum vasallum in dominum inferiorem alienare nequeat, *per l. invitus & ibi gl. ff. de fideicommiss. libert. Bessius rubr. de prin. num.* 291. *Duennas. reg.* 215. *Colerus ad c. cum non liceat. n.* 9. *de præscript. Mart. p.* 1 *cap.* 29 *num.* 4. 31. 32. *& p.* 4. *cent.* 2. *cas.* 125. *n.* 16. *Brunus cons.* 196. *vol.* 1. *Choppinus lib.* 1. *de morib. Parisiens. tit.* 2. *n.* 51. *Matth. de Afflictis decis.* 265. *n.* 31. *Moditius* §. *plebiscitum. dub.* 95. *num.* 1. *Ripa lib.* 2. *resp. c.* 26. *Surdus cons.* 208. *n.* 17. *vol.* 2. *Menoch. cons.* 264. *num.* 27. 377. *num.* 10. *Bursatus cons.* 350. *num.* 1. *lib.* 4. *Parisius cons.* 22. *n.* 70. *& cons.* 23. *n.* 92. *vol.* 1. *Cacheranus cons.* 49. *num.* 8. *ubi addit, omnes in eo consentire, in inferiorem priori domino transferri non posse*; aut sicut quæstioni nostræ accommodate disserit Natta, quod imperator non possit mutare statum aut minuere honorem veterum vasallorum, *cons.* 686. *Cacheran. cons.* 49. *num.* 12. *Baldus cons.* 329. *num.* 4 *vol.* 1. *eleganter Capycius decis.* 162. *num.* 4. aut agere dignitates cum injuria alterius, *Ant. Faber lib.* 6. *C. tit.* 27. *defin.* 15. sed quod semper illustres personas ob dignitatem & sublimitatem in generali concessione comprehensas esse nolit, *Raudensis de æquiv. cap.* 28. *num.* 112. *Knichen in Encyclop. cap.* 10. *nu.* 156. *ex Natta. Schradero, Paciano, adde Cacheranum qui ferme ex professo thesin nostram tractat. d. cons.* 49 *per tot.* quæ Cæsaris voluntas manifesto colligitur, si illos imposterum imperii comites nominarit, & velut tales semper tractaverit. Subsequens enim observantia interpres certissima perhibetur, *Natta cons.* 406. *num.* 28. *Crav. cons.* 118. 211. *Rol. à Valle cons.* 85 *num.* 9. *vol.* 4. *Seraphinus dec.* 696. *num.* 3. *& Anton. de Amatis decis.* 1. *num.* 40. Atque hinc in terminis quæstio nostra concluditur, Cæsarem non posse invitum aliquem à jurisdictione imperii eximere subjicereque alterius potestati, *à referente apud Gilmannum t.* 1 *p.* 2 *tit.* 11. *vot.* 5. *n* 22 *& tom* 2. *p* 1. *vot* 8. *n.* 30. *Tileman. de Bonign. synt.* 2. *decis.* 4. *vot.* 2. *num.* 12. *adde Par. à Puteo de syndic. rubr. officialis. c.* 19. *num.* 1. 2. *eleganter Capycius d. decis.* 162. *num.* 4. cum seil. Principis suprem officiū sit omnes omnium jurisdictiones tueri, non turbare, *Capitulatio* §. 2. *ibi:* **ein jeden Herrn vnd Standt bey jhrer Hoheiten/ Würden/ Rechten/ Macht/ Gewalt/ &c. bleiben lassen.** *A. Faber lib.* 3. *C. tit.* 12 *def.* 5. *n.* 2. membra sua non supprimere, *Denatsius in adsert. jurisd. cam. pag.* 254 nec ea à se velut à capite avellere, *Cothmannus cons.* 28 *num.* 108. *vol* 1. sed unumquemque imperii statum in ea conditione in qua fuit à sui principio & origine conservare, *Vultejus cons.* 35. *num* 205. §. *at jus. tom* 3. *Marp.* & ut ordinum familiarumque dignitas salva sit, providere: *l.* 1. §. *sed & si servus. ff. de inspic. ventre. Coras.* 3. *miscell cap.* 3. *num.* 1. Accedit quod Princeps à Cæsare comitatu investitus non censetur ut princeps, sed ut simplex comes, *Matt. Stephani de jurisd. lib.* 2. *p.* 1. *c.* 7. *num.* 133. *Mynsing. cons.* 72. *num.* 13. unde, præter nexum feudalem, in comitis subvasalli personam nihil imperii acquirit: Nam pari in parem quid juris? *cap. innotuit.* §. *quamvis. de elect, l.* 13. § 4 *ff. ad senat. Trebell. l.* 4. *ff. de arbitris. l.* 14. *ff. de manumis. sicuti in simili casu de nobilium personis concludit Anton. Faber* 3. *C. tit.* 12. *defin.* 17.

CON-

CONCLVSIO XXV.

Quod multo magis tum procedet, si quis imperatori obrepserit, & quod à primordio feudum imperii erat, ad exemptionem postea facilius somniandam, allodium fuisse simulaverit.

Conqueritur Imperator se in verecunda petentium inhiatione adeo constringi, ut etiam quandoque non concedenda concedat, *l.1.C.de petit. bon. subl c. cum in. depurgat. canon. Cantiuncula cons.16.n.1.* Idem in investituris accidit, ut sæpe Cæsar rei ignarus beneficium conferat, cujus naturam si caluisset, non concessisset, *Wesemb. in parat. & ibi Dd. C.si contra jus & util.* Quæritur an reticentia ista contra secularem præscriptionem opponi possit? Et quidni posset? Cum enim fisco & imperio damnosa poposcerit, non modo nullum imperium in illustris vasalli personam (uti nec alias) meretur: sed ne directo quidem feudalis fundi dominio dignandus. Primo: Malæ fidei possessor nullo seculorum decursu præscribit. *c. fin. de præsc. Rubeus cons.13.n.14. Gozadin. cons 56.n.13. Valasco cons.95.n.9.lib.1. Calcan.cons.6.n. 9.Capycius dec. 4.n.22. Benintend. decis. 9. nu. 3.* In mala autem fide sunt, qui alienæ rei, sive in toto sive pro parte, notitiam habent, aut supine ignorant: *c.si virgo. 34.q. 2.Bart.l.fin.C. unde vi.Gail.2.O.48.n.18.Mascardus concl.1002.n.36. Mynsc.cons.41.n. 5.Fortun. Garzia de ult.fin jur.n.44. Paris.cons.49 n.30.vol.2.Cravetta cons 116.n.6. Cephalus cons.161.n.31.vol.2.Ant. de Amatis decis.169.n.2. Seraphinus decis.1360.n.* 15. Nosse vero quisque debet amplissimos, in imperii meditullio comitatus, imperii comitatus esse: utpote pro quo præsumptio totius orbis est, *uti supra*: propriamque allegat turpitudinem si quis ignarum se prætendit conditionis ejus qui cum cõtraxit, *l. qui cum alio ff de R.I. Menoch.2.arbitr.concl.3.Escobar.de ratiociniis c.19.n.* 43. *Carocius decis.1.n.2. Brunus cons.45 n.2. Ios. Ludov. decis. Luc.21.n.* 10. nec ignorantia ista à subreptione excusat: *sicuti hoc docte probat Olinarius Seraphinus decis.* 1060. *n.2.* Secundo: Subreptitia concessio, gratia, vel investitio, nemini emolumento aut damno erit: *l.3.C.qui legit. person. stan. Acacius Enenkel.lib.1.de priv jur. c.6.n.32.54. Reusner. cons 1.n.104. Fachin.cons.79 num.19. vol.1. Schurff.cons.7.cent. Prucm. cons.39.n.61.vol.1. Menoch.cons.103.n.61. Wesemb. cons.41.n.* 104. adeo ut ne divi quidem Thomæ Cantarienſis subreptitia valuerit, *zasio in dice l.qui jurisdictioni n.30 ff.de jurisdict.* Quod tam validum ut obreptionis vitium per clausulas, *Motu proprio, ex certa scientia*, cæteraque nequaquam purgetur, *post Bald Alex Imol Gozadinus cons.6.n.72. Mynsc.cons.19.dec.2.* Nunc autem si imperii feudum celo, allodiique larvam loco ejus Cæsari objicio, quæ quæso unquam obreptio erit, si hæc non erit? Hinc utiliter disserit argutus scriptor, ad subterfugiendam subreptionem ne punctum quidem prætereundum, quod prolatum forte principem, ne concederet, deterreret, *Caballus cons. 24. col. 2. num. 6.* Evigilet ergo imperii fiscus, antiquioremq; (ubi fas) imperii possessionem prævalere doceat, *c.licet de probat. Covar. c.possess. p.2.§.1.n.4. Wes.cons.20.n.2. Rol.Valle cons.9.n.14.lib.3. Cacher. decis.55.* subsecutam velut clandestinam & vitiosam nullius valoris convincat, *Virg. de Bicatiis tr. de Manuten. c.2.n.93. Zasius cons.19.n.6.lib.1. Natta cons.338.n.5, Ios. Ludov. decis.20.n.4.* Jussus enim imperatoris est, ut omne id quod cujusque potentia aut furtiva precatio elicuit, actutum amoveatur; *l.1.C.de fund. limitroph. l.2.3.4.5.C.*

si contra jus vel utilit. Ant. Fab. l. C. tit. 11. & 12. defin. 1. Mynſ. conſ. 19. quæque ab imperii corpore avulſa ſunt reſtituantur: cum nec diuturna incubatio, nec novella profeſſio, proprietatis imperatoriæ privilegium abolere poſſit, *quemadmodum aurea verba graphice ſonant l. fin. C. ne rei dominica.*

CONCLVSIO XXVI.

Vaſallorum libertatem hactenus adſerui. Quid ſi ob circumſtantias quaſdam judicio exemptionis contradictorio ſuccumbant, feloniamne dominus jure vociferabitur?

Inter cauſas, quibus feudo privari curia cenſet, etiam hæc eſt: Si feudum aut aliquam ejus conditionem beneficiarius inficietur, 2. *de feud. tit. 26. §. vaſallus tit. 34. §. ult. P. Gregor. lib. 6. ſyntag. c. 9. n. 22. Clarus §. feudum. q. 59. Cujacius 3. feud. tit. 5. Ferronus in conſuet. Burdegal. de feud. §. 5. Mezius tit. quibus mod. feud. amitt. nu. 74. Molinæus conſ. Pariſ. t. 1. §. 30. n. 6. Roſenth. cap. 10. concl 32. Rol. à Valle conſ. 88. n. 6. vol. 4. Cacher. deciſ. 29. n. 10.* aliumve pro domino agnoſcat, *Ruin. conſ. 70. n. 13. vol. 5. Riminald. ſen. conſ. 81. n. 26. vol. 1.* Si tamen vaſallus, imperii ſe fiſco ob perſonæ libertatem contrario ſucceſſu adſociarit, lege commiſſoria in eum agi non poteſt. Ut enim præteream, imperatorem & imperium in omni fide excipi, *cap. imperialem. de prob. feud. alien. per Frider.* itemque ad damnoſam infitationem requiri dolum, ſcientiam, negationem feudi in ſpecie, *veluti hæc fuſiſſime tractat Schraderus de feud. p. 9. c. 6. à n. 9. ad 58. Cacher. deciſ. 29.* duriuſculam commiſſi pœnam ideo non incurret: quia haut inſolenter patroni directum dominium, nec ipſum feudum, ſed qualitatem ſolum & conditionem perſonæ probabili errore abnegavit, *Chopp. lib. 1. de legibus Andium c. 6. n. 8.* cum etiam alias quælibet cauſa ab amiſſione negantem excuſet, *c. non amitt. feudum, eum, qui ſine dolo. Marta p. 1. de jurisd. c. 33. nu. 136.* Nam qui ſubjectionem negat, non ſtatim vaſallagium negat. In odioſis igitur nulla extenſio: in ſeparabilibus nulla ſtertenda connexio. Sic Gallici regni conſuetudine laudabili; ſi Vaſallus lite pendente regem patronum ſtatim profiteatur, ob præcipitem iſtam ſummi domini agnitionem commiſſo neutiquam multatur, *ſicuti hoc docet graviter vir incomparabilis Renatus Chopp. d. lib. 1. de D. And. c. 6. n. 7.*

CONCLVSIO XXVII.

Problema aliud jam promo, magni in moderna lite momenti; An in alterius diſtrictu habitans, imperio ſtatim exemptus ſtatuetur?

Cum ſupra dictum ſit, domicilium facere ſubditum, domicilium autem à diſtrictu & limite regionum menſuretur; quæri ſolet, an certum ſubjectionis argumentum ſit, Territorio alterius incluſum eſſe. Approbata ſane regula eſt, Quæcunque intra territorii ſepta continentur, ea in fide & patrocinio domini iſtius eſſe, opinione præſumi; *c. omnes baſilicæ. 17. q. 1. Canoniſta plerique in cap. nimis. de jure jur. Alciatus de præſumpt. reg. 2. præſ. 20. num. 2. Hieron. de Mont. tr. finium regund. c. 30. 61. 82. 83. Gabriel lib. 1. comm. tit. de prob. concl. 9. Menoch. 3. de præſ. 100. Maſcard. concl. 270. 296. Ægid. Boſſ. tit. de princip. n. 233. Avendanus de exeq. mand. lib. 1. cap. 1. Franciſc. de Clapper. cent. fiſc. cauſ. 15. q. 2. Valaſc. de jur. emply. q. 8. Choppin. de doman. lib. 2. tit. 9. n. 2. Lancell. in templ. jud. lib. 1. c. 6. Azevedo lib. 4. conſt. Hiſp. tit. 15. leg. 1. n. 57.*

Brunus

Brunus conſ.34.n.5. Ruinus conſ.22. lib.1. & conſ.23.n.8.l.b.4. Rol.à Valle conſ.91.n.17. vol.2. Cravetta conſ.615.673.882.949. Marantha conſ.105.n.8. Natta conſ.313.nu.3. 501.n.31.506.n.30. Olaradus conſ.176. Decius conſ.528. Scurff.conſ.26.n.1.vol.1 Myns. conſ.16.n.35. Ancharan.conſ.142. Weſ.conſ.42.n.3. Pariſ.conſ.15.n.9.lib.1. Curt. jun. conſ.158.n.24.& 184.n.8. Pacian. conſ.3.n.47. Prucman.conſ.27.n.3.lib.1. Matth. de Affl.deciſ.267.n 5 Canycius deciſ.180 n.7. Fr. Marc.deciſ.542.n.4.p.2. Ant. de Amatis deciſ.116.n 23. Cavalcan. deciſ.28.n.1.p.1. A. Fab.3.C.tit.12.def.17. & 28. Boer.deciſ.50. n.11. Cabedo deciſ.9.& 10.p.2. Laur.deciſ.128.n.19. Meichſn.tom.3.deciſ.23.n.20. deciſ. 33.n.4.71.81.& tom.2.lib.1.deciſ.8.n.22.deciſ.17.n.22.lib.4. Tilem. de Bening. Syntag. 2. decad.4. vot.1.n.49. niſi ſingulari beneficio privilegii aut præſcriptionis libera eſſe teſtatum ſit, *c. dilectus. de capell. monach. Bod.1.de Rep.cap.9.n.129. Quetta conſ.10. n 2. Symphor.tom.5.relat.9.fol.28. Til.de Benign. ſyntag.1. decad.2.vot.6.n.21.* ita ut onus probandi in reum exemptum rejiciatur, *Matt Steph.lib.2.juriſd.p.2 c.7.nu.76. Myns.conſ.16.n.34.* allegantiq; libertatem probatio incumbat, *c.ex ore.17, de priv. c. cum perſona de priv.in 6. Crav.conſ 54.n 9. Anchar.conſ.42.n 1. Symph.t.1.p.1.tit.2.vol. 1.n.135.& t.2.vot.1.n.113. Meiſn. tom.2.lib.1.deciſ.9.n.6.& 7.* In quo argumento proliriusinſanire volui; quia pleriq; ſtatus ſuam eximendi væſaniã hoc unico palliant & excuſant. Quod tamen non adeo Streniũ ac ſuave eſt, ac judicis aures reorũ defenſionibus præcludi debeant. Primo: Præſumptio iſta habet præſumptionẽ fortiorem contra ſe, tamque naturæ regulis ſuffultam, videl. Rem omnem eſſe liberam à primævo ſtatu & jure, *c. jusgentium diſt.1. Hier. de Monte tr. de finib. regund.96.n.5. & 12. Meiſnerus t.3. deciſ.6.n.84.* Præſumptio autem præſumptione tollitur; *l. fin. ff. quod metus cauſ. Menoch.1.præſ.30. Quetta conſ.79.n.4.* Secundo: Præſumtio iſta nemini favet niſi ſummo principi, ob generalem ejus juriſdictionem in omnes; *Henr. Boitius c. ſi dilig. de præſcript. Gabr.1.comm.tit.1. de prob. concl.9. Cravett. conſ. 615.n.13. A. Fab.3 C.tit.12. defin.17.* In inferioris vero principis diſtrictu facile fallit, cum in ejus toparchia locus exemptus eſſe queat, *Gail. de arreſt.c.6. Maſcard. concl. 227. Vantius de def. juriſd. ord.n.108. Petra de jur.q.c.22.n.51. Myns.conſ.16: n.45.p.1. Natta conſ.636.n.30. Soc. jun.conſ.68.n.7.vol.1. Meiſn.tom.3.deciſ.6.& tom.2.lib.1.deciſ.6.n.99.& lib.2.deciſ.4.n.167.* & alterius principis dominio interruptus, *Schonb.1. polit.c.12.* conſtituitque tum territorium per ſe ac ſeparatum; *Caſtrenſ. conſ.179.n.2. Rucker inter Cant. conſ.23.n.114. Crav. conſ.672. in fin. Raudenſ. deciſ. feud.5.nu.6. Cacher. deciſ.29.n.6. Meiſn.tom. 2.lib.1.deciſ.8.n.43. in cauſa* Hirnheim *contra* Pfaltz: Quo caſu paria ſunt, Eſſe extra territorium: &, Eſſe in territorio, ſed exemptum, *Iaſon l. fin. n.5. ff. de jurisd.* M. *Stephani de jurisd.1. c.33.n.15. Vantius tit. de def. ord.n.* 118. *Knich. de jur. territ.c.4.n.58. Schrader. de feud.2.p.9.p.p.§.3. n.157. Weſ.conſ.33. n.40. conſ.88.n.8.lib.2. Magonius deciſ. Luc.36.n.29. Kôpen deciſ.48. Cabed.deciſ.10.n. 3.p.2. Surdus deciſ.129.n.17. Præjudicia collegit Bidenbach. qq. nob.1.n.17.* Sicuti ergo auud Philoſophos particulæ IN & INTRA modo partẽ, modo accidens denotant, ita apud JCtos: *docente Bart. l. quib.dieb.§. Therm. ff. de cond & demonſt. Alb. de Roſat. in diction. verbo* IN *Menochio cent.5.arb.caſ.* 495. Hinc paradoxa iſta, non tamen paraloga, Eſſe in diœceſi, nec tamen de diœceſi; in territorio, nec tamẽ de territorio: *c. ſi propt. de reſcr. R.I. Val. cons 33.n.35.vol.3. Natta cons.301.n.2. Crav.conſ.673.n 11. Anchar.conſ.437.n.3. Surd.deciſ.129.n.17.* vel, ut idẽ argumentũ tractant noſtrates, Eſſe maximam differentiam, **In eines Fürſten Obrigkeit/ vnnd vnder eines Fürſten**

Obrigkeit sitzen/ *Bidenbach. qq. nobil. 1. n. 16. Rudingerus lib. 3. observ. 10.* Quod fere perspicuum ex comitiis Augustanis contextum, Der ander Kraiß begreifft Fürsten/ Landgraffen/ Graffen/ Prälaten/ Herrn/ Frey: vnd Reichsstätte vnder vnnd bey jnen gelegen/ *anno* 1500. §. Der ander Kraiß. Regiments Ordnung zu Worms *anno* 21. §. Der ander Circkel. Lunæ enim & Veneris orbes confusi non sunt, licet majoribus Solis & Jovis obumbrentur. In mediis Francici regni visceribus non modo absoluti principatus, quos *souveraine eté* appellant, ut Dombarum Mompenserii, *Paradinus lib. 2. annal. Sabaud. c. 9. Monstreletus lib. 1. hist. cap.* 51. Sedanensis Bullionæi, *Choppinus 1. doman. tit. 11. n. 19.* Auriacus Nassovii. *Thuanus. lib.* 31. *histor.* Archensis Niversii, aliorumque: sed etiam, quod singulare magis, in provincia Normandiæ principatus d' Yverot à nexu regis Franciæ exemptus & in peculiare regnum ab Agapeto Pontif. erectus fuit: *anno C.* 536. *vide de hoc regulo Terrienum in comm. jur. Norm. lib. 5. c. 2. de feud. Choppinum 2. doman. tit. 9. n. 2. & lib. de ll. Andium 1. c. 48. n. 6. Ferrerium in addit. ad G. Papam decis.* 62. *Serres in Clotair.* 7. Cui addatur lepidum exemplum Baronis de Kleuckingen in libero suo cespite vix Cæsari transeunti adsurgentis, *quod ex Crusio p. 2. annal. Suev. lib. 11. c. 18. recenset Knichen. p. 2. de vestit. pact. c. 5. n.* 150. In imperio itidem nostro quot nobiles, quot prælaturæ, quot civitates undique principum oris velut palis circumsepiuntur, salva tamen imperii libertate? *Paurmeist. lib. 2. de jur. c. 8. n* 27. *M. Steph. 2. jurisd. p. 2. c. 7. n.* 66. *Knichen. de territ. c. 4. n.* 73. *Mynsing. cons.* 16. *n.* 45. *Exempla habes in Meisnero in causa* Teutschmeister *contra* Oettingen *tom. 2. lib. 1. decis. 6. n.* 51. *& in causa* Nirnheim *contra* Pfaltz *decis.* 8. *n.* 50. *adde tom. 3. decis. 6. n.* 64. quin imo locus mœnibus & pomœrio inclusus liber esse potest, *disserente Cothmanno cons.* 21. *n.* 103. *vol.* 1. quemadmodum Ratisbonæ eodem mutorum ambitu quinque imperii status, & quidem liberos status oculis usurpamus, *vide wier. Erenberg. de fœder. 2. c. 1. n.* 62. Territorium igitur non loco, non situ, sed per actus jurisdictionales designandum est. *Hier. de Mon. tr. fin. regund. c. 6. n.* 10. *Gilm. t. 1. p. 2. v. 4. num.* 54. Dicitur enim à terrendo, *l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. sign.* ita ut ipse nominis sonus indicet superioritatem coercitionis; *Chassanes justic. & droicts. §. 1. verb. auterritoire. ex Oldrado cons.* 176. *Marp. cons.* 30. *nu.* 94. *vol. 2. Meisn. tom. 2. lib. 2. decis. 4. n.* 113. Unde definitur terræ spacium armatum jurisdictione, *à G. Papa decis.* 577. *Boerio decis.* 217. *Meisnero tom. 2. lib. 1. decis. 6. nu.* 50. Quod si ergo princeps finitimus, non terrendi, non juris dicundi vim aliquotiens jure exeruit, de territorio ejus locus adjacens non est, *Baldus l. data. n.* 28. *C. qui accus. non poss. Alciatus §. territorium. vers. sed finge. de V. S. Cothman. cons.* 85. *vol. 2. Gilman. t. 1. p. 2. t. 11. vot. 4. n.* 52. nec planeta extra orbem suum regnabit: nisi (veluti dixi) contrarium actibus jurisdictionalibus expressis in legitimis probaverit; *Hier. de Mont. d. t. c. 6 n.* 10. *A. Fab. 3 C tit. 12. def.* 28. Quæ omnia nullum prorsus dubium habent, si ditiones controversæ finibus terminatæ, terminisq; finitæ sint. Certo enim certius est, diversa esse territoria quæ fines limitesque diversos habent. *per l. fin. ff. de offic. præf. urb. ubi Bartol. & add. l. 1. §. cum urbem. ff. eod. Losæus de jur. univ p. 3. c. 16. n. 5. Cravet. cons.* 411. *n.* 28. *Knich. de territ. c. 3. Cacher. cons.* 34. *n.* 4. *Hieron. de Mont. c. 22. n.* 1. Quomodo autem probentur fines diversi, *vide Mascar. à concl.* 393. *ad* 403. *Baldum cons.* 470. *vol* 1. *Mynsing. 6. obs.* 25. *verrime Rulandi de commiss. p. 2. toto libro 6. Azevedon ad const. Hisp. l. b. 3 tit. 5. leg. 16. n. 1 & lib. 7. tit. 7. leg. 3. n.* 35. *G. Papam decis.* 193. *Meisn. top. 2. lib. 2. decis. 4. n.* 63. *& Hier. de Mont. c.* 17. 18. 53. 62. 66. *finium regund. Freherum. contr. de fama c. 8. n.* 8.

CON-

CONCLVSIO XXVIII.

Quid si ergo ista concurrant ut feudum habens à Principe inisto simul habitet, eritne necessário imperio exemptus judicandus?

Operosissima hæc quæstio est & cum plurium familiarium præclustrium salute conjuncta. Nam in diversis comitiis sudarunt Principes, ut Comites, Barones, alioſve liberos status discingerent, abjectissimæq; subjectionis nævo notarent, eo quod ditiones ab ipsis in feudum recognoscerentur. Cui acriter contradictum, nec arbitror summum imperii Caput permissurum, ut masculi hi lacerti è corpore suo demerantur. Interest enim Reip. ut dignitas ordinum familiarumque salva siet; *l.1. §. sed & si ff. de vent. inspic. Fabius de Anna cons.29.n.18. A Fab.1.C tit.3.defin.30.n.10.* Testatum fecit sane imperator, daß jr May. der Graffen Beschwerung halben/so stiejetzt vnd auff vorigem Reichstag vorbracht/ oder noch haben/handlen wölle/ *R. A. anno 1524. §. Item als etwan.* Tentatumq; id pluribus diætis, sed frustra, dum Optimos conatus vecors ambitio abrupit. Quid ergo juris præsumendum sit, brevi & libero verborum compendio pandam. Non autem disseram de repentinis comitibus, qui liberi, hodie, aut nuper ad statu facti, *ques itidem excipit imperator. R. A. anno 48. §.* wiewol auch in derrigerungs. nec de his qui regalibus majoribus non investiti, neque in matriculam redacti, *Matth. Steph.2 p.1.c.7.n.116. Ruland. de commiss. p.2. lib. 5.c.4.n.29.* sed qui summo hactenus penes suos imperio gavisi, ad comitia coacti, ad Circulos accersiti, breviter in suo tantum ausi sunt quantum Cæsar in universo; *sicuti ex Castrens. Curt. Alex. Crav. Ruin. Brun. Obrechto, Gailio, Valle, Scradero, aliisq; docet, Sixt. 1. regal. c.5. n.121.* utpote quorum non minus regia quam Ducum dignitas sit, *teste eodem Sixt.1.c.4.n.55. Pacian. de probat.2.c.36.num.1. Knich.c.1.de jur. territ.n 33. Chopp. ad ll. Andium Pruem. cons.27. n.142. lib.1.* Ar ne abeam, ratione, autoritate, exemplis probabo, neq; clientelare sacramentum nec servientem fundum quicquam posse decerpere personarum dignitati. Si n. sonum solum, si originē solam COMITUM rumino, recto me iturum pede cerno. In imperii notitia *Comites rerū privatarū, comites sacri palatii, sacri patrimonii, sacrarū largitionū, comites principis, &c.* legimus: Nullū hic pro Duce inferiore satellitiū: nullū pro principe medioxumo servitiū aut famulatus: unius solius Augustæ domus fulgens ista Pompa, comitatus, caterva est. *De comitum vero origine qui plura videre amat, videat Eusebium lib.4. de vit. Constant. Vivem ad 5. Aug. de civ. Dei c.6. Christ. Coler. in parerg. c.27. Lezium 2. reip. Rom. c.11. Freher. de orig. Pal c.1. & 2. Leop. à Dick in Oecon. tit. de act. in rem præjud. Pancirolum in Notit. &c.* Ratio igitur universalis hæc esto. Status imperii non feudariæ possessionis dignitas, sed personæ celsitudo est: nō glebæ precium, sed summi principis præmium: quem sc. sedere dignatus est in comitiorum Orchestra: der Stimm vnd standt in Reichsversamlungen hat. *R. A. anno 48. §.* wann auch. Communis Dd. regula est, quod dignitas ista non rei; sed personæ adhæreat, *Frid. lib.1, de proceſſ. c.19.n.11. Knich. de jur. territ. c.1.n.221. Symph. in præjud. cam. fol.325.* splendorq; provinciæ ex hominis dignitate, non dignitas hominis ex provincia oriatur: *Matt. Steph. lib.2. jurisd. p.1.c.6.nu.31. & seqq. ubi quoad ecclesiasticos hoc limitat; causa mihi ignota:* quo Gallorū formula alludit, què la personne annobilist la chose; *Masuerius in pract. tit. de taliis, n.9. Brisson. in Basilic. lib.6. tit.13. art.1. Molin. consuet. Paris. §.1. gl.5. verb. lesief. n.63. Chass. in consult. Burg. ult. de*

droicts appart. à gens mariez, art. 19. *n.* 17. Vasallum a. esse non est status personæ, sed patrimonii qualitas, *post Bald. zas. l. sæpe. n.* 85. *ff. de re jud.* ejusq; obligatio (licet præstationes quasdam personales producat) realis, non personalis censetur, *eleganter Mantica lib.* 23. *de tacit. convent. t.* 3. *n.* 69. *Chop. lib.* 1. *de mor. Paris t.* 2. *n* 2. *in marg.* Ecur enim alias comites isti vasalli non adiguntur ad duplex juramentum: alterum ob rem feudalé (uti moris,) alterum ob personæ subjectionem, si qua subjectio esset? *ex Rosent. c.* 6 *concl.* 85. *n.* 7. *Correferens in caus.* 4. *mandati*, O. *cent. B. incip. Submissum in puncto paritionis. n.* 91. *Bidenb. qq. nobil. t. n.* 6. *ex* Io. *Ferr. Mont. de usib feud. lib.* 6. *c.* 1. §. *quod jusiur.* Vere igitur cõcludo, nullũ hinc obsequiũ contra personæ immediatam imperii subjectionem effici posse. Vel enim ratione regalium & summæ jurisdictionis, vel quod in districtu habitent, vel quod vasalli sint, subjecti dicentur. Nihil horum. Non ratione regalium, jurisdictionis, aut dignitatis: Hæc n. aut præscriptione ultra seculorum memoriam; aut Cæsarum beneficio Comites isti habẽt, non hodie primulum vel heri, sed veneranda longaq; serie majorum. A Cæsare comites imperii ab omni vetustate temporum agnoscuntur: in matricula signati reperiuntur, ad comitia coguntur, reliquisque Principibus permixti, in luce, non in angulo conspiciuntur. Deinde: nec etiam quod habitent in districtu principum: quia comitatus isti rem per se, rem separatam, rem principalem, certam provinciam, certum territorium, certum districtum, historiis Geographorum tabulis, fama, sanctis limitibus, usu, albo, stiloq; imperii constituunt: *de quo supra in fin. th.* 27. *adde Rosenthal. c.* 7. 8. *n*, 8. §. *majore.* quod per ampliationem locum quoq; habere dicunt pragmatici, si comitatus ducatui olim junctus per infeudationem postea sepatetur & & dividatur, *Bald. cons.* 185. *lib.* 2. *Cravet. cons.* 401. *Cabedo p.* 2. *decis.* 10. *n.* 2. idq; separationis jus non solum investitura, sed etiam præscriptione acquiri & approbari, *Cravett. ibid n.* 18. Deniq; nec ratione feudi, quasi fundo feudali inhæreret subjectio: partim quia vasallagium subditum non architectatur, *sicuti supra fusissime concl.* 22. partim quia notissimi juris est, dominum vasallo, præsertim inlustri, feudum ejusq; connexa, jurisdictiones, regalia, non cumulative sed privative concedere consuesse: *c imperialem.* §. *fin. de proh l. Menoch.* 2. *præs.* 18. *n.* 5. *Marta de jurisd. p.* 4. *casu* 190. *n* 5 *Curt. de feud. p.* 1. *q.* 6. *Bidenb qq. nob.* 8. *Dan. Moller.* 4. *semest.* 46. *n* 10. *Coler. de proc exec. p.* 2. *c.* 1. *n.* 141. *H. Pistor. q* 45. *n.* 15. *Rosenth.* 5. *c.* 5. *Schrad. de feud.* 10. *s.* 2. *n.* 1. *Roland. à Valle cons.* 48. *&* 50. *vol.* 2. *cons.* 21. *n.* 10. *vol* 4. *Decian. cons.* 55. *Cravet. cons.* 411. *n.* 18. *Berous cons.* 47. *n* 8. *lib* 1. *Gratus cons.* 90. *n.* 86. *Surd. cons.* 151. *nu.* 6. 60. *vol.* 2. *Curt. jun. cons.* 2. *n.* 1. *Curt. sen cons.* 74. *dub.* 5. *Cacher. decis.* 29. *n.* 8. *decis.* 74. *n.* 24 *Grammat. decis.* 30. *n.* 11. *Tessaurus decis.* 132. *n.* 2. *& ibi subiecto resp. pro dis. vas. n.* 1. *&c.* Gallorum hinc fatum veriverbium: *Quand le vassal veille, le Seigneur dort*: Vivente & vigilante vasallo dominus obdormiscit: ita ut dominus directus non habeat amplius facultatem exercendæ jurisdictionis in terra infeudata, *Pet. Ant. Petra de jur. q. c.* 8. *n.* 61. *ex Pancirol. cons.* 185. *Biretta cons.* 38. *Marcabr. ab Anguil. cons.* 13. *num.* 125. *& cons.* 165. *n.* 6. nec vim disponendi de rebus vasalli, *per c. un de feud. dat. in vic. leg. commiss. Menoch. cent.* 2. *arbit. c.* 200. *&* 3. *præs.* 102. *n.* 16. *Brunus cons.* 169. *lib.* 2. *Natta cons.* 487. 580. *Afflict. decis.* 291. *Fr. Marc. decis.* 91. *n.* 5. aut subvasallos in jus vocandi, deque iis statuendi, *Marta de jurisdi P. p.* 4. *cas.* 190. *n.* 6. *Colerus de proceff. p.* 52. *c.* 1. *n.* 138 *Rol. à Valle cons.* 48. *n.* 22. *vol.* 2. *cons* 21. *cons.* 63. *num.* 7. *vol.* 4. *Wesemb. cons* 95. *num.* 57. *Curt. jun. cons.* 2. *n.* 1. *Nevizan. cons* 61. *n.* 12. *Brun. cons.* 23. 27. 31. *Cacher. cons.* 9. *nu.* 2. *&* 45. *n.* 5.

45.n.5. *Pancirol.conſ.*183. *Teſſaurus deciſ.*132. Nec ullus heic prærentioni locus eſt, *Cardinalis Tuſchus concl.*556.557.*p.*3. *Surdus conſ.*56.*n.*20. quippe cum omnium dominorum interſit, cognitionis gradu ſerieque non privari: *de quo fuſe & ſubtiliter Renat. Choppinus lib.*1.*de ll. Andium c.*65.*n.*10. *Parus de Put. rubr. de exc. Baron. cap.*2. Hinc territorii violationem vocant, & peccatum mortale, *Azevedo lib.*8. *conſtitut. Hiſp.tit.*13.*leg.*13.*n.*6.*ex Navar.conſ.*1. cum gravi animarum periculo conjunctum, *Hier. à Monte defin c.*7.*n.*2.*ex Fab. & Zab.* ſi Princeps in comitis, juriſdictionem uſu & poſſeſſione quæſitam habentis, territorio imperium exercere moliatur, *Gail.*1.*de pp.c.*16.*n.*27. *Petra de fideicom.q.*3.*n.*596. *Corneus conſ.*159.*vol.*2.*latè Knich. de jur.ter. c.*4.*n.*27.*& ſeqq.* Quod certo certius eſt in principe ſub infeudante, quia per ſub infeudationem omnia ea transfert, & abdicat quæ à Cæſare acceperat, etiam ſuperioritatem ipſam, præcipue ſi perſonæ illuſtri conferatur: *notetur elegan. Pruckman. conſ.*27.*n.*20.72.*lib.*1. *Marta d.caſ.*190.*n.*9. Ratio: quoniam infeudatio eadem prorſus lege, iiſdem prorſus pactis fit, qua infeudatio ipſa, in aller maſſen wie ſie vom Reich gangen/ *Gotof. Anton. diſp. feud.*7. *theſ.*4. *lit.b. Clarus §. feudum.q.*32.*num.*4. *Molin. conſuet. Par.§.*35.*n.*18. *Sixtin.*1.*c.*4.§.57.58. *Roſenth.c.*9.*c.*44. *Claud. Cantiunc. in caſu conſ.*1.§.*poſtea. & §. cæterum H. Piſtor.*2.*q.*44.*n.*4. *Mynſ.*1.*O.*62. *Vult.*1.*F.c.*11. *n.*81. *Iaſon. conſ.*235 *tom.*2. *Pariſ.conſ.*23.*num.*4.*vol.*1. *Cacher.conſ.*38.*num.*37. *Quetta conſ.*6.*n.*9. *weſemb.conſ.*73.*n.*53. *G. Papa deciſ.*162. *cujus clauſulæ quæ vis ſit, vide Petram de jur. q c.*22. *num.*102. *Afflict. ad conſt. Neap.q.*21. *col.*2. Facit huc quæ elegantèr & ſpeciatim diduxit Claudius Cantiuncula *conſ.*1. *n.*13. dum ait: Dominus feudi in veſtiendo vaſallum retinet civilem poſſeſſionem, clientique naturalem tribuit: Vaſallus iſte iterum ſubinfeudans nullam penitus poſſeſſionem reſervat: (*adde H. Harm. tit. de F.*54.*O.*28.) Non civilem & directam; hanc enim Cæſar infeudans retinet; *Socinus ad l.*1.*n.*160. *ff. de acq. poſſ. Rol. à Val. conſ.*85.*n.*83. *vol.*4. *weſemb. conſ.*2 *num.*34. *Cacher. conſ.*27.*num.*13. *Meichſn. tom.*2.*lib.*1.*deciſ.*6.*num.*70. nec utilem aut naturalem, quia conſtituendo ſubvaſallum tranſmovet in eum utile dominium, ipſamque (quam ſolam habuit) naturalem poſſeſſionem: *Roſenth. de F. c.*1. *concluſ.*6. *H. Hartm tit.*54.*obſerv.*12. *Curt. jun. conſ.*175.*n.*25. *G. Papa dec.*304. Ea propter receptiſſimi quique JCti veraciter retulere, umbram, reliquias, veſtigium utilis dominii manere penes ſubinfeudantem. *Vultejus* 1.*F. cap.* 11. *num.*84. *Roſenthal. cap.*8. *concl.*60. *Zaſ. ad l. ſi quis vi.*§. *differentia. num.*24. *ff. de acq. & am. poſſ.* videl. fidelitatem, ſervitia vaſalli, ſpem ſuccedendi, *H. Hart. d. tit.*54.*O.*38.*n.*3. *ſupra concluſ.*23. Inde etiam uſu imperii cognitiones aut appellationes non diriguntur ad vaſallum ſubinfeudantem: tum ob ſubvaſalli dignitatem, tum quod ei velut mandatario omne jus adminiſtrandæ juſtitiæ tacite ceſſum ſit, *velut hoc nervosè explicuit Roſenth. cap.*5.*concl.*5.*num.*16.17. *ubi cauſas feudales excipit.num.*18. *ſupra concl.*22. *adde Pariſ. conſ.*8.*vol.*1. *Nattam conſ.*408.*n.*7. *alioſq; in Bidenb.qq.nob.*9. *Martam p.*4. *caſ.*199. *n.*4. *T. Michaelis de juriſd. concl.*140. His ſimilibuſq; argumentis impulſi Prudentes noſtri, autoritate ſua reſponderunt; *Comites, alioſve ſtatus liberos. in ipſo feudo Larem foventes, ſtatus liberos & immediatus imperii fuiſſe, eſſe, fore.* Verba præſtantiſſimi Haſſiæ JCti, quique ſolus omnium mihi vice eſſe ſolet, Regneri Sixtini hæc ſunt. *Si Comes vel Baro, ut ſecurior eſſet, aliamve ob cauſam, ab aliquo principe inferiori Comitatũ aut Baronatũ ſuum recognorit in feudum, hoc etiam caſu priori dignitas retinetur, ut quã à ſolo ſummo principe nactus eſt: lib.*1. *reg.c.*4.*n.*59. (& poſt:) *Quemadmodũ per*

hujuſ-

hujusmodi prædictas feudationes & sub infeudationes non derogatur dignitati regalium, & jurib. regalibus Comitum vel Baronum imperii; sic etiam libertatem, qua imperio immediatè subjecti, & status imperii sunt, non amittunt, nec domini feudalis jurisdictioni subjiciuntur; cum omnino diversa sint jurisdictio ordinaria & feudalis: utque maxime velint, non tamen possunt per hujusmodi recognitionem feudalem personam suam aut bona imperio immediate subjecta eximere. d.c.4.§.67.68. Consonat vir diligentissimus Matt. Steph. lib.2. jurisd. p.1.c.7. n.229. *In Romano* (inquit) *imperio sunt, qui ratione feudi tam regalis quam non regalis, principi juramentum præstant: at ratione personæ suæ omnino liberi & neminem prater imperatorem recognoscunt; constitutionibusq; imperii, æque ut alii immediate imperio subjecti, tenentur.* Consonat Andreas Knichen supremæ jurisdictionis alioquin (adfectus humanos segregos) vindex acerrimus, in Epopsi n.141. ex p.2. de vest. pact. c.5.n.138. *Nobiles* (inquit) *Rheni, Suevia, Franconiæ, imperatoris solummodo subditi sunt: principibus vero, à quibus feuda recognoscunt, juramentum fidelitatis rei feudalitia exhibent.* Consonat Henr. Rosenthal interpres feudalium consuetudinum celeberrimus, scriptorumque nostri ævi in eo genere princeps, c.5.concl.78.n.9.10.& c.5.q.5.itemq; q.69.lit.H circa finem. *In mille Germaniæ locis* (ait) *videre licet, quod nobiles & comites vasalli principum, etiã ratione feudorum quæ ab electoribus aliisq; principibus tenent, immediate subsint imperatori & imperio, nec domini feudorum ullam in eos jurisdictionem exerceant:* tandemque concludit, *constitutiones privilegiatas, etiam respectu horum feudorum, licet vasalli in iis habitent, competere ex stilo cameræ, modo aliunde vasalli isti sint immediati, vel saltem in q. possessione exemptionis.* Illustriora adsunt doctorum argumenta & testimonia, quæ premere juvat, promere non vacat in subitanea hac thematũ rhapsodia. Quid n. minoribus suffragiis his opus, cum transactio Cadanica anno 1156 sub Carolo V. à Ferdinando Rege, ab electoribus & principibus confirmata, personæ dignitatem licet feudi saburra pressam jubeat esse sartam tectamq;. Daß die Hertzogen von W. so offt sich der fall begibt/ solchs von dem Hause Oesterreich als zu Affterlehn zu empfahen schuldig seyn: doch dem H. Reich seine Gerechtigkeit/ auch dem von W sein Standt vnd Stim im Reich/ wie er solche zuvor gehabt an gemeltem Hertzogthumb in allweg vorbehalten. *Extat in Goldasti part 1.* der Reichssatzungen *fol. 271. §. 19.* Objecerint: *Imperii edictu promulgatum ut bona ab imperio habeant, qui status esse volent? quænam autem isti?* Primo, non est necessarium: status enim imperii & territorii jura valide distincta sunt, *Knich. in velitat. apol. nu.* 13. 120. subjectioque immediata sine territorii jure subsistere potest. *Knich. in cad. velit. nu.* 14. 15. 110. 131. Appello infinitos comites, innumeros imperii nobiles, civitates ferme omnes liberas; qui imperii feudis exuti; accurate tamen, ne qua personarum libertati fraus frausa fiet, animadvertunt. *Exempla & præjudicia in voto Correferentis, (Submissum) num.* 111. *inter decis. à Suanem. collectas pagin.* 194. 195. Deinde, regia ab imperio habent, quod vel solus regalium sonus docebit: ex quibus honor longe amplior, proventus etiam uberior, quam ex asperis & aviis multorum vicorum dumetis: *Aſt incorporalia ea dixerint & aere suspensa: vel, ut Franci, Sans terre & sans domaine:* Perinde est: cum vel minima Cæsaris Imperii ve benignitas, & gratiosa concessio, imo inveterata possessio, sufficiant status imperii constituendo: quod mille comitum (supra dixi,) quod urbium imperii, quod immediatorum nobiliorum libertas ac autoritas comprobabunt.

bunt, *Pergent. Eccur ergo ad tributa Imperii adigantur, quæ velut reale onus territorio adhærent?* Forsan nec id deest, non AB Imperio quidem, immediatè: SUB eo tamen: **Sie sollen Güter ohne Mittel/ von oder vnter/ oder in dem Reich haben: R. A. anno 48. §. Wiewol auch in der Ringerungs: & § aber der Graffen:** alterutrum sufficiat in alternativis, *juxta regulam Eberhard. in top. loc. 108. nu. 8.* Nec eadem esse obgannire quis poterit, quia in oratione principis ne apex quidē superfluus, aut sine mysterio positus esse *per l. 1. ff. quod metus caus. & ibi gl. Crav. cons. 685. n. 7. & 983. n. 50* disiunctivaq; vox in accurata Oratione non nisi inter diversa seri solet, *l 124. ff. de V. S. Eberhard. loc. 109. nu. 13. Denais. in adsert juriud. cam. pag. 197. ubi vir politissimus Scaligerum citat lib. 11 d. c. l. 1. c. 170.* Quocirca in re tam plana non cum Domitio Julianum, sed infantem vix fantem consulamus, qui statim aliud AB *imperio*, aliud SUB *imperio*, aliud IN Imperio immediatè esse profitebitur: illud causam possessionis, istud subjectionem, hoc situm depingit. Quæ cum ita, mittamus rationes & oculorum testimoniis agamus. Comitatus M. ab Imperio non fuit, sed Burgundi feudum, *teste Oliverio Marchiano lib. 1 comm. c. 13.* qua tamen sub Imperio est, Imperii honores fert, illudq; activè & passivè agnoscit: nec quisquam Comiti incolæ status controversiam intentavit. Districtum B. non Imperator sed Bohemus confert: quia tamen sub Imperio, maximis Imperii regalibus præfulget. Idem de V. constat, Germaniæ viscera non intro: oram solùm vasis cum vulpecula lambo: quo enim item? cum omnes omninò principes, nullo dempto, collectis Imperii prægraventur, (etiam ob glebas feudales, quas ab aliis ducibus habent,) solùm quia immediatè, vnter dem Reich/ sua sunt. Temeraria forsan hactenus dicta, sed tamen vera: sin minus, (non enim effugio hoc opus) salvis causæ vexillis deleo & interpungo. Venio ad tertium probationis fundamentum, ubi exemplis batuendum. In quo limine offerunt se plurimi principes & reges Pontificis Rom. fiduciarii, sine ullo sensu subjectionis, nisi quem pietatis error volentibus rarenter extorquet. Etsi enim regnum ab alio in feudum tenent, nihilosecius in ipso feudo ea possunt, quæ in Imperio Imperator: *disertè & exertè Wesenb. in parat. C. de Ll. n. 3. ex Corset. de pot. reg. q. 45. Chass. consuet. Burg. in pr. verb. ducum, n. 2. adde Petram de jur. quæs. c. 15. n. 101.* Apulia feudum pontificis est; *Scaccia de appell. q. 7. nu. 76.* Rex tamen istius & in ista, Monarcha est; *Borell de compromiss § 3. gl. 1. n. 46.* Idem de Neapoli sua D. Marta, *p. 4. de jurisd. cas. 199.* In terminis similibus concludit Cravetta, Sereniſſimum Ferrariæ ducem Alphonsum potestatis plenitudine & superioritate gaudere, quamvis feudatarius Cameræ Apostolicæ sit: *cons. 983. per totum.* Docete jam argutuli, sultis, num in topicis vestris compatibilia sint, *Vasallum in feudo omnia posse, monarcham esse, potestatis gaudere plenitudine, & subditum esse?* In Imperio nostro Illustrissimus Dux Wirtenbergicus status Imperii erat, nemine oblatrante, quamvis Sueviam suam incoleret ut Austriæ vasallus: *cujus causam & originem vide in Crusio p. 3. annal Suev. lib. 10. c. 9. & lib. 11. c. 9 Sleid. lib. 9. Quettam cons. 6. & 7. Alciat lib. 3. resp. 6. seu cons. 451. Beroium cons. 76. Acta O. contra B. fol. 113. anno demum 94. pristino capite accessit, Knich. p. 2. de vest. pact. c 5. n. 293.* Obruerer exemplorum multitudine, si per minora subsellia vagarer. Ausimnè proloqui: Si feudalis incolatus subjectionem argueret, ne electoris quidem maximi (historicè solùm ex historicis narro) libertas inconcussa foret. Utut sit, cum causa nondum definies, gaudeant, qui in q. possessione libertatis sunt, quoniam inveterata ista possessio loco pacti, loco causæ justæ, loco conventionis, loco

privilegii, loco veritatis, loco tituli, loco juris plenissimi est: *supra concl.* 17. Ad petitorium ubi ventum, quid judicem ulterius remoretur, non video: quominus personarum qualitas, situs territorii, vetustus splendor familiæ, autoritas matricularum ad unam omnium, dicta, facta, gesta publica, stilus Cæsaris, fama, vox, opinio totius territorii, ipsi denique comitiorum parietes & Circulorum oculi pro lege habeamus!

Conclusio XXIX.

Quid si status Imperii præstet homagium reale pro bonis in alterius principis regione sitis, illorumnè respectu subditus & Imperio exemptus erit?

Jure publico triplicem nexum invenio, quo quis alteri devinctus. Primus subditum proprié tangit, qui ratione territorii & domicilii domino obstringitur. Et hic nodorum maximus, quoniam in personas ac capita Imperium habet. *Altero*, vasallus domino, cui fidelitas juratur, quamdiu res feudalis ab ipso detinebitur. Is mixtus dici potest, siquidem personam quodammodo afficit, quod ministeria, quæ patrono debet, realis tamen magis quam personalis, *ut supra*. Tertius, qui pure realis, ratione fundorum fit, ac census annuatim ex prædiis pendendi Hic minimus, quia personam plané non tangit; solius possessionis munus est, *velut appelletur, l. fin. §. 25. ff. de mun. & honor. vide tersissimum* JCtorum Renat. *Choppin libr. 2. de ll. Andlum, c. 1. p. 1. t. 1. nu. 3.* Ultima hæc species, thesin præsentem occurat: quæ cujus sit pretii, subsequens regulis suggeret: Sola bonorum possessio subditum confacit, *l. libertus, §. sola, ff. ad munit. Vult. 1. F. c. 6. nu. 5* Jac. *de S. Georg. verb. qui quidem, num. 9. Cravett. cons. 201. 912. nu. 15. Cujac. cons. 3. Castr. cons. 89. n. 2. vol. 2. Rol. à Vall. cons. 1. n. 30. vol. 3. Meisner tom. 2. lib. 1. dec. 6. n. 58. Tileman de Bening synt. 2. dec. 3. vol. 1. nu. 61. Act. O. contra B. fol. 113* Rol. *à Vall. de lucro dotis, qu. 115. nu. 5.* Primó, quia Res seu bona, ut accessorium, sequuntur naturam personarum, *infra concl. seq.* eaque communis, tam apud Pontificii quam civilis juris scriptores, opinio est, *teste Francisc. de Clapperiis in cont. caus. fiscal. c. 27. q. 3. n. 2. & 3.* Deinde, quia quis quo loco habet bona, neq; originalis neq; incola sæpe est: *l. 4. C. de incolis, H. Hartm. lib. 2. tit. 52. obs. 5. Cujac. 14. obs. 12.* Veruntamen cum præstatio homagii subditum reddat, *infra concl. 36.* ususq; ferat alicubi gentium, ut bonorum possessores etiam forenses juramentum præstent, *Jac. de S. Georg. in verb. qui ita invest. n. 9. Vult. 1. F. c. 6. nu. 5. Wes. ꝛ. de jurej. n. 5 Maul. de homag. tit. 1. n. 16. Crav. cons. 492. n. 11.* non defuturi forsan sunt, qui subjectionem hic tenent. Attamen quo libertatem tueare distinctionem homagii, *in Reale & Personale*,, oculis inconnexis intuetur, *cum Chass. in consu. Burg. t. des fiefs. rub. 3. § 4. verb. & homag. n. 25. & t. des mains morts rub. 9. § 18* Hoc forsan subditum facit, istud nequicquã. Etenim contractus ii stricti juris, odiosaq; servitus, nec proinde á bonorum subjectione realiq; homagio ad subjectionem sutela mutuanda; *vide Paurm. lib. 2. jurud. c. 8. n. 112. 113.* Experientia cernimus, etiam subditos exemptos, etiam personas ecclesiasticas domino territorii, in quo prædia possident, ad juramentũ assecurationis compelli, *c. nimis de jurej. c. unic. § verum, de stat. relig. in 6. Jac. de Homag. n. 13. 14. aliiq; in Wesenb. ꝛ. de jurej. n. 5.* excepta salvaq; libertate personæ ac status: *sicuti hoc graviter perpensum in voto 4. O. contra B. n. 30. 44. 45. 57. inter*

dec.

dec. Suanem pag. 51. 55. 61. ubi subtiliter homonymiam votis. **Erbhuldigung** */exenterat.* Ad forum enim assignandum, non tam rei sitæ ratio (actionis pure in rem excipe, *per l. 2. 3. C. ubi in rem act.*) quâ personæ qualitas attendi debet: *Mar. Soc. in c. sane si Episc. n. 9. de for. comp. Mynsi. cons 24. t. 1. in fin. pulcre Alciat. cons. 24. n. 13. lib. 8.* Absit ergo, ut illustribus dignitatibus emeriti ob campestres aliquot cespites ad laqueos vilissimi colonatus pertrahantur.

Conclusio XXX.

Ulterius. Si status Imperii Penates fixerit in bonis istiusmodi municipalibus, habebiturnè ut subditus, an vero qualitas illustrior alteram obnubilabit?

Vicerat libertas augustissimi apud Nemetes prætorii calculo, donec vitii integerrimi A. G. aliorumq; sententia revisoria retuderetur: 27. *Jun. anno 83. extat in actis O. contra B. itemq; in Suanem. dec pag. 97. Til. de benign. jynt. 4. dec. 2. vot. 6. pro qua nuper respondit Petr. Wesemb. consil. 49. sed ut hodiernum cacoëthes, pro amico, aut primo adventare.* Rationes eorum præcipuæ hæ visæ. Prima: Eadem persona diversis qualitatibus prædita pro diversis habetur, **R. A.** *anno* 48. §. **nach dem auch/** § **aber der Graffen von Tübingen** */Gail. de arrest c. 6 Knichen de vest. pact. p. 2. c. 5. num. 137. Cavalc. lib. 5. dec. 13 num. 13. Gilman. t. 2. p 1. v. 31. num 5. & tom. 4. p. 1. v. 30. num. 186.* Status enim hominis dividuus est, distractionemq; admittit, *Daut de testam. n. 150. fol. 135.* Secunda: Quilibet extra territorium suum censetur instar subditi, *Aldaran. Mascard. de statut. interp. conclus. 6. num. 6.* alteriusvé privati, quoad jurisdictionem, *l. 3. ff. de offic. præs. Acac. Enenkel. 3. de priv. cap. 19. num. 8. Knichen de jur. territ cap. 4. num. 31. Gail. 1. P. P. cap. 16. num 28.* Tertia: Exemptus ratione loci certi non censetur ratione alterius loci exemptus, *cap. ex ore, de privil. cap. cum capell. &c.* Quartó, hoc probant exemplo C C. T. *Gail. de arrest. cap. 6. num. 16.* CC. S *Göden. consil. 39. de jurisdict. num. 7.* DD. E. & P. *consulens in part. 2. act. Brunovic. fol. 98* Hæc argutiarum contrariarum sylva: quam tam solide & perspicuè sublucavit correferens in voto revisionis (*Submissam in puncto paritionis, 4. mand. O. contra B.*) ut laternam Punicam eam putare possis. Nil ergo addam: reponam solum **Κεφάλαια** totidem adversa, arbitrium æquissimo judici delaturus. Ridiculum enim foret & Panico terrore tetrius, si tot rerum judicatarum exemplis, tot annorum interstitiis rata credita libertas, unius jam Gailii numine sine ulteriori suffragio subverteretur. Primó: Status rei non mutat conditionem personæ, *l. unic. C. de impon. lucat. descript.* nec afficit eam, quodlibertatem: *Symphorem. t. 3. prælud. fol. 120.* sed contra, mutatione personæ mutatur privilegium, qualitas, conditio, natura bonorum, *l. per curatorem. 90. ff. de acqu. hæred. Marta de juriid. p. 4. cent. 1. cas 11. nu. 29. & cas. 125. nu. 18. Alph. Moditius, §. principum placita dubit. 36. num. 3. 7. 8. 9. Oldrad. cons. 169. num. 3. Natt. cons. 160 n 10. Marcabr. ab Anguil. cons. 40. n. 5. Crav. cons. 293 nu. 10. Rol à Valle cons. 61. t. 4. Mod. Pistor. cons. 48. vol. 2. Koppen dec. 50. A. Faber. 5. C. tit. 9. def. 12. num. 4.* etiam quoad forum, *Marta de juri d. p. 4. cas. 125. nu. 19.* Pars enim favorabilis attrahit minus favorabilem, *Jos. Ludovic dec. Lucens. 26. nu. 22.* & dignius minus dignum, *c. 1. de consecr. eccl. vel altar. in 6. Jas. in l. duo jud. nu 17. ff. de re jud. Costa de quota & rata q. 94. nu. 3.* majusque lumen minus obfuscat, *Alcacius Enenkel. libr. 2. de privil. c. 5.*

nu. 20. Personæ veró digniores rebus aut ullis fortunæ bonis, *l. in pecudum, ff. de usuris, l. sancimus, C. de SS. eccl. gl. in §. fin. ff. de jure N. G. & C. Hieron. Mont. de finib. c. 71. n. 1. Ruland. de commiss. p. 2. lib. 5. c. 4. n. 31. Vincent. de Anna in rep. const. terminum vita, n. 1. Capic. dec. 162. n. 3.* Fas ergo, ut status nobilior trahat ad se ignobiliorem, *Bald. in l. 2. C. communia, de legat.* fundiq; qualitas & privilegium á personis mensuretur, *Marta d. loc. nu.* 38. nec earum dignitas per maximam bonorum partem obfuscetur, *Public. in consuet. Auvern. tit. 27. art. 1. n. 1. n. 1. Ruland. 5. commiss. part. 2. c. 4. n. 31.* Hinc regula: Si ex pluribus qualitatibus resultare potest diversus effectus, dignior potiorq; qualitas attendenda: *Sebast. Sapia ad l. imperium, n. 3. ff. de jurisd. Jas. cons. 74. v. quinto, lib. 3.* Quo clypeo moti Judices terræ Augustissimi processus decreverunt ex constitutionibus Imperii, non attenta exceptione subjectionis bonorum, *Gail. de pignor. c. 15. n. 10. & 1. O. 8. nu. 9. Mynsing. 2. O. 10.* modo constiterit personas aliunde status immediatos fuisse: *sicut ultra 30. præjudicia reperies in Meichsnero tom. 1. dec. 32. nu. 1. Gilm. tom. 3. dec. fol. 120. 260. Mynf. 1. O. 11. & 3. O. 21. Rosenth. de feud. c. 5. cons. 69. 78. Guil. Scip. lib. 1. dec. rot. Spir. 156. Svanem. dec. 6. n. 9. p. 79. 81. & aureo voto, (Submissum) n. 105. ibid. pag. 183.* Etenim arrestatio fit in solis fructibus, in rebus solis mobilibus: hæ autem nemini subsunt nec mediaté, nec immediaté, quia omni hora mobiles: *ad invidiam acutissime Correferens in vot. revis. (Submissum) n. 104. in Svanem. pag. 179.* Quocirca cum constitutiones istæ Imperii personarum intuitu factæ sint, *Springerus de pac. relig. c. 10. pag. 115.* quis tám pertinax, qui ex causa ea finali omnes has dispositiones regendas, declarandas, extendendas odiosé obstrepat & obclangat? *per l. cum ejusd. §. interdum, ff. de ædil. edict. Amed. tr. de syndic. n. 1. Eberh. in top. loc. 131. Decian. cons. 41. n. 22. vol. 2.* SEGUNDO: Rex, Princeps, aliusvé Imperii heros ubicumq; est, ratione personæ suæ Princeps est, non subditus; etiamsi in alieno solo, *vide de hoc φορτικῷ ἀκούσματι inimitabilem discursum lib. 2. des derniers troubles de France, circa fin.* Potus viris & virib. exutus, in hostico solo, in victoris solio, regie tamen tractari orabat, & (nam æquum) exorabat. Invictus virtute, non fato, patrum annis Saxo (*cujus fortitudinẽ raro exemplo admiratur homo Italus Scipio Amiratus lib. 12. disc. 2.*) inter hostium manus modo tamen Principe digno accipi tantũ non jubebat. Exempla in historia omni græca & latina? Quo ista? Documẽto scil. politicis sunt, in omni foro, in omni fortuna, personam & dignitatem status illustris perennare. Cottidie experimur, principes Imperii transeuntes per diversæ confessionis territoria, religionis exercitio pro suo comitatu libere uti frui: quia (millies dictum) beneficia Imperii personæ, non territorii respectu rogata sunt, *Springer. d. c. 10. pag. 115.* TERTIO: Privilegia exemptionesq; statuum frustra capellæ comparant: locis enim non adfixa: nec patrimonio, sed personis innexa & innata: *Friderus Mind. lib. 1. process. extr. c. 19. nu. 11. Til. de Benign. synt. 4. dec. 2. vot. 2. & 4.* personalia sunt, & ob id (ad dupondios provoco) si separabilia; sequuntur ut umbra corpus. Unde nata ratio iterum ingeniosissima Correferentis, *in sæpius sed nunquam satis laudato voto revisionis*: quod Arrestatio necessario in loco & territorio alieno, vel saltem litigioso fiat, cum alioqui in propria arrestantis aut inaudita, aut nuda vis turbatiové simplex sit: *Submissum: nu. 107. apud Svaneman pag. 181. 187.* QUARTO: Adducta exempla non moramur, causis variis. Sub lite enim pendent, *sicuti dicet memorabilis Illustrissimi Collegii ad Cæsarem querela de hac controversia, quid imposterum in judicando sequuturi; an vetustate roboratam, an novellam Gailii sententiam? sicut extat inter excusa acta O. cont. B.*

fol.

fol.608. & infinita extant exempla contraria eorum, qui sunt & manēt in possessione vel quasi exemtionis, *Rosenth. de feud. c. 5. concl. 78. n. 10.* nefasq; ut rerum gestarum erroribus veritas vitietur, aut juri derogetur, *l. 6. §. 1. ff. de off. præs. l. 1. §. 1. ff. de feriis.* O timidum judicem-(*Natta verba sunt*) qui exempla respiciens secundum jus decernere reformidat: *cons. 24 nu. 3.* Concludam. Si clericorum personæ, etiam in principum territoriis, exemptæ sunt, *sicuti ad hanc materiam disserit in mortalitate dignissimus olim adsessor T. Michaëlis de jurisd. concl. 58.* si amplissimi domini assessores, *sicuti late confirmat vir perennis memoriæ Denaisius in adsert. jurisd. cam. p. 5. 10. 238. 239. 252.* si legati eorumq; domus, *teste Augerio Busbequio oculari & experto epist. 3. & 4. adde Alber Gentil. lib. 2. de legat. c. 18. & lib. 1. advoc. Hisp. c. 18.* si nobiles immediati, si equites Rhodii, si Ganerbii, si capitulares multi, ab ordinaria principum, apud quos degant, jurisdictione & superioritate exempti: *vide inter alios Paurmeisterum lib. 2. de jurisd. c. 8. nu. 81. 82. 83. & seqq.* annon iniquo iniquius foret, illustres Imperii animas (ad potentioris pauxillum domini nutum) confestim cum vili rusticorum obsequio ac lege jubere esse? Verumtamen cum revisio iterum petita? quæstioq; inter 8. imperii dubia rejecta, **Reichs-Abschied** *anno 94. & anno 600. §.* **Es haben uns auch**/ jurabo. NON LIQUERE, *cum Pomponio l. 13. ff. de arbitr. l. 36. ff. de re judic.*

CONCLUSIO XXXI.

Ne tamen mirere, si thesis prior magis contra exemptionem se obliquaverit: cum etiam maneant Imperii status, quorum ditiones in aliam plane familiam translatæ sunt.

Si quis scenicos duces videre gessit, non Scachorum reges, sed exteros aliquot toparchas contempletur, qui cum Plautino milite campis Gurgustidoniis, Bombomachide, aliisque sesquipedalibus titulis seipsos ludificant, quibus in Utopia, ullavé regione noctis vix locus. Quam vanitatem minus rectè iis adscripseris, qui aut fortunæ injuria, aut nascendi serie ab avitis laribus arcentur: eo quod nominum istorum usurpatione tum juris succedendi & recuperandi, tum gloriosè originis admoneantur: *vide Nattam cons 638 n. 36. 37. 38. Damnabili igitur errore genealogia negligentius servata sunt, socordia lapsa ætatu.* Ea olim indole Eumenes Rex Pergam, qui fractis rebus solo castello residuo vix tutus; *Neminem* (ajebat) *superiorem agnoscam aut feram quamdiu ferrum in manu. Plutarch. in Eumen.* Ea indole princeps Germaniæ laudatissimus Maraboduus, *qui ἄνοικος καὶ ἀνίδρυτος scribebat non ut profugus, non ut supplex, sed ex memoria præteritæ fortunæ, Tacitus 2. annalium.* Eadem indole Rex Mithridates, qui regni expers & expes regie tamen regem compellabat: *Utere ut voles prole magni Achemenis, quod solum hostes mihi non abstulerunt, in Tacit. 12 annal.* Idem apté in hac materia quæritur, *Num maneant imperii status, ejusq; constitutionibus fruantur, qui in Imperio nil amplius possident præter titulos tumulosq; majorum?* Et quamvis secundum Dd. Comes sine comitatu sit abusivé comes, & velut Dd. sine legibus, eques sine equo: *Janninius de citat. real. c. 11. n. 291. lib 2. Jas. l. apud hostes. n. 11. de leg. 11. Knich. de non prov. c. 3. n. 228. Zas. cons. 20. n 7. lib. 2. Facian. deprobat. 2. c. 36. n. 4.* in Imperio tamen secus, *Zoann. de Rom Imp. n. 85.* dummodo ratione originis sint status, licet nulla bona immediatè sub Imperio habeant, *Gilman.*

*tom.3 fol.325. Suanem.in dec.camer.pag.*181.194. Unde fit ut, quantumlibet extorres, titulum retineant & dignitatem, *Janninius de civitat.reali.c.1.nu.*787. ad comitia vocentur, *Ruland.de commiss.p.2.lib.5.c.4.nu.*27. sessionem inter principes habeant, ac subscribant iis ut principes, *sicuti videbis dec.6.nu.*10.11. *& Suanem.collect.pag.* 79.80. *Til.de benign.synt.4.dec.2.v.4.num.*7. privilegiis primæ instantiæ gaudeant, *Friderus lib.1.de process camer.c.*19 *num.*11. cæterisque Imperii constitutionibus utantur, fruantur; *Knichen de jur.territ.c.1.num.*221. Summæ curiæ hac de re placita qua legere gerat, affatim reperiet præjudiciorum apud Gilmannum *tom.3 fol.*325. *& in decis. à Suanemanno publicatis, pag.*50.163.194. Immediata enim Imperii subjectio sine territorio, sine jure territorii, subsistere potest, *Knichen in velitat.apolog.n.* 14.15.110.131. *Præjudicia ac exempla vide in Suanem. dec.camer.pag.*181.194.195. Rationes eædem quæ supra; nimirum. Quod *Statuum Imperii esse*, non patrimonii qualitas, sed personæ dignitas sit, eaque inseparabilis, etiam insequiore sorte: *Knichen & Friderus dd.ll. Fabius de Anna cons.*40.*n.*43. imó tàm tenaciter personæ insixa, ut citius illud quam ista amitti queat, *Suanem.in dec.6 pag* 50. *& dec.*10.*pag.*163. Hinc nostro instituto non difformiter disputat Cravetta: Si maxume penes unum Marchionatus aut Comitatus sit, dignitatem tamen comitis aut Marchionis ad reliquos quoq; liberos & nepotes dimanare: *cons.*855.*n.*4. *junge Betsium de pact.f. m. illustr.c.*8. Eccum; Electoribus non licet suas ditiones herciscere, ne minutim dilectæ deformentur; *ex constit. Aur.Bull.tit.*24.§ *decernimus igitur*, quis propterea naturales minores personalibus Imperii privilegiis orbaret, & ad plebeja subsellia detrusum iret? Fortuna, quam nascendo quis meruit, mutari, amitti, non potest; *l.*41. *C.de decur.* quæq; á genere, á civitate, á rerum Natura tribuuntur, posteris incolumia manere fas est: *per l.*3. *ff.de interd. & releg.l.*11. *ff.de senator. Fab.de Ann.cons.*17.*n.*4. *Chopp. lib.*1.*de ll. Andium c.*63.*n.*4.

Conclusio XXXII.

Cui adfine est vægrande illud postulatum: Num protestantes Episcopi, qui nec à Pontif. nec à Cæsare adhuc dum confirmati sunt, pro Imperii statibus haberi possint?

Antequam fastus flaminum glisceret, penes Imperatorem electio erat non modo episcoporum omniumque præsulum; *velut annotant Aventinus lib.*4. *annal. Waltramus in opusc.de invest.episcop. Krantz.* 5. *Saxon.c.*30. *Sabellicus lib.*8. *Ennead.*8. *Viterbiensis in Chron.part.*17. *in Henr.V. Machiavell.lib.*1. *hist. Flor. Azapurnus de pontef. mutat.confir.quem morem adhuc dum Iberiæ Franciæq; reges observant, teste Ægid. Magistr.tr.de regal.c.*3.4.5. *Carol.de Grassal.libr.*2. *de regal. Franc.c.*3. *Duaren.lib.*5. *de sacr. minist.c.*11. *Chass.de glor.mund.p.*5. *consid.*24 *n.*194. *Chopp.lib.*2 *de doman.tit.*9.10. *præcipuè Cosmas Guisnier super Pragm. Ludov. sanction. Vasq.*2 *qq.c.*51. *Valascus de emphyt. q* 8. *Cabedo dec.*9.*p.*3 *& dec.*11.*num.*3 *p.*2. *&c.* sed etiam Papæ ipsius: *c.*21.22.23.28. 29 30. *dist.*63. *Francisc.de Zabarell.de schism.pont. Innocent.cap.*2 *ext.de major. & obed. Lud.Babenberg.de Zelo vet.princ.cap* 8. *& libr.de jur Imp.cap* 8. *Polyd.Virg.lib.*4. *de invent.cap.*10. *Ferrariens.tit* 50 *gloss.*9.*num.*4. *Onuphrius in vit Gregor.*VI Autoritatem istam mascule vindicarunt Divi Henrici, Friderici, Otthones; donec tandem transactione inter Frideric. III. & Nicol. V. facta jus istud sic finderetur, ut Imperator sacros

ſacros antiſtites per ſceptrum juriſdictione, regalibus, aliisque Imperii faſcibus inſigneret: *Gunth. Ligur. lib. 1. Naucl. gener. 39. Krantz 5. Saxon. cap. 42. Chriſtoph. Sturtz. de Imp. germ. cap. 43. Ottho Friſing. lib. 7. Chron. cap. 14. lib. 2. de geſt. Frid. c. 6. Joach. Stephani de juriſd. eccleſ. c. 12. Scurff. conſ. 72. num. 8. cent. 1.* Papa verò inungeret, confirmaret, ſacraret: *concordata hæc nationis germanicæ exhibet inter alios Goldaſt. tom. 1. conſt. Imper. fol. 409. & ſeqq.* Unde fit, ut hodierno Canonum jure epiſcopus, niſi conſecratus, exercitio aut adminiſtratione defungi non poſſit, *c. licet, extr. de translat. epiſcop. cap. nihil, c. qualiter, extr. de elect. c. avaritia, de elect. in 6. Speculat. tit. de reſcr. præſentat. §. ratione, verſ. item Vantius de nullit. ex defect. juriſd. deleg. num. 35. Janninius lib. 1. de citat. real. c. 1. n. 904.* Conſecrari autem nequit, priuſquam á Cæſare trabeam, velut dixi, acceptaverit: *Cujacium confer. lib. 3. de feud. cap. 1.* Cauſam ſic cernis, cum plerique religionis reformatæ præſules aut adminiſtratoris pro ſtatibus Imperii eccleſiaſticis non habeamus, ad comitia non evocentur, principatu non inveſtiantur, *vide Gilmann tom. 3. præjud. fol. 325* edictis Cæſareis non epiſcopi, ſed detentores & ſubſeſſores **oder Einhaber**/depingantur, *in R. A. anno 82. §. 21. alibiq; ſemper*, cum paria ſint, nullum habere epiſcopum, &, habere epiſcopum inutilem, *c. 2. §. ſed neque, de translat. epiſc. Gail. 1. O. 1. num. 45.* In nuperis diplomatis E B. equeſtris Joannitarum ordinis per Saxoniam magiſter haut vocabatur; utpote ab Imperatore talis non agnitus ob antipathiam confeſſionis: *tangit Goldaſt. tom. 1. conſtit. fol. 584. in marg.* Hanc maculam cum acerbe ſemper tulerint Auguſtæ Confeſſionis principes, ſæpius Cæſari juſtiſſimo dolore madentes literas exhibuere, *ut anno 55. 56. 57. 59. 66. 75. 82. 89. 94. 613. Anonymus Camer. adverſ. reſponſ. 35. Benbellona de pac. rell. p. 2. cap. 15. Springer. c. 8. Beſold. de ſucceſſ. reg. diſſ. 6. concl. 15. 16. præcipuè Fr. Burckhard. lib. 1. auton cap. 3.* videlicet; Cur ſacris arcerentur officiis, quos pax religioſa æquaſſet? *cum etiam judaicæ ſuperſtitioſæ infectis honores divi Cæſares non inviderint, l. 3. § fin. ff. de decur.* Cur diris devoverentur ob fidem quam Cæſar indulſiſſet? Cur apud aras igni & aqua iis interdiceretur, quos velut filios in ſocietatem adoptaſſet? Cur papæ fulgura timerentur, quorum vim Paſſavica pactio antiquaſſet, vel ſuſpendiſſet? *in R. A. anno 55. §.* **damit auch obberührte**/ *Friderus 1. c. 29 Knich encycl. c. 13. Erenb. de reg ſubſ. c. 2. n. 17. Cothman. conſ 64. n. 65. Symph. tom. 1 tit. 3. ſæpe & tom 3 fol. fol. 309.* Cur ad ſaniores uſus conformare diœceſes non poſſent, quas majores eorum pio munere ſtruxiſſent? *notetur elegans conſilium Scurffii 72. cent. 1. Pruckm. conſ. 13. n. 36. lib. 1. itemq; conſilium in cauſa epiſc. Cominenſ. apud M. Stephani & Suanem. Paris de Put. indicat, ducibus Alemanniæ competere jus patronatus in epiſcopat. ſuæ civitatis: rub. civilitas, c. 2. n. 3.* Cur, non ſine infamiæ ſtigmate, nudarentur honore ob fidem, quam ſtatus Imperii, **bey Keyſ vñ Kön. Würden/bey Fürſt. Ehren/in rechtē guten Trewen/vnd in Wort der Warheit**/firmaſſent? *R. A. ann. 55. §* **vnd damit/§ ſolches alles vñ jedes**/*cum § ſeq unde decretū Cameræ, Propter Aug. confeſſionē feloniam non committi, nec honorē civilem violari: in Glim t. 1. p 1. tit 3. v. 5. n. 1. Bidenb nob qq. 3.* Cur contra Imperii majeſtatem Quirinali ſepſariario faſces principatuum ſubmitterent, cum ipſi Cæſares indignum purpura rati ſint, ſi capite minuti paræ primum nutu in ſolium eveherentur? *uti videre eſt in Avent. 7. Annal. Sigon l. b. 20. de reg. Ital. Gold. in Lud. 4. fol. conſt. 409. Marſil. Patav. in defenſ pac. p. 2. c. 26. Cuſan 3. concord cathol. c. 4 Coccin. de Imp. transl. Andl lib. 2. c. 5. Krantz. 9. Sax. 14. 15. Bebenb. de jur. imp. c. 5. 6. 7. 8. Questa conſ. 1. nu. 17. Lancel, de jur. perſ. c. 1. § 1. n. 4. Chaſſ. in catal. glor p. 5. c. 29.*

Mandell.

Mandell. cons. 62. n. 31. Resonat adhuc dum in auribus nostris Rudolphi I generosa ἀνακοίνωσις: *Multos Germanorum Reges Italia consumpsit; Non ibo Romam. Rex sum. Imperator sum, nec minus pro utilitate Reip. facturum me confido, quam si Romæ fuissem coronatus, extat in Gold. tom. 1. fol. 311.* Ecqua hodie foret impietas, si tandem cum Cæsare suo caneret antiphonam episcopus. *Quia me vestigia terrent.* Episcopus non tenetur habere Papam pro Papa, si Papa Episcopum non habeat pro episcopo; *uti inquit Cravetta cons. 241. n 17.*

Ecclesiam regat ille suam, divinaq; jura
Temperet: Imperium nobis fascesq; relinquat.

Quocirca, si Passaviana pactio, eamq; subsecuta religiosa pax debet generalis esse transactio, si lex communis, si sanctio pragmatica, quo jure, quave injuria ad certa solúm loca, ad certas solúm personas arctabitur? cum Imperii istis recessibus non modo præteritorum ἀμνηστία indicatur, sed etiam similium & futurarum causarum fata componantur. Unde fœdus inviolatum, in omnes casus purum, sacrum, perpetuum, vocatur: **ein beständiger beharrlicher/ vnbedingter/ für vnnd für ewigwerender Fried/ R. A. anno 55 §. vnnd nach dem/** *Denaisius tit. 216. §21.* Nec est, quod verba ista quempiam remorentur, **Wo ein Ertzbischoff oder ein ander Prælat von vnser alten Religion abtretten würde/ daß derselbe sein Ertzbisthumb oder Prælatur alsbald ohn einige Widerung/ jedoch seinen Ehren ohnnachtheilig/ verlassen soll. R. A. anno 55. §. vnd nach dem bey Vergleichung:** *quæ pro decisione adhibita sunt in caus. T. M. cont. C. B. Symph. t. 1. p. 1. suppl. c. 9. fol 192. 194. & in causa G. A. C. dict. tit. 3. vot. 10. fol 250.* cum invitis & contradicẽtibus principibus clausula ista inspersa sit; suffragante ipso contextu, ubi Cæsar ait: **Welchs sich aber beyder Religion Stände nicht haben vergleichen können.** Nulla ergo sine consensu statuum in hoc puncto facta transactio, nedum pragmatica sanctio, *vide Friderum lib. 1. c. 29. nu. 3. Benbellon. p. 2. de pac. relig. c. 15. Spring. c. 8. Anonymum Camer. advoc. resp. 35. in primis Magnanimi principis I. C. P. apologiam editam sub auspiciis belli Coloniensis.* Quod parum dubii habebit in istis oris, ubi sola Augustana confessio hominibus in ore, ob verba dicti recessus, **Daß den Capiteln eine Person der alten Religion verwand zu erwöhlen zugelassen sey:** *d. §.* Si ergo omnes subditi, si singuli regionis istius ordines, si capituli totius vox unanimis eum postulet episcopum, rem raram haberi cuja refert? Non pontificis, cujus Imperium in Imperio pridem eviluit. Non Imperatoris, cum Imperii membra permaneant & necessitates communes ferant. Non collegii, aut populi, utpote quorum unanimi psephismate desideratus sit. Quapropter ad justitiam relaxandam, ad pacem servandam, ad libertatem Imperii vindicandam, permitti rogant id, quod sint πανοπλίᾳ aut majore malo retardari diutius non potest.

Conclusio XXXIII.

Minoris immo nullius est dubii episcopatuum & prælaturarum ante pacem Passavicam facta exemptio; utpote quàm Cæsaris benignitas, statuum voluntas, rerum humanarum tranquillitas, pax orbis, quies seculi, ratam esse jusserunt.

Cum Germania bello arderet, & theatrum esset dulcissima nostra mater sanguino-

guinolenti Martis, repente Deus aliquis ex machina adstitit, aureamq; pacem, velut Palladium, non sperantibus projecit. Pacta hæc Passavii anno 52. renovata Augustæ 55. *confirmata Ratisbonæ anno* 57. 58. 61. 66. *& in capitulat.* Pro quo beneficio quas gratias, quas laudes domino DEO nostro JESU CHRISTO exhibere debeamus, nec mens concipere, nec lingua proferre potest, *merito utor hoc Justiniani hac pietate in l. 1. pr. C. de offic. præf prætor.* Fructus istius hi isti: quo utraq; religio decenter toleratur: *fieri enim hoc simul posse, comprobant Bodin. 3. de reip. c. 7. Gerhard. qq polit. cent. 1. Danæus 2. Ethic. c. 7. præcipue Alb. Gentil lib. de jure belli, ubi docte refellit argumenta Lipsii ex lib. de una relig. & Pammel. consult. de una fide,* quod inter status & subditos fida animorum conjunctio stabilitur, R. A. *anno* 52. 55. 66. *Erenb. de regn. subsid. c. 2. n.* 17. *Cothm. cons. 64. nu. 65* quod statibus reformatis jus episcopale seu jurisdictio ecclesiastica permittitur, *Mindan. lib. 1. de proces. c. 29. Zang. de excep. c. 1. p. 2. n.* 424 *Knich. in Ency l. c.* 13. *M. Steph. lib. 1. p. 1. c. 7. n.* 475. *& lib. 3. c.* 15. *n.* 6. adeó ut Imperatori ne preces quidem primariæ, quas vocant, relictæ: *sicuti ventilatum in prudente quadam consultatiuncula, quam exhibet M. Stephani lib 3. jurisd. p. 1. c. 4. nu. 21. & Suanem. in dec. pag.* 100 *& seqq. adde Sixt. 1. regal. c. 2. n* 56 *Gail 2. O.* 155. *De institutione earum vide Sebast. Franc. in Rod. 1. Specul. lib. 4. ibiq; addit Joh. Andr. tit. de præb. §. restat. P. Greg.* 17. *syntag c. 7. num. 21. Boer. dec.* 32. Pax ista ut foret liquidior, Camerina præteritorum malorum moveri nõ debuit: sed quod bellorum licentia peccaverat, fido silentio sepeliri. Hic fons istius exemptionis: quem postea Cæsar DEO statibusque prælibavit: **Dieweil etliche Stände/Stifft e/vnd Klöster eingezogen/sollen dieselben Stände derenthalben / weder in / noch ausserhalb des Rechtens zu Erhaltung eines beständigen / ewigen Friedens nicht besprochen noch angefochten werden: Derohalben gebieten wir vnserm Cammerrichter vñ Beysitzern/daß sie dieser eingezognen Güter halben kein Proceß** *decerniren* **oder erkennen sollen/** R. A. *anno* 555. §. **Dieweil aber etliche.**

Causæ. I. Rerum conventarum immutabilitas. Servare fœdera pacis, nec regnis postferre fidem, *ait Poeta, vide Canonist. ad tit. de treug & pace, Manticam lib.* 27. *de tac. conv. tit.* 1. *& seqq.*

II. Transactionum firmitas. His enim legitimé definita Imperiali rescripto rescindi non oportet, nec sine infamia possunt, *l.* 16. 19. 20. 41. 59. *C. de transs. Mantica de tac. conv. lib.* 13. *tit.* 43. *n.* 18. *& lib.* 26. *tit.* 9. *n.* 45. *&c.*

III. Rerum factarum necessitas, *juxta verba Justin. Novell* 97. Notum istud bocardicum: *Multa facta tenent; qua non facienda, Peckius de jure sistend. c.* 17. *n.* 5.

IV. Conscientiarum libertas. Mentium rex DEUS est; fides suadenda nõ imperanda; *ex Cassiod. August. Lactant. Cujac. in O. & Lipsius 3. polit.* ut merito damnetur ab omni ævo inaudita Hispanorum immanitas; dum toto á nobis orbe divisos Indos, regibus & legibus suis utentes, ob solam hanc animorum infelicitatem stirpitus exciderunt: *deplorantibus Lips 2. const c.* 22. *& in tot. polit. Benzo. lib. 3. hist. nov. orb. c. 3. Camer. 1. medit. hist. c.* 83. *Thuano præf. operis Histor.*

V. Pontificum δωρο φαγῶν rapacitas. Si enim ea rata habentur, quæ paparum ingluvies extra Imperium abliguriit, vorago absorbuit: quantó magis hæc prælaturarũ exemptio; cum corporis (licet mediatè) partes maneant, oneraq; pro iis annua sustineantur? Apage ergo litium Æolos, qui ad concilii solum tempora restrictam pacem blaterant! Refellit enim miselios Cæsaris providentia, wo solche Verglei-

chung durch die wege des *general conciliums, national* versamlung / Colloquien oder Reichshandlungen nicht erfolgen würde / so alsdann nichts destoweniger dieser Friedstandt in allen Puncten bey kräfften / als ein beständige / beharrliche / unbedingter / für und für ewigwehrender Fried seyn und bleiben / A. A. *Anno* 55. und nach dem ein Vergleichung. Viden' impuro & sydereo hircosi turbonis afflatu rescindi non posse, quod lege pragmatica sine fine victura prefinitum ac constitutum est? *l.* 4. C. *de domest. lib.* 12. Stilum tinxeram, ut tangerem ditiones post pacem hanc exemptas: sed sublato me digito respexit Sigalion; &, ut Cybeles hæc sacra Principibus nostris ab una, Scriptoribusq; Turbati Imperii Status ab altera parte, volganda linquerem, auriculam vellicavit.

Conclusio XXXIV.

Leniori quæstiuncula exasperato mulcebo animos: An, qui regalia jurisdictionemvé in aliena urbe vel agro hactenus exercuit, exẽptionis inde prætextum ullo colore fucare possit?

Regnandi libido efficit, ut non terra solum ac mare dividantur: sed & eadem fæpe terrula infido plurium dominatu fatigetur. Alius summũ imperium, alius jurisdictionem simplicem, alius jus gladii, alia jura alius prætendit, *vide Hier. de Mont. tr. de finib. c.* 78. *n.* 14. *Maulium de homag. tit.* 1. *n.* 17. *Ioh. Bidenb. nob. qq.* 1. & 7. *Rosenth. c.* 6. *concl.* 85. *n.* 10. *Knich. de jur. terr. c.* 4. *n.* 42. 43. *Gilm. t.* 1. *p.* 1. *tit.* 3. *v.* 2. *nu.* 15. *Capycius decis.* 96. *num.* 9. quilibet vero ἀνυπεύθυνος inde sibi colligit, exitiabilemque illam imperii fisco prærogativam. Cujus spei vanitatem quotidianæ rationem & exemplorum farragines denudant. Etenim, statum imperii non quælibet regalia, non promiscua coërctio, sed summa & à solo Cesare dependens personæ majestas creat. Multi patellarii domicelli in alterius immediati status districtu salvum conductum, jus patronatus, peditas, furtas, similiaque jura sibi adscribunt, qui superioritatem oder die hohen Landsobrigkeit / æternum non præscribent: *T. Michaelis de jur. conclus.* 46. *lit. a. Knich. in velit. apel nu.* 213. *Frecia lib.* 2. *de F. in authentic.* 47. *nu.* 1. *Matth. Steph. n. lib.* 2. *jurisd. p.* 1. *c.* 1. *n.* 24. *Surdus conf.* 323. *nu.* 28. *Gilm. t.* 1. *p.* 1. *tit.* 3. *v.* 12. 13. *Meichsneri. in caus.* Ingelheim *contra* Pfaltz *tom.* 2. *lib.* 2. *dec.* 4. *n.* 171. & *seqq. ubi tamen vere ait, Principes interdum jus conducendi, etiam in civitatibus & villis prorsus nullius, adeoq; imperialibus per fas & nefas usurpare conari; quod tamen jurisdictionem illis nullam tribuat, nisi aliunde probent quæsitam: ibid. nu.* 175. Jurisdictionis enim distincti modi sunt, nec ab una specie ad aliam colligere licet, *Iason. in l. imperium ff. de jurisd. Gail de pign. c. ult. n.* 7. *Birtach. de gabell. q.* 11. *p.* 1. *Chass. in consuet. Burg. rub. des justices verb. & droicts, n.* 96. *Zasius conf.* 16. *n.* 58. *lib.* 2. *Alex conf.* 68. *nu.* 18. *vol.* 2. *Mynsi. conf.* 16. *n.* 11. *dec.* 2. *Meichsn dec.* 4. *n.* 170. *tom.* 2. *lib.* 2. & *dec.* 17. *n.* 19. *decis.* 17. *num.* 18. *tom.* 4. Vera, si ullibi, certe hic, vetus regula: Tantum præscriptum, quantum possessum, *l.* 18. § *fin. ff. de acq. poss. c. auditis, c. olim de præscr. Gabr. lib.* 5. *com. tit. de præscr. concl.* 2. *n.* 24. *Zas. conf.* 19. *n.* 36. *lib.* 2. *Gilman. tom.* 5. *relat.* 34. *fol.* 237. Quoniam ergo limitata potestas limitatum producit effectum, *Catuldinus de syndic. n* 109. *Zas. conf.* 12. *n.* 46. *lib.* 2. firmiter concludo, jurisdictionem specialem & imam generali & altæ haut derogare, *Bald. conf.* 253. *nu.* 2. *vol.* 5. eumque, qui quoad quid dominium habet, superioritatem sibi adserere non posse, *T. Michaelis concl.* 56. *lit. d. ex Castr. conf.* 44. *n.* 5.

vol. 1. Surdo cons. 223. nu. 38. Colonia Aggrippina nobile imperii membrum est, nec tamen nisi jus carceris: vitę necisque præsul Elector habet, *Sleid. lib. 6. fin. Wilh Kyrianderp. 13. annal. de orig. & statu Trever. fol. 146 Symphor. t. 6. fol. 162.* Goslariæ Duci Brunovicensi: Aquisgrani Burgundo & Juliacensi: Spiræ & Wormacię Episcopis: aliis alibi multa jura, nec tamen ideo exemptæ imperio urbes: *vide cons. 6. actorum Bruns. nu. 24. fol. 45. Knichen. in velit. apol nu. 213. M. Stephan. lib. 2. jurisd. p. 2. c. 1. num. 30. &c.* Et quis omnia omnium in oculis exempla confarciat, quæ evincunt: Alium universalem, alium specialem jurisdictionem eadem sede, invidenda licet societate, mancipio duxisse? *pulcre Hier. de Monte tr. fin. regund. c. 94. n. 4. arg. l. duorum libertus, 50 ff. de oper. libert. quod sæpius allegatum in nobilissimis controversiis* Teutschmeister *contra* Oetingen/ *&* Hirnheim *contra* Pfaltz *apud Meisnerum dec. 6. & 8. tom. 2. lib. 1.* Breviter, Limitata jurisdictio ultra jus dicentis extendi non debet: *Matth. Colerus de Process. execut. part. 4. c. 1. n. 215.* Verbis Regneri Sixtini finiam. *Ex eo (infit) quod vicini Principes merum vel mixtum imperium, vectigalia, salvum conductum, similiaq; jura in totum vel ex parte in civitatibus imperialibus ex præscriptione, conventione, aliove modo acquisita habent, liber Reip. status non aboletur, sed eæ adhuc dum imperii status sunt, reliquaq; regalia illibata tenent: ex aureo tract. de regal. lib. 1. c. 4. n. 82.*

Conclusio XXXV.

Plurium supererat scemmatum in mente stiloque fœdus, sed fastidii causa volens abortior & sepono. Hac abibo coronide: Cum Elector P. oppignorata imperii oppida redimere possit, donec á Cæsare reluantur: viduæ ne urbes interim exemptæ Villæ censebuntur?

Salutis publicæ causa nil tam justum, quod non liceat subvertere, nil tam arcanum quod non eruere, nil tam sanctum quod non profanare, *confer c. apostolicos, 12. q. 2. & caus. 13. l sancimus, C. de SS. eccl. Nov. 65. Nov 120. c. 9. & 10.* Hinc factum olim, ut vel publica calamitas vel hostium iniquitas imperatorem, etiam invitum, membra quædam abdicare adegerit, quo reliquum corpus adservaretur. Ne tamen ea segregaret longius, á se proxumo Palatino jus reluendi concessit. Quæritur. An hę urbes imperio subtractæ, more aliarum provincialiũ, onera subire, forum inire, rostra adire debeãt; an prisca libertate uti, frui? Profundissimi judicii vir R. Choppinus existimat in pari casu: *non licere creditori exigere á clientibus fidelitatis sacramentum; sed soli recto domino peculiare manere, eo quod creditori solummodó pro tempore dominica rei ἀντιχρησις facta sit, donec debiti sorte soluta liberetur, lib. 3. de doman. Franciæ tit. 19 num. 3.* Unde in quęstionis nostræ terminis Referens in puncto devolutionis pro camera se pronunciaturum testatus est, nisi majorum vestigia obstitisse, *ap. Gilman. t. 1. p. 2. tit. 11. vers. 5. num. 35.* Cui famulantur istæ rationes; quod pignus cum sua causa, privilegio & onere transfertur, *l. 18. §. 2. ff de pignor. act.* quod in omni alienatione res ejusque causa sic trãsit, qualis esset futura si apud nos mansisset: idque toto jure civili ita se habet. *inquit Pomponius l. alienatio, 67. ff. de contrah. empt. l. traditio, 20. §. 1. ff. de acq. rer. dom.* Nam translatum, adhuc idem esse intelligitur, *l. filio quem, ff. de lib. & posth. Azevedo lib. 9. constit. Hisp. tit. 17. leg. 2. nu 41.* In hypothecis Austriacis hoc cernimus, quarum appellationes camera recipit, *Meichsn. tom. 3. dec. 26. n. 2. Gilm. tom. 2. p. 2 t. 17. suppl. 6. & tom. 2. p. 1. vot 8. n. 7 & 12. Wehner. tom. 6.*

Symph. c. 2. n. 1. non obſtante privilegiorum A. exceptione, quæ tamen propalam oppignoratarũ urbium meminerunt, dum generatim loquuntur, **von den Herꝛſchafften die ſie Eigenthumbs/ Lehens/ Pfandſchillings oder anderer Weiſe von dem H. Reich vnd ſonſt auff ewige Loſung/ oder in andere Wege jnnen haben.** Utut hoc, ſit, licet Imperator maneat dominus oppignoratæ urbis, quia pignus dominii cauſam non mutat, *l generaliter, ff. qui & à quib l. in noxal ff. de noxal. act. l. in quorum ff. de pignor. Chopp. lib. 1 de morib. Pariſ. tit. 1. nu. 37. & lib. 3 doman. tit. 19. n. 3. Quetta conſ. 9. n. 6.* cum tamen traditio inducat poſſeſſionis translationem: poſſeſſio autem translata jus percipiendorum fructuum: fructus autem iſti præcipué ex juriſdictione cõſtent, periculum certé eſt, ne iſtæ urbes pendente nexu capite minutæ, vel ſaltem in alienam familiam adrogatæ ſint. Qua de cauſa, cauſæ urbis O. á camera ad curiam electoralem rejectæ ſunt: *vide Symph. tom. 6. fol. 219. Tilem. de Benign. pentec. 3. obſ. 28.* Oppignorationes enim immobilium ſunt contractus ſtabiles, de jure ſc. emptionis & venditionis cum pacto de retrovendendo: *facit huc l. 16. §. fin. ff. de pignor. l. fin. ff. de contr. empt. Chopp. lib. 1. de Pariſ mor. tit. 1. nu. 37.* itaq; in emptoris arbitrio tamdiu erunt, donec ad auguſtum dominium, velut ad originem ſuam, revocẽtur; reſciſſoq; hypothecarum nexu ſervitutes ac cætera onera expirent: *Chopp. lib. 3. dom. Francia tit. 1. Papon. lib. 5. arreſt. 10. tit. 11.* ubi docte ait, *que les choſes reunies reprennent leur premiere franchiſe*, res conſolidatas ad priſtinam redire naturam. Accedit violentius & velut decretorium telum. Pignus ſic obligatum, ut nulla ſolutionis ſpes ſit, alienatum potius quam pignoratum cenſebitur: *Suarez. in theſ comm. opin lit. P. nu. 123. ex Socino aliisq.* Inſeparabilis enim unio, confuſio quædam alterutrq; partium naturã; *quemadmodum late diſſerui, concl. 18.* Quæ autem reſtat libertatis expectatio, cum Cæſar legi redhibitoriæ plané renunciarit? Confirmat in Imperii auſpiciis, ſe non luiturum pignora, electorum vé manibus extorſurum: **Daß jhr Mayt wölle den Churfürſten jhre** *regalia*, **Freyheiten/** *privilegien*, **Pfandtſchafften vnd Gerechtigkeiten** *confirmiren. in Capitulat.* §. **vnd in alle Wege.** Quo contractu non ſolum adſtringit ſeipſum, *Acacius Enenkel. libr. 3. de privil. c. 11. Rol. à Valle conſ. 66. n. 33. vol. 2. Quetta conſ. 12.* ſed etiam (ut maxume ſtatum reditus q; regales ad regni utilitatem obligarit) ſucceſſorem devincit, *Pereg lib. 1. de jur. fiſc. c. ult. num. 81. Marta de jurisd. part. 1. cap. 41. num. 5.* Ut merito abominemur perfidiæ magiſtellos, qui grunniunt, Non teneri principem capitulationibus, tanquam vi extortis, *Pariador. 2. rer. quot. c. fin p. 1. §. 7. n. 4. Elor. Vening. inter Cant. conſ. 16. n. 197. Menoch. conſ. 1003.* Quæ enim (quæſo vos) vis, cum nec vita, nec antiquus principis honos periclitetur, quando hoc pollicetur? Hoc potius politicum lemma decidat qui valet & volet, Expediatné Imperio (prout nunc ejus forma rerumque facies eſt) vectigalia & cætera pignora revocari? *ſicuti ſuadere anhelat Julius Pflug. Naumb. epi. c. in celebri iſta oratione de Rep. Rom. Imp. Cuſanus lib. 3. de concord. cath. cap. 30.* Certé ſi hac ſubſidiorum potentia exuerentur principes, periret Geometrica ordinum æqualitas, in qua ſola Imperii noſtri ſubſtrictio conſiſtit, *vide Clapmar. 5. de arcan. rerumpub. cap. 12. & lib. 6. cap. 19.* In principatu nil, quam æqualitas, pernicioſius: *docte Papon. lib. 5. tit. 11. arreſt. 10.* non ſecus ac uniſonum murmur in fidium concentu.

CON-

Conclusio XXXVI.

Dixi causas exemptionum quas volui: has si articulatim probare velit Princeps eximens, duplici expediet clausula, Parendi & Comparendi.

Formulam demonstrandæ exemptionis membratim delineavit, Noa Mauret *lib.* 10 *form.* quibus agglomerentur aliæ notæ ex Gailio *de arrest. c.* 7. *M. Steph.* 2. *p.* 2. *c.* 1. *nu.* 77. *T. Mich. concl.* 52. 53. *Mascard. concl.* 947. *Knichen in Encycl. Gilm. tom.* 2. *p.* 1. *vot.* 5. Ordinis causa ad duo puncta revocari possunt; si Princeps eximens probare queat, exemptum paruisse & comparuisse. In duobus his subjectio omnis. Primó, *Parendo:* qui enim paret mandatis, subditus præsumitur, *Innoc. c. cum olim, vers. item de restit. spol. Pacian. lib.* 2. *de probat. c.* 35. *n.* 16. & 21. *Berous conf.* 165. *n.* 21. *vol.* 3. *Til. de Benign. tit.* 2. *dec.* 2. *v.* 6. *n.* 21. & per obedientiam acquiritur q. possessio subjectionis, *gl. & Innoc. d. l. Alex. conf.* 43. *n.* 3. *vol.* 1 *Matth. de Affl. dec.* 265. *n.* 10. Obedientia ista multifariam elucet. I. Paret subditus præstando homagium seu juramentum assecurationis vel subjectionis, **Erb- vnd Landthuldigung**. Hæc enim prima agnitio confessioq; subjectionis est. *T. Mich. concl.* 57. *Asinius de exec. §* 9. *c.* 5. *n.* 2. *Gail. de arrest. c.* 7. *Rudinger* 2. *O* 30. *Knich. de subl. jur. terr. c.* 3. *n.* 238. *& Encycl. c.* 3. *Menoch. retin. rem.* 3. *n.* 579. *Coler. conf.* 56. *n.* 60. *Alban. conf.* 64. *n.* 13. *Natta conf.* 636. *n.* 65. *Cothm. in resp. acad. conf.* 47. *n.* 38. *Meisn. t.* 2. *lib* 2. *dec.* 4. *n.* 122. Cum autem multiplex homagii seu juramenti causa modusq; sit, in subditis, vasallis, domesticis, confœderatis, aliisvé, pro natura contractuum & obligationum, *sicuti videre est*, **im Bericht der Friedbergischen** *regalien fol.* 96. *M. Steph. lib* 2. *de jurisd. p.* 1. *c.* 7. *n.* 224. 240. 244. *Rosenthal. de F. c.* 5. *concl.* 85. *& seqq Laud de F. tit.* 5. *lib.* 2. *Vult.* 1. *de F. c.* 6. *n.* 4. *Cujac.* 2. *de F. tit.* 7. *Hotom. de F. c.* 24. *Schenck. in c.* 1. *qual. vasall. iurar. Raud. de analogis c.* 1. *n.* 10. *Asin. de exec. §* 9. *c.* 8. *Lupold. de Bebent. de jur. imp. c.* 9. *Fachin. conf.* 58 *nu.* 25. *vol.* 1. *Menoch. conf.* 825. *n.* 30. *Ceph. conf.* 176. *n.* 34. 35. *conf.* 205. *lib.* 2. *Gilm. t.* 1. *p.* 1. *tit.* 2. *vot.* 1. *n.* 116. aures oculosq; arrigat, cui opus est, ne subditi cum clientibus, h. e. cum vasallis, vasalli cum utrisq; simul misceantur: *Bod.* 1. *resp. c.* 9. *n.* 108. 109. *Cujac. d. l. Bidenb. nob. qq.* 2. *nu.* 14. *Rol. à Vall. consil.* 52. *per tot. vot. vol.* 3. *Natta conf.* 367. *num.* 19. *Cacher conf.* 38. *nu.* 14. *Pruckm. conf.* 27. *nu.* 8. *lib.* 1. *Martap.* 4. *caus.* 1. *cas.* 43. *n.* 6. Juramentum enim, quantumvis generali verborum serie conceptum, ad ea restringi debet solum jura, quæ habet is, cui præstatur, *Fortunius Garsia de ult. fi. juris, n.* 336. *id quod exemplis probat Gilm. t.* 1. *p.* 1. *t.* 2. *vot.* 1. *n.* 95. *§. item & juram* in liberis urbibus cernere est, quarũ aliquot vicino principi præstant fidelitatis sacramentum, salva Imperii libertate, *Til. de Benign. synt.* 4. *dec.* 1. *vot.* 10. *nu.* 28. Ubi ὁ παρὰ δόξα discutienda vocis nostratis **Erbhuldigung** amphibologia. Interdum enim personale intelligitur, *ut hic in exorsu.* Interdum reale, quod pro bonis fit, *supra concl.* 19. *Referens in vot.* 4. *O. contra B. n.* 30. 44. 45. 57 *quod exhibet Suanem in dec. pag.* 51. 55. 61. Interdum, quia causæ succedendi inter Illustres variæ sunt, præstatur á subditis alienis juramentum in casum mortis, caducævé hæreditatis hæredi futuro: & hoc **Erbhuldigung** / quoq; vocatur, á natura contractus, cui accedit. De priori illo thesis loquitur: istud & hoc nil tangit. Secundó: Si pareant legibus, monitis, & statutis, *Pac. lib.* 2. *de probat. cap.* 35. *Raudensis resp.* 2. *n.* 241. Statutis enim, etiam invitum, subjici & forum fortiri, á pari procedunt, *Marta de jurisd. p.* 4. *cent.* 2. *cas.* 137. *n.* 10. *Vultej. conf.* 19. *n.* 7. *vol.* 3. *Marp.*

Marp. quia extra territorium alias nolentem non ligant, *l. fin. ff. de jurisdict. Rol. à Val. de lucio dotis. q.* 15. *n.* 5. *Fortun. Garsia de ult. fin. n.* 221. 222. *Alex. cons.* 150. *n.* 3. *cons.* 211. *n.* 5 *vol.* 2. *cons.* 41 *n.* 3. *vol.* 5 *cons.* 44 *n.* 6. *vol.* 6. *cons.* 13. *n.* 22. *vol.* 7. Nolentem dixi: quoniã pacto vel sponte alienas sanctiones imitare aut observare possum, *Alex. cons.* 150. *n.* 3. *lib.* 2. veluti Romani, qui omnium populorum συνοικίαν libenter æmulabantur, *Cuj. in parat. ff. ad l. Rhodiam.* Sic Hispani, sic Galli, aliiq; Romanas amplectuntur leges, non ut leges, sed ut jus: *sicuti subtiliter distinguit Bod. 1 resp. c. 9. nu.* 102. Sic Sarmatę utuntur jure Saxonico, *teste Petro Royzio in epist. prælimin. dec. Lituan.* & quæ non hodie pars istius tractus? Tertio: Si pareant onera imposita exequendo, *Bald. in l.* 3. C *de nat. lib. Chassan. cons. Burg. tit. des justices. §. primo n.* 10. *Mandell. cons.* 34. 62. & *seqq. Bart. cons.* 42. *in fin. vol.* 1. *Schurff. cons.* 62. *n.* 1. *cent.* 1. *Caneiuncula cons.* 22. *nu.* 1. *lex. cons.* 23. *n.* 3. *vol.* 5. *Meichsn. dec.* 4. *nu.* 177. *tom.* 2. *lib.* 2. Quarto: Si pareant multam dando, pœnasvé luendo: *Peregrin. lib.* 4. *de jur. fisc. tit.* 8. *Sixtin* 2. *reg. c.* 8. *Gœdd. adl.* 1. 31. § 1. *de V. S.* Hæ enim signa fructusq; jurisdictionis sunt; *Car. Tapia fin. p.* 1. *c.* 2. *nu.* 48 *de const. prin. Alph. Moditius,* § *plebiscitum dub.* 43. *n.* 2. *Rosenth. c.* 10. *concl.* 42. *n.* 56. Quinto: Si pareant appellationes admittendo. Nam cum appellatio non præcipiti saltu, sed gradatim fieri debeat: festinataq; provocatio, in præjudicium intermedii, nullius valoris, *l.* 21. *ff. de appell. Nov.* 23. *c.* 3 & 4. *Ord Cam. p.* 2. *Hartm. tit.* 29. *Mynsi.* 1. O. 67. 2. O. 4. 5. O. 90. 91. 92. *Gail.* 1. O. 119. *n.* 2 *Wurmsi tit.* 24. O. 7. *Hart. tit.* 19. O. 5. & 25. *Ferrar. tit.* 21. *gl.* 8. *n.* 5. *Choppin lib.* 2. *de doman. tit.* 8. *nu.* 1. & 2. & *lib.* 3. *de And. ll. c.* 65 *n.* 78. 10. *Scaccia de app. q.* 7. *Surdus cons.* 106. *n.* 9. *Natta cons.* 636. *n.* 37. *Tessaur. dec.* 10. *nu.* 7. obstante exceptione non devolutionis, Daß die Sache durch beschehene appellation an diß Cammergericht noch nicht erwachsen/ *Zangerus ex Maranth. p.* 6. *v.* & *quandoq. n.* 368. *Nepos de Montalb. de except. art.* 24. *n.* 13. nisi forte intermedius judex abutatur potestate jurisdicundi, poscentibus neget, causæ conjūctus adseratur, aut alias in ea exercenda oscitantius versetur: *divine Nov.* 17. *c.* 3. *inf. Nov.* 86. *c.* 1. *Choppin. lib.* 1. *de Andium ll. c.* 1. *in fin.* & *c.* 42. *n.* 23. *c.* 65. *n.* 11. pleriq; concludunt appellationem jurisdictionis tesseram esse; ita ut appellatio, judicis à quo subjectionem: judicis ad quem, superioritatem designet, *c. placuit, caus.* 2. *q.* 6. *c. si dubium. §. denique de appellat. l. à Processi. præcipimus. C. de appell. Martap.* 1. *jurisdict. cap.* 43. *Zangerus de exc. p.* 2. *c.* 1. *n.* 430. *Boerius de sedit.* § *præsupp. n.* 8. *Covarr. pp. qq. cap.* 4. *nu.* 6. *Mascon. cl.* 947. *n.* 14. *Mynsi. cons.* 3. *n.* 66. 70. *dec.* 13 *Quetta cons.* 21. *n.* 2. *Natta cons.* 175. *n.* 4. *Crav. cons.* 64. *n.* 8. & 209. *n.* 9. *Menoch. cons.* 73. *n.* 23. *Mandell. cons.* 62. 64. *Surdus cons.* 20. *n.* 49. *Ant. Faber. lib.* 3. *C. tit.* 12. *de fin.* 17. *Cucher. dec.* 101. *n.* 9 *Fr. Marci dec.* 366. *nu.* 24. *part* 1. Quod tamen signum non plane omni exceptione majus est: eo quod consuetudo possit devolvere appellationem ad alium, quam quo suo jure curiuq; tenderet, *c. Romana,* §. *debet de app in* 6. *Mich. conclus* 54. *Par. de Put. verb. instrumentum, c.* 1. *n* 3. 4. *Roding. lib.* 1. *Pand. cam. tit.* 20. *nu.* 10. *Natta cons.* 98. § 22. *Scaccia. q.* 7. *de appell.* Hinc multi prætereunt curias dominorum, quibus homagio obstricti, *Tilem. de Benign. in parap. p.* 2. *tit* 28. *Maranth. p.* 6. *de app. num.* 374. ut in Italia, Hispania, Gallia, ad Papam & Reges, *Ferratius cautel.* 1. 2. 7. *Cuiac.* 21. O. 33. *Cev. pp. qq. c.* 8. *Chop. 2. dom. tit.* 8 *n.* 2 & *lib.* 1. *de sacr. pol.* & *lib.* 1. *de And. ll. c.* 65. 66. in imperio Hamburgum, Susatũ, Vesalia, Hervordia, Spiram, *Symph. tom.* 6. *c.* 7. & contra. Multi provocant ad aliorum tribunal, quibus nulla ex parte subjecti: *Rulandt. de comm. p.* 4. *lib.* 2. *c.* 1. *nu.* 18. *Marcell. Cala de modo articuland. passim.* ut Poloni olim Magdeburgum, Weichbildt

bildt art 11. *Parthen. litigiosus lib. 1. c. 2. n. 19. & c. 14. n. 7.* urbes Pomeraniæ Lubecam, *Cothm. cons. 5 n. 2. vol. 1. Borcholt. cons. 15. vol. 2. & cons. 24. n. 159. vol. 6. var. Germ.* Westalia Aquigranum, *Ruland. d. c. 3.* Nam volens alterius, etiam inferioris, notioni se subjicere *l. 1 ff. de judic. l. 28 ff. ad SCtum Trebell. l. 1. C. de jurisdict.* prorogando q; jurisdictionem coram non suo judice litigare potest, *Mandosius de inhibit. quæst. 123. n. 4. Symphor. tom. 5. relat. 9. fol. 28. Fachin. cons. 55. n. 20. vol. 1.* Denique, si pareant in negotio religionis. Nam cujus regio, ejus religio, *Matth. Steph. lib. 2. de jurisd. p. 1. c. 7. n. 474. vide Symph. t. 1. p. 1. tit. 3. vot. 12. & 13. nu. 29.* reformatioq; superioritatis sequela est, *Bidenbach qq. nob. 4. Knich. Encycl. c. 13. Herm. Esai. Rosenb. in pract. for. c. 29. in fin.* Cætera signa missa facio amore brevitatis, quæ si non prosunt singula, multa juvant, *Cacher. cons. 1. n. 83.*

Conclusio XXXVII.

Alter exemptionis probandæ apex Comparitio est, Quid enim imperiosius: I. Veni. Sta. Redi.

Subditi ergo sunt, qui comparent ad conventus provinciales seu auff Landtage: nam hoc certissimum exemptionis documentum, *Gail. de arr. c. 7. n. 14. Cothm. cons. acad. 47. n. 33. Gilm. tom. 2 p. 1. vot. 7. nu. 21. Tilm. de Benign. dec. 2. vot. 5. num. 14. Meichs. dec. 2. tom. 2. dec. 6. n. 52. tom. 3.* Comparent, dico, cum effectu: cætero quin sola citatio sive præceptum asserti domini (des angemassten auffziehers / *uti sonat N. A. An. 48. §. über solchs.*) non præberet, non probaret jurisdictionem, nisi obedictia subsecuta, *Mesc. concl. 947. n. 4. Azev. lib. 8. const. Hisp. t. 13. leg. 10. n. 53. Brunn. cons. stud. 34. n. 16. M. de Affl. dec. 265. n. 9.* Secundo: Si comparent in tribunali. Subditus enim est, qui cogitur pati judicium, & superioris, qui judicat, *c. licet in fin. de elect. Ant. de Rosell. tr. de imp. pot. § fin. n. 21. Ludov. Rom. cons. 70. v. 5. Menoch. cons. 21. n. 10. cons. 75. n. 22.* Tertio: Si comparent citati ad bellum, excubias arcis, sequelam, delectum, Rauff folg vnd musterung / *Wehner. pp. obs. verbo* folge / *Bidenb. q. nob. 7. Maulius de homag. tit. 5. Sixtin. 2. c. 1. num. 27. 28. Rul. de comm. p. 4. lib. 2. c. 2. 3. & hoppin. lib. 3. doman tit. 26. num. 9. & lib. 1. de And. l. c. 43. n. 123. Knich. de jur. terr. c. 3. nu. 352. de nov. prov. c. 5. n. 310. in Encycl. passim. Pruckman. cons. 27. n. 32. lib. 1. Cabedo decis. 44. par. 1. Gilm. p. 1. t. 1. tit. 2. vot. 1. n. 60. Meichsn. decis. 6. num. 64. tom. 2. lib. 1.* Quamvis administeria aulica nuptiarum & funerum sæpe vasalli obstringantur sine nota subjectionis, *supra concluf. 22.* Quarto: Si comparent solvendo contributiones & collectas, *cap. omnis anima de censibus. l. nulli. §. quod si in unico, Cod. de episc. Bart. ad l. un. num. 25. Cod. de mulier. Gail. de arrest. c. 7. num. 14. Corsetus de potest. reg. q. 28. Heig. 1. q. 18. Schonborn. 4 polit. c. 20. Mynsi. 4. O. 24. & 5. O. 25. Tomat. de collect. c. 4. n. 19. Modit. § principum. dub. 36. n. 5. Rosenth. c. 5. á concl. 73. ad 86. Tiraq. de iur. prim. q. 69. n. 7. Scurf. cons. 59. cent. 1. Wes. cons. 45. n. 1. 78. n. 9. Pancir. cons. 119. n. 64. Fichard. cons. 20. n. 8. lib. 2. Cothm. cons. acad. 47. n. 31. Cach. cons. 34. nu. 12. Alb. cons. 62. n. 3. Mandell. cons. 62. Ioh. de Amic. cons. 8. n. 53. Natta cons. 672. n. 1. Crav. cons. 195. num. 1. 872. n. 2. Valle cons. 91. tom. 2. G. Pap. dec. 5. & 326. n. 25. 387. Mart. Monterus dec. 13. Meichsn. dec. 9. tō. 2. libr. 1.* Collectas, dixi, quia census citra subjectionem ex pacto vel protectionis causa porrigi potest: *H. Hartm. lib. 2. tit. 52. O. 23. P. Greg. lib. 3. syntagm. c. 3. num. 4. Bossius tit. de fisco. n. 58. Ferrar. tit. 42. gl. 12. n. 10. Cravet. cons. 411. num. 71.* nec statur soli æstimo, sed requiritur ut realis solutio intercesserit, *l. solemnibus, C. de R. V.*

Knich.

Knich. Encycl. c. 10. n. 71. Hier. de Mont. fin. reg. c. 64. nu. 5. In numero rursus dissensus. Quidam unica ἐκβολῇ subjectionem probant, *Erenb. de regni subs. c. 5. n. 17. Wes. cons. 27 n. 20. Pruckm. cons. 27. n. 36. lib. 1. Angusol. cons. 22. n. 22. lib. 3. Mazol. cons. 61. n. 14.* Alii plures actus desiderant: quod amplexamur, *ex l. si certis, C. de pactis, Alc. 2. præs. 3. Mascard. concl 79. n. 19. Meisn in causa* Hirnheim *contra* Pfaltz *dec. 8. n. 29 30, 31. tom. 2. lib. 1.* Et quidem 30. aut 40. annorum præscriptione, *Masc. concl. 1446. Alex. cons. 193. n. 8. vol. 2. cons. 33 vol. 5. Natta cons. 446. n. 16. Papa dec. 387. Cacher. dec. 91. nu. 22.* Nostro casu, ob Imperii legem eadem servãda, quæ supra concl. 17. de præscriptione dixi. Deniq;, quia stylus curiæ pro lege habetur, *Eberh. loc. 105. nu. 4. Rebuff. 3. comm. de cons. art. 2. gl. 8. nu. 18. Hypp. de Marsil. sing. 118. Paris. cons. 44. n. 17. vol. 1. Boer. cons. Tessaur. dec. 1. nu. 9. Cabed. dec. 1. nu. 9. Cabed. dec. 211. nu. 5. p. 1. Gamm. dec. 16. n. 7.* quidam ex inscriptionibus, Vnsern lieben gehorsamen/lieben getrewẽ/vnserer Statt: *& vicissim,* Vnserm gnädigen Herrn/vnserm Landtherrn/Erbherrn/ subjectionẽ collegerunt, *M. Steph. 2 p. 1 c. 7. n. 248. Cothm. cons. 57. n. 35. vol 2. Til. de Benign. sunt. 4. dec. 2. vot. 5 n. 17. 29.* Talia enim habentur subjecta, qualia prædicata demonstrant, *Bartol. l. fundum, n 1. ff. de fund. instr. Natta cons. 460. n. 16. Neviz. cons. 92. nu. 4. Bellon. cons 49. num. 3.* Attamen cum in grammatophylaciis Principum hæc non adeo serventur, sed eodem sæpe titulo vasallus & subditus insigniantur, insistendum huic mysterio scribarum vix est. *Gail. de arrest. c. 7. num. 13. Ruding. 5. Observ. 26. Erenberg. 1 fœder. c. 4. num. 15. Vult. 1. F. c. 4 & 7. Fachin. cons. 58. num. 25. vol. 1.* Etenim domini vocabulum tám protectioni, quám directo dominio, utiliq; imó nudæ præeminentiæ seu dignitati tribui solet: *vide Chass in cons. Burg. verb. Seigneur. rub. 13. v. 5. Capoll. de serv. urb. c. 4. Covarr. c pecc. p. 2. §. 9. n. 8. Calcan. cons. 32. n. 15. Catyc. dec. 25. n. 1. Gilm. p. 1. tit. 2. vot. 1. n 79. 80.* indiesq;, præsertim in epistolis, dominos vocamus eos, qui non sunt: *sicuti clariss. Hassia* JCtus *respondit H. Vult. cons. 30. n. 15. vol. 3. Marpurg.* Cum itaq; verba honoris aut curialitatis *Hispani, Palabras de complimiento, vocant*) nil obligent, nil alterent, nil mutent, *Zoannet. de Rem. mp n. 77. Manticalib. 1 de tac. & ambig. conv. tit. 4. n. 48. Marpurg. cons. 23. n. 3. vol. 2.* dann Titel kosten kein Geldt/ *Ruland. de commiss p. 1. lib. 5 c. 1.* stolida foret sui ipsius illusio, si quis ventoso vocum pompæ, splendidisq; appellationibus potentiam suam fidere putaret, *confer. Bodin. lib. 2. reip. c. 4 n. 199* Verba Parladorii pulcra & apta sunt: *Si quis officii aut urbanitatis causa omnia bona vel aureos montes pollicetur, non obligatur, lib. 2. ver. quotid. c. 3. n. 45. ex c. cum venisset. de inst.* Nec minus Boerii ista: *Verba ad complacentiam prolata serviunt de vento, nec ullam obligationẽ inducunt, dec. 153. n. 37 ex Card. Zabar.* Imperii Camera mature hoc perpendit, inscriptionesq; epistolarum, quia vel ad amicitiam vel ad favorem accommodãtur, quarum ad rem conferre judicavit, *apud Gilm. t. 4 part. 1. vot. 3. n. 183.* Ut jam præteream: In Imperii aut alterius cujusvis, etiam tertii successoris damnum cõfessiones istas nil operari: *c. ea te, & ibi Panor. art. 3. de jurej. Inn. c. dilectus. de capell monach. Spec. tit. de jurisd. omn. jud. vers. illud etiam Vant. de null. tit. quoties & intra, n. 52. 53. 54. Pinell. ad l. 1 C. de bon. mat. p. 3 nu. 50. Joh. Gars. de tac. fideic. n 18. Pacian. 1. de prob. c. 38. n. 18 Natt. cons. 636 n. 16. Milanens. dec. 9. n. 92. Seraph. dec. 292. a. 2* etiam erroneas, ne quidem in præjudicium confitentis, *l. 1 ff. de confess. l. error. C. de jur. & fact. ign. l. 1. C. de err. calc. Mascard. conclus. 378. Ferrar. tit. 1 gl. 7. Paris. cons. 131. n. 33. 34. vol. 5. Mynsi. cons. 57. n. 15. dec. 6 Borch. cons. 11. fol. 156 lib. 1. Seraphin. dec. 417. num. 6.* sed ad ejus favorem explicandas: *Anton. de Amatu dec. 53. num. 19.*

Partim

Partim quia totus actus ex causis falsis corruit, utpote agentis voluntate deficiente, *Vultejus cons. 35. n. 194. vol. 3. Marpurg.* partim, quia nuda confessio non est titulus, quo dominus aut dominii causa mutatur; *Knichen in Epopsi, n. 171.* Aureum Imperatoris vocem repeto: Sancimus ne solis scripturis aut confessionibus homines forte liberi ad deteriorem fortunam detrahantur: *l. cum scimus, 22. C. de agricol. & censit. lib. 11.*

Conclusio XXXVIII.

Sic acquiritur exemptio! Æternanè illa, ut revocari non possit?

Frustra essem impostorum in disserendo, *Quæ causa exemptionem abolendi, nisi essent.* Breviter ergo convolvam, Num urbs, populusvé exemptus reduci in immediatam subjectionem á Cæsare possit. Sic ordiar. Aut privilegio seu gratia, aut contractu seu transactione, aut remuneratione, aut sub conditione aliqua exemptionem emendicarunt. Si pura, puta, gratia, tamdiu durabit, quamdiu Cæsares ratum habebunt, *ex Sueton. in Tiber. Bart. in const. ad reprimendum, v. reges, nu. 21. Æneas Sylvius de ort. & autor. imper. c. 15. Martap. l. c. 33. n. 101. Enenkel de priv. 3. c. 6. n. 48. Castrens. cons. 107. Rol. à Vall. cons. 13. n. 6. vol. 3. Oldr. cons. 108. Natta cons. 636. n. 52. Sixt. cons. 9. n. 21. vol. 1. Marp* aut gratiam istam dignis obsequiis pensabunt: nam exempti á reverentia liberati haut sunt, *C. Tapia in l. fin. p. 1. c. 5. n. 20 de const. princ. Quetta cons. 1 nu. 21.* Sin jactantia aut contumacia cervicem erexerint, in ordinem rediguntor, velut ingrati liberi & liberti, *l. 6. ff. de agnosc. de alend. lib. l un. C. de ingr. liberu, l. 2. C. de libert. & eor. liber. Nov. 78. c. 2.* Si ex contractu aut transactione, idq; statuum unanimi consensu, tunc sine offensa turbare exemptos non potest, *Frid. lib. 2. proces. c. 67. n. 4. Gilm. t. 1 p. 2 tit. 11. vot. 7. n. 83. & seqq quibus adde (à genere ad speciem argumento licito, quod semel hic ob nasutulos moneo) Peregrin. libr. 1. de jur. fisc. p. 38. 72. 79. 85. 102. Rauchbard. lib. 2 q. 11. Moditium, § plebisc. dub. 20. Tapiam l. fin. p. 2. c. 9. n. 1. Martamp. l. c. 33. n. 104. Crav. cons. 933. nu. 1. 2. Natt. cons. 269. n. 57. Alex. cons. 54. nu. 12. vol. 4.* Nota cunctis de principe proverbia: Polus est: lapis angularis est: calamus, vox una: quod scripsi, &c. *per l. 91. ff. de hared. instit. Rol. à Vall. cons. 2. n 153. vol. 1. Curt. jun. cons. 70. n. 42. p. 2. Cabed. dec. 19. n. 12. p 2* Sic ducatus Silesiæ, Lusatiæ, Poloniæ, Principũ consensu regno Bohemiæ inserti leguntur, *anno 1335. apud Goldast. tom. 1. constit. mihisol. 348.* ut sileam alia centena exempla. Idem statue. si donatione remuneratoria compararunt. Cum enim hæc non sit mera liberalitas, sed ob merita, aliové titulo oneroso quæsita positio, retractari nequit, *l. si pater, §. fin. ff de donat. l. Aquilius ib. Escobar. de ratiocin. c. 24 n. 28. Garsia de don. remun. n. 3. Ægid. Bossius tit. de princ. n. 28. 151. 152. Cujac. 27. O. 40. Medit. § principum, dub. 211. n. 4. 6. 7. Petra de jur. quæs. c. 24. n. 256. Tapia l. fin. p. 2. c. 7. n. 24. c. 9 n. 6. Tiraq. ad l. si unquam, verb. don. larg. n. 13. Aret. cons. 17. Paris cons. 8 nu. 2. vol. 1. Cacher. cons. 79 nu. 2. 3. 4. quibus adde paulo specialius Raudens. de anal. c. 30. nu 70. Maulium de homag. tit. 9. n. 106 Quettam cons. 20. per tot. Barbellonum cons. 22. per totum, &c.* dummodo *ultrò ego* merita ipsa non nimis enormiter excedat, *Azeved. lib. 5. const. Hisp. tit. 10. leg. 15. nu. 9.* Unde Cæsar in aurea Bulla pollicetur, se jus quæsitum Principibus non minuturum, *tit. 13.* quotiensq; in comitiis orat de exemptionibus, clausulam annectit, doch den *exempten* oder außziehenden Ständen an jhrer Gerechtigkeit nichts benommen/ *R. A. anno 48. §. wiewol*

wol auch/*anno 66.* §damit auch dieſe/*anno* 70. §auff daß auch/ɔc. Deniq;, ſi data ſub & cum conditione aut cauſa, tum ceſſante cauſa ceſſabit exemptio, *Car. Tapia l. fin. p. 2. c. 4. de conſtit. princ.* ſublatoq; fundamento ipſa collabaſcet, *Crav. conſ. 190. n. 1.* Jubet hoc favor Imperii, jubet ſpes, ut Aquila ſenium exuat, conciſaq; pennas recuperet. Exemplorum via ſtrata á Lubeca, quę Danorũ regis ſervituti erepta, in protectionem Imperii recepta eſt, *vide Helmold. lib. 1 hiſt. c. 58. Krantz. 8. Vandal c. 7. Chytr. 6. Saxon. in princ.* Idem Ulmæ, quæ á Carolo Augiæ majoris Abbati data, *Mutius chron. germ. 9. Cujac. 5. de feud. mihi fol. 771.* libertatem rurſus inclamavit, *Cruſius p. 3. annal. Suev. lib. 4. cap. 15. Bodin. 2. reip cap. 6. num 227.* Reutlinga & Eslinga Principibus olim ſubditæ, ab illorum obſequio in favorem Imperii ſe exemerunt ac redemerunt, *Gilman. tom. 3. præjud. cam fol. 143. adde tom. 5. relat. 9. fol. 28.* ne pluribus exemplis onerem lectoris cymbam. De Pannonię regno á Cæſare poſtulatum Principes, ut excuſſo barbarorum divinitus jugo, Imperio rurſus coadunetur: **Gots durch Göttliche milte Gnad von den Feinden errettet zu kräfften käme/ es dem H. Reich zugewandt/ verbunden/ vnd eingezogen werden ſolte/ R. A. ann. 66. §. Ueber vorigs.**

Conclusio XXXIX.

Quæ ergo viciſſim ſpes pro Imperio? Ut ſupra præſcriptionem & meritæ: ſic cauſas eaſdem ſtatuo, ut ſtatus exemptus in Imperii vincula relabatur.

Cum membra á capite ſeparanda nõ ſint, *Moditius §. plebiſc. dub. 96. n. 2. Crav. conſ. 963. n. 17.* ſi gregata autem facile redeant ad ſui naturam, *l. ſi unus, § pactus, ff. de pactis, Cacher. conſ. 41. n. 8.* luſtrabo breviter, qua promulſide emaciatum Imperium focilletur. Nam ſi languidis & ſubleſtis ingeniis adverſus id ſophiſmata ſuppetunt; quantó facilius & æquius erit, cauſis pro eodem comminiſci? quandoquidem reductio ſtatus olim immediatè jam mediatè ſubditi, ad ſubjectionem *auctori* favorabilis Imperio jure æſtumatur, *per c. ab exordio, diſt. 35. Knichen de non provoc. verb. Ducum. Sax. c. 3. n. 520. Sixt. conſ. 9. n. 48. vol. 1. Meichſn. dec. 8. nu. 60. lib. 1 fol. 813.* Primó igitur ob bene merita quibuſdam plena libertas conceditur, ut exima mediati ſtatus cavea ad Imperii podium evehantur: *ſicuti de Lubeca, Ulma, aliisque late Knichen in Encyclop. cap. 1. num. 236. cum ſeqq. & in Baronibus, Nobilibus, aliuque cottidie experimur.* E contrario etiam male meriti de imperio acquiſita generali immunitate orbantur, & in ordinem coguntur. Nam ob ingratitudinem, delicta, rebellionem, indulta privilegia recidi & reſcindi poſſunt, *aut kent. qua in provincia, Moditius §. princip. dub. 109. num. 2. Papo lib. 13. tit. 2 arreſt. 5. Tapia l. fin p. 2. cap. 4. num. 28. de conſtit. Afflict. deciſ. 128. num. 1. Vivius deciſ. 208. part. 2.* ſicuti de privilegio exemptionis & immunitatis ſuo ſenſu ſcribunt, *Iaſon l. beneſ. num. 52. ff. de conſtit. Enenkel. de privil. lib. 3. cap. 17. num. 8. Loſæus de jur. univ. p. 3. cap. 13. nu. fin. Pariſius conſ. 25. num. 115. vol. 1.* De Rhodiis prodidit Tacitus: *Redditur iis libertas, adempta ſæpe aut firmata, prout bella externis meruerant, aut domi ſeditione deliquerant, lib. 12. annal.* Idem de Cycizenis *Sueton. in Tib.* Refero huc, quando ſtatus, urbsvé libera ob crimen honore, ſtatu, capite minuta, *ſupr. concl. 16.* Cæſaris indulgentia vitam, ſpiritum, faſces recuperat, priſtinaq; ſed in Imperii pulvinaribus conlocatur. Reſtitutio enim in priſtinum.

stinum statum fieri solet, nisi quid expressim excipiatur, *l. 2. 6. 7. C. de sent. passis, l. fin. C. de gen. abol. Tapia ad rubr. nu. 3 de const. Peregrinus lib. 5. de jur. fisc. tit. 2. Ruland. p. 2. lib. 2 de comm. p. 4. c. 1. n. 24. Pruckman. de regal. c. 6. nu. 20. Sixtin. 2. c. 13. n. 70. Boss. tit. de restit. quæ fiunt à princ. fin. bell. Losæus de univ. p. 4. c. 1. num. 40. Oddo de restit. p. 1. qu. 98. Gail. 2. p. p. c. 19. Chopp. lib. 1. de mor. Paris. tit. 2 nu. 41. Jason cons. 139. vol. 1. Alex. cons. 102. nu. 16. 193. n. 7. vol. 2. Boërius dec. 65. Afflict. dec. 67. 70. 116.* Dolendas viderunt multi tragi comœdias nondum obliteratas in memoriæ theatro. *Sed hæc fulmina non veniunt, nisi ab Aquila, quæ ales Jovis.* Causa, qua fiscus hodie utitur, præcipua PRÆSCRIPTIO est: quando videlicet Status exemptus pependit aliquoties, Imperioq; ad possessionem collectandi viam complanavit: daß sie dem Reich/ so es *in possessione vel collectandi* befunden/ steuren mûssen: R. A. *anno 76.* §. damit auch in dem Privilegium enim contrario actu, *Rebuff. ad l. 1. C. de his qui sponte, Chass. ad consuet. Burg rub. des justices §. 4. vers. novissime, nu. 16. Tapia ad l fin. p. 2. c. 2. Meijner. dec. 6. nu. 14. tom. 2. lib. 1.* imó non usu amittitur, *per l. si quis in C. de pactis, l. 1. ff. si quis in jus voc. l. 1 ff. de nund. c. ad audient. de præscr. Enenkel lib. 3. de priv. c. 15. nu. 27. Villalob. com. opin. lit. P. n. 306. Bart. cons. 189. n. 10. vol. 1. Alexand. cons. 16. nu. 23. vol. 5. Cabed dec. 17. nu. 3. & 93. nu. 11. Mastrillus dec. 96. nu. 1. Seraphin. decis. 1043. nu. 3. 1410. nu. 17.* Hinc legimus immunem, si inscribi se in æstimo aut catastro passus intra 10. dies (aliis anno) non provocet, sibi præjudicare: quia tacite renunciasse cogitatur, *l. 1. & 2. C. de his qui sponte. Gregorius Lopez. lib. 24. tit. 18. part. 3 verb. 30 annos, Corsetus sing. 279. Masc. concl. 207. nu. 5. Modernus §. principum, dub. 53. n. 3. 206. nu. 4. Ancell. de autent. p. 2. c. 4. limit. 25. n. 4. Quetta cons. 8. n. 6. Scurff. cons. 59. n. 32. cent. 1. Gozad. cons. 23. n. 24. Ant. de Amat. dec. 159. n. 9. Cacher. dec. 91. n. 5. Gilman. tom. 2. p. 1. vot. 7. n. 19.* nisi forte onus susceperit, patriæ utilitatibus cesserit, aut gloriæ cupiditate paulisper jus publicum relaxarit, *l. 2. C de his qui sponte.* Cum autem in indicendis collectis regina consuetudo dominetur, *Petra de jur. quæs. c. 4. p. 1. Flamin. de Rub. cons. 1. nu. 16. p. 1. Surd. cons. 189 nu. 13. Bertazz. cons. civil. 27. num. 10.* quid mos imperii ferat, ruspemur. Sicuti in juribus incorporalibus ad tuendam possessionem unicus sufficit actus, *Paris de Put. rub. juris. c. 1. nu. 4. Mastrill. dec. 52.* sic unica solutione in favorem Imperii extinguitur immunitas, semelq; solvendo privilegium antiquatur, *Gail. 2. 0. 60. Crotus cons. 64. nu. 20. Alex. cons. 136. n. 10. 193. nu. 11. lib. 2. Scurffius cons. 14. n. 2. cent. 1.* Et hoc Imperii constitutio comprobavit, So jemerhalb Menschen gedencken der außgezogne Stand dem H. Reich eins/ zwey/ oder mehrmal gesteuret/ vnd das Reich also in *q. possession* were/ der soll nachmals vngeweigert steuren/ R. A. *ann. 48.* § Hat aber/ & § Wo aber/ *anno 78.* §. Wo aber. Qua in re concinnum præterlapso anno præjudicium auditum est: ubi cum possessionis bonorum tuendę causâ duo Imperio solverent, alterq; possessione excideret, pendere hic imposterum jussus est, quia pependerat; nõ obstante exceptione possessionis amissę Ratio, quòd exemptionis quæstione pendente solvere tenetur, qui est in possessione solvendi, donec in petitorio aliud decernatur: *Ægid. Boss. tit. de principe, num. 148. Bald. cons. 38. vol. 1.* Causæ vindiciarum residuæ petantur ab experientia, & usu.

Conclusio XL.

Cæsarei ergo fisci solertia ibi lucebit, & utrumq; tam eximentem, quam eximendum justa expeditaq; lite flagellabit.

Mille annorum, & amplius, fortuna disciplinaq; compagia hæc Imperii coaluit, quæ convelli sine exitio convellentium non potest, *ut leviter inflectam verba Taciti, quæ pulcre edisserit Scipio Amiratus lib. 20. disc. 10.* Compages ista quo consisteret, generali lege sanctum est, ut fiscus inquireret in eos, qui eximunt Imperii membra, segetemq; publico exitio sibi metunt: **Wir haben vns verglichen/daß vnserm Keys.** *Fiscal.* **der außgezognen vnnd außziehenden Stände ein Verzeichnuß durch die Mäntzische Cantzley zugeschickt werden soll: vnd soll vnser Käys.** *Fiscal.* **hiemit Befelch haben wider die außgezogene zu** *procediren*, **auch die außziehenden vor jhr** *interesse* **darzu** *citiren*, R. A. *an.* 1548. §. **Etliche andere aber.** Hic ergo Actor est. Reus uterq;, tám eximens, quám exemptus, si consenserint in Imperii damnum, **so die außgezogene Stände solches außziehens zu frieden/** *ibid. anno* 48. §. **vnd als durch.** *& seq. Gail.* 1. *Obs.* 41. Pactis enim privatorum formam juris fiscalis non placuit, *leg.* 42. *ff. de pactis, l.* 41. *ff. de oper. libert.* Quocirca simultanee in jus velut velut dictum, vocabuntur litium abbreviandarum causa: cum alioqui, solo exempto succumbente, petitor seu eximens litem restaurare posset, *per l. forma, §. si cum ego, ff. de censibus, l. qua quisq;, ff. de acqu. rer. dom. l. censualis, C. de donat.* quoniam sententia contra subditum lata Domino non obest, *accurate Zas. ad l. sæpe, n.* 39. *ff. de re jud. Gail.* 1. *O.* 70. *nu.* 28. *O.* 125. *& seqq.* Sin exemptus non conspiret, sed restitet, in solos eximentes judicium dabitur: **Wenn die andern nicht außgezogen seyn wolten/ sondern tragen jhre Anschläg selbs/ leist en auch dieselben würcklich/ sollen sie billich darbey gelassen vnd vom H. Reich nicht getrungen werden.** *Eodem recessu, §.* **vber solchs aber.** Tribunal camera. Quamvis enim principes ordinatione Imperii suas habeant instantias, in fiscalibus tamen causis moris notissimi est, ut reus coram fisci judice vadimonium subire cogatur, *t. t. C. ubi de fiscal. caus. l.* 1. *C. de repud. haered. l.* 3. *C. quando fisc. vel priv. Ord. Cam p.* 2. *tit.* 20. §. 3. *Gail.* 1. *O.* 20. *Denais. tit.* 163. §. 12. *Chopp. lib.* 3. *doman. tit.* 29. *n.* 9. *Laud. de fisc. q.* 91. *Dec. consul. n* 8. *Gilm. tom.* 1. *p.* 2. *tit.* 11. *vot.* 1. *n.* 5. *& tom.* 2. *p.* 1. *vot.* 7. *n.* 1. spreta præventione aut interventione, *Pereg. lib.* 7. *de jur. fisc. tit.* 1. velut in specie de exemptionū causis Imperii lege promulgatum est, R. A. *an.* 48. §. **vnd soll vnser/ §. wo aber in solchen/** *an.* 76. §. **zum andern.** *Ruding. Pand. Cam. lib.* 3. *c.* 43. *Gail.* 1. *O.* 21. *Symph. tom.* 3. *fol.* 53. *Til. de Benign. synt.* 2. *dec.* 4. *vot.* 1. *n.* 45. Modus procedendi summarius est, de simplici & plano, in petitorio & possessorio simul, omnibus modis accelerandus. R. A. *an.* 48. §. **etliche andere.** *an.* 76. §. **anfänglich.** Nam utilitas Imperii postulat, ne lites sinuoso fori circuitu diu protelentur. **Die** *Exemption* **Sachen soll man** *favore imperii* **befördern/ zum schleunigsten darinn** *procediren*, **vnd mit Abkürtzung aller Verzüglichkeit dem** *Fiscal* **zu recht verhelffen/** *d. recess. an.* 76. §. **anfänglich/** *per l. missi, c.* 67. §. 2. *Peregr. lib.* 7. *de jur. fisc. tit.* 34. *Sixt.* 2. *regal c.* 14. *n.* 165. *& seqq. Cacher. dec.* 86. Ratio á Justiniano præfusa est, ubi ait: *Militares expensa hostiumq; incursiones multa egent diligentia, & non possunt hæc citra pecunias agi, causa nullam recipiente citationem. Competens igitur est, ut à fisco tributa sine imminutione & devote & secundum definita tempora exigantur, Novell.* 8. *c.* 10. *Novell.* 161. *c.* 2.

Hinc

Hinc definitum, ut biennio lites istæ terminentur, nec ultra protrahantur: R. A. *anno 48. §. etliche andere aber.* Quod tamen obseruari nequit; partim quia res ista pleniorem quandoq; requirit indaginem, *Gail. 1. O. 20. n. 5. & O. 21. n. 1. M. Steph. 2. jurud. p. 1. c. 3.* auditiq; debet si quis immunitate quadam se prætendat defendere, *l. 1. C. de off. civ. jud. Cach. dec. 86. n. 1.* partim quia licitum disputare jurisdictione cum Cæsare, qui errare potest, ut homo, *Eberh. loc. 129. § 11. Alex. cons. 216. n. 1 lib. 1* Mens enim imperatoris est, non solùm ut publicum illæsum maneat, sed etiam ut privati injustitiam passi adjuventur, *Nov. 17. c. 1.* PRIVILEGIA quoq; in procedendi hoc modo sua fisco sunt. Primó, juramentum calumniæ non præstat; quoniam, quicquid facit, jussu & mandato Ordinum vel Deputatorũ facit, *Ant. del Re Tiburt. de jur. cal. c. 18. n. 16. Mynsi. 1. O. 74. Gail. 1. O. 90 Scip. lib. 4. dec. Spir. 107. Ruland. p. 1. comm. lib. 2. c. 4. n. 10. Surd. dec. 18. n. 10. Gilm. tom. 2. p. 1 vot. 5. n. 48. 53. ubi sententia in hunc sensum.* Secundó, nec satisdato cavet, utpote legum opinione prædives, *l. 1. § si quis ad fiscũ, ff. ut leg. nom. cau. l. 2. § 1 ff. de fund. dot. Chopp. 3. doman tit. 29. n. 15.* Tertió, habet etiam hoc peculiare, ut vindiciis abdictis nõ tamen (nisi ob evidentem calumniam) in expensas condemnetur, *Gilm. tom. 3. fol. 131. 142. & tom. 2 p. 1. vot. 7. n. 27. ex Bald. Boër. Gallo. Laurent. dec. Avin. 36. n. 12.* Quartó, Reum adigere potest, ut ipsi edat propria instrumenta in sui ipsius pestem, *per l. 3. ff. de eden. l. 2. § 1. ff. de jur. fisc. Boss. tit. de fisc n 11. Grevaus lib. 1. concl 106. Tapia l. fin. p. 2. c. 8 n. 2. de const. Chopp. lib. 3. doman. tit. 2. & tit. 29. nu. 1. Præjudicia extant in Symph. tom. 2. p. 1. vot. 5. nu. 49. & Scipione lib. 4. dec. 125.* ACTIO fisci (ut ordinarias ex jure communi fileam) est condictio ex lege in comitiis Augustanis lata anno 48. **da dem *Fiscal* Befelch ertheilt wider die außgezogene zu** *procediren. Gilm. tom. 1 p. 2 tit. 11. vot. 4. n. 10. & tom. 2. p. 1. vot. 7. n. 3. Knich. in Encycl. c. 10. n. 74. Tilem. de Benign. dec. cam. synt. 2. dec. 4. vot. 1. n. 13.* Cui quandoq; citatio ex l. Diffamari præmittitur: *Borcholt. cons. 11. circa fin. lib. 1* tumq; sentẽtia sic ferri solet. **Jn Sachen des Keys. Fiscals klägers wider Herrn P. L. Pfaltzgraffen bey Rhein beklagten** citationes ex lege Diffamari, **ist ermeltem beklagten/ fürgewendter einrede vnverhindert/ die angemaste vñ berümbte Landsfürstliche Obrigkeit vñ Landsässerey/ vnd was derselben mehr anhangen möchte/ an diesem Keys. Cammergericht/ wie sich gebört/ vorzubringen vnnd außzuführen Zeit acht Monat** pro termino & progatione **angesetzt/ mit dem Anhang/ wo er dem also nit nachkommen wird/ daß jhme alsdenn ein ewiges stillschweigen auffer legt seyn soll/ gedachten beklagten in die Gerichtskosten an diesem Keys. Cammergericht auffgelauffen/ jme dem kläger nach rechtlicher Ermässigung zu entrichten vnd zu bezahlen/ völlig ertheilent.** *Publicata est hac interlocutoria 23. Octob. an. 1582. extatq; im kurtzen Bericht des Herrn Apts zu Keysersheim/ pag 103.* PROBATIONES Cæsarei fisci quod attinet, Intentionem habet fundatam ubiq;, *Dd. in l cunctos, C. de Trin. Castald. de imp. q. 30. 53. Tapia rubr. c. 4. nu. 11. de constit. Gail. 1. O. 21. num. 24. Covarr. pp. qq. c. 1. num 9. Peregr. lib. 1. de jur. fisc. tit. 2. n. 41. 42. Menoch. cons. 2. n 4. & resp. 1. Finar. nu. 13. Alex. cons. 24. vol. 5. cons. 87. n. 17. vol. 6. Cacher cons 13. Cephal. cons. 369. n. 69. Paris. cons. 1. n. 12. vol. 2.* Qui exemptionem allegat, difficile probandi onus sanè in se trahit, *Innoc. c. solum, de sent. excom. Bertach. de gabell. p. 1. q. 2. Gail. 1. O. 21. n. 4. 11. Ros. 5. de F. concl. 4. nu. 1. Boss. tit. de Principe, n. 235. Menoch. 2. præs. 14. Dec. cons. 307. 113. n. 6. 529 n. 7. vol. 3. Alex. cons. 87. in fin. lib. 6. Florentius à Vennningen inter Cantiunc. cons. 16. n. 176.* Ad colorandum n. quasi possessionem Imperii sufficit eximendum matriculæ inscriptum: adeoque se-

mel & antiquitus inscriptum, licet in posterioribus matriculis nomen ejus non amplius reperiatur: quid id Imperio fraudi aut nocumento esse nō debet, nisi legitimé probatum sit, eum Cæsaris statuumq; consensu ex matricula expunctum, *P. Frider. 2. proc. c. 67. n. 4. Gail. 1. O. 21. nu. 11. refer huc quæ concl. 5. de authoritate matriculæ congessi.* Regula trita: Olim dominus, etiā hodie præsumitur, ni facta mutatio Sole clarius monstretur, *gl. & Dd. in l. sive possed. C. de probat. Bald & Bart. ad l. 1. C. de confess. Balb, de præscr. 4. p. q. 1. Covarr. c. possess. p. 2. § 1. n. 1. Eberh. loc. à præter. ad præs. Masc. concl. 551. 874. 1078. 1346. 1446. Menoch. 1. præs 48. n. 5. M. Mantua sing. 441. Grass. 2. comm. opin. c. 20. q. 3. Alex cons. 47. n 12. & 133. vol. 1. Veusus inter Cant. cons. 33. nu. 10. Boër. dec. 42. n. 16.* Quapropter si allegare potest fiscus, Eximendum reperiri in matricula, *supr. concl. 5. Gail 1. O. 21. n. 11. Meisn. tom. 3. vot. 6. n. 1. Gilm. tom. 2. p. 1. vot. 7. n. 2.* collectas Imperio solvisse, *R. A. anno 48 § wenn auch / M. Steph. 2. p. 1. c. 4. n 40.* in comitiis comparuisse, *R. A. d. l. & §. wenn auch /* ad conventus circulares, tanquam epitomen comitiorum convocatum fuisse, *Meisn. tom. 3. vot. 6. nu. 30. 31* regalia ab imperatore acquisivisse, *R. A. d. § wenn auch / Meisn. ibid. nu. 29* deniq; fideliter & firmiter Imperio adhæsisse. VIVAT LIBERTAS: *sicuti positiones has articulatim extendit Gail. 1. O. 21. n. 9. Rodingus 3. pand. cam. c 43 Borcholt. cons. 11. in fin. lib. 1.* Quidni enim favor Imperii injusto eorum proposito, qui in fiscum injurii esse volent, præferatur? *Novell. 149. c. 3.* Favor iste tantus, ut nō solùm in casu dubio gratiosé pro Imperio & fisco pronuncietur, *Gilm. tom. 1. p. 2. tit. 11 vot. 4. n. 123. Gribald. ad l. non puto, ff. de jure fisci. M. Steph. 2. jur. p. 2. c. 1. n. 39. Covar. 1. var. resol. c. 16. Pereg. lib. 7. tit. 3. n. 4. 5. Cravet. cons. 388. n. 20.* sed & prorogata aut pendente exemptionis lite, vindiciæ dentur secundum Imperii libertatem, donec alterutrum ultimo judicio definiatur: Daß solcher Stand dem Reich biß zu Erörterung der Sachen zu reichen schuldig sey / *R. A. anno 48 § wo aber / anno 76. § wo aber / latius concl. præcedente,* nam matricula confert Imperio quasi possessionem subjectionis contra eximentem. *Gail. 1. O. 21. n. 5. 7.* Sic pensior conditio fisci est, duriores q; debet subire partes, qui Imperio detractum quid ire volet, *Corref in vot. 4. n. 33 O. contra B. inter dec. Suanem p. 12.* Nil tum residui, quam Papiniani formæ: *Condemna judex.* SENTENTIÆ hujus definitivæ dictio stylusq; sicuti pro exemptione pronunciari solet, audiebatur in causa Fiscalis contra Regem D. ratione ducatus Sleswicensis: *cujus litis late meminit Thuan. lib. 41. histor.* Vicissim pro Imperio contra exemptionem prælecta est in causa decātata *O. contra B. ann. 73 extacq; in actis excusis O. contra B. Seilero select. sentent. Meisn. tom. 3. vot. 6. fol. 100.* REVISIONI postea aut ulteriori contra fiscum provocationi nullus locus hucusq; relictus est, nec per sacrum judicium in his causis disposita aut decisa, aliorum examinatione, retractatione, censura, egent. Placitis obtempera, *idq; per l. 4. & 8. C. quorum appell. non rec. l. quoniam, C. de appell. Chopp. 3. doman. tit. 29. art. 19. Ratio est: quod in omnibus causis de statu, conditione & qualitate personarum statim sententia jus facit: per l. ingenuos ff. de stat. hom. Freher. lib. 3. de infamia, c. 8. n. 20.*

Hæc sunt, quæ in genere de Exemptionibus profudisse volui: quia theses, id est, generalia axiomata sunt, nec curiæ sed pulpito cusa. Speciales adnotatiunculas, rationes rariores, resq; in augustissimo prætorio judicatas studio seposui, causa quam dixi. Cum Cajo enim aut Sejo nil mihi litis. Quisq; quod volet, Πάμπαν δ' ἄμωμος οὔτις.

* * *

DISSER-

XXVII.

DISSERTATIO DE PACE RELIGIONIS, D. PETRI SYRINGII.

CONCLUSIO I.

PRiusquam ipsam rem propositam aggrediar, si paucula quædam de origine ac præambulis pacis religionis pro majori totius operis perspicuitate ex historicis commentariis præmisero, operæ pretium me facturum arbitror.

Istæ enim interpretationes & libentius nos ad lectionem propositæ materiæ producunt, & cum ibi venerimus, evidentiorem præstant intellectum, inquit Cajus lib. 1. ad Lxii. tab.

2. Ac primò ex Joh. Sleid. lib. 1. de statu relig. & Jacobo August. Thuano histor. lib. 1. in memoriam revocandum est, *a* cum pius ac venerandus Theologus D. MART. LUTHERUS contra impias ac sordidas Pontificiæ mercis nundinationes; quas Tecelius institor stentorea voce extollebat, ANNO SALUTIS REDEMTÆ ∞ IↃ XVII. in vigilia omnium Sanctorum certas aliquot ex limpidissimis verbi divini fontibus haustas positiones instinctu Spiritus S. ad indagandam veritatem Witebergæ disputandi gratia proposuisset: tandem Wormatiæ 17. die April. Anni 21. auspicio potentissimi Cæsaris D. Caroli V. ad summum Reip. Christianæ clavum non ita pridem evecti in frequentissimo Procerum Imperii conventu inter Lutherum & Eccium de agnoscendis & propugnandis libris ab illo editis colloquium institutum fuit: quo nihil aliud profectum est, quam quod Lutherus summa cum modestia errorum objectorum demonstrationē enixé ac perseveranter urgens, prævalente autoritate Pontificis, cui Carolus gratificari cupiebat, ut juramenti Neapolitani gratiam sibi faceret. Cæsaream inaugurationem adprobaret, & contra Gallum fœdus secum iniret, à Cæsare Adolescente 8. die Maij tanquam manifestus & pervicax hæreticus publico imperii decreto proscriptus fuerit, *b* eoq; edicto omnibus mandatum operam darent, ut finitis 21. diebus per salvi conductus codicillos ad reditum concessis caperetur, & in Cæsaris potestatem redigeretur.

a) Histo-

a) Historicos sive Chronicorum scriptores rei dubię fidem facere apud nostros receptum est, arg. l. 1. ff. de off. præf. præt. & c. cum causam, E. de probat Masc. de probat. vol. 1. concl. 287. Gylm. symph. suppl. tom. 1. p. 2. tit. 6. fol. 161. n. 18. b) Sleid. lib. 3. comm. pag. 66. Sam. á Remching. de pace rel. apud Goldast. p. 30. const. imp. Formula proscriptionis habetur verbotenus apud Goldast. const. imper. tom. 2. fol. 143.

3. Quæ proscriptionis clausula finalis proculdubio effectum suum sortita fuisset, nisi Lutherus in tàm præsentaneo vitæ discrimine jussu Friderici Septemviri à Nobilibus quibusdam fidis interceptus, ac in locum quendam solitarium secreto deductus fuisset: in quo cum aliquandiu delituisset, Vvitebergam ad rétundendos Carolstadi fanatico spiritu agitati furores insscio Electore reversus est, ibique varia scripta edidit, quibus indies magis magisque Pontificii regni auctoritatem destruebat, ac orthodoxæ religionis veritatem ex densissimis errorum tenebris eruebat.

4. Quod tamen Cæsar ægerrimè ferens, ut Gallico bello distentus hoc in signo officio Pontifici sibi demereretur, ac in posterũ partibus suis magis propitium haberet, Ordinibus Imperii Noribergæ Ann. 23. Mense Martio congregatis denuó severé injunxit, ut edictũ illud Wormatiense communi consilio promulgatum in futurum magno studio servari curarent.

Sleid. lib. 4. comm. pag. (mihi) 102. Sam. á Remching d. l.

5. Eandemque severitatem interjecto temporis intervallo Idibus Julii Anno 24. repetiit, datis ab Hispaniis ad Proceres Imperii literis, quibus ipsorum in non servato Wormatiensi decreto sive incuriam sive conniventiam graviter incusabat, & ut illi per singulas provincias inviolata constaret auctoritas enixè & sub comminatione percipiebat.

Sleid. d. lib. 4. pag. 107. Reichs Abschied/ de Anno 1524. §. als auch vielgedachte unsere Instruction/ &c.

6. Verúm cum Ferdinandus Rex Cæsaris Legatus in Comitiis sequenti Anno 26. Spiræ celebratis animadverteret, Cæsaris voluntati sine magnis motibus isto turbulento rerum statu morem geri non posse, decretum illud Wormatiense hoc temperamenti sale conspersum fuit, ut interea dum Nationale vel Oecumenicum Concilium Cæsaris instinctu brevi haberetur, ita sese gererent omnes in sua quisque provincia, quo facti sui probabilem rationem Deo & Cæsari reddere possent.

Sleid.

Sleidan.comment.lib.6.pag.150.receſſ.imp. de Anno 26. §. Darnach haben wir: ibi: für ſich alſo zu geleben/zu regieren vnnd zu verhalten/wie ein jeder gegen Gott vnd Keyſerl. Mayt. hoffet vnd vertrawet zu verantworten.

7. Quia verò querimoniæ paſſim inaudiebantur, ſub hoc autonomiæ operculo nova & omnis generis horrenda dogmata procreari ac latibulum quærere: in comitiis Spirenſibus Anno XXIX. novum decretum factum eſt, cujus capita ad Sleidanum dict. lib. 16. pag. (mihi) 17. in receſſ. imp. Spir. de dicto Ann. poſt princip. & apud Goldaſt. tom. 3. fol. 494. ſeq. videre licet. Quod tamen à Principibus quibuſdam & civitatibus Suevicis per oppoſitam proteſtationem contrariam, quæ proteſtantium appellationi originem præbuit, & interpoſitam appellationē ad Cęſarem, ad Concilium, ad omnes deniq; judices minus ſuſpectos directam, & Cæſari XII. die VIIbr. ejuſdem Anni Placentiæ exhibitam impugnatum ac enervatum fuit.

Sleidan.d.lib.16.pag.173. Thuan.hiſt.lib.1.fol.16.& 17.

8. Cæſar verò ne officio ſuo deeſſe videretur, Comitia Auguſtam Vindelicorum Turcicæ expeditionis procurandæ, & diſſidii in religionis negotio exorti componendi gratia Anno XXX. ſolemniter indixit, & poſtquam Proteſtantes frequentes eò convenerunt, ſuæ doctrinæ Confeſſionem ſcripto comprehenſam Cæſari exhibuere, eamq; in publico confeſſu recitari tandem impetravere; quæ tamē publico imperii placito tum temporis minimé comprobata fuit; ſed decretum; ſolam Romanam religionem eſſe amplectendam; pœna corporis, vitæ ac fortunarum in eos conſtituta, qui in iis, quæ ad fidem pertinent, quidquam immutare auſus fuerit.

Sleid.lib.7.comm.pag.181.cum aliquot ſeq. Reichs Abſchied zu Augſpurg de Anno 30. Gold.tom.3.fol.508. Wolff.2.memorab.fol.33.& ſeqq.

9. A quo tamen rigore temporis progreſſu hoſtili Turcarum exercitu in Auſtriam magna vi irruente multum remiſit Cæſar, edicendo in conventu Noribergenſi Anno XXXII. ne cui propter religionis cauſam ad tempus uſque concilii crearetur moleſtia: vel eo deficiente, eo uſque donec unanimi Procerum conſilio alia diſſidii hujus componendi inveniretur ratio: gravi inſuper pœna in violatores hujus edicti conſtituta. *a* Quod poſtea ſubſequentibus aliquot comitiis ac conventibus, præſertim Spirenſi Ann. XLIV. menſe Majo fruſtra fremente Pontifice cum raſa cohorte confirmatum fuit. *b*

a) Sleidan. libr. 8. comment. pagin. 227. Matth. Dreſſer. in orat. de D. Auguſt. Electore Sax pag. 644. *b*) Reichs Abſchied/de Anno 44. §. als wir aber

in der Handlung befunden/daß zwischen jhnen/ &c. & Petrus Frider. libr. 1. de proceſſ. cap. 28. num. 1. Sleidan. libr. 15. comm. pag. 446. Jac. Aug. Thuan. libr. 2. histor. fol. 27.

10. Quod edictum ad Annum usque quadragesimum octavum illibatas vires habuit, quo novum aliquod doctrinæ monstrum, quod *Interim* appellitarunt, Augustæ Vindelicorum in *Comitiis armatis* cusum, & à Carolo V. de profligatæ Germaniæ libertate triumphante, *a* Protestantibus quantumvis invitis ac reluctantib. obtrusum, ac XV. die Maji in lucem editum fuit, *b* cujus capita in corpore recessuum Imperii de An. XLV. videre licet. *c*

a) Auctor du resveille matin, sive temp. suscit. part. 1. c. 11. pag. 76. & seq. *b*) Sleid. lib. 20. comm. pag. 620. *c*) sub tit. **der Röm. Käys. Mayt. Erklärung/ wie es der Religion halber im H. Reich biß zum Außgang des gemeinen Concilii gehalten werden soll.**

11. Etsi vero mens Cæsaris fuit, quod decretum illud interimisticum ad finem usque pii & liberi, quod Pontificis jussu Tridentini inchoatum esse jactabatur, concilii servari deberet: nunquam tamen in his terris reformatis plenaria ejus observantia obtineri potuit, uti ex Sleidani lib. 21. & lib. 22. & recess. Aug. de Anno LI. §. vnd wir in keinem Zweiffel gestelt / &c. ad oculum patet: donec tandem per *Passaviensem transactionem* *a* Anno LII. omnimodo ab eo recessum cautum q; fuit, ne propter religionem in posterum cuiquam inferretur molestia. *b*

a) quæ verbotenus habetur apud Warem. de Erenb. in meditam. pag. 223. seq. & pag. 261. *b*) Sleid. d. lib. 24. pag. 784. Auctor du resveille matin. part 2. c. 12. pag. 85.

12. Cujus vigor duravit usque ad annum LV. quo unanimi Procerum totius Imperii Romani consensu, regnante adhuc invictiss. Cæsare Carolo V. & vices ipsius gerente fratre Ferdinando R. Rege inita est illa nunquam satis laudata *religionis pacificatio*: quæ non inscitè *Germaniæ Palladium* dici potest, per quam hucusq; viguit, & in futurum vigebit sacrosancti imperii nostri Majestas; *a* in quam persequentia theoremata pro *solemni exercitio* plenius inquirere. *b* & quæ quondam sub inverso *Justi Springeri* nomine in tractatu *de pace religionis*, veluti personatus certas ob causas in scenam produxi, detracta larva in aprico nunc exponere constitui.

a) Joh. Dauth. in proleg. de testam. n. 8. vers. & licet Ecclesiastici. Petr. Frid. de proceſſ. lib. 1. c. 28. nu. 1. Quæq; unicum illud & adamantinum vinculum, quo qualescunq; illæ Imperii nostri reliquiæ & ferrolutei pedes utcunq; continentur, & á dissolutione atque ruina hactenus conservantur, uti de aur. bull. Caroli V. in simili scribit Marq. Freh. & ex eo Gerlacus Buxdorff. in diss. super. aur. bull. conci. 1.

b) Quod

Quod institutum nemo, spero, improbaturus est, nisi qui sacratissimo Imperatori, aliisq; præstantibus JCtis, quorum vestigia in tit. C. de summa Trinit. & seq. relicta premo, dicam scribere velit: quod suo periculo ipsi licet. Nec mihi mentem hanc expellit epigraphe dict. tit. ut nemo de fide cathol. publicé contendere debeat, cum faciat injuriam reverendissimæ synodi judicio, si quis semel judicata ac rectè disposita revolvere, ac publicé disputare contenderit, ut inquit l. 4. C. eod. quæ etiam in actis conc. Chalc. reperitur, juxta Goldast. const. imp. tom. 3. fol. 603. Non enim animus meus eó intentus est, q. de ipsis fidei Christ. articulis, utpote quorum controversia non ad tribunal Prætoris, sed Cathedram Petri; non ad forum soli, sed chori spectat, hoc in loco contendere velim, M. Steph. in C. ad h. t. num. 33 seq. sed de externa ac politica pace, qua fidei Christ. conf. meritó munita est, disserere decrevi. Cujusmodi diss. vel ea ratione á civ. foro non est aliena, quod hæc non minimam partic. ejus curæ complectitur, quæ ad magistratus politici officium pertinet, utpote cui jure divino utriusque tabulæ custodia gravissimis verbis serió demandata est, 1. Josuæ cap. 1. vers. 8 Deuter. 17. vers. 19. quo spectat illud Apostoli 1. Timoth. 2. vers. 1. Esaiæ 49. ubi Reges appellantur Nutritii Ecclesiæ, Danæ. in polit. Christ. lib. 5. cap. 3. David Paræus in epist. D. Pauli ad Roman. c. 13. dub. 5. & ex nostris elegans auctor dissertat. de jure Princip. concl. 12. in pr. Jam verò nemini, nisi peregrino in jure hospiti, ignotum est, Jurisprudentiæ cultores non minus circa Jus Publicum, quod in sacris, Sacerdotibus & Magistratibus consistit, quám circa jus privatum occupatos esse debere: l. 1 §. 1. ff. de just. & jur. & quidem eó magis, quantó majori intervallo publica post se relinquunt privata; & sacra humanis sunt præferenda. Quod verò hoc cœptum crebris caret exemplis, & quod paucis curæ fuit:

hæc sapientia quondam
publica privatis secernere, sacra profanis:

ut inquit Hor. de art. P. id mihi turpè silentii jugum contra libertatem Acad. imponare non potest. In libera enim civitate liberas linguas (non in Deum impias, non in hominem injurias) & liberas mentes esse oportere, dixit olim Tiber. Imperator. Sed nec omnium, quæ á majorib. nostris facta vel omissa sunt, ratio reddi potest. Quod si qui sint rigidiores censores, illos ad Arnold. Clapmar. de arcan. rerumpubl lib. 5. c. 14. remissos volo, ubi ait: *Hoc jus turpissimè ab iis, qui Rempublicam administrant, neglectum fuisse.*

13. Est autem *Pax Religionis a* Senatusconsultum, quo civibus Romanis certæ religionis liberé colendæ facultas limitato modò concessa est a Principe, Electoribus, cæterisvè S S. R. Imperii Proceribus, ceu Patribus conscriptis *b* Augustæ Vindelicorum Anno Christi CIↃ IↃLV. concordi suffragio factum promulgatumvè.

a) ad differentiam speciei oppositæ, quæ dicitur Pax Publica, der Prophanfriede/ de qua pleniſſimé And. Gail in tract. de pace publ. dicitur autem religio cultus Deo debitus á religando, quod per eam Deus hominum mentes sibi religet ac devinciat, Lact. lib. 4. div. inst. c. 18. & August. de C. D. 10 c. 1 *b*) quo titulo honorificentissimo hic insignitur ordo ab Imp. Severo in l. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut. Mynſ. ad § SCTM. I. de J. N. G. & C.

14. Generis loco ponitur SENATUSCONSULTUM, nimirum jus, quod Senatus jubet atq; constituit, *a* interveniente scil. Principe. *b* Neq; enim ambigendum est hodie, postquam Imperium omne L. Regia in Principem, ceu summum caput translatum est, Senatum jus facere posse. *c*

a) licet talis hodie in Imperio nostro Senatus non sit, Guer. Piso Soac. de Rom. & Venet. Magist. compar. num. 21. Senatum tamen Imperii Germanici ex VII viris & reliquis Proceribus collectum ei æquipollere cum Vultejo ad l. 1. C. ubi sen. vel clariss. existimo. Non ignoro, me antea in prælibato tr. de pace relig. alio genere usum fuisse. Verùm quia illud vocab. Edicti STATUM MONARCHICUM propriè importat: de quo tamen multi non infimæ notæ viri præsenti reipub. nostræ facie inspecta subdubitant; tutiorem viam ingredi, quàm celsam arduam illam litem meam facere malui. Militant sanè rationes contra MONARCHIAM urgentissimæ; quas ut in transcursu saltem & qui extremo digito attingam, in confesso est inter REGALIA MAIORA, quæ ab antiquis jura Majestatis, jura summi Imperii, sacra regni & sacra sacrorum vocentur, Arnold. Clapm. de arcan. rer. lib. 1. c. 10 in pr. á Nostris Keyserliche sondere Hoheiten vnd Reservaten. Recess. Imp. de Anno 76. § dadurch denn / (quorum radiis decus illud sublime splendorem ac præeminentiam suam habet, quæ non magis á Majestate separari possunt, quàm radii Solis á Sole, inquit Thob. Paurm. de jurisd. lib. 1. c. 2. num. 1. & sine quibus summa Majestas simulacri umbratici nomine verius indigitatur: quæque penitus eviscerans homicida suæ dignitatis est, ut ex Baldo refert Buxd. ad proœm. aur. bull. concluf. 2. in fin. Unde vulgatum Dd. brocardicum: hæc reservata ossibus Imperatorum ita adhærere, ut ea nullus á sceptro Cæsareo divellere vel ullo tempore proscribere queat, D. Thom. Mich. de jurisd. concl. quod tamen cum grano salis est intelligendum) non minimum esse illud, quod *ab eo, qui summam & absolutam potestatem habet, ad alium superiorem vel etiam parem non datur appellatio*, cum ea semper fiat gradatim ab inferiori ad superiorem, Donell. lib. 18. comment. cap. 7. adeò ut appellationis ad hunc vel illum interponendæ potestas superioritatem regulariter arguat, c. si duobus, 7. §. denique. C. de appell. Bernh. Græ. p. 1. concl. 119. nu. 9. Ernest. Cothman. resp. jur. 85. nu. 31. & resp. Acad. 47. num. 48. Gylm. symph. suppl. p. 1. tit. 2. de recon. nu. 176. Hinc est, quod Ulp. in l. 1. §. 1. ff. á quib. appell. cum prostulto habet, qui admoneri velit, quod á Principe appellare fas non sit, cum ipse sit, qui appelletur. Qua de causa Conradus Rex Romanor. Trajectenses, quod á se ad Pontificem R. provocassent, pro reis læsæ Majestatis habuit. Arnold. Clapm. d. lib. 1. cap. 16. Si quis nunc thesin hanc ad hypothesin transferat, & á sententia vel mandato sub Imperatorio nomine in Aula Cæsarea decreto nostrâ tempestate superiorem vel saltem parem appellari non posse contendat: numerosam Pragmaticorum turbam in se concitabit, eó, quod *appellationes à Cæsare malè informato ad eundem melius informandum:* (quæ passim á Dd. admittuntur, & in vim supplicationis propitiâ Jurisprudentia admitti possunt, l. 1. §. 1. de appellat. l. 1. in pr. vers. quid ergo, ff. qui appell. Bodin. lib. 1. de republ. cap. 19. Matth. Steph. de jurisd. lib. 1. part. 1. cap. 1. membr. 2. num. 200. & seq. Bocer. de Regal. c. 2. n. 242. Heig. part. 1. qu. 10. Obrecht. de Regal. th. 348. Dauth. de testam. fol. 37. in fin. Ayrer in process. hist. part. 1. c. 4. observ. 4. in fin.

fin. Besold. de appell. c. 2. num. 48. Rich. Dieter. de summ. Imp. pot. concl. 126. Auctor dissert. de jure princ. concl. 87. in fin. Thuan. hist. lib. 26. fol. 529. quo sensu Dauthii Junioris distinctio in appellationem regularem & irregularem, quam tradit in disp. inaugur. miscell. qu. 2. á jure non abhorret.) & *ad Status Imperii simul*, aliquot vicibus ad Cancellarium Mogũtinum delatas fuisse compertum habemus. Verùm quia hæc lis adhuc indecisa pendet, mihi certi quidquam cum Dauthio Seniore citato hic definire religio est.

II. Sic etiam non exiguum scrupulum injicit, *quod Cæsar vigore capitulationis cum externis Principibus de rebus Imperii nullum fœdus, nisi de Septemvirum adsensu facere possit*, Sleid. lib. 1. pag. 30. Thuan. lib. 2. hist. fol. 27. Illustr. Dux Saxon. in elegantissima Orat. super capitul. Rudolph. II. habita in hæc Salana Ann. CIↃ IↃ CIX. cum tamen fœderis pangendi potestas Imperii supremi sit ἀξίωμα, Arnold. Engelbr. in disp. inaug. de jurisd. concl. 66. R. Ruland. de commiss. part. 4. lib. 2. c. 3. n. 1. III. Quod de *rebus Imperii inconsultis Proceribus intra vel extra fines Imperii bellum suscipere nequeat*, Sleid. Thuan. dd. loc. Illustriss. Orat. præf. loco. Heig. lib. 1. q. 18. nu. 6. quæ tamen potestas infallibile signum est absolutæ ac supremæ potestatis, l. 3. v. cad. lege, ff. ad L. Jul. Maj. Sixt. tr. de regal. lib. 2. c. 1. n 20. seq. Rosenth. synopt. feud. c. 5. concl. 19. R. Rul. de commiss. p. 4. lib. 2. c. 3. nu. 6. Bocer. de regal. c. 2. nu. 14. Arnold. Clapm. d. lib. 1. c. 20. adeó ut nulla ratione ab ea divelli queat; si credimus Paurmeistero de jurisd. c. 3. n. 31. & Arnisæo de jure Majest. lib. 2. c. 5. n. 10. Quo intuitu bellum ab inferiori susceptum regulariter præsumitur injustum, etsi Princeps Imperii sit, Clarissimus Vir Dn. Hordled. de just. bell. Germ. Præter 2. am *si periculum sit in mora*, & Principis copia haberi nequeat, quo casu melius est in tempore occurrere, quàm post exitum serò vindicare, l. 1. qu. sine judice, l. ult. C. in quib. c. in integr. restit. ne contingat id, quod olim Romanis exprobratum: dum Romæ consultatur, Saguntum expugnatur, *vel injuriam passus frustratoria dilatione deludatur*, Elias Schröder. delin. jur. bell. th. 2. vel deniq; *bellum à subditis geratur defensivum*: cum defensio sit juris naturalis, quàm jura civilia tollere non possunt, l. 3. de just. §. fin. I. de L. A. T. IV. *Quod potestas constituendi Magistratus sit de jure Majestatis*, l. 1. ad L. Jul. de amb. Hinc P. Valer. public. lege lata diserté cavit, teste Halic. lib. 15. antiq ne quis injussu P. R. sub pœna mortis magistratum gereret: quæ tamen potestas hodie nequidem in ipsius Imperatoris Consistorio Spirensi ad solum Cæsarem spectat, **Cammergerichts Ordnung**/de Ann. 1495. 1500. in princ. & 1507. rubr. **Die sechs Churfürsten sollen sechs Personen geben**/ & de Anno 21. titul. **Benennung Cammerrichters vnd Beysitzers**/&c. & de Anno 48. tit. 1. & seq. V. Quod *potestas exigendi vectigal & erigendi telonia sit de Regalibus Imperii*, c. un. quæ sint reg. 2. F. 36. l. 10 in pr. ff. de vectig. & t. t. Cod. vict. institui non posse, Schrad. de feud. p. 3. c. 4. nu. 40. Arn. Clapm. d. lib. 1. c. 21. Quam tamen soli Imperatori exercere fas non est, Sleid. d. loc. Bocer. de reg. c. 2. nu. 184. Paurm. d. lib. 1. c. 4. nu. 7. Buxd. super A. B. concl. 91. in fin. juxta recess. Imp. de Anno 76 §. **Weiters sind wir auch**/cum 2. seqq. ibi: **Auch ohne Bewilligung vnserer vnd des H. Reichs Churfürsten**. Quod etiam in regno Hispaniarum publica lege receptum est, teste Parlad. 2. rer. quotid. 3. n. 13. uti nec in regno Galliæ solus Rex illud jus habet, Bodin. de rep. 6. cap. 2. Heig. p. 1. q. 18. num. 7.

VI. Quod *solus Imperator leges universales ferre non possit*; quod non solùm ex recessibus Imperii, in quibus hæc solemnis repetitur formula: **Haben wir vns mit**

den Ständen vnd sie hinwiederumb mit vns verglichen/ &c. sed etiam ex Imperatoria capitulatione his verbis concepta apparet: **Wir wollen vnd sollen in wichtigen Sachen / so das Reich betreffend / bald anfangs der Churfürsten Rath vnnd Bedenckens vns gebrauchen/** eleganter Buxd. d. diss. A. B. concl. 6. quod tamen supremæ Majest. proprium est. Paurm. 1. de jurisd. c. 4. n. 67. Knich. de non prov. Sax. priv. v. Electorum, c. 5. n. 82. Arnis. de jure Maj. 1. c. 3. per tot. Ant. Col. disp. inaug. de jure Imp. Rom. sect. 18. & Joach. Clut. in sua syll rer. quotid. concl. 21. VII. Quod *Imperator coram Comite Palatino conveniri queat*, latè & eleganter Buxd. concl. 66. quo ipso satis evinci autumar. Bod. 1 de rep. c. 6. Imperat. supremam potestatem non habere, cum is, qui jus dicit; superior sit eo. cui jus dicitur. VIII. quod *solemni juramento novum Imperat. se ll. servaturum obstringere cogitur*, capitulat. Rudolph. II. quæ habetur apud Goldastum discurs. polit. p. 12. quod majestati é diametro contrarium, quæ ll vinculo soluta esse debet, l. 31. de ll. Bod. 1. de republ. c. 8. Dauth ad l. 3. num. 2. C. de testam. IX. Quod *nostrum imperium Turcico vel Hispanico amplitudine regionum & multitudine populorum longè inferius est*: Ejus enim Aquila ita deplumata est, ut cæteris animalibus sit despectui, inquit Alb. Crantz. libr. 10 Sax. c. 8. referente Dn. Arumæo disc. Acad. de jure publ. 1. X. Denique si Imperium nostrum esset Monarchia ultima, *esset illa bestia quæ contra* CHRISTUM *pugnat*, Dan. c 7. quod affirmare non solùm religio, sed nefas omninò existimandum, juxta Georg. Marr. in disp. contra Gothof. Ant. th 45. seqq. quæ habetur apud Goldast. p. 13. Quis igitur non videt ex his & similibus argumentis de statu Imperii Romani aliquid certi decidere admodum periculosum? Etsi verò meum non sit tantam componere litem: Si tamen mihi hac de re judicium aperiendum foret, mediam viam, uti in re dubia fieri solet, hic insisterem, eorumq; sententiæ subscriberem, qui *statum imperii nostri Monarchicum quidem, sed aristocraticè quodammodo temperatum* adserunt, Gothof. Ant. in disp. Apolog. contra H. Vult. th. 55. cum vix aut difficulter talem puram ac simplicem Monarchiam, quæ non habeat aliquid temperamenti aristocratici, apud Christianas gentes reperire liceat, Arn. Clapm. d. lib. 1. c. 20. Eamque opinor fuisse mentem Electoris Moguntini in Electione Carol. V. cum in Oratione contra Galliæ Regem, *nobis inprimis Aristocratium retinendam esse* ait. Sleid. lib. 1. de statu relig. pag 20. Idemq; videtur innuere auctor novissimus des wolmennenden **Discurs / Warumb die Catholischen in Teutschlandt sich von den Jesuiten vnd Spaniern absondern sollen/** &c. pag. 174. ubi ait: **Darumb muß man ja so hart nicht auff eine** absolutam potestatem, **vnnd als wenn Keys. Mayt. alles ohn eintzig Zuthun der Chur: Fürsten vnd anderer Stände alleine zu verordnen bemächtiget/** &c. **gehen vnd dringen/** & pag. seq. inquit: Nec ipsos Imperatores ab immemoriali tempore talem potestatem absolutam, qualem moderni quidam parasiti illis tribuunt, sibi unquam arrogasse, ut non immerito politiss. JCtus Dn. Hordled. quodam in loco scripserit, illos, qui Cæsaris nostri potestatem ad tenorem obsoletæ legis regiæ perpendunt, non modo operam & oleum perdere, sed etiam perinde facere atque

Humano capite cervicem pictor equinam
Jungere si velit.

Ratio quæ me movet, potissima hæc est: qui non habet solus jura Majestatis, is quoque purè ac merè Monarcha dici nequit. Atque Imperator noster præsenti Imperii statu perpenso jura Majestatis solus non habet; quod patet ex præcedenti discursu.

Ergo

Ergo ſtatus Imperii Germanici meré Monarchicus dici nequit. Ex quo nunc ulterius colligo. Ad quem jura illa Majeſtatis ex parte pervenerunt, hunc in conſortium Imperii adſcitum eſſe conſequens eſt. Aſt jura Majeſtatis ad Status Imperii, non ut ſingulos, ſed ut univerſos ex parte, eaq; non minima, pervenerunt: iiſq; quaſi Collegium aliquod veré fruuntur, quod in propatulo eſt. E. ſtatus Imper. ut Optimates, in conſortium Imp. adſcitos, & ſic quantum eis acceſſit, tantùm Imp. Monarchiæ deceſſiſſe vix inficias ire licebit. Hunc ſcrupulum ſi quis mihi penitus exemerit is ſententiæ ſuæ adſtipulatorem me non invitum habebit. Neque enim ea in defendendis meis opinionibus ſum tenacitate ac pervicacia, ut veritati cedere non poſſim, cujus indagandæ gratia hic congreſſus inſtitutus eſt. Quod veró ſtatus ille puré ariſtocraticus non ſit, facilé quis conceſſerit, ſi perpenderit, illud Imperium Ariſtocraticum dici non poſſe, ubi non æqua facta eſt partitio: ſed unus ſolus, veluti caput, magnam partem, vel ut inquit Gothof. Ant. d. loc. ſemiſſem jurium Majeſtatis obtinet, Dn Arum. diſc. Acad. 1. Bod lib. 2. c. 1. in pr. Solus autem Imperator potiſſima ſummæ præeminentiæ jura exercet, uti experientia veritatis magiſtra abundé docet. Et quomodo quæſo Status Imperii etiam conjunctim conſiderati pari cum Imperatore jure cenſeri poſſunt, quem ſine ulla hæſitatione ſuperiorem ſuum eſſe profitentur? aut itaque par in parem (Cæſar in ſtatus) habebit Imperium contra l. 4. de rec. arb. aut dicendum eſt, eum, qui capitis vicem gerit, reliquis membris potiorem ac ſuperiorē eſſe Nec moror Gallici obtrectatoris calumniam, quod orbis Imperii longé anguſtior ſit, quám ut hunc Majeſtatis titulum ſibi vendicare queat. Revocare enim ſibi in mentem debuiſſet id, quod ipſius ſcribit de rep. lib. 1. c. 2. num. 10. ut elephas non magis animal dici poteſt, quám formica: Sic raguſia civitatum feré omnium quæ ſunt Europa, minima, non minus reſp. dici poteſt, quám Turcarum aut Tartarorum, aut etiam Hiſpanorum, quorum imperia iiſdem finibus, quibus Solis cenſus, terminantur. Nec ipſum latere potuit, quod eōdem lib. c. 9. ſcripſit, jura Majeſtatis locorum amplitudine non definiri, quemadmodum Eumenes, etſi præter urbem, qua obſidebatur, nihil ipſi reliquum eſſet, Antigoni tamen Regis Aſiæ Legatis animosé reſpondit: ſuperiorem ſe neminem agnituram, quamdiu gladium exertum manu tenere poſſet, D. Arum. d. diſc. 1. ubi ad cæteras objectiones reſpondet. Certé quidquid obſtrepat Bodinus, nemo tamen cordatus inficiabitur temperamentum illud Ariſtocraticum veluti ſalutare antidotum contra facilem nimiæ potentiæ abuſum, optima ratione adinventum eſſe. Etſi enim præſumendum non eſt, Principem tot viris vitæ integritate ſpectatiſſimis ſtipatum, juxta l. un. in princ. ff. de off. præfect. prætor, quod á pietate, æquitate, vel recta imperandi ratione alienum ſit, facilé quidquam admiſſurum eſſe: quia tamen res ipſa teſtatur, quám difficile ſit in tanta omnium rerum licentia recto tramite incedere, ubi ab incunabulis nihil aliud, quám aſſentationes audiuntur: aulici quippe inter laudum & Placentiam, non autē Veronam verſus ambulare ſolent, ut olim Pius Pontifex ad Ferrariæ Ducem ſcripſit teſte Dn. Arumæo d. loc. hæc immenſa & effrenis potentia certis legibus quaſi quibuſdam cancellis circumſcribenda fuit, ut ſcirent Principes, ea demum ipſis licere, quæ pia, quæ honeſta, quæque ex uſu reipubl. forent. Quod invictiſſimus ille Heros Carolus V. gloriæ ſibi duxit, quando dicere ſolitus eſt: in Germania ſe Regibus, in aliis Regnis ac provinciis mancipiis ac ſervis imperitare. Quo enim nobilius eſt ſubjectum, ac potentiores

ſub-

subditi; eó Princeps æstimatur illustrior, Afflict. in c. quis dic. dux. & Bart. in c. intellecto, num. 5. C. de jurej. Erasm. Roterod. de instit. Princ. Chr. Pro qua Germanicæ libertatis gloria hic Zoilus se delectet alio Gallorũ encomio, quod in proverbium abiit: *Que le Roy de France est un Roy des bestes, à cause de la grande facilité du peuple Francois, qui se laisse emmener par les nez comme de bestes*, Guil. Paradin. de l'histoire de Lyon fol 456. *b*) l. 1. ff. de reb. eorum, & c junctâ l. 7. C. de prædiis min. Duar. ad tit. de ll. c. 3. unde tot. Orationes Principum in senatu habitæ, l. 16. de sponsl. 16. nupt. D. Thom. Mich. de jurisd. concl. 111. *c*) l. 9. ff. de ll. l. un. C. de Senatusc. Dn. Arum. Exerc. Justin. 1. th. 17. Gothf. ad d. l. 7. Dn. Hillig. Amicus meus honorandus. Enuc. Don. lib. 1. c 8. lit. F. Quo ipso Principis persona non excluditur, utpote qui ipsemet in ordine senatorio se numerat, & pars ejus habetur, l. 8. C. de dig. Non optimi Principes florente adhuc S. R. auctoritate quidquã eo inconsulto in causis remp. concernentibus statuebant, teste Dione lib. 53. hist. Rom.

15. *Caussa Efficiens* hujus SCTI sunt *Cæsar*, *a* veluti supremum augustissimi hujus Senatus caput, *b* Et post eum *Electores*, *c* *Principes ac universi S. S. Imperii R. Status.* Quorum unanimi ac libero *d* suffragio hæc lex in Comitiis Augustanis præsidente ac Cæsaris vices cum pleno mandato *e* gerente *Ferdinando Rege* promulgata, ac distinctis temporibus in omnibus ferè publicis Imperii Conventibus religiosis verbis confirmata est. *f*

a) Non enim solus Imperator legem hanc condidit, Recess. Imper. de Anno 55. §. **Wiewol nun auff vorigen Reichstägen**, ibi: **Haben wir vns mit den Churfürsten, vnnd sie hinwieder sich mit vns vergliechen**: Sed suo saltem nomine promulgavit, ibid. in princ. **Wir Ferdinand thun kundt vnd bekennen**: quod nec civili R. jure incognitum fuit, d. l. 7. & ibi not. á Dn Gothofredo Præceptore meo quondam nobilissimo C. de præd. min. *b*) Recess Imp. de Anno 66. §. **Wir wollen auch**, ibi: **Wie wir denn als das Oberhaupt im H. Reich**, & de Anno 70. §. **Nach erledigten**, ibi: **Haben wir als ein wachend Haupt des Römischen Keysserthumbs**: imó totius orbis Christiani, in Recess Imp. de Anno 1518. in pr. Buxdorff. ad cap. 2. A. B. concl. 29. qui inter omnes Reges eminet tanquam stella matutina, ut loquuntur Dd. quos citat Auctor de jure Princ. concl. 83. cujus eminentiam ipse Turcarum Princeps quoque agnoscit, Dn. Arum d. discurs. 1. & Reinh. Kœning. in disp. pol. de Statu Imper. Rom. *c*) qui á debita sollicitudine, in cujus partem vetustis temporibus incerta origine adsciti sunt. VIIVIRI IMPERII COLUMNÆ, qui veluti alter Atlas ruinosam Imp. molam gratiâ Dei ab interitu hucusque vindicarunt, in præf. A. B. Carol. IV. appellantur, Buxdorff. d. loc. concl. 3. *d*) hæc verba contra quosdam sycophantas ac publicæ tranquillitatis hostes in necem religionis nostræ undique arma conclamantes inferere necessarium duxi. Prodiit enim ex hoc hominũ manipulo primipilaris quidam Papicula sub nomine FRANCISCI BURCKHARDI, (quem tamen Possevinus lib. 1. select. biblioth. pag. 125. & Auctor Parthenii litig. lib. 1. cap. 6. num 9. vocant *Andream* **Erstenberger**) qui in sua *Autonomia* **oder Freystellung mehrerley Religion**, p. 3. c. 13. & passim pro singulari sua parrhesia publicé vociferari non veretur, *hanc religionis nostræ libertatem publico*

publico Imperii decreto ſtabilitam, Cæſari vi ferroq; extortam fuiſſe, eum in modum quo ſub initium principatus R. cum Senatus poſtulato militum Auguſto Conſulatum petentium adnuere cunctaretur, Cornelius Centurio legationis princeps, rejecto ſagulo, gladii capulum oſtentans, in Curia dixit: Hic faciet, ſi vos non feceritis, Tranq. in Aug. & Joh. Paul. Windeck (ut alios ſciens prudensvé prætream) in delib. de hæreſ. exſtirp. Colon. impreſſa, pag. 324. ait: Cæſarem ſumma neceſſitate adactũ pacem hanc iniiſſe: & mirari ſe, inquit, vecordiam ſectariorum, qui pro Religione tuenda toties Comitiorum decreta contra nos (Papicolas) ſtultiſſimé detonare & & deblaterare ſolent, Auctor diſſ. de jure princ. concl. 27. Id quod mendacium eſt ſatis impudens, á veritate fidei hiſtoricæ prorſus alienum. Præterquam enim, quod vis aut metus in dubio non præſumitur, neque nudis adſertionibus, ſed facti atrocitate demonſtratur, l. 9 C de his, qui vi met. præſertim ſi talis clauſula ſit adjecta, **Bey Keyſerlichen Ehren/wahren Worten/ꝛc.** quæ juramento æquipollet, Coth. reſp. Ac. 1. n. 437. quodq; hic non quivis ſufficit metus, ſed talis omnino vis ac metus requiritur, qui ſalutis periculum vel corporis cruciatum contineat, l. 13. C. de tranſact. tantum abeſt, ut tempore noſtræ pacificationis editæ ulla vis hoſtilis á proteſtantibus metuenda fuerit, ut etiam Cæſar potentiſſimus, iisciſis ac feré proſtratis robuſtiſſimi Imperii nervis, ac reliquis panico terrore injecto de ſubacta Germania triumphum agere viſus fuerit; veluti teſtatur Thuan. ſcriptor omnium confeſſione veraciſſimus lib. 4 hiſtor. fol 82. & ſeq. & fol. 85. ibi: Cæſar triumphanti ſimilis Auguſtam ingreſſus: ſic etiam Paul. Jov. hiſt. lib. 45. in fin. ſcribit, quod Germania omnis intra Danubium, Albim & Rhenum ſubacta fuerit, utroq; Duce capto, eo rerum exitu, ut ipſis, vinctis atq; productis Cæſar nobiliſſimum de ſubacta Germania triumphum agere potuerit, &c. quod pluribus teſtimoniis confirmat Auctor du reveille matin. p. 2. c. 11. circa fin. pag. 79. ſeqq. & Sam. á Remching. apud Gold. polit. imper. part. 30. Deinde, quod ab hoc negotio coactio omnino abfuerit, teſtatur ipſius Ferdinandi Cæſarei Legati confeſſio, quæ ſæpé ſibi gratulatus eſt, quod turbatæ patriæ tranquillitatem reſtituerit, & quod tolerantiæ formulam in religionis diſſidio clementiſſimum Deus ſibi in mentem dederit: Competitor meus Dn. Bertram de pace relig. th. 15. Sam. á Remching. de pace relig. diſp. 2. apud Goldaſt. Tertió arguit quoque id ipſum Caroli V. ingenium, de quo Thuan. libr. 21. fol. 428. ſcribit: admirandam in eo fuiſſe conſtantiam in adverſis, & animi præſentiam in periculis: & lib. 4. in deſcriptione caſtrorum Ingolſt. ait: ſummum heroicæ virtutis & imperterriti animi ſpecimen eum exhibuiſſe, cum á fœderatorum numeroſis & adhuc recentibus copiis undique circumventus ac pené oppreſſus non tantúm nullam timoris ſignificationem daret; ſed muniendis caſtris intentus ſuos exemplo & generoſis hortatibus confirmaret: *Quantò majus periculum imminebat, tantò alacriores ad extrema quaq; ſe duce & teſte ſubeunda redderet.* Quod etiam teſtatur Juſt. Lipſ. lib. 2. polit. monit. cap. 6. circ. fin. his verb. Carol. V. Imperator cum in Germania copias & caſtra ad Ingolſtadium haberet, cinxiſſentque eum ingenti numero militum fœderati hoſtes; nec illi viſum dimicare, vel quia ſui nondum convenirent: vel quia prævidebat tutam mox & ſine cæde victoriam: Ecce iſti æneorum tormentorum copiam validi, tantúm ferreæ grandinis in caſtra jaculati ſunt, ut uno die 6000 globorum numerarent. Itaq; omnia ictibus pervia, ipſum Cæſaris tentorium, & ad latus ejus, & tergum occiſi: *cum ille nec locum, quid dico locum? nec*

statum, nec vultum mutavit, Quin etiam monentibus Amicis, sibi atq; omnibus insè parceret, dixisse arridens fertur: Confiderent, neminem Imperatorem tormenti ictu periisse. *Atq; hæc talu constantia in omni ejus reliqua vita fuit*, &c. Cui ergo Burghædus noster tam subitaneam persuadebit metamorphosin, qua ex generoso Leone tam celerrimè timidus factus sit lepusculus? In primis verò luculentus hujus rei testis Phil. Melancht. in Chron. Car. in vita Caroli V. pag. 960. ubi ait: *In periculis impavidus & mortis contemtor fuit*, & postea: cum de Mediolanensi Ducatu à sociis desertus, & ab omnibus oppugnatus certaret, *nullis adversariorum conditionibus, aut minis induci potuit*, in dubia spe rerum statu versante, ut ditione illa se Francisco Sfortiæ cessurum pollicetur, *ne quid augusta sua Majestate indignum metu aut necessitate impulsus fecisse videretur*, &c. Est enim cordati & magni Principis, nihil committere, quod ipsius dignitati & famæ detrahat, Arn. Clapm. de arc. rer. libr. 3. c. 24. cæteris mortalium in eo stant consilia, quid sibi conducere arbitrentur: Principum diversa ars est, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda, Tacit. lib. 4. annal. Quod parum considerans Vitellius, cujus animum, cum de Imperio periclitaretur, tâta torpedo invaserat, ut si Principem eum fuisse cæteri nõ meminissent, ipse oblitus fuisset, ut scribit Tacit. lib. 3. hist. Talis, inquam, animi mollities in Carolo nostro non fuit, de quo verè dixit, quicunq; scripsit:

Carole mortales dubitant, homo sisnè, Deusvè:
Sunt tua sceptra hominis: sed tua facta Dei.

Malè itaq; isti Nugatores in sanctissimi Principis existimationi consulunt, quos etiam Gentiles nulla veri Dei cognitione imbuti fidei religione longè superarunt; quod Attilii Reguli exemplum demonstrant, qui ad exquisitissimos cruciatus, quos apud Pœnos sibi parari non ignorabat, redire maluit, quàm fidem hosti datam turpiter violare. Val. Max. lib. 1. rer. mem. c. 1. ac nota est ejusdem Cæsaris responsio data iis, qui ad exemplum Hussi Lutheri salvum conductum non esse servandũ juxta decretum concilii Const. ipsi persuadere conabantur. Etiamsi fides ex toto orbe exsularet: Imperatorem tamen promissis suis stare debere. Fateor Teutonicum illum Achillem Mauritium Electorem suo merito immortali nomine dignum, ut Langgravium in custodia contra fidem datam detentum, & Germaniam ab imminenti servitute liberaret, (ita enim in quodam scripto testatus est: Omnia consilia Cæsarianorum eo spectare, ut sub durum servitutis jugum missa Germania, illam tãdem Europæ totius Monarchiam pariant, quam jam tot annos parturiebant; referente Thuano libr. 7. histor. fol. 772.) armis Cæsarem fuisse insecutum. Sed quæ erat illa vis contra tam potentem Principem, qui omnibus Europæ Principib. nominis sui terrorem incusserat? An verosimile est hunc à subdito suo viribus longè impari coactam fuisse? sed esto; quid verò illud factum cum tempore nostræ pacificationis (quã eo cuniculo subvertere conatur homo tenebricosus) cõmune habet; quo non solùm omnis armorũ strepitus quiescebat: sed etiam Mauritius ipse ante biennium in prælio Brunovicensi globuli ictu trajectus é vivis sublatus fuerat: Sleid. lib. 15. p. 801. Thuan. hist. lib. 11. fol 242. Sed etsi maximè coactio aliqua (& quidem talis, cui Cæsar totis viribus resistere non potuisset, l. 2. & 3. ff. quod met. caus.) à parte Protestantium intervenisset, quo, quæso, jure ratihabitionem ac confirmationem Negotii illius PACIFICATORII tot vicibus tantaq; verborum religione iteratam infringent contra l. 2. & l. 4. C. de his, qui vi met. Joh. Georg. Becht. in tr. de securit. th. 105.

Faciunt

Faciunt huc ea, quæ de matrimonio coacté inito & per subsequentem liberũ consensum rato habito scribunt Beza, Covarr. Cypræ. & Alb. Gentil. citati á Dn. Osv. Hillig. Don. enucl. lib. 13. c. 20. lit. A. Taceo, quod á cavillatoribus illis Romanensibus hactenus sufficienter probatum non est, vim vel metum illum positum (non tamen concessum) illicité & contra bonos mores, hoc est, contra pietatem illatum fuisse: quod tamen illis seu adsertoribus probandum incumbit, l. 3. §1. ff. quod met. ca. Sin enim religio nostra Prophetarum & Apostolorum scriptis est consentanea; non contra bonos mores, sed pié & secundum præscriptum verbi divini, & praxin Christianam, 1. ad Tim. 1. v. 2. fecit Cæsar optimus, quod nobis conscientiæ libertatem eó usq; concessit integram, donec ab adversa parte manifesti erroris convincemur, l. 4. §3. C. de hæret. Si enim accusare, imó & inauditos condemnare sufficeret; quis innocens foret? Addatur Auctor novissimi discursus, **Ob die Catholischen in Teutschlandt sich von den Spaniern vnd Jesuiten absondern sollen/** &c. *e)* **Damit aber deroselbe/** ibi: **So haben jhre Liebde/** in verb. **Vnd vollmechtig/** absolué **vnd ohne hinterstich bringen Gewalt gehen/** *f)* Recess. Ratisb. de Anno 57. §**Vnd als die Churfürsten/** Recess. Aug. de Anno 59. §**Dieweil aber dasselbe/** & de Ann. 66. §**Vnd nach dem dann nicht weniger/** &c.

16. Quia verò ex actis Comitiorum Imperii non constat: *Pontificem Romanum cum purpurato suo satellitio in pacificationem nostram consensisse*: non incommodè hoc loco quæri potest: *An ipsius consensus ad validitatem huius actus adeò fuerit necessarius, ut, eo deficiente, ipsa quoq; corruat pacificatorii negotii auctoritas?* Id quod Jesuitæ rogati pro certo tenebunt: *a* sed quod volunt, à nobis propter prægnantes rationes, non obtinebunt. *b*

Quod hæc sit Jesuitarum opinio apud cordatiores omni dubio caret; & patet etiam ex gravaminibus præstantium in Comitiis Ratisb. Anno CIↃ IↃ XCIV. Cæsareæ Majestati exhibitis, his verbis: **Es wird offentlich (nemblich von den Jesuiten vnd Friedhässigen) außgeben/ daß Weilard König Ferdinanden hochlöblichster Gedächtnuß ohne Bäpstlichen Consens nicht gebühret habe/ einen Religionfrieden zwischen den Ständen im Reich zu treffen: Jedoch sey derselbe nur ein Interim/ vñ ferner nicht biß auff das vollendete Tridentinische Concilium kräfftig/** &c. Bembel. de God. temp. suscit. p. 2. c. 15. Idq; non obscuro indicio prodidit Pontifex, cum Ferdinando recens in Imperatorem electo stomachosus exprobraret, quod in conventu Francof. juramento se adstrinxerit ad servandum omnia, quæ in præteritis comitiis decreta sit, inter quæ plura hæretica & damnata reperiãtur, Sam. á Remch. d. loc. Quæ sive superbia, sive vana persuasio specioso rationum fuco non destituitur. I. Quia quod omnes tangit, ab omnibus quoq; approbari debet. Jam verò pax Religionis non minus tangit Pontificem, quám exteros Imp. Status: agitur enim in ea de minuenda auctoritate Pontif. quam per multa secula á temporibus Caroli M. in Germania inviolatam obtinuit: jurisdictio siquidem Ecclesiastica per eam suspenditur, potestas decernendi de controversis fidei articulis per limitationem pii & liberi concilii ipsi adimitur: Concilii Tridentini executio infringitur: hæreses cum pernicie aliarum gentium; quæ hactenus sedem R. devoto obsequio comiter observarunt, longé lateq; propagantur: Theologis nostris in pontificiam Religionem liberé debachandi licentia conceditur: & quod maximé Romanensium

animos pungit, ac instar omnium est, quod Pontificis culina opimis illis proventibus, qui ex redemtione pallii, annatis, & vacantiis, gratiis exspectativis, indulgentiis & mille aliis conflandæ pecuniæ strophis barbaris nostris Germanis subtili ingenio auferri Romamq; absportari solebant; magnam partem hactenus fuerit defraudata: constat enim ex gravaminibus Germanorum Maximil. I. Cæsari oblatis, quod sedes Moguntina (ut de aliis nihil dicam) olim pro confirmatione Episcopatus X. tantùm florenorum millia dederit, quæ cum electus quidam Episcopus præstare nollet, successor duplum solvere coactus est: eamq; summam ab eo tempore ad XXX. tandem aureorum millia excrevisse auctor nobis est Sleid. lib. 13. p. 376. ut nõ sine causa Jacobus Archiepiscopus Magd. subditorum commiseratione motus, cum extremam vitæ horam instare persentisceret, se de morte sua non adeó dolere dixerit, quam ob id, quod subditi sui pauperes iterum pro pallio redimendo gravem exactionem dare cogerentur: adeó insatiabile est aulæ Rom. barathrum, ut verissimé dictum sit:

Roma manus rodit, quas rodere non valet, odit.

Vid. dial. philalerth. civis Utop. de facult. Rom. editus Ann. 1519. quod exstat apud Gold. polit. Imp. part. 24. II. Ubi de salute ovium agitur, ibi cumprimis pastoris requiritur præsentia, qui, si bonus, vitam quoq; pro grege sibi commisso profundere paratus est, Matth. 18. v. 2. Joh. 10. v. 11. Atqui Papa R. veluti successor Petri & Vicarius Christi, c. 2. E. de transl. Episc. Clem. unica, de jurej. Pastor & caput est universæ Ecclesiæ in his terris congregatæ, juxta præceptum Christi, Pasce oves meas, Tu es Petrus, &c. Joh. 21. v. 17. Matth. 16. v. 18. l. inter claras, 8. v. reddentes, in fin. C. de sum. Trin. qui sibi tribuit illud Prophetæ: Dominabitur à mari usq; ad mare, à flumine usq; ad terminos orbis terrarum, referente Arn. Clapm. de arc. rer. lib. 5. c. 11. Quis ergo huic fidelissimo, (si Diis placet) Pastori vitio vertet, quod de ovibus suis tám sollicitus illam pacem ratã habere recusat, quæ veluti hæreseos nutricula gregem suæ curæ commissum pestifera lue inficit? Valeat itaq; hic Politicorum axioma: Honestum bellum turpi paci esse præferendum. III. Quæ concernunt cultum divinum, non ad Laicos, sed ad Ecclesiasticas personas pertinent. Hinc Ozias Rex populi Israelitici lepra fuit percussus, quod contradicente Clero templum DOMINI ingressus, incensum super altare adolere voluit, 2. Paralip 26 v. 16. Et Sacerdotium ac Imperium separata DEI dona vocat Justinus in Novell. 6. in princip. At negotium illud pacificatorium, de quo agitur, cultum divinum concernere, nemo sanus, opinor, negabit: quid enim Religio aliud, quám cultus DEO rité præstandus? Augustin. de civit. DEI, lib. 10. cap. 10. IV. Quemadmodum absurdum ac ridiculum est, ut ovis quidquam circa officium pastoris decernat: ita non minus deridendum se propinabit, qui dixerit, posse Laicos quidquam statuere in causis Religionis, cujus cura ad officium pastoris unicé pertinet: omnes enim Laici, quantumvis officio Magistratus fungantur, sunt oves respectu Clericorum, Helfr. Ulr. Hunn. de auctorit. jur. c. 1. quæst. 7. V. Res inter alios acta, aliis præsertim legitimé non citatis obesse non debet, Dd. in l. 47. & 63. de re jud. Arqui pacificatio nostra absente, imó & contradicente Pontifice Romano inita. Quin imó Paulus III. graviter eo nomine cum Carol. V. quod falcem in alienam messem mitteret, expostulavit, War. de Erenb. de subfid. Reg. pag. 17. uti ex ipsius admonitione, quæ exstat apud Gold. polit. Imp. p. 22. videre licet. VI. Vasallus de feudo in præjudicium

dicium domini nihil omninó disponere potest, c. imperialem, 2. F. 52. At Imperator noster est vasallus ligius Pontificis Romani, 2. F. 100. & per ea, quæ tradit Auctor bruti fulm. p. 79. quæ causa est, quod in capitulatione illa solemni, ad cujus capita servanda religiosé Imperat. se obstringunt; diserté cautum sit; *quod tempore sui officii & regiminis Rempubl. Christian. & sedem Roman. sanctitatemq; Pontificiam, & Christianam Ecclesiam, ceu ejusdem Advocati commendatam sibi habere, tueri ac defendere velint*, Sleid. lib. 1. p. 82. c. tibi domino, dist. 63. & Clem. un. de jurej. quamvis hodie Electores seculares expresé excipiant, se in id, quod de Pontifice dicitur, consentire, eoque nomine Imperatorem obligatum esse nolle, capitul. Rudolph. II. apud Gold. polit. Imp. p. 12. pag. 608. Quo spectat versic. ille, quem refert Rittersh. in proleg. part. feud.

Rex venit ante fores, jurat prius urbis honores,
Sic homo sit Papæ, sumit quo dante coronam.

secus quám alius habet vulgatus versus:

Sanguine Romanum sibi Regnum Carolus aptè
Adsociat proprio: proprio quoq; sanguine servat.

Non itaq; Carol. V, citra perjurii notam in grave sedis R. præjudicium per nostram pacificationem clientelari ejusdem Imperio de Religione quidquam statuere potuit. VII. Papa est supereminens potestas super omnes Reges & Principes, c. solicitæ. E. de major. & obed. adeó ut Imperator reus coram Pontifice Romano conveniri queat, per ea, quæ tradit Paurmeist. de jurisd. lib. 2. c. 3. Besold. de succes. reg. c. 1. n. 14. imó per scalas equum adscendenti stapham tenere, & per aliquod spatium equum ducere; in convivio ad lotionem manuum aquam præbere, & ad mensam Papæ primum ferculum portare necesse habeat, uti refertur ex lib. 1. ceremon. tit. 2. §. ordo processionis, &c. Quis ergo ex his omnibus non videt, illud statutum, quod contra tantam dignitatem & libertatem sedis Rom. conditum est, pro crasso & irrito habendum esse? auth. cassa. C. de SS. Eccles. Nec est, quod hic suspensio jurisdictionis Ecclesiasticæ objiciatur Pontifici, quasi hujus vinculo ipsius manus ligatæ sint, quo minus jure suo in Germania uti queat: Quid enim hoc aliud est, quám idē per idem probare velle, cum inter nos, dicant, non quæratur; An Pontificia jurisdictio sit suspensa: sed an in Pontificis perniciem ab aliis suspendi potuerit? Quod neque Cæsari, neq; Episcopis juramenti religio permisit, neq; reliquis Imperii Statib. integrum fuit, in quorum potestate non consistit, superioris jurisdictione pro libitu se eximere, arg. l. 2. C. de his, qui sui, & c. l. 25. C. de pact. *b*) Quod enim meretrix illa Babylonica cum sacrosancto nostro commune habet Imperio, cujus caput nullum alium, quám solum DEUM & ensem superiorem recognoscit, uti olim Ann. 1338. ab Electoribus & Statib. Imp. decretum: **Daß das H. Römische Reich das höchste Haupt in der Welt/ vnd keines Menschen Lehen vnterworffen sey/** Georg. Sigism. Seldius in pr. **Bedencken an Keys. Ferdinand/** p. 112. ut pluribus demonstrat Auctor diss. de Jure Princ. concl. 12. & Dn. Thom. Mich. de jurisd. concl. 2. & 3. *Sunt enim Sacerdotium & Imperium dona DEI separata, quorum illud divinis ministrat, hoc humanis præsidet*, Nov. 6. in princip. c. quoniam, dist. 9. c. cum ad verum, dist. 96. Quid fines invadis alios? inquit Bernh. ad Eugen. & lib. 25. consid. Meminetis tibi ministerium esse impositum; non dominium datum: Disce tibi sarculo opus esse, non sceptro, ut facias opus Prophetæ:

Aula decet Reges: CHRISTI decet Ara ministros;
Regnum cum CHRISTO non habet orbe idem.
Beust.

Ecclesiam (igitur) *regat, ille suam, divinaq; jura*
Temperet; Imperium nobis fascesq; relinquat:

generosé olim respondit Frid. Ænobarb. Legato Pontificis eumq; in Germaniam, nisi vocatum, venire vetuit, Clapm. 2. de arcan. rer. cap. 3. Rittershus. in Oration. Frider. I. Quod laudabile tuendæ Majestatis exemplum si nostris temporibus in usum revocaretur, minus forsan turbarum in Imperio esset, ac pristina animorum conjunctio, simultatibus sublatis, inter Proceres utriusq; Religionis coaleseceret: quod vix sperandum, quandiu hujusmodi juratis Romanæ sedis mancipiis ad Imp. Sacra liberum aditum habere, ac pomum Eridis in eo spargere permittetur. Quod etiam prudenter monuerunt in proximis Comitiis Status correspondentes in suis gravaminibus: Weil die Bäpstlichen Nuncii in solchen Beschwerden nicht geringen Vorschub thun / werden E. K. M. aller vaterthänigst gebeten / dem Bapst zu Rom vnnd seinen Nunciis keinen solchen Gewalt in dem Römischen Reich ferner zu gestatten: Et paulò post: In gleichem wollen E. Majestat nicht zugeben / daß durch gemelter Nunciorum Mittel Mißtrawen vnter den Ständen angestiffet vnd gepflantzt werde. Ad ea, quæ in contrarium adducta sunt, respondet ex parte potentissimus juxtâ ac literatissimus secularis eminentiæ propugnator JACOBUS VI. MAGNÆ BRITANNIÆ REX, in sua Apolog. & post Georg. Sigismund. Seld. in seinem Bedencken an Keyser Ferdinanden / D. Paræus in tract. de jure Reg. pro Serenissimo Britanniæ Rege scripto: Cætera conflictui & Theologorum judicio reservamus.

17. Continet autem nostrum *SCTM. clausulas* aliquot valde salutares, veluti I. *Adseverationem religiosam*, *a* quæ vero juramento excepta consuetudine æquiparanda. II. *Renunciationem omnium beneficiorum juris*, adeò ut ne quidem ex plenitudine potestatis *c* Cæsar quidquam contrarium statuere possit. *d* III. *Clausulam antiqui juris adversi abrogatoriam. e* IV. *Severam denique pœnam violatoribus hujus pacificationis infligendam. f*

a) d. Recess. Aug. de Ann. 55. §. Vnd damit solcher Friede / ibi: Alles bey Keyserlichen vnd Königlichen Würden / & §. Solches alles vnd jedes / ibi: Sollen vnd wollen jhre Liebde vnd Keys. Mayt. vnd wir bey jhrer Keys. vnd unsern Königlichen Würden vnnd Worten / &c. & §. seq. ibi: Willigen vnnd versprechen bey Fürstlichen Ehren vnd Würden in rechter guter Trewe vnnd im Wort der Warheit / auch bey Trewen vnnd Glauben stät / fest / auffrichtig vnnd unverbrüchlich zu halten / &c. *b*) Schönb. polit. lib. 4. & 6. p. 327. Matth. Berlich. p. 2. concl. pr. 44. nu. 24. scilicet: *quoad observantiam contractus*, per c. ad aures. E. de his, qui vi met. c. pervenit. E. de jurej & c. pervenit. X. de fidej. licet aliud vulgò placeat *ratione perjurii*, Gail. lib. 2. observ. 49. & ibi Bernh. Græv. n. 14. Mynsi. 1. obs. 17. Wes. in par. de jurej. n. 6. Hering. de fidej. c. 27. Setzer. de juram. lib. 1. c. 16. & in terminis hisce Mich. Wendl. in disser. Cath. pag. 209. & seq. *vel ratione formalitatis, q. scil. juramentum requiri-*

quiritur pro forma l. 33. de jurej. Conſult. Sax. to. 1. p. 1. q. 4. n. 16. 17. Græv. d. concl. 59. in pr. n. 15. & 26. Matth. Berlich. d. p. 2. concl. 21. n 35 ubi præjudicium Facult. Jurid. in Acad. Lipſ. allegat, & eleganter poſt plures alios Dn Hillig. Amicus meus lib. 24. Don. Enucl. c. 13. lit. E. *c*) Cujus clauſulæ effectus recenſet Joh. Ruding cent. 1. obſ. Cam. 51. Vulgó n. Dd. in c. quæ in Eccleſiarum, E. de conſtit. *poteſtatem Principis bipartitam* faciunt. ORDINARIAM, qua ratione præeminentiæ ſuæ diſpenſat contra jus com. cum modico partis incommodo, Theſſ. dec. 91. nu. 2. ſeq. & ABSOLUTAM, ſeu PLENAM; qua Princeps alicui ſuum non refuſo pretio aufert, juxta Dd. citatos ab Hier. Cæval. in ſpec. opin. com. quæſt. 577. & Bernh. Græv. lib. 2. concl. 56. conſid. 1. in pr. Et qua Princeps bonis ſubditorum non ad publicam utilitatem, ſed ad voluntatem & voluptatem ſuam utitur, Warem. de Erenb. de ſubſid. Reg. cap. 11. ubi quærit & excutit, *An jus Regis à ſcribatur*, 1. Reg. c. 8. quod poſt Bodin. lib. 1. de rep. cap. 1. in prin. & alios negat Caſp. Glock. de contrib. concl. 46. quamvis id facilimè largiar Auctori diſſ. de jure princip. nihil in hoc cap. referri, quod publica neceſſitate urgente & ſalute patriæ in diſcrimine verſante jure & bona conſcientia facere non poſſit. Cæterum *poſterior hæc poteſtas verè loquendo Tyranni & plenitudo tempeſtatis rectius appellatur, quàm poteſtatis*, Beſold. de appell. c. 1. v. 35. *diſputationis flagitium*, Clapm. de arcan. 4. cap. 16. *ideoq; à ſanioribus JCtis pro genuina ſpecie non agnoſcitur*, Everh. á Middelb. loc. leg. 129 tit. de plenit. pot. Carol. Tapia ad l. fin. de conſt. princ. cap. 1 num: 77. ſeq. Covarr. var. reſol 3 cap. 6 num. 7. Vaſq. 1. illuſtr. controv. 26. num. 22. Theſſ. d. deciſ. 91. Pinell. ad rubr. l. 2. C de reſ. vendit. cap. 2. num. 24. ſequent. Fachin. 8. controv. cap. 63. Georg. Enenkel. Baro de privileg. libr. 3 cap. 5. Nicol. Berſ. de pact. fam. illuſtr. cap. 8. p. 411. Hunn. de tranſact. cap. 4. exerc. 2. Et eorum, qui Principem pro libitu contra jus diſpenſare & quadrata rotundis mutare poſſe dicunt, inſanientium magis, quàm jurisprudentium loquelam appellat Valaſc. de jure Emph. quæſt. 8. Et Warem. de Erenb. d. tract. cap. 15. num. 16. dubitat, an ab homine, an diabolo ſint prolata illa plenitudinis jura: Et ſi qui ſunt, qui contrarium ſentiant, ii magis mihi Placentiam tendere videntur, quam Veronam, inquit Parlad. 2. rer. quotid. cap. fin. p. 1. §. 7. num. 10. *d*) d. § Solwes alles/ibi: Vnd darüber jetzo oder künfftig/weder auß Vollkommenheit oder vnter einigem andern Schein/wie der Namen haben möchte nicht fürnehmen/ꝛc. *e*) d. receſſ. § Vnd ſoll alles das in hievorigen Reichs Abſchieden/Ordnungen/oder ſonſt begriffen vnnd verſehen/ſo dieſem Friedsſtande zu wider ſeyn möchte/demſelben nichts benehmen/derogiren noch abbrechen/auch dargegen keine Declaration/oder etwas anders/ſo denſelben verhindern oder verändern möchte/nicht gegeben/erlangt noch angenommen/oder ob es ſchon gegeben/dennoch von vnwürden vnd vnkräfften ſeyn/vnd darauff weder in: noch auſſer Rechtens nichts gehandelt oder geſprochen werden: de cujus clauſulæ efficacia, vid. P. Matthi: Wehner. pr. obſ. verſ. vnbündig. Etſi enim §. hujus diſpoſitio ipſa natura hujus pacificationi ineſſe videtur, tum quod pacta noviſſima derogent prioribus, l. 12. C. de pact. tum quod lex poſterior priorem tollat, quatenus illi contraria eſt, l. 28. ff. de ll. cap. cum expediat. de elect. in 6. l. 102. Verb. Signif. Unde illud XII. tab. quodcunque poſtremum populus juſſiſſet, jus ratumque eſſe, Liv. lib. 7. & 9. etiam clauſula derogatoria non ſit adjecta, Fachſ. inter conſ. Modeſt. Piſt libr. 2. conſ. 8.

nu. 30

nu.30. Et ob id supervacua illi videri possit, Br.in l.idem Ulpianus,§.sunt.& alii,de de excus.tut.prudenter tamen fecerunt laudatissimi illi Nomothetæ,quod omnem cavillandi ansam turbulentis ac contentiosis ingeniis,quantum in ipsis fuit,præcidere voluerunt, ut qui maturo judicio perpenderunt, quod Auctor vindic. contra tyr.q.1.scribit,& Colleg.JC.Marpurg.causa B.contra B.apud Scheffer.p.3.q.48.p. 367. quibus consentit Vent.de Valent.Parth.litig. lib.1.c.8.n.11. *nihil tam firmum esse, quod non convelletur, nihil tam certum, quod non controvertatur, nihil denique tam sanctum, quod non violatur.* *f*) d. §. Vnd damit solcher Friede/ in fin. ibi: **Alles bey Keyser: vnd Königlicher Würden** / & §.seq. his verbis: **Bey Vermeydung der Peen in dem auffgerichten Landfrieden begriffen**/ &c. Denaiss. de jure Camer. tit. de pace relig. Est autem illa POENA in SECULARIBUS delinquentibus BANNUM sive publica proscriptio, qua violatori aqua atque igni interdicitur, ita ut á nemine in clientelam, fidem aut amicitiam recipi, ab omnibus verò tám in persona quám bonis impuné offendi queat, Gail.1. de P. P. cap.9. num.1. ECCLESIASTICI verò turbatores non ordinaria pœna banni plectuntur: sed Regalibus duntaxat privilegiis Imperii per declaratoriam sententiam (non sub dio, uti seculares) sed in ipso Consistorio, judice pro tribunali sedente, privantur, juxta notata Gail. d.cap.1. num.13. cum judex laicus in personis Ecclesiasticis fundatam jurisdictionem non habeat, ne quidem ex jurata earundem conventione. cap.si competenti, E. de for. comp. cap. at si Clerici, E. de judic. in tantum, ut Marian. Jesuita scribat, præstare impunita relinqui scelera, quám ex sacro ordine aliquem punire: quám pié, ipse viderit.: *Praterquam si feuda possideant ab Imperio:* horum namque ratione laico foro subjiciuntur, ac Cæsarem tanquam supremum caput (non solùm in prima, sed etiam in secunda instantia, Pert.Frid.1.de proc.cap. 11 per tot. Boeer. de jurisdict. cap.3. num.52 Hillig. libr.17. Don Enucl. cap.10. liter. X.) competentem judicem recognoscunt. c.verum, c.ex transmissa, E.de for. comp. Wehner.pract.observ.verb. **Standt des Reichs**/ Hunn de auctor. jur. part. 2. cap.8. quæst.2. quod unicum ex tanto secularis potestatis in personas Ecclesiasticas naufragio post transactionem Friderici III. cum Pontifice Nicolao V. initam Anno Christi 1442. remansit reliquum; quod latius explicat Dn. Arn. Engelbr. de jurisd. concl.67. Gail.1.obs.30. & ibi Græv. & concl.37. cons.4. ubi n.4. ait: Si contra Clericum vasallum principaliter ageretur ad privationem feudi, quod semper judex Ecclesiasticus cognoscat; non verò feudi dominus. Sed quod pace Dn. Gallii dictũ volo, illa traditio juribus Imp. mihi non omnino consona videtur. propter recess. de Anno 48. tit. **Ob geistliche Personen**/ vers. **So setzen wir sie hiermit aus vnser vnd des Reichs Gnade vnd Schirm: Wollen sie auch als Verhinderer des Friedens in jhrer Widerwertigkeit nicht versprechen noch verthädigen**/ idque disertis verbis adfirmat Mynsi.1. obs.22. & 5. obs.85. ubi citat præjudicium Episcopi Bremensis, & novissimè Mich. Wendl. diss. Cath. p 158. seq. Atq; huc spectat elegans Epistola Frid. Imp ad Hadr. Pontificem, qui reprehendebat Imperatorẽ, quod nomen suum oræponeret, & ab Episcopis homagium exigeret: *Quicquid Papatus vester regale habere dignoscitur, inquit, largitione Principum obtinet, & recte ab his homagium exigimus, qui regalia nostra tenent: Aut igitur regalia nostra dimittant, aut si hac utilia judicaverint, quæ DEI DEO, quæ Cæsaris Cæsari persolvant.* Auctor jur. princ. concl.12. Georg. Sigism. Seldius in seinem Bedencken an Keyser Ferdinand/ pag.99.

18. Etsi

18. Etsi vero subtili ratione juris inspecta lex ipsum legislatorem non obligat: *a* propterea quod nemo sibi ipsi imperare queat: *b* & quod in quavis oratione loquentis persona excipiatur: *c* quia tamen Princeps & Senatus declararunt, & quidem sanctissimis ac religiosis verbis, quod huic pacificationi parere velint: *d* utiq; hoc ipsorum placitum legis instar erit. *e*

a) argum. l. 31. d. ll. & Novell. 195. in fin. Bocer. d. invest. c. 3. n. 86. Dn. Jac. Schultz. pract. quæst. 70. nu. 104. *b*) l. penult. de rer. arbitr. l. 40. §. ult. de fid. l. 22. in. prin. de leg. 3. Surd. dec. 13. n. 11. Arnis. de jure Maj. 1. c. 7. n. 5. *c*) l. 18. C. de solut. Jac. Schultz. pr. quæst. 3. num. 6. Menoch. 3. præs. 44. *d*) de rec. §. **Vnd damit solcher Friede/ &c.** *e*) l. 4. C. d ll. l. 3. C. de testam. §. fin. l. quib. mod. test. in fir. Don. 1. com. 17. Duar. ad tit. de ll. cap. 5. eleganter Hunnius de Auct. jur. princ. concl. 44. Buxdorf. sup. A. B. concl. 7. Quo spectat præclara illa vox Trajani: Quod ego nunc primum audio, nunc primum disco: Non est Princeps supra leges. Hinc rectè Apollonius Thyaneus ad Domitian. Imp. Hæc mihi dicta sint de legibus, inquit, quas si tibi imperare non putaveris, ipse non imperabis: & Plin. in paneg. ad Traj. In rostris simili tu te religione ipse ll. subjecisti Cæsar, quas nemo Principi scripsit, sed tu nihil amplius tibi vis licere, quam nemo Goth. ad d. N. cap. 5. in fin.

19. Sed quid dicendum est de *Successore Majestatis Imperatoriæ*; An etiam hic pacem religionis ex pacto sui Antecessoris *a* inviolatam servare tenetur? *b* Verius est eum non tàm ex alieno facto, quàm vi propriæ & quidem juratæ conventionis, quam vulgo CAPITULATIONEM vocant, *c* ad religiosam ejus observantiam omni jure obstrictum esse. *d*

a) Sæpe d. §. **Solches alles/** ibi, **Für vns vnd vnsere Nachkommen/** & §. seq ibi: **Auch für jhre Nachkommen vnd Erben/** *b*) Nobilis & vexata quæstio est, (inquit Alb. Gent. 3. de jure bell. c. 22.) ac gurges disputationis teste Hering. de fidej. c. 27. p. ult. n. 101. *An Successor dignitatis ac in specie Imperator Romanus prædecessoris sui præstare teneatur?* Multis negativa arridet ex eo, quod ille Imperium adipiscitur non jure successionis, sed electionis, uti post Everhard. loc. leg. à plenit. pot. 129. n. 9. testatur Rosenth. de feud. c. 6. concl. 17. Vult. de feud. 1. c. 10. nu. 16. Bocer. de regal. c. 4. c. 16. v. licet, ideoq; ex alterius facto vel contractu non tenetur. l. 25. de O. A. §. Inst. de act. nisi talis successio cum hereditate defuncti sit conjuncta, l. 14. C. de R. V. l. 49. de O. A. Verùm communior est Dd. opinio, ex contractu Principis officii ratione celebrato Successorem quoque firmiter teneri, præsertim si publicæ utilitatis causa subsit: quia non tàm Imperator, quam Imperium per Imperatorem pacisci intelligitur, Treutl. p. 1. disp. Pand. 6. th. 7. quemadmodum verò dignitas nunquam moritur, Alciat. cons. 4. num. 61. vol. 4. Berlich. p. 1. concl. pract. 14. num. 25. per c. quoniam E. de off. deleg. ita nec obligatio, quæ ejus nomine contracta est. Ita sentiunt ex multis Bodin. 1. de repub. cap. 8. Arnisæ. de jur. Majest. 1 c. ult. in fin. Andr. Kohl. de subfeud. cap. ult. num. 61. Rosenth. syntag. feud. cap. 6. conclus. 17.

lit. C. Gylmann. de rer. judic. 3. decis. 51. numer. 30. Pruckman. 2. consil. 19. numer. 24. Tapia ad l. final. de constitut. prin. p. 2. cap. 9. numer. 11. sequent. Georg. Enenk. B. de privil. libr. 3. capit. 8. numer. vigesimo tertio & capit. 11. per tot. Besold. de success. Regal. libr. 3. dissert. 2. Buxdorff. ad A. B. conclus. 37. & Joach. Cluten syllog. rer. quot. thes. 18. liter. F. Unde notabiliter infert Henr. Bruning. de vnivers. conclus. 63. Si privilegium concedatur ad Cæsareæ Majestatis beneplacitum, quod morte concedentis privilegium non exstinguatur, cum non tám contemplatione personæ, quám Majestatis, quæ montis expers, intuitu indultum sit. Ex quo fonte etiam promanat illa Dd. adsertio, quod *Successor dignitatis illas donationes* (vel exemtiones ab Imperio,) *à Prædecessore in grave reip. detrimentum factæ sunt, illæsâ existimatione revocare queat*, per c. fraternitatis. E. de donation. c. intellecto. ubi CC. E. de jurejur. Papiens. in pr. aur. tit. 15. gloss. 8. num. 3. Nicol. Reusner. libr. 4. decis. 4. per disc. Rich. Diet. de summ. Imp. thes. 53. Bocer. de investit. c. 3. num. 70. Thom. Mich. de jurisdict. conclus. 15. sequ. ubi ex Baldo ait, Imperium se habere instar corporis, cui si vel auricula amputetur, monstrosum efficietur. Et si enim inter regias virtutes non minima est LIBERALITAS, quæ Principi laudem & amorem conciliat: ea tamen ut cum delectu (& modo) fiat, necesse est, Suet. in Tit. Vesp. lib. 3. cap. 35. *Non enim est liberalis, qui dat indifferenter*, (aliâs & prædo, qui uni aufert, & alteri largitur, liberalis esset) *sed qui rectè discernit inter accipientes, & modum in largiendo observat:* Fulv. Pacian. de vero princip. cap. 3. num. 90. Neq; caret hęc assertio, quantumvis apud aulicos quosdam vultures odiosa, insignibus exemplis. Sic enim Galba profusas bis & vicies mille sestertium largitione Neronis revocavit, decima parte liberalitatis apud quemque relictâ, Arnold. Clapm. de arcan. rer. 5. cap. 15. Justissimum enim est hoc jure repeti, unde inopiæ caussa erat, inquit Tacit. Carolus VIII. Rex Galliæ Ludovici Patris donationes immodicas rescidit, & fisco inferri curavit. Ita Franciscus I. gratiam supremi Imperii in Principatu Arausiensi Johanni Cabilono ex singulari benevolentia á Ludovico XII. Antecessore factam revocavit, ejusque filiam in fidem rursus adegit, pro ut laté ex Thuan. refert. Nic. Bers. de pact. famil. ill. cap. 8. pagin. 351. seq. á qua tamen vicissim Madritiana pacificatione ejus successores liberati sunt. Idem fecit Fridericus I. in Italia, & Matthias Rex in Ungaria: ac digna est Imperatoria Majestate regnantis illa Zimisci vox revocantis id quod Nicephorus prædecessor cubiculario suo Basilio immodicé concesserat: *Indignum esse, publicis possessionibus multorum præstantium virorum sudoribus & sanguine partis unum spadonem porfrui:* referente Henr. Arnis. de jur. Maj. d. c. ult. num. 7. plura vid. apud Joach. Cluten. d. thes. 11. c) quam apud Goldast. pręcit. loc. verbotenus & apud Sleidan. lib. 1. comm, summ. videre licet: cujusmodi conventionem publicam Imper. utilitatem concernentem, qui summæ Majestati contrariam esse dicunt, illis post Hoto. cum R. Dietero concl. 74. respondeo: nullam gentem præter Turcicam, ita stupidam ac barbaram, & pecudum potius, quám hominum similem esse arbitror, qui non in Rege inaugurando aliquam ab illo conservandi regni fidem ac jusjurandum exigant? Auct. vind. cont. tyr. q. 3. Bod. d. c. 8. Cas. Caspar. in ord. de jur. bell. Bel. Ant. Col. de Imp. Germ. disp. inaug. thes. 33. & 34. Auct. des wolmeynenden Discurs / warumb die Catholischen

in

in Teutſchland ſich von Spaniern vnd Jeſuitern abſondern ſollen / p. 180. d) Dn. Jacob. Schultz. pr. q. quæſt. 70. num. 120. non ſolum DIVINO, Geneſ. 15. v. 18. Jer. 31. v. 31. ſeq. & c. 34. v. 13. 2. Reg. 11. & 2. Paral. 22. v. 3. ſed etiam HUMANO GENTIUM ac CIVILI JURE: quia lex illa naturalis, quæ pacta ſervari jubet, l. 1. ff. de pact. l. 1. de conſt. tut. pecun. neq; populi conſenſu, neq; Senatus auctoritate ſolvi potuit, §. ſed naturalia, l. de J. G. C. §. fin. l. de leg. agn. tut. Duaren. ad l. 5. ff. de pact. Matth. Stephan. d. membr. 1. c. 1. num. 68. ſequ. Dn. Oſvv. Hillig. libr. 12 Don. En. cap. 22. lit. Z. Ptuckman. volum. 1. conſ. 17. num. 66. ſequ. Schepl. in conſ. March. p. 2. tit. 8. §. 3. Hering. de fidej. c. 7. n. 285. ſequ. D. Joh. Gerhard dec. 3. pol. quæſt. 2. Jac. Schultes d. quæſt. 70. n. 106. ſeq. & in terminis Mich. Wendl. diſſ. Cathol. pag. 201. ſeq. Nihil enim eſt, quod magis præfulgeat, quàm recta fides in Principe: Unde vulgatum illud Baldi, vol. 3. conſ. 237. num. 3. Vox Principis Oraculi inſtar eſſe debet, unum habens calamum, & unam linguam, Surd. dec. 234. n. 10. Setz. de juram. 2. c. 6. n. 6. Arniſæ. de jure Maj. d. c. ult. n. 8. Quod etiam invictiſſimus ille Heros Philippus Haſſiæ Landgravius ex pectore veré Teutonico generosé teſtatus eſt hoc inſigni eloquio, quod ipſi in ore frequens fuit: **Einen Fürſten ſoll man erkennen bey reiner Straſſe/ guter Müntze vnd Haltung beſchehener Zuſage** / Sixtin. de regal. Arniſæ. d. loc. War. de Erenberg. de ſubſ. reg. cap. 5. p. 81. ſit igitur promiſſionis ſuæ proprius teſtis, & judex, qui alium non habet, coram quo conveniri poſſit, niſi ignominiam & vindicem Deum, Auctor. diſſ. de jure princip. concluſ. 72. in fin. Sed & illud obiter hîc notandum eſt, contractus Principum non admittere diſputationes ſubtiliores, & quæ ſunt de rigore juris, Mod. Piſt. vol. 2. conſ. 49 num. 57. Gail. 2. obſ. 55. num 4. Sed omnis tractatio debet eſſe ex æquo & bono, Alb. Gentil. de jure bell. lib. 3. cap. 14. ſcitè Baro Enenkel. de priv. lib. 3. c. 8. num. 5. ſeq. cum & contractus omnes Principum ſint bonæ fidei ſecundum Hotoman. conſ. 15. Ideó Mauritius Elector S. Carolo V. ſubtiles quaſdam interpretatiunculas contra Landgravii liberationem nectenti exprobravit: *At ego te tanquam Imperatorem non tanquam ICtum aut Legiſtam pactiones & fœdera interpretari volo.* Arnold. Clapm. de arc. lib. 6. c. ult. Quod cumprimis notandum contra Jeſuitarum callidas & malitioſas verborum decipulas, quas æquivocationes, id eſt, prudentem (verius dixeris diabolicam, diabolus enim ſub oraculi ſpecie ambiguis hujuſmodi reſponſis ſuos conſultores ſic ludificari ſolitus eſt) defenſionem & ſanctam doctrinam vocant, quâ noſtro ſeculo arte quâdam veteratoriâ datam fidem eludere, & perfidiæ vel amentum obducere ſolent juxta doctrinam Machiavelli in princ. cap. 18. Principi polypi morem ſecuto tùm leonis, tùm vulpis mores adſuendos eſſe: Et prudentem Principem fidem non debere ſervare, ſi ei ſit damno, & neceſſitates præterierunt, propter quas illam dedit Horum vox veré eſt Jacobi; manus autem Eſavitica; ideoque cum hujuſmodi hominibus tutó contrahi non poteſt, uti de Clemente Pontifice Carolus V. dicere ſolitus fuit. Exempla talium captiuncularum exſtant apud Alb. Gentil. d. loc. Dn. Hillig. libr. 15. D. E. c. 46. & Henr. Merkel in relat. obſid. Magdeb. §. **Vnnd ſeynd die Sachen auff eine Capitulation abgehandelt/ daß der Landgraffe an ſeinem Leibe vnd einiger Haafftgefängniß/** &c. de quo etiam meminit, Sleidan. lib. 19. p. 585. Thuan. lib 4. f. 81. & N. Betſ. de pact. fam. ill cap. 3. p. 48. ſequent. Verùm quàm impium ſit hujuſmodi hominum conſilium, & principe viro indignum, in quo nullum eſt ſplendidus jubar, quàm conſtans fides, nemo

non vider. Turpe est, inquit Belizarius apud Procop. cum aliis omnibus, tùm imprimis principi viro mentiri ac fidem fallere: jusjurandum autem & pacta etiam scripto sancita violare ne abjectissimo quidem hominem decorum esse arbitror. Et de lenta ac callida illa in religionis negotio animorum carnificina scribit Nazianz. Illud verò admodum pravum ac malignum est, quod cum nec apertè nos allicere possit, nec tyrannicè cogere præ pudore vellet, leoninæ pelli vulpinam, aut si mavis, Minoris larvam summæ injustitiæ prætexens, leniter vim adferebat, Arnold. Clapm. lib. 5. c. 8.

20. Cognito genere transeundum nunc ad reliqua definitionis membra: ubi nunc primùm in ordine se offert FINIS, *a* ad quem veluti præfixum scopum universum illud pacificationis nostræ negotium collimat: nimirum ut publica non minus Imperii Romani tranquillitas, *b* quàm Ecclesiæ mirum in modum concussæ pax & securitas *c* restitueretur, & sacra tectavè conservaretur animi Principum ac Ordinum Imperii exulcerati sanarentur, & omnis discordiæ ac diffidentiæ radix ex animis in religione discordibus penitus evelleretur. *d*

a) argum. l. 2. de statu hom. *b*) in qua totius orbis Christiani salus consistit, §. 1. quom. in læsæ Maj. crim. proc. in Extrar. quam tueri nulli magis creditur convenire, quàm Cæsari? l. 3. in pr. d off. præf. Vig. Detrahendum igitur hic aliquid fuit severitati, ut majoribus sanandis malis caritas sincera subveniret, cap. 25. dist. 50. & c. ipsa pietas, in fin. 25. q. 4. ne diuturnis turbarum ac bellorum religionis causa passim excitatorum fluctibus Respublica nostra jam satis quassata penitus submergeretur, aut per dissidia intestina enervata vicinis hostibus prædæ exponeretur, Auctor diss. de jure princ. concluf. 27. per civiles enim dissensiones, præsertim Magnatum Respublica magno damno adficitur, l. 21. §. 1. ff. de capt. & postl. rev. *c*) cognoscebant enim optimi Principes Deo se rationem reddere debere propter Ecclesiam, quam tuendam suscipiunt, inquit c. principes, 25. *d*) hoc nostro Recess. §. Vnnd haben demnach den Articul des Friedens/wie gemeine Ruhe vnd Sicherheit in Teutscher Nation zuerlangen/wie auch Chur/Fürsten vnd Stände in ein gutes Vertrawen gegen einander zu setzen/dardurch ferner Nachtheil/Schaden vnd Verderben abgewendet werde/& §. seq. In solcher fürgeschlagener Berathschlagung/vers. Welche aber zu Erhaltung der Stände vnd Vnterthanen Gemühter widerumb in Ruhe vnnd Vertrawen gegeneinander zu stellen/vnser gelichtes Vatterlandt vor endtlicher Zertrennung vnnd Vntergang zu verhüten. Quem finem utinam adversæ sectæ adsectæ semper ob oculos haberent, non ita facilè Jesuitarum illecebris ad probandam nostrorum persecutionem inducerentur; & illius Terentiani memores; Omnia prius consilio quàm armis (veluti extremo remedio) experiri, sedulam operam navarent, Auctor des wolmeynenden Discurs/ic.

21. Post finem succedit *Subjectum Occupans*, *Religio* nimirum, cujus libertas vigore nostræ pacificationis permittitur, quæ duplex est; *a* una

una *Catholico Romana:* altera *Confessio Augustana*, pro ut invictissimo Rom: Cæsari Carolo V. Anno hujus seculi XXX. in Comitiis Augustanis Protestantium nomine exhibita fuit: Præter quas aliam, quocunq; tandem veletur operculo, pacificatio nostra non agnoscit. *b*

a) Optandum quidem esset, fateor, ac illis, ad quos hujus rei cura pertinet: omnibus velis atq; remigiis eo contendẽdum, ut per veram animorũ in cœlesti doctrina consensionem S S. Trinitati verus cultus ac honos uniformiter constare posset, juxta præc. Apost. Pet. Ep. 1. c 3. v. 8. & 1. Cor. 1. v. 10. Auct. diss. de Jur. Pr. concl. 24. Verùm cum hanc relig. harmoniam forsan magis optare, quám in hac extrema perversi mundi senecta, tantaq; rerum humanarum fragilitate sperare liceat, Vent. de Valent. in part. litig. lib. 2. c. 3. nu. 1. prudentissimé summi Reip. Rom. moderatores imitati sunt Naucleros, qui, cum in tempestatibus maris reflantium ventorum vi atque impetu eo, quo cupiunt, pervenire nequeunt, quo possunt, cursum dirigunt, ne, si rectum cursum tenere velint, naufragii periculum subire teneantur, uti rectè consuluit Cæsareæ Majestati Lazarus **von Schwendi / im Bedencken an Keyser Maximilianen den andern** / nu. 3. & 81. quem sequitur D. Joh. Gerhard. disput. polit. ultim. th. 43. & D. Paræus in suo irenico cap. 12. præstat enim paucos conservare pios, quam committere, ut omnes cum republ. eversa pareant, inquit Auctor jur. princip. concl. 24. Sic etiam á Protestantibus in toleranda Romana religione aliquid condonandum fuit reip. tranquillitati, ac ferenda illa religio, quam sive reip. interitu auferre nõ poterant, D. Gerh. th. 46. Sicuti lib. Impp. Constãs & Theodosius Arianã hæresin, q̃ salva rep. exstirpare nõ poterant, in suo tóleraruntImperio Auct. **des wolmeynende Discurs / &c.** & Lazarus **von Schwendi in angezogenem Bedencken** / n. 83. publici n. boni tam sancta, tam antiqua ratio haberi debet, ut ei omnia jura, adeoq; Princeps ipse, qui propter bonũ publicũ natus est, cedere debeant: quemadmodum bellicosissimus Gall. Rex Henr. IV. qui magnus appellatur, dixisse fertur: Se pro salute populi sui vel ad inferos iturum esse, Arnold. Clapmar. libr. 4. cap. 2. Nec audiendi sunt vociferatores illi turbarum cupidi, qui plenis buccis clamitant, religionis disparitatem esse seminarium seditionum ac turbarum in Imperiis; non enim religio hæc vel illa seditionis causa est, sed de pravissimorum hominum, qui alto quodam supercilio nullum alium cultum, præter illum, in quo ipsi-soli sibi sapere videntur, ferre possunt, vecors atque corruptus animus, teste Clapmar. d. libr. 4. cap. 21. Ideó veré Orosius dixit: Rerumpubl. mala non nasci ex religione; sed fuisse semper in universo orbe terrarum. *b*) §. **In solcher fürgeschlagener Berathschlagung** / vers. **Wo ferne dann in wehrender Spaltung** / ibi: **Damit beyderseits Religion hernach zu vermelden** / & §. seq. **Vnd damit solcher Friede** / vers. **So sollen die R. M.** & §. **Dagegen sollen die Stände / &c.** & omnium apertissimé in §. seq. **Doch sollen alle andere / so obbemelter Religion nicht anhengig / in diesem Frieden nicht gemeynt / sondern gäntzlich außgeschlossen seyn** / Pet. Frid. de proc. lib. 1. c. 28. num. 2. Ex quo facilé colligi potest, quid de ZWINGLIANIS sive CALVINIANIS (uti vulgó ab Auctoribus hujus sectę vocari solent) ex tenore hujus pacificationis statuendum sit? Si cum Protestantibus in articulis doctrinæ August. Confess. comprehensis consentiunt, res salva est: sin minus, eos per d. §. **Doch sollen alle andere / &c.** di-

sertis verbis penitus exclusos esse, cum D Leonh. Hütt. in suo Calvinist. Aulic. pol. & Bidenbach. nob. q. hendec. 1. q. 6. n. 3. contra quosdam Politicos, quorum argumenta recenset Auct. diss. de jur. princ. concluss. 29. & Auct. **des wolmeynenden Discurs / warumb die Catholischen in Teutschlandt sich von den Spannern absondern sollen / &c.** intrepidè adfirmo. Unius enim exclusio est alterius exclusio, l. 12. in pr. de jud. Et casus non expressus habetur pro omisso, l. quicquid, 99. de V. O. l. un. §. sin autem, C. de cad. toll. præsertim quando facilè fuisset exprimere, si legislator voluisset, Johan. Petr. Surd. decis. Mant. 202. num. 9. & 10. Evolvantur saltem superiorum temporum historiæ á Sleid. fida manu literis consignatæ, ex quibus lectori satis abundè constabit, Protestantes noluisse in causa confess. cum Calvinianis quidquam habere commercii: Et libr. 7. diserte ait; Argentinensibus atque sociis domum Cæsaris evocatis in Ord. consessu recitata est ipsorum doctrinæ confutatio, scriptum prolixum & valdé acerbum, ea parte potissimum, ubi de cœna Domini tractatur. Et refert Goldast. tom. 1. const. Imp. pag. 510. sententiam satis acerbam, quam Carol. V. contra prædictos sectarios tulit. Inspiciatur formula Francofurtensis de Anno 39. qua inter alia capita expressé cautum, quod illis induciis nec Anabaptistæ, nec alii, qui diversam ab Augustana confessione doctrinam profitentur (at quinam tum temporis erant illi? Calviniani, opinor) nequaquam comprehendi deberent, Sleidan. libr. 12. comm. pag. 342. Et cum hac sententia convenit etiam resolutio Protestantium, quam in Comitiis Augustanis Anno Christi ∞ 10 LXVI. CÆSAREÆ MAJESTATI exhibitam fuisse legi super hoc puncto: **Ob sie den Churfürsten / Pfaltzgraffen** (Fridericum tertium) **für einen Standt der Augspurgischen Confession verwandt hielten vnnd erkennen / nach deme Secten vnter S. Churfürstl. Gn eingerissen**/ his verbis concepta: **So thun sich gemelte Ständte lauter vnd außdrücklich erklären / daß sie darfür halten / daß der Churfürst im Hauptarticull der allein Seligmachenden Justification (in welchem sich anfänglich für dieser Zeit die Religions-Zweyung erhaben) auch in vielen andern der Augspurgischen Confession anhängig sey: Im Articul des Heiligen Nachtmals können sie nicht erkennen / daß es Ihre Churfürstliche Gnade mit jhnen Gleichförmig halten.** Protestor tamen palam & solemni modo, isthæc non eo á me scribi animo, quasi ego facem turbarum accendere, & ad Calvinianos tanquam hostes & nullo pacis publicæ commodo dignos vi ferroque persequendos classicum canere velim: sed adquiesco judicio D. Lutheri, qui in libello, **Daß die Wort / &c. noch feste stehen / sic scribit: Weltlich wollen wir mit euch** (Zwinglianis) **eins seyn / das ist / zeitlichen vnd leiblichen Friede halten: aber Geistlich wollen wir euch neyden vnd hassen /** referente Auctore Epistolæ ad Senatum Francofurt. **Vber den Bedencken ob die Reformireten zu Franckfurt zu dulden /** pag. 54. Et Dn. Leonhard. Hutterus in disput. pro libro Concord. adversus criminationes Rudolph. Hospin. Wittebergæ 21. Nov. Ann. 1611. habita th. ult. concludit his verbis: Nos & orthodoxos quosque consentire minimé posse, ut tanquam veri & genuini Confessionis Augustanæ soeii pacem hanc (religionis nimirum) impetrent. Alias si extra istum respectum quæstionis cardo vertatur, usque adeó firmam & constantem pacem ipsis non invidemus, ut velhæc quoque pars sit minimé postrema precum nostrarum, ut Deus dissipet omnia consilia eorum, qui bella volunt: Et ut tam illis, quam nobis aurea

pax

par domi forisque constare queat. Quo cum consentit prædicta resolutio, quæ inter alia sic habet: **Vnd wiewol die Stände der Augspurgischen Confession verwandt/sich Gewissens vnd Gehorsambs halber auch der Warheit zum Beystand gegen der Keyserlichen Majestat deromassen erkläret: so were doch jhr Gemüth/ Will/ vnd Meynung gar nicht/ den Churfürsten Pfaltzgraffen/ oder andere/so in etlichen Articuln mit jhnen streitig/in Teutschen oder in frembden Nationen in einige Gefahr zu stellen/ oder auch des Gegentheils Verfolgung (welche in oder ausserhalb Teutscher Nation fürleufft) zu billigen/sterckē/oder den armen betrübten/bekümmerten des Worts Christi jhr Creutz vnnd Verfolgung schwehrer vnd gröſſer zu machen/ꝛc.** Quod etiam non diffitetur Auctor Autonomiæ, tit. **Von der weltlichen Obrigkeit/daß die Christen an jhr Gebott nit gebunden seyn/ꝛc.** p. 129. seq. ubi ait: Eventus illorum comitiorum (licet initia admodum viderentur aspera) quantum ad Calvinianam religionem hic fuit, ut Calviniani á sociis Confessionis non modo tolerati, sed etiam in clientelam atq; gremium Augustanæ Confessionis recepti sint, ac deinceps supremo illius religionis patrono in publicis actibus de religione directorium seu potestas suffragia colligendi atque concludendi commissa fuerit.

22. Quæ tolerantia uti ad retundendas Pontificiorum callidas fraudes, *a* & sanguinarios Jesuitarum conatus, *b* ac conservandam pacem publicam summe necessaria fuit: ita etiam prudentissimè Cæsareæ Majestati á prædictis Imperii Ordinibus commendata est. *c*

a) Quas optimé calluit Pontifex ille, de quo Jovius in vita Colum. Controversiam, inquit, Calumniorum, & Ursinorum in immensum alebat mira simulatione, modo his, modo illis favens, & occultè utriusq; pecuniam & arma submittens, ut mutuis attriti cladibus ab ipso demum sine negotio delerentur; qua in re imitatus est exemplum Philippi Regis Maced. qui teste Justino libr. 8. histor. velati é specula quadam libertati omnium insidiatus, dum contentiones civitatum alit, auxilium inferioribus ferendo, victos pariter victoresq; regium potestatem subire coëgit. Et de Gregorio IX. scribit Aventinus: Gregorius IX. P. M. non it inficias, sed ingenué fatetur, visum esse Flaminibus Romanens. Imperium Germanum magis florere, quám ipsis utile foret. Placuit id contundere, atque discordia non solum debilitare, sed in cineres quoque ac favillas redigere, & Fridericum de fastigio rerum humanarū deturbare, **Stattliche Außführung/warumb die Stände Augspurg. Confession das Concilium zu Trient nicht besuchen/ꝛc.** pag. 474. Quo spectat Epistola Imp. Ludovici IV. ad Johan. XII. Pontif. R. **Er (Papa) hat sich öffentlich hören lassen: Ein Bapst soll allen Fleiß ankehren/ damit er die Kupfferne Schlange** (vires & robur Germanorum) **zerbreche vnd zertrenne/** Seldius **in seinem Bedencken an Keyser Ferdinanden/** pag. 104. Quis enim ignorat, pestifera illam luem, & Sathanæ extremam progeniem jam per multos annos omnia sua consilia eo direxisse, ac nulli labori nullivé summi pepercisse, ut illos, qui nobiscum Pontificis jugum excussérunt, (sive sint Lutherani, sive Calviniani) blandis dolis periculoso Marte committant, sperantes fore, ut utraque parte mutuis lanienis sic enervata, incentores illi crudelissimi veluti é littore naufragium in

in alto mari spectantes tabulas relictas in suam potestatem redigant, & cum victore non minus, quam cum succumbente pro arbitrio Regis Hispaniarum disponant? **Erjnnerung des trewhertzigen Patrioten/** Auctor **des wolmeynenden Discurs/ Warumb die Catholischen in Teutschlandt/ &c.** Auctor diss. de jure princ. concluſ.29. Quod tale monstrum hodie in sinu foveant Jesuitæ, non obscuro prodidit indicio Joh. Windeck de extirp. hæres. p.224. Regibus & Principibus, inquit, Romanæ sedi addictis, suasor sum, ut hæreticorum simultates ad Catholicorum emolumentum trahant, alios ab aliis divellant, omnes ab invicem dirimant, ne qua sit consiliorum communicatio & voluntatum consensio: sic divulsi singuli facilius debellari, & ad imperata facienda cogi poterunt: Atque hoc artificio Imperatorem Carolum V. in bello Smalcaldico Protestantibus debellandis feliciter usum esse. Et quid aliud in pectore clausum gestabat hirundo illa purpurata Farnesius, qui ad prædictum bellum proficiscens tantam se per Alemanniam stragem daturum dicebat, ut equus suus in hæreticorum cruore natare posset? Sleid. com. l. 17. Dress. in orat. fun. Elect. Aug. pag. 646. Nimis itaq; simplices mihi videntur illi, inquit D. Paræus in suo irenico, pag. 78. qui non creduntaut observant Papam commune exitium Lutheranis & Calvinianis æqué parare & pariter utroſq; amare, h.e. Vatiniano odio prosequi, ut si unos in jentaculo, quod dicitur, absorpserit, alteros in prandio vel citius devoret. *c)* Ad exemplum Medicorum, qui in morbis gravioribus plus quandoq; proficiunt quiescendo, quam movendo & agendo, D. Gerhard. disp. pol. ult. th. 46.

23. Sequitur nunc tertium definitionis membrum, nimirum *Forma* seu facultas colendæ Religionis alterutrius libera. Quæ consistit vel in ipso Religionis *Cultu*: vel ejusdem *Accessoriis*. Illa vel *Propria* est; vel *Impropria*. *Propria* est facultas colendi religionem suam tám liberrimé, ut sine ulla offensione in eo, quo degit loco, publicum ejus exercitium habere queat.

24. In hac igitur facultate propria spectanda I. *Actio Voluntatis Libera* ab omni inquietudine prorsus immunis, sive illa sit violenta, sive injuriosa.

Qua fit, quod nemo contra conscientiam, scientiam aut voluntatem suam religionis alterutrius causa offendi debeat, d. §. **Vnd damit solcher Friede/** ibi: **So sollen die Keyserliche Majestat/ wie auch Churfürsten/ Fürsten vnd Stände keinen Standt des Reichs von wegen der Augspurgischen Confession/ &c. mit der That gewaltiger Weise vberziehen/ beschädigen/ vergewaltigē/ oder in andere Wege wider sein Conscientz/ Gewissen vnnd Willen von der Augspurgischen Confession/ &c. dringen/ oder durch Mandat/ oder in einiger andern Gestalt beschweren oder verachten/ sondern bey solcher Religion/ Glauben/ Kirchengebrauch/ Haab/ vnd Gütern/ &c. rühiglich vnd friedlich bleiben lassen:** Eademq; reperuntur quoad Religionem Catholico-Romanam, in §. **Dargegen sollen:** & §. **Nach deme aber in vielen/ &c.**

25. II. *Publicum Religionis Exercitium*: Quod consistit in doctrina sua

suâ palám profitendâ: *a* ceremoniis & ritibus in Ecclesiâ suâ receptis, aut in posterum recipiendis, pié observandis, Sacramentis pro more solito administrandis, & summatim in omnibus iis peragendis, quæ religionis suæ ratio ac institutum flagitat. *b*

a) Sive id fiat calamo, sive ore, d. §. ibi: Von wegen der Augspurgischen Confession/vnd deroselben Lehre/Religion vnd Glaubens halben/ꝛc. *b*) Sæpe d. §. in verb. Kirchengebräuchen/Ordnungen vnd Ceremonien/so sie auffgerichtet/oder nochmals auffrichten möchten. Ex Ex quo capite singulos ferè reformatæ Religionis Magistratus peculares suas ordinationes circa res Ecclesiasticas fecisse videmus: in quo quod verum jus divinum & Romanum reditum fuisse demonstrat Dn. Thom. Mich. de jurisd. concl. 4. lit. C. Simile fuit Edictum Pacificatorium in Gallia Anno Christi LXXVI. in belli loci cœnobio in Turonibus conditum, quó Rex liberum religionis reformatæ usum per universum Regnum permittebat, concessa omnium, quæ ad integram illius religionis administrationem pertinent, plena libertate concionum, sacramentorum, matrimoniorum, scholarum, consistoriorum, synodorum modo iis unus ex Præfectis Regis interesset, Thuan. hist. lib. 72. An verò Magistratus politicus ordinem sacrum immutare, & in Ecclesia Dei ceremonias abrogari possit, explicat Auctor dissert. de jure princ. concl. 54.

26. Consequens ergó hinc est, Magistratum, cui religionis permittendæ facultas competit, tot Doctores ac Ecclesiæ Ministros, quot sese opus habere arbitratus fuerit, ad docendum populum adsciscere nequaquam prohiberi posse.

Quia exercitium illud sine Professoribus hujusmodi consistere non potest, cum in bene constituris Ecclesiis non promiscua plebis multitudo Anabaptistarum more ad docendi munus admittatur: sed ordinatæ ad id requirantur personæ. Concesso exercitio, conceditur quoq; omne id, sine quo illud consistere non potest, arg. l. 2. ff de jurisd. & l. 1. §. 1. ff. si ususfr. pet. ne id, quod una via concessum est, altera rursus auferatur, l. oratio. 16 ff. de sponsal. cum quid una. R. J. 6. Gail. 2. obser. 145. n. 6. Surd. dec. 301. num. 10. 11. Quod adeó verum est, ut etiam hi auditores suos, ne ad contrariam religionem accedant, vel adversæ partis conciones in eadem civitate habitas frequentent, dehortari possint, arg. l. Proculus 26. ff. de damn. inf. Sic Capitulares Patriæ meæ Hildesheimicæ in Camera conquesti sunt: Das Bürgermeister vnd Rath der alten Statt durch jhre Predicanten jhrer Fürstl. Durchleuchtigkeit Thumbcapittel/vnd der alten Religion zugethanen Clerisey daselbst zu mercklichen nachtheil mit abstrickung der Sacramenten die Bürger in die Catholische Kirche zugehen abzuhalten vnterstanden/vnd derowegen mandatum de non offendendo contra Rath/Gemeine/vnd sonderlich wider die Prædicanten der alten Statt Hildesheim in communi forma gebeten. Quod tamen adductis rationibus complurimis denegandum censuit Dn. Correferendarius, uti votum ipsius relatum reddit apud Gylman. symph. suppl. tom. 1. p. 1. tit. 3. fol. 199. Aliud dicendum foret, si Ministri Ecclesiæ adversæ religioni adhærentes illecebris verborum,

munusculorum promissionibus, vel aliis similibus strophis inescare, & ad suas partes pertrahere adnitentur: Eo enim casu tales Ministros & Magistratus illis conniventes, crimen fractæ pacis nostræ incurrere extra omnem dubietatis aleam positum est. §. Es soll auch kein Stand den andern noch desselben Unterthanen zu seiner Religion dringen / abpracticiren oder wider jhre Oberkeit in Schutz nemen / &c. Quæ tamen prohibitio non eó extendenda, quasi Evangelicus Pontificiæ religionis subditum in agnitione orthodoxæ fidei confirmare nequeat, talem enim extensionem vocabula illa Abpracticiren non patitur, utpote verbo divino é diametro contrariam, quod non solum in conversis fidei constantiam exigit, sed & hoc insuper requirit, ut fratres quoque nostros infirmos ac titubantes fulcro veritatis cœlestis erigamus ac confirmemus. Recté igitur ad Pontificiorum gravamina Anno XCIV. in Comitiis Ratisbon. CÆSAREÆ MAJESTATI oblata á Protestantibus super hoc puncto responsum est: Da sie (Pontificii) vermeynen / es sey darinnen gesündiget / wenn ein Christ den andern / der seiner Religion vnnd Gewissens halber angefochten vnd bedränget wird / tröstet / zur beständigen Beharrung erkanter Warheit ermahnet / das wil man sich bey jhnen nicht befahren / sie wöllen denn zugleich CHRISTI vnsers HERRN vnd seiner Apostel Befehlich auch für Sünde vnd vnrecht halten. Et si telum hoc retorquere liceret, nescio an non meliori jure contra Jesuitas id ejaculari posset, qui omnes Germaniæ angulos pervagantur, ut honestorum virorum liberos, quorum ingenia usui sibi futura prospiciunt, cum summo parentum dolore ac fortunarum dispendio in sodalitium suum pertrahere queant.

27. Tertió promanat ex eodem fonte *Potestas condendi Statuta ejusmodi, quibus suæ tantum Religionis Personæ ad sacros Ordines & dignitates sub juramenti præstatione admittantur*: a ut ut illa in aliquot Conventibus publicis Augustæ Anno LXVI. & Ratisbonæ Anno LXXII. ac deinceps *Anno sequenti* á Comitibus, Baronibus, & Nobilibus liberis Augustanæ Confessioni addictis, veluti in præjudicium eorum, condita, gravissimo scripto impugnata fuerint. b

a) d. §. Damit solcher Friede: verb: Ordnung vnd Ceremonien / so sie auffgerichtet / oder nochmahls auffrichten möchten. Quod etiam confirmat §. Vnd nach deme bey Vergleichung / &c. per totum, ubi vigore ipsius pacificationis dignitatibus Ecclesiasticis privantur illi, qui ad Protestantium castra transeunt. Multò magis ergó ab initio prohibentur ingressu: Turpius enim ejicitur, quam non admittitur hospes: Et faciliús impeditur actus non factus, quám revocatur semel perfectus, argument. l. 8. ff. de his qui sui, &c. c. factum. R. J. 6. Et facil ús qu s repellitur ab obtinendo, quám semel obtento, Hering. de de fidejuss. cap. 10. num. 192. sequent. Surd. decision. 147. num. ult. Cum ergó idem communi Imp. lege cautum sit, abundantia hujusmodi Statuta dubitationis tollendæ gratia citra aliorum præjudicium facta non nocebunt, l. 81. R. J. l. non solent. 94. eod. l. 17. ubi gl. C. de testament. cum sim. juncta l. 13. §. 1. de injur. Et hoc est, quod Status ipsi sua sponte in scripto FERDINANDO Regi Anno LV. in Comitiis exhi-

exhibito adprobarunt his verbis: Gleicher gestalt wollen jhre Chur- vnd Fürstliche Gnaden sich der Chur- vnd Fürsten Satzung vnd Ordnung/ so sie jhrer/ auch jhrer Geistlichen Güter/ Stand/ Wesens/ Ampts/ Beneficien vnd Officien halber auffrichten/ nicht anmassen oder anfechten lassen/ sondern stellen dasselbe alles auff jhr selbst gegen Gott dem Allmächtigen Verantwortung/ Franc. sc. Burgh. in sua autonom p. 1. c. 4. pag. 15. *b)* Ast rep. ista tulerunt à Cæsarea Majestate propterea, quod ipsorum postulata pacificationi nostræ é diametro sint contraria, quàm communi Ordinum Imperii consensui initam citra eorundem voluntatem in contrarium actam dissolvi non posse, ipsa juris ratio dictitat, l. nihil. 35. J. R. Vid. Burghard. d. p. 1. c. 5.

28. IV. *Licentia exstruendi templa religionis exercitio necessaria* ex eodem jure dependet.

Quia concesso uno, concessa quoq; censentur omnia ea, quæ ex necessitate quadam consequuntur, sine quibus illud aliás inutile foret, Ern. Cothm. respons. jur. 75. n. 40. & resp. jur. 81. n. 4. 5. Atqui per nostram pacificationem publicum alterutrius religionis exercitium concessum est. Ergo templa quoq; ceu necessarium consequens permissa esse indubitato sequitur. Licet inficias ire non possim, hanc potestatem Can. jur. in Episcopos solemniter collatam esse, c. nemo Ecclesiam de consecr. dist. 1. c. olim 14. §. insuper. E. de priv. l. quib. concordat Nov. 67. c. 1. & Nov. 131. c. 7.

29. V. Pertinet ad eandem libertatem *Ecclesiasticæ a jurisdictionis suspensio. b* Cujus præcipua capita sunt hæc. I. Cognitio de Confessionis Augustanæ veritate. *c* II. Cognitio de causis spiritualibus *d* & inter personas Ecclesiasticas. *e* III. Excommunicatio. *f* IV. Censura. *g* Denique judicium super fracta religionis pace instituendum. *h*

a) De qua agit. tit. Cod. de Episc. aud. Maranta in spec. aur. p. 4. dist. jud. 15. Joach. Steph. de jurisd. lib. 4. c. 2. To. Paurmeist. de jurisd. lib. 2. cap. 7. n. 56. & seq. & novissimé Laur. Ohm in sua disp. in augur. de jure Episc. th. 18. *b)* d. recess. de Ann. 55. §. Damit auch obberührte beyde Religionsverwandte so vielmehr in bestendigem Friede gegen vnd bey einander sitzen vnd bleiben mögen: So soll die Geistliche Jurisdiction wider der Augspurgischen Confessions/ Religion/ Glauben/ Bestellung der Ministerie/ Kirchengebräuche/ Ordnungen vnd Ceremonien/ so sie auffgerichtet oder auffrichten möchten/ biß zu endlicher Vergleichung der Religion nit exercirt/ gebrauchet vnd geübet werden/ Auct. du resv. matin. p. 2. cap. 15. in pr. Joh. Georg. Becht. de secur. th. 105. Georg. Schonb. polit. lib. 4. c. 6. p. 331. & Matth. Steph. de jurisd. lib. 3. p. 1. cap. 15. n. 113. Quapropter in proximis Comitiis non sine caussa conquesti sint Correspondentes: Daß der Bäpstliche Nuntius sich vnternehme im H. Reich Teutscher Nation in Ehesachen/ in gradibus etiam jure divino prohibitis, zu dispensiren/ dadurch den hohen Ständen (uti non pridem obtigit L. H.) vasalli wider dero Willen zu nicht geringem Schaden vnd Nachtheil auffgedrungē würden. *Cæterùm illa jurisdictio hodie ad Principes Imperii jure superiori-*

tatis devoluta est, teste Andr. Knich. de sublim. territ. jure, cap. 3. n. 232. & encyclop. cap. 13. n. 3. Daut. de testamen. n. 93. Schephtz. in consuet. March. Lud. Distelm. pag. 1. tit. 1. §. 21. num 11. Zanger. de except. p. 1. cap. 1. n. 425. Dn. Hillig. lib. 17. Don. Enucl. cap. Ao. lit. CC. & Ilico Ummius in disp. ad proc. directá 4. th 13. n. 74. Qui ita duplicem personam sustinent, & inde duplicem jurisdictionem in diversis Consistoriis per idoneos & occurrentium rerum peritos judices ritè exercent, Matth. Steph d. lib. 3. c. 4. n. 13. & seq. & c. 15. per tot. *c)* d §. ibi: **Wider der Augspurgischen Confessions Religion nicht gebraucht werden**/ Denais. de jur. Cam. tit. de pace rel. n. 12. Wendl. dissert. Cath. pag. 246. *d)* Cujusmodi sunt ex meate Canonist. causæ juramentorum, usurarum, matrimonii, decimarum, juris patronatus, & similium, c. quanto. 3. & c. novit. 13. ubi CC. E. de judic. in quibus Clerici judices erant competentes, non Laici, c. si Clericus. cum seq. c. licet. & c. seq. E. de foro comp. & c. ult. eod. in 6. Mynsc. cent. 2. obs. 67. Zang. d. loc. n. 421. & seqq. Dn. Thom. Mich. de jurisdict. concl 39. cum seq. & P. Frid. lib. 3. de cont. causs. c. 19. n. 35. ubi ait: hujusmodi causas ad Magistratuum secularium jurisdictionem pertinere: Psalterium verò ad Clericos. Quod adeò verum est, ut Principes intentionem suam æquè, quo ad Ecclesiasticam, quàm secularem jurisdictionem contra omnes in suis ditionibus commorantes fundatam habeant, Paurm. de jurisdict. lib. 2. c. 7. n. 25. Casp. Le pold. de concor. jurisd. q. ult. post princ. ubi in specie ait, potestatem relaxandi juramentum ad effectum agendi vigore jurisdictionis Ecclesiasticæ non tantùm Electori Saxoniæ; juxta Const. Elect. D. Aug. 36. part. 2. ubi D. Moll. sed etiam cæteris Statibus competere, id qeod nuperrimè etiam tradidit. Matth. Berl. part. 2. conc. pr. 44. n. 10. Quod juris civilis præceptis non congruit, quo hæc potestas inter regalia refertur, arg. l. fin ff. qui sat. cog. l. 6. §. fin. de jure part. l. fin. ff. ad munic. Boc. de regal. cap. 2. n. 135. Verùm quia progressu temporis hocjus, uti & alia secularis præeminentiæ jura Episcopi sibi arrogarunt; rectè quoq; hodie ad Principes Imperii cum Episcopali jure illam facultatem translatam esse arbitror. Etsi verò hæc cognitio in pacificatione nostra disertis verbis non reperiatur suspe sa; quin imò verborum cortex contrariam potius opinionem (meo jud cio) videatur innuere d. §. **Damit auch**/ ibi: **Aber in andern Sachen vnd Fällen der Augspurgischen Confession Religion**/ **Glauben**/ **Kirchengebräuche vnd Bestallung der Ministerien nicht anlangende**/ **sol vnnd mag die Geistliche Jurisdiction durch die Ertzbischöffe**/ **Bischöffe vnd Prælaten**/ **&c. hinfüro vnverhindert exerciret**, **geübet vnd gebrauchet werden.** Quæ verba cum propter deminutionem juris Episcopalis sint odiosa, ne quidem ad casus inclusis similes extendi queunt, c. odia, Reg. Jur. 6. Surdus decis. 202. num. 9. sequ. Quæ causa Catholicos impulit, ut in suis gravaminibus Anno LXXVI. conquesti fuerint: **Ob wol die Geistliche Jurisdiction allein in denen Fällen eingestellet**/ **in welchen das Exercitium der Augspurgischen Confession verhindert werden möchte**/ **mit dem ausstrücklichen Vorbehalt**/ **daß sonsten in andern Fällen die Vbung der Geistlichen Jurisdiction in jhrem Exercitio gelassen werden solle**: **Daß doch deme zugegen in solchen Fällen**/ **die mit der Religion gar nichts zuthun**/ **die Geistliche Jurisdiction gäntzlich vnd gar in der Augspurgischen Confession Verwandten Landen vnd Gebieten abgeschnitten**/ **vnd mit der That gewehret werde.** Inveterata tamen Imperii consuetudo præjudiciis aliquot supremi Consistorii comprobata

exstat

exstat in contrarium, teste Gylm. symph. suppl. tit. de relig. fol. 185. & Henr. Bruning. de var. univ. spec. concl. 20. Consuetudo autem prævalet juri scripto, eaque dicitur actus practicus & ad unguem observandus, Surd. decis. 334. num. 9. 10. Gail. 1. observ. 36. num. 1. & 12. Reusner. lib 4. dec s. 2. num. 65. Sic enim videmus & veteros JCtos non aliam sæpe allegare decidendi rationem, quam quia hoc jure utimur, l. 38. in fin. ff. de vulg. subst. Magnif. Dn. Præses in ill. quæst. 19. num. 4. præsertim si in contradictorio judicio sit firmata, l. 34. de ll. junctis iis, quæ de Cameralium præjudiciis scribit Bocer. de investit. c 5. num. 75. & Bernh Gravet. in proœm. concl. ad observ. Gail. Dn. Arumæ. pag. 2. decis. Jen. 3. num. 22. sed nec ratione caret hæc assertio: Quis enim non intelligit, si Pontificii in causis matrimonialibus & similibus, in quibus religio nostra ab illorum canonibus dissidet, jurisdictionem sibi superbe arrogent, eventurum esse, ut ita per indirectum religionis nostræ exercitio ingens præjudicium inferatur, ac ordinationes Ecclesiasticæ subvertantur? quod fieri nefas esse, dictus §. ibi: Kirchengebräuche nicht anfangende ex opposito evidenter arguit, Brunin. d. loc. lit. B. *e)* l. 25. C. de Episc. & Cleric. & c. si diligenti. 12. E. de for. compet. quæ olim tanta religione (vel potius impiâ superstitione, Roman. 13. in pr.) á seculari jurisdictione erant exemtæ, ut ne volentes quidem eam, nisi Episcopi consensu interveniente, prorogare posse, c. significasti. d. tit. de quo plenius Guil. Valer. Forst. controv. quæst. dec. 2. quæst. 3. *f)* de qua in lib. 5. decretal. tit. 39. & lib. 5. Clem. titul. 10. & in Extrav. lib. 5. tit. 10. Quæ non á Christo eo modo, quo ab Alastore Rom. exerceri consuevit, instituta, neque á fidis ejus sectatoribus usurpata: sed Gregorio VII. Monacho vafro & diabolica arte instructo primitus inventa esse dicitur, qui Henricum IV. Imper. anathematis fulmine percutiens, subditos sacramento solvere. & Imper. de regio solio deturbare conatus est, hac Apostolicâ voce (an diabolicâ incertum) ad Cardinalium & Clericorum sodalitium prolatâ: *Agite Apostolorum principes, & vestra auctoritate, quod dixi, confirmate, ut omnes nunc demum intelligant: nos Imperia regia, Principatus, & quicquid mortales habere possunt,* (quæ non á Christo, sed mundi hujus domino accepit) *auferre & dare posse*, Auct. disser. de jure princip. conclus. 39. ubi refert, scité Attalibam Regem Peru dixisse: Oportere Papam insigniter fatuum esse, qui, quæ non habet, aliis liberaliter largitur; vel certé impudentem ac injustum Nebulonem, qui ejectis veris possessoribus alienas terras peregrinis addicit, & in mutuas cædes mortale genus armat. Recté igitur & heroico spiritu á multis generosis Principibus olim illud brutum excommunicatis fulmen spretum fuit, utpote non ex fervido officii aut Christianæ caritatis zelo profectum; sed ex odio privato, levitate & ambitione ad usurpatæ tyrannidis conservationem, ad vindictæ cupiditatem satiandam, & civilis Magistratus destructionem plerumque procedens. Inprimis verò Reges Franciæ bruta hujusmodi fulmina eorumq; nuncios ludibriose admodùm exceperunt: Auct. brut. fulm. tit. de brut. & cont. Pap. fum. Ac lepida est illa, quæ exstat apud Nicolaum Gillium Gallicum scriptorem, & apud Goldast. tom. 3. constit. Imper. fol. 407. Philippi Regis ad Bonifacii VII. epistolam responsio: Philippus Dei gratia Francorum Rex Bonifacio se gerenti pro summo Pontifice salutem modicam sive nullam. *Sciat tua maxima* Fatuitas *nos in temporalibus alicui non subesse: Ecclesiarum & Prabendarum vacan-*

tium collationem ad nos jure Regio pertinere, & fructus earum vacatione durante nostros facere, collationes á nobis hactenus factas, & inposterum faciendas, fore validas, & illarum vigore possessores contra omnes viriliter nos tueri: secus autem credentes fatuos reputamus atque dementes. Sic Græci Johanni XXII. rescripserunt; Potentiam tuam summam circa tuos subditos firmiter credimus; superbiam tuam summam tolerare non possumus: avaritiam saturare non valemus; diabolus tecum; Dominus nobiscum, Vent. de Val. Parth. litig. lib. 1. c. 16. Simile masculi animi exemplum non ita pridem habuimus in serenissima Venetorum rep. quæ inani Pauli V. Excommunicationis terriculamento micantem virtutis suo mucronem animosé opposuit, eumque procul dubio causæ bonitate freta in rasam cohortem feliciter stringere inxisset, nisi Papa prohibitionis Petro Præsecessori suo (si Diis placet) factæ maturé recordatus, gladium in vaginam recondidisset. Quæ tamen dicta sic accipi volumus, ut legitimum excommunicationis usum nequaquam improbemus, veluti ab ipso Salvatore nostro institutum, *modó ex causa satis gravi, justo ordine*, (non præcipitanter, non ex odio, non ex privata vindicta) *& ab illis personis fiat, quæ potestatem exercendi jus Episcopale habent*, uti notanter monet Laurent. Ohm de jure Ep sc. thes. 28. *g)* quod Patronus August. Confess. Ecclesiæ Doctorem præsentare queat, quem collator Pontificius instituere cogitur, Episcopi censurâ non attentâ, P. Frider. de procur. lib. 1. cap. 29. num. 7. per d. §. Damit auch/ ibi: Bey Bestellung der Ministerien/ &c. *h)* Id enim ad Cameram Imperialem pertinet, non ad forum Ecclesiasticum, Frider. d. loc. num. 9. Gylman. rer. jud. decis. 56. fol. 667. Consectarii loco hîc quæri potest, cum in alienatione bonorum Ecclesiæ, quæ magni sunt momenti, Papæ consensus requiratur, juxta gloss. in c. super. v. sacramenta, E. de reb. Eccles. non alien. An Princeps rem á Prædecessore suo August. Confess. addicto citra Papæ consensum alienatam, tanquam non solemniter alienatam revocare queat? Quod cum Henr. Bruning. de var. universi specieb. conclus. 84. in f. negamus, propter suspensionem jurisdict. Ecclesiasticæ, quam successor eo ipso adprobare, & ratam habere videtur, quod alienationem eâ non intervenente factam irritam esse pronunciat.

30. Hinc ardua exsurgit quæstio, quæ magnâ contentione á Dnn. Cameralibus agitata fuit; *a An Status Imperii Catholicus in suos subditos Augustanæ Confessioni privatim addictos, & in suâ ditione ex conniventiâ quádam hactenus toleratos Ecclesiasticam jurisdictionem exercere queat?* Militant pro utráque parte rationes urgentissimæ; *b* quæ quia Ordinum Imperii arbitrium exspectant, ego certi quidquam decidere non ausim, quamvis opinio adfirmativa, prima intuitu admodúm plausibilis cuiquam videri posset. *c*

a) In causa Wolffshagen/ vel ut alii scribunt Drolshagen contra Episcopum & Archidiac. Monaster. Nobilis ille erat Landsassius Episcopatus Monasterienſis, Protestantium religioni addictus, qui infantem suum juxta Confessionis Augustanæ ceremonias in castro suo baptizari curaverat, eamque ob causam

sim ab Archidiacono Monasterienſi ad reddendam hujus rei rationem vigore jurisdictionis Ecclesiasticæ citatus, & cum ille forum declinaret, causa per viam appellationis ad Cameram Imp. tandem devoluta fuit. *b*) Quas in prædicta causa apud Gylman. in symphor. suppl. tom. 1. pag. 1. vot. 5. & lib. 2. decis. Camer. 56. videre licet. *c*) I. Quia præfatio cujusque dispositionis principaliter attendi debet, cum mentem & intentionem disponentium arguat, totumque negocium moderetur ac restringat, l. Titio. 134. §. 1. de V. O. Jacob Schultz pt. quæst. 53. num. 22. & seq. Atqui præfatio §. nostri. Damit auch/ &c. (in quo de subjecta materia ex professo agitur) satis ostendit, sequentem dispositionem non de omnibus personis, sed de iis duntaxat, de quibus in §§. præcedentib (Statibus nimirum Imperii, §. Vnd damit solcher Friede / ibi: Keinen Stand deß Reichs/ & §. seq. Dagegen sollen / & §. proximé præcedenti: Dieweil aber etliche Stände vnd derselben Vorfahren / &c.) actum erat, d. §. Damit auch (notetur) obberührte beyde Religionsverwandte/ &c. accipiendam esse. Ergó etiam juxta hanc declarationem verba illa in hoc §. subsequentia, Wider der Augspurgischen Confession Religion / &c. ad Status Imperii huic religioni addictos restringi debent, Gylman. lib. 2. decis. 55. num. 1. & decis. 56. num. 5. fol. 677. II. In quávis locutione, quantumvis generali ac indefinita, termini præsupponendi sunt habiles, l. ut gradatim. §. 1. de muner. Hartman. Pistor. lib. 2. quæst. 32. num. 22. & 34. Atque in præsenti casu tales termini non sunt, hoc est, tales personæ, in quas illa jurisdictionis suspensio cadat. Sin enim subditi ab illa jurisdictione volunt esse exempti, necessario præsupponendum est exercitum Augustanæ Confessionis iis competere: privatio enim habitum præsupponit, d. §. Damit auch obberührte/ ibi: Wider die Augspurgische Confess. Religion / Glauben/ &c. Falsum autem consequens, uti ex seqq. apparebit. E. etiam anteced. III. Quod libertas religionis & suspensio jurisdictionis sint connexa, habentia se ad invicem tanquam necessarium antecedens & consequens, cum sint incomparabilia, professionem religionis esse liberam & ab omni inquietudine alienam: &c nihil hominus adversæ partis cognitioni obnoxiam. Ergó quia connexorum principale, libertas scilicet religionis, in subditis Statuum Imperii deficit; alterum quoq; subsistere non posse consequens est P. Frider lib. 3. de cont. causs. IV. Allegârunt Domini Camerales Catholici exemplum in causa Beyern & Comitum von Ortenburgk / qui Augusti Electoris Saxoniæ intercessione speciale religionis exercendæ indultum à Bavaro impetraverant, Auctor deß wolmeynenden Discurs/ warumb die Catholischen/ &c. pag. 136. Jure igitur communi tuti non fuerunt, arg. l. unic. C. de thesaur. Gylman. symph. suppl. d. vot 5. V. Quod ad preces supplices quorundam protestantium Anno LXXVI. die Junii XXIV. Maximiliano II. Ratisbonæ exhibitas XXIV. die Sept. ejusdem Anni decretum fuerit: Daß solches (daß die Vnterthanen von jhrer Obrigkeit wegen der Augspurgischen Confession mit Verweisung deß Landes vnd sonsten nicht möchten beschweret werden) in jhrer Majestat Thun vnd Macht nicht were/ vnd daß jhre Majestat deß Gnädigen Versehens/ die Supplicanten würden es nicht weniger / als auch die Catholische sich zu thun erbieten / es bey dem einmal publicirten Religionsfrieden/ so wol der Vnterthanen/ als der Stände selbst halber es gehorsamlich verbleiben lassen/ inmassen denn auch jre Majestat die Supplicanten Gnädigst ermahnet/ sie

wollen

wollen dieselbe mit berührtem begehren gehorsamlich verschonen / Gylm. d. vor. §. num. 8. & lib. 2. decis Cam. 56. n. 8. VI. Accedit propria Protestantium Confessio in libello quodam supplici Anno LXIX. mense Majo Cæsari oblato his verbis expressa: Deßgleichen daß der Geistlichen Jurisdiction in der Weltlichen Chur- vnd Fürstenthumbe Herrschafften vnd Obrigkeiten suspendiret were. E. in terris Ecclesiasticor. Pontificis in suo vigore integra manere debet. VII. Denique videtur hæc adsertio non parum illustrari per declar. Ferd. quæ pridie pacificationis scripta hunc in modum: Deßgleichen lassen es jhre Keyserl. Majest. bey dem Articul anfahende: So sollen die Keyserl. Majest. auch Churfürsten vnd Stände von wegen der Augspurgischen Confession vnd derselben Lehre nach den Worten: Keinen Stand hinzu gesetzet werden / deß Reichs: damit die disposition (wie sie auch ohn zweiffel von gemeinen Ständen nicht anders gemeinet) auff die Stände / so dem heiligen Reich ohne Mittel vnterworffen / alleine verstanden / vnd darauß nicht verursachet werde / daß gegen eines Reichs Standes vnterworffenen Vnterthanen vmb deß willen / daß er vor desselbigen Landes Stand erkant werde / nur vrsach schöpffen vnter dem schein der Augsp. Conf. seinen Herrn sich zu widersetzen / vnd dann erst disputirt werden möchte / ob die Wort alleine von den Reichs Ständen zuverstehen seyn / oder auch auff andere Stände / so den Reichs Ständen zugehörig seyn / gezogen werden möchte: Dann jhre Majestat bedencken für billich / vnd allem friedlichen Wesen nütze vnd nowendig / daß diese Constitution klar vnd lauter gemacht werde / vnd was außdrücklich nicht entdeckt liget / durch disputirende Wort vnd Meynung nicht hinein komme / damit mehr Zanck vnd Auffruhr verhütet werde / Henr. Bruning. de unit. specieb. concl. 20. in pr. Verùm hæc argumenta tanti momenti non sunt, ut veritatis studiosum à contrariæ sententiæ tramite dimovere queant, uti in ipso examine demonstrabimus.

31. Non minoris quoq; momenti quæstio est, quæ *de potestate concedendi preces primarias in beneficiis vacantibus Cæsareæ Majestati Pontificiâ auctoritate indultâ a* aliquando mota fuit. Papicolæ sibi persuasum habent, eandem potestatem etiam hodie post pacificationem nostram in Collegiis Ecclesiasticis reformatæ religionis Imperatori competere: sed contrarium (salvo aliorum judicio) verius esse existimo. *b*

a) Cujus vigore in qualibet Ecclesia Germaniæ unum ad beneficium præsentare, & ut is recipiatur jubere potest, uti tradit Speculator in titul. de præb. §. restat. n. 7. ubi ait, quod ipse hoc privilegium viderit bullatum, & post alios Getlac. Buxdorff. super aur. Bull. cap. 5. conclusion. 65. ubi citat Marqu. Freher. in not. ad P. de Andlo lib. 2. cap. 6. pag. 179 Diploma hujusmodi precum concessarum exstat apud Goldast. tom. 3. constitution. Imperial. fol. 406. hunc in modum: RUDOLPHUS DEI GRATIA, &c. Cum ex antiqua & approbata, ac à Divis Imperatoribus & Regibus ad nos producta consuetudine quælibet Eccl sia in nostro Imperio Romano constituta, ad quam beneficiorum Ecclesiasticorum pertinet collatio, super unius collatione beneficii, precum nostrarum primarias admittere teneatur, devotionem tuam rogamus, quatenus huic Clerico de Eccle-

Ecclesiastico beneficio quod ad tuam collationem attinet, ob reverentiam sacri Imperii, studeas liberaliter providere, &c. *b)* Quia illa potestas Imperatori competit non jure Majestatis Regiæ: sed ex concessione Pontificis, qui vi jurisdictionis Ecclesiasticæ in omnibus Prælaturis sibi eam magnificé atrogat. Jam verò ex Pacificatione nostra constat, quod illa Jurisdictio Papalis in locis reformatæ religionis omnimodó exerceri non debeat. Quomodo ergó Pontifex Romanus plus juris in Imperatorem transferre potuit, quam ipse habuit, cum causa secunda non possit amplius, quam ei à prima causa fuit infusum, l. si quis domum 9. §. 1. ff. loc. l. pete. §. prædium. de leg. 2. Laté Auctor consilii super hoc casu confecti, quod reperitur apud Matth. Steph. de jurisd. lib. 3. p. 1. cap. 4. num. 21. quod Dn. Lic. Willero acceptum referre videtur. Gerl. Buxdorff. super A. B. cap. 5. concl. 65. in fin.

32. Deniq; ad eandem jurisdictionis suspensionem spectat etiam *Novi Calendarii* (quod Gregorianum appellatur) *Repudiatio*: *a* Quæ & ab illis Protestantibus ritè fit, qui cum Pontificiis in una eademq; civitate Imperiali habitant. *b*

a) Matth. Stephan. d. lib. 3. p. 1. c. 3. n. 42. 43. & seqq. Henr. Bruning. de univers. specieb. concluf. 20. in fin. Gylman. lib. 2. decis. Camer. fol. 780. & seq. Herman. Kirchn. in sua republ. disp. 2. auct. 1. & novissimé Competitor meus Dn. Bernhard. Bertram in diss. de Com t Imper. num. 79. Spectat enim hæc potestas ad Cæsarem, non Pontificem Romanum, Dn. Albertus Gravvius, pro temp. hujus Acad. Rector Magnific. in disputation. Anti Jesuit. 5. thes. 95. nisi vaticinium Danielis 7. vers. 25. de cornuta bestia, quæ tempora & leges immutare præsumet, adimpletum esse ultrò nobis largiri velit. Quod protestantes in sua apologia contra gravamina Catholicorum in Comitiis Anno XCIV. Cæsar. Majest. minimé celarunt, de Calend. novo hunc in modum scribentes: **Was in deß Gegentheils angezogenen Gravaminibus zu verantwortung deß newen Calenders fürgewendet / daß nemlich die Evangelische Stände deß Bapsts angemaste Superioritet mit nichten zuerkennen / oder jhnen auffdringen zu lassen wissen / denn solches ein Werck der Weltlichen Obrigkeit zugehörig / daß auch vom Bapst nicht so fast zu besserer Gerechtigkeit Mathematischer Calculation / als zu einem Kennzeichen seiner jederzeit gesuchten Superioritet vber alle Stände in der Christenheit geschehen / ausserhalb deren solche an jhr nicht vnnötige / noch auch vnnütze Emendation vnd Reduction der zeit billich durch einen Römischen Keyser vmb anderer erheblicher Vrsachen vnd Nutzbarkeit willen geschehen können vnd sollen: Deßwegen die Evangelischen den Bapst billich einen Antichristischen Veränderer der Zeit beschuldiget.** Quibus addatur Epistola ANDREÆ GAILII Pontificiæ religioni addicti ad Amicum quendam Augustanum scripta & in Camera aliquando producta his verbis: **Mit dem Newen Calender ist es Narrenwerck: Es haben die Keyserliche Majestät / Chur- vnd Fürsten denselben auff deß Bapsts Begehren nicht achten noch annehmen wollen: Item: Wenn man eine durchgehende Gleichheit im Reich anrichten wolte / muß solches mit Vorwissen vnd Verwilligung der Keyserlichen Majestat geschehen.** Utrum verò solus IMPERATOR absque reliquorum IMPERII

PROCERUM consensu NOVUM CALENDARIUM edicere possit? quæsitum non memini.

In cujus quæstionis discussione, si quis ingenii vires exercitii gratia periclitari vellet, in utramque partem rationes facilé adinveniret; & quidem pro negativa decisione adduci posset I. Communis Imperii stylus, quod Imperator inconsultis ordinibus novas leges universales ferre non possit. Atqui emendatio & promulgatio Calendarii, cui omnes subditi se conformare debent, meritó pro lege habetur, l. 1. ff. de constit. Princip. II. Idque multó magis hanc ob causam, quod illa ordinatio negocium religionis circa festorum institutionem concerneret: cum tamen sit indubitati juris, quod Imperator in rebus religiosis in præjudicium partis alterutrius nihil omninó innovare possit. III. Præsertim cum Cæsarea ipsius Majestas religiosis verbis promiserit, quod utriusque Status ordinationibus, ritibus & ceremoniis Ecclesiasticis nullum omninó præjudicium fieri debeat, d. §. Damit auch obberührte / &c. Ex adverso obiici posset I. hanc potestatem Regio jure Imperatoriæ Majestati competentem nullo jure sublatam esse; Quod si tur correct. m non est, cur stare prohibeatur? II. Quod ipsi Protestantes satis apertè confessi fuerint in prædicta Apologia: Daß solche Emendation durch einen Römischen Keyser geschehen solle / &c. verúm hæc dissertatio forsan adhuc intempestiva est; decisionem aliorum judicio committo. b) quia non est ordinatio meré politica; sed partim Ecclesiastica, quó ad observantiam festorum dierum in eo præscriptam: ideoque pugnat cum nostro recessu §. Nach deme aber in vielen Frey vnd Reichsstatten / ibi: Kein Theil deß andern Religion / Kirchengebräuche abzuthun / oder jhn davon zu dringen vnterstehen / Gylm. decis. Camer. lib. 2. fol. 778. & seq. In Camera Imperiali (quod incidenter moneo) communi decreto XIV. Julii, Anno clo. Io. LXXIV. ordinatum fuit: Daß hinfüro den Procuratorn sampt vnd sonders in narratis supplicationum, wie auch in marg ne instrumentorum appellationum, die Formalia nach dem alten Calendario / wie bißhero gebräuchlich zu justificirn / biß durch die Keyserliche Majestat vnd Stände eine Ordnung disponirt / bey straffe der Ordnung aufferlegt vnd befohlen werden solte / Joh. Ruding. observ. Cam. cent. 1. observ. 80. ubi Schvvanm. allegat.

33. Sextum & ultimum definitæ *a* facultatis requisitum est *Locus*, hoc est, ditio ejus, qui religionis libertate fruitur propria. *b*

a) supra conclus. 23. *b*) d. §. Vnd damit solcher Friede: ibi: In jhren Fürstenthumen vnd Herrschafften / & §. seq. ibi: Auch vngeachtet / ob vnd wohin sie jhre Residentz verrücket oder gewendet hetten. Si ergo Status in aliam ditionem se conferat animo ibi aliquandiu commorandi, putarem libertatis religionem vires suas eó non protendere, arg. l. 1. ff. de offic. procons. & l. fin. ff. de jurisdict. quamvis nulla auctoritate fretus rectius sentientis judicio libenter me subjiciam.

34. Et hæc de genuina ac propria colendæ religionis libertate. Sequitur nunc facultas *Impropria*, *a* quæ est licentia é ditione illa, in qua relig. alicui suæ exercitium publicé non conceditur, cum familia sua, citra in fa-

infamiam, intra certum judicis arbitrio definiendum tempus alió emigrandi, á Magistratu sine subterfugio abiturienti concedenda, *b* salvo tamen eo, quod pro servili conditione, *c* vel discessu *d* Magistratui pro consuetudine *e* cujusq; loci dependendum est. *f*

a) Quæ docendi gratia abusivé sic appellari potest. Propria quidem facultas ab illis Statibus, qui Augustanæ Confessioni addicti erant pro subditis in Comitiis August. Anno LV. instanter fuit petita, & ut sequentia verba pacificationi inserrerentur: Doch sollen alle Unterthanen beyder Theil Religion jhres Gewissen vnd Bekäntnüß halben von jhren Obrigkeiten frey gelassen werden, omni contentione adlaborabant: verùm neque á Ferdinando Rege, neque á cæteris Pontificiis, qui libertate hac concessâ religionis suæ exitiũ ominabantur, id impetrare potuerunt, adeó ut hujus rei impatientia Regiæ ipsius Majestati III. April. hæc tandem verba extorserit: Daß jhre Majestat die Extension deß Religionfriedens auff die Unterthanen keines weges konten oder wolten eingehen: Sie wolten ehe alle handlung zerschlagen/ Protocul. deß Fürstenrahts/ fol. 59. Auctor autonom. p. 1. titul. Von der fünfften Art/ &c. pag. 120. *b*) §. Wo aber unsere/ &c. von solcher jhrer Religion wegen/ &c. Landen mit Weib vnd Kindern an andere Ort ziehen vnd sich nider thun wolten/ denen soll solcher Ab- vnd Zug/ auch Verkauffung jhrer Haab vnd Güter/ gegen zimblichem billichem Abtrag der Leibeigenschafft vnd Nachsteur/ wie es eines jeden Orts von Alters hero vblichen herbracht vnd gehalten worden ist/ vnverhindert menniglichen zugelassen vnd bewilliget/ auch an jhren Ehren vnd Pflichten allerdings vnentgolten seyn/ P. Frider l. b. 1. de mand. c. 30. Jure etenim communi licitum est subditis jus civitatis seu subjectionis resignare domino etiam invito, alioque domicilium suum corporaliter transferre, per ea quæ t. ad. t Bruning. de variar. univers. spec. concluf. 9. & Buxdorff. ad c. 15. A. B concl. 99. lit. F. Quæ juris adsertio naturali libertati á Rom. Legislatoribus magno in precio habitæ consentanea est: nihil enim multùm á specie servientium differunt, quibus facultas non datur recedendi, inquit Venul. in l. 2. de lib. hom. exh. cui consequens omninó est conditionem illam legati relicti; uti in illa civitate (perpetuó) domicilium habeas non valere, utpote per quam jus libertatis infringitur, l. Titio 71 §. 2. de cond dem. Quó facit elegans locus Cic. pro Balbo? O jura præclara atq; divinitùs jam inde á principio R. nominis á Majoribus nostris comparata, ne quis invitus civitate mutetur, neque in civitate maneat invitus. Ex quo patet exclamationem Fr. Burghardi inanem esse verborum strepitum ac ventispolium p. 3. aut c. 32. cum ait, si libera manendi vel abeundi facultas concederetur subdito, infinitas sequi absurditates: auctoritatem Magistratus tolli & subditorum libidini subjici, ansam rebellionis præberi & omnium rerum confusionem induci: quasi nimirum Magistratus auctoritas consistat in eo, ut vel invitum retinere, vel nolentem subditum expellere possit. *c*) quando nimir. tales emigraturi sunt homines proprii: Leibeigene: de quib. videatur Husan. in tract. de homin. propr. Religionis enim professio servum ab herili jugo non liberat, teste Donello lib. 1. com. c. 12. juxta præceptum Apostoli 1. Cor. 7. ad Ephes. 2. & ad Tit. 2. ut ut Justin. favore Monachatus in seculi illius caligine contrarium statuerit in Novel. 5. c. 2.

d) quod tributum ad exemplum vicesimæ olim ad locupletandum civilibus bellis exhaustum Rom. ærarium L. Julia introductæ in quibusdam locis, moribus aut scripto jure receptum, quandoque est decima de omnibus bonis ab eo, qui solum vertere, & alió domicilium suum transferre cogitat, præstanda, Cujac. ad Pauli sent. lib. 4. tit. 6. Scheplitz ad consuet. March. part. 3. tit. 8. Teuber. in suis resolut. editis á Rauchbar. p. 1. quæst. 17. Joh. Bornit. de redit. ærar. lib. 4. c. ult. & lib. 5. c. 9. Ernest. Cothm. resp. Acad. 19. n. 1. 2. seq. Joh. Rüdig. cent. 3. obs. Camer. 80. Dn. Reinh. Rosa ad comment. Dan. Moll. in const. Elect. p. 3. const. ult. num. 15. Quemadmodum veré æquum est, ut emigraturi solvant id, quod pro discessu solvere tenentur: ita ex adverso iniquissimum est, quod Magistratus loci abituris honestum vitæ testimonium præbere recusat; id quod á Correspondentibus Statibus in proximis Comitiis inter alia Imperii gravamina Cæsareæ Majestati oblata in querimoniam justé deductum est. *e)* Nam si quid propter emigrationem solvere mortis non est, nihil quoque eo nomine sub religionis velo peti posse, rectè censet Henr. Bruning. de var. univ. specieb. concluss. 10. lit. A. in fin. Perperam igitur illi agunt, qui solius odio religionis Fideicidiam sibi arrogant, si quid Ministerio fierit legatum, & bona legata extra territorium testatoris non exportentur: qua in re injuriam nostræ religioni fieri rectè inculcarunt Correspondentes Status in prædictis gravaminibus. *f)* d §. ibi: Bey zimblichem Abtrag/Schonborn. Polit. lib. 4. c. 6. p. 334.

35. Et hæc emigrandi licentia satis est expedita. Cæterúm de eo sæpius Comitiis Imperii & augustissimo Cameræ Consistorio acerrimè controversum fuit: *An illa emigrandi facultas sit meræ voluntatis*, ita ut in arbitrio Augustanæ Confessioni addicti positum sit, vel é terris Pontificiis emigrare, & alibi publico religionis exercitio fruisci: vel ibidem manere, & domi suæ religionis cultum citra scandalum & offensionem adversæ partis peragere: Imó & in vicinis locis, ubi sua fortean vigeat religio, publicis concionibus ac sacrorum administrationi interesse queat, in tantum, ut Magistratus etiam invitus eum tolerare, & instar aliorum civium adversus quamvis injuriam defendere teneatur? Quæstio sane scrupulosissima est, quæ si ex æquitate in jure potissimúm spectandâ, humanitate, ac publica tranquillitate decidenda foret: in adfirmantium castra descendere minimé dubitarem.

Quid enim iniquius, quám ob veram pietatem ad flebile & miserabile illud asylum confugere; *Veteres migrate colent:* & domum illam cum lacrymis ac suspirio vendere, in qua pater defecit, emigrans crevit, in qua Majorum imagines aut non videre fixas, aut revulsas videre, satis lugubre est? ait Constant. in l. 22. C. de administ. tut. & l. 35. ff. de min. Quid contrá humanius, æquius & pietati magis consonum, quám eum, qui Deo & Cæsari suum tributum reddit, & reipubl. pacem diu noctuq; molitur, Deumq; immortalem de salute publica precibus suis fatigat, ut inquit Clapm. de arcan. rer. lib. 4. c. 21. (de illis enim loquor, qui pacatè vivunt, non qui pernitiosis cuniculis incolumitatem Reipublicæ oppugnant, vel contra

Principis

Principis salutem exitiales machinationes occulté agitant) patrocinio suo fovere, ac nullam ei isthoc nomine creare molestiam? arg. ult. v. fin. C. de quad. præscr. Etenim si talis securitas conceditur Judæis ac paganis quieté viventibus, l. 6. Cod. de pagan. cur non multó magis concedatur illis, qui eundem CHRISTUM ore & corde nobiscum profitentur? Quid publicæ tranquillitati conducibilius, quàm illis, qui pro Patria ac Patribus ejusdem vitam quoq; ipsum alacri animo profundere parati sunt, in suis vicissim aris & focis vitæ & fortunarum securitatem ac conscientiæ libertatem relinquere? alioqui futurum, ut ex desperatione extrema consilia capiant, & intolerabile hoc impiæ servitutis jugum excutiant: quod multa exoticorum Regnorum & vicinarum Provinciarum exempla in historiis passim obvia, abundé nos docere queunt Legatur consilium Castellionæi apud Jac. August. Thuan. hist. lib. 10. fol. 481. & judicium Parlamenti Parisiensis Regi super persecutione Protestantium expositum, apud eundem lib. 17 f. 340. ac deniq; Christophori Thuani acerrimi judicii viri augurium apud prædictum Histor. lib. 65.

Perpendantur exempla priscorum Impp. Nervæ, Alexandri Severi, & Constantini M. qui unâ cum gentili Christianam religionem permiserunt, ac pacatam remp. habuerunt, Phil. Camer. lib. 1. medit. hist. c. 58. Quid deniq; absurdius, quam conscientiis dominari velle? Fides enim suadenda, non imperanda est, & magis tollitur vana opinio, quæ hominum mentibus insider, docendo, quàm jubendo, monendo, quàm minando, Augustin. citante eum Auctore dissert. de jure princ. concl. 26. defendenda est religio non occidendo, sed monendo: non sævitiâ, sed patientiâ, non scelere, sed fide, Lact. lib. 5. instit. cap. 20. Hinc pientissimus ac prudentissimus Cæsar Maximilianus II. dixisse fertur: Nullam esse majorem tyrannidem, quàm conscientiis dominari velle, quæ imperandi ratio dira esset carnificina, Vent. de Val. in Parth. litig. lib. 1. c. 6. n. 9. & lib. 2. cap. 3. n. 7. Warem. de Brenb. de medit. pro fœder. c. 2. n. 14. & 15. Plura hujus rei monumenta exstant apud Gerh. d. disp. ult. th. 32. & seq. Albert. Gent. de jure bell. lib. 1. c. 9. & Auctorem temp. suscit. p. 2. c. 12. Unicum duntaxat addo pro rerum & linguæ Gallicæ peritis ex proprio persecutoris ore desumtum testimonium, quod est Henrici III. olim Franciæ ac Poloniæ Regis sat cruento experimento edocti jam moritori elogium, quod descripsit Jean de Serres in suo inventario Gallico in vita præfati Regis, p. (mihi) 870. his verbis: *Ie sçai* inquit Rex ad Proceres lecto adhærentes) *que le Roy de Navarre mon bon frere, legitime successeur de ceste couronne est assez instruict és loix de bien regner, pour sçavoir commander choses raisonnables, & je m'a promets que vous n'ignorez pas la juste obeissance que vous lui devez. Remettez le different de la religion á la convocation des Estats du Royaume, & apprenez de moy*: que la pieté est un devoir de l'homme envers dieu, sur lequel le bras de la chair n'a point de puissance: Quam salubertimam doctrinam & fortissimum tranquillitatis conservandæ vinculum (quicquid in contrarium garriat autonomiæ scriptor) si Rex Hispaniarum annis ab hinc L. secutus fuisset in florentissimis Belgii provinciis, tam ancipiti bello non fuisset implicitus, quo juxta Ovid.

Inter utrumq; volat dubiis victoria pennis,

inquit Georg. Schonb. polit. 7. c. 6. Sic Imperator Martianus Anno Christi CDLII. publico Edicto conscientiæ libertatem concedens scripsit: Nostra clementia nulli penitus necessitatem præcipit imponi, quatenus aut subscribat, aut consentiat, si noluerit.

luerit. Non enim terrore aut violentia aliquos volumus trahere ad viam veritatis, &c. Goldast. tom. 3. constit. Imper. fol. 604. Atq; hæc emigrandi libertas disponentium intentioni conformis esse videtur. I. Quia usi fuerunt dictione Wollen: quam voluntatem inducere, non necessitatem aliquam coactivam apud omnes constat. l. non quidqu d. 40. ff. de jud. II. Quod intentioni & caussæ finali disponentium conveniens est; id in ipsâ quoq; dispositione comprehensum esse, ipsa juris ratio dictitat, per jura vulg. Atqui beneficium mansionis voluntariæ citra læsionem conscientiæ, per quod animi subditorum Magistratui suo fortiori benevolentiæ vinculo adstringuntur, intentioni pacificatorum consentaneum est: per verba suprá citata: Der Stände vnd Vnterthanen Gemüther in Ruhe vnd Vertrawen gegen einander zu stellen: Item: Daß die Stände vnd Vnterthanen sich beständiger vnd gewisser Sicherheit zu versehen hetten. Crediderunt enim viri prudentissimi sine hac sincera animorum conjunctione & interna concordia Reipublicam diu incolumem stare non posse. Nulla etenim civitas, inquit Cicero in dialogo de amic. tám firma, tamq; stabilis est, quæ odiis civium non labefactetur.

Sic vestram pacem discordia dissuit, immó
Rumpit, vestra perit virtus. Nam stare negatur
Occasum patiens in se divisa potestas.
Ergó concordes votum curratis in unum:

inquit Luc. de Pen. in l. 2. C. de exact. lib. 12. III. Quicquid non est prohibitum, censetur de jure permissorum. Atqui mansionis libertas cum privatâ conscientiæ libertate comm. Imper. jure non est prohibita. Ergó censetur permissa. IV. Nec sanè sufficiens ratio reddi potest, cur Christiani durioris conditionis esse debeant, quam Judæi toto pectore & horrendis blasphemiis Christi Salvatoris nomen aversantes. Jam verò Judæi passim viventes cum suis synag. toleruntur in medio Christianorum cœtu, & sæpé non sine eorundem gravi dispendio, t. t. C. de Judæ. Ordin. Polit. de Anno XXX. tit. Von Jüden. & de Anno XLVIII. eod. tit. Cur non ergó Christianus eo saltem jure (si ulterius ire non licet) gaudeant, ut domi suæ citra aliorum offensionem conscientiæ libertate fruisci queant? V. Quibus denique & hoc addi potest, quod Carol. V. in Comitiis Augustanis Anno XXX. hunc rigorem in Protestantibus improbarit: in Recessu de d. Anno §. Etzliche Obrigkeit haben jhren Vnterthanen bey schweren Straffen verbotten / die Predigten deß alten rechten wahren Glaubens in oder ausserhalb jhrer Flecken zu hören / noch in dieselbige Predigt oder Kirchen zu gehen / oder dem alten Glauben anzuhangen: juncto §. sequen. Vnd aber solches dem heiligen Evangelio zuwider / auch vnbillicher weise fürgenommen / &c. Auctor deß wolmeynenden Discurs / &c. pag. 162. Quod ergó contra alios æquum esse putavit, dem in se suos q. etiam statui patiatur Cæsar, Auctor consilii super quæstione, Ob die erbaren frey vnd Reichsstätte Session vnd Stimm auff Reichstägen haben / pag. 58. Nec obstrepit huic sententiæ quorundam responsio; posse quidem sectarios ædes manere, sed omni alienæ religionis exercitio illis prorsus ademto: talis enim restrictio in §. Wo aber vnsere / &c. non reperitur. Erubescamus igitur eam sine lege adserere; sed & intentioni ac caussæ finali Ordinum Imperii, qui inter magistratum & subditos firmam pacem sanciri volebant, per ea quæ antea dicta sunt, è diametro contraria est. Et sanè tales prætensores similes mihi videntur illis, qui his, quibus vitam sal-

vam pro-

vam promiserant, postea ad victum necessaria denegabant, Thuan. histor. lib. 65. p. 1021. Huic adsertioni assipulantur Petr. Frider. de process. l. 1. cap. 30. Gylman. decis. Camer. lib. 2. cap. 50. Georg. Schonborn. polit. lib. 4. cap. 6. pag. 334. Henric. Bruning. de var. univ. spec. th. 20. Auctor dissert. de jure Princ. concl. 29. Dn. Thom. Mich. de jurisdict. conclus. 49. & Christ. Leibfried in disp. Basil. de pace relig. thes. 19. Qui contrariam tuentur opinionem, hisce potissimum nituntur rationibus. I. Quia subditis Statuum de religionis libertate per nostram pacificationem prospectum non est. Ergó tanquam omissi ac nullo apice delibati beneficio ejus gaudere nequeunt. II. Colligitur idipsum ex §. **Es soll auch kein Stand den andern noch deſſelben Unterthanen zu ſeiner Religion dringen.** Ergó sumto argumento á contrario (quod in jure dicitur fortissimum) Status proprios subditos cogere potest, cum solis Statibus de religione decernendi facultas sit concessa, Petr. Frider. d. cap. 30. num. 7. Dn. Correferens apud Gylm. lib. 2. decis. Camer. 56. III. Quia in d. §. **Es ſoll auch/ ꝛc.** ulterius disponitur, quod nullus Status alterius subditos religionis caussa adversus Magistratum suum in clientelam recipere debeat, ibi: **Wider jhr Obrigkeit in Schutz vnd Schirm zu nemen.** Quæ certé dispositio inepta, elusoria ac frustratoria esset, si Statibus non liceret ad religionem suam cogere; quin imó contrarium statuendum foret, cum ex more Imperii alienos quoque subditos in clientelam recipere permissum sit; modó d minus graves dissentiendi caussas non habeat, R. Ruland. de commiss. part. 4. lib. 2. cap. 2. num. 12. P. Frider. de process. lib. 2. cap. 14. de quo inf á forsan plura. IV. Quod facilé fuisset Pacificatoribus hunc casum de privata subditorum libertate exprimere, si de eo juxta mentem nostratium quidquam statuere voluissent: quia verò id factum non est, meritó hic casus omissus & sub arbitrio Statuum, quibus solis de religione statuendi facultas est, relictus esse censetur; Gylman. dict. decis. 56. pag. 678. Arq; ita ipse quoq; olim in meo tractatu de pace relig. ex inconsultâ juvenilis ætatis facilitate sentiebam: contra quam Prætoris beneficium ré maturiùs ætatis progressu perpensâ meritó nunc imploro. Quidquid sit, illud certé plus quàm cyclopicam & extremam sapit sævitiam, quod Pontificii Evangelicorum in suis ditionibus emortuorum exuvias ne quidem in hortis aut puscuis suis terræ mandari permiserunt; adeó ut etiam Nobilium cadaveribus instar canum sic abjectis parcitum non fuerit, quod graviter exaggerat Auctor deß wolmeinenden Discurs/ warumb die Catholischen/ ꝛc. p. 163. Nec immeritó: omnium enim gentium moribus consentaneum est, inquit Cicer. in Verrem, ne cadavera relinquantur insepulta: ritq; civili & canonico juri congruit, l. humanum C. de hæret.

36. Hæc de ipsâ Religionis exercendæ facultate: Sequuntur nunc *Accessoria*, quæ necessitate quâdam consequentiæ veram Religionis colendæ facultatem, vigore pacificationis nostræ comitantur: quæ vel personæ colentis inhærent: vel extra eam sita sunt: illa *Dignitates & Officia*: Ista *Bona & Facultates* in se complectuntur.

37. De *Dignitatibus & Officiis* in Senatusconsulto nostro dispositum est, quod illa nulli Statui seculari ob religionis mutationem auferri debeant.

§. Vnd

§. Vnd damit solcher Friede/*ibi:* sondern bey solcher Religion/Land/Leuten/Herrschafften/Obrigkeiten/Herrlichkeiten vnd Gerechtigkeiten ruhiglich vnd friedlich bleiben lassen/&c. Idemq; de Catholicis in §. seq. Dargegen sollen/&c. totidem verbis repetitur. Loquor autem de statu seculari, propterea quod *in controversia adhuc positum sit, num idem quoq; de Ecclesiasticis dicendum sit?* Pontificii id affirmant per textum in §. Vnd nach deme bey Vergleichung / ubi diserte verbis cautum: Wo ein Ertzbischoff/Bischoff/Prælat/ oder ein ander Geistliches Standes von vnserer alten Religion abtretten würde/daß derselbe sein Ertzbischthumb/Bischthumb/Prælatur/vnd andere Beneficia/ auch damit alle Früchte vnd Einkommen/ so er davon gehabt/alsbald ohne einige Widerung vnd Verzug/jedoch seiner Ehren vnnachtheilig/ verlassen/ auch den Capitulen/vnd denen es von gemeinen Rechten oder Kirchen vnd Stiffts Gewonheit zugehöret/eine Person der alten Religion verwand zu erwehlen vnd zu ordnen zugelassen seyn/&c. Atque ita in Archiepiscopatu Colonienſi exauctorato Hermano & Gebhardo observatum fuisse existimo. Protestantes ex adverso articulum istum (quem vulgò communiter appellant den Geistlichen Vorbehalt) hunc in modum concipi voluerunt: Da aber einer oder mehr Churfürsten/ Fürsten vnd Stande zwischen hie vnd endlicher Vergleichung der alten Religion oder Augspurgischen Confession anhengig würde/ so sollen die jenige/ so zu der alten Religion tretten/ deß genieſſen vnd fehig seyn/ was von den Ständen der alten Confession in dieser Constitution gesetzet/ vnd diejenige so zu der Augspurgischen Confession tretten/ hinwider alles vnd jedes dessen fehig seyn vnd genieſſen/ was von denen/ so zuvor die Augspurgische Confession gehabt/vnd Veränderung in der Religion vorgenommen haben/ in dieser Constitution gesetzet vnd gemeldet ist. Auctor autem p. 1. c. 4. Verum hæc dispositio neq; Ferdinando, neque pontificiis unquam placuit, ut ut plausibiles admodum ad speciosas postulati sui rationes in medium adferrent Protestantes, quas extractatu meo de pace relig. c. 8. huc transferre nimis longum ac tædiosum foret. Alii aliter, prout in hanc vel illam religionem inclinant, de hac quæstione sentiunt. Ego cum judicibus illis Romanis antiquo more pro meo suffragio in re difficili duas saltem literas adpono N. L. ac benevolo Lectori liberum judicium relinquens utriusq; partis rationes non contemnendas adduxisse contentus ero. Pontificii pro stabilienda hujus articuli auctoritate sequentibus utuntur rationibus. I. Quod Ferdinandus vi & præeminentiâ potestatis Imperatoriæ auß Kayserlicher Macht vnd Vollkommenheit ex mandato fratris Caroli V. decreverit, id in dubium vocare velle sacrilegium est, l. 3. C. de crim. sacr. Atqui Ferdinandus hunc articulum deß Geistlichen Vorbehalts ex plenitudine Cæsareæ Majestatis vice & jussu Caroli V. constituit, ac pro lege haberi voluit, d. §. Vnd nach deme bey vergleichung dieses Friedens Streit fürgefallen/ welche sich aber beyde Religions Stände nit vergleichen können. Demnach haben wir in Krafft hochgedachter Römischer Keyserlicher Majest. vns gegebener Vollmacht vnd Heimstellung erkläret vnd gesetzet/&c. Ergo qui talem potestatem in dubium vocat, à sacrilegii crimine se vix purgat poterit. II. Quid in similibus casibus observatum est olim, pro jure non immeritò habetur, l. non possunt, 11. ff. de ll. At talis dispositio, quâ Cæsarea Majestas partibus in negocio religionis invicem dissidentibus litigium illud auctoritate Imperatoriâ dirimendi pro lege fuit observata, Recess. de An. XLIV. §. Wir Churfürsten/&c.

pen.

pen. ibi: Bekennen offentlich mit diesem Abschiede/ daß alle vnd jede obbeschriebene Puncten vnd Articul (ausserhalb obbemeldter vom Religionfriede vnd Recht lautend/ so die Röm. Keyserliche Majestat vnser Allergnädigster Herr auß Keyserlicher Macht/ Vollkommenheit gesetzet/ vnd bey den straffen vnd pœnen in jhren Keyserlichen Landfrieden begriffen/ gebotten hat (mit vnsern guten Wissen vnd Willen fürgenommen/ ꝛc. Ergó etiam hæc dispositio vom Geistlichen Vorbehalt in terminis similibus pro lege servari debet. Nec est, quod quis dicat, fateri quidem Principes Cæsaream Majestatem aliquid ex plenitudine potestatis de religione constituisse; at inde non necessarió consequi, prædictos Principes & Satus Augustanæ Confessioni addictos illud solius Cæsareæ Majestatis placitum pro lege agnovisse. Id, inquam, nihil contra nos stringit, propter verba quæ in d. §. sequuntur: Gereden vnd versprechen in rechten gutē wahren Trewen/ dieselben sampt den obbemeldten articuln/ so die Röm. Keys. Majestat auß jhrer Keyserl. Macht vnd Vollkom̄enheit gesetzet vnd geordnet hat/ wahr/ stet/ fest vnd vnverbrüchlich zu halten/ ꝛc. III. Idq; etiam non diffessi fuêre Protestantes in iisdem Comitiis de Anno LV. quorum verba in aliquo scripto Cæsareæ Majestati super hoc ipso puncto oblato sic habent: Als aber Ewer Königliche Majestat je auff obbemeldter jhrer Resolution beruhen diese vnd andere jhrer Chur- vnd Fürstlichen Gnaden hochbewegende vnd dringende Vrsachen sich davon nicht abwenden lassen wollen/ sondern diesen Articul dero gestalt/ wie er von ewer Königl. Majestat gesetzet/ an stat/ auff Heimstellung vnd habenden Gewalt/ auch vollkommenheit der Keyserlichen Majestat vnsers Allergnädigsten Herrn/ vnd von wegen jhres Ampts/ vnd für sich selbst zuverordnen endlich entschlossen/ so wissen jhre Chur- vnd Fürstliche Gnaden ewer Königlichen Majestat vber beschehene vnterthenige bitte vnd fürwendung hierinnen keine form oder maß zu setzen/ Fr. Burgh. auton. p. 1. c. 4. Et in libello supplici de Anno LXXVI. ibi: Damit sie in streitigen sachen/ daran deß gantzen Reichs gemeiner Nutz vnd Wolfahrt gelegen ist/ pro auctoritate fastigii & muneris Imperat. selbst darein zu greiffen/ vnd alles das zur Billichkeit zu richten haben/ was sonsten der Partheyen widerwertiger Gedancken halben im streit verbleiben möchte/ Auctor, der nohtwendigen Erinnerung wider die Donawertische Information/ Dn. Bernh. Bertram de Comit. Imp. n. 74. in fin. Quó spectat articulus 18. transactionis Passaviensis, ibi: Es haben auch Chur- vnd Fürsten gebeten/ daß jhre Majestat die nothwendigsten Puncten/ vnd daß die Verwandten der Augsp. Confess. am Cammergericht nicht außgeschlossen werden/ auß Vollkommenheit jhrer Keys. Majestat Gewalts/ als bald jmmer möglich/ erledigē wollen. IV. Quicunq; literas sibi præjudiciales retinet, neq; contrariam testationem interponit, pro consentiente habetur, l. filius fam. 17. ff. ad SC. Maced. Ern. Cothm. resp. jur. 91. n. 51. Menoch. lib. 3. præs. 65. Nigrin. de protest. n. 78. p. 53. Jam veró Protestantes super hoc articulo deß Gründlichen Vorbehalts literas valdé prejudiciales, An. LVII. á Ferdin. Rege nulla protestat. interposita non solúm receperunt, sed etiam gratias insuper pro præstita paterna solicitudine Regiæ Majestati egerunt, teste Fr. Burgh. p. 3 auton. p. 333. In prædictis autem literis inter alia hæc habentur verba: Daß sich jhre Majest. Gn zu berichten hetten/ was langwiriger streit sich mehrgedachtes Vorbehalts halber hiebevor auff jüngstem Reichstage zu Augspurg zwischen den Ständen zugetragen/ vnd als sie sich dessen in den Räthen nicht

vergleichen mögen / daß sie solches Puncten halber jhrer Königl. Majestat gespaltene Meynung fürbracht / darauff auch jhre Königliche Majestat sich in jhrer schrifftlichen Widerantwort erkläret / daß solcher der Geistlichen Vorbehalt jhnen mit fug nicht könte verwidert werden / sondern solle jhnen dem Rechten vnd deß H. Reichs Ordnungen vnd Constitutionen / vnd sonderlich dem Passawischen Abschiede vnd aller Billigkeit nach gutwillig zugelassen / vnd dem Religionfrieden einverleibet werden / mit Anregung etlicher stattlichen Vrsachen / &c. Vnd wiewol von jhnen dargegen auch etliche Vrsachen angezogen / derenthalben sie vermeynet solcher Vorbehalt dem Religionfrieden nicht inseriret / sondern vnterlassen solle werden: So ist doch die Sache letztlich dahin gelanget / daß jhre Königliche Majestät mit gutem Vorwissen vnd Willen beyder theil Religion Stände / vnd der abwesenden Räht en vnd Botschafften solches Vorbehalts oder Freystellung halb der Geistlichen obberührten Artieul / &c. dem Religionfrieden einverleiben lassen. Franc. Bu gh. d. part. 1. pag. 24. V. Quod pro utilitate communi receptum est, ex subtili disputandi ratione subvetti non debet, l. 51 in fin. ff. ad L. Aquil. Atqui articulus ille vom Geistlichen Vorbehalt pro utilitate communi contra prætensas Protestantium argutias receptus est; idq; probatur ex eo, quod Ferdinandus paci ac saluti patriæ alia ratione honestâ consulere non potuit: sæpiusculé enim hujusmodi sermones in Comitiis ex ore Pontificiorum auditi sunt: Wenn es ohne den Geistlichen Vorbehalt were gewesen / hetten sie nimmermehr in den Religionfrieden willigen wollen. At quid eventurum fu isse putas (politicé loquendo) si pacis actione disturbatâre infectâ discessum, & partib. utrinque infensissimo religionis odio inflammatis denuó ad arma provocantibus dulcissima nostra Patria procellosis intestini belli fluctibus præteritis temporibus miserandum in modum quassata novis motibus implicita fuisset? nimirum ut mutuis insultibus ac lanienis fœdé lacerata exteris illis Harpyiis, Turcis, Gallis, Hispanis & Italis, qui per tot annos florenti Germaniæ libertati diu inhiarunt avidis faucibus, sine magno labore in prædam cessisset optatissimam. Quâ ratione sobrié, uti politicum hominem decet, perpensâ, non videtur Ferdinando communis tranquillitatis studiosissimo *quidquam iniqui imputari posse, quod contra singulos publica utilitate rependi nequeat*, ut Taciti verbis utar. VI. Quicunque consequitur id, quod petiit, is non potest conqueri de alio, quod ipsi postea ex eadem causa ulterius denegatur. Jam verò Protestantes consecuti sunt id, quod petierunt. In transactione Passavienst, inquit Burghard. p. 3. cap. 19. pag. 348. tria à Protestantibus fuêre petita: compositio Religionis, constitutio firmæ pacis, & æquabilis juris, nullo religionis discrimine habito, inter omnes administratio. Non ergó illis licuit (inquit Burghard. d. loc.) ultra id, quod in transactione Passavienst gladio extorserant, amplius quidquam petere. VII. Humanæ fidei nihil magis congruit, quàm id, quod semel deliberatâ mente promissum est, inviolabiliter servare. Atqui protestantes seria voce promiserunt, se articulum illum de autonomia seu freistellionatu Ecclesiasticorum omissuros, si iidem jurisdictionem suam Eccles. identidem remitterent, inquit Burghard. pag. 349. Ergó Protestantes ab hoc pacto convento salvâ existimatione, alterâ parte invitâ recedere non possunt. IIX. Per quod tollitur Status Eccles. in Imp. R. id vel ex propria nostratium confessione, veluti reip. nocivum, nequaquam admitti debet:

teste

teste Burgh. in sua annon. per discurs. Ast per articulum vom Geistlichen Vorbehalt tolli ur status Ecclesiasticus in Germania, docente experientiâ, quâ hactenus abundé constitit Papatum in reformatis Episcopatibus funditús deleri. E. IX. Per quod Religio Catholico-Rom in Imperio nostro imminuitur, vel potius totaliter per obliquum destruitur, id nullâ ratione excusari potest, cum utraq; religio, donec amicabilis hujus dissidii fiat compositio, in Imp. Rom. tolerari debeat. Jam verò per postulatum Protestantium de expungendo articulo deß Geistlichen Vorbehalts Pontificia religio exterminatur: quod in confesso est. F. X. Deniq; quod tibi fieri non vis, id ut alteri facias, neq; civilis, neq; naturæquitatis ratio permittit. Matth. 7. & in pr. dist. 1. Unde Alex. Severus, cum fustibus subjiciebantur milites, qui socios injuriâ adfecerant, præconem clamare jussit: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, auct. Mel. in Chron. Carion. in vita ejus. Et eleganter Mecænas apud Dion. Nulla in re laberis, si ea libenter feceris, quæ velles alium facere, si ejus imperio subjectus esses. At Protestantes non permittunt, ut sui ministri Ecclesiastici (quos odio & livore turgidus Burghardus noster falsé appellat Predicanten oder Predicantzen) salva dignitate & officio Ecclesiastico ad Pontificiam vel Calvinianam religionem transeant. Ergó idem quoque in casu converso á Pontificiis postulare non debent. Hæc sunt primæ classis argumenta, quæ majorem partem ab Auctore Freistellionatus ingenti flatu & invecto spiritu (ut quidem homo turgidus sibi persuasum habet) contra nostrates objiciuntur. Cætera quæ adduci possunt argumenta, Protestantium ad sensum & ratihabitionem inferre videntur. Quicunque id, quod ab alio dictum scriptumve, suâ manu suoque sigillo sine protestatione confirmat, is ipso facto sine ulteriori voluntatis declaratione alterius intentionem ratam gratamque habere censetur. Auctores consilii secundi der Erbarn Frey- vnd Reichsstätte Session vnd Stimme belangend/ pag. 16. Atqui Protestantes suis manibus & impressis sigillis articulum deß Geistlichen Vorbehalts sine omni protestatione suî scripserunt: quod Recessus noster de Anno LV. sub §. Solches alles/ &c. evidenter demonstrat in verbis: Vnd wir die verordnete Räthe/ ibi: Wie allenthalben obstehet/ stet/ fest/ vnd vnverbrüchlich zu halten/ &c. & circa fin. Vnd wir die verordnete Churfürsten/ Räthe/ erscheinende Fürsten/ Graven vnd Herren/ auch der abwesenden Gesandten/ Botschafften vnd Gewalthaber hernach genennet bekennen auch offentlich/ daß alle vnd jede obgeschriebene Puncten vnd Articul/ also wie obbestehet/ mit vnsern guten Willen/ Wissen vnd Raht fürgenommen vnd beschlossen seyn: Willigen auch dieselbe alle sampt vnd sonderlich hiermit in Krafft dieses Briefes/ &c. Et in Recessu de Anno LXVI. §. Vnd wir die Verordnete/ ibi: Daß obbemeldter Religionfriede in aller massen/ wie er Anno 55. verabschiedet/ renoviret vnd gehalten werden soll Frustrá ergó id, quod semel manu ac sigillo suo ratum habuerunt, ex postfacto in nihilum adducere adlaborant. Nec obstare dicunt Pontificii in §. Vnd nach deme bey Vergleichung/ &c. illa verba: Dessen sich beyde Religion Stände nicht vergleichen können/ quasi nimir. Protestantes in hunc articulum omninó consentire noluerint, & consequenter ad observantiam ejus neutiquam sint adstricti; cum recessus Imperii statuentes ex conventione obligent juxta sollemnem illam clausulam: Haben sich die Stände mit vns verglichen/ &c. Et propterea

in calce omnium recessuum plerumque caussa obligationis cum effectu individuo nexu conjungitur: Daß solches alles mit der Chur-Fürsten vnd Stände gutem Wissen/ Willen vnd Raht gehandelt vnd beschlossen sey. Willigen demnach solches/ &c. zu halten. Hunc, inquam, obicem nihil obstare autumant. Non enim prædictæ parentheseos hunc esse sensum; quasi protestantes articulum vom Geistlichen Vorbehalt nulla ratione admittere, eumq; á pacificatione nostra prorsus exsulare voluerint: sed ad hunc scopum dissensum eorum fuisse directum, ut conscientiam suam retinerent integram, quam permissu hujus articuli reservatorii graviter sauciari in scriptis Cæsareæ Majestati exhibitis aliquoties ingeminaverant. Id quod etiam post pacificationem religiosam in quibusdam literis coram Rege Ferdinando confessi sunt his verbis: Darauff auch endlich die Wort: Welches sich aber beyde Religion nicht vergleichen können/ von Ewer Römischen Keyserliche Majestat bedacht/ vnd vorgeschlagen/ vnd daneben haben sich ewre Königliche Majestat gegen vns mit persönlichen Königlichen Munde erkläret/ daß die Verantwortung im Gewissen nicht auff den Ständen der Augspurgischen Confession stehen solte/ sondern daß es ewer Majestat alleine auff sich zu nehmen bedacht. Et post: Wiewol nun wir der Stände Abgesandten der Augspurgischen Confession Verwandte auff dem Fall da Ewer Königl. Majestät ohne einige Erklärung vnd Anhang berührten Puncten zu setzen bedacht/ mit befohlenen schrifftlichen Protestationen gnugsam gefast/ vnd dieselbe zu vbergeben domals befehlich gehabt. Dieweil aber von ewer Römischen Königlichen Majestat berührte Erklärung geschehen/ haben wir vns solcher Satzung/ so vnsere Gnädigste vnd Gnädige Herren nicht belanget/ dero Gewissen auch derohalben befriediget/ ferner nicht angenommen/ vnd ewer Königl. Majest. darinnen keine maß geben können: prout etiam nullam protestationem tum temporis oppositam in Actis Imperialibus reperiri diserté affirmat F. anc Burgh. p. 3. cap. 18. §. Nun ist aber ibi: Dann zu deme sich einige Protestation in den Actis desselben Reichstages nicht befindet/ sondern dieselbe erst Anno 59. auff die bahn kommen. Ex adversa aciei pro impugnatione Protestantium militat hæc potissimùm ratio: Cui omnium consensus non accessit, id in causa religionis pro communi Statuum decreto haberi nequit. At nunquam probari poterit, Augustanæ Confessioni addictos illud Pontificiorum postulatum (verbis loquor Dn. Bernhard. Bertrams in dissert. de comitiis num. 36.) suo consensu ratum habuisse: quin potius contrarium non solùm ex variis scriptis a Franc. Burghardo parte 1. autonomiæ collectis: sed etiam ex hoc ipso §. Vnd nach deme/ &c. ibi: Welches sich aber beyde Religions Stände haben vergleichen können/ diserté colligi. Ergó dispositio illa vom Geistlichen Vorbehalt pro communi Ordinum Imperii decreto haberi nequit. Major probatur ex transactione Passavienſi, artic. 17. qui sequentibus verbis apud Goldastum loco suprà dicto exstat: Da denn wir sampt der Churfürsten Gesandten/ erscheinenden Fürsten vnd der abwesenden Bottschafften vrbietig vnd willig seyn alle vermögliche Förderung zu erzeigen/ damit in Religionssachen kein Theil sich deß Oberstimmens für andern zubefahren. E. si noluerunt Protestantes per majoritatem votorum suæ confessioni præjudicii quidquam inferri: multó minus id per arbitrium unius concedere ipsis in mentem unquam venit: quamvis iste locus non de pacificatione religionis: sed de judicio Cameræ forsan ab aliquo

accipi

recipi posset: Et art. 15. Was denn auff solchem Reichstage durch gemeine Stände sampt jhrer Majestat ordentlichen zuthun beschlossen vnd verabschiedet/ das soll hernacher also starck vnd festiglich gehalten werden/ &c. ubi curiosis verborum venatoribus observanda venit dictio, Ordentlichen zu thun/ hoc est, potestas ordinaria; quod ipsum indicio esse videtur, transigentes in dissidio religionis componendo plenitudini Cæsareæ potestatis locum ullum dari noluisse. Nec obstare ajunt subscriptionem & sigillum Protestantium nomine adpositum. I. Quia adjecta est illa clausula: So viel einem jeden seine Herrschafft oder Freunde/ von denen er geschickt oder gewalthabend ist/ betrifft oder betreffen mag/ quam restrictionem limitatum circa articulum deß Geistlichen Vorbehalts/ consensum satis arguere existimant. II. In §. Vnd wir die verordnete Churfürsten/ &c. reperiuntur illa verba: Mit vnsern guten Wissen/ Willen vnd Rath fürgenommen/ &c. Ergó quæ Protestantium consilio & voluntate non sunt decreta, illis quoque eorundem subscriptio adcommodari nequit. Atqui Protestantes articulum illum vom Geistlichen Vorbehalt consilio & voluntate sua non adprobarunt; uti ex dispositione d. §. Vnd nach deme bey vergleichung/ &c. satis constat. Ergó etiam subscripto eó extendi nequit. Hæc si solidam firmitatem obtinent, ea, quæ suprà in contrarium allata sunt, facili negocio dissipari poterunt: Verùm quia gressus hujus semitæ admodùm lubricus est, ego, ut ante memini, Relatoris partibus defunctus censoriam virgulam non mihi, sed aliis trado, quibus fortean.

De meliore luto finxit præcordia Titan.

Sané si vera est Pragmaticorum nostrorum Maxima: quod uni Doctori excellenti (multó magis igitur duobus) de contraria consuetudine testanti credatur, Mynsing. cent. 5. observ. 96. Frid. Pruckm. vol. 1. conf. 47. num. 173. præsertim si diu eo in loco, de quo testatur, versatus sit, Knich. de non prov. Sax. priv. v. Ducum. cap. 4. fol. (mihi) 100. dicendum est ex sententia Petri Frideri de process. lib. 1. c. 29. num. 6. & Georgii Schonborn. lib. 4. polit. c. 6. hunc articulum contrariâ Imperii consuetudine abrogatum esse: quod an generatim & ubique locorum verum sit, ex actuum illorum difformitate, quos ex Episcopatu Colonienſi suprà in contrarium adduxi, non sine causa quis ambigere potest. Illud saltem hìc in quæstionem vocare libet: *An dispositio d. §. Vnd nach deme bey Vergleichung/ &c. habeat etiam locum in universo Capitulo, quod communi consilio interveniente vel ratihabitione post reformationem subsecutâ cum Episcopo vel Præposito suo, Pontificio jugo excusso, Augustanam Confessionem amplectitur?* Non memini, me apud ullum Scriptorem ante dissertationem meam (in qua extremis saltem digitis hanc quæstionem delibavi) legisse, de hoc passu unquam quæsitum fuisse: interim tamen exercitii gratia negantium partes in me suscipiam. I. Quia numerus ille singularis: Wo ein Ertzbischoff/ Bischoff oder ein anderer Geistliches Standes/ &c. daß derselbe sein Ertzbischthumb/ &c. vnd eine Person der alten Religion zu erwehlen zugelassen seyn/ &c. vel ut habent postulata Pontificiorum, quæ paci nostræ inseri voluerunt: Wo einiger Ertzbischoff/ Bischoff/ &c. teste Francisc. Burghard. d. autonom. p. 1. cap. 4. salvâ ratione recti sermonis ad Capitulum seu universum Collegium extendi nequit. Jam verò brocardici juris est, quod in dubio á proprietate verborum non sit recedendum, l. 69. de leg. 3. cum nemo

videatur quidquam dixisse, cujus non suo (genuino & proprio) nomine usus sit. l. Labeo, 7. §. 2. ff. de supel. leg. II. Quod de singulis dispositum est, de universis proprié prædicari non potest: aliud enim est universitas; aliud sunt singuli. l. 6. §. 1. ff. de rer. division. Sic Populus Romanus ante Legem Regiam legibus erat solutus; ideoq; legem concedere & abrogare poterat: quod verum, si populum spectes universum; secus, si singulos, Casp. Sch ford. ad Ant. Fabr. lib. 3. tit. 19. quæst. 3. arg. l. 7. §. 1. ff. quod cuj. universit. sic legatum civibus universis, non dicitur relictum singulis, qui sunt de universitate, l. 2. & ibi Donel. ff. de reb. dub. Sic Imperio civitatis nihil obstat, quó minus singulos cives non impetratâ veniâ in jus vocare liceat, l. 10. §. 4. ff. de in jus voc. & dict. l. 7. §. 1. Atqui dispositio dicti §. Vnd nach deme bey vergleichung / &c. de exauctorandis Clericis, de singulis loquitur, non de universis corporibus; per suprá dicta. Ergó. III. Quod á præceptis juris communis exorbitat, ad consequentias non est producendum, l. 14. cum sequent. ff. de legib. cap. quod verò. R. J. 6. Atqui articulus deß Geistlichen Vorbehalts talis est, d. §. Vnd damit solcher Friede: cum §. sequent. argument. l. id quod nostrum. de Reg Jur. juncta. l. sunt personæ. 63. in fin. ff. de religios. & sumt. funer. & c. in pari. Reg. Jur. 6. IV. Ea quæ conditionem important, in forma specifica adimpleri debent, l. qui heredi. 44. & l. 55. ff. de cond. t. & demonst. Jam verò dictus §. vom Geistlichen Vorbehalt conditionem importat, ibi: Wo ein Bischoff / &c. von vnser alten Religion abtretten würde / D. Guil. Val. Forster. observ. subcess. lib. 2. c. 11. Clarissimus Vir Dn. Arumæus. lib. 2. dec. 2. num. 37. Jacob. Schultz. pr quæst. 61. num. 22. & Joh. Rüding. cent. 4. observ. Cam. 65. Ergó in terminis formalibus (hoc est, in personis determinatis, non autem in aliis) adimpleri debet. V. Ubi agitur de privatione juris quæsiti, ibi benignior facienda est interpretatio, cap. in pœnis. Reg. Jur. 6 l. 42. ff. de pœn. Atqui in articulo nostri §. vom Geistlichen Vorbehalt agitur de privatione dignitatum & officiorum Ecclesiasticorum. Ergó ad alias personas dicti §. dispositio per subaudi tos juris intellectus non est extendenda, præsertim cum pœna privationis non debeat imponi, nisi in casibus jure expressis, Joh. P. Surd. decis. 200. num. 1. VI. Dispositio vom Geistlichen Vorbehalt introducta videtur in favorem Capitularium, ibi: Auch den Capitulen / vnd denen es von gemeinen Rechten gebühret / eine Person der alten Religion verwand zu erwehlen zugelassen seyn: quæ verba spontaneam voluntatem, non juris necessitatem, inducunt, l. 40 ff. de judic. Ergó juri in suum favorem introducto, quó minus renuntiare queant, nulla juris ratio prohibet. vulgata l. si quis. 29. Cod. de pact. VII. Denique cui nullum interesse principaliter convenit, is omni quoq; actione destitutus est, l. cum nihil. 33. ff. locat. l. 3. §. 1. l. 38. §. alteri de V. O. At religionem Pontificiam non mutare Pontificiorum Imperii Statuum principaliter non interest. Rectè itaque á Capitularibus contra illos excipitur: quantum ad vos, liberas ædes habemus. Et quamvis illa mutatio per consequentiam vergat in decrementum religionis Pontificiæ: non tamen ob id suo quisquam jure uti prohibendus est, arg. l. 1. ff. de auct. tuto. multum enim interest, utrum quis damnum sentiat, an lucrum, quod adhuc faciebat, uti prohibeatur, inquit sc. Proculus in l. 26. ff. de damn. inf. Quibus sic scripti s incidi in partem secundam juris publici, in qua Dn. Engelbrechtum de jurisdict. thes. 135. Laur. Ohm de jure Episcop. concluſ. 14. & nobilissimé Dn. Bernhard. Bertram in dissert. de Comitiis Imp. Germ. n. 36. me-

36. mecum cõsentire reperi. Atque eo jure civitas nostra Rom. retrò in multis similibus casus usa fuit. Ergó huic interpretationi meritó standum est, l. 37. ff. de leg. Dan. Moller. ad const. Elect. part. 3. constit. 18. num. 3. Surd. decis. 129. in fin. Talis enim præsumitur actus, qualis fuit observantia subsequens, Jacob. Schultz pr. quæst. 53. num. 65. & quæst. 55. num. 36. ubi ait, leges & statuta per usum & observantiam subsecutam cottidié declarationem admittere. Vana igitur quorundam vociferatorum Pontificiorum est exclamatio, qui querula voce ubivis lamentantur, Principes Augustanæ Confessionis pacem religiosam multis modis in eo violasse, quod Episcopatus & alia bona Ecclesiastica ad suam religionem pertraxerint, cum in hujusmodi reformationibus Capitularium consensum interveniisse hosce calumniarum Architectos minimé me latere queat. Atrocior longé injuria est, & intentioni pacificationis nostræ é diametro contraria, quod in Episcopatibus pontificiis Episcopi juramento adiguntur de non deserenda religione pontificâ: Daß sie bey der Päbstlichen Religion beständiglich biß an jhr letztes Ende vnd Seufftzer verbleiben / vnd nimmermehr zu der Augspurgischen Confession sich begeben wollen / Auctor deß wolmeinenden Discurs/warumb die Catholischen sich von den Spaniern absondern sollen / &c. pag. 160. ubi ait: non ita pridem inter quosdam Capitulares Argentoratenses convenisse, quod nullum, nisi Romanam Religionem & concilii Tridentini decreta juratò professum, in consortium suum admittere velint. Illud, inquam, articulo Vnd nach deme/&c. pacificationis nostræ omnimodó contrarium, quo diserté cautum, non quod Clericis pontificiam religionem deserere interdictum sit; (quid enim hoc aliud esset, quám veritatem cœlestem abjurare, & Spiritui sancto immortale bellum indicere?) sed quod beneficiis Ecclesiasticis se abdicare debeant: Wo sie von der alten Religion abtretten würden / daß sie alsdann jhre Bischthumb/ Prælaturen vnd andere Geistliche Beneficia alsbald verlassen sollen. Quodnam hîc quæso, de pontificia superstitione ac idolomania non deserenda verbum? An non Præter aperté profitetur, se tale juramentum in ultimis voluntatibus, (ex quibus pleriq; Episcopatus originem trahunt) ad quod homines metu Numinis divini perquám timidi sunt, ratum habere nolle, ne hi, quibus testator aliás prospectum voluit, commodo ultimæ voluntatis contra ipsius intentionem defraudentur? l. 8. ff. de cond. inst. Itané Spiritui sancto, qui etiam in suprema mortis hora in homine impio vel pravâ religione infecto pro sua ineffabili misericordia efficax esse potest, quasi hosti acerrimo omnis convertendi aditus erat præcludendus, & conscientiæ libertati dirum jugum imponendum? Quid, inquam, absurdius est, quám illud denegare viris dignitate illustribus, conscientiæ nimirum libertatem, quod etiam vilissimis lixis per Emigrationem est concessum? ô pietas! ô ratio!

38. Bona, quæ Religionis exercitium comitantur, duplicia sunt, *Patrimonialia* vel *Ecclesiastica*. *Illa* possessoribus suis Religionis intuitu intacta & inviolata relinqui debent. *a Ista* sunt res sacræ, cultui divino consecratæ, & ad ministrorum Ecclesiæ sustentationem piâ devotione ac zelo dedicatæ. Quæ vel á Protestantibus occupata: vel in pote-

potestate Pontificiorum adhuc posita sunt. De illis talis esto regula: Præfecturæ sacræ, cœnobia, aliáve bona Ecclesiastica á Statibus nonnullis intercepta, & ad pias *b* causas conversa, si neq; ad alios Imperii Ordines pertinent, vel tempore transactionis Passaviensis á Pontificiis fuêre possessa, suo loco immota manento; nulli eo nomine actio esto, nulli pro his processus decernuntur. *c* De istis legis provisio talis est. Ordinibus eorumq, subditis antiquæ religionis reditus, census & decimæ manento, commoda & jura, quæ ante ortum de religione dissidium competierunt, salva sunto.

a) §. Vnd damit solcher Friede / ibi: Sondern bey solcher Religion / auch jhren Haab / Gütern ligend vnd fahrend / Land / Leuten / Herrlichkeiten vnd Gerechtigkeiten friedlich vnd ruhig bleiben lassen. Quæ dispositio antidotum est saluberrimum ad expellendam eorum pravitatem, qui clamitant, Lutheranos esse Hæreticos, Ant. Fab. in suo Cod. tit. de summ. Trin. ideoq; non solùm Vulcano litandos ex sententia Angeli. Gril. Ant. de Padil. Jul. Clari, &c. sed etiam bona ipsorum sine privativâ sententiâ in publicum redigenda, Matt. Benkend. ad l. 2. de Reg. Jur. pag. 812. per c. cum secundum 19. de hær. in 6. Surd. decis. 247. eorumq; terras (hoc est, regna & oppida) ab aliis Catholicis esse occupanda, auth. si verò dominus. C. de hæret. c. excommunicamus. §. moneantur. & c. ad abolendam §. statuimus. 8. de hæret. quam constitutionem non immeritò absurdam vocat politissimus Dn. Hoedled. disput. de bell. German. adst. 2. in fin. *b*) Rectissimè: neque enim id, quod semel dicatum Deo, ad profanos usus transferri debet, c. semel Deo. de R. J. in 6. l. sancimus. & l. ut inter. C. de SS. Eccles. Quod jus & á Jehova ipso ortum, & naturæ ac communi gentium lege sancitum esse gravissimè tradit Dn. Ern. Cothm. resp. jur. 100. n. 18. & per tot. P. Matt. Wehn pr. obs. verb. Vngerecht Gut / Coler. de process. exsec. p. 2. c. 3. n. 181. ubi ait, semel dicatum Ecclesiæ esse sanctum sanctorum, ideoq; sine incursu sacrilegii capi non posse. Quæ pia honestaq; admonitio si ab omnibus illis, qui profanas manus sacris bonis admoverunt, probè observaretur, facilè Er. Bu ghardo auton. part. 3. c. 16. uno verbo M. responderi posset, ubi non sine opprobrio Protestantium profanationem exagitat: Wie sind jhrer Eltern Stifft vnd Clöster? Ist es nicht alles profanirt / abgethan / nidergerissen vnd verwüstet? Sind nicht auß Bischthumben Weltliche Fürstenthumb / auß den Kirchen Zeughäuser / Roßställe / Tantzhäuser / Pulverkasten / Badhäuser / &c. auß den Clöstern gemacht worden? Negare certè non possumus, (verbis loquor Henr. Petrej. Consil. Brunov. in tract. de monaster. pag. 74.) exempla eorum non deesse, qui res Deo dicatas attrectare, atque deripere, cœnobia invadere, eorumq; census in usus profanos convertere, & muneris atque officii sui immemores epulis & crumenis tantùm intentos literatum & pauperum penitus oblitos Christi panem confidenter devorare ausos fuisse; sed malè concoxisse, ac verè, sed seró nimis experros fuisse, Fundat rum devotas exsecrationes gravi effectu non caruisse: Wer die Güter nimpt / demselben soll Lunge vnd Leber im Leibe verföhren: Item: Wer das thut / den straffe deine (justè, Deus, ultor) Hand mit Armuth / Kranckheit / Schmach vnd Schande. Cujus-

medi

modi exsecrationes in quibus dã Monasteriis se vidisse refert Dn. Petrejus d.loc. Et Pet.Frideric.de contin.causs.lib.3.c.18.num.51.ex D.Luthero tradit, bona Ecclesiastica in suum usum convertentibus idem accidere, quod Aquilæ olim obveniebat, cui videnti Jovi sacrificium in ara fieri ex carne aguinâ, advolanti bonamq; partem auferenti carbo igneus alis adhæserat, quó postmodúm & nidos, & pullos, quibus prædam advexerat, comburi faciebat. Nec est, quod quis subterfugium quærat in superstitioso harum rerum abusu, cui perverso olim zelo mancipatæ fuerunt. Etsi enim inficias iri non possit, bona illa erroneâ quadam devotione in Cimmeriis dominantis Papatus tenebris non veram Dei gloriam, ceu genuinum scopum, adsecuta fuisse; sed usum eorum superstitiosâ traditionum humanarum spurcitie fuisse coinquinatum; ac veræ pietatis officio functos esse illos Magistratus, qui impium istum abusum sustulerunt: non tamen exinde inferre licet, quod bona semel Deo consecrata, in patrimonialem usum convertere liceat; cum sit explorati juris, quod ea, quæ ad illicitum usum collata sunt, ad alios veræ pietati consentaneos usus transferri debeant, ut memoria testatoris alio & licito genere celebretur, l.legatum.6. ff. de usufr.leg. & argum.l 4 ff.de adm.rer.ad civit. pertin. ubi Bart.exemplum ponit in testatore, qui pro Missis canendis centum legaverat, quæ si propter interdictum Ecclesiæ Missa non possit cantari, in alium pium usum converti omninó debent: quibus cum congruunt ea, quæ tradit Mod.Pistor.vol.1.cons.54. n.ult.Coler.decis.224.& Nicol. Reusner libr.4.decis.7.per tot. ubi hunc passim late explicat; adeó ut hodie ad translationem illam propter suspensionem jurisdictionis Ecclesiasticæ Episcopi auctoritas non sit necessaria, teste Henric.Bruningio de var.universit.spec.concluss.72. Pié itaque faciunt illi repurgatæ religionis Magistratus, qui prædas illas opimas optimo jure saginatis ventribus, fruges tantúm consumere natis, ereptas ad alias pias causas, puta redemtiones captivorum, dotes virginum tenuiorum, sustentationem egenorum ac miserabilium personarum, reparationes Ecclesiarum, ac studiosæ juventutis informationem contulerunt, Auctor diss.de jure Prin.concl.90.ubi laudat exemplum PHILIPPI Hassiæ Landgravii: & Dn Petrejus dict.tractat.de Monaster.eo nomine præclaré meritum JULIUM Ducem Brunovicensem immortali laude dignum esse ait.

Inprimis verò (ut hoc obiter addam) mirificé mihi placet votum Nic. Betsii in tr.de pact.fam.ill.cap.ultim.quod sequitur Christoph. Besold.de success.reg.diss. 6.optantis. ut amplissimi reditus Ecclesiastici (qui magnam partem luxu, luxuria, libidine, & omnis generis voluptatibus consumuntur, Auctor diss. de jure Principconcluss. 90.) in equestribus ordinibus constituendis impenderentur, quibus non solúm potentiorum secundogeniti sese alere, & sublimes Imperii dignitates in sua integritate conservari possent; sed etiam quod perpetuas pro lege & grege excubias ageret, firmum haberetur præsidium: melius procul dubio publicis privatisque rationibus in Imperio Romano consuleretur. Sed surdo hic narratur fabula.

c) Non tantúm civiliter, sed etiam naturaliter: id enim præcedens vocabulum **Eingezogen**/arguit, Bruning.de var.universs.spec.concluss.20. § præfecturæ. d) Denaisd.loc.num.11.Recess.Imper. de Anno LV. § **Dieweil aber etliche Stände vnd deroselben Vorfahren etliche Stifft / Clöster vnd andere Geystliche Güter eingezogen/vnd dieselbe zu Kirchen/ Schulen / milden vnd andern Sachen ange-**

wendet. So sollen auch solche eingezogene Güter / welche den jenigen / so dem Reich ohne Mittel vnterworffen seyn / nicht zugehörig / vnd deren Possession die Geistlichen zur zeit des Passawischen Vertrags oder siedhero nicht gehabt / in diesem Friede Stand nicht begriffen oder eingezogen seyn / vnd bey der Verordnung / wie es ein jeder Stand mit obberührten eingezogenen vnd allbereit verwandten Gütern gemacht / gelassen werden / vnd dieselben Stände derenhalb weder in noch ausserhalb Rechtens zu Erhaltung eines ewigen bestendigen Friedens nicht besprochen noch angefochten werden. Qua in re Legislatores optimi imitati sunt exemplum Thrasybuli, qui Athenis ἀμνηστίαν ita sanxit, ut, quod quisque haberet, retineret, Jul. Pflug. de reform. Imper. & Dresser. in oration. funebr. Elect. August. pagin. 658. e) § Als auch den Ständen der alten Religion verwandt alle jhre zustehende Renth / Zinß / Gült / vnd Zehenden / wie oblaut / folgen sollen / &c. § Dargegen sollen die Stände / ibi: Gleicher gestalt bey jhrer Religion / Glauben / Kirchengebreuchen / Renthen / Zinsen / Zehenden vnbeschwert bleiben / vnd sie derselben friedlich vnd ruhiglich gebrauchen / geniessen / vnverweigerlich folgen lassen / &c. Quod tamen cum hac restrictione accipiendum est, ut ex illis ipsis reditibus ministeria Ecclesiæ, scholæ, xenodochia, ut olim, ita deinceps, nullo religionis discrimine, constituí ac sustineri debeant; lite desuper exortâ coram arbitris electis intra VI. menses decidendâ, dict. § Als auch den Ständen / cum § sequent. Vnd ob solcher Bestellung halb Zwiespalt vnd Mißverstand fürfielen / &c. Denaisd. dict. titul. num. 151. & sequent. Gylman. symph. supplic. p. 1. titul. 3. suppl. c. 7. Henric. Bruning. d. concl. 20. in fin.

Vtrum verò illa Ecclesiæ & Scholis præfectorum Ministrorum stipendia, omnium rerum precio indies crescente, augeri queant; an verò in illo Statu, in quo tempore pacificationis fuerunt, relinqui debeant, non intempestivè quæritur? Posterius intendunt Pontificii in suis gravaminibus Anno XCIV. Cæsareæ Majestati oblatis: sed contra pietatem ac humanitatem. Quid enim pietati magis consentaneum, quàm ut is, qui Altari deservit, cum Altari participet, & qui Evangelium annunciant, de Evangelio vivant, inquit D. Paulus 1. Corinth. 9. vers. 13. Quid humanius, quàm ut illi, qui in tanta cottidie invalescente annonæ caritate majores sumtus in suam suæque familiæ sustentationem facere coguntur, paulò majus quoque quàm olim, cum longè minori precio omnes res venales constarent, ex suis laboribus sentiant lucellum? At, aiunt, eadem ratio procedit quoque ex parte adversa, cum Pontificii Clerici, quibus reditus præstandi, idem crescentis annonæ onus sentiant. Non diffiteor: sed illa æquiparatio nihil commune habet cum casu præsenti, ubi Protestantes sunt in possessione horum redituum, quorum conditionem in pari causa potiorem esse, nemo, nisi hospes in jure, ignorat. Valeat itaque hîc ea justitiæ regula, quæ suum cuique attribuit, ut non distrahatur ab ullius personæ petitione justiori. Rectè igitur á Protestantibus ad hoc gravamen responsum: Können sie (Catholici) die jetzt eine zeitlang continuirten thewren Jahr in vorige glückselige Zeit bringen / da fast einem jeden ein Gülden so nütze gewesen / als jetzt drey seyn können / so ist jhnen vmb viel hundert Gülden geholffen.

39. Et hæc de Religionis liberè exercendæ forma. Sequuntur nunc

nunc *Personæ*, quibus exercendæ religionis alterutrius facultas competit: Cujusmodi sunt I. *Cæsar & Rex Romanorum*, summa illa Imperii capita. *a* II. *Status Imperii*. *b Nobiles Imperii Liberi*, *c* & horum omnium subditi, qui cum Magistratu suo pari jure fruuntur. *d*

a) § Dargegen sollen die Stände der Augspurgischen Confession die Römische Keyserliche Mayestat/ vns (scilicet Regem Romanorum) gleicher gestalt vnbeschweret bleiben lassen/ &c. *b*) § Vnd damit solcher Friede/ ibi: So sollen die Keyserliche Majestat keinen Stand des Reichs von wegen der Augspurgischen Confession in einiger gestalt beschweren/ & § sequent. ibi: vns vnd Churfürsten/ Fürsten vnd andere des heiligen Reichs Stände. Tantúm enim hi, præsertim Principes (sobriè tamen intelligendo) in suis possunt provinciis, quantum Imperator in Imperio, Zasius vol. 2. cons. 1. num. 21. Menoch. consil. 601. num. 11. Auct. diss. de jure princip. concl. 89. M. Berl. ch. p. 2. concl. pract. 4. num. 20. & alii alibi Sunt autem Status Imperii personæ sive universitates Cæsarem immediatè superiorem recognoscentes, (die dem Römischen Reich vngemittelt vnterworffen seyn/) & Cæsaris ac communi Ordinum Imperii consensu in matriculam Imperii (quæ Anno ∞ IↃ XXI. fuit redintegrata, vid. Recess. de Anno XCIV. § Wann auch/ &c.) receptæ eâ lege, ut ad Comitia evocentur, ac de negociis ad Rempublicam spectantibus in commune deliberent. Tob. Paurmeist. de jurisdict. lib. 1. cap. 6. num 3. Tales sunt Septemviri, Principes tám Ecclesiastici, quám seculares, Prælati, Comites & Civitates Imperiales, Gail. de arest. cap. 6 numero 25. *Non Civitates maritimæ*. Hanse Städte: quarum petitio, ut pacificationi nostræ interereretur, repulsam tulit; uti hæc in re nobiscum sentit Dn. Andr. Knichen. in sua Encyclop. cap. 13. in fin. Dixi Status eo fine ad Comitia evocari, ut de rebus Imperii cum Proceribus in commune consultent. Unde nobilis Promanat quæstio: *An Civitates Imperiales in Comitiis Imperii Germanici non solùm habeant ius sedendi, sed etiam deliberandi, ac suffragium ferendi: an verò id, quod ab Electoribus, Principibus & cæteris Imperii Ordinibus conclusum est, præcisè & sine omni contractione nolentes volentes adprobare necesse habeant?* Multi & inter hos infimæ notæ Viri jus suffragii Civitatibus liberis & Imperialibus prorsus denegant; á quibus pro libertate Academicâ, salvo aliorum judicio & partis adversæ jure, (cui hoc meo calculo nihil detractum volo; de quo solemniter protestor) cum Dn. Bernhard. Bertram in dissert. de Comit. numero 46. secessionem facio, propter rationes in tractatu nuperrimé edito adductas, qui sic inscribitur: Zweene ausführliche Rahtschläge des heiligen Römischen Reichs Erbarn/ Freyen vnd Reichsstädten Session/ Stand vnd Stimme betreffend: Vnd ob dieselbe schuldig seyn/ was Chur- vnnd Fürsten/ Prælaten/ Graven vnd Freyen/ in Reichs Handlung/ vnbefragt Ehrengemeldter Städte Botschafften Raht/ Gutdüncken vnnd Bewilligung beschlossen/ anzunehmen oder nicht; quæ breviter in hanc disserendi formam redigi possunt. Id quod alicui jure naturali, civili, publicis Imperii recessibus, & ex dictamine rationis naturalis competit: quoque quis antiquissimo & hominum memoriam excedente tempore usus est, id jure constituti habetur, nec illi sine facto suo auferri potest. Atqui Civitates Imperiales divino, naturali, civili, & publicis Imperii legibus, ratione denique naturali jus votandi habent, & annis retrò lapsis, antequam hæc

Status controversia ipsis fuit mota, hoc jure usi sunt, ut in suis distinctis conclavibus de capitibus á SS. Cæsarea Majestate ad deliberandum propositis ad instar cæterorum Imperii Ordinum consultarint, consilia cum Electoribus & Principibus (mit dem Chur- vnd Fürsten Raht/) communicarint, cumque iis, quo ad fieri potuit, in unum cõvenerint, vel ob graves dissentiendi caussas sententiam suam á reliquis Proceribus diversam Cæsareæ Majestati seorsim obtulerint. Ergó. Adsprob. I. Quia æquitas naturalis postulat, ut, quem sequuntur incommoda, eum quoque sequantur commoda. Jam veró Civitates Imperiales pro portione haud exiguâ publica Imperii onera ferre tenentur. Æquum igitur est, ut commodo votandi vicissim gaudeant. II. Æquitas naturalis non patitur, ut alteri per alterum iniqua inferatur conditio, l. non debet. Reg. Jur. Atqui si Civitates liberæ id, quod in caussis contributionum á cæteris Ordinibus decretum esset, sine omni exceptione pro lege publica agnoscere teneantur, illarum subditis iniqua inferretur conditio, quorum cervicibus durum exactionum jugum per Principes imponi posset, d. tr. pag. 9. ibi: Nun ist gewiß/ wo Chur- vnd Fürsten solten die Macht haben/ etc. daß sie mit der Städte verderblichen Schaden/ als die jenigen/ so deß heiligen Reichs Beschwerden zum mehrertheil tragen müsten/ jhren Profit vnd Frommen schaffen/ vnd aber die Städte desselben vnüberwindlichen Verlust haben/ wie solches jüngst gewesener Türckenzug gnugsam ausweiset/ & pag. 41. plenius id demonstrat. III. Sic etiam naturalis ratio dictitat, ut quod omnes tangit, ab omnibus quoque adprobetur, cap. quod omnes. Reg. Jur. in 6. c. si Archiep. E. de temp. ordin. At publica Imperii decreta quo ad observantiam non minus tangunt Civitates, quám Principes, eorumque subditos. E. IV. In contractibus omnium tám inferiorum quám superiorum contrahentium requiritur consensus. Atqui decreta Imper. valent in vim contractus, & per modum contractus conficiuntur, juxta sollemnem clausulam Recessibus adponi solitam: Haben wir vns nachfolgender Ordnung vereiniget/ vergleichen/ vnd deshalben mit vns gegen einander Contracts weise verpflichtet/ etc. V. In actib. universitatis, in quibus tractatur de rebus ipsam universitatem ut singulos concernentib. non majoris partis, sed omnium consensus requiritur, Dd. in l. 19. ff. ad munic. & CC. in cap. cum omnes. E de const. Atqui consultationes de reb. Imp. plerumque ipsas quoque civitates concernunt, d. tr. pag. 12. E. VI. Patet id ipsum ex præf. A. B. Car. IV. ibi: adsidentib. nobis in sollemni Curia Norb. omnib. Princip. Elect. rib. Eccles. & secular. aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium æ Civitatum multitudine numerosa, &c. quod factum Anno Christi 1356. & ex reform. Franc. Frider. III. de Anno 1442. in pr. Mit Raht vnser vnd des Heiligen Reichs Churfürsten/ Fürsten/ Geystlicher vnd weltlicher Graven/ Freyen/ Herrn/ Ritter/ Knecht vnd Städt/ die wir dann durch sich selbst oder jhre mächtige Sendbotschafften her zu vns zu kommen/ verbot vnd geheissen haben/ etc. VII. Infallibile indicio nobis sunt Imper. Recess. in quib. á multis annis plerumque hęc reperitur subscriptio. Vnd wir Churfürsten/ vnd des Heiligen Reichs Frey- vnd Reichsstädte Botschafften vnd Gewalthabere hernach benandt bekennen offentlich mit diesem Abschiede/ daß alle vnd jede Puncten vnd Articul mit vnsern guten Willen/ Wissen vnd Rath fürgenommen vnd beschlossen seyn/ etc. Auct. d. conf. 2. pag. 15. VIII Verba in rescriptis Principum accipienda sunt cum effectu, l. quando, ubi Dd. de leg. 3. Jam veró Civitates

Imper.

Imper. ultra hominum fatalem periodum per rescripta Cæs. ad Comitia his verb. evocata sunt : Mit vnd neben andern Ständen helffen handeln / rahtschlagen vnd schlieſſen: quę certé verba omninó frustratoria, imó illusoria forent, si citatis jus votandi non competeret, d. tr. pag. 19. IX. Quibus non parúm opitulatur antiquissima Imper. observantia, legis vicem obtinens, l. 2. § aquæductus d. aqu. pluv. arc. & c. super § præterea. E. de V. S. quam per multos actus ab Anno CIↃ CCC. distinctè deducunt Auctores dict. consil. 2. pag. 20. & seq. quorum fides, licet ex scripturis propriis stabiliatur, in dubium vocari nequit, cum allegatæ scripture sint antiquæ, ex archivis Civitatum depromtæ, & pluribus in locis conformiter repertæ, ideoque plenam probationem faciant, text. & CC. in c. cum causam. E. de prob. Auct. d. cons. p. 36. X. Absurdum est & rectæ rationi repugnans, ut deterior sit conditio civitatum Imperialium, quám Provincialium aliis Principibus immediatè subjectarum. Atqui Principes non possunt tales civitates sine communi Statuum suffragio collectare, vel civitatibus in consultis quidquam onerosum statuere. Cur non ergó eodem jure fruantur Civitates Imper. in publicis Imper. decretis ? An quia majorem in has habent potestatem, quám in suas provinc. quæ ob id dicuntur libertæ, quod jugo Principum prosus sunt exemtæ ? XI. In omni actu ea capienda est interpretatio, per quám excluditur superfluitas. Atqui si civitates Imperiales sedendi tantúm, non autem votandi jus habent, superfluitas non tám excluditur, quám inducitur, quia si in Comitiis nihil aliud, quod agant, habent, quám ut Principum decreta inspiciant vel audiant, eaque sine contradictione rata esse jubeant, domi manere & absque sumtuum impendio expectare queunt, donec Recessus Imperii vel á Cęsarea Majestate vel á Principibus ad parendum ipsis transmittantur. Ad excludendam igitur dispendiosam hanc superfluitatem dicendum est, Civitatibus Imperialibus non modó comparendi, sed etiam suffragandi potestatem in comitiis competere. XII. Denique qui ad audiendam propositionem, & ad consessus Imperii instituros venire jubentur, quibus cum cæteri Status super quibusvis reb. incident. b. sua animi sensa communicant, quorum Nuncii ad delectus, ad omnes denique actus coram Cæs. vel ipsius Commissario comm. Statuum nomine expediendos adhibentur, illis aliquid amplius, quám meram sessionem & mutæ personæ figuram competere necesse est. Atqui Civitatibus Imperialibus prædicta omnia tribuuntur, Auctores d. cons. 2. pag. 47. Ex quibus omnibus fortiter concludendum esse existimo, Civitatibus Imperialib. tanquam Statibus Imperii non solúm sessionem ; sed etiam votum, pari cum reliquis ejusdem corporis membris jure, tribui debere. *c)* § Vnd in solchen Frieden sollen die freye Ritterschafft / welche ohne Mittel der Keyserlichen Majestat vnd vns vnterworffen / auch begriffen seyn / also vnd der gestalt / daß sie obbemeldter Religion halb auch von niemand vergewaltiget / bedrenget vnd beschweret werden sollen / Johan. Ruding. cent. 4. obser. Cam 37. Johan. Bidembach. hend. 1. nobil. quæst. 3. & 5. Gylman. symph. suppl tom. 1. p. 1. tit. 3. fol. 235. Joach. Cluth. syll. rer. quotid. concluſ. 26. lit. K. Quos Statib. Imper. propterea oppono, quod licet Imper. immediatè subsint, ad Comitia tamen non evocentur, & ita requisita Status illis non competant, Sixtin. de regal. lib. 1. cap. 4. numero 94. quamvis vetustis temporibus publicis diætis eos quoque interfuisse ex Aurea Bulla Caroli IV. & aliis monumentis publicis non obscurè colligere liceat, teste Buxdorffio in diss. super A. B. concluſ. 5. quem

sequitur novissimè Dn. Bernh. Bertram. de comit. num. 39. sed quæ caussa est, quod hoc nostro & superiori seculo ad comitiale vocari desierunt? Existimant Auctores dict. consilii secundi der Reichs Städte Session vnd Stimme begreiffend/ p. 52. id duplici ex caussa factum, partim quod Nobiles aliorum Principum facti fuerint Landsassii, partim quod ab omnibus Imperii oneribus sint exemti, & ob id parum eorum interesit, qui in Comitiis Imperii decernatur. Verùm quia fide historicâ destituimur, certi quidquam hîc adfirmare tutum non est. *Sed quid dicendum de illis, qui Imperii quidem immediatè sunt subiecti: Status tamen Imperii non sunt*, als da seyn Prælaten/ Stifft vnd Clöster/ die in der Augspurgischen Confession verwandten Landen gelegen seyn. Nodus hîc á Dnn. Cameralibus sæpiùs quidem tentatus, nunquam verò solutus est, votis plerumque pari numero dissidentibus, teste Gylmano lib. 2. ter. judic. decis. 59. quamvis negantium opinio probabiliormihi videatur; illis nimirum religionis libertatem non competere; cum unius inclusio alterius sit exclusio, & exceptio in casibus non exceptis regulam in contrarium arguat. Quoniam igitur Nobiles Imperii in §. Vnd in solchem Friede/ &c. sunt inclusi ac specialiter excepti regula de aliis, qui immediatè quidem Imp. subsunt, Status tamen non sunt, in contrarium statuendo venit. *Multò minus ergò § nostri dispositio Statibus provincialibus adcommodari potest*, Bidenbach. d. quæst. 2. numer. 1. & 2. Etsi enim ab initio hic articulus á Protestantibus ita generaliter conceptus fuit: Keinen Stand der Augspurgischen Confession, Pontificii tamen huic generalitate adquiescere noluerunt, ut suprá ex Fr. Burghrado auton. lib. 1. cap. 6. relatum fuit. Cui consequens est, *huiusmodi Collegiorum reformatorum bona* (Clöster Güter) *in Protestantium territoriis sita, & ab iisdem post initam religionis pacem in alios pios usus bonâ intentione conversa Pontificiis mordicùs id urgentibus de necessitate iuris restituenda non esse. I.* Quia Status Imperii in suis ditionibus liberam reformandæ religionis licentiam habent, per ea, quæ suprà dicta sunt. Nulla igitur ratio est, cur bona publici juris permissu é faucibus Pontificiorum erepta iisdem denuò restituere debeant. II. Quia pacificatio nostra sancita est in gratiam eorum, qui sunt Status Imperii immediati: Daß kein Stand des Reichs den andern oder dessen Vnterthanen der Religion halber vergewaltigen solle/ &c. Ergò ultra intentionem disponentium ad alia corpora, quæ hâc qualitate destituta sunt, extendi non debet. III. Cui accedit, quod usu longævo Principes in plerisque cœnobiis & Collegiis Ecclesiasticis jus advocatiæ cum jurisdictione & territoriali potestate conjunctũ ad quisierint, ut vel eâ ratione de his bonis, tâquam suæ jurisdictioni subjectis, secundum id, quod pium, æquum & Reipublicæ utile visum fuerit, statuere queant. IV. Quò facit denique & illud, quod ipsi Catholici monasteria & Collegia Ecclesiastica abrogant & mensæ Episcopali incorporant. Frustrà ergò ab aliis desiderant, in quo ipsi culpabiles deprehenduntur, arg. l. pen. C. de solut. Vent. de Val. Parth. litig. lib. 1. c. 16. num. 13, Quibus concordat apologia Protestantium ad gravamina Catholicorum de Anno XCIV. ibi: Was dann ferner vom Gegentheil mit vielen beweglichen Worten dem Religionfrieden zu wider angezogen wird von Einziehung der Clöster vnd Gottesheuser/ &c. Respondetur, daß der Inhalt des Religionfriedens also beschaffen/ daß er den Augspurgischen Confessions Verwandten nicht alleine diejenige Gült/ so sie zur zeit des Passawischen Vertrages allbereit innen gehabt/ in Händen lest/ sondern auch wz der gleichen Güter

in

in jhren Herrschafften vnd Gebieten gelegen/ vnd keinem Reichs Stande subjicieret wirdt/ sich derer anzumassen/ vnd zu jhrer Kirchen/ Schulen vnd milden sachen zu wenden zugiebet. Idq; etiam non absurdè ex ipso §. Dieweil aber etliche Stände/ &c. colligi posse demonstrabimus.

41. Cæterùm, quia sæpè accidit, ut Status Imperii, vel qui in sua ditione post Cæsarem summum obtinet Imperium, alii quoq; Principi clientelaris juris vinculo sit obstrictus: *a* quæstio hîc oritur gravissima: *An hisce etiam Statibus in terris clientelaribus degentibus eadem religionis libertas competat, quâ in ditionibus suis propriis vigore pacificationis nostræ potiuntur?* Adfirmat id post Camerales quosdam Petrus Fridericus *b* & Johannes Bidenbach. *c* quibus cum distinctè consentio.

a) Also daß einer einen Fürsten für seiner Landgüter Erbherrn vnd Landesfürsten erkennet/ Landes huldigung vnd Erbhuldigung thut/ vnd davon alle schüldige Gebühr leisten muß: Aber in Personalibus vnd was den vngemittelten Stand seiner (Gräflichen oder Adelichen) Person betrifft/ erkennet er keinen Erbherrn/ excepto Imperatore, P. Matth. Wehner. pr. obs. verb. Landeshuldigung/ Gail. de arest. cap. 6. numero. 14. & seq. Dn. Andr. Knichen. de non prov. Saxon. privil. v. Ducum c. 6. num. 3. & seqq. Sic Daniæ Rex quo ad illud regnum summum habet imperium: quo ad Ducatum Holsatiæ Imperio R. fidem dare cogitur. Sic Rex Hispan. ab Imperio Rom. Ducatum habet Mediolanensem & non exiguas Belgii provincias: á Pontifice regnum Neap. & Siciliæ á Rege Galliæ Flandriam olim & Artesiam teste Arnisæo de jure Maj. cap. 5. numer. 4. & sequent. quæ clientela postea per Madritianam & Camaracensem transactionem sublata est, Guicciard. lib. 2. hist. Belg. in pr. & Arnisd. loc. Eoque diverso respectu contra Cæsarem in Camera conventum sub ejusdem nomine aliquando processus decreti sunt hoc modo: Wir Carll von GOTTES Gnaden R. K. entbieten dir Carll Erbherzogen von Osterreich/ Gerlac. Buxd. sup. A. B. cap. 5. conclus. 64. & Arn. Clapm. de arc. ter. lib. 5. c. 6. *b*) de process. l. b. 1. c. 32. per tot. d. hend. 1. q. 2. num. 8. & seq. *c*) utrum demum religionis libertate gaudeant, quatenus ultra qualitatem vasallagii nõ sint etiã Landsassii, qui Principes suos expressé recognoscunt pro dominis religionis; Erkennen sie für jhren Landesfürsten/ Wehn. pr. obs. v. Landsasserey/ Ruding. cent. 3. obs. Cam. 29. quibus vé homagii vinculo obstricti sunt, daß sie jhnen getrew/ hold vnd gehorsam seyn wollen/ wie andere derosel ben Unterthanen: modó homagium illud fuerit personale, non reale, quod in locis quibusdam ratione bonorum ibidem sitorum præstandum est, licet dominus eo undem Lares suos alibi foveat, Tob. Paurmeist. de jur. lib. 2. c. 8. num 112. quod regulariter fieri necessum non est, Henr. Bruning. de var. univ spec. concl. 34. Th. Maul. de jur. inter dom. & subd. t. 1. num. 16. Eoque spectat exemplum Comitis Oltenburgici, qui fuit Landsassius Ducis Bavariæ; non verò simplex & merus Feudatarius aut Imperii Status, Wehner. d. loc. Gylman. symph. supplic. d. tit. 3. fol. 238. si verò meri sint vasalli, vasallagium libertati religionis non obstat; quia qualitas vasallatica ex non subdito subditum nõ reddit, Clem. pastoralis de re judic. Gail. de arest. c. 7. n. 11. & de pignor. c. 15. n. 3. Bidenb. d. q. 2. num. 13. & 14. Ros. syn. feud, cap. 11. concl. 14. Knich. loco suprá alleg.

Wesenb.

Wesenbec p. 1. cons. 1. num. 57. Ruding. cent. 3. obs. Camer. 30. Unde plurimos videmus in Imperio Roman. (inquit Dn. Thom. Mich. de jurisdict. concl. 58. qui ratione rerum Principi homagium præstant: ratione verò personæ suæ omninò libeti, & nemini, nisi Imperio immediatè subsunt. In hisce tamen terminis á nobis dissentit, quod absurdum sit, nobilissimam personæ qualitatem á re mediatâ viliori, (domicilio puta) obfuscari debere: & quod ad instar Senatorum & personarum illustrium Status Imperii peculiari privilegio á jurisdictione loco domicilii eximantur, l. 2. C. ubi sent. vel clariss. Verùm quod pace doctissimi viri dictum volo, puto meam sententiam ex hac lege potius confirmari, quàm infirmari: Status Imper. successerunt in locum Senatorum, Vult. ad d l. 2. Atqui Senatores poterant conveniri in Provinciis, ubi Larem fovebant, quantumvis aliás fori privilegio muniti. Ergò & Status Imperii. Quó spectat vulgatus versiculus:

Si fueris Romæ, Romano vivito more;
Si fueris alibi, vivito sicut ibi.

41. De Civitatibus Imperialibus ulterius quæritur: si civium in his magna pars Augustanæ Confessioni addicta sit; Ordo verò Senatorius, uti & reliqua plebis multitudo, ex Pontificiis decurionibus constet: *An Magistratus illis petentibus publicum religionis exercitium invitus permittere teneatur?* Negat id Petr. Friderus lib. 1. de proces. cap. 1. cui propter urgentes rationes calculum nostrum addere non ambigimus.

Fuit hæc quæstio mota & á Dnn. Cameralibus in utramque partem disputata A CIↃ IↃ LXXXVIII. in causla civium quorund. numerosorum contra Senatum Colonienſem. Illi petebant pro se & consortibus suis publicam religionis libertatem: Magistratus verò præfractè precibus eorum resistebat, & in hunc usque diem restitit. Sanè si causla ex ratione juris decidenda ac finerum, nihil affectibus tribuendo, uti Friderus ipse protestatur, exponendum est judicium; non possum ex curia in forum prosilire. I. quia quod Senatui universitatem repræsentandi competit, id nec singuli cives, nec major eorum pars sibi vendicare potest, P. Frider. d. loc. num 12. Coler. de proces. exlec. p. 2. c. 3. numer. 370. per l. 6. § universitatis. ff. de rer. divis. l. 10 § 4. ff. de in jus voc. & § 9. J. de rer. divis. Atqui facultas permittendæ religionis competit universitati, tanquam Statui Imperii, § Nach dem aber in vielen/ ibi: Wie hie oben beyder Religion Reichs Stände halber verordnet vnd gesetzet worden. Quod relatum referenti huic § cum omnibus suis qualitatibus inest. Surd. decis. 291. num. 18. Jac. Schultz pr. obs. 2. nu. 4. & seqq. ac dicitur illud expressum, quod per relationem ad aliud intelligitur, Menoch lib. 2. præs. 26. numer. 2. E. civib. uti singulis, non competit, quia his definitio Statuum Imper. non convenit: non evocantur ad comitia: non habent in iis sessionem: non contribuunt immediatè Imperio; sed Magistratui suo: non conveniuntur in Camera; sed coram Magistratibus suis ordinariis. II. Potestas exercendæ religionis requirit jus territorii, die Landesfürstliche oder hohe Obrigkeit/ § Vnd damit ibi: In jhren Fürstenthumben/ Landen vnd Herrschafften/ etc. ubi fit determinatio Statuum in genere. Jam verò ea, quæ sub una determinatione reperiuntur, pariformiter judicari debèt, l. jam hoc jure, ff. de vulg. substit. Atqui cives seu subditi non habent jus territorii, sed eorum Magistratus, in quem omnem jurisdictionem transtulerunt, argument. d. 1. de

const.

const. princip. Ergó. III. Quod competit universitati, id exercetur per eum, qui universitatem repræsentat, argument. l. mortuo. 22. ubi Dd. ff. de fidejuss. Cothman. resp. jur. 60. numer. 62. At qui potestas illa permitendæ religionis competit universitati, per prædicta. Ergó per illos, qui vicem universitatis gerunt, exerceri debet, nimirum per duumviros ac decuriones, R. Ruland. de commiss. p. 1. lib. 5. c. 8. lit. H. M. Pistor. lib. 2. consil. 6. numero 50. Vinc. de Franc. decis. 609. numer. 4 & 7. Cothman. resp. 30. numer. 345. & Ant. Hering. de fidej. cap. 7. num. 632. Neque facit huc quidquam §. Nach deme aber in vielen/ &c. quo disponitur, quod in Civitatibus Imperialibus utraque religio tolerari debeat; quia loquitur expressé de illis Civitatibus, in quibus tempore pacificationis nostræ utraque religio fuit in usu, ibi: Eine zeit hero im gang vnnd gebrauch gewesen: So sollen dieselben hinfüro auch also (notetur) bleiben. Ut autem in posterum civibus in consulto Senatu facultas sit alterutram religionem introducere, de eo ne apicem quidem disponit; uti hac in re mihi adsentitur Friderus d. c. 31. in fin. ubi ad resolutionem Ferdinandi Regis Rom. quæ exstat apud Gylman. supplic. p. 1. tit. 5. fol. 161 & seq. sufficiunter respondet I. quod corpori Recessuum vel actis Comitiorum non sit inserta. Ergó in judicando non attendenda. § Wir befehlen/ ibi: Vnd wider solches alles kein Proceß noch Mandata decerniren. II. Quia de communi Statuum suffragio exinde non constat. III. Quia XXV. diebus ante publicationem pacis nostræ nata est. Ergó per nostram pacificationem vicissim denata & exstincta est, § Vnd alles das in hievorigen Reichs Abschieden / Ordnungen oder sonsten (notetur) begriffen/ &c. III. Quia absurdam parit consequentiam, quod Magistratus tanquam civis in suos subditos delinquentes veluti concives ex falso præsuppositio animadvertere non possit. Ergó nullius erit momenti. Est enim fortissimum in jure argumentum á vitando absurdo, H. Pistor. libr. 2. quæst. 29. num. 4. & quæst. num. 30. per l. 7. ff. de bon. libert. Gylman. symph. supplic. p. 1. tom. 1. tit. 3. fol. 165. & seq. Quæ tamen hactenus dicta sic accipi volo, ut minimé probem callidas quorundam Senatorum artes, qui clandestinis conspirationibus id agunt, ut diversæ religionis civibus, ut ut sint idonei, omnem aditum ad Senatoriam dignitatem præcludant, uti rectè censet Chr. Leibfried in disp. Basil. de pace relig. thes. 21. quæ reperitur apud Goldast. in Polit. Imper. circa fin.

42. Aliud dicendum est, si in Civitatibus Imperialibus ante pacificationem nostram utraque in usu fuit religio: quo casu in posterum utrique sua debet constare libertas, nullâ cuiquam eo nomine á Magistratu molestiâ inferendâ.

Recess. de Anno LV. § Nach deme aber in vielen Frey vnd Reichsstädten die beyde Religion eine zeit hero im Gange vnd Gebrauch gewesen/ so sollen dieselben hinfüro auch also bleiben / vnd in denselben Städten gehalten werden / vnd derselben Frey vnd Reichsstädte Bürger vnd andere Einwohner Geistliches vnd weltliches Standes friedlich vnd ruhiglich bey vnd neben einander wohnen / Auctor der nothwendigen Erinnerung wider die Donawertische Information / p. 1. pagina 21.

43. *De Nobilibus, Oppidis & Communitatibus Ecclesiasticorum Magistratuum*

tum ante pacificationem nostram religionis libertate gavisis quæstio longé perplexior est? Quia enim horum omnium in Recessu nostro pacificatorio exceptivé nulla fit mentio: *a* Pontificia cohors, inprimis verò Franciscus Burghardus nullam eorum rationem circa autonomiam habendam existimat. Quæ tamen opinio propter *Decretum Regis Ferdinandi* ab Elect. Sax. (uti quidem prædictus Scriptor refert) XXIV. die VIIbr. Anni LV. in Comitiis August. impetratum, *b* non levi de caussa alicui suspecta videri posset.

a) Indubium est in Comitiis Augustan. super hoc passu inter utriusque relig. sectatores graviter controversum fuisse, prout ex traditis á Fr. Burghardo p. 1. c. 6. p. 81. & seq. videre licet. Protestantes articulum hunc talem in modum concipi, publicarique volebant: Vnd sollen die von der Ritterschafft/ Anse vnd andere Städte in diesem Friede Stande auch begriffen seyn/ cui cum Pontificii mordicús reluctarentur, talis mutatio à nostratibus facta: Es sollen auch in diesen Frieden die von der Ritterschafft/ Anse vnd andere Städte aller massen vnd gestalt/ wie andere Stände/ vmb mehres Friedes wegen auch mit begriffen/ vnd bey der Augspurgischen Confession gelassen werden/ jedoch einem jeden an seiner weltlichen Obrigkeit vnschädlich. Tandem post multos tractatus, cum Ecclesiastici á concepta opinione nullâ ratione dimoveri possent, soli Nobiles Imperii in pacificationem nostram recepti sunt. *b*) Quod primitus productum in causa Abbatis Fuldensis, teste Gylman. symph. supplic. tom. 1. p. 1. tit. 5. vot. 5. numero 4. qui cum Anno Christi LXXIV. & seq. subditis suis religionis exercitium amplius permittere nollet, illi in decreto quodam Ferdinandi Regis Rom. copialiter in Camera prolato intentionem suam fundarunt, cujus authenticum in archivo Elect. Saxonico; exemplum verò publicâ fide munitum in Dicasterio Witebergensi adservari certum est. Ejus enim verba dispositiva hæc sunt: Daß der Geystlichen eigne Ritterschafft/ Städ vnd Communen/ welche lange Zeit vnd Jahr der Augspurgischen Confessions Religion/ Glauben/ Kirchengebräuche/ Ordnung vnd Ceremonien offentlich gehalten vnd gebrauchet/ von demselben jhrem Glauben/ Religion/ Kirchengebreuchen/ vnd Ceremonien hinfüro durch die Geystlichen oder jemand anders nicht gedrungen/ sondern dabey biß zu obberührter vnd endlicher Vergleichung der Religion vnvergewaltiget gelassen werden sollen/ &c. Burghard. d. cap. 6. p. 88. Goldast. const. Imper. tom 3. p. 197. ubi in frontispicio emendandus est error numeri den 14. Septemb. cum sic legendum den 24. Septemb. Arch tectus ille structuræ autonomicæ, sive sit Franc. Burghard. Cancellarius quondam Colonien sis, (qui & ipse transactioni Passavien si & pacificationi nostri æ interfuit, uti subscriptio Recess. de Anno LV. luculenter arguit) sive Andr. Ernstenberger/ sive quicunque alius pontificiæ religionis Scriptor multis argumentis, partim ex materiæ; partim formæ vicio depromtis hoc Decretum in pag. 3. auton. cap. 34. cum aliquot seqq. enervare conatur; quorum validam ac sufficientem refutationem etsi ad illos unicè pertinere non ignoro, qui rerum in Comitiis præsertim Anno Christi LV. gestarum plenam habent notitiam, quibusvé archiva Principum patent: attamen quia illi hactenús (non sine magnis fortu-

ra-

ſ an rationum momentis) iſthoc labore ſuperſedere voluerunt, ego ordinis ductu in hanc palæſtram delatus vix mihi temperare poſſum, quin pro virium modulo cum primipilari illo Antagoniſta deſcendam in arenam fretus fiducia illius, quod ait Poëta:

Si deſint vires; tamen eſt laudanda voluntas:
In magnis rebus & voluiſſe ſat eſt.

Ac primó quidem de MATERIALIBUS agendo, nullo reſponſo dignum eſt, quod ille de diverſimodis Decreti hujus appellationibus obgannit. Sit ſané, quod Proteſtantes id appellent eine Declaration des Religionfriedens: einen Nebenabſcheid: Concipiſta veró eine Aſſecuration auff den beſchloſſenen vnd vergleichenen Religionfrieden von wegen der Geyſtlichen zugehörigen Städte/ſo in der Augſpurg. Confeſſ. herkommen. An propter hanc συνωνυμίαν id ſugillari ęquum eſt? An illud res exempli omninó novi eſt, ut una eademq; res diſtinctis nominibus indigitetur? Papicolæ relig. ſuam appellant modó Catholicam, modó Apoſtolicam, modó antiquiſſimam, an exinde inconſtantiam ac futilitatem ejus inferre licebit? vix admittet Burghardus noſter. II. Parvi quoque momenti eſt, quod c. 35. de conſtantia R. Ferdinandi in cauſſis relig. de Catholicorum enixâ contradictione, de ſolius Sax. Elect. ſollicitatione, deq; communi hujus decreti ignoratione ingenti verborum ſtruere adducitur. Etſi enim hæc omnia in ſtatu conjecturali vera eſſe non inficior: ita Burghardus viciſſim non diffitebitur, quod in rebus certis conjecturis non ſit opus: quemadmodum enim imbecillior præſumtio cedit validiori; ita æquum eſt, ut conjectura cedat veritati, quæ ex decreto Ferdinandi ipſo ſole clariús elucet, ibi: Das vns die Standte der Augſp. Confeſſ anhängig vorbracht/ꝛc. Non E. ſolus Elector Sax. ut ut forſan hic prę reliquis impenſius apud Reg. Maj. pro bono publico inſtiterit: ibi: Daß demnach wir in Krafft der Röm. Keyſ. Maj. erkläret/ geſetzet vnd entſchieden haben/ꝛc. E. Regia Majeſtas aliquid de priſtino ardore remiſit: & paulo poſt: Haben gemeine Geyſtliche Stände vns zu vnterthenigen Ehren gewilliget/ꝛc. Non E. ignorantiam adeó craſſam in proprio facto prætexere queũt. Tertium argumentum, quod cap. 36. profert, tale eſt. Quod in actis á Burghardo p. 1. ſuæ auton. relatis non repetitur, id pro publico tractatu minimé habendum eſt. Jam vero in actis illis de præſenti controverſia ne literula reperitur. E. Mallem hic illis lampada tradere, quibus arcana Imper. ex inſpectione protocollorum comitialium penitiús perſpecta ſunt: ſed quia acta eſt alea, ſubterfugio locus non datur. Majorem itaque intrepidé nego, cum mihi ſit religio majorem fidem & auctoritatem tribuere Burghardo, quám Regi Ferdinando. Negat ille, proprio ſubnixus teſtimonio: contrá adfirmat Majeſtas Regia ſub manu & ſigillo proprio; Daß auff dieſem wärenden Reichstage bey Abredung vnd Vergleichung des Religionfriedens/ꝛc. Utri horum credendum ſit, D. Hadr. apud Calliſtr. lib. 4. cogn. dijudicet. Quin imó fatetur Burgh. ipſe d. c. 35. Daß das Concept/ſampt obgeſetzter Intitulatur/ (wiewol vnter dreyerley vnterſchiedlichen Händen/ꝛc.) bey den Religions Acten eingebunden befunden were. Qua igitur fronte anſus eſt dicere cap. 36. Dieſe Tracation ſey ein Privat ſachen/ſo nicht in gemeinen Räthen / ſondern ad partem beym Königlichen Hofe vnnd Cantzley fürgangen vnd erlediget worden? IV. Ubi unius tantúm partis petendi rationes adducuntur; alterius veró contra quem aliquid ſtatuatur, cauſſæ ex adverſo oppoſitæ omittuntur; ibi falſi

suspicio vix declinari potest. At in d. Decreto Protestantium duntaxat petendi causæ adferuntur. E. Sed quam majoris probationem adfert Burg. noster? Nullam: quasi verò res sit planè inaudita in foro, in curiis Principum, in responsis denique Prudentum, ut quoties transactio conficitur, aut sententia in judicio conficitur, illæ tantùm rationes partis alterutrius inserantur, quibus judex ad decidendum permotus fuit, reliquis tanquam irrevelantibus brevitatis studio omissis. Quapropter argumentum sic inverto: Quidquid in jure est irrelevans; id veluti supervacaneum citra falsi suspicionem & partis adversæ injuriam in judicio rectè omitti potest, argument. lib. 21. C. de probat. Atqui caussæ, quæ ab Ecclesiasticis contra hoc Protestantium postulatum fuerunt adductæ, á Ferd. Rege pro irrelevantibus sunt habitæ: quod ipse Decreti tenor abundé docet. E. Et quorsum, quæso, opus erat ex illis contradictionibus longam verborum seriem contexere, quæ neque Catholicis quidquam prodesse, neque Protestantibus obesse potuit? V. Quod ulterius de extensione hujus decreti profertur; quasi nimirum nostrates id ultra literam ad omnes communitates conentur expandere; contra ipsam decreti validitatem nihil stringit: Non enim de vero falsoque decreti usu; sed de robore ac validate ejus inter nos agitur. VI. Cessante caussa finali cessat effectus. Atqui caussa finalis, seditionum & bellorum metus inter Magistrat. & subditos relig. ergò hodie cessat. E. Respondeo I. quod de metu armorum & scandali in nostro decreto exprimitur, id non præcisé causam finalem infert, cum etiam ad impulsivam referri possit. Cessante verò impulsivâ, non statim cessare effectum in confesso est, Bl. in l. si mulier. C. de jure dot. 2. Fallit hæc regula, ubi effectus semel est consummatus, vel caussa in actum deducta; prout fit in præsenti casu, ibi: Nunmehr lange Jahr vnd Zeit der Augspurgischen Confession anhängig gewesen vnd noch weren / &c. 3. Non usque adeò securi sumus de perpetuâ subditorum patientiâ. Etsi enim præsenti tempore durum conscientiæ jugum patienter ferunt: quod tamen ex improviso evenire possit, ut patientia sæpius læsa tandem in furorem erumpat, negari non potest, cum exempla in regnis & provinciis exoticis (proh dolor!) in omnium oculis sint conspicua. VII. Ubi eadem ratio, ibi idem quoque jus statuendum. At eadem est ratio in aliis Pontificiis secularibus. E. Respon. diversitatis ratio satis est evidens. Autonomia pro illis fuit petita, qui diu libero confessionis exercitio tum temporis usi fuerant, quibus sine exitiali seditionis & armorum discrimine auferri non poterat, ibi: Wo dieselbe von jhrer hero gebrachten Religion gedrungen werden wolten, daß daraus nichts gewissers zu besorgen denn Weiterung vnd schädliche Krigs Empörung / zwischen den Herrschafften / Obrigkeit vnd Vnterthanen: cum homines longé sint fervidiores ad religionem, quam semel amplexi sunt, retinendam, quàm aliam de novo amplectendam. Quoniam verò major horum erat copia in ditionibus Ecclesiasticorum; non mirum in his aliquid diversum á secularibus, qui suis subditis publicum religionis exercitium hactenus indulgere noluerant, statutum fuisse. Et si Burghardus uniformi in omnibus Statibus paritate tantoperé delectatur, cur toties nobis objectat articulum des Geistlichen Vorbehalts / in quo Clericis religionis reformandæ arbitrio diserté interdicitur? si rationis identitas identitatem quoque juris secum trahit, cur non & his, instar Politicorum, salvâ dignitate reformatæ religionis exercitium subditis indulgere fas est? Quia verò horum subditi gravati

sunt

sunt in eo, ut illis ad religionis libertatem anhelandi spes in Magistratu suo prorsus sit ademta; meritó in hoc relevati fuerunt, ut quem semel adepti fuerunt religionis cultum, eum in posterum quoque illibatum conservarent: præterea ob hanc quoque caussam in secularibus diversum obtinere puto, quod illi plenitudinem Cæsareæ potestatis contra pacem religionis non admiserint, quemadmodum Ecclesiasticos fecisse decreti verba demonstrant; sine qua contracta fiducia Ferdinandum tale decretum ferre non potuisse certo certius est. Nihil jam dicam de nimio pugnandi ardore, quo isthoc hominum genus ultra modum flagrat, & pro clavibus Petri cum Julio II. Pauli gladium arripit: Non mirum igitur, quod duriori nodo durior quoque cuneus ab optimo Rege adpositus, & ubi majus erat periculum, pleniori cautione obviam itum fuerit. IIX. Qui contraria allegat, non est audiendus. In decreto D. Ferdinandi allegantur contraria: in § dargegen fit mentio Catholicorum in genere: Narratio verò, ut & conclusio de solis Ecclesiasticis concepta est. Respondeo, qui id, quod uno in loco generaliter dispositum est, in aliâ ejusdem dispositionis parte ad propositam speciem restringit, is non contraria ponit, (nisi dicas genus & speciem esse invicem contraria) sed obscurum per dilucidius declarat. Jam verò Rex Ferdinandus id, quod in § dargegen die Stände/ &c. generatim propositum fuit, tám in exordio, quám in ipsa determinatione ad Ecclesiasticos, der Geistlichen eigene Ritterschafft / specialim restringit. Ex quo adparet, illam dispositionem non pro contrarietate, sed pro legitimâ interpretatione habendam esse. Et quis adeó peregrinus est in nostrâ nomothesiâ, ut ignoret, quoties una particula legis est obscura, altera verò perspicua, quod tunc locus obscurus capiat declarationem ex loco magis perspicuo, ejusvé potissimum habeatur ratio, quod ad speciem directum est? Nisi itaque Burghardus noster cavillandi ansam quæsivisset, haud difficulter in proœmio & in § thun auch solches/ &c. prædicti § illustrandi facem invenire potuisset. Sed ita hominis ingenium, ut in omnibus sui similis esse velit. IX. Sententia judicis debet esse conformis libello, ne amplius impertiatur, quám ab Actore petitum fuit. Atqui decretum R. Ferdinandi plus largitur, quám á Protestantibus petitum fuit. Rogârunt Protestantes, inquit noster, ut quidam Ecclesiastici exercitium religionis subditis suis indulgerent; quod decretum omnibus subditis indistinctè permittit. R. Minor est falsissima: disertè enim ait §. Thun auch solches/ &c. daß der Geystlichen eigne Ritterschafft / Städt vnd Communen / welche lange Zeit vnd Jahr der Augspurgischen Confessions Religion / &c. offentlich gehalten vnnd gebraucht/ von demselben jhrem Glauben/ &c. nicht gedrungen werden sollen. Conveniunt igitur & petitio & determinatio in Ecclesiasticorum subditis, qui diu ante pacificationem Augustan. religionis exercitio publicitùs usi fuêre; quos illa particula Etliche/ non obscurè innuit. X. Ubi nulla est potestatis plenitudo, ibi nullus quoque ejus effectus. At plenitudo potestatis in negocio religionis disertè est exclusa & exsulare jussa: vid. supr. concluf. 17. E. Respon. Majorem eatenús veram esse, quatenús illa plenitudo vel planè est exstincta, vel ita sequestrata, ut omninó exerceri nequeat; ut aliter se res habeat, si illi, in quorum gratiam illa potestatis abdicatio facta, juri in favorem suum introducto renunciantes sponté illius exercitium in se permittant. At Ecclesiastici in gratiam publicæ tranquillitatis sponté permiserunt, ut D. Ferdinandus plenitudine Cæsar. Maj. non obstante abdica-

dicatione vel suspensione antea factâ, in decidendâ præsenti controversiâ uteretur. E. decretum nostrum eo jure validum dicendum est, quo ipsi Pontificii articulum des Geystlichen Vorbehalts / ex eadem plenitudine pacificationi insertum valere volunt. Minor probatur ex ipsis decreti verb. § Vnd auff daß solche vnsere Declaration vmb desto weniger angefochten werde / haben gemeine Geystliche Stände / vnd dero anwesende Räthe vnd Botschafften vns zu vnterthenigen Ehren vnd Gefallen gewilliget / daß die Derogation in gemeinem Religionfrieden dieses Reichstages (inhaltend / daß wider denselben Religionfrieden keine Declaration oder etwas anders / so denselben verhindern oder verendern möchte / nicht geben / erlangt oder angenommen werden / sondern vnkresftig seyn solle) mit mehren Worten begrieffen / obberührter vnser Erklärung vnd Endschied vnabbrüchig / aber sonsten bey jhren Würden vnd Kräfften beschehen vnd gelassen werden soll: quorum fides nobis tandiu sancta erit ac religiosa, donec ab Aristarcho nostro contrarium probabitur. I. Quia si creditur Nuncio de citationis sibi commissæ executione referenti teste, Gail. 1. observ. 54 numero 1. & ibi Græv. concluf. 1. Mynsing. cent. 6. observ. 10 Benkend. ad libr. 2. Reg. Jur. sect. 1. memb. 5. p. 2. art. 1. numero 216. ubi hanc opin. communem ait: multó magis credendum est Principi supremo, qui dicitur habere unum calamum & unam linguam; cui convenit illud; Quod scriptum est, scriptum est; & quæ processerunt de labiis meis non faciam irrita, Everh. loc. leg. 15. Thom. Maul. de jure inter dom. & subd. tit. 9. numer. 109. II. Præsertim cum testis hic illustrissimus Cæsar. Maj. Commissarius fuerit, cui de iis, quæ ad officium suum pertinent, testificanti plena fides habenda est, licet illa scriptura quæ in dubium vocatur, non sit subscripta, Dan. Moll. ad const. Elect. 52. numer. 4 part. 2. III. Idque eó minús dubii habet in casu præsenti, ubi de summi post Cæsarem capitis & personæ regiæ testimonio agitur. Brocardici enim juris est, quod Principis etiam inferioris adsertioni standum sit omninó, Everh. loc. leg. 129. num 19. t. de plen. potest. Lancell. in templ. omn. jud. lib. 1. cap. 2. § 4. vers. adsertioni solæ. num. 1. Do. Atum p. 2. decis. 5 numer. 62. Pruckm. vol. 1. cons. 29. num. 67. Fatinac. lib. 1. de oppos. contra test personas t. 6. q. 6. 3. cap 3. per c. 21. E. de fide instrum. adeó ut talis adsertio subscriptione & sigillo Principis adseverantis munita juramenti loco sit habenda, Ern. Cothm. resp. jur. 68. num. 7. seqq. At, inquit Burghardus, Decretum illud scriptum esse XXIV. die VIIbr. & ita dierum interstitio antiquius esse pace rel. quæ promulgata XXV. die Mensis ejusdem. Reichs Abschied / de Anno LV. in fin. vers. Geben in vnser König Ferdinandi / &c. Und sic colligitur: Jura posteriora derogant prioribus, præsertim in terminis nostris, propter sollemnissimam clausulam derogatoriam, quæ habetur in § Vnd soll alles / &c. ibi: Ob schon eine Declaration oder etwas anders dawider erlanget / &c. von Vnwürden vnd Vnkräfften seyn / &c. Atqui pacificatio relig. est posterior. E. priori D. Ferdinandi decreto derog. Respondeo ad Minorem, distinguendum esse inter internam juris essentiam, & extrinsecam ejusdem exsistentiam, per ea quæ tradit Herman. Vult. in com. Instit. ad tit. de J. N. G. § 3. num. 3. & libr. 1. Feud. cap. 1. num. 4 & Lud. Schrad. de feud. part. 9. sect. 3. n. 17. si de extrinseca Recessus de Anno 50. exsistentiâ, hoc est, de subscriptione, sigillatione & sollemni promulgatione quæstio vertatur, negari non potest, illam natam esse die 25. Septemb. eoq; respectu decretum nostrum antiquius esse: at longé aliam rationem esse, si de ipsâ formâ

mâ internâ, hoc est, de pacificatorii edicti substantiâ, (quæ in sanctione consistit) quæratur, vel ex eo constat, quod ea quæ communi Imperii placito comprobantur, non eo ipso momento in sollemnem legis formam redigantur, ut é vestigio ab Ordinibus subscribi & sigillari queant: sed póst aliquod primùm dies in Canc. Mog. in mundum describantur, Auctor deß außführlichen Berichts / wie es auff Reichstägen / ꝛc. pag. 28. ibi: Daß er (Secret. Mog.) nach beschlossenen sachen in wenig Tagen das Concept deß Abschieds fürlegen kan. Quod etiam Burgh. ipse dissimulare non potuit, part. 1. cap. 6. pag. 87. cum ait: Vber das alles die Keys. Majest ein Concept deß Religionsfrieden von newen verfasset vnnd den Ständen den 8. (notetur) Septembr. zugestellet / darbey es auch nochmals gelassen / ꝛc. At quis negabit, etiam ante sollemnem scripturæ confectionem id, quod communiter placuit firmitatem suam obtinere, neque ex scriptura aut promulgatione robur primum nanciscei, Jacob. Schultz pract. quæst. 69. numero 42. Herman. Vulteus d. loc. cum scripturæ ideó confici soleant, ut id, quod actum est, per eas facilius probari queat, libro 4. ff. de pigno. libro 4. de fidei. instrument. & libro 5. Cod. de transaction. Morla in empor. jur. ad t. de ll. quæst. 4 numero 4. Quoniam igitur ex præmissis verisimiliter constat, pacem religiosam ratione essentiæ Decreto Regis Ferdinandi antiquiorem esse, licet respectu promulgationis exiguo tempore sit posterior: Decretum nostrum veluti ætate posterius per clausulam ejus derogatoriam sublatam non esse, certó mihi persuasum habeo. Et hoc est, quod Regem Ferdinandum præsupponere existimo, cum in §. Vnd auff daß solche / ꝛc. diserté ait: Daß die Derogation in gemeinen Religionfrieden dieses Reichstages mit mehren Worten begriffen obberührter Erklärung vnabbrüchig seyn solle: ubi Participio præteriti temporis utitur; quo satis aperté restatur, die XXIV. VIIbr. pacem religionis mutuo Statuum consensu perfectam fuisse: cum dici de aliquo requirat inesse; non obstante sollemni consummatione, quæ in sequentem diem destinata erat. Quod si hæc responsio non sapiat parasito Romanensis palato, aliud ipsi ferculum adponimus, quod nobis non minùs erudum ac insulsum videtur, nimirùm quod Justinianus in libro 7. C. de summ. Trin. literas ad suum Patriarcham scribit Anno Dom. LII Kal. April. quibus prædicat, se hanc suam fidei confessionem jam ante Papæ Romam spectandam misisse: cùm tamen in libr. 8. in qua Papicolæ non minimum primatus papalis fulcrum constituunt, diserté scriptum sit, Anno demum sequenti Imperatorem confessionem illam Romam misisse. Sit itaque hic annus cum anno potest conciliari: multó magis dies cum die, Horom. 7. observ. cap. 2. Denique inquit noster Antagonista: Pax religionis communi omnium Statuum consensu constituta est. Ergó non nisi eorundem communi dissensu tolli vel immutari potest. Respon. Distinguendum esse inter ipsam legis abrogationem, & juris exinde quæsiti renunciationem: De priori vera est argumenti illatio. non verò de renunciatione juris particularis uni vel alteri Statui exinde quæsiti; quæ uti reliquorum jura non lædit; sic illi quoque non habent, quod adversus eam justé opponere queant. Neque sanè novum in jure est, ut contra id, quod summo jure fieri non licet, pacti exceptionem admittat Prætor, libr. 4. ff. de servit. libro 44. ff. de Obligationibus & A. cum simil. Denique in FORMALIBUS quoq; nostrum decretum impugnat sæpé dictus Auctor, ictu equidē, ut ipsi videtur, validissimo. Stylus Imp. habetur pro lege, &

quid-

quidquid fit contra stylum curiæ, perinde ac si contra ipsam legem factum esset, habendum est. Atqui stylus Imper. circa condendos Imper. Recessus talis est, ut acta protocollis Imperii inserantur, vota ac sentent. in omnibus Senatibus hinc inde referantur, conclusiones, declarationes, vel derogationes in Cancel. Mogunt. concipiantur, concepta Ordin. antequam mundé exarentur, prælegantur, prælecta & communi placito comprobata in formam recessus redigantur, á certis personis subscribantur & sigillentur, authenticum penes Moguntinum adservetur; copia verò ad Cameram Spir. ut illud Imper. decretum in pronunciando pro lege observet, per eundem transmittatur. Quoniam verò hæc omnia in nostro decreto deficiunt; consequens est, id pro irrito ac infecto habendum esse. Fateor, hanc objectionem primâ fronte valdé speciosam esse, ad quam citra perfectam eorum notitiam, quæ in hâc controversiâ in Comitiis Augustanis Anno Christi LV. ulteró citroque acta sunt, vix solidé responderi potest. Interum tamen quæ mea sit animi sententia tribus, quod dicitur, verbis exponam. Et primó quidem dubito, an autonomachi nostri fidei tanta religio tribuenda, ut ipsi de harum sollemnitatum defectu testanti, veluti ex Apollinari Tripode dicto sine ulteriori indagine & sub pœnâ silentii sit credendum, cum nudæ ejusmodi adsertiones, quâ facilitate adfirmantur, eâdem quoque negari queant, præsertim cum omnia, & quidem antiquo tempore facta, sollemniter facta esse præsumantur, l. sciendum. 30. de V. O. eo potissimum casu, ubi de actu subvertendo agitur, libr. 12. ff. de reb. dub. cum nemo censeatur illam eligere viam, per quam judicium suum impugnetur, libr. 3. ff. de testam. milit. II. Quod si vera ac sincera fides dicti ipsius adhiberet, putarem distinctione nodum dissolvi posse factâ inter leges Imperii universales, quæ ad omnes ejusdem Status & subditos pertinent; & particulares, quæ unum atque alterum Imperii membrum concernunt. In illa: um sanctione ut Autonomacho nostro libenter largior stylum sup. delatum in com. observatum fuisse: ita aliter forsan se res habet in Decretis particularibus extraordinariis & minùs sollemnibus; cujusmodi est illa resolutio D. Ferdinandi, quæ eâ de causâ non appellatur ein Reichs-Abscheid/ sondern ein Nebenabscheid: quasi scil. nec ab omnibus Ordinibus, nec recepto Imperii more, suo tamen modo peculiari facta promulgataque fuerit. Et quo, quæso, fine tam curiosam in proponendo omnibus conjunctim Ordinibus referendo, correferendo, protocollando, ingrossando, &c. scrupulositatem in hoc articulo observare necesse erat, qui non omnes Status, sed minimam illorum partem concernebat? Quod ergó eos non retigit, cur abis adprobari debuit? III. Respondeo cum Marcello: Etsi nihil facilé mutandum est in sollemnibus: attamen ubi evidens utilitas poscit, subveniendum esse. Atqui in præsenti negocio gravis caussa suberat; cur præsens Decretum Recessibus Imperii non insereretur; nimirum quod ab Ecclesiasticis nullâ ratione id impetrari posset, qui aliter clausulæ derogatoriæ renuntiare noluerunt, ne subditi sui rebellandi occasionem exinde caperent, juxta ea, quę ex primis hujus Decreti lineamentis refert Burghardus dict. cap. 45. part. 451. Iniquum ergó est, ut, quod in ipsorum gratiam factum est, id nunc duriore interpretatione in Protestantium odium retorqueant. IV. Facit denique huc, quod Imperator, veluti legum vinculis solutus, ex plenetudine potestatis sollemnitates civili jure inductas solvâ actus substantiâ omittere possit, argument. l. 14. ff. de manumiss. & l. ex imperfecto,

C. de

C. de testament. Lancellot. in templ. omnium judic. lib. 1. c. 1. §. 4. vers. jus positivum, num. 18. & 41. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 1. membr. 2. n. 42. sequent. Ex quibus omnibus tandem manifestum evadit, quod Protestantes, quia scripturam pro se habent, intentionem fundatam habeant, cui tandiu standum, donec contrarium probetur evidentissimé, l. 25. §. final. ff. de probation. l. cum precibus, 8. Cod. eodem, laté Surd. decision. 104. Præsumitur enim, quod producta scriptura sit vera, & omni vicio careat: Quicunque igitur eam de suspecto arguere intendit, id probare necesse habet, teste Menochio lib. 1. præs. 99. num. 12. & libr. 2. præs. 44. numer. 1. 2. sequent. Quibus convenit scriptum Protestantium Cæs. Maj. Anno (uti conjicio) XCIV. oblatum, his verbis: **Was Keyser Ferdinandi gegebene sonderbare Declaration betrifft / dieweil dieselbe** in forma authentica & probante **verhanden / auch auff dem Fall noch von der Universitet vnnd dem Hoffgerichte zu Wittenberg** vidimirte Copien authenticé **auffzulegen / So haben die Evangelische Stände sich billich derselben zugebrauchen / biß von dem Gegentheil jhre vermeynte** Exceptiones **dawider / wie recht / dargethan vnd war gemacht werden: So lange sollen auch die Evangelische darbey gelassen vnd was dawider** de facto **gehandelt / dem Auctori zu Ehren cassiret vnd auffgehoben werden /** cum Principis auctoritate nemo sit decipiendus: **Dahero dann alle der Gegentheil** Exceptiones **auch vmb so viel destoweniger stat haben können / dieweil sich befindet / daß ermelte Keys. Declaration den vier vnnd zwantzigsten Sept. datiret: Die Publicatio aber des allbereit zuvor / auch vor der datirten Declaration beschlossenen Religionsfrieden allererst den fünff vnnd zwantzigsten hernach geschehen.**

Et hæc de Ecclesiasticorum subditis, qui diu ante pacificationem nostram Augustanæ Confessionis exercitio usi sunt, dixisse sufficiat: quæ tamen candido melius sentientium judicio submitto.

44. Ex præmissis quoq; consequens est, *Merum aut mixtum Imperium* ad asserendam autonomiam nihil omninó conferre. *a* Absurdum itaque non est unum habere Imperium merum, & alium jus superioritatis, unaq; cum eo exercendæ religionis libertatem. *b* Idemq; de *jure Patronatus c* ac *protectionis d* dicendum.

a) Quia hæc non competit alicui vigore jurisdictionis, **wegen der Ober- vnd Nieder oder Erbgerichte / oder wegen der Blutbahn oder Voigtheiligen Obrigkeit:** sed quatenus est Status Imperii: **Weil er ein Standt des Reichs ist /** per suprà dicta, Gylman. symph. supplic. fol. 258. *b*) Sic in pago **Lassaw** Dux Würtenbergicus habet jus dictandæ religionis: Episcopus verò Spirensis merum imperium. Sic Colonia est Urbs Imperialis, & vigore hujus præeminentiæ religionis decernendæ auctoritate pollet: Jus autem gladii spectat ad Archiepiscopum, Gylman. d. loc. titul. 3. fol. 217. & libr. 2. rerum judic. fol. 750. sic frequens est in Germania, ut una Provincia pluribus Dominis diversorum jurium sit obnoxia, ut unus habeat jus territorii: **die Landes Fürstliche Obrigkeit:** alius jura Regalium: **des Landes Hoheit vnnd Herrligkeit:** alius item jus venandi: **die Wildbahn:** quartus jus foresti? **die Fürstliche Gerechtigkeit:** quintus merum imperium: **die Blutbahn:** alii verò jurisdictionem civilem: **die Erbgerichte:** Casp. Leipold. de concurr. jurisdict. quæst. 12. *c*) Sæpiùs id usuvenit, ut pontificiæ re-

ligionis cultor habeat jus patronatus in ditione protestantis Principis vel loco Domini, & contrà: quo casu talis præsentandus est parochus, qui loci istius, ubi ministerio verbi divini adhibetur, religionem amplectatur: quia permittendæ religionis potestas competit Statibus Imperii: Atqui jus patronatus, quá tale, cum hâc qualitate nihil habet commune: sed facultatem tantùm continet, parochum idoneum & sacro munere dignum cœtui Ecclesiastico intra præfinitum tempus præsentandi, Gylm. symph. supplic. fol. 263. n. 35. Eamq; sententiam sequitur Justus Stein. probl. Cam. disp. 3. c. fin. sub finem hujus dissert. apud Clariss. Virum Dn. D. Joh. Suevium primum á me visus. Quibus adstipulatur Apologia Protestantium An. XCIV. ad Cæsaream Majestatem contra Catholicorum gravamina præscripta: **Was ferner gegen den Evangelischen eingewendet wird / daß sie jhre Unterthanen / deren Pfarrecht / oder** Jus Patronatus **Papistischen Ständen gehörig / wider jr Gewissen mit Römischen Priestern nicht wollen beschweren lassen / sondern Evangelische Prediger zu præsentiren begehren / oder jhre Unterthanen an Evangelische Orter zu Hörung göttliches Worts vnnd Gebrauch der heiligen Sacramenten weisen: Dieweil die Evangelischen in solchem nichts thun noch fürnehmen / dann was die Gegentheyl auff jhrer Seiten in gleichem Fall auch bißhero gethan / vnd einer jeden Obrigkeit / vermöge Geistlicher vnnd Weltlicher Rechten / vnd sonderlich der Religion wegen / jhren Unterthanen in solchem nohtwendige Versehung zu thun schuldig / so wird es vergeblich von dem Gegentheil geklagt.** Et in §. sequenti: **Was die klagende Beschwerung von Filiaten anlanget / ist man Evangelisches Theils gehöret / was denen der Religionfriede / so wol auch** Jus commune **der Mutter Kirchen halber zugibt / dabey sie es auch dißfals verbleiben lassen.** *d)* §. **Es soll auch kein Standt / &c.** & §. **Damit solcher Friede /** ibi: **Wider seine Conscientz: Wissen vnnd Willen in einiger andern Gestalt beschweren / &c.** *quia protectio sive clientela nullam jurisdictionem tribuit*, Gylmannus symph. supplic. tom. 1. p. 1. tit. 6. & sequestr. fol. 440. num. 3. sed manent subditi subordinatâ jurisdictione sui Magistratus, Gail. lib. 2. observ. 54. Georg. Schonborn. polit. 4. cap. 6. p. 335. Warem. de Erenberg. medit. pro fœder. libr. 3. num. 13. Besold. de appellat. cap. 4. num. 25. in cujus præjudicium aliquid moliendi vel ipsius superioritati ad placitum se subtrahendi licentia subditis minimè permittenda est, argumento sumto ex natura correlat. ex §. fin. Inst. de his qui sui. Thom. Mich. de jurisd. concluf. 138. Buxdorff. super A. B. cap. 15. concluf. 99. lit. F. Bocer. de jurisdict. cap. 8. num. 94. In hanc sententiam vocatum est á quibusdam Dnn. Adsessoribus augustiss. Consist. in causa **der Truchses** contra Episcop. Herbipolens. Simile præjudicium existat in causa **Euchstadt** contra **Brandenburg** apud Gylmann. in symph. suppl. dict. t. 3. fol. 258. *Vtrum verò subditi sine permissu sui domini alterius Principis protectioni se subjicere queant*, de eo inter gravissimos seculi nostri JCtos non convenit, uti ex P. Frider. de process. lib. 2. c. 14. Wehner. pr. observ. verb. **Schirms Gerechtigkeit** / Ruland. de comm. p. 4. lib. 2. c. 3. n. 12. Bocer. de jurisd. c. 3. n. 97. Thom. Mich. de jurisd. concl. 138. & Buxdorff. super A. B. concl. 99. & Thom. Maulio de jur. mag. in subd. tit. 11. videre licet, quorum litem ab hoc instituto alienam meâ non facio. Illud saltem moneo, ut omnes clientelæ & nimiæ amicitiæ, veluti ambitiosæ Principibus sunt suspectæ, Aristot. 5. polit. c. 8. Arn. Clapm. de arcan. lib. 3. c. 6. ita ex parte clientum cautè agendum, ne charybdin fugiendo in scyllam incidant, & sub

ſpecioſo jucundæ libertatis nomine improvisâ ſervitute opprimantur, & inde oriatur ſubjectionis occaſio, unde protectionis beneficium oriri debebat: juxta apologum illum Æſopicum, de quo pulcré Sigon:

Accipitrem Milvi pulſurum bella Columbæ
Accipiunt Regem; Rex magis hoſte nocet.
Incipiunt de Rege queri, quia ſanius eſſet.
Milvi bella pati, quàm ſine Marte mori.

Bodin. de Rep. lib. 5. c. 6. Dn. Rich Diet. de ſumm. Imp. pot. concl. 16. Henr. Bruning. de var. univ. ſpec. th. 16. & Joach. Clut. in ſyll. rer. quotid. concl. 27.

45. De eo tanquam præcedentium conſectario in cauſſa quarūdam valde quæſtuoſa *a* ſcrupulosé quæſitum fuiſſe memini; *An Legatarius, cui legatum ſub hac conditione relictum eſt, ſi Pontificiam Religionem amplexus fuerit, inq; ea ad extremum uſq; halitum perſtiterit, ut legati capax fiat, hanc conditionem præcisè adimplere teneatur*: an verò illa tanquam impoſſibilis habeatur pro non ſcripta? Prius affirmat Alemanus: *b* Nos contrariam opinionem pietati, legum diſpoſitioni, ac celebriorum Prudentum reſponſis magis conſentaneam eſſe credimus. *c*

a) Caſus erat talis. Reliquerat teſtatrix pontificiæ religionis Titio cognato ſuo in Aug. Confeſſione ab ineunte ætate educato legatum ampliſſimum ſub hac conditione: ſi pōtificiam religionem, cum ad XXV. ætatis annum pervenerit, amplexus fuerit: ſin verò tùm temporis aliam religionis ſectam ſibi magis adridere profeſſus fuerit, legato prorſus excidat, aliis legatariis ejus locum ſubſtitutis. Titius adultior factus ingenué ac conſtanter faſſus eſt, ſe ab Auguſtana Confeſſione ne latum quidem unguem diſceſſurum eſſe. Quæſtio igitur hæc ad Wittebergenſe, Jenenſe ac Magdeburgenſe Dicaſterium delata fuit; ecquid Titius factâ animi teſtatione non obſtante, ad legati ſucceſſionem admittendus foret? *b*) In Palæſtra conſ. ult. ubi ſui quidem Scabinatus reſponſum à reliquis diſſentaneum adducit: decidendi verò rationes ac juris fundamenta in futurum ſpondet. *c*) Cujus quidem deciſionis rationes adferuntur plures: ſed ponderis ac momenti impares. Potiſſima earum, in quâ cardo totius rei mihi conſiſtere videtur, hęc eſt. l. Omnis conditio, quæ pietati alicujus Legatarii contraria eſt, jure civili habetur pro impoſſibili, l. 15. ff. de cond. inſt. ac perinde cenſetur in ultimis volūtatibus, ac ſi ſcripta non eſſet, l. 1. l. 9. & 14. ff. de cond. inſt. l. 3. & l. 20. ff. de cond. & demonſtr. §. 10. l. de her. inſt. etiamſi teſtator relictum alii reſtitui velit, nî conditioni pareatur, l. quoties, 22. de cond. & dem. Atqui veritatem cœleſtem in ſcriptis Prophetarum & Apoſtolorum comprehenſam ſemel agnitam deſerere, & illam relig. quam veluti erroneam toto pectore hactenus averſatus eſt, deſultoriâ quadā levitate arripere. Legatarii conſcientiā lędit, ac æternum animæ periculum ſecum trahit; Dn. Bernh. Bertram de pace rel. th. 3. cum ejuſmodi Apoſtaſia proclive admodum ad atheiſmū ac conſequentet ad peccatum in Spiritum ſanctum ſit præcipitium; quod neq; in hoc neq; in futuro ſeculo remiſſibile eſſe, docet ſalvator noſter, Matth. 12. v. 32. D. Leonhard. Hutter. in analyſ. Aug. Confeſſ. diſp. 6. theſ. 49. D. Balduin. in artic. Smalcald. diſ. 12. theſ. 28. ſeq. E. talis conditio abominanda & ad extremos Indos releganda

est. Animæ enim salus reb. etiam preciosiss. præferenda est, l. 21. C. de SS. Eccles. Nec est, quod quis dicat; quia utraque rel. in Imperio permissa est, hanc conditionem de amplectenda religione pontificia pro impossibili haberi non posse. Possibilitas enim illa, quæ in hoc casu attendenda venit, non ex legis permissu, quæ etiam quando turpe ac inhonestum conniventiâ quadam pro temporis ratione permittit, sed ex Legatarii religiosa conscientia æstimanda ac definienda est. Quis enim pietatis adeó prodigus est, qui dixerit, si vetustis temporibus, cum gentilis idololatria una cum Christiana religione á piis Imperatoribus ad tempus permitteretur, paganus Christianâ religione imbuto legatum sub tali conditione reliquisset; si ad paganismum reverteretur; talem conditionem pro possibili habendam fuisse; quod tamen omninó statuendum foret, si ex permissu legis ad implendæ conditionis possibilitatem firma consequentia deduci posset? II. Adferunt hujus sententiæ adprobatores etiam hoc argumentũ: omnis conditio, quæ lædit existimationem Legatarii habetur pro non scripta, d. l. 15. de cond. inst. l. Nepos. Proculo. 125, ubi Gœdd. & l. probrum. 42. de V. S. Atqui deficere ab orthodoxa religione, & pro salutari verbi divini pabulo humanarum traditionum paleam accipere, & sic aurea æneis permutare, id apud bonos & graves viros transfugæ turpe est, ac existimationem jus non parum imminuit. Licet enim turpe non sit, Pontificium agere, cum utraque in Imp. Roman. permissa sit religio: turpe tamen est á pristina relig. deficere & ad Pontific. castra, lucri præsertim spe inescatum (uti plerunque in hujusmodi casib. fieri adsolet, experientiâ Magistrâ) transfugere: multa siquidem per se sunt honesta: quæ propter lucrum fiunt inhonesta, l. 2 ff. de condict. ob turp. caus. III. Si conditiones illę, quibus mediatè in Deum peccatur, principaliter verò in hominem: e. g. si patrem ab hostibus non redemeris: si patrono alimenta non præstiteris, d. l. 9. de condit. institut. si reliquias meas in mare projeceris, l. 27. eod. sin á marito tuo diverteris, l. 5. Cod. de instit. & sub. á legibus humanis adeó improbantur, ut laudandus potius, quám accusandus sit hetes, qui stultam hanc & inhumanam voluntatem neglexerit, d. l. 27. quandó magis ille dignus erit favore, qui illam defuncti voluntatem insuper habet, quæ principaliter ac immediatè divinum oppugnat oraculum? IV. Si prætor in ultimis voluntatibus (inferunt aliqui) juramentum suapte naturâ omni jure licitum hanc solam ob causam remisit, quod homines quidam perquàm timidi sint metu Numinis divini ad superstitionem usque, ac proinde ad jurandum nunquam induci possint, l. 8. de condit. instit. quántó magis id prætor facturus fuisset in præsenti specie, ubi de veritate semi agnitâ abjurandâ igitur, ad quod hominem salutis suæ memorem longé timidius accedere extra omne dubium est? Consequens igitur est, hanc deferendæ religionis conditionem, in qua quis natus & educatus est, summę formidinis plenam, á judice secundum præscriptum prætoris rescindendam esse. V. Quæcunque conditiones rem sacram, puta religionem, ære nundinantur, illæ veluti simoniam foventes, prohibitæ sunt, juxta Dd. citatos ab Alemano d. loc. p. 985. Ergó & hæc conditio, quæ Legatarium sordidâ spe lucri ad turpem defectionem invitat. VI. Quod juris est in matrimonio carnali, idem quoque locum habet in spirituali, nimirum in Religione, ubi Christus est Sponsus, & Ecclesia Sponsæ titulo ab ipso insignitur, Dd. in l. si ex causs. §. 1. ff. domin. Marsil. in sing. 215. Everh. in loc. legal. 76. tit. á matr. carn. ad spirit. Jam verò in matrimo-

trimonio carnali constitutum est, ut talis conditio : Si Seja arbitratu Titii nupserit, heres meus ei fundum dato, habeatur pro non adjectâ, hanc ob caussam ne quod omninó nuptiis impedimentum inferatur, l. 72. §. 4. ff. de condit. & demon. ubi Em. Costa. Ergó idem quoque dicendum de religione, cujus favor etiam apud Ethnicos fuit amplissimus, l. 24. ff. de relig. & sunt. VII. Neque caret hæc adsertio exemplo illustrissimo. Georgius Saxoniæ Dux pontificiæ religionis propugnator acerrimus, cum nullam post se relinqueret prolem, fratrem Henricum una cum duobus filiis heredem instituit, eâ lege: ne formam religionis mutaret. Missi hortatu nobilitatis ad fratrem Legati, qui cum variis argumentorum illecebris Principis animum portentassent, finitâ oratione é vestigio hoc responsum tulerunt: Sané vestra hæc legatio plané mihi repræsentat illud, de quo proditum est in sacris literis, cum Sathanas Christo polliceretur totius mundi regna, modó procumbens ad pedes ipsum adoraret. An vero tanti apud me putatis ullas opes, ut earum caussâ á veritate agnita desistere velim? Multúm certé vos expectatio vestra fallit. Ita dimissis Legatis cum resciviset fratrem é vivis sublatam esse, ilicó Dresdam & ad reliqua profectus oppida populum in fidem suam adegit, quantumvis Cæsarem ac Ferdinandum in casum spretæ conditionis substitutos Adversarios haberet potentissimos, Sleidan. lib. 12. pag. 344. Fabric. Saxon. ill. lib. 9. fol. 93. VIII. Denique suffragantur huic opinioni celeberrima Jurisprudentum (& in primis amplissimæ hujus Salanæ Facult. aliquoties iterata) Responsa ac consilia, quæ partim ab Alemano in lucem edita, partim ex communicatione Clarissimi Viri Dn. D. Wolffg. Hirschbachii JC. & Professoris Witteberg. Hospitis olim & Fautoris mei honorandi, penes me habeo: quorum unum ab eximio quodam & magni nominis in his terris Consiliario conscriptum, & supremi Consistorii Ecclesiastici suffragio in Electoratu Saxonico comprobatum est.

46. Et hæc de Personis, quibus est *natura* pacificationis nostræ religionis libertas competit. Sequuntur nunc illæ, quibus eadem facultas ex caussa aliqua legitima *a* extrinsecús superveniente quæsita est. Caussæ illæ frequentiores duæ sunt. *Concessio & præscriptio. b*

a) Nulla quidem horum modorum in Edicto nostro fit mentio: ast nulla ratio prohiber, quó minus id, quod uni legi deest, ex alia suppleatur, Cels. Bargal. de dolo libr. 2. c. 1. div. 3. num. 4. cum novum non sit, ut leges priores trahantur ad posteriores, l. 26. ff. de ll. *b*) argumento eorum, quæ de Regalibus adquirendis ex c. super, §. præterea. E. de V. S. á Dd. vulgó traduntur, teste Sixt. de Reg. lib. 1. c. 5. n. 1. & Bocer. tr. eod. c. 4. in pr.

47. *Concessio* illa fit vel á *Seculari* vel *Ecclesiastico*. Illa minus habet dubii, cum ejus Auctores universam ditionem reformare possint. *a* Ista altiorem requirit indaginem, cum rationes non contemnendæ pro negativa adferri queant. *b* á quibus levi pede transilire forsan vix tutum foret: nisi contrariâ consuetudine aliud receptum esset. *c*

a) Per ea quę suprá concluf. 38. dicta sunt. Multó minus ergó prohibendi sunt uni vel alteri reformatæ religionis exercitium permittere, cum summus sit favor, qui pro religione militat, d. l. 43. *b*) I. Quia Ecclesiastici prohibiti

sunt mutare religionem antiquo-Romanam, dict. §. Vnnd nach deme / &c. Nec aliis igitur hanc facultatem concedere possunt, argum. l. nemo. R. J. I. Quia Episcopi & Prælati rerum Ecclesiasticarum procuratores sunt, non domini: conditionem igitur Ecclesiæ possunt facere meliorem, nunquam verò deteriorem, c. 2. E. de donat.

—— neq; enim quod Pastor iniquè
Gesserit, Ecclesiæ fas est in damna refundi:

Inquit, Güntherus libr. 2. Jam verò si oves alienentur ab ovili Roman. conditio ejus valdè deteriot videtur reddi, cum interfit Ecclesiæ hominibus potius augeri, quàm orbari, argumento ejus, quod de civitate hominibus locupletandâ tradunt Dd. in l. 1. ff. solut. matrimon. per text. elegantem, in l. 7. §. 3. vers. sed & divus, ff. de bon. damnat. ex multitudine enim populi adparet magnitudo Regis, & ex inopia infirmitas Principis, Proverb. 14. III. Quò faciunt & ea, quæ tradunt FF. 1. F. 5. ubi dicitur, Episcopum, Abbatem, &c. rem Ecclesiæ in feudum dare non posse, & tot. titul. de non alien. reb. Eccles. Ergò multò minùs ipsi religioni, cui reliquæ res sacræ inserviunt, aliquod præjudicium adferre possunt: propter quod enim unumquodque tale est, illud multò magis tale est, authent. multò magis, C. de SS. Eccles. ubi Dd. Val. Guil. Forst. success. lect. lib. 2. c. 27. *c*) Quæ pleno favore digna, arg. d. l. 43. & à qua in dubio recedendum non est, l. 35 ff. de leg. maximè si Capituli consensus accesserit, per ea, quæ suprà concl. 36. dicta sunt, junctâ, l. 76. de R. V.

48. Præscriptio, quæ est adquisitio *a* juris alterutrius religionis liberæ exercendæ, nascitur ex quasi possessione *b* hujus exercitii per XL. annorum spacium *c* sine interruptione continuata, & nec vi, nec clam, nec precario exercita. *d*

a) Argum. l. 3. ff. de usucap. *b*) vera enim possessio est rerum corporalium, Duar. ad l. 3. in pr. de adq. possess. Paurmeist. de jurisdict. lib. 1. c. 21. nu. 16. & c. 22. per tot. in quâ patientia adversarii pro traditione, usus pro possessione habetur, l. ult. ff. de serv. l. si quis, 10. ff. si serv. vind. l. 3. §. 17. de vi arm. l. apparet, 5. §. penult. ff. de itiner. act. pr. *c*) Gylman. ter. jud lib. 5. n. 4. f. 724. num. 2. Tanto enim temporis spacio res Eccl. adquiruntur hodie, Nov. 111. & 131. c. 6. & c. cum personę, §. quod si. de priv. in 6. Donel. libr. 5. comm. c. ult. M. Berlich. p. 2. concl. pract. 7. num. 2. Si quis tamen in præscribentibus contra Status seculares minus & communi Roman. jure in usucapionibus rerum corporalium soli definitum tempus sufficere existimet, huic ego litem non movebo, cum Statibus Imperii hæc potestas non comperat tanquam res Ecclesię, sed tanquam sequela superioritatis: Rosacor. p. obs. c. 30. n. 23. & Gylm. symph. suppl. tom. 1. tit. 3. n. 29. quò faciunt ea, quæ tradit Paurmeist. d. c. 21. n. 36. & quæ de jurisdictione contra inferiores præscribēda scribit Bocer. de jurisd. c. 8. nu. 102. Thom. Mich. concl. 63. in f. M. Berlich. d. p. 2 concl. pr. 8. nu. 16. ubi ait, si Nobilis vel alius privatus Regalia sibi adquisivit, quoc hæc contra illum ab alio lapsu XXX. annorum rectè præscribantur. *d*) ad exemplum servitutum, quæ tali modo adquiruntur, d. l. 10. in pr. l. 2. C. de servit. l. 1. §. ult ff. de aq. pluv. & l. ult. in fin. C. de præscript. long. temp. & argumento eorum, quæ de jurisdictione scripsit D. Thom. Mich. concl. 66. maximè cum & autonomia no-

sta

stra ἀναλογικῶς servitus dici possent, l. 15. ff. de servit. & l. de pupillo, 5. §. 9. de nov. oper. nunt. cum sit jus, quo dominus vel Status Imperii in suo territorio libertæ religionis cultum diversum pati cogitur, quæ subditis plurimum commodi ac salutis adfert, per ea, quæ tradit Donel. 9. comm. cap. 21. Ecquid verò Justus hic requiratur TITULUS, cui quasi possessio innitatur, & *utrum Domini territorii vel ejus adversus quem religionis exercitium præscribendo adquiritur, necessaria sit scientia*, hujus loci non est inquirere: hæc enim ex Donello d. libr. 11. capit. 12. & ibidem Hillig. uti & Caspare Sichiford. ad Ant. Fabrum lib. 1. tract. 6. plenâ manu hauriri queunt. Summa ferè eorum huc redit: Aut quasi possidetur ac usucapitur ab eo, qui dominus fundi servientis non est: & tunc, uti in vera usucapione, ita etiam hîc justo titulo (nulla verò scientia domini contra quem præscribitur) opus est, prout vetus hoc jus Imperatorem, Justin. in l. fin. §. ult. C. de præscript. long. temp. planiùs expressisse ait Schif. dict. tr. 6. qu. 6. Sin autem possidetur á vero domino, nullus titulus necessarius est, sed sola domini scientia ac patientia sufficit, d l. 10. si serv. vind. & l. 11. in fin. ff. de aq. pluv. arc. propterea quod non si verisimile dominium tàdiu servitutem passurum fuisse, si nollet eam constitutam esse, arg. l. 6. §. 3. ff. adquir. hered. Sed quia hæc altiorem indaginem requirunt, in locum & tempus oportunius rejicienda sunt.

49. Dictum huc usque de religiosæ pacificationis natura & requisitis. Quia verò nihil sub Sole constans & perpetuum est: *a* de TEMPORE nunc dispiciendum erit, quo durante pacificatio nostra vigere debet, *b* Id quod est totalis placida dissidii in religionis negocio exorti cõpositio, in Concilio Oecumenico vel Provinciali, Colloquio vel publicis Comitiis facta. *c* Cui conciliationi etsi proximus ab Anno LV. destinatus erat Imperii conventus: *d* quia tamen alia interveniebant impedimenta, negocium illud in hunc usq; diem suspensum est, pacificatione nostrâ in suo vigore non solùm sartâ tectavé relictâ: sed etiam quoties insecutis temporibus religiosé denuó confirmatâ. *e*

a) Baro Enenkel de privil. lib. 3. c. 1. in pr. *b*) licet enim id quod certâ ratione constat, æternum ac immutabile esse debeat, & leges ita scribi soleant, ut in perpetuum robur obtineant, l. hac Edictali. in prin. de pac. ten. 2. F. 53. nec tempus sit modus tollendæ obligationis; leges tamen quasdam temporarias esse in his ipsis terminis tradit Arnisæus de jure Majest. 1. c. 7. num. 5. quia varietas circumstant. & temp. diversitatem quoque juris postulat: quod tamen ipsi juri imputandum non esse monet Helfric. Ulric. Hunnius de auct. jur. cap. 1. q. 1. in fin. *c*) **Reichs Abschied** de Anno 55. §. **Vnd nach dem eine Vergleichung**, ibi: **So haben wir gewilliget solchen Frieden in allen obbeschriebenen Articuln biß zu Christlicher / freundlicher vnnd endlicher Vergleichung der Religion vnnd Glaubens Sachen stet / fest vnd vnverbrüchlich zu halten / vnnd demselben getrewlich nachzukommen. Wo dann solche Vergleichung durch die Wege des General Conciliums / National Versamlung / Colloquien oder Reichs Handlung nit erfolgen würde: So soll als dann nichts destoweniger dieser Friedstand in allen obbeschriebenen Puncten vnnd Articuln bey Krefften biß zu endlicher Vergleichung der Religion vnd**

Glau-

Glaubens **Sachen ſtehen vnd bleiben/ vnd ſoll alſo hiemit obberührter geſtalt vnd ſonſt in alle andere Wege ein beſtendiger/ beharrlicher vnd vnbedingter für vñ für ewig wärender** (notate hoc epitheton Jesuitæ) **Friede auffgerichtet vnnd beſchloſſen ſeyn vnnd bleiben.** Quibus tamen verbis contraria ſtatuentium voluntas in unum conſpirans non excluditur, nihil enim impedit, quó minus Cæſar & Status Imperii poſteriori lege ab hac pacificatione vel in totum, vel pro parte diſcedere, & alio modo de cauſſa religionis inter ſe convenire queant: cum nemo ſibi hanc neceſſitatem imponat, á qua ipſi poſtmodó recedere non liceat, l. nihil. R. J. modó evidens Reipublicæ utilitas id ſuadeat, l. 2. de conſtit. princ. eorumq; conſenſus circa abrogationem adſit qui in condendo neceſſarió fuit adhibitus, l. 5. C. de O. A. laté & eleganter Buxdoff. in terminis ſimil. contra A. B. concl. & Bernh. Bertram de comit. num ult. *d*) §. **So haben ſich der Churfürſten Räthe:** & §. **Vnd wiewol etliche vnſere/ ꝛc.** *e*) Anno LVII. Ratisbonæ: LIX. Augustæ: LXVI. itidem Augustæ: & Anno LXIX. §. **Dieweil aber daſſelbe**/ ibi: **Vnnd daß nichts deſto weniger der Paſſawiſche Vertrag/ auch der darauff erfolgete/ vnnd allhier im fünff vnnd funffzigſten Jahr beſchloſſene Religionfriede/ ſampt Handhabung vnd Beſchützung derſelben für vnd für kräfftig vnd beſtendig bleiben/ ꝛc.** Auctor du reſv. matin. p. 2. cap. 12. p. 181. Cæterúm Aulæ Rom. paraſiti, quibus hactenus pacificatio noſtra, & quæ ejus auſpicio in Germania in hunc diem viguit, pax & concordia ſudes fuit in oculis, *Concilium Tridentinum*, tanquam Ajacis clypeum nobis opponunt, ad cujus uſque promulgationem hanc autonomiam duraſſe impudenter ſcribunt. Ita enim Paul. Windeck. de hæreſ. exſt. p. 328. Proteſtantibus tantúm Moratorium, dilationem & tolerantiam uſq; ad judicium Concilii Trident. conceſſam fuiſſ: teſt. D. Paræo in ſuo Iren. cap. 29 in reſp. ad mot. 8. & V. de Valent Parth. lit. 1. c. 6. nu. 9. Verúm quia hoc concilium neque pium, neque liberum, nec amicabile; (cujuſmodi SCM noſtrum diſertè requirit) ſed á pietate, á priſca primitivę Eccleſiæ conſuetudine, ab omni denique humanitate fuit alieniſſimum: quod non indixit Imperator aut Princeps pius: ſed hoſtis omnis pietatis & religionis: in quo ſententiam dixêre non pii Epiſcopi, ſed aliquod Babyloniæ mercatores Cardinales, & ex puteo inferni promergentes locuſtæ monachales, & Epiſcoporum infulis ornati lupi rapaces, gregis dominici certiſſima peſtis: prę fuêre Antichriſti emiſſarii: excluſi ſunt á ſuffragiorum jure omnes orthodoxi & catholici; verbis loquor M. Sutlivii de Concil. contra Bellarm. lib. 1. cap. 12. in princip illud tanquam abominabile non in ſacri Romani Imperii viſceribus tolerandum: ſed ad Orcum, unde prodiit, remittendum erat: quod laté & invictiſſimis argumentis demonſtrarunt Principes Auguſtanæ Confeſſionis **in jhrer ſtattlichen Außführung/ warumb ſie das Concilium zu Trientzu beſuchen nicht ſchuldig weren**: In quo etſi vanitas prædicti Concilii ad oculum ita demonſtrata eſt, ut veré actum agere videri poſſit, qui facem illis ulteriorem addere adnitatur: ne tamen ordinis rationem hîc neglexiſſe videar; præcipua eorum argumenta ſaltem per indicem notaſſe non inconſultum erit. Et primó quidem expeditum eſt, quod omne Concilium non convocatum ab eo, qui poteſtatem habet congregandi ſynodum univerſalem, propter defectum juriſdictionis pro legitimo haberi nequeat. In omni enim actu cumprimis ſpectanda eſt agendi facultas, l. 4. ff. qui teſtam. fac. maximé judiciali: in quo ſi deficit judicis cõpetentia, totum judicium nullum eſt, t. C. ſi á non comp. jud. c. tuam. E. de jud. Atqué

qui Conciliabulum Tridentinum non est convocatum ab illo, qui potestatem habet congregandi Concilia œcumenica. Hęc enim potestas non solùm á Politicis & Jctis inter regalia summæ Majestatis refertur juxta c. sancta. dist. 15. & c. habeo dist. seq. Arnisæ. de jure Majest. p. 2. cap. 6. p. 413. ubi notanter scribit, id quod in d. c. sancta dicitur; MEDIANTIBUS IMPERATORIBUS; id apud Scriptores Ecclesiasticos his verbis expressum inveniri JUBENTIBUS & CONVOCANTIBUS iis; sed etiam á Theologis orthodoxis uno ore traditur, jus indicendi universale Concilium, (uti & jus præsidendi, dirigendi, & acta conformandi,) non ad monstrosum illum curiæ Romanæ Cerberum, Pontificem M. qui nec Deus est, nec homo, juxta Lancellot. in templ. omn. jud. libr 2. c. 1. v. Pontifex. num. 2.) sed ad summum orbis Christiani decus & fastigium pertinere: ut multis veteris & primitivæ Ecclesiæ exemplis contra Bellarmin. de Conc. libr. 1. c. 12. demonstrant Gesn. de Concil. p. 1. c. 7. Suitliv. d. tr. libr. 1. c. 3. & 12. Auctor concionis de jure convoc. cœtuum habitæ coram Sereniss. Rege Angliæ apud Curiam Hampton. editæ Londini Anno clɔ Iɔ CVIII. ubi præceptum div. de duabus tubis Num. 10. huc non inepte accommodat D. Balduin. in art. Smal. dis. 1. thes. 38. & alii alibi. Eodemque jure primos Germaniæ Imperatores usos fuisse legitur apud Annalium Scriptores. Sic Fridericus I. exemplo suorum prædecessorum hoc jus sibi adseruit, teste Radev. lib. 8. c. 58. quem refert. Warem. de Erenb. de subs. Reg. c. 1. num. 28. Idemq; non obscurè indicat invictissimi Herois Caroli V. in Concilio Tridentino, injussu Cæsaris ad nutum Pontificis vel Purpuratorum translato, per Legatum Vargam habita gravissima Oratio, quam refert Thuan. lib. 5. fol. 92. ubi inter cætera sic scribit: Videre omnes quorsum translatio Concilii pertineat, nimirum ut cum Bononiam in medio Italiæ positam & Pontificiæ ditionis urbem Patres migraverint sine *consensu Cæsaris, cui Conciliorum universalium cura permissa est*, aut Concilium omninó dissolvatur, aut nequaquam eó venientibus Germanis ad Pontificis & illorum, de quibus Germani conqueruntur, arbitrium peragatur: & posteá: quæ ex eo detrimenta sit acceptura Resp. non Cæsari, sed ipsis tribuenda, quorum in potestate minimè sit citra consensum Cæsaris Concilium aliò transferre. Verùm Pontif. Romani vel ambitionis æstu inflati, vel levitate, & religione Principum animati hoc jus involarunt; ut adpositè huc illud Ottonis apud Tacitum conveniat: Imperium amore religionis semetipsum exhausisse, aut Frising. in præf. 7. Chron. & Arn. Clapm. de arc. lib. 1. c. 15. II. Sed etsi Pontifex R. judex esset competens: in Concilio tamen Trident. duplici de caussa fuisset inhabilis. I. quia Pontif. hæretici ipsó facto omni jurisdictione & dignitate Eccles. privantur, Bellarmin. de Pontif. R. lib. 2. c. 30. Suitliv. d. c. 3. v. nono. At Papam R. esse hæreticum invictissimis hactenus argumentis á Theologis nostris demonstratum est. 2. quia apud CC. tralatitium est, quod Papa, qui versatur in tali statu, ut plerisque sit offendiculo & scandalizet Ecclesiam, non exsistendo corrigibilis, judex esse non possit, per ea, quę tradit die ſtattliche Außführung/ ꝛc. p. 100. Hinc Ambrosius in c. judicet. 3. q. 7. Judicet, inquit, de alterius errore, qui non habet, quod in se ipso condemnet. Judicet ille, qui non agit eadem, quæ in alio putaverit punienda, ne, cum de alio judicat, in se ferat ipse sententiam. Jam verò Papatus R. propter superbiam, luxum, avaritiam, tyrannidem, simoniam, stupra, adulteria, & alia flagitia innumera, etiam superioribus seculis in mediis tenebris non paucis cepit esse offendi-

culo, **stattliche Außführung** / pag. 84. & seqq. E. III. In caussa propria, unde damnum vel commodum ad aliquem redundaturum est, l. 1. §. 11. qui appell. nemo judex esse potest, l. 10. de jurisdict. t.t. C. ne quis in causs. propr. quod & ipsi volunt Canones, c. ult. 3. quæst. 5. quod jus, veluti ex limpidissimo rationis naturalis fonte haustum, adeó sanctum & religiosum est, ut ne summus quidem Princeps de honestate & naturali æquitate ipsemet sibi jus dicere queat, sed vel Arbitris vel Cõsiliariis suis litem decidendam committere debeat: quod etiam hodierna Imperii nostri jura & aliorum Regnorum honesti mores observant, Buxdorff. super Aur. Bull. conclus. 77. & sequ. nec ab exemplo Christi & Apostolorum ipsius, qui nunquam legitima judicia recusarunt, vel latum quidem unguem discedit. Atqui caussa in Conc. Trident. decisa Pontificis & universi Cleri fuit propria. Ipsis enim propter Ecclesiam fœdé laceratam, sacramenta sacrilegâ manu mutilata, animas precioso Christi sanguine redemtas propudiosæ nundinationi prostitutas, denique propter pastorale munus in exitialem tyrannidem conversum ab Augustanæ Confessionis Professorib. dica fuit scripta, **stattliche Außführung** / p. 487. Suitliv. c. 12. p. 344. seq. Ergó hi non concilio præesse, sed subesse: non in tribunali sedere: sed ad infima subsellia Imperatorum ejusvé Adsessorum stare, ac horum pium & justum decretum exspectare debeant. IV. Quodcunque concilium Christum judicem non admittit; sed reum esse jubet, & traditiones humanas pro norma decidendi habet, inveteratos errores non revocat, sed pertinaciter defendit: breviter, errores erroribus, blasphemias blasphemiis certatim cumulat, & Ecclesiam Christi hostilem in modum persequitur; id nullus Christianus, qui scintillam pietatis & candoris habet, pium esse pronunciabit, juxta cap. convenior. 23. quæst. 8. At in Concilio Tridentino Christus, cujus caussa á Protestantibus agitur, mediante verbo suo non judex, sed reus erat: non ex lege Dei; sed ex Synagogæ Roman. traditione & Pontificum decretis dogmata Christianæ fidei judicabantur, Suitliv. in præfat. de Concil. crassissima errorum monstra ab inferis revocabantur: quod Chemnic. in examine hujus Concilii, Suitliv. de Eccles. cap. 16. & alii nostrates Theologi hactenus ad vivum demonstrarunt: & sic sancti illi Patres morbum non tám congruis remediis sanarunt, quám superstitionem cum impietate cumulantes auxerunt, ut inquit Molinæ. de Concil. Trident. non recip. art. 92. Ergó Concilium Tridentinum non pro medullis Theologorum, ut vult Campianus: sed pro latronum bonis insidiantium lustro & latibulo, monachorum & mendicantium fratrum colluvie, & hominum improborum & malignantium adversus Christum Jesum cõspiratione jure haberi debet, Suitliv. d. c. 12. p. 354. V. Explorati juris est, indicta causa neminem condemnari debere, c. 1. E. de requir. reis. Ræv. 1. var. 7. in pr. nam qui statuit aliquid parte inauditâ altera, æquum licet statuerit: haud æquũ tamen fuerit, ait Seneca. Hinc Nicodemus Johann. 7. inquit: Nunquid lex nostra quemquam judicat, priusquam audierit ex ipso, & cognoverit, quid faciat? Et Festus in Actis Apostolorum cap. 25. Non est Romanis (inquit) consuetudo hominem, priusquam locum defendendi accipiat, condemnare. Quod apud nostrates adeó firmum est, ut ne diabólo quidem in jure comparendi defensiones suas denegandas esse velint. Atqui Protestantium Confessio in hoc Concilio ipsis inauditis fuit condemnata. Licet enim Theol. ipsorum vocatis in loco admodum suspecto salvus conductus fuerit oblatus: nunquam tamen plenissima securitas ad instar

cautio-

cautionis Basil. Bohemis olim datæ, quę omni captione vacaret, impetrari: multó minùs ut suam doctrinam scripto comprehensam in publico consessu recitarent, deque ea cum adversariis conferrent, á Würtenb. Theol. obtineri potuit, Sleidan. libr. 23. Et ut ut cautionis formula amplissimis verbis fuisset concepta: quis tamen sibi persuaserit Theol. nostros vitam suam tutó illi committere potuisse, quam Pontifex vigore Can. Conc. Const. de fide hæreticis non servanda, & vi potestatis illius, quam sibi ultra Concilii decreta adrogat, nullo negocio rescindere, & pro libitu irritam reddere potuisset? ut veré de hoc perfidiæ Magistro Bapt. Mantuanus lib. 1. sylv. scripserit:

Fas & jura negas, homines & Numina fallis:
Nec Iovis imperium, nec Phlegethonta times.

Si itaque promisso Cæsaris & desiderio Protestantium satisfacere voluisset Pontifex, non Mantuæ, nec Tridenti, veluti in locis propter vicina præsidia nostratib. jure suspectis: sed in German. **an einer gelegenen Mahlstadt** / (ut habent verba Rec.) juxta publica Imp. placita & vetustum Ecclesiæ morem Concilium convocare debuisset, **stattliche Außführung** / pag. 45. Clem. pastoralis, & ibi Zabar. de sent. & rejud. Suitliv. d. c. 12. p. 347. & seq. & Cyprian. lib. 1. epist. 3 statutum esse, ait, ab omnibus Episcopis Africanis, & æquum & justum, ut uniuscujusque caussa illic audiatur, ubi crimen est admissum. VI. Et quo, quęso, fine Protest. in hoc conventiculo comparere debuissent? an quia credendum Patres illos patratos solidioribus adversæ partis rationibus convictos Augiæ stabulum repurgaturos fuisse? sané qui hujusmodi spem animo conceptam habet, egregiè fallitur: tantùm enim abest, ut Pontifex veritati cœlesti locum dare voluerit, ut etiam Marcellus Corvinus ad Concilium missus expressum á Pontifice mãdatum acceperit, ne quid omninó in Concilio pateretur constitui, quod in prejudicium Sedis Romanę vergeret: sed exstirparet potius illas personas, quæ tale quid tentarent, si credimus Wolfio lib. 2. rer. memb. fol. 140. Et rescripto Papæ Julii III. cautum fuisse, ne quisquam admitteretur, nisi forté palinodiam canere, & ita cum cane ad vomitum redire vellet, refert ex oratione Landsaci Auctor. disc. de J. P. Quâ equidem curiositate, nisi mens nescia recti ipsum tám anxium reddidisset, nihil opus habuisset Pontifex, cum ipsâ juramenti formulâ, quâ novos Episcopos Sedi suæ adstringit, diserté cautum sit: Se Ecclesiæ Romanæ & Papæ fideles fore, rebellesq; Pontifici extremé infestaturos ac persecuturos, cap. 4. E. de jurej. Unde Æneas Sylvius, qui postquam cathedram Petri conscendit, Pius tertius dictus, existimavit, quod verum dicere contra Papam, sit contra juramentum Episcoporum: teste Suichvio d. capit. 12. part. 335. Nihil jam dicam de perversa ac malitiosa Patrum intentione, qui continuis procrastinationibus & crebris Conciliabuli translationibus id egerunt, ut Protestantium Legatos, qui per tot annos domo abesse non possent, illius rei pertæsos redderent, & inani spe delusos tandem re infectâ ad suos redire cogerent, ut lupi mitrati de ovibus absentibus pro arbitrio statuerent: quod uti Pontifici solemne est, per ea, quæ tradit Suitliv. in præfat. de Conc. ita ex actis Concilii Trident. á Sleidano libr. 23. relatis & prædicta protestatione Car. V. vel Davus deprehendere potest. Cum itaque Concilium Tridentinum tot notoriæ nullitatis vitiis sit obnoxium: quis tandem æquus arbiter de hac conclusione dubitabit: quoniam pium, liberum & universale Concilium post pacificationem nostram in hanc usque

diem celebratum non est: quod Augustana Confessione in Imperio Romano vires adhuc illibatas obtineat, rumpantur licet ilia codro? Nec aliud sive vi veritatis coacti, sive impendentis periculi mero perculsi ipsi Pontificii senserunt in Comitiis Anno XCIV. celebratis: **Daß sie nicht gemeynet denselben Religionfrieden in eine Disputation/ Erklärung oder in was Nahmen desselben Verenderung erdacht werden köndte/ in einem oder dem andern Puncten für sich zu ziehen/ gedächten auch demselben also trewlich nachzusetzen/ vnd dabey bestendig zu bleiben/** Auctor dur esv. matin. p. 2. c. 15. **nohtwendige Erinnerung wider die Donawertische Information/** p. 1. p. 93.

50. Cæterúm quia non sufficit jus esse promulgatum, nisi legitimi quoq; sint ejus obtinendi modi, & juri dicendo præpositi, per quos leges sortiantur effectum: ultimo loco de judicio ejusvé requisitis in hoc pacificatorio negocio dispiciendum erit.

L. 2. §. 13. de O. J. Novell. 161. in præfat. Coler. de process. exsecut. in proœm. nu. 1. 2. & 3.

51. Modus hujus juris obtinendi duplex est: PRIVATUS & PUBLICUS. *a* Per illum jus nostrum potius conservamus, quám persequimur, auctoritate propriâ, eo casu, quo judicis copia illicó haberi nequit. *b* Nulla ergó juris prohibitio impedit, quó minús privato vim & injuriam conscientiæ libertati imminentem propriis armis sub moderamine inculpatæ tutelæ avertere, & in injustum oppressorem retorquere liceat. *c*

a) Don. 15. com. c. 1. *b*) argum. l. 3. de justit. & jur. l. 1. § 17. de vi arm. *c*) omnis enim honesta ratio est expediendę salutis; inquit Cic. pro Mil. neque reprehensionem meretur studium retinendi diuturniorem vitæ usuram: & 1. offic. omnium animantium generi á natura insitum est, ut se, vitam & corpus tueantur. Licet enim singulis permittendum non sit, quod publicé per magistratum fieri potest, l. 134. R. J. 12. quod met. causs. id tamen non obtinet, ubi necessitas est ante rationem, ut inquit Curt. lib. 7. hoc est, qu. mora judicis cum irreparabili offensi jactura conjuncta est, t. t. C. qu. lic. unic. Quod quidem contra illum offensorem firmiter sic statuendum est, cui propulsator nullo subjectionis vinculo est obstrictus. Ecquid vero idem sit dicendum, quando magistratus legitimus subditi conscientiæ contra libertatem religionis laqueum injicere satagit, anxia quæstio est, quam prolixiori stylo tractare non est præsentis instituti: memini me versari in foro politico, ex quo falcem in messem Theolog. mittere non cupio: nescio, an iis, quæ post Brut. de vind. contra Tyr. & Auctor libelli de jure mag. in subd. de justitia belli German. scripsit Clariss. Vir Dn. F. Hordled. ampliús quidquam addi possit. Id saltem obiter monendum duxi, me cum illis sentire non posse, qui circa decisionem hujus religiosæ litis de judicis incompetentia, quem per autonomachiam ex magistratu privatum fieri volunt, argumenti nonnihil adferunt. Non enim Prætor obid, quod iniqué decernit, Præter esse desinit: nec pater parentis nomen amittit, licet legum contemtor sit & impius. Et quid opus habuisset Divus Paulus excusare se coram Anania, cujus jussu religionis ergó colaphis iniqué cædebatur, si impius

impius ille Sacerdos ex judice factus fuisset privatus? Actor. 23. vers. 3. seq. Cur dicebat David ad viros suos: Propitius mihi sit DOMINUS, ne faciam hanc rem Christo DOMINI, ut mittam manum meam in eum, qui Christus DOMINI est? 1. Reg. 24. v. 7. Et cur, obsecro, Apostoli & reliqui Martyres in primitiva Ecclesia crudelissimorum Tyrannorum judicia subire non recusarunt, si jurisdictio illorum, qui cõtra conscientiam subditos cogendo facti erant privati, eo ipso fuit exstincta? Major itaque hîc habenda ratio conscientiæ, quám scholasticarum juris ratiuncularum: neque enim harum tanta est vis & auctoritas, ut trepidantem conscientiam fulcire, & contra Diaboli ignita tela securam reddere queant. Civilia pontificiaq; jura non vident hîc quod Magistratus ordinatio Dei sit, inquit D. Lutherus in Epist. ad III. Johan. Ducem Saxon. recensente Andr. Gerhardi disc. Acad. 31. q. 6.

52. Per istum legitimis juris remediis jus nostrum vel nobis debitum in judicio persequimur: Ubi IV. capita seorsim notanda veniunt. I. Judex. II. Litigantes. III. Libellus supplex. IV. Judicis denique officium.

53. Judicis munere in controversiis religionem alterutram concernentibus vigore nostri Edicti fungitur Camera Imperialis: *a* & juxta receptum Imperii stylum Consistorium Imperatoris Aulicum: *b* sive per viam simplicis querelæ, sive per viam appellationis caussæ eó devolvantur: *c* Austregarum privilegio hîc neutiquam attento. *d*

a) d. Recess. de Anno LV. §. **Wir befehlen auch hiemit/ ꝛc** Gail. 1. obs. 2. Denais. proc. Cam. tit. 181. ubi & hoc addit, quod ad discutiendas controversias religionis caussam concernentes Adsessores utriusque religionis pari semper numero partim juniores deputari debeant, quod consonat transactioni Passav. art. 17. ibi: **Daß wir vrbietig seyn alle vermögende Förderung zu erzeigen / damit sich kein Theil des überstimmens für andern zu befahren.** *b*) Quia Cæsarem cum Camera concurrentem jurisdict. habere, majori nostratium parti hactenus indubitatum fuit, Gail. 1. obs. 121. num. 3. Græv. 2. conclus. 29. consid. 2. & concl. 121. consid. 1. Reusn. lib. 4. decis. 21. Paurmest. de jurisdict. 2. c. 5. num. 32. M. Stephan. eod. tr. lib. 2. p. 1. c. 1. & D. Hamerle in vot. Antiwack. num. 41. Unde de prę-ventione Senatus Aulici disputatum fuit in caussa Archiepisc. Colon. contra Episcopum chori ibidem, vid. **Reichwein**/ in vot. Camer. pag. 301. & seq. *Vtrum veró hac Aulæ Cæs. concurrentia legib. Imperialib. consentanea sit*, veré Sabbathina quæstio est, ut inquit Auctor Parth. litig. 1. c. 16. num. 22. scriptis pro utraque parte hactenus editis magnâ contentione agitata. Negativam præ aliis operosé adstruit nuperus Auctor **des gründlichen Vnterrichts von der im heiligen Römischen Reich entstandenen Frage/ ob der Keyserliche Hoffraht mit dem Keyserlichen Cammergerichte** concurrentem jurisdictionem **habe**/ & ante hunc Scriptor **der Donawertischen Information**/ quos alii nonnulli secuti sunt. In quam partem inclinat scriptum quorundam Protestantium Cæsari Rudolpho IIX. Julii Anno IↃ CVIII. per delegatos propositum: **Es wüsten die schickende Stände dero Posteritet zu Nachtheil niemandt einzureumen / wenn zwischen den Ständen des Reichs über dem Religionfrieden streit fürfalle / daß als denn Keyserlicher Majestat Hoff- vnnd**

Rähte darüber cognoſciren ſollen: Dann ſolchs wolle ſich in der Ordnung keines weges finden / ꝛc. Auctor der Erinnerung wider die Donawertiſche Information / pag. 193. Cæterùm frequentior Dd. turba pro hujus juriſdict. milit. quorum Coryphæi ſunt Heigius p. 1. q. 19. Matth. Steph. d. loc. & Paurmeiſt. d. c. 5. numer. 30. ſeq. quos latè propugnat die Donawertiſche Erinnerung / pagin. 128. cum aliquot ſequent. iisque noviſſimè adſtipulatur Dn. Arumæus diſc. Academ. 16. & 17. quæſt. 19. Etſi verò periculi plenum eſt, diſputare de iis, qui poſſunt amputare, & ſcribere de iis, qui poſſunt proſcribere, utin quodam loco inquit Keck. & War. de Erenb. de ſubſ. Reg. cap. 11. n. 40. exercitii tamen gratia, quo aliorum juri vel juditio dexteriori nihil derogatum volo, poſteriorem ſententiam amplecti non verebor. I. Quia omne jus ſupremæ præeminentiæ, quod Cæſar olim habuit, etiâ adhuc hodie obtinere cenſetur, quandiu mutatio, quæ facti eſt, non probatur. Jam verò indubitati juris eſt, quod Cæſar auctoritate regii faſtigii olim juriſdictionem univerſalem diverſimodè (& ut ita dicam cõcurrenter) exercere potuerit, argum. l. 1. de conſt. princip. l. 1. C. de off præf. urb. & c. un. quæ ſint regal. Günther. lib. 2. in Ligur. Radev. de reb. geſt. Frider. libr. 4. c. 5. idq; latè probat die Donawertiſche Erinnerung / p. 131. ſequent. in primis p. 146. cum ſequent. Ergò ſi poteſtas illa per tacitam vel expreſſam conceſſionem in alios non eſt translata, arg. c. ſuper. §. quibuſdam. E. de V. S. cur adhuc hodie ſtare prohibeatur? II. Ubicunq; Cameræ judicium eſt fundatum, ibi Cæſar cum ea concurrit; ſecundum ſuprà dict. Quia Imperator ſolo omnis juriſdictionis nunquam juriſdictionem ita abdicaſſe cenſetur, ut non majore penes ſe retinuerit, Paurmeiſt. d. c. 5. num. 32. & libr. 1. c. penult. num. 9. At Camerale judicium in cauſſis religionis eſt fundatum. E. III. Si Maximilian. I. ejuſvé ſucceſſores, cæteris Ordinibus ſcientib. & non contradicentib. imò quodammodò operam & conſilium præbentibus extra & præter judicium Camerale contentioſam juriſdictionem exercuerunt: ſequitur Cæſarem non abdicativè, ſed communicativè juriſdictionis univerſalis (reſervatis tamen reſervandis) exercitium in Camerale collegium contuliſſe. At prius verum. E. Antecedens patet ex locis infinitis. I. Ex ordinatione Regimenti de Anno 1500. quâ Cæſar variis bellis implicitus aliud judicium præter Camerale ex XX. perſonis inſtituit: Darinnen alle vnd jede des Römiſchen Königs vnd des heiligen Reichs Sachen / Frieden / vnnd jhrer beyder Vollziehung vnnd Handhabung gehandelt / berahtſchlaget / vnnd beſchloſſen worden / Donawertiſche Erinnerung / pag. 149. II. Ex Receſſ. Imp. de Anno 1512. §. Zum dritten / ubi dicitur: Nach demetäglich der Partheyen Händel vnnd Sachen auß dem Reich an vnſerm Keyſerlichen Hofe wachſen / etc. Daß demnach die acht Rähte / als des Reichs / verordnete Rähte billich ein Einſehen haben werden / vnnd vns helffen vnnd rahten ſollen / ſolche Partheyen vnnd Händel / ſo ſich im Reich zutragen / in der erſte gütlich vnnd freundlich niederzulegen. III. R. docet id Reſcriptum ejuſdem Imp. de Anno 1505. quo profitetur, ſe ad Capitulum Trevir. ſcripſiſſe, ut á lite contra Comitem de Virnberg Romæ cœptâ deſiſtat, & cauſſam Cæſareo vel Camerali judicio (vor vnſern vnnd des H. Reichs Cammer-Richtern) decidendam committat, ut mirer, quid auctori dicti tr. gründlicher Unterricht / ꝛc. in mentem venerit, cum p. 60. ſcripſit, quod Cæſar non alternativè: ſed præcisè Capitulum ad Camerale judicium remiſerit. IV. probationem ſuppeditat Receſſ. de Anno XXI. in fine pr. & §. ſeq. quo Regimen Imperii á

Carolo

Carolo V. restauratum fuit, quod non solùm parem cum Camera jurisdictionem, sed etiam ejusdem inspectionem habuit. Et cum quidam ex Ordinibus in suis gravam. contra eundem conquesti essent, quod illud Regimen ex hominib. peregrinis constaret; respondit Cæsar XX. Marc. An. LV. **Daß jhre Majestet zu Eingang jhrer Regierung das Regiment auffgerichtet / durch welches viel nachfolgende Jahr alle des heiligen Reichs gemeine / auch der Stände vnnd jhrer Vnterthanen sonderbare Sachen / so an dasselbe Regiment gelanget / erlediget / auch nicht durch jhre Majestat gestanden / daß solches nicht lenger im Wesen erhalten worden / Donaw. Erinn.** pag. 150. Idq; duravit usque ad Annum XXIV. quo propter multitudinem litium eó confluentium (d. §. **zum dritten** / de Anno 1512. in comitiis Norib. jurisdictio contentiosa Regimini ademta, & caussæ litigiosæ ad Cameram remissæ sunt, **Abschied** de A. 24. §. **fürter soll** / &c. quæ eo ipso ad fontem suum, ex quo omnes jurisd. profluunt, retrò remanavit: quod collectu facile est ex responso Cæsaris de An. LII. & LV. **Daß jhre Maj. andere vnzehlbare Sachen mit täglichen Commiss. deromassen gefürdert / daß sie mehren theils vergliechen / rechtlich entschieden vnd erörtert weren.** IV. Et quodnã illustrius hujus concurrentiæ documentũ proferri potest, quám propria Statuum confessio, ex quodam scripto de An. LV. ab Auctore der **Donaw. Erinnerung** relata, p. 152. **Vnd deñ die Keys. Maj. sich allergn. erbotten / jhrer Majestat Hofraht / so des H. Reichs vnnd der Stände gemeine vnd sonderbare Sachen berahtschlagen vnnd erledigen / also stattlich mit teutschen Rähten zu besetzen / so bitten sie sämptlich / solchem Vätterlichen Erbieten nachzusetzen / &c. deßgleichen der König wolle intercediren** (juxta transactionem Passaviensem) **damit Keyserliche Majestat den Hoffraht mit teutschen / erfahrnen / redlichen / tauglichen Personen besetzen / durch welche der Stände vnnd Vnterthanen / auch gemeine des heiligen Reichs Obligen vnd Sachen jedes mahls Keyserl. Majestat anbracht / referiret / Decret vnd Bescheid förderlich geben werde?** Item Responsum Electorum in conventu Noriberg. Cæsari Anno ∞ Io CXI. XVII. Nov. super administratione Electoral. Palatinatus transmissum: **Zu bestendiger Erledigung der Sachen wüsten sie nicht wol ein fürträglicher Mittel / als weil diese vnd dergleichen Sachen** proprié **für jhre Majestat gehören / Donaw. Erinnerung** dicto loc. Simile scriptum exstat apud eundem p. 250 de Anno LXX. **Also wil man nicht zweiffeln jhre Majestat / als des Reichs Oberhaupt / werde die Partheyen** (N. B. in caussa religionis) **für zu bescheiden / darauff facti probationem durch summarischen Proceß einzunehmen / &c.** plura vid. ibidem. V. Cui competit exsecutio, ei quoque tribuenda est caussæ cognitio, tanquam necessarium antecedens, l. 9. C. de O. A. Atqui Cæsari competit exsecutio in caussis religionis, **Abschied** de An. 66. §. **Wir wollen** / ibi: **männiglich bey solcher Religion vnnd gemeinen Frieden zu schützen vnnd zu handhaben** / quæ duo determinabilia uniformiter determinanda. E. VI. Sed nec illud exigui momenti argumentum est, quod Protestantes crebris vicibus de Senatu Aulico-Cæsareo conquesti non abolitionem, sed reformationem à Cæsare petierunt, Dn. Arum. dict. loc. quâ petitione quid opus habuissent, si judicium fuisset incompetens? cum exc. suspicionis non forum declinet, sed judicem duntaxat oppugnet, adeoq; præposteré agat, qui declinatoriâ fori tutus ad exc. suspecti judicis confugit. VII. Deniq; illa jurisdictio, quę competit Vicario, competit multó magis Imperatori, per ea, quæ tradit Buxdorff. ad Aur. Bull. concluſ. 59.

Ar

At Electoral. Palatinatus Administrator in causſa civitatis Aquisgran. religiosa cõtentiosam jurisdictionem non ita pridem exercuit : quod multis exaggerat verbis **die Donawertische Erinnerung** / p. 291. & seqq. E. Qui Senatui Aulico contentiosam jurisdictionem adimunt, multis rationum fulcris subnixi sunt, de quibus breviter dispiciendum. I. Qui uni parti dissidenti se adjungit aperté, is æqué pro parte habetur, **Donawertische Information** / pag. 182. Cæsar in dissidio religionis componendo Pontificio gregi se adjunxit, **Abschied** de Anno 55. Ergó tanquam pars in propria causſa judex esse nequit. Respondeo ad majorem distinguendo inter partes contrahentes & litigantes. In pace Religionis ineunda Cæsar fuit pars adsistens Pontificiis : non in lite ab hoc vel illo Catholico religionis causâ in judicium deducenda : Alioquin nec Protestantes per suos Adsessores in Camera judices esse, nec illud judicium sacrâ vice exerceri posset, argum. l. 6. §. 1. ff. qui cui univ. II. Negocium religionis consistit in potestate Statuum, non solius Cæsaris. Solus igitur judicare nequit. R. Plus est in conclusione, quám in præmissis. Loquitur Antecedens de νομοθεσία : conclusio veró de δικαιοδοσία, quæ separata sunt, Paurmeist. 2. de jurisd. 5. num. 1. III. In Recess. de Anno LV. mandatum soli Cameræ, ut pacem Religionis in decernendis process. observet. E. soli Cameræ illa jurisdictio concessa. R. Falsa est consequentia : non enim per hoc præceptum nova quædam jurisdictio Cameræ conceditur: sed vetus illa demandata quasi excitatur, vel potius ad observantiam novæ legis adstringitur.

Ratio cur nulla Aulici Senatus fit mentio, in promtu est, quod Imperator, cujus solius auspicio hoc judicium hodie exercetur, jam anté ad religiosam Edicti observantiam se obligaverat. Quid ergo novâ repetitione hîc opus erat? IV. Imperator instituendo judicium sanctâ fide pepigit, quod non aliter, quám per judices Cameræ jus dicere velit. Ergó huic pacto contravenire nequit. R. Antecedens est ambiguum, cum hujus quasi justicii Cæsarei in prima fundatione, Recess. de Anno XCIV. in pr. á qua posterior formatur eventus, nulla fiat mentio. V. Judicium Cameræ est summum. Nullum ergó habet æquale vel superius. Resp. **Die Donawertische Erinnerung** / pag. 149. Antecedens non esse universale, alioquin nec duo possent esse Imperii consortes, vel ejusdem causæ judices. 2. totum argumentum potest concedi ratione causſ. quæ ad Cameram devolvuntur, in in quib. semel Camer. jurisdictioni subjectis Cæsari non datur concursus. 3. dicitur summum respectu judiciorum inferiorum ; non veró respectu concurrentium, quod innuit adjectio dictionis, **vnnd letztes: Abschied** de Anno 31. §. **Fernerals.** ord. cam. p. 1. t. 3. VI. In ord. cam. p. 2. t. 7. & 9. §. **Sojemands** / duo excipiuntur casus, fractæ pacis, & feudalium causarum cognitio. E. in reliquis firmatur regula in contrarium. R. Fallax est propositio, quoties alii casus juri communi jam ante sunt inclusi : qualis est noster concursus, qui vi Imperat. fastigii Aulico Prætorio per se inest : neque veró specialis illa inclusio fractæ pacis fit ad exclusionem aliarum causſarum : sed quia materia subjecta alius casus determinationem non exigebat. Nec alia causſ. feudalium fit mentio, quám ut in his solius Imperatoris cognitio, exclusâ Camerâ, stabiliatur. VII. Finis Cameræ instituendæ fuit duplex ; unus privatus, alter publicus. Ille, ne litigantes Aulam Cæsaris ob continuas profectiones & varia bella subinde mutatam cum magno rerum suarum incommodo sequi cogerentur, **gründlicher Unterricht** / &c. p. 10. seq. Iste, ut

Cæsar

Cæsar exercēdæ jurisdictionis curâ solutus, totus Reipublicæ saluti insudere posset. E. Senatus Aulico-Cæsareus in detrimētum publicæ privatæq; utilitatis jurisd. abdicatâ revocare nequit. R. Nullum utriusq; incommodum hîc subest, cum hodié longé alia, quàm olim rerum Imperii sit facies: olim Aula sedem habebat ambulatoriam: hodie fixam: olim litigantes extra Imperiū magnis sumptib. Imperatorum (præsertim camerę Fundatorē variis bellis implicitum) huc illud sequi cogebantur, Paurm. d. c. 5. n. 10. & 22. hodie in meditullio Germanię statum & perpetuum habent dicasterium. Olim Senatores aulici publicis negociis & legationibus obeundis ut plurimùm occupati erant, **gründlicher Vnterricht** / p. 11. hodie nulli alii ferè rei, quàm juri dicundo invigilant. Olim multis itineribus & impēdiis defatigabantur litigatores, ac sæpé pro Dica in castris offendebant Martē, subcujus dominatu leges silere solent: hodie in Senatu Aulico, in quo de simplici & plano ꝓceditur, solâ facti veritate inspectâ, litis tela brevi tempore pertexi potest, Paurm. d. c. 5. n. 42. Cum itaq; omnes actus clausulam hanc: rebus ita permanētibus, recipiant, quis Cæsaream jurisdictionem ex antiquo statu hodie judicabit? Nec credendum est, mentē Cæsaream unquam fuisse, Cameram in plenitudinē suæ jurisdictionis vocare: sed potius in partem sollicitudinis; ita tamen, ut quoties partibus & ipsi citra cujusquā incōmodum placeret, eandem cum Camera exercere posset: quod subsecuta observantia, quę disponētium mentem declarat, nec præscriptione indiget, Paurm. d. l. n. 32. & aliorum judiciorū stylus in Imperio Romano evidenter arguunt. IIX. Cautum est ord. Cam. p. 2. t. 27. **Daß alle Sachen / die der Keyſ Jurisdiction ohne Mittel vnterworffen / am Cammergerichte juſtificiret werden ſollen:** quę verba præcisam agendi necessitatē inducunt, & fori electionem excludunt. R. Verba sunt accipiēda pro subjecta materia. Propositū erat Legislatorib. definire, quænam caussæ & personæ in prima instantia forū ibi sortiri debeant: quasi dicant; omnes illæ personæ, quæ Cæsari immediatè subjectæ, in hoc judicio litē excipere tenentur. Non a. inde inferre licet: Ergó si coram Cæsare, de jure cōmuni competenti judice conventi, ad Cameram revocare possunt, nec ibi judicium subire tenentur: Id n. perinde est, ac si quis ita argumentari velit: Ubi domicilium reus habet: ibi Tantum eum conveniri oportet. Ergó in loco contractus se sistere nō tenetur: Vel, ibi fideicōmissum peti debet, ubi hereditas est relicta. Ergó alibi, ut heres domicilium habet, peti nequit. IX. Judicium Camerale surrogatum est in locum Senatus Aul. E. naturam ejus inquit: Universalis n. surrogatio non potest fieri nisi in locū absentis vel penitus exstincti, Dec. resp. 19. n. 137. vol. in 3 R. Negatur antecedens; neq; omnimoda illa abdicatio, transfusio vel surrogatio ex ordinatione primæva probari potest. Sic Elect. Sax constituit duo judicia provincialia, corā quib. omnes immediatè subjecti conveniri queunt, **Leiptzigſche Hofgerichtsordnung / tit. Wer vor dz Ober Hofgericht:** Eaq; in locum Dicasterii Aul. quod ante horum nativitatem fuit, quodammodó surrogata sunt: non tamen ea licet consensu Statuum instituta, dict. ord. Lips. de An. XLIX. in pr. ibi: **Auch mit Bewilligung der Landſchafft ein Ober Hofgericht geordnet / ꝛc.** impediunt Electorē, quó minùs per Consiliarios Aul. de litigiis ad Aulam devolutis in utroq; justantia cognoscere queat: q. praxis docet. Dicamus ergó cum Impp. in simili Camerali judicio sollicitudinis necessitatem mandatam esse: sed non ita, ut lateat officium præfecturæ Aulicæ: sed ut ambæ potestas, in quantum sibi est negocii, tueātur singulorum utilitatem: sitq; societas muneris, ita ut inferior gradus meritum superioris agnoscat. X. Omne Regimen Impp. in duos distinctos Senatus fuit divisum: quorum unus litigia forensia: alter caussas ad Reipubl. statum pertinentes tractabat: nec unquam permittere voluerūt Ordines, ut Senatus Aulicus (**des H. Reichs Regiment**) litigiosis negocijs privatorum se immisceret, **gr. Vnterricht** p. 14. sed quod pace dictiſſ. Viri dictum volo, videtur ipsi aliquid humanitus hic accidisse, cum contrarium ex Rec. de An. 500. in præf. & §§. seq. unà cum aliis suprà citatis locis luculenter adpareat. Nec moror §. **fürter ſoll vnſer / ꝛc.** Abſ. de An. 24. quod Regi-

mentum omittes causſas contentioſas ad Cameram remittere debeat: nulla n. exinde abdicatio potentialis inferri poteſt, cum illud judicium Carolus V. non aliquâ neceſſitate coactus, ſed ſponte Senatui indixerit, ut is eó impenſiús publicis rebus invigilare poſſet: quod autem illam potentiam mutatâ voluntate denuó in actum produxerit, id ſuprá abundé oſtenſum eſt. XI. Nunquam Electores permiſerunt Maxim. primo, ut aliter, quám per collegium Camerale judicium exerceret: quod probat duabus epiſtolis Auctor **des gr. Vnterrichts** circa fin. R. ad priorem: Eſſe fallaciam cauſſæ: quia interceſſio pro Elect. Colon. á cæteris VII viris non eam ob cauſam facta, quaſi Senatui Aulico nulla competeret juriſdictio, & ideó cauſſa ad Cameram eſſet remittenda: ſed quia Reus citatus contra privilegiũ Auſtregarum ſe prægravari conquerebatur: nec ullus apex in ea exprimitur, quo cauſſa ad Cameram remitti petatur: ſed interceſſores ad amicabilem compoſitionem ſpontaneam operam obferunt. In poſteriori non tám ipſum judicium, quám abuſus ejus taxatur: quod contra ll. Imp. exigantur ſportulæ & mercedes viatorum: quódve illud judiciũ privilegiis Electoralibus non parúm deroget: quo ipſo inſtantiam Auſtregarum intendi opinor. Sed etſi Elect. Aul. Sen. ſe oppoſuiſſent, an illud factum Imperatoriam auctoritatem quidquã imminuere potuit, aut debuit? Et quomodo illum Senatum improbare potuerunt, quẽ unanimi conſenſu ante triennium confirmaverant? **Regim. Ordnung** de An. 1500. XII. Judicium Camerale circa adminiſtrationem juſtitiæ nullâ ratione impediri debet: **Es ſoll jhme ſein frener vnverhinderter Lauff gelaſſen werden/** Ord. Cam. p. 2. t. 35. E. Cæſar cum ea non poteſt concurrere R. Antecedens verum in cauſſis ad Camerá ſemel devolutis. Paum. d. c. 5. n. 32. quia ſi curſus judicii ſiſti non debet, neceſſe eſt, ut prius currere cœperit, arg. l. 35. & ibi not. ff. de uſur. Quæſtio igitur eſt, an ſolum judicium Camerale currat, ut aliud cum ea non poſſit concurrere, & præventionis jure cauſſam anticipare? Sic cautum ordinatione cuiuſ Lipſ. de An. XLIX. **daß dem Ober-Hofgericht ſein ſtarcker Lauff ſoll gelaſſen werden.** Eo tamen non obſtante in Aula Elect. immediatè ſubditi cõveniri poſſunt. Propoſitio igitur tũm demum vera: ſi judicium Cam. competenter currit. XIII. Idem cum ſe ipſo non poteſt concurrere. At qui jud. Cam. eſt judicium ipſius Imp. R. Major eatenus vera, quatenus aliquid in omnibus & per omnia cum altero eſt idem, arg. eor. quę trad. Dd. in l. neq; pignus. 46. R. J. & l. 28. de adq. poſſ. quo fundamine ſubverſo ſuperficies adſumti corruit: quia jud. Cam. per omnia non eſt idem cum Senat. Aul. Eſt & appellatur **dz Keyſ. Cammergericht** ratione auctoritatis; quia ab Imp. dependentiam ſuam potiſſimũm habet, & ab eo excitari poteſt: & ratione effectus, quia ſacrâ vice judicat, & ſub Cæſ. Maj. proceſſus emanant: Et hoc quidẽ intuitu cum Aul. Cæſ. idem eſt conſiſtoriũ. Diverſum veró eſt Camerale ab Aulico ratione ſubjecti recipiẽtis, ſive perſonarũ, per quas utrumq; judicium diſtinctè exercetur: Et quin hoc reſpectu alterum cum altero concurrere queat, non video quid obſtet; cum & praxis inferiorum tribunalium eundem reſpectum admittat XIV. Deniq; fortiter nobis objicitur, tanquã Meduſæ caput Reſcr. D. Ferd. de An. LXIV. in cauſſa **des Cloſters Chriſtgarten** *contr.* **Herrn Gravin von Ottingen/ darinnen Keyſ. Maj. ſolche Sache/ als ohne Mittel dem Religionfrieden anhängig/ von dero K. M. Hofe gäntzlich ab- vnd an dz Cammergericht** te gewieſen haben **Donaw. Infor.** p. 1. p. 183. R. Caſp. Leip. de conc. juriſd. quod illa fuerit de alius in Cam. jam pendentis continentia: cujus tamen effati in facto conſiſtentis nullam probationem adfert. 2. aliter hunc nodum ſolvit **Donawert. Erinn.** p. 197. nimir. ad ſublevandam litium moleſtiam id factum fuiſſe: neq; in quæſt. eſſe, quid factum ſit, ſed quid Cæſari juris neceſſitate faciendum incumbat. Et ſanè cum variæ cauſſæ ac circumſtantiæ in hac lite potuerint occurrere, quæ Imp. ad hanc remiſſionem moverint: non video, quomodo ex hac nuda remiſſione adeó conſtans abdicatæ juriſdict. argum. deduci queat: quid enim ſi ad interceſſionem & in gratiam quorund. Proteſt. hoc factum fuiſſet? quid ſi ex urbanitate, & ne apud Proteſtantes partialitatis ſuſpicionem incurre-

curreret, Carol. IV. vestigiis insistens, id fecisset Cæsar clementissimus? Non E. ex contingenti certam conclusionem exstruendam, neque ex facto, & quod semel aut bis fuit observatum; sed ex Rec. Imp. petendam esse decisionem, rectè judicatur: præsertim cum præsumtio ex observantia subsecuta multis actib. firmata, & ab Ord. comprobata remittentis animum satis dilucidè declaret. vid **Donawertische Erinnerung**/p. 284. seq. Nec probo illor. effugium, qui putant, in prædictis actib. Consistorium Aul. non vi concurrentis; sed prorogatæ jurisd. cognitionem habuisse. 1. quia propter meram prorogationem Status Imp. de reformando & ritè cõstituendo hoc Senatu tám solliciti non fuissent, utpote cujus injuriam solâ fori declinatoriâ evitare potuissent. 2. nulla ratio est, cur id, quod in tot juris publici locis de judicio Regimenti, de cognitione C. Maj. ultrò delata, deque tot actib. frequentatâ proditum exstat, ad hunc specialem & infrequentiorem fundandæ jurisdict. modum restringatur. 3. Et quomodo, quæso, verisimile, quod Ord. in illud judicium sponte fuerint consensuri, quod ex mente adversariorum nunquam ratum habere voluerunt? sanè vel ipsa natura hoc dictitat, ut id, à quo mens abhorret, nunquam sponte appetat. 4. quomodo illa determinatio de expediendis caussis Imp. & singulorum uniformiter sibi constare potest, si Regimentum in una caussa mandatam, in altera prorogatam jurisdict. habuit? sed quid in luce apertâ facem quærimus? Consulatur propria Stat. conf. de Anno LXVI. apud Auctor **Donawert. Erinnerung**/p. 255. ibi: **Und solchem jhr K. M. Befehl sey beklagter Herr Churf. schuldig gewest zu pariren** / ꝛc. Reliqua quæ objiciuntur obstacula, non tám ipsum judicium, quám vitiosam ejus structuram, & justitię abusum impugnant: verùm non ipsum propterea fundamentum penitùs erat evertendum **Donawert. Erinn.** pag. 201. seq. quin potius sectemur exemplum Medicorum, qui propter vitiosos humores ipsum corpus non destruunt. Tollatur, si qua irrepsit, nobilissimi corporis κακοζηλία judicum effrenis (si modò talis) licentia certis circumscribatur cancellis: Adsessores ex utriusq; religionis Professoribus pari numero adhibeantur, iisq; conveniens salarium constituatur, ne inopiâ adacti ex turpi juris nundinatione quæstum facere necesse habeant: quæ & similia remedia si corpori huic ægro probè adplicarentur, sperandum esset, ut in posterum melius haberet. *c*) uti votis quibusdam in caussa **Fuchs** contra D. Lagum conclusum fuisse, testatur Rosac. concl. Cam. c. 7. *d*) Gail. 1. obs. 2. n. 1. Schw. lib 1. pr. c. 8. Idq; praxis Cam. Imp. observ. De Clericis major est dubietas, an illi coram hoc supremo tribunali, cui soli ferè laici præsunt, conveniri queant; cum Magistratui seculari in Clericos, ne quidem volentes competat jurisdictio: verùm hác ratione non obstante certum est, quod Clericus, qui bona feudalia ab Imp. possidet, eiq; immediatè subest, instar secularium in Camera litem excipere teneatur: quod apud Gylman in symph. in præjudiciis contra Episc. Colon. Herbipol. & Abbatem Fuldensem passim videre licet.

55. In Litigantibus requirunt Petrus Friderus *a* & Schwanm. *b* ut uterq; Imperio Romano sit subjectus. Quod tamen in persona Actoris stylus hodiernus *c* Cameræ Imperialis æquissimâ ratione non observat. *d*

a) de proc. lib. 1. c. 28. n. 4. *b*) l. 1. c. 8. n. 1. per §. **Und damit solcher Friede:** ibi: **kein Standt des Reichs keinen andern Standt**. *c*) uti ex Gylm. hinc inde patet. *d*) quid enim iniquius, quám subditum religionis caussa á Magistratu suo duriter habitum, ac in summas angustias conjectum, omni juris auxilio destitui, & potentiorum libidini ac injuriæ exponi? contra l. 6. § 2. ff. de off. præs. summa hęc esset iniquitas & Rec. de A. LXVI. §. **Wir wollen**/ibi: **objemand were**/**der wider solchen Religion vñ gemeiner Frieden beschweret were**/ꝛc. é diametro contraria. Si verò subditus prægravetur ab alio; non ipsi, sed Magistratui ipsius legitimo vindicandi jus competit, per ea, quę tradit Gail. 1. obs. 125. & ibi Bernh. Gr. Pruckm. 2. cons. 10. q. 2. cum hîc

Statibus principaliter sit prospectum: subditis veró non nisi per consequentiam. Si verô Dominus officio suo desit, eo demum casu per viam denegatę justitiæ gravatum ad Cameram devenire posse cum Frid. d. l. n. 6. & 7. nullus dubito. Cęterúm quod ad conditionem personæ, nihil interest, Actor Clericus sit, an Laicus. Licet n. illi Can. jure maleficium in judicium deducere nequeat, nisi protestatione expressé interpositâ, quod ad vindictā seu sanguinis pœnam agere nolint, c. prælat. de hom. in 6. Gail. de P. P. lib. 1. c. 8. vix tamen est, ut hæc scrupulositas in Camera observetur; cum apud Gylm. quamplurimæ supplicationes exstent, quarum nulli talis supplicatio, veluti ipsi facto contraria, reperitur inserta.

56. In Libello supplici facti narratio inprimis attendenda, & ejusdem ad pacē religiosam adplicatio seu conclusio, *a* In illa exprimitur 1. offensio religionis intuitu facta. *b* 2. Loci, ubi religioni vis illata, situs & superioritas. *c* 3. Adhibēda est cautela, ne in appellando Adversario usurpetur nomen Pontificiorum, sed Catholicorum, sive Professorum doctrinæ antiquo Romanæ: nî supplicans preces oblatas nullo profectu recipere, ac pro arbitrio insuper mulctari velit. *d* In ista adcuraté observandū, ut ex medio concludēdi evidenter adpareat, supplicantem remedio constitut. de pace religionis potiús, quám pacis publicæ, pignorationis, vel aliús uti velle. *e*

a) Ex facto n. oritur jus, l. 52 §. in clivo ad l Aq. l. 52 § 8. de O. A. *b*) d. §. Vnd damit solcher Friede/ibi: mit gewaltiger weise überziehen/od in einer anderen gestalt beschweren/ꝛc. Frid. de proc. 1. c. 28. n. 3. Joh. Rud. 4. obs. Cam. 31. Non tamen verba requiruntur enixa, sed sufficiunt æquipollentia. Gail. 1. obs 2. n. 2. ex quib. qualitercunq; de actoris intentione cōstare possit. veluti, daß er zur höchsten Vngebühr wid den Religionfrieden beleidiget worden/ꝛc. Just. Stein probl. Cam. 3. in fin. Quando a. vis nondum est illata, sed justus metus subest, mandatum de nō offendendo peti potest, Rosac. d. c. 17. n. 7. & 8. *c*) ut judex scire possit, á quonam potestas de religione statuendi, dependeat, ne temeré ad mandatum decernendum prolabatur. Sępiús enim accedit, ut supplicantes de industria loci superioritatem silentio involvant; quâ expressâ procul dubio voti compotes facti non fuissent. Ad evitandam igitur repulsam (quæ in caussa Eustad contr. Brandenb. & in causa der Eberstein'schen Ganerben contra Abbatem Fuldens. ubi libellus supplex procuratori ter redhibitus fuit, & multis aliis contigit) hujus cautelę usus supplicaturis in primis erit necessarius. *d*) teste Frid. 1. de proc. c. 33. n. 6. ubi præjudicia citat *e*) ex uno enim facto plures actiones emergere posse in confessio est, l. 34. in pr. de O. A. l. 2. de priv. de l. cum simil. Rosacorp. c. 29. n. 2. in fin. Formulas hujus supplicationis varias apud Gylman. & Esaiam Rosacorp dict. loc. videre licet.

56. Judicis Officium in genere legibus, & inprimis pacificationi religiosæ sit conforme: *a* in specie veró gravatis supplicantibus ocyssimé succurrere, ac mandata & processus, pro ut formaliter ac rité petuntur *b* etiam super nudis narratis decernere debet. *c*

a) Inst. de off. jud. in pr. d. §. Wir befehlen/ibi: wider solches alles kein Proceß/ꝛc. Rosac. c. 32. n. 1. *b*) d. § & Rec. de An. LXVI. § Wir wollen/Denaist. tit. de mand. super pac. relig. n. 3. *c*) Rosac. d. c. 17. n. 1. Ecquid a. mandata sint decernenda sub pœna banni, vel pœna pecuniaria; & an possint emanare sine clausula, alibi ex Scriptoribus Cameralibus á me demonstratum est fusius. Ego hîc subsisto, & telam hujus dissertationis in nomine Jesu finio, sine quo

Nullius est felix conatus & exitus unquam.

F I N I S.

Gzd



Rara
978







arbkarte #13

B.I.G.

Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black